




1029



0
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35

Photocopy of a document with a stamp. The stamp contains the following text:
LIFE A
1
21



ANNALES
ECCLESIASTICI,

AVCTORE
CÆSARE BARONIO
SORANO
EX CONGREGATIONE ORATORII
S. R. E. PRESBYTERO CARD.
TIT. SS. NEREI ET ACHILLEI
ET SANCTÆ APOSTOLICÆ SEDIS
BIBLIOTHECARIO.

Tomus Decimus.
*Nouissima Editio, postremum ab Auctore
aucta et recognita.*

ANTVERPIÆ
EX OFFICINA PLANTINIANA.
M. DC. XVIII.

DE LA LIBRERIA
DEL REAL COLEGIO MAYOR
Reunido de Santa Cruz, y
Santa Catalina.
E. C. N.

IN PETRA EXALTAVIT ME ET NUNC EXALTAVIT CAPUT MEUM SUPER INIMICOS MEOS.

Es de la Libreria del Colegio real imacion de zaranda

RVDOLPHO II.
ROMANORVM
IMPERATORI
ELECTO
SEMPER AVGVSTO

CÆSAR BARONIVS TITVLI SS. MARTT.
NEREI ET ACHILLEI PRESBYTER CARDINALIS,
S. R. E. BIBLIOTHECARIVS,
SEMPITERNAM FELICITATEM.



ADMIRARI quidem iure poterunt multi, Inuictissime CÆSAR, sed damnare iustè nemo, cum facti perceperit rationem, quòd salutatis à nobis, nostrisque donatis Annalibus iam duobus Christianæ religionis primoribus Regibus, tuam Maiestatem Principibus omnibus dignitate præstantem præterierimus hætenus insalutatam, ac reliquerimus indonatam. Haud enim id effecit iniqua discretio, aut obliuiosa socordia, contu-

máxve contemptus, sed fuit tarditas ista oppor-
tunioris temporis expectatio, vt esset selectioris
oblatio, atque digniori dignior fieret exhibitio.

1. Reg. 9. Quemadmodum enim Samuel excepturus men-
sa electum à Deo primum Hebræorum Regem
Saullem, armum illi seorsum seruandum cura-
uit, quem apponeret recumbenti (symboli-
11 ad. 7. cum fortitudinis ferculum, quo & apud Ho-
merum Agamemnon Rex Aiacem præ ceteris
honorauit:) Ita & nos tibi Electo Imperatori
non communia quæque & manibus obuia du-
ximus offerenda, sed consultò hunc ipsum de-
cimam Annalium tomum: idque multiplici
ratione.

Etenim cum Tomus iste optatas contineat
primitias Imperij Germanorum: tibi in primis de-
buit referuari, qui eiusdem Imperij moderaris ha-
benas. Se namque habet triumphalis currus in-
star vehens primum Germanorum Imperatorem,
victorem, triumphatorem semper Augustum Ot-
tonem Magnum, quem ad tam sublime fasti-
gium non violenta tyrannis, neque iura propin-
quitas, sed Apostolicæ Sedis, ipsius sanctæ Ro-
manæ Ecclesiæ sublimauit auctoritas, quæ ipsi
propagauit & successores.

Hic pariter habet, ex quo etiam tibi vni sit di-
gnus offerri, quomodo ab ipso Romano Pontifi-
ce, tamquam à sapientissimo Architecto, post iacta

tantæ

tantæ molis solida fundamenta, illud ipsum Im-
perium fuerit stabilitum, atque in perpetuum con-
firmatum, dum instar Sapientiæ domus septem *Præerb. 9.*
suffultæ columnis, totidem ad perennem Impe-
rij firmitatem, constituit perpetuos Electores.
Quæ tanta cum haud dubia luce, sed toto cæ-
lo patentia idem Tomus inspicienda cunctis ex-
hibeat: planè qui ista non viderint, penitus cæ-
ci, vel videre noluerint, rebelles lumini arguan-
tur ter miseri Nouatores. Quibus Germania ipsa
ita à matre sua sancta Romana Ecclesia, per quam
accepit & fidem, infulis Imperatoriis redimita, lau-
reis Augustalibus coronata, fibula perennitatis in-
nexis, compta procedens, sua dum gloriosa exhi-
bet spectanda cunabula, benè conscia veritatis,
haud ingrata ingratis filiis illud diuinum canticum
iugiter occinat: Attendite ad Petram vnde ex- *1. Pet. 5. 1.*
cisi estis.

Amplius verò cum idem Tomus Bohemo-
rum & Hungarorum, quibus vestrum domina-
tur Imperium, conuersionem ad Christianam re-
ligionem contineat; cum indomiti hætenus po-
puli Christi iugo suauissimo fera colla subdentes,
redditi mansueti, tuo imperio parere didicerint, vt
tibi iure debitus, offerendum se offert. Effert au-
tem se magis numeri prærogatiua, dignumque ve-
stro conspectu se iudicat, quòd cum sit iure natu-
ræ dispositum, vt decima quæque maxima sint,
* 3 eadém-

eademque ob sui excellentiam Decumana consueverint nuncupari; idem uti Decimus, ita maximus, maximum omnium Christianorum Principum te petat Imperatorem.

Qui præter alia plurima à Diuinitate tibi dona concessa, quibus vniuersus Christianus orbis te meritò veneretur: ex eo potissimum nobis colendus es, quòd inter tantas undique offusas hæresum tenebras, claro Fidei Catholicæ nitore fulgens, verè Filius Primogenitus sanctæ Romanæ Ecclesiæ cognoscaris, cuius ab vbere pendeas sicut ab aure. Quæ ipsa pro te, tuique Imperij salute sollicita, sui prodiga lac benigna præbeat hauriendum & sanguinem, dum eius sanctissimus Pontifex CLEMENS Octauus, non pro facultate tantum, sed vltra vires, supra modum, annis fermè singulis non deserit vestræ Maiestati siue auxiliariis copiis, siue pecuniis subuenire, ut aduersus audacissimos ac potentissimos Christiani nominis hostes idem vestrum defenderetis atque propagaretis Imperium. Quibus benè vsa vestra Maiestas, plurimis annis tantum belli pondus fortiter sustinens, de superatis sæpè hostibus, eorumque munitissimis munitionibus expugnatis, innumeras, eademque immortales conciliauit sibi coronas, perpetuosque triumphos: proximè verò de expugnata Albaregali Hungarici Regni vrbe celeberrima, tribusque mox Turcarum exerci-

exercitibus profligatis, eorumque tribus Ducibus cæsis, præclariora tibi debeant omnes Christiani trophæa. Quo nomine & à nobis Epiniciorum loco eundem accipias tibi debitum Annalium tomum.

At quod congruum, opportunum, & dignum Maiestati tuæ munus offertur, idem quoque haud inutile debet existimari, sed multiplici ratione proficuum, ex cuius lectione haud mediocre sit Imperator consecuturus emolumentum. rerum siquidem gestarum vera notitia, gerendarum via securior aperitur, secundum quod monet diuinum oraculum, dicens: State super vias, & videte, & interrogate de femi- terem. g. tis antiquis, quæ sit via bona, & ambulate in ea, & inuenietis refrigerium animabus vestris. docens pariter in quam immensa mala inciderint ista non audientes Principes vnà cum populo. Quod probè sciens Basilius Imperator, dum instruit filium suum Leonem, quem relicturus esset Imperij successorem, inter alia saluberrima documenta, quæ veluti testamentariis tabulis eidem tradidit obseruanda: Euoluere (inquit) numquam cesses historias veterum. plura his subnectens de summa, quam ex eiusmodi lectione Imperatore maximè digna esset consecuturus, vtilitate. Ille autem accuratissimus paternorum custos mandatorum adeò profecit ex eis,

vt

vt Sapiētis adeptus cognomentum, magno iustitiæ libramento diu habenas sit moderatus Imperij.

Accipiat igitur Maiestas vestra grato animo, quem prompto exhibemus affectu præsentem Annalium tomum, offerentes pariter & cum eo cuncta quæ sunt Cæsaris Cæsari, cupientes & quæ sunt Dei, à Deo ipsi largiter impertiri, vt victor hostes visibiles & inuisibiles superans, hîc regnet felix in terra, inde verò beatus in cælo. Vale.

Præsentis decimus Annalium Tomus ab anno Redemptoris Octingentesimo quadragesimotertio exordium sumens, ad annum se Millesimum inclusivè extendit. Comprehendit annos centum quinquaginta octo.



ANNALES ECCLESIASTICI.



A **S**INGULA quæque sæcula, per quæ nostri, quos elaboramus Annales decurrunt, multiplici mole rerum gestarum, in vnumque simul cumulū congestarum, montes vtique præferunt erectos, inque cacumen vnum coniunctos, super quod vna semper manens & eminens vndique inspicitur tamquam excelsa turris; Ecclesia, de qua antiquitus prænuntiarum extat diuinum oraculum: ^a Erit in nouissimis diebus ^a Isa. 2. preparatus mons domus Domini in vertice montium.] Quæ vnica domus coadunatione omnium Gentium creuerit in ciuitatem, eandemque Christi regni metropolim, quæ supra ^b montem posita, nemini ^b Math. 5. possit abscondi, facta perspicua omnibus intuentibus, vt non sit qui non videat, vbi sit, nisi qui ^c facti rebelles lumini, eam videre nolint: Quot enim annis, tot veluti tumultis ^c Iob 24. eleuatam, quotque sæculis, tot montibus exaltatam, & super omnem altitudinem collocatam omnes filij lucis vnā semper contemplantur Ecclesiam, eandemque amplitudine sui Catholicam nominatam, superne lucis radiis illustratam; quam filij tenebrarum tantummodò non aspiciant: de quibus dictum: ^d Illuminans tu mirabiliter à mon- ^d Psal. 75. tibus æternis, turbati sunt omnes insipientes corde.] iidem videlicet, de quibus appositè Sapientia: ^e Dum persuasum habent iniqui, posse dominari nationi sanctæ, vinculis ^e Sap. 17. tenebrarum & longæ noctis compediti iacent, aded vt (quod subdit) ignis nulla vis possit illis lumen præbere, nec siderum limpidæ flammæ illuminare illam noctem horrendam; cum & aërem, quem nulla ratione quis possit effugere, negent se videre.] ita planè, cum veritatem ipsam toto cælo perspicuam, vti sole aërem absque nebularum obice, vel noctis vicissitudine iugiter perfulgentem minimè videant. Quorum cum sit omnium miserrima & deplorata conditio; non nisi vnum superest eis remedium exhibendum, vt pro ipsis illuminandis immensa Dei misericordia iugiter impleretur. Quod si non istis noster in scribendo labor sit profuturus; illis tamen, quorum cognoscendæ veritatis exæstuat desiderium, nostrum semper defudet ingenium, & studium vigilet. In quorum gratiam tomos tomis addentes, ecce modò paramus decimum volumen Annalium. Quod quidem cum ipso intuitu, tamquam mons arduus, ob multiplicium difficultatum scabra, proponitur superandum: antè planè quàm pedes, oculos sursum leuo ^f ad ^f Psal. 120. montes, vnde veniet auxilium mihi: Auxilium meum à Domino, qui fecit cælum & terram. Scendenti itaque montem ipsa primùm occurrat, & porrigat dexteram, quæ grauida Verbo ^g montana cum festinatione conscendit Dei Genitrix Virgo Maria. cum ^g Luc. 1. ipsa etiam ^h claudus saliet sicut ceruus, & infirmus dicet: Quia ^h fortis ego sum. Tan- ^h Isa. 35. to igitur freti auxilio, aggredimur opus, de consueta eius protectione securi. ^h Ioc. 3.

I. **C**H R I S T I Redemptoris humani generis annus incipit octingentesimus quadagesimus tertius, Indictione sexta, qua decimum Annalium tomum inchoamus, cum iam superiorem clausimus gloriosa victoria de hæresi Iconoclastarum accepta, & Orthodoxorum triumpho; cum iam ubique locorum venerandæ imagines fuerint in Ecclesiis restitutæ: cum & pulsæ hæreticis, pro illis fuerint ordinati Episcopi orthodoxi: in ipsaque primaria ciuitate Constantinopolitana, eiecto è throno Ioanne impio Patriarcha, fuerit ordinatus Methodius celebris sanctitate, gloria confessionis illustris, atque doctrina clarus; de quo sæpè superiùs magna cum laude mentio facta est. At non tulit inuidia tantum Constantinopolitanæ Ecclesiæ decus & ornamentum ex electione viri celeberrimi comparatum; quam ut obscurarent laborauerunt impij, qui è throno fuerant ab Episcopatu deiecti, Ioannes scilicet Patriarcha, eiusque frater, & alij eiusdem impietatis alumni. Quæ autem perfidi isti in S. Methodium sint machinati, à Ioanne Curopalate sic accipe:

OB ELECTVM
METHO-
DIVM INVI-
DIA TABE-
SCVNT HÆ-
RETICI.

II. Eiecti (inquit) isti, vt diximus, Ioannes qui fuerat à sede Patriarchatus eiectus, & eius frater Arfaber Patricius, eiusque socij, nec sic quidem quieuerunt, sed adhuc contra sanctas imagines aliquid noui moliri audebant, & quædam impia facinora in homines pios machinabantur. Commentum enim calumniam contra magnum Methodium Constantinopolitanum nuper electum Patriarcham, conabantur eum accusare, qui ab omni culpa vacuus erat, atque ita Orthodoxorum cœtum offendere, corrupta quadam muliere multo auro, pollicitationibusque, si sibi tantum consentiret. (parens illa mulier erat Metrophanis, qui postea Smyrnæ præfectus fuit.) Ei igitur persuadent, vt ad Reginam & tutores Imperatoris factum deferat, accusetque eum secum rem habuisse. Res igitur statim horrore plena à ciuilibus & sacris viris reprehendebatur. Aderant viri pij inuestiti ac doloris pleni; neque aberant impij qui exultabant fore, vt quædam minime vulgaris nota Orthodoxorum inureretur Ecclesiæ: aderant sycophantæ superbia elati & gaudentes, quasi statim accusatio promptam habitura esset demonstrationem & certum iudicium.

CALVMNIA
IN METHO-
DIVM FA-
BRICATA.

III. Adducta in medium mulier, quæ docta fuerat, Iudicibus enarrabat. Indignabantur Iudices, & præ ceteris Magister militum Manuel, quod vnus viri opera, Orthodoxorum multitudo periclitaretur, & ludibrio esset futura aduersariis. His omnibus cognitis S. Methodius qui studebat impios de spe deicere; & pios qua tenebantur, graui animi molestia liberare; neque lapis offensionis volebat esse Ecclesiæ: nihil hominum frequentiam veritus; reiecta veste, in conspectu omnium qui spectatores aderant, pudenda nudat, omni honore & reuerentia reuera dignus. Et illa omnibus conspecta sunt ita morbo quodam consumpta, vt naturalis prorsus essent virtutis expertia. Factum hoc pudore sceleratos perfudit, & calumniatores, & quàm maxima lætitia & iucunditate affectit pios viros. Qui ad eum accurrentes, summo cum gaudio salutabant, neque præ ingenti lætitia intelligebant quidnam facerent. Et quidam ex propinquitioribus ad eum accedens, interrogabat Patriarcham leni voce, quod se ab eo discere ostendebat cupere, qua ratione ei vitia membra contabuissent.

METHODIUS
SE CALVM-
NIA PVN-
DIT.

IV. Qui respondens, rem altè à principio exorsus enarrabat. Se olim Romam ad Papam missum propter excitatas sanctissimo Patriarchæ Nicephoro lites; ibique commorantem, à dæmone carnis amatore, spiritu fornicationis, molestia affectum. Qui vbi non destitit dies ac noctes se inuitare, & carnalis copulæ sibi cupiditatem iniicere: incensum libidine, iamque victum se agnoscentem, Petro Apostolorum principi addixisse seipsum, eique supplicasse, vt ab corporea hac libidine se liberaret. Quem sibi in somnis visum, nocte dextera manu attingisse pudenda, & incendisse, hæc locutum, ne amplius in posterum voluptatis cupiditatem metueret: & à somno excitatum, non sine vehementi cruciatu inuenisse ita effectum, vt illi conspexerant. Quæ cum dixisset Patriarcha, Manuel haud ferendum ratus improbum illum conatum, decreuit mulierem examinandam, vt indicaret doli machinationem.

A PETRO
APOST. ME-
THODIUS
LIBERATUS
CARNIS
INCENDIO.

V. Statim igitur ipsi intentatus est gladius, & virgæ spinis obstitæ adducebantur, & carni-

A nifices idonei præstò fuere: quibus infelix deterrita, rei veritatem patefecit, & quomodo dolus confusus esset, & fraudem qua decepta esset, obligationem auri, & multas pollicitationes; & eos nominauit, qui hæc patrarant, & totum rei indicauit commentum. Adiecit etiam, si quis domum suam abiret, eum aurum in marsupio repperit in quadam arca frumenti plena. Statimque è satellitibus vnus missus est, & aurum adductum, & facinus fuit manifestatum. Ac debitas poenas sycophantæ persoluisent, nisi impunè hoc ipsis crimen dimitti petiisset Patriarcha Methodius, suum Dominum imitatus. Hoc tantum poenarum & supplicij subirent, vt annis singulis in publica Orthodoxorum celebritate, ab immaculato templo Dei Genitricis, quod est in Blachernis, cum facibus ad S. Sophiæ templum accederent, ibique suis auribus perciperent anathema illud. quod vsque ad exitum vitæ ipsorum seruatum est.] hæcenus Curopalates, & alij Græcorum historici.

DETECTVR
FRAYS HÆ-
RETICI CO-
RYM.

VI. Vidisti, Lector, omnia hæreticorum machinamenta ad profectum Catholicæ Ecclesiæ prouenisse: ex tanta enim calumnia S. Methodius redditus est illustrior, & dum vena nudat, reuerendissimus ostensus est ipse, dum cogente necessitate factum reuelat gloriosum, quod hæcenus obuolutum silentio tenuisset. Hæretici verò calumniantes ex vberè semente sparæ calumniæ messuerunt confertos manipulos ignominie, annis singulis falce iustitiæ recidendos, & in Ecclesiam Catholicam inferendos, non ad benedictionem promerendam, sed ad anathema magna confusione publicè audiendum. vt secundum diuinum oraculum acciderit eis: ^a Qui seminat iniquitatem metet mala: & ^b Prou. 22. virga iræ suæ consummabitur.]

At non illis contigit, quod peccantibus precatur Dauid vt conuertantur: ^b Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum Domine.] Siquidem isti, quos eorum malitia excæcauit, maiori obstinatione obdurati, deteriora prioribus scelera addidere: nam audi quid de Ioanne, qui ad poenitentiam detrusus fuerat in monasterium, idem qui supra Curopalates subiiciat: Execrabilis verò Ioannes in quoddam monasterium detrusus, cum in quadam parte conspicatus esset restitutam imaginem Christi Dei, eiusque Matris, & Angelorum; suo diacono præcepit, vt eò ascendens, venerandarum imaginum oculos effoderet. Quod vbi audiuit pia Regina, zelo diuino incensa, eidem oculos effodi iussit. Verum hoc factum non est, quod quidam probi & idonei viri intercessere, sed missis satellitibus, ducentis eum verberibus loris percutiendum curauit.] hucusque de impio Ioanne pseudopatriarcha Curopalates.

VI.

VII.

Quod ad res spectat Occidentales, componendæ ac stabiliendæ pacis causa, rursus arbitrio Episcoporum inter Reges fratres regnum Francorum diuiditur. Cum enim (vt anno superiori demonstratum est) regnum Lotharij Imp. in poenam sæpè fracti fœderis itidem ab Episcopis inter Carolum & Ludouicum fratres, qui eum bello superauerant, diuisum esset: ipse Lotharius legationibus pacis eosdem sæpè conueniens, supplici petitione, quod amiserat, sibi reddi sollicitè postulauit. Cum tandem pij fratres paci totius populi consulentes, noua regni partitione eidem satisfacere voluerunt. Quomodo autem ista transacta inter eos sint, ^c Nithardus qui aderat in exercitu Caroli inter primos, exactè describit, & inter alia ista habet de legatione Lotharij ad fratres missa: Iosephus, Ebenhardus, Egbertus, vnà cum ceteris à parte Lotharij ad illos venerunt, dicentes, quod Lotharius cognouisset se in Deum, & in illos deliquisse; nolletque amplius, vt altercatio inter illos & populum Christianum esset; si vellent aliquid illi super tertiam partem regni propter nomen Imperatoris, quod illi pater illorum concefferat, & propter dignitatem Imperij, quam auus regno Francorum adiecerat, augere, facerent, sin aliter, tertiam tantummodò partem totius, absque Longobardia, Baioaria, & Aquitania illi concederent, regeretque quisque illorum, Deo fauente, portionem regni sui, prout melius posset; frueretur alter alterius subsidio ac beneuolentia; conficerent pacem, & leges sibi inuicem subiectas, essetque inter illos pacta pax perpes.

IOANNES
IMP. IV.
RE CAEDI-
TVR LORIS.

VIII.

Nithard.
lib. 4.

LOTHARIUS
SUPPLEX
PACEM RO-
GAT A FRAT-
RIBVS.

IX. Quod cum Ludouicus & Carolus audiuisent, plebiq; vnuerse placitum esset; in vnum vnà cum primoribus coeunt, & quod de talibus acturi essent, gratanti animo conferunt. Aiebant se hoc in exordio dissensionis voluisse, & quamquam peccatis intercedentibus, proficuum esse non posset, sæpè hoc illi mandatum fuisse. In eo tamen omnipotenti Deo gratias referebant, cuius tandem ope adiuti hoc promeruerunt, vt frater illorum, qui semper pacem & concordiam spreuerat, Deo largiente, tum illam pe-

IX.

PAX INTER
LOTHARIUM
IMP. ET RE-
GES FRA-
TRES.

CHRISTI 843. GREGORII PAP. IV. 16. LOTHARII IMP. 3. MICHAEL. III. IMP. 2.

rebat. Verumtamen more solito, ad Episcopos, sacerdotisque rem referunt: ut quocumque diuina auctoritas id vertere vellet, nutu ipsius libenti animo præter adessent. Quibus cum vndique, ut pax inter illos fieret, melius videretur, consentiunt, Legatos conuocant, postulata concedunt, &c.] Quomodo autem conuenientibus simul, cuncta sunt iuramento firmata, idem auctor pluribus narrat.

X. Quæ autem hoc anno, quo facta est partitio regni inter tres fratres, contigisse narrat Hincmarus huius temporis auctor magni nominis, in translatione prioris corporis S. Remigij, digna planè sunt, quæ hic describantur^a; Misericors Deus, qui neminem vult perire, terribilibus semper exemplis significauit, quàm grauissimum scelus esset bona Ecclesiarum abripere. Quod autem eiusmodi sacrilegium his maximè temporibus plurimum inualuisset, mirifica Deus ostendit suæ indignationis in delinquentes supplicia, quibus alij, quibus inesset mentis ratio, exterrerentur. Hincmarus igitur de his, quæ suo tempore in sua Ecclesia acciderunt, suo stylo ita describit: ^b Quando tres fratres Reges, Lotharius, Ludouicus, & Carolus regnum post patris sui obitum inter se diuiserunt: Episcopium Rhemense quod tenebat Fulco presbyter, Carolus inter homines suos diuisit. Villam Iuliacam Richuino in beneficium dedit.] Est mentio Richuini Comitum apud Eginhardum, reperiturque subscriptus cum aliis Comitibus testamento Caroli Magni. Pergit verò Hincmarus:

^a Ann. Fran. à Pish. edit. hoc anno.

^b Hincmar. de translat. S. Remig.

XI. DIVINA VLTIO IN OCCUPANTES BONA ECCLES.

Cum autem vxor illius nomine Berta in cubiculo villæ ipsius iaceret, venit ad eam sanctus Remigius dicens: Non est iste locus tuus ad iacendum; alterius meriti & officij esse debet, qui hanc villam habere, & in hoc cubiculo iacere debet: surge quantocyus, & hinc abscede. Quod illa paruipendit, putans se visum inane videre. Altera vice venit ad eam S. Remigius, & dixit ei: Cur hinc non abcessisti sicut tibi præcepi? vide ne amplius hic te inueniam. Quod illa ut prius pro nihilo duxit. Tertio ut venit ad eam S. Remigius dixit: Nónne etiam semel & secundo tibi præcepi, ut hinc abscederes? Sed quia contempsisti hinc pergere, aliorum deportatione abscedes: & percussit illam virga, quam tenebat in manu. Quæ, toto corpore in maximum tumorem conuerso, quod vidit, viro suo Richuino, & aliis quamplurimis dixit, & per aliquantos dies feuerissimè cruciata, vitam finiuit. Cuius corpus vir eius in Ecclesiam S. Remigij deportari, eamque ibidem sepeliri fecit.] & inferius:

XII. Licet non tam frequenter exerat Deus in perniciosos vindictam, non tamen vsquequaque inulta nostris temporibus deserit præsumptorum piacula. Nam Blichgarius quidam nuper mansum de thesauro Ecclesiæ in villa Tenoilo pretio apud Bernardum custodem obtinuit, vnde famulos S. Remigij cum flagellis eiecit. Clamantibus autem eis S. Remigium, ut eos adiuuaret, idem Blichgarius cum irrisione illis respondit: Modò parebit, qualiter vos S. Remigius adiuuabit. Videte quomodo in adiutorium vestrum venit. Et inter hæc verba cum maximo clamore ingemuit; & incredibiliter inflando intumuit, sicque medius crepuit, & mortuus est, &c.] plura addit in detestationem scele- ris, admonens fideles ab huiusmodi peccatis abstinere. Porro qui hæc stylo persecutus est Hincmarus, nondum erat Episcopus Rhemenis, sed eam Ecclesiam occupabat Fulco, siue Fulquus presbyter. ipsum verò Hincmarum nonnisi post annum sequentem in eadem Ecclesia contigit creari Episcopum, ut suo loco dicitur.

XIII. GREGORIVS PAPA MORTIVR.

Hoc anno Gregorius Papa quartus, cum sedisset annos sexdecim, diem clausit extremum. Hoc quidem anno esse defunctum, veteres Annales Francorum testantur post Anastasium, licet sint qui eius obitum in annum sequentem absque veterum assertione reiciant. Cum autem res ab eo gestas per annos singulos digesserimus, hic ad postremum ad laudem eius tamquam phaleras sepulchrales foras prodimus ornamenta plurima, quæ diuersis Vrbis Ecclesiis contulit, diuersis sui Pontificatus annis, quæ Anastasius eo ordine recensuit, quo descripta reperit in libro rationum expensarum. Quorum cum nonnulla suis locis superius recentuerimus; hic modò sunt describenda, quæ quo certo suæ sedis anno facta sint, ignorantur. atque in primis, quam præ ceteris coluit basilicam sanctæ Mariæ Transiberim, dictam Callisti, quibus auxerit donis, dicendum est. Anastasius enim hæc habet:

XIV. Cumque hæc omnia quæ superius intexta leguntur, consummata fuissent atque perfecta à quarto huius intemeratæ Sedis Papa Gregorio, Deo fauente, piger esse nolens, cepit incunctanter post curam gregum de cultura & melioratione tractare locorum, ut suis tem-

CHRISTI 843. GREGORII PAP. IV. 16. LOTHARII IMP. 3. MICHAEL. III. IMP. 2.

A temporibus nouæ culturæ forma consolidata esset: quod intercedente apud Dominum principe Apostolorum Petro, iuxta votum sui desiderij factum est. Ideò cum talia propo- siti sui animo volueret & cogitaret: repente in memoriam eius recurrerunt, quòd iustum non esset, si amplius Ecclesia sanctæ Dei Genitricis, quæ more veterum, nunc vsque Cal- listi dicitur, sine monachorum officio consisteret, maximè cum in ea signorum non mi- nima frequenter fierent miracula & virtutes diuersæ. Tunc demum diuinitus compun- ctus corde, & Dei omnipotentis roboratus & fretus iuuamine, iuxta latus prænominatæ basilicæ monasterium à fundamentis statuit, & nouis fabricis decorauit. In quo etiam monachos canonicos aggregauit, qui ibi officium facerent, & omnipotenti Deo grates & laudes diebus singulis ac noctibus prosequentes, intimo cordis spiramine decantarent. Qui sicut in præsentiarum cernimus, magno conamine, magnoque studio Pastor exi- mius hoc opus valdè firmissimum ampliauit. Nam vbi nulla antea erat cultura posita, modò, Deo disponente, pulchra sunt habitacula monachorum. Et loca quæ nuper ab hominibus videbantur vepribus vel immunditiis plena, nunc in eis cellulæ constructæ sunt, in quibus oues Christi cum suis ad laudum officia habitant & dormiunt.

Eo itaque tempore sæpè dictam Ecclesiam, quæ quibusdam per circuitum locis longo senio erat perrupta, quam firmissimis vndique munitioibus restaurauit. Et in ea sanctum fecit præsepium ad similitudinem præsepj sanctæ Dei Genitricis, quæ appellatur, Maioris: quod scilicet laminis aureis & argenteis decorauit. In quo pro remedio & venia delictorum obtulit dona, imaginem auream habentem historiam Domine nostræ cum di- uersis pretiosis gemmis hyacinthinis maioribus tredecim, prasinis decem, albis maioribus numero vigintiocto, * alamandrinis maioribus numero viginti, albis modi- cis. . . in circuitu capitis coronæ diuersis filo paribus. Circellorum paria duo habentia gemmas pretiosas albas numero viginti octo, prasinas hyacinthinas quatuor. Item in æde imaginis murenas prasinas pretiosissimas duas, ex quibus vna habet pendula numero vndecim. Item murenam eriphilem auream habentem gemmas diuersas, albas numero septuaginta tres, & bacciculas triginta tres. aliam murenam in qua pendent gemmæ hyacinthinæ tredecim; digitas aureas nouem pendentes ad filum aureum. Item murenam filatam, ex qua pendent gemmæ hyacinthinæ quatuordecim cum signo Christi, habentem visticellas duas. & minores tres omnes murenæ pendentes in eis, gabathas aureas habent purissimas, interlatiles, filo pares, & signum Christi pendens in catenulis tribus & liliis, in quibus legitur: DONA DEO ET SANCTÆ MARIE QUÆ VOCATUR PRÆSEPII TRANSTIBERIM DOMNVS GREGORIVS PAPA QVARTVS PVRO CORDE OBTVLIT.

XV.

* f. adamantiis

D Addidit & gabathas tres foxifcas, signum Christi habens historiam in modum leonis capillati cum diuersis operibus purissimi auri, pendens in catenulis quatuor & vncino vno. Item gabatham foxicam habentem leones quatuor, & diuersas imagines serpenti- um, & medio stantem pinum, & quatuor leunculos, nodis aureis pendentes in catenu- lis tribus & vncino vno. quæ omnia domnus Gregorius Pontifex libenti obtulit animo.] & post multa inferius:

XVI.

Idem à Deo electus & præclarus Antistes obtulit in Ecclesia beatæ Dei Genitricis semperque Virginis Mariæ Domine nostræ, quam Callisti & Cornelij vocant, coronas argenteas duas, & per vnquamque delphinos duodecim, pensantes simul libras duo- decim. In dicta basilica fecit canistra argentea quatuor cum inscriptione: DEI GENI- TRICI MARIÆ GREGORIVS IV. PAPA. pensantia libras centum tredecim.

XVII.

E Fecit idem venerabilis Papa in eodem sancto loco, intra ambitum ipsius Ecclesiæ ope- rosam & decoram constructionem. Nam prius altare in humili loco situm fuerat, pænè in media testudine, circa quod plebs vtriusque sexus conueniens erat, dum Pontifex cum clero cum plebe confusè commixto sacra mysteria faciebat. Sed & sancta corpora beatorum Callisti, Cornelij, & Calepodij in media plaga tumulata, post tergum populi iacentia non dignè honorificabantur. Quod religiosissimus Papa non leuiter tulit, sed solerti, solitoque studio intima industria operam adhibens, mirificum opus inchoans consummauit. Nam refofso clandestino antro, summa cum reuerentia præfata sancta corpora eleuans, in occidentali plaga eiusdem Ecclesiæ, hoc est in ambitu absidis hono- rificè collocans, occuluit, circa quæ maximæ molis aggregans aggerem, coopertum magnis lapidibus tribunal erigens decorauit, supraque Confessionem respicientem ad

XVIII.

CHRISTI 843. GREGORII PAP. IV. 16. LOTHARII MICHAEL. III. IMP. 2. IMP. 3.

ortum solis, miri operis calaturæ ornata compagine coaptavit: siquidem bases altaris (quod miro modo ex argento purissimo comens, in honorem Dei Genitricis semperque Virginis Mariæ) elatus priore erexit intra consurgentes pulchri operis gradus: atque presbyterium amplo circuito operis funditus construxit: cui ex septemtrionali plaga lapidibus circumseptum marmoreum posuit.

XIX. Sed & decorem altari addens, & Matrem Domini meritò honorans, fecit ibidem vestem de chrysoclauo cum blatta Byzantina habentem historiam Natiuitatis & Resurrectionis Domini nostri IESV Christi, & desuper imaginem Dei Genitricis Mariæ refouentem imaginem Saluatoris sui. Idem verò à Deo præfectus Pontifex fecit hamas argenteas sex, quæ procedunt per omnes stationes, librarum tredecim, scyphos duos pensantes singuli libras decem, gemmiliones octo, pensantes singuli libras duas. & post multa de aliis Ecclesiarum ornamentis subdit Anastasius ista, postea ibidem ab eodem Pontifice collata: Item in venerabili monasterio sanctæ Dei Genitricis semperque Virginis Mariæ, & sanctorum Callisti & Cornelij Transiberim fecit canistra argentea numero sex, quæ pensant simul libras decem & octo, scyphum vnum pensantem libras octo, sidonem vnum pensantem libras tres. Et rursus de eadem: Obtulit in basilica sanctæ Dei Genitricis Mariæ Transiberim vestem de Tyrio habentem historiam Dominicæ Natiuitatis & Resurrectionis Domini nostri IESV Christi.] hæc de rebus collatis in dictam Ecclesiam sanctæ Dei Genitricis Mariæ Transiberim.

XX. Quæ autem idem Pontifex contulerit dona Ecclesiæ sancti Petri, idem Anastasius sic narrat: Hæc denique postquam à dicto Pontifice decenter expleta essent, ea quæ in Ecclesia beati Petri Apostoli foris muros, longo iam senio lassata videbantur, ad pristinum statum, cultumque perduxit. Nam pænè totam porticum super Oratorium sanctæ Dei Genitricis Mariæ, quæ Mediana dicitur, nouiter ex trabibus, ceterisque lignis ob decorem basilicæ renouauit. Immo & aliam similiter porticum ante valuas argenteas, nouoque opere, cultuque præcipuo perfecit. Nec non in fronte Paradisi iam fatæ Ecclesiæ principale mulium: nam cuncta quæ à priscis temporibus in eodem pariete erant diruta, velocitate nimia pingere & restaurare decreuit. Renouauit similiter porticum eiusdem basilicæ, quæ super gradus eius esse perspicitur, per quos populo orationis voto præbet ascensum. Fecit etiam iuxta accubitum pro quiete Pontificis, vbi post orationes Matutinales, vel Missarum officia eius valeant membra * repausari, hospitium paruum, sed honestè constructum, picturis decoratum eximii.] & inferius: Fecit etiam in Oratorio sanctissimi Papæ Gregorij, situm intra Ecclesiam beati Petri Apostoli, columellas argenteas quatuor, habentes libras argenti quadraginta.

XXI. Post hæc namque omnia ipse venerabilis Pontifex in Curte, quæ cognominatur Draconis, domum satis dignam, vndique parietibus & solaribus circumdatam, à solo nouiter statuit, in qua tam ipse, quam futuri Pontifices cum omnibus qui eis obsequuntur, quamdiu placuerit, ibidem spatiosè immorari valeant. Fecit similiter in Curte alia, quæ Galaria vocatur, domum aliam spatiosam, & longam satis atque præcipuam, ad opus atque vtilitatem Pontificum: vbi quoties opportunum fuerit, cum omnibus qui ei famulantur, amplissimè hospitetur.] & de basilica rursus sic habet: Fecit in basilica beati Petri Apostoli vela cum chrysoclauo numero quatuordecim, habentia diuersas historias, Euangeliorum (hoc est Euangelistarum) & passiones beatorum Petri & Pauli, necnon Andreæ Apostoli, quæ dependent inter imagines auro argentoque fusas in trabe desuper argentata antequam adeas sacram Confessionem, speciosa valdè nimis, vbi- busque humanis præcipua.] Rursus verò idem Anastasius: Hic benignus & præclarus Pontifex bonus & verus Pastor considerans Romanorum penuriam, qui vbi molerent triticum ad edendum, nullo modo haberent: diuino fretus auxilio, Formam, quæ Sabatina vocatur, quæ iam per plurimos annos fracta atque destructa esse videbatur, elato operis studio, sicut prioribus fuerat ædificata temporibus, nouiter fecit instruere, ita vt ad Ecclesiam beati Petri, & ad Ianiculum sicut prius, aquæ affluenter decurrerent.] hæc de his quæ spectant ad basilicam S. Petri. de ædificiis verò in Laterano ab eodem constructis, idem Anastasius ista habet:

XXII. Fecit in Patriarchio Lateranensi Triclinium miræ magnitudinis * decoratum, cum abside

*deauratum

CHRISTI 843. GREGORII PAP. IV. 16. LOTHARII MICHAEL. III. IMP. 2. IMP. 3.

A abside de mustuo, & alias absides duas, dextra læuaque positas infra paracellarium variis historiis depictas.] ac rursus inferius: Itemque inter cetera bonæ operationis exempla fecit in Patriarchio Lateranensi pro vtilitate seu vsu Pontificis prope Oratorium sancti Christi martyris Laurentij habitaculum satis idoneum, vbi quies est optima; vt cum clericis idem sanctissimus Pontifex inde digrediens, omnipotenti Deo debitas laudes persolueret; sed & descensum qui paracellarium respicit, per quem antea homines veluti in nocte ascendebant & descendebant, ita nouiter reformauit, vt nulla inde transfundi deinceps, vt antea, obscuritas valeat impedire. A quo videlicet loco vsque ad Oratorium S. Laurentij cuncta quæ erant vetera, restaurauit, & alia noua adiecit, in quibus tres caminatus fieri iussit. Renouauit & balneum, quod iuxta paracellarium situm est, à fundamentis per totum, & marmoribus, ceterisque placibilibus operibus decorauit. B Pari modo & in Ecclesia Saluatoris, quæ appellatur Constantiniana, fecit vestem auri-textilem, habentem historiam Palmarum, & Cænæ Domini.] & paulò post: Fecit in basilica Saluatoris vestem cum chrysoclauo vnam, habentem in fronte altaris historiam beatissimorum Ioannis Baptistæ, & Euangelistæ Ioannis: & per altaris circuitum similiter vno corpore coherentia quasi vela, similiter de chrysoclauo quasdam picturas habentes in modum gryphorum cornua in frontibus picta.] In basilica autem S. Pauli ista quæ sequuntur:

Idem verò prædictus Præsul obtulit in Ecclesia Doctoris Gentium beati Pauli Apostoli cortinam fundatam pendentem in arcu triumphali; habentem in medio Annuntiationem, & Natiuitatem Domini nostri IESV Christi. Item velum holosericum pendens in tegulari sub imagine argentea, habens historiam Imperatoris. Ibidem & ipse fecit duo alia modica vela fundata, quæ pendunt in circuitu altaris foris, numero sexdecim. Item vela quinque pendentia intus in circuitu altaris, habentia lora viginti quinque, Item vela quæ pendunt in presbyterio numero viginti quatuor. Vela fundata quæ pendunt per arcus maiores numero quadraginta. In Ciborio ipsius Ecclesiæ fecit vela quatuor.] & inferius: Idem à Deo protectus Pontifex in eadem Ecclesia Doctoris Gentium fecit vela de chrysoclauo per arcus presbyterij, habentia historiam beati Pauli Apostoli, & in circuitu listas ex auro numero vigintiseptem.] & de eadem: Obtulit & ibidem vestem de chrysoclauo habentem effigiem Domini nostri, & in eius obsequium à dextris & à sinistris Angelos & Apostolos miræ magnitudinis & pulchritudinis diuersis lapidibus & margaritis ornatam, pulcherrimeque contextam.

In basilica verò sanctæ Dei Genitricis ad Præsepe ista: Fecit ibi Ciborium de argento purissimo pensans libras quadringentas, & coronas ex auro purissimo pensantes libras decem & semis.] & rursus inferius: Simili modo & in Ecclesia Dei Genitricis semperque Virginis Mariæ Dominæ nostræ ad Præsepe fecit auro textilem, Natiuitatem, Baptismum, Præsentationem, & Resurrectionem, habentes in capite ipsius historiæ gemmas albas trecentas octoginta unas, hyacinthinas quinquaginta, præsinas vigintiduas, in circuitu adamantinas, habentes nomen domni Gregorij IV. Papæ.

Quæ autem contulerit dona ceteris diuersisque Urbis Ecclesiis, Anastasius ita recenset: Fecit item in Ecclesia beati Christi martyris Georgij munificus Præsul hæc inde porticus: quas etiam ad decorem ipsius basilicæ variis ornauit picturis. Absidem verò eiusdem Diaconie à fundamentis, auxiliante Domino, cum summo studio compisit. Hic Deo amabilis Pontifex dum diligenter cerneret, quòd eiusdem venerabilis Diaconie secretarium præ nimia temporis vetustate marcesceret; nouiter fecit, & pro eius honore obtulit hæc dona: vestem de fundato vnam, & aliam cum chrysoclauo, habentem imaginem Saluatoris & martyrum Sebastiani & Georgij; vela de fundato maiora duo, minora decem & octo.] & inferius: Fecit alia vela habentia in circuitu gammadias de octaplo.] ac rursus: Fecit velum Alexandrinum habens duodecim. . . . Sed & ante ianuas velum lineum plumatum vnum.] & inferius: Simul & in Diaconia beati Christi martyris Georgij fecit coronam de argento cum delphinis duodecim, pensantem libras sex.] De aliis quoque Ecclesiis ista subdit idem Anastasius: Fecit in Ecclesia beatorum martyrum Cosmæ & Damiani vestem de fundato, habentem historiam eorundem Sanctorum de chrysoclauo.

Simili modo in Ecclesia sancti Abbacyri & Archangeli fecit aliam vestem, habentem in medio historiam depictam de chrysoclauo. In basilica S. Eustachij idipsum. Itidem in

BASILICAE LATERANENSIS QUAE CONVLIT GREGORIVS PAPA.

XXIII. QUAE BASILICAE S. PAULI OSTVLIT.

XXIV. QUAE SANCTAE MARIAE AD PRÆSEPE.

XXV. QUAE DIACONIAE CETERIS VRBIS ECCLESIIS.

XXVI.

CHRISTI GREGORII PAP. IV. LOTHARII IMP. 3.
843. 16. MICHAEL. III. IMP. 2.

Ecclesia sanctorum Sergij & Bacchi fecit vestem de fundato. Idipsum in Ecclesia S. Siluestri in monte Soracte.

Pari modo facta tecta basilicæ S. Hadriani martyris positæ in Via sacra, quæ præ nimia vetustate maruerant, restaurauit.

Fecit etiam in Ecclesia S. Clementis vestem de fundato cum leonibus cum periclis de octaplo. Simili modo in basilica beati Theodori martyris vestem de fundato cum periclis ut supra.

Fecit autem in Ecclesia Christi martyris Laurentij, quæ ponitur foris muros, vestem chrysoclauam, habentem historiam Zacchæi.

In basilica S. Stephani protomartyris in Cœlio monte fecit vestem de fundato cum gammadiis. Verum etiam in Diaconia B. Dei Genitricis Mariæ in Via lata fecit vestem de stauraci cum periclis de blatti.

Fecit in Diaconia beati Hadriani martyris vestem de fundato. In Ecclesia S. Petri ad Vincula fecit vestem de fundato, habentem leones cum gryphis. In basilica S. Martini Confessoris atque Pontificis fecit vestem de fundato, habentem leones cum arboribus. In basilica S. Eusebij martyris fecit vestem de holoserico, habentem aquilas cum periclis de quadraplo.

xxvii. Item in Diaconia beatæ semperque Virginis in Cosmedin fecit vestem de Tyrio, habentem historiam de Dominica Natiuitate, atque Resurrectione Domini nostri IESU Christi. Et ad honorem & gloriam beatæ virginis Susannæ obtulit eiusdem Ecclesiæ vestem fundatam cum periclis de Tyrio. Et in Ecclesia beati Cyriaci diaconi & martyris vestem de fundato, habentem periclisin de stauraci. Pari modo in Ecclesia beatæ Pudencianæ virginis vestem de fundato cum periclis de quadraplo. Obtulit beato Vitali martyri vestem de fundato, habentem aquilas & periclisin de quadraplo. Fecit & in Ecclesia beatæ Anastasiæ martyris vestem de fundato, habentem aquilas & periclisin de chrysoclauo. Obtulit & basilicæ S. Lucie martyris quæ est in Orphea, vestem de fundato cum periclis de octaplo. In titulo beati Chrysoconi vestem obtulit de Tyrio, habentem historiam Danielis cum periclis de stauraci. In titulo Pammachij obtulit vestem de stauraci cum periclis de quadraplo.

xxviii. Fecit & in Ecclesia beatæ Cecilie martyris vestem de fundato, habentem aquilas & gryphos cum periclis de holoserico. Pari modo in titulo Emilianæ obtulit vestem de fundato, habentem aquilas & periclisin de blatta Byzantæa. Simul in Ecclesia B. Sixti martyris atque Pontificis fecit vestem de Tyrio, habentem historiam Danielis cum periclis de holoserico. Fecit in basilica sanctæ Balbinæ martyris vestem de fundato cum periclis de holoserico. Itemque in titulo S. Damasi fecit vestem de stauraci, habentem periclisin de blatta Byzantæa. Et in Ecclesia Apostolorum Philippi & Iacobi fecit vestem de fundato. Et in Ecclesia B. Marcelli martyris atque Pontificis fecit vestem de fundato.] & inferius de eadem Ecclesia: Item fecit in basilica beati Marcelli martyris atque Pontificis coronas ex argento tres, pensantes libras. . . . Pari modo in basilica S. Laurentij in Lucina fecit vestem de stauraci.

xxix. Item in Ecclesia S. Valentini fecit vestem de fundato cum gammadiis de octaplo.] & post multa: In monasterio S. Sabæ fecit vestem de holoserico cum leonibus, habentem periclisin de octaplo. In monasterio S. Anastasij martyris eodem modo fecit vestem de stauraci cum periclis de quadraplo. In monasterio S. Andreæ quod appellatur In cliuo Scauri, fecit vestem de stauraci cum periclis de quadraplo. Sed & in monasterio S. Agathæ martyris, quod est supra Suburram, fecit vestem de holoserico cum periclis de octaplo. In monasterio S. Erasmi fecit vestem de stauraci cum periclis de octaplo. In monasterio S. Lucie ad Septem vias, fecit vestem de holoserico cum leonibus, habentem periclisin de octaplo. In monasterio S. Siluestri fecit vestem de holoserico cum periclis de octaplo, ibidemque fecit vestem de fundato cum gryphis, habentem periclisin de blatta. In monasterio S. Praxedis fecit vestem de holoserico cum periclis de stauraci.] & inferius: Fecit etiam in monasterio beatissimi Christi martyris Laurentij, quod dicitur in Palatinis, canistra de argento sex, & cerofranta duo adiuncta, scyplum vnum argenteum & arcus similiter argenteos.] hætenus de his ibi.

xxx. Atque vtinam eius temporis auctor ita diligens fuisset ad res gestas singulas ipsorum Romanorum Pontificum conscribendas, vt in his recensendis se exhibuit tolerantissimum. Verum

CHRISTI GREGORII PAP. IV. LOTHARII IMP. 3.
843. 16. MICHAEL. III. IMP. 2.

A Verum & si ista minimè prætermitti debuerunt; minimum tamen obtinent locum in historica facultate, respectu aliorum, quæ in moderanda vniuersali Ecclesia vniuersalem omnium Pastorem die noctuque oportuit laborando iugiter peregrisse.

Ad postremum res gestas Gregorij Anastasius ita claudit: Qui beatissimus, postquam Sedem Romanam & Apostolicam annos sexdecim gloriosissime rexit, ex hac luce substractus, ad æternam migravit requiem. Fecit ordinationes quinque per mensem Martium & Decembrem & Septembrem, quibus creauit Presbyteros Diaconos Episcopos per diuersa loca centum octogintaquinque. Sepultus est in basilica beati Petri Apostoli.] hætenus Anastasius.

Postremò autem & inter Gregorij adnumerandum est monumenta, quod fulgens illud temporibus istis Germanicæ fides Rabanus Maurus Albini Flacci auditor tricenarius, scribere aggressus sanctæ Crucis mysteria atque præconia metrico stylo canenda, egregium opus dedicauit ipsi Gregorio I V. Romano Pontifici, ad quem post alia, tum ipsius, tum Albini ad eundem in liminari pagina scripta epigrammata ista leguntur:

Sedis Apostolica Princeps, Lux aurea Roma

Et decus, & doctor plebis, & almus amor:

TV CAPVT ECCLESIE es, primus Patriarcha per orbem,

Præclarus meritis, & pietate potens:

Sal terra, mundi lux, atque vrbs inclita Christi,

Perpetua præbens lucis iter populo.

Vestra valet calum reserare & claudere lingua,

In terra positus clauiger Aethereus.

Tu renouator ades patriæ, spes, rector, honorque

Dulcis amor cunctis, dignus amore Dei.

Tempora sunt huius vita nunc plena periclis,

Bella mouent Gentes, hostis ubique furit.

Vnde opus est valde, tua quod protectio fortis

Succurrat miseris, quos inimicus odit.

Eripe sancte, piis monitis, precibusque, sacratis

Commisum tibi met Pastor ab hoste gregem.

Vt tua laus maneat, merces, & gloria semper,

Cum Christo in calis regna beata tenens.

Principi Apostolico Petro coniunctus in auum,

In terris vicem cuius & ipse geris.]

D Post hoc aliud mox sequitur carmen de oblatione libri facta Pontifici, in hunc modum:

Presul amate Deo Papa Gregorius, oro

Inter oues proprias me miserum vt numeres.

Sisq; tui famuli protector verus: & ipsum

Æterno Domino restituas precibus.

Qui se totum offert & parua hæc dona ministrat,

Commendans tibi met, seque, suaq; simul.

Per te vt alma Crucis laus nunc acceptior extet,

Principi Apostolico munera missa Petro.

Quæ Christi ad laudem conscripta est tempore prisco,

Ludere dum libuit carmine versifico.

Credo quidem memet per te conquirere posse

Vitam, quam nequeo propria per merita.

Te Deus æternus mundi mitissimus auctor,

Tempore longinquo protegat atque regat.

Vt valeas, sanus vigeas, & prospera captes

Hic, & in æternum regna superna metas.

Te vigilem seruet qui non dormitat in auum,

Nominis atque tui restituat meritum:

Vt vigilet cautus Pastor Gregorius, ad sis

Sancte tuis ouibus. Papa beate vale.] & quod cupis Lector ex Albi-

no de Rabano depromi aliquid, accipe ex intercessione eiusdem de ipso ad eundem Grego-

RABANI
AD GREGO-
RIVM PAP.

RABANVS
OFFERT
CARMEN
DE CRUCE
GREG. PAP.

CHRISTI
843.GREGORII PAP. IV.
16.LOTHARII
MICHAEL. III. IMP. 2.ALBINI DE
RABANO
VERVS.

Gregorium Papam epigramma eidem libro præpositum.

*Sancte Dei Prasul meritis in sacula uiuens,
Causam quam ferimus suscipe mente pia.
Nempe ego cum fueram custos, humiliq; minister
Istius Ecclesia, dogmata sacra legens:
Hunc puerum docui diuini famine uerbi
Ethica monitis & Sophia studiis.
Ipse quidem Francus genere est, atque incola silue
Bochonia, huc missus discere uerba Dei.
Abbas namque suus Fuldenfis rector ouilis,
Illum huc direxit ad tua tecta pater,
Quod mecum legeret metris Scholasticus artem,
Scripturam & sacram ritè pararet ouans.
Ast ubi sex lustra impleuit, iam scribere tentans,
Ad Christi laudem hunc edidit arte librum,
Qui typicos numeros, tropicas & ritè figuras
Indidit, ut dona panderet alma Dei,
Patio quid Christi mundo conferret honoris,
Qualiter antiquum uinceret & chelydram.] &c.*

egregium opus, cufum anno salutis millesimo quingentesimo primo industria Iacobi Vimphelindij.

XXXIII. Ceterum etsi Gregorio quarto à Rabano fuerit liber inscriptus, ad Sergium tamen eius successorem missum constat per certos homines. Vnde coniectura ducimur, ut existimemus his ultimis diebus Gregorij ab eo scriptum librum, sed Gregorio morte præuento, ad successorem eius missum fuisse. sed de his fatis.

XXXIV. Porro hic ipse, quo Gregorius Papa ex hac vita decessit, annus fuit Italix lugubris, MALA IL-
LATA PER
SARRACE-
NOS.
a Nithard.
lib. 4.
b Leo Ostien.
Chron. Cass.
lib. 1. cap. 27.
ex ingenti clade à Sarracenis illata uniuersæ Campaniæ atque Samnitibus, cum illi Beneuentum ceperunt, Capuam exusserunt, atque alia mala innumera perpetrarunt. Sunt ista cœpta hoc anno, ad annos viginti in posterum propagata. De tempore facit fidem a Nithardus huius temporis scriptor, qui ait Mauros uocatos à Sigenupho fratre Sigehardi Ducis Beneuentani. Et veteres Annales Francorum à Pithæo editi: Hoc anno (inquiunt) Mauri Beneuentum occupauerunt. Quænam autem fuerit causa Sigenupho Mauros in auxilium conuocandi, b Leo Ostiensis profecutus res monasterij Cassinensis sic ait: Cum præfatus Sichardus (sive Sigehardus) Princeps Beneuentanorum à suis nequiter fuisset occisus: præfatus Radelchis Thesaurarius ipsius illi in Principem successit. Interea Capuani quibus tunc Landolphus Castaldæus præerat, pro multis nequitis suis Radelchim valde infensum habebant. Cumque illum hac de causa metuerent, inuito consilio ad Siconulphum, sive Sigenuphum Principis Siconis filium, fratrem uerò germanum Sichardi sive Sigehardi, qui tunc Tarenti exulabat, se conferunt, eumque sibi Principem eligunt. Qui tum iisdem Capuanis cum magna Beneuentanorum manu, quibus idem Radelchis exosus erat, comitatus, Salernum adiit: & contra dictum Radelchim sese modis omnibus instruens, belli initium dedit. Ortus est contra se inuicem dimicandi ardor ac studium, & crebro conferebant prælia. Verum quia (ut ait Veritas c) Omne regnum in se diuisum desolabitur. concordiaq; res parua crescunt, discordia maximæ dilabuntur: ab iis Sarracenorum exercitus contra se diuersis in locis accersiti, totum non modò principatum, uerum etiam Italix regnum diffensione sua, ferro & igni per annos ferme triginta demoliti sunt. Primum itaque Radelchis in auxilium suum Sarracenos euocat per Pandonem quemdam fidelem suum, qui tunc Barim regebat. Quos dum idem Pando iuxta murum urbis & oram maris locasset improuidus: illi ut sunt ingenio callidi, intempesta nocte Barim urbem per loca abdita penetrant, plurimisque peremptis, prædictum patriæ proditorem marinis fluctibus donant. Is autem Rex Calphon, quos prædictus Radelchis, quia pellere urbe non poterat, cœpit familiares colere, & ad sui auxilium prouocare. Cumque illis totam Siconulphi regionem deuastans, Capuam quoque uniuersam redegit in cinerem. At contra Siconulphus ex Hispania Sarracenos accersens, frequentibus præliis, omnes ferè per circuitum præter Sipontum à Radelchis iure urbes abstulit, Beneuentumque expugnare cœpit.]

*Match. 12. Sed

CHRISTI
843.GREGORII PAP. IV.
16.LOTHARII
MICHAEL. III. IMP. 2.

A Sed quæ tunc damna passum est nobile monasterium Cassinense, idem Leo mox subdit: a Septimus iam annus memorati Abbatis Baslacij vertebarur, cum præfatus Siconulphus ad beati Benedicti monasterium ueniens, mutui nomine uniuersum ferè thesaurum, quem inclityæ memoriæ Reges Carolus & Pipinus frater eius, & Carolomannus, & Ludouicus eiusdem Pipini filij, & alij plurimi Reges & principes religiosi ibidem contulerant, Agarenis tribuendum abstulit. Nam primò quidem tulit in calicibus & patenis, coronis & crucibus, phialis quoque & hamulis, bocis & fibulis auri purissimi libras centum triginta. Saricam itidem * Stericam de silphori cum auro & gemmis. pro quibus promisit se redditurum solidos Siculos decem millia. Vnde cognatus eius Vrfus & Grimoldus scriptum redditionis monasterio fecerunt. Item secundò trecentas sexagintaquinque argenti libras, & quatuordecim millia solidos aureos signatos. Item duo argentea uasa ponderis librarum triginta, & fundatos duplices octo. Item uasa duo argentea anaglypha inaurata. Tertio, post octo circiter menses tulit in coronis, baziis, & hamulis garalibus, & cochlearibus argenti libras simul quingentas. Item post menses decem ueniens rupit ipsum monasterij uestiarium, & inde tulit solidos mazatos quatuordecim millia. Pro quibus iurauerunt Leo Episcopus, & Petrus, & Landenulphus Castaldæi eius super Euangelia & Crucem, & corpus S. Benedicti, quòd post quatuor menses pretium illud monasterio restituerent: & cum non haberent unde redderent, fecerunt hinc præceptum de S. Nazario incanzie cum omnibus suis. Rursus Lando & Aldemarius Castaldæi exporauerunt solidos prædulatos duo millia. Alias item quando Spoleterum perrexit Maio cognatus eius, abstulit item solidos duo millia. Item quando Romam profectus est, uenit idem Siconulphus, & tulit coronam auream fumaragdinis gemmis mirificè decoratam, quæ patris eiusdem Siconis fuerat, pro tribus millibus solidis. Et ista quidem omnia sacrilegus ille sancto Benedicto auferens, nihil inde uel sibi uel patriæ emolumentum quaesuit. Ex quo tempore nulla unquam uictoria potius est.] hucusque Leo, quæ sequenti anno facta esse ipse docet, dum anno septimo dicti Abbatis contigisse tradat, quem eius monasterij præfecturam suscepisse anno Redemptoris octingentesimo trigesimo septimo, idem auctor affirmat.

IESV CHRISTI SERGII PAP. II. LOTHARII IMP. 4.
ANNVS ANNVS MICHAEL. III. IMP. 3.
844. I.

D SEQUITUR annus Redemptoris octingentesimus quadagesimus quartus, Indictione septima, quo post Gregorium quartum subrogatus est in locum eius Sergius, quarto Idus Februarij, Ioanne diacono eiecto, qui Sedem occupat uolenter. Hæc quomodo se habuerint, ex Anastasio Bibliothecario huius sæculi scriptore prodemus, qui vitam ipsius Sergij ab incunabilis ita enarrare aggreditur: Sergius secundus, natione Romanus ex patre Sergio, sedit annos tres.] hic ad limen subsiste Lector. Quos delectat fabulas ueris intexere, hunc primum fuisse tradunt Romanum Pontificem, qui creatus Papa, nomen sibi mutauit; eò quòd nomen indecens tanto sacerdotio uisus esset se habere. Sed scias id factum in Sergio tertio, neque id accidisse ob turpitudinem nominis, E sed reuerentiæ causa: cum enim ille Petrus uocaretur, indignum putauit eodem se uocari nomine, quo Christus primum eius Sedis Pontificem, principem Apostolorum ex Simone Petrum nominauerat. Verum id factum primum ab Octauiano, qui uocatus est Ioannes XII. alij tradunt, ut suo loco inferius dicitur. Hic de secundo Sergio dicendum, qui ex paterno nomine, ut audisti, à principio Sergius est appellatus.

Hic (subdit Anastasius) ex illustri familia editus, à matre castis nutrimentis erudiri cœptus ingenti cum studio, ut nihil obscœnum uel libidinosum ab eo quis audire uel videre posset: puerilia oblectamenta contemnebat, & uerebatur; ita ut in actibus polere uideretur pius, & moribus clarescere cœpit nobilibus, puris monitis instructus maternis * ingenuus. Igitur mater exultabat quotidie, & omnipotenti Deo gratias refererebatalacriter, qui talem sibi superno prolem concessisset auxilio. Duodecimo quidem ætatis * ingenuus.

XXXV.
a Leo Ostien.
Chron. Cass.
lib. 1. cap. 28.
MONASTE-
RIUM CAS-
SINENSE
DONIS RE-
GIIS EXPO-
SITATVR.
*

I.
SERGIUS
PAPA.

II.
SERGII PA-
PÆ VITA
A PVERO
VSQVE AD
ARCHIPRE-
SBYTERA-
TVM.
tis * ingenuus.

CHRISTI
844.SERGII PAP. II.
I.LOTHARII IMP. 4.
MICHAEL. III. IMP. 3.

tis suæ anno obiit mater eius, migravitque ad Dominum, qui relictus à matre (pater iam olim luce caruerat) morabatur in æde fratrum parentis sui. Eodem tempore primatum gerebat Ecclesiæ Leo tertius benedictus atque præcipuus, qui generositatem huius præclari pueri reminiscens, & parentum nobilitatem recolens, ad suam eum fecit magno cum amore duci præsentiam. & cum adductus fuisset, hilari vultu eum serenaque fronte contemplari cœpit, & suo supra modum placuit animo. Tunc Præsul eum scholæ Cantorum ad erudiendum communibus tradidit litteris, & vt mellifluis institueretur cantilenæ melodis. Insignis idem & solertissimus puer celeriter omnium litterariorum disciplinæ eruditionem sumptit ingenio, vt omnes ipsius præcederet scholæ pueros. His optimus auditis Pontifex, inexplebili replebatur quotidie gaudio pro pueritæ eius benignæ profectibus: cum & eum acoluthum in sancta constituit Romana Ecclesia. Vigesimo autem sui Pontificatus anno cum decessisset, Romanæ sacerdotium Stephanus suscepit Ecclesiæ, qui eum magno cordis diligebat affectu, ac protinus illi Subdiaconatus concessit officium. Sed paruo tempore Episcopatu administrato, defunctus est, & Ecclesiæ gubernacula Paschalis suscepit, à quo idem iam vir per omnia prudentissimus, vita, eruditione, & moribus adornatus, tituli beati Siluestri Confessoris atque Pontificis presbyter * creatur: qui super omnes misericordia, studio, vigilantia, & omnibus aliis bonis institutionibus claruit. Paschali verò defuncto, Præsulatus culmen accepit Eugenius, qui cum in Pontificio tribus durasset annis, Valentinus Sedis ipsius Pontifex consecratur. cuius post casum Ecclesiæ apicem suscepit Gregorius, à quo cum diligentius prædictus Sergius amaretur, Archiepiscopus ab eo in sancta Ecclesia ordinatur. Cum verò Gregorius annos sexdecim solertissimè Dei Ecclesiam gubernasset, ad extrema ductus, occubuit.

* consecratur:

III.

SERGII
ELECTIO.IV.
IOANNES
DIACONVS
SE INTRV-
DIT IN PA-
TRIARCHIVM.

* claritatem

SERGIUS
LIBERAT
A NECE
IOANNEM.
Rom. 12.

V I.

Tunc verò cum Cleri proceres & Romanæ Urbis optimates, vniuersusque Ecclesiæ populus pro eligendo Pontifice in vnum coissent, atque alius de alio (vt fieri solet in talibus) conclamaret: subitò per Dei prouidentiam, nutu diuino compuncti, de antefati Sergij Archiepiscopi religione diligentius confabulari cœperunt, vt omnes conclamerent, quia dignus esset Pontificatus adipisci regimen. Firmatoque in eundem virum consilio, vnusquisque ad sua reuersus est.

Tunc repente Ioannes quidam nomine diaconus eius Ecclesiæ, in tantum amentia erupit atque insanie, vt persuaso quodam imperito & agresti fati populo, turbulentorum & seditiosorum manu, in Patriarchium per vim, fractis ianuis, cum bellicis telis ingrederetur, leges & ordinem traditionum transgressus. Quo factò, omnes qui intra Patriarchij mœnia erant, stupore & metu repleti sunt. Igitur cum per vnus horum momentum perdurasset ignobilis populi coitio, timore correpta, eo relicto, non comparuit. Quibus ita gestis, omnes Quiritum principes designati sunt, & communi consilio vniuersi in basilica beati Martini Confessoris atque Pontificis, celeri cursu, magnoque equitatu sunt congregati, & eundem Archiepiscopum Sergium in omnibus probatissimum virtutibus virum extrahentes de Ecclesia, magno cum honore, magna populi comitante caterua, amplisque resonantibus laudibus, cum hymnis & canticis spiritualibus in Patriarchium Lateranense perductus & electus est. Eodem verò die tanta nix in Vrbe effusa est, vt in omnibus candidata cerneretur: quod multi gaudij * & claritatis dicebant esse indicium. Sed fallit mens humana, dum ex naturalibus euentis ventura prædicare fallaci diuinatione curiosè pertentat: Sergij enim Pontificatus brevis fuit & arumnosus, vt quæ dicturi sumus ostendent. E

Prædictum verò Ioannem diaconum de Patriarchio magna cum turpitudine huius Romanæ Urbis Principes expulerunt, & arctius in claustra sub cautela trudi præceperunt pro ipsius tanta temeritate, & impia & dira presumptione, quam ipse læpessatus Ioannes ausus est perpetrare, quem etiam concilio Antistitum suo priuari honore, necnon ensibus membratim dilaniari & interimi voluerunt. Sed hoc fieri benignissimus ac solertissimus Sergius Præsul prohibuit, non malum pro malo, secundum * Apostolum, cuiquam reddere volens.

Tunc demum, exultantibus omnibus sacerdotibus, proceribus, & optimatibus, omnibusque Ecclesiæ populis, idem sanctissimus vir in Apostolica beati Petri sacratissima Sede

CHRISTI
844.SERGII PAP. II.
I.LOTHARII IMP. 4.
MICHAEL. III. IMP. 3.

A Sede ordinatus, consecratusque est Pontifex. Erat enim origine insignis, fide purus, prædicatione liberior, Deo humilis, hominibus charus, vultu alacris, mente alacrior, Ecclesiarum gubernator, plebium cultor, pauperum fautor, viduarum pater, tegmen & consolator, indigentium largitor, disperforum congregator & conseruator, inanum seculariumque rerum contemptor, solius sapientiæ diuitiarum avidus & amator.

CONSECRATVR
SERGIUS PAPA.

Huius sacratissimæ consecrationis cum ad aures inuidiosissimi Lotharij Augusti rumor peruenisset Imperatoris, Drogonem videlicet Metensis Ecclesiæ Archiepiscopum, cum excellentissimo filio Ludouico suo, magno cum Francorum exercitu Romam misit, cum quibus etiam Archiepiscopos, pluresque Episcopos, Abbates, & Comites proficisci præcepit.]

VII.
LUDOVICVS
HOSTILITER
ROMAM
PERORAT.

B Cur autem missus fuerit Ludouicus à Lothario Imp. Romam, narrat his verbis Ado * Viennensis, huius sæculi scriptor: Lotharius filium suum Ludouicum, quem in Italia Regem fecerat, vt Imperatoris nomen sortiretur, per Drogonem patrum Romanam misit. Cui Sergius iam tunc Pontifex coronam imposuit, & acclamante vniuerso populo, Imperator & Augustus est salutatus. hæc Ado. Ex quibus redarguas impudentiam schismatici Sigeberti, dum ait missum à Lothario Romam ad confirmandam electionem Sergij Papæ. hæc ipse pro animi libitu in gratiam eius cui inhæsit contra Pontificem schismatici Imperatoris. At quid actum est? Stimulis pratorum consiliariorum exagitatus iuuenis, concepit animo subiicere sibi Romam tyrannide. Cuius rei causa secum duxit exercitum; impellebatur ad hæc ipse malè consultus ab Episcopis, qui eum sunt comitati, omnes in Romanum Pontificem flagrantis odio. quoniam fuerint isti, dicetur interitus. Affectemur modò Anastasium rem gestam ordine prosequentem; qui subdit ista:

VIII.
Ado sibi
am. 341.SIGEBERTI
IMPVDENTIA
REDARGVITVR.

C Ipsi verò ex quo in oras Bononiæ ciuitatis teligeris exercitibus sunt ingressi, tantas cædes, tantasque strages in populos peregerunt, vt qui per vrbes & agros erant, tyrannica crudelitate perterriti, relictis propriis locis, per loca abdita & latebras se absconderent. Cum verò hæc per omnem locum, singulasque vrbes, atque vicus & agros sæua operarentur nequitia: ad pontem peruenerunt Capellæ, & cum tanta esset cæli serenitas, vt in toto aère nubes aliqua, aut pluuia signum nusquam videri potuisset: subitò atrarum non modica densitas nubium facta est, vt nimborum procellis & coruscationibus circumdati, quidam de primatibus Drogonis consiliariis fulminis ictu percussi, interempti sint. Hoc videntes horribile signum, nimio omnes fracti timore correpti sunt; sed nullatenus mentis ferocitatem deponentes, atroci voluntate ad Urbem velociter properabant.

IX.

Quorum aduentum antedictus beatissimus Papa Sergius fieri propius cum cognouisset; in eiusdem excellentissimi Ludouici Regis occursum vniuersos Iudices ad ferè nouem millia ab hac Romana Vrbe direxit: quem cum signis & magnis resonantibus laudibus susceperunt. Et dum Vrbi pænè vnus miliarij spatio appropinquasset, vniuersas militiae scholas, vnà cum patronis direxit, dignas nobilissimo Rege laudes omnes canentes, aliisque doctissimis Græcis imperatorias laudes decantantibus, cum dulcisonis earum laudum vocibus, ipsum Regem glorificè susceperunt. Obuias illi eius Sanctitas dirigens venerandas Cruces, id est, signa (sicut mos est Imperatorem aut Regem suscipere) ita eum cum ingenti honore suscipi fecit. Ipse verò Ludouicus Rex, qua hora sibi sacratissimas Cruces & signa obuiam aduenisse conspexit: alacris factus, valdè lætaturus est. Tunc suo vniuerso cum populo omnibus Romanis Iudicibus ac scholis antecedentibus, ad beatum Petrum studuit properare. Quem antedictus almissus Pontifex in gradibus ipsius Apostolicæ aulae eundem Regem in ipso die Dominico post Pentecosten, suo cum Clero expectauit.

X.

Coniungente verò eodem Rege, vniuersosque gradus eiusdem sacratissimæ beati Petri Ecclesiæ ascendente, ad prænominatum appropinquauit Pontificem, qui in atrio super gradus, iuxta fores Ecclesiæ, cum vniuerso Clero & populo Romano assistebat. Tunc mutuo sese complectentes, tenuit idem Ludouicus Rex dexteram antedicti Pontificis. In interiori ingressi atrium, ad portas peruenere argenteas. In quo atrio vnus de exercitu à dæmonio arreptus, in conspectu omnium Francorum valdè vexatus est.]

SERGIUS
PAP. MITTIT
QVI OCCVRRANT
LUDOVICO.

XI.

Et quidem magna Dei prouidentia, vnus vexatione iidem qui hostili venerant animo, timore correpti sunt adeo, vt omnes simul fuerint redditi mites, deposita quam

RECIPITVR
LUDOVICVS
A SERGIO
PAPA.

XII.

Annal. Eccl. Tom. 10. B conce-

conceperant, truculenta ferocia; videntes etiam dæmones, Deo disponente, insurgere A vindices pro Ecclesiæ defensione: vt scirent omnino corripiendos diuina vindicta, si quid peccassent in basilicam Principis Apostolorum. At quid tum Sergius Papa consules periculo quod timebat, egerit, Anastasium audi:

SERGIVS
CLAUDI
FACIT IA-
NVAS S. PE-
TRI LVDO-
VICO REGI.

Tunc almissus Præsul claudi faciens omnes ianuas beati Petri, atque serari præcepit, & Regi, sancto Spiritu admonente, sic dixit: Si pura mente, & sincera voluntate, & pro salute Reipublicæ, ac totius orbis, & huius Ecclesiæ huc aduenisti: has mea ingredi ianuas iussione: sin aliter, nec per me, nec per meam iussione istæ tibi portæ aperientur. Statim illi respondens Rex dixit, quod nullo maligno animo, aliqua prauitate, vel malo ingenio aduenisset. Tunc eodem Præsule præcipiente, apposis manibus, prædictas portas patefecerunt. Et ita in eandem venerabilem aulam beati Petri ingressi sunt, laudem Deo, & eius excellentiæ decantantes, vniuersus Clerus, & cuncti religiosi Dei B famuli, extensa voce acclamantes: Benedictus qui venit in nomine Domini, &c. Sicque cum eodem Pontifice ipse Rex, simulque omnes Episcopi, Abbates, & iudices, & vniuersi Franci qui cum eo aduenerant, ad Confessionem beati Petri propinquantes, seseque proni eidem prosternentes, Deo nostro omnipotenti, & eidem Apostolorum Principi gratias reddiderunt. Et data à prædicto almo Pontifice super populum oratione, ab Ecclesia pariter omnes egressi sunt.] nulla hic mentio de donis ex more oblati Principi Apostolorum; vt intelligas eos non religioso, sed hostili animo aduenisse.

XIII. At quid post hæc? Qui venerant prædaturi Urbem, etsi ad horam, Apostolici culminis reuerentia cessissent, ingredi Urbem vetiti quid egerint, ab Anastasio accipe:

SVBRRIA
VASTATA
AB EXERCIT-
V LVDO-
VICI.

Postea verò continuis diebus sequentibus omnia suburbana pestifera deuastatione compresserunt, agrosque, segetes, atque prata, quasi fulmineus impetus destruxerunt. C Dum hæc gerebantur, ipse à Deo protectus Pontifex, à quibusdam audiuit, quod in Urbem hospitalitatis causa introire voluissent. Sed munitis, clausisque portis, vt fieret, minimè concessit.] Ne autem occasionem præberet Pontifex armatis exercitibus Urbem inuadendi, & inflammandi: quod peteretur à Lothario Imperatore, & tunc ab ipso præsentem filio Ludouico exigebatur, vt coronaretur, idem sanctissimus Præsul indulsit. Quomodo autem coronatio ista facta sit, ab eodem Anastasio audiemus, qui potuit præsens esse, qui ait:

XIV. Dominico verò die sequente, in eadem Principis Apostolorum basilica omnes Archiepiscopi & cuncti Abbates, & omnes qui cum eo venerant Franci, sunt congregati, omnesque pariter Romanorum nobiles & præclari. Tunc almissus Pontifex manibus suis ipsum Ludouicum Imperatoris filium, oleo sancto perungens, regali ac preciosissima D coronauit corona. Regemque Longobardorum præfecit, cui regalem tribuens gladium illic eo subcingi iussit. Deinde Missarum celebritate finita, ab Ecclesia omnes cum Rege latantes regressi sunt.

*perfecti,

XV. Deinceps verò per dies singulos conflictum noui certaminis cum sanctissimo Præsule, omnibus Episcopis, & optimatibus nostris atque proceribus ipse Drogo Archiepiscopus Metensis Ecclesiæ (de quo superius memoriam fecimus) commouebat, tam ipse, quàm omnes Archiepiscopi & Episcopi, qui cum eo contra hanc Vniuersalem, & caput cunctarum Ecclesiarum Dei, sine Metropolitanæ concessione atque vocatione conuenerunt, id est,

Gregorius Archiepiscopus Ecclesiæ Rauennensis.
Angilbertus Archiepiscopus Ecclesiæ Mediolanensis.
Ioseph Episcopus Ecclesiæ Eporediensis.
Northaudus Episcopus Ecclesiæ Vercellensis.
Sigifridus Episcopus Ecclesiæ Regiensis.
Toringanus Episcopus Ecclesiæ Concordiensis.
Odelbertus Episcopus Ecclesiæ Aquensis.
Ambrosius Episcopus Ecclesiæ Lucensis.
Donatus Episcopus Ecclesiæ Fesulanæ.
Ioannes Episcopus Ecclesiæ Pifensis.
Petrus Episcopus Ecclesiæ Volaterranensis.
Gausprandus Episcopus Ecclesiæ Pistoriensis.
Lancio Episcopus Ecclesiæ Senensis.

Lupus

A Lupus Episcopus Ecclesiæ * Textinæ.
Sigismundus Episcopus Ecclesiæ Aprutinenfis.
Ricco Episcopus Ecclesiæ Afulanenfis.
Fratellus Episcopus Ecclesiæ Camerinensis.
Gifus Episcopus Ecclesiæ Firmanæ.
Racipertus Episcopus Ecclesiæ Nucerenfis.
Amadeus Episcopus Ecclesiæ Pinnensis. & ceteri.
Cum quibus etiam Boso Comes.
Adalgifus Comes.
Ioannes Comes.
Vuldo Comes.
Vernardus Comes.
Vuinfridus Comes, &

B

Marinus Comes, & ceteri pariter contendebant. Sed diuina grãtia inspirante, nec sermones ipsius almi Pontificis, neque prudentiam superare valuerunt: tantaque ei superna aderat virtus, vt nullo sermone eum concludere, vel constringere potuissent. Sed ab eo superati, pudore operi & confusione discesserunt. Quod videntes, omnem iram atque ferocitatem, quam in mentibus conseruabant, omnino deposuerunt.

His igitur peractis, à prædicto postulauerunt Pontifice, vt omnes primates Romani fidelitatem ipsi Ludouico Regi per sacramentum promitterent. Quod prudentissimus Præsul fieri nequaquam concessit. Sed sic orsus est illis: Quia si vultis Lothario magno Imperatori hoc sacramentum vt faciant, solummodò consentio atque promitto. Nam vt Ludouico eius filio hoc peragatur, nec ego, nec omnis nobilitas Romanorum consentit. Tunc demum in eadem Ecclesia sedentes pariter, tam beatissimus Pontifex, quàm magnus Rex, & omnes Archiepiscopi & Episcopi, stantibus reliquis sacerdotibus, & Romanorum & Francorum optimatibus, fidelitatem Lothario magno Imperatori semper Augusto promiserunt.

XVI. Audisti Lector Anastasium asserentem, nonnisi de Regno Longobardorum Ludouicum fuisse à Sergio coronatum, cui tamen haud assentiendum faciliè puto, cum plurimum testificationibus constet, eum coronatum fuisse Romæ Imperatorem; quatum illa certior, quàm in sepulchrali titulo posita legitur istis versibus:

D *Hic ubi firma virum mundo produxerat atas
Imperij nomen subdita Roma dedit.*] restatur id ipsummet Leo Ostiensis. Diplomata præterea afferuntur in ^a testimonium, in quibus annus hic primus Ludouici Imperatoris ponitur.

^aLeo Ostiens.
Chron. Cass.
lib. 1. cap. 29.
^bSig. de reg.
Ital. lib. 1.
hoc anno.
XVIII.

Ceterum quod Acta Romani Concilij & ipsa quidem legitima, anno septimo Leonis Papæ quarti celebrati, anno Domini octingentesimo quinquagesimo tertio, bis ponant eum annum Ludouici Imperatoris esse quintum: planè declarant, nonnisi anno secundo Leonis ipsius, nempe anno Domini octingentesimo quadagesimo octauo eundem Ludouicum coronatum fuisse Romæ Imperatorem, anno secundo Pontificatus eiusdem Leonis quarti.

Porro quod in sepulchrali versu dicitur, *Imperij nomen subdita Roma dedit.*] non cogit vt hoc anno potius factum, quàm post annos quatuor id contigisse dicamus. vt hac ex parte verum esse possit quod Anastasius scriptor candidissimus asserit. qui & ista dictis subdit:

XIX. Post hæc Ebbo Archiepiscopus Rhemenfis, & Bartholomæus . . . Archiepiscopus qui pro criminibus suis, priuati honore, ab Ecclesia fuerant expulsi, à sanctissimo Pontifice postulabant, vt eos Ecclesiæ reconciliare dignaretur. Quos idem Præsul nec communionem inter clericos dignos esse suscipere dicebat, sed inter communem populum communicandi licentiam tantummodò haberent.] Fuerat Ebbo vnus ex illis, qui contra Ludouicum Pium Imp. coniuirasse dicebantur. pergijt verò Anastasius:

Per idem tempus cum Rex Ludouicus Romæ degeret, Siconulphus Beneuentanorum Princeps, magno cum exercitu Romam venit. Quem cum prædictus Rex honorificè suscepisset: omnia pro quibus venerat, ipsi indicauit. Cui Rex gratanti animo quidquid petierat, tribuit atque concessit. Et cum simul Franci & Longobardi ac Beneuentanorum

Annal. Eccl. Tom. 10.

B 2 beneuentanorum

neuentani congregati fuissent: facta est ingens populi multitudo, ita vt omni ex parte A Roma circumdata videretur; quorum multitudine omnia fata deleta sunt. Ipse vero Siconulphus ardenti pectore precipuum desiderabat videre Pontificem, & ab eo benedictionem accipere. Quem Praesul cum suscepisset, solo prostratus, preciosos eius pedes humiliter est osculatus, & ab eo benedictione suscepta, ab eius conspectu alacriter, Deo gratias referens, regressus est.

XXI. His omnibus finitis, ipse excellentissimus Rex Ludouicus ampla cum laetitia Papiam reuersus est, vbi ab exordio principatus sui incoluit. Tunc vero laeti omnes cum coniugibus ac liberis Senatus Populusque Romanus, tam ingenti peste liberati, & à iugo tyrannica immanitatis redempti, sanctissimum Sergium Praesulem velut salutis auctorem ac restitutorem pacis venerabantur. Ille tamen non suae virtuti rem gestam, sed diuino muneri deputabat.] Liberauit planè Urbem, dum Regem iuuenem, dominandi cupidum, B exercitibus potentem detinuit extra Urbem, & ne ipsi iurarent Romani fidelitatem constantissimè restitit: vt planè visum fuerit quasi miraculum à Deo (vt diuinæ Scripturae verbis vtat) sine armis extitisse victorem, & compressisse iuuenem exercitibus potentem, malorum sacerdotum malis consiliis excitatum. Maiori enim conatu aggredi, & ardentiori profsequi studio, donec perficiat homo laborat, quod semel vt rectum, consilio sacerdotum accepit vt diuinitus allatum oraculum. Drogo autem Metensis Archiepiscopus reuersus ad suos, diem obiit, sepultusque est in monasterio sancti Arnulphi, vbi & in eius sepulchro huiusmodi fuit epitaphium exaratum:

21. Reg. I. 4.

DROGONIS ARCHIEPISCOPI METENSIS OBITUSET EPITAPHIUM.

Conditur hoc busto Praesul Drogo marmore sculpto. Spiritus in requie laetus ouat Abraha. Filius hic Magni Karoli fuit Imperatoris, Vir pius & prudens, vel probitate cluens. Aula regalis moderator, pastor ouilis. Metis, & Ecclesiae iure pater patria. Hic Praesul, praeses, dominus, primasque cis Alpes, Eius iudicio paca fuit regio, Iste Glodesindis solemniter ossa leuauit, Condignèque loco condidit eximio.]

*f. 6.

Sed redeamus in Urbem, ad res gestas ipsius Romani Pontificis. Pergit rursus Anastasius:

XXII. Iam quia linguae cuncta quae gessit, per ordinem explicare non praevalent: transeamus ad ea quae idem Pontifex sanctis locis obtulit, eaque breuiter enarrare inchoemus. D In primo quidem Pontificatus sui exordio, superno amore exardescens, in basilica Saluatoris, quae Constantiniana vocatur, mirae pulchritudinis opus expleuit: nam ambitum sacri altaris qui strictim in ea olim fuerat constructus, longiorem proprio digito designans, à fundamentis perfecit, pulchrisque columnis cum marmoribus desuper in gyro sculptis splendide decorauit. vbi nunc sacra plebs in administratione sacri large consistit officij. Quo expleto, ipse almificus Pontifex pro decore & ornato huius praeclari operis, in eadem basilica obtulit vela alba holoserica viginti, ornata per circuitum de fundato. Similiter & alia vela de fundato valde optima viginti, ornata de blacti in circuitu. Vbi etiam Confessionem mirificam, Christo cooperante, construxit, & argenteis tabulis auro perfusis fulgide compsit: quam propriis manibus consecrans, in ea reliquias posuit.

XXIII. DE SCALA SANCTA EXPOSITA POPVLIS.

XXIV. Amb. Mor. Chron. Hisp. li. 13, cap. 52. & in Schol. ad S. Eulog.

E Et aliud quidem opus ante fores huius venerandae Ecclesiae valde optimum peregit; quia sacra pridem quae latebant populis limina, summo studio omnibus manifesta constituit, cum pulchri decoris arcus ibidem à fundamentis construeret; quos etiam variis picturis nitide decorauit.] ceterum per sacra Limina intelligi eam, quam vocamus hodie, Portam sanctam, existimamus; nisi potius auctor more suo improprie locutus, Limina pro Scalas vsurparit. Nam antiquitus non nisi Apostolorum Petri & Pauli Limina culta inueniuntur, quae & accedentes exosculari consueuerunt, eademque sacra Limina nuncupata ac frequentata. Scala vero sancta scitur Lateranensem basilicam fuisse illustratam.

Hoc anno, qui & secundus Regni Ranimiri, siue Ramiri, Regis Oueti in Hispania regnantis numeratur, iuxta exactam temporis rationem ab Ambrosio exactissimè allatam, qua errores plurium corriguntur, & mendosi codices emendantur, contigit

A contigit admiranda illa, omnium celeberrima, omni Scriptorum genere celebrata victoria aduersus Sarracenos obtenta diuinitus, cum praecipuus Hispanorum patronus S. Iacobus perspicuus omnibus, vt pollicitus fuit, visus est ante aciem aduersus barbaros impios dimicare. Testantur ista (vt omittam longissimam id asserentium Scriptorum seriem texere) vetustissima monumenta, nimirum eiusdem Regis diploma, cum pro gratiarum actione, eidem Sancto Hispaniam reddidit vectigalem; sunt & Romanorum Pontificum litterae, quas citant, ista firmantes. Antiqua innouantur Christi virtute miracula, siue in Machabaeorum libris, siue in aliis enarrata, cum pro fidelibus visi sunt caelitus missi milites decertare, fugare hostes, insequi illos, & insignem victoriam suis parere. Quomodo autem tam grandia ista, diuina fieri virtute contigerint, ex Tudenis rem gestam in compendium redigente, sic reddimus:

DE ADMIRANDA VICTORIA ADVERSUS SARRACENOS DEI VIRTUTE PARTA.

B Cum (inquit) Ramirus regnare coepisset, miserunt ad eum Sarraceni, vt daret illis annuatim quinquaginta puellas nobiles, quas sibi in matrimonium copularent, & quinquaginta de plebe, vt ad solatium essent illis, sicut olim fecerat Rex Mauregatus. Rex autem Ramirus cum haec audisset, iratus est valde propter stuprum & sacrilegium puellarum. Et congregato exercitu magno, terram Maurorum hostiliter intrauit, & cuncta quae in agrilibus villis & agris reperit vsque ad Nazarum, ferro flammaque vastauit. Sarraceni vero multitudinem valida congregata ei bellum intulerunt in loco, qui vocatur Abella. Exercitus autem regis Ramiri paulatim coepit terga praebere, vt dum peruenit ad collem, qui Calbillum vocabatur. Clausit nox obscurissima diem; & illico omnes Christiani congregati sunt, totam noctem cum lacrymis & orationibus peragentes. Rex autem Ramirus aliquantulum dormire coepit, & apprensus ei Iacobus

XXV.

DENEGATOR SARRACENIS INFAME TRIBVTVM.

C bus Apostolus, ait illi: Dominus meus IESVS Christus alias prouincias aliis fratribus nostris Apostolis distribuens, totam Hispaniam meae tutelae deputauit, atque mea munuit protectione. Posthac Apostolus manu sua manum Regis astringens dixit illi: Confortare & esto robustus: ego enim sum Iacobus Apostolus Christi, & venio in auxilium tibi: Et superabis manè auxilio Dei Sarracenos, à qua obsessus es, hanc innumerabilem multitudinem. multi tamen ex tuis, quibus iam parata est aeterna requies supra, in isto proelio coronam meriti suscepturi. Et ne dubites super hoc, videbis me in equo albo deferentem maximum album vexillum. Summo igitur manè, facta peccatorum vestrorum confessione, & accepta corporis & sanguinis Domini communionem, armata manu non dubites inuadere castra barbarorum, nomen Domini inuocantes: pro certo enim noueris, eos in ore gladij ruituros. Quibus dictis

S IACOBVS APPARET RAMIRO REGI, ET SPONDET VICTORIAM.

D Apostolus discessit.

Rex autem Ramirus ad se reuersus, vocatis Episcopis, Abbatibus, & Magnatibus, eis reculit visionem. Qui gratias agentes Deo, fecerunt vt sibi fuerat praecipuum, & bellum barbaris intulerunt: beatus autem Iacobus apparuit, sicut promiserat, Christianos animando ad pugnam, & Sarracenos fortiter feriendo. Christiani autem, vt viderunt beatum Iacobum, in Domino roborati, coeperunt magnis vocibus, concidendo gladiis Sarracenos, clamare dicentes: Adiuua nos Deus, & beate Iacobe. Tunc victi Sarraceni fugerunt, & caesi sunt ex illis ferè septuaginta millia, & in castra reuersus est exercitus cum magna gloria.

XXVI.

E Rex autem Ramirus cum Episcopis & Abbatibus omnes simul statuerunt ex tunc annuatim perpetuo, tam in terra acquisita, quam in acquirenda, quas sub nomine beati Iacobi Apostoli dignaretur de Sarracenos manibus liberare, de vnoquoque iugoboum singulas menturas frugis ad modum primitiarum; & de vino similiter clericis in Ecclesia beati Iacobi Apostoli Deo seruientibus concesserunt in perpetuum. Similiter quod Christiani milites in singulis expeditionibus de eo quod à Sarracenis acquisierint, ad mensuram portionis vnus militis, beato Iacobo conferrent. Praesentes fuere duo Archiepiscopi, & quatuor Episcopi, cum haec dona beato Iacobo Apostolo vouerentur, scilicet Dulcitus Cantabrienensis Archiepiscopus, Suarius Ouertenis Archiepiscopus, Salomon Asturicensis Episcopus, Rodericus Lucensis Episcopus, & Petrus Tudenis Episcopus. Praesentes quoque erant Ordonius filius Regis Ramiri, & Garfias frater eiusdem Regis, qui ambo Reges dicebantur. Siquidem tanta benignitatis Ramirus erat, vt fratrem tamquam seipsum diligeret, & participem faceret Regni.

XXVII.

Non apposuerunt vltra Sarraceni à Christianis tributum petere puellarum, quia Rex Ramirus

PETAS RE- GINAE VRACAE.

XXIX. EX NECE BERNHARDI DVICIS MAGNAE SECVTAE SVNT CAE- DES. a Nithard. b. h. Franc. lib. 3.

XXX.

XXXI. EPISTOLA S. EULOGII CORDVBENSIS.

XXXII. PEREGRINATIONE NATIO S. EULOGII. Math. 25. VVILIESIN- DI EPISC. PAMPILONENSIS IMMENSAS CHARITAS. c. 2. Cor. II.

XXXIII.

Ramirus barbaros valida manu expugnabat, auxilio gloriosissimi Iacobi Apostoli roboratus. Inclyta quoque Regina Vraca vxor eius gloriosè erga Ecclesiam beati Iacobi Apostoli se habuit. quod ex hoc potest aduerti, quod eam multis donis, auro, argento, gemmis, & cortinis sericis decorauit. Ouertensem quoque Ecclesiam sancti Saluatoris multis insignibus nobiliter ditauit. Jhæc Tudenfis: reliqua de Rege maximè pio dicturi sumus inferiùs.

Quod verò ad res Francorum pertinet, hoc eodem anno cum inter fratres Reges pax esset, Carolus Aquitaniæ Rex Bernhardum Barcinensem ducem, à patre Ludouico Imp. donatum Septimaniæ Ducatu, cuius causa (vt superiori Annalium tomo fusiùs dictum est) aduersus patrem Imperatorem filij insurrexere, incautum, nihil huiusmodi cogitantem, occidit. Hoc veteres Annales Francorum à Pitheco editi. Fuit Bernharo huic Vuillelmus filius magni animi iuuenis, qui patris necem vlturus, Sarracenorum Regi inhærens, eius fretus auxilio, omnia quæ potuit cædibus miscuit. Est mentio huius apud Nithardum a huius temporis auctorem.

Sunt hæc illa infelicia tempora, quorum meminit S. Eulogius Cordubensis martyr in epistola ad Vuiliesindum Pampilonensem Episcopum, atque deplorat. Sed malè Scholiastes ad annum Redemptoris octingentesimum vigesimumseptimum refert. Nam præter quòd certa auctoritate dictorum veterum Annalium Francorum redarguitur, Carolus cædis patrator, de quo est sermo, tunc temporis non nisi septem annorum erat: natus ipso nimirum anno Domini octingentesimo vigesimo, planè ad ea peragenda erat minùs idoneus. Quòd verò eiusdem epistolæ prima parte huius temporis calamitates quantæ fuerint enarrantur, simulque de sua agens peregrinatione statum referat Hispanæ Ecclesiæ sanctorum virorum floribus exornatæ; ratio nobilis exigit argumenti, vt ex ea hic illa nos describamus, quæ ad hæc tempora spectare noscuntur. Erit planè, Lector, vt magnam capias animi voluptatem, cum tempore densarum veprum Mahumeticæ impietatis videris virescere cedros Dei, & in altum, cælum versus, sublimes extolli, vt tibi libenter & patienter ferendum sit, si rubiginoso stylo auctor pro temporis conditione sit vsus ad aureas litteras exarandas. Porrò ipsa epistola post annos septem ab hoc tempore scripta habetur, Era octingentesima octogesima nona, qui est annus Redemptoris octingentesimus quinquagesimus primus, de qua rursum in his quæ spectant ad persecutionem Sarracenorum, cuius in posteriori eius parte textitur historia, suo loco erit agendum. sic enim se habet:

Reuerentissimo ac sanctissimo Dei ministro, domino & patri meo Vuiliesindo Pampilonensis sedis Episcopo Eulogius presbyter salutem.

Olim, beatissime Papa, cum dira sæculi fortuna, quæ fratres meos Aluarum & Isidorum à genitrali solo abducens, pænè in interiores Togatæ Galliar partes apud HLudouicum Regem Baioariæ exulare fecit; me etiam propter eos diuersas adire regiones, & ignota atque laboriosa itinera subire compelleret: quoniam stipata prædonibus via, & funeroso quondam Vulihelmij tota Gothia perturbata erat incurfu, qui aduersus Carolum Regem Francorum eo tempore, auxilio fretus Habdarraghmanis Regis Arabum tyrannidem agens, inuia & inadibilia cuncta reddiderat: ad partes Pampilonenses diuersus, putaram me inde citò migraturum. Sed ipsa iterum quæ Pampilonam & Seburicos limitat Gallia Comata, in excidium prædicti Caroli contumaciores ceruices factionibus Comitum Sancij Sancionis erigens, contra ius præfati Principis veniens, totum illud obsidens iter, immane periculum commeanibus ingerebat.

Eo tempore magnam mihi consolationem beatitudo tua in ipsa peregrinatione exhibuit. Et verè summi magistri typum gerens, & in veritate eius præceptis obediens non distulisti hospitio recreare, quem tibi vera charitas IESV Christi commendauerat dicentis: Hospes eram & collegistis me. Ita thesauros meritorum apud Patrem in cælis collocare studens, præbes necessaria destitutis, foves omnia, vniuersa turaris, adeò vt in illo exilio meo, nihil præter affectuosam peregrinorum fratrum & destitutæ familiaræ præsentiam suspirarem. Lugebam ego sæpè: sed tu pater assidue consolabaris mœrentem. Flebam multum, sed tu pia compassione releuabas prostratum. Quandoquidem (iuxta c. Apostolum) mecum infirmabar, mecum tristabar, plangebamque vbertim cum ego plorarem.

Cumque me vno residere loco, multiplex dolor non sineret, libuit mihi loca visitare Sancto-

A Sanctorum, quò deiectum summis mœroribus animum releuarem. Et maximè libuit adire beati Zachariæ Asceterium, quod situm ad radices montium Pyrenæorum in præfata Galliar portariis, quibus Aragus flumen oriens, rapido cursu Seburim & Pampilonam irrigans, amni Cantabro infunditur: quod famosissimis in exercitatione regularis disciplinæ studiis decoratum, toto refulgebat occiduo. Sed tu pater iuuas anhelantem, & salutari consulti instruis abeuntem, pioque fratrum comitatu foves pergentem. Priùs autem quòd ad eundem locum accederem, plures apud Legerense monasterium commorans dies, præcipuos in Dei timore viros, ibidem manere cognoui. Deinde alia atque alia loca peragrans, tandem diuino munere ad illud quod sæpiùs desiderabam, perueni cœnobium: Præerat quippe ei tunc Odoarius Abbas summæ sanctitatis, magnæque scientiæ vir: qui vltra quàm referri potest, nos dignè suscipiens, omnem erga nos humanitatem exhibuit.

In illo etenim beatæ Congregationis collegio, quod pænè centenarium numerum excedebat, veluti sidera cæli, alij quidem sic, ceteri verò sic, diuersis meritorum virtutibus emicabant. Florebat in nonnullis perfecta charitas, quæ foris mittit timorem; plerisque alto culmine extollebat humilitas, qua sese vnusquisque iuniore inferiore reputans, imitatores præceptorum Dei fieri contendebant. Multi etiam cum essent corpore imbecilles, verumtamen magnanimitate subnixi, alacrioribus animis iniunctum exercebant obsequium. Sic quoque in aliquos principatum suum obedientia, quæ omnium virtutum magistra est, vindicans, suos non patiebatur executores degenerare, sed supra vires grandia exercere compellebat, quoscumque suo munere illustrauerat. Operabantur omnes certatim, alter alterum inuitans, contendebat præcellere. Augēbatur inuicem ardor placendi Deo & fratribus, & vnusquisque propriæ artis industriam, ad communem profectum exercitabat. Exercebant alij peregrinorum & hospitem diligentius curam; & quasi declinanti Christo ad hospitia eorum, omnibus aduentantibus obsecundabant. Cum verò tot essent, nullus murmurans, nemo arrogans intererat. Studebant cuncti silentio, totamque per noctem furtiuis precibus incumbentes, nocturnum chaos peruigili meditatione vincebant, magna se circumspeditione vallantes, ne Psalmistæ denotarentur a oraculis, qui ait: Dormierunt somnum suum, & nihil inuenerunt.

Sed quid referre de Sanctorum virtutibus lingua potest mortalis, qui in terris positi, angelicè degunt; & qui licet inter homines conuersentur, propositum verò gerunt celeste: Cum quibus paululum commorans, cum ab eis vellem discedere, omnes solo proquebantur. Præstabat quippe tunc mihi clarissimus filius meus Theodemundus diaconus comitatum; qui ab exordio itineris mei vsque ad vltimum inconuulsibiliter contubernio meo cohærens, mecum totius discrimina illius peregrinationis confecit. Regredientibus ergo nobis, præbent sodalitatem Abbas ille venerabilis Odoarius, & Ioannes Præpositus per totum vsque ad vespertinum diem, colloquium de diuinis scripturis gerentes; sic quoque ab inuicem datis osculis, discedentes, ad te, Apostole Dei, è vestigio repedauimus, cuius informatione, tanta honoris venerabilitate ab illis patribus excipi meruimus.

Igitur cum proprium reuifere aruum, piæ matris Elisabeth, seu sororum duarum Nicolæ & Anullonis, iuniorisque fratris Ioseph vrgerer affectu: cogis vt adhuc remaneam, nec finis abire mœrentem. Sed vtroque vulnere percussus cor meum tu iam mēderi non poterat: cui & peregrinatio fratrum, & desolatio domesticorum quotidianum afferebant lamentum. Ista de nostra charitate confusus, rogas vt Cordubam repetens, ipse reliquias tibi sancti martyris Zoili dirigerem, & hoc munere Pampilonenses populos illustrarem. Illic me satisfacere petitioni tuæ, respondi, & huius rei debitorem me vobis esse in veritate promisi.

Cumque à vobis egrederer, festinus Cæsaraugustam perueni, causam fratrum meorum quos vulgi opinio negotiatorum cohortibus interesse, nuper ab interioris Franciæ gremio ibidem descendentes iactitabat. Deinde vrbi appropinquans, negotiatores quidem reperi, peregrinos autem meos eorum relatione apud Maguntiam nobilissimam Boioariæ ciuitatem exulasse cognoui. Et verum fuisse hoc negotiatorum nuntium, regredientibus, Deo fautore, succedenti tempore, ab interiori Gallia fratribus nostris, didicimus. Aliquādiu verò apud seniore pontificem, qui tunc rectè vitæ moribus, eandem vrbe regbat,

CHRISTI
845.SERGII PAP. II.
2.LOTHARII IMP. 5.
MICHAEL. III. IMP. 4.

lam neque rugam, qualem tuis ornatam & confirmatam institutis reliquisti. Aspice & A
vide congregatos filios qui ex propinquo venerunt, cum reliqui procul tuum ad se redi-
tum expectent: quos tu velut orphanos, noli tua moerentes absentia relinquere. Ha-
beat ciuitas tua loco muneris pretiosissimi tuum beatissimum tabernaculum, quo ma-
gis quam Imperij amplitudine ornata gloriatur & gaudeat. Hæc voce flebili supplicans
sacratissimus Patriarcha Methodius, nocturnum Psalmorum cantum & mysticum sa-
crificium cum populo Dei perficiens: præclarum è tumulo corpus rexit, quod vndeui-
ginti annorum spatio integrum omnino purumque remanserat; & in arca ab ipso com-
positum, & sacerdotum manibus sublatum cum luminibus & frequenti Psalmorum
cantu in nauim ad hoc paratam illatum est. Sed quod ad tempus spectat, corrige, vt loco
annorum decem & nouem, ponas decem & septem: tot enim numerabis ex eodem au-
ctore superiùs, cui consentiunt alij. B

V.
PERVENIT
AD LOCVM
METHO-
DIVS.

Sed cum fretum traiecisset, & ad vrbs litus appropinquasset Dei cura, Michaël Im-
perator iuuenis, & amplissimis dignitatibus præstantes viri, & Patricij, & reliqui ciues
lati, facesque manibus tenentes obuiam processerunt, & arcam illam cum fide ac ve-
neratione humeris suis subeuntes, ad magnam vsque gestarunt Ecclesiam, ex qua pon-
tificia dignitate spoliatus eiectus fuerat. Atque inde rursum, assiduus item diurnis noctur-
nisque Psalmorum cantibus vicissim vtentes, & cum omni luminum genere per me-
diam ipsam vrbs gestantes, in sanctorum Apostolorum templo collocarunt.

VI.
SOLENNIS
S. NICEPHO-
RI TRANS-
LATIO.

Tanta autem erat concurrentis populi virorum & feminarum atque ætatum om-
nium multitudo, vt numerari non posset. In biuiis enim & porticibus premebantur, &
vbique per vim sibi exitum parabant: adeo vt quamuis multæ propter Imperatores &
sacerdotes variis temporibus celebritates extiterint: nulla tamen cum hac cõferri queat.
Nonnulli etiam in via spiritibus immundis vexati, cum ab alijs comprimerentur, mise-
randas atque maledicas voces emittebant, quorum è numero quidam ab ipso curati sunt.
Populi igitur impetu vix euitato, sanctum eximij Patriarchæ corpus in celeberrimo
Apostolorum templo sacris mysterijs Deo peractis, in sepulchro recens constructo ma-
nibus ipsius Methodij compositum est tertio Idus Martij, quo quidem die in exilium
etiam eiectus fuerat, vt vtraque re sit memorabilis.

VII.
PRECES
THEOPHA-
NIS AD
S. NICE-
PHORVM.

Nunc verò ò patrum sanctissime, ò sacrorum præconum decus, qui digni facti su-
mus vt te & terrestrem haberemus ciuem, & caelestem apud Deum intercessorem, & ad
arcam tuam cum desiderio accedimus, eamque cum omni veneratione complectentes,
has tibi voces offerimus. O sublimium & arcanorum mysteriorum inspector & con-
templator! O diuini aspectus atque splendoris gloria abundè propter mentis puritatem D
illustrate! O Patriarcharum atque Pontificum societatis particeps, qui in nomine & re
simul cum illis victoriæ præconia & præmia, ærumnis & periculis superatis percepisti!
suscipe benignè sinceri cordis erga te fidem & affectionem, vicissimque tuas pro nobis
ad Deum puras castasque preces exhibe; vt Ecclesia sancta in tranquillitate versetur, &
fides integra custodiatur. In perpetuum nobis Deum propitium redde, & nos qui iucun-
dissima tua monumenta, qui pulcherrima ad salutem instituta variis in libris à te relicta
perlegimus; in recta dogmatum doctrina firmos immobilesque conserua, & in omni
temporum varietate conlâtes, vt omnem reliquam vitam exemplo tuo sanctè transiga-
mus, vt Deo chari simus, & quæ iustis promissa sunt bona, consequamur, &c.]

VIII.

Vix credi potest quot secum bona vexerit restituta antiqua religio Constantinopo-
lim; licet enim femina habenas moderaretur Imperij: summa pax sine bello, atque si- E
ne armis parata, Deo fauente, victoria fuit, dum fera gens Bulgarorum & indomita per
mulierem fidem consecuta Christianam, colla subdidit pietati. Quomodo autem ista
se habuerint, à Ioanne Curopalate sæculi huius scriptore nobili sic accipe, ab origine nar-
rationem petente: Bogaris (inquit) Bulgarorum Princeps cum audisset mulierem cum
tenero adhuc puero Romanis imperare, audacia elatus nuntios ad Regnam misit, per
quos minabatur, se fœdera soluturum, & Romanorum fines inuasurum. At Regina ni-
hil humile vel effeminatum cogitans: Et me, inquit, inuenies paratam ad resistendum
in acie, Dei que nutu superiorem; si autem (quod absit) victor ipse fueris; hoc quoque
pacto mea erit victoria: viceris enim non virum sed mulierem. Quibus verbis confusus
& deterritus quieuit, & pristina fœdera renouauit. Miserunt autem vtrò citroque Le-
gatos & Regina & Princeps.

CVM BVL-
GARIS FIR-
MATVM
Fœdvs.

Regina

CHRISTI
845.SERGII PAP. II.
2.LOTHARII IMP. 5.
MICHAEL. III. IMP. 4.

A Regina Legatos accepit à quodam Theodoro, Cuphara cognomento, viro idoneo, 1X.
& administrandæ Reip. vtili, qui tunc in Bulgaria captiuus detinebatur: Princeps verò
à sorore sua, quæ in quadam excursionem capta, in Regia commorabatur. Hæc enim
iam pridem captiua abducta, & Christianorum religione initiata, litterasque edocta, quo
tempore captiua erat, ac nuper liberata non desisteat fratri Christianorum mysteria
commendare, & in eius cor fidei semina iniicere, qui tamen antè à Cuphara diuina my-
steria fuerat edoctus. Inita autem permutatione, & reddita muliere fratri, restituro
item Regina, Cuphara, quamuis antè Princeps instructus esset, & diuinis imbutus myste-
rijs; adhuc tamen retinebat infidelitatem, proprio cultui addictus. Verum cum ingens
fames Bulgarorum regionem occupasset, omni que destituerentur auxilio: Princeps ipse
B Christianorum Deum, vt sibi opem ferret, inuocauit, idque facere omnem sibi sub-
iectam nationem iussit: impetratoque remedio, & fame liberati, ad veram religionem
se conferunt, & Princeps noua lauacri regeneratione donatur, de nomine Imperatoris
Romanorum Michaël appellatus ab Episcopo, qui ad eum missus fuerat, ei que diuinum
lauacrum impertitus est. BVLGARI
AD FIDEM
CONVERSI

Aliud quoque accidit quod Principem ipsum in veræ fidei cultu magis confirmauit. X.
Insatiabiliter ille venationi deditus erat, qua oblectare se studebat, non modò dum vena-
tum se conferret, sed etiam quando otiosus esset domi, idque per animalium pictas figu-
ras. Constructa noua domo, Methodium quemdam monachum arte pictorem iussit
domum illam picturis ornare. Verum quasi diuina quadam prouidentia ductus, non
præscripsit definitè quanam & qualia pingeret animalia, verum quæcumque ipse vellet,
iussit pingere, terribilia tamen essent quæ pingerentur, vt spectantibus terrorem & me-
tum incuterent. Ille autem nihil aliud terribilius noscens secundo Christi aduentu, hunc
ibi descripsit. Cumque iam finita illa esset pictura, conspicatus Princeps ex altera parte
iustorum cœterum coronari, ex altera verò impios puniri, & à pictore percepta picturæ
mente, statim propriam eiuram religionem. Imbutusque, vt diximus, à sancto Episcopo
diuinis mysterijs, in tempesta nocte sacrum percepit baptisma.

EXIMAGI-
NE DIVINE
IUDICII
QUANTVM
PROPECE-
RIT REX
BARBARVS.

Cum autem cognouissent nationis præfecti, communem mutatum religionis cul-
tum, in Principem conspirant, eumque de imperio deicere student: quos ille parua
quam secum habebat manu fudit, fugauitque, præeunte Crucis signo, & inopinata re
perculos, Christianos effecit. Igitur tota natione ad vnum cultum traducta, Regina
Theodoræ scribit, petens concedi sibi regionem, quod sibi subiecti nimis angustè habi-
tarent, pollicensque se gentem vnam tantum effecturum, pacemque fore perpetuam &
immutabilem. Regina verò admodum benignè & hilariter eius preces admisit, conces-
sitque desertam eo tempore regionem, quæ est ab ea parte, quæ ferrea vocatur, confinis
tunc Romanorum & Bulgarorum, vsque ad Debelum, quod Bulgari Zaguram nun-
cuparunt. Hac igitur ratione omnis Bulgaria ad verum Dei cultum traducta fuit,
& Occidens integerrimam & optatissimam pacem est adeptus: & res Occidentis tran-
quilla, firma & stabili pietate administrabantur. J hucusque Curopalates, è quo eadem
exscripsit Cedrenus, & alij Græcorum.

Fuerunt ista Bulgarorum ad fidem Christi venientium veluti præludia quædam, cum XII.
non omnis gens illa, sed ex ipsa aliquot Christiana sunt imbuti religione. Integra verò
messis referuata fuit Nicolao Romano Pontifici, qui ab Vrbe ad Bulgaros ad fidem con-
uertendos à latere Legatos misit, eisdemque ad Gentilium conuersionem Apostolos.
de quibus suo loco pluribus agendum erit.

His autem tum idem Curopalates, tum reliqui rerum Græcarum scriptores sub- XIII.
iiciunt eiusdem Theodoræ Imperatricis optimum consilium de Manichæis extirpan-
dis, qui in immensum iam creuissent, adeo vt non nisi comparato exercitu tentanda
res esset. Complures, vt vidimus, prædecessores Imperatores idem fuerant opus aggressi,
sed nulli datum, vt Orientis Romanum Imperium ea liberaret peste longè lateque
grassante. Dei autem virtute Theodora confisa rem aggreditur, quam idem qui supra
Curopalates descripsit, à quo reliqui posteriores historici acceperunt. Sic enim ipse: Exul-
tans athleta rerum successu Regina, de conuersione videlicet Bulgarorum, quasi ho-
nestum augere studens, Manichæos in Oriente positos, quos & Paulicianos commu-
nis hæresiarcharum lingua appellare consueuerat, ad pietatem & verum cultum re-
uocare nitentur. Sin autem id assequi non posset, eos funditus è medio tollere de-
creuit.

M A N I -
C H A E I A
T H E O D O -
R A E V E X A -
T I M I N I -
S T R I S .

creuit. quod quidem multis compleuit orbem terrarum calamitatibus. Qui enim A
missi sunt, ut mandata exequerentur, Leo ex Argyro, & Andronicus Dux & Suda-
lis, non moderatè, sed crudeliter vrentes imperio, alios lignis appensos, alios gladio ne-
candos curabant, alios aliis malorum generibus cruciabant, & variis & diuersis pœna-
rum omnis generis modis circiter centum hominum millia interfecere, eorum bonis
publicatis. Ita ut reliqua multitudo hinc coacta ad rebellandum animum applicauerit,
cuius rebellionis hoc fuit initium:

XIV. Præfectus erat Orientis Theodotus Melissenus, huic minister erat qui primi manda-
toris obibat munus, quidam vir nomine Carbeas, Manichæorum fidei addictus: hic
cum parentem suum in crucem actum cognouisset, grauissimè id factum ferens, cum
aliis quinque millibus eiusdem fidei transfugit ad Ameri Militenes Ameram, & inde
ad Armeniam, à quo multo honore excepti, data & accepta incolumitatis publica B
fide, haud multò post Romanorum regionem inuadunt. Et quia hominum frequentia
abundabant, semper confluentibus qui se per motum occultauerant Manichæi, ad duas
vrbes tertiam quoque addidere, quam Theophricen vocarunt, vnde profecti, & cum
Ameri Militenes Ameræ præfecto coniuncti, & Alim Tarsi Principe, non desistebant,
assiduè excurrentes Romanorum regionem diripere. Verùm Alim in quamdam Ar-
meniorum regionem cum suo exercitu profectus, funditus interit. Amer autem inte-
stina seditione laborans, in quam inciderat, quia contra eum collega conspirauerat (hic
Scheri vocabatur) suarum rerum satagebat, neque cum aliis pugnandi ei temporis ad-
erat opportunitas, quoad debellato aduersario nactus est securitatem. Tunc enim
pactis induciis, & alioqui nesciens quiescere, cum Carbea se coniunxit, cumque omni-
bus copiis Romanos aggreditur. Contra quos exercitum ducit Reginæ frater Petronas C
Domestici Scholarum imperium administrans, verbo maiori natu fratri Bardæ conue-
niens, re autem ab ipso administratum, quod illi non vacaret, quod Imperatoris tutela
occuparetur. Ille igitur Petronas dux Thracensium contra Amer & Carbeam in acie
se se instruit. Quomodo verò congressus fuerit, & quæ gesserit, suo loco declarabit hi-
storia. In hac finis temporis huius in Manichæos excitatæ vexationis. ad verbum eadem
Cedrenus habet, reliqua suo erunt loco dicenda.

XV. Iam verò quæ spectant ad res Occidentalis Ecclesiæ, hoc anno Veris initio celebra-
tum est in Gallia Concilium Bellouacense, ut Ecclesiæ Rhemenis iam annis pluribus
delinita pastore post depositionem Ebbonis, de quo superiori tomo actum est, con-
suleretur, cui communi consensu Episcoporum datus est Archiepiscopus Hincmarus,
de quo hæc omnia Frodoardus huius temporis scriptor in vita ipsius: quam vna cum aliis D
eiusdem auctoris monumentis in Gallicam linguam translata edidit.

XVI. Nos verò, quod quæsitum Latinum autographum hæcenus habere non potuimus,
in gratiam Lectoris eadem scripta in Latinum rursus vertenda curauimus per virum
fidelissimum æquè ac doctissimum Christophorum Obrium Theologum Sorbonicum
Romæ degentem, & honestissimo labore Vaticanæ Typographiæ inseruientem: nu-
per autem magno damno operis cui inuigilabat, hac vita à Deo præreptum. In ter-
tio itaque Frodoardi libro de Ecclesia Rhemenis, de electione & ordinatione Hincma-
ri ista habentur:

Anno Incarnationis Domini octingentesimo quadagesimo quinto, Carolus Caluus
conuocauit Synodum Episcoporum sui Regni Bellouaci ciuitatis prouinciæ Rhemenis.
In qua inter alia negotia Ecclesiæ & Regni, de Ecclesiæ Rhemenis desolatione agere ince- E
pit, quam Fulguus presbyter diu vsurpauerat, & post eum Hotho suus successor; adeò ut
longo temporis interuallo sine pastore extitisset. Verùm Episcopi recensuerunt, quomo-
do Ebbonis Episcopi depositionem viderant, & audierant, & super eo negotio auctori-
tatem sanctorum Patrum in memoriam reducentes, vno ore statuerunt, tum quia eos
necessitas cogebat, tum quia partium illorum erat, ut tandem, decennio post Ebbonis
depositionem in Ecclesia Rhemenis Episcopus ordinaretur.

XVII. Quare Hincmarus non tantum à Clero & populo vrbs Rhemenis, verum etiam
ab Episcopis eiusdem prouinciæ cum consensu Vuenilonis Archiepiscopi Senonensis, &
Ercamradi Episcopi Parisiensis, necnon Abbatis & religiosorum S. Dionysij in Francia,
vbi Hincmarus monachus erat, Episcopus electus fuit, cuius electionem Carolus gra-
tissimam habuit. Hoc igitur sic statuto, & scriptis, sigillisque eorum qui hunc eleger-
ant,

M A N I -
C H A E I S E
I V N G V N T
C V M S A R -
R A C E N I S .

XV.
C O N C I -
L I V M B E L -
L O V A C E N -
S E .

XVII.
H I N C M A -
R V S E L E -
C T V S E P I -
S C O P V S
R H E M E N -
S I S .

A rant, confirmato, Ecclesiæ Rhemenis Episcopus ordinatus est. Porrò hic ab adolescentia
litteris humanioribus eruditus, & in disciplina monastica in monasterio S. Dionysij sub
Hilduino Abbate educatus; inde tam propter suorum parentum nobilitatem, quam in-
genij sui acumen, in Ludouici Imperatoris, cui familiaris erat, palatium adductus fuit.
A quo, & à suo Abbate sub auctoritate Episcoporum exorauit, ut ordo & status mona-
sticus à multis, deprauata quorundam vita collapsus, in pristinum nitorem & splendo-
rem prædicto in monasterio S. Dionysij restitueretur. Et ut factò adimpleret, quod verbo
confulerat, ipsemer corpus suum castigando, & in seruitutem redigendo, cum aliis refor-
mationem subire voluit.

Cum autem temporis progressu suus Abbas Hilduinus Archicappellanus Cappellæ XVIII.
Imperatoris, cum multis aliis nobilibus Regni, Imperatoris indignationem incurrisset, &
B suis Abbatibus spoliatus, in Saxoniam relegatus fuisset: hunc Hincmarus cum licentia &
permissione sui proprij Episcopi, & benedictione suorum confratrum monachorum in
exilium secutus est. Verùm ob primam familiaritatem, quæ sibi cum Imperatore inter-
cesserat, diuina annuente ope, tanta valuit gratia apud Imperatorem, Principes, & alios
nobiles, ut Hilduinus ab exilio reuocatus, in suas Abbatias postliminiò redierit. Similiter
cum Papa Gregorius huc venisset, & Regnum Franciæ ab ipso Imperatore defecisset:
Hilduinus hunc ad se pellicere contra fidem Imperatoris conatus est, sed id ipse præstare
noluit. Et post restitutionem Imperatoris totus incubuit in utilitatem sui Abbatibus, paci-
ficus mansit in monasterio suo, vbi tamdiu reliquiarum Ecclesiæ, & corporum sancto-
rum Martyrum custos extitit, quamdiu in Regis obsequium vocatus, monasterij Deiparæ
Virginis Mariæ, & sancti Germani prouinciam & administrationem, Regis, sui Episcopi,
C & Hilduini diaconi, sui Abbatibus imperio suscepit. Insuper Rex illi quamdam possessio-
nem bonorum & seruorum largitus est postquam fuit consecratus Episcopus, & mona-
stero sancti Dionysij, in quo militauerat, testamento legauit.] hæc Frodoardus, reliqua
verò, quomodo de eius electione ingens est mota quæstio, inferius suis locis dicturi sumus.

Post hæc autem æliuo tempore ingenti perturbatione contigit Regnum Caroli exa- XIX.
gitari, cum videlicet Northmanni Gallias inuadentes, omnia tam profana quam sacra, NORTH-
cæde, rapina, & incendio miscuere. Huius Northmannorum in Francos funestæ cladis, MANNO-
Lupus Abbas Ferrariensis meminit in epistola ad Guenilonem Episcopum Senonen- RVM IRRV-
sem, aliàs Vuenilonem, siue Vvinilonem dici repertum, in qua & de Britannicis motibus P T I O I N
ista præmittit. Cur autem, sicut constituerat, dominus noster Rex ad sanctum Martinum GALLIAS.
non accesserit, hæc (ut nuntij nostri retulere) causa fuit, quod Britanni sibi præter soli- ^{sup. epist.}
D tum diffidentes, Regem nostrum in Britanniam versus euocauere, ut pars quæ contra 31.
Nomenoium sentiebat, ad eum tutò deficeret.] Erat iste prior seu præfectus Britannæ,
& in tyrannum conuersus, ingenti clade affixit populum illum, & vastauit Ecclesias; de
quo suo loco inferius pluribus pergit verò Lupus:

De Pipino, vnde vltra quæsiuit paternitas, nihil certi in Palatio dicebatur, leuiter tan- XX.
rum fama iactabat, eos qui nuper ab ipso desciuissent, in concordiam redituros. Quidam
verò de Aquitania venientes, Northmannos inter Burdegalam & Santones eruptionem
his diebus fecisse, retulere; & nostros, id est Christianos pedestri cum eis prælio congres-
sos, & miserabiliter (nisi quos fuga eripere potuit) peremptos. In quo bello compre-
hensum ducem Vasconum Signinum, & peremptum etiam, iuramento testati sunt. Quæ
res quam vera sit Domini sententia ostendit: Omne regnum in se diuisum desolabitur,
E & discordiam amplectentibus, qui fructus maneat, manifestat.] hæc ob Pipinum in
Aquitania discordias miscentem Lupus.

De his acturi, vñtato more, primùm omnium quod ad rationem temporis spectat, XXI.
examinemus. Scimus Aimoini iterata testificatione, tam in historia scilicet de gestis Fran- DE TEMPO-
corum, quam in libellis quos de translatione & miraculis S. Germani conscripsit, hæc in RENORTH-
annum referre sequentem octingentesimum quadagesimum sextum. Contra verò, hoc MANNO-
potius anno ista accidisse, veteres Annales Francorum, ab auctore huius temporis scripti, RVM GRAS-
testantur. Sed & quod Meldensè Concilium, de quo paulò post dicturi sumus, hoc ipso SATIONIS.
anno post eam cladem acceptam celebratum idem testetur, omnem prorsus amouet du-
bitationem. His de tempore elucidatis, quæ prius citati Annales breuiter dicant, in me-
dium adducamus. hæc enim habent: Northmanni Regnum Caroli vastantes, per Se-
quanam vsque Parisios nauigio venerunt; & tam ab ipso quam ab incolis terræ accepta
Annal. Eccl. Tom. 10. C pecunia

pecunia copiosa, cum pace discesserunt. In Frisia quoque tribus praeliis conflixerunt, in primo quidem victi, in duobus superiores effecti, magnam hominum multitudinem prostrauerunt. Castellum quoque in Saxonia, quod vocatur Hamaburg depopulati, nec inulti, reuersi sunt.] hæc ibi de Northmannis, & Aimoinus plus his ista summam: ^a Gens Northmannica Galliam irrumpens, Parisios vsque peruenit, monasteriumque beati Germani Pontificis depopulata est. Quorum dux Ragenarius nomine, sub Principe * Borico hanc deuastationem peragens, dum ante dictum Principem suum se iactaret, opulentissimum Regnum Caroli acquisisse, & monasterium almi Germani deuastasse, & quoddam ibi maiorem mortui quam uiui virtutem haberent, nullumque sibi restitisse præter Germanum senem mortuum: continuo virtutem beati viri expertus concidit, ac post triduum expirauit; non solum ipse, verum etiam & ceteri raptores & violatores sancti loci dysenteriae morbo perierunt.] hæc ipse. Porro idem, siue alius Aimoinus, siue Aimonus dictus, locupletiore de omnibus quæ tunc miranda acciderunt, iubente Carolo Rege scripsit historiam, cuius est titulus, De translatione & miraculis sancti Germani Episcopi, descriptam prius à duobus monachis seorsim positis, quorum ipse labores vnâ coniungens duobus libris digessit, omni sinceritate & veritate, utpote qui his interfuit, & quæ non vidit à testibus fide dignissimis accepit. Par est ergo ut hic ex ea aliqua intexamus, cum nisi prolixitas deterreret, hic integra eadem esset historia describenda. Prætermittam igitur duplici eiusdem auctoris prætatione, ab exordio ipsius historiarum auspicamur ita ^b narrationem:

^a Aimoin. de gest. Franc. lib. 5. c. 20. * al. Hlotich

^b Apud Sur. to. 2. die 25. Julij.

XXII. ^{DCCCXLV.} DE GRASSATIONE NORTHMANNORVM APVD ROTHOMAGVM ET PARISIOS.

XXIII. ^{CONATVS CAROLI CONTRA NORTHMANNOS.}

Anno Incarnationis Dominicæ octingentesimo quadagesimo sexto, Regis item præcellentissimi Caroli sexto, cum Regnum Francorum post obitum Ludouici Imperatoris varias diuisum esset in partes, & peccata populi crescerent, sanguisque sanguinem tangeret, Deo permittente, flagitiis quidem exigentibus actum est nostris, ut externæ nationes à propriis egredierentur sedibus, videlicet gens Danorum, qui vulgò Northmanni, id est, Septentrionales homines appellabantur, & superbo tumentique corde, cum valido nauium apparatu Christianorum fines intrarent. Qui huc illucque furentes, atque cum magna superbia cuncta gyrautes, ceperunt vastando diuersas insulas maris, donec, nemini sibi resistente, fluuium Sequanæ ingressi, Rothomago forte incredibili applicarent. Cumque in eadem ciuitate aliquantisper demorantes, regionis principes (quod absque ingenti contritione cordis effari nequimus) ad bellandum pigros timidisque aduenterent, exeuntes è nauibus longè lateque diffusi, ceperunt vtriusque sexus multitudinem trucidare, captiuare, villas, monasteria, Ecclesiisque depopulando cremare, totamque suæ libidinis immensitatem cum omni crudelitate in populum Dei debacchando exercere, quousque ad locum qui vocatur Carolienna, ventis velisque suæ malignitati, iusto Dei iudicio secundantibus, vltra spem securi nauigando peruenirent.

Tunc gloriosus Princeps Rex Carolus, quia propter subitanum eorum ascensum, ex toto non poterat, conuocata aliqua sui exercitus parte, venit primum ad monasterium macarij Dionysij, ut suis orationibus fultus, securius contra Dei suosque pergeret hostes. Denique ut accessit, paratus non solum dimicare, sed etiam pro fide, proque defensione sanctæ Dei Ecclesiæ laudabiliter mori: eius aduersarij cognoscentes aduentum, diuertunt ad alteram prædicti fluminis ripam, vbi quædam parua tantum pars populi erat. Quibus confestim in fugam versis, in insula quadam eiusdem fluuij ad opprobrium Christianorum plus minus centum vndecim captiuos sudibus suspenderunt, multosque alios per domos & arbores confixerunt, atque nonnullos per villas, camposque miserabili infecutione trucidantes peremerunt. Ipsoque sanctissimo Paschalis festiuitatis sabbato, Parisios peruenientes, vacuam penitus ipsam vrbeim, quondam populosam, & omnia in circuitu illius monasteria suis habitatoribus deserta repererunt. Timor siquidem & metus vniuersos inuaserat, utpote merito iniquitatis, diuino enudatos auxilio, atque ideò humanæ defensionis destitutos solatio. Quis, rogo, non doleret? antequam bellum committeretur, fugatum exercitum, antequam iaceretur sagitta, confossum, ante scuti allisionem ignominiosè subactum. Vniuersorum namque ordo penitus in Ecclesia confusus, atque à bonitatis studio permutatus, hoc ipsa priuatione boni vsque ad excidij fomitem digna satis vltione promeruerat. At pius pater, iustus delinquentium semper corrector, correctorumque clemens susceptor, non hoc intulit, ut nos ob innumera delictorum nostrorum pondera crudelis damnaret, sed ut per inmensam benignitatis suæ largitatem

largitatem afflictos emendaret.] hæc auctor de vindice ira Dei in populum delinquentem. Pergit verò: Tunc, pro dolor, sanctissimum beati Germani corpus de suo effossum sepulchro in possessionem quamdam eius Ecclesiæ, quæ Cumbrs dicitur, delatum est. Sed quæ facundia, quisve sermo exponere posset, qualis dum hæc agerentur, quantusve in eadem Ecclesia extitit luctus? Senes itaque & iuuenes, & pueri flebant & infantem, utpote nemo sese à lacrymis temperare valens. Similiter & aliorum corpora Sanctorum in eodem pago degentium extumulata, atque per diuersa sunt loca deportata, exceptis membris dumtaxat macarij Dionysij, sociorumque eius martyrum: quæ licet à suis fuerint extracta sepulchris, propter tamen Regis præsentiam non sunt tunc ad alia loca transtire compulsa. Statuerat quippe, populo videlicet à se labente, ut vel iam dicti Martyris monasterium defenderet, eò quod diuæ memoriæ genitor illius, eum cum esset paruulus, eidem Sancto speciali traditione commendasset.

Hoc interea iuxta narrationis ordinem inseratur, quod dum sanctum eius moueretur corpus, cunctipotens Deus dignatus est ostendere. Nam dum in effossione ipsius, & quomodo portari deberet, vniuersis intenti essemus, cereis pro reuerentia accensis, calu accidit, ut vnus quem puer incaute tenebar, è manibus ipsius labens, rueret, totoque priuatus extingueretur lumine. Quem cum à solo idem puer omni velocitate leuasset, lumen amissum ab altero mutuari cupiens, meritis tanti patroni actum est, ut statim in manibus eius cereus extinctus illuminaretur. Quod quidem mirum, nec ab re tamen ducimus, si ibidem ignis diuinus resplenduit, vbi quamuis lugubre, filius venerabatur lucis. Vnde qui aderant vniuersi, gratias Deo referentes, atque præclara Pontificis merita collaudantes, ceperunt magis magisque in psalmodiis, Dei que laudibus esse deuoti, quousque opus licet triste consilium maretur honestè.

Nam visio illa, quæ ab aliquibus ipsius monasterij Patribus, eadem nocte, qua beatissimum eius corpus effossum est, antequam aurora subsequens appareret diei, ostensa est, ut non dicatur, omitti debet. Cum ergo ad fluuium Sequanæ sua quæque ad naues ferentes, quidam prima ipsius noctis vigilia perrexissent fratres, indeque ad monasterium iam remearent: apparuit eis, secumque etiam comitantibus famulis tam immensus claritatis splendor super eam Ecclesiæ partem, qua eiusdem sanctissimi viri corpus positum erat, ut claritate æquaretur diei, eademque Ecclesia velut igne supposito videretur cremari. Qui cum intra se nimium mirarentur, & eorum corda eiusmodi consideratione stupescita hærerent, visio paulatim deficiens disparuit. Peruenientesque ad monasterium, sciscitanti sunt, si aliquis fratrum ea hora cum lumine super ipsam fuisset Ecclesiam: nemine tamen, qui fuerat, reperto, cognouerunt visionem Angelicam diuina virtute meritis Sancti paratam, qui sua migratura ossa, pioque cineres talis sibi claritatis concessa gratia, inuisere curauisset.] & inferius, narratis aliis de visionibus, quæ ante aduentum Northmannorum acciderant, pergunt Aimoinus qui præfens erat, reliqua, quæ sunt secuta, referre.

Denique Caroliennæ loco ipsi Northmannorum populi se victores, seque superiores esse conspicientes, dum adhuc morarentur, exeuntes è nauibus cellam nostram, quæ contra vel secus eundem locum posita est, cursu proprio festinantes intrauerunt. Vnde miraculum, quod tunc illic factum comperimus, optimum, si narretur, putamus. Namque in eadem cella Ecclesiis Apostoli Petri, almi que Germani, ignem ter quaterque supponere nitentes, cum defecissent, eas incendere amborum meritis non valentes claustra eiusdem cellæ tandem egressi, horreum quod ibi erat iuxta positum * intrauerunt, ex quo tantus flammarum globus, aëris alta petens, ascendit, quod quædam arbores vltra etiam iam dictam cellam virentes incenderet, ipsas verò Ecclesias intactas integrasque, ut erant, relinqueret. Cum in super ventus australis validissimè flaret, totumque ferè incendium eandem in partem projiceret, ilicò septentrionalis è regione spirans intumuit, atque in altius spatii latus australe mira conuersione reflectens, omnem vim ardoris pariter retorfit. Ita mirabilis Deus, qui per famulos suos secum fulgentes in cælis semper, mira communis pietatis gratia operatur in terris.

Cum igitur sabbato Paschali diffusa nauium classe Parisios, ut supra dictum est, peruenissent: in crastinum cum sol lucifluos emitteret radios, propria totum illustrans lampade mundum, è nauibus prorumpentes, ipsam ciuitatem, ut præmisimus, vicinæque suburbana absque habitatoribus repererunt. Ingressique monasterium beatissimi Germani, Dei sanum, residuumque Ecclesiæ, quod securitatis damno remanerat,

SANCTORVM CORPORA EX-TVMVLATA ET ALIBI OCCVLTA-TA.

XXIV.

XXV.

LUX CAELITVS ILLVSTRAT ECCLESIAM.

XXVI.

ECCLESIAE AB IGNE SERVATAE ILLAESAER. * Incenderunt.

XXVII.

CHRISTI
845.SERGII PAP. II.
2.LOTHARII IMP. 5.
MICHAEL. III. IMP. 4.

rat, apparatus contaminare, pollutifq; manibus cœperunt destruere. Sed quia Domino A miserante, nec ibi virtus defuit eiusdem sanctissimi Patris: minimè debet reticeri, quæ tunc illic totius mundi creator, ad laudem sui nominis, gratia ipsius Pontificis, ostendere dignatus est miracula: quæ quia nemo nostrum interfuit, penitus ignorabamus, postea autem à fidelibus missis Ludouici Bauariorum Regis, Kobbone videlicet, & aliis, quos ad Principem Northmannorum Horich nomine legationis causa direxerat, ea cognouimus, qui nobis illa fideliter narrauerunt, quemadmodum ipsi attestati sunt coram Horich, qui presentes ex parte viderunt, atque ex parte ab his qui tunc in ipsa Ecclesia, quando hæc gesta sunt, simul aderant, Christianis audierunt. Nam cum trabes Ecclesiæ miserimus iste populus (quæ erant abiegnæ, & idcirco habiles nauigio) incidere tentauisset, tres ex maligno eorum numero ante altaris crepidinem beati Stephani, inualidi totius virtutis robore ruentes ceciderunt, atque confracti incredulas, Deoque odibiles animas B aliis timore percussis exhalantes, perpetuas descenderunt ad umbras, vbi edax vermis eorum non morietur, & nimius eorum ignis non extinguetur.

PERCVSSI
A DEO SA-
CRILEGI
NORTH-
MANNI.

XXVIII.

D IVINA
VITIO IN
SACRILE-
GVN.

Cumq; illud Dei templum à trabibus ita cassatum, totumq; simul depopularetur monasterium, accidit vt vnus eorum etiam apud eos nefandissimus, ad Confessionem domini Germani, strictum gladium polluta gestans manu (mira quidè dicentur) deueniret, columnamq; marmoream, quæ ibidem orantibus ad dexteram sita erat, terdecies totius corporis annisu, veluti vapulans hostem, percuteret, ei continuo manus dexteræ, qua columnam ipsam inciderat, virilitas euauit, vt post primum diem (quemadmodum idem Kobbo vidit, qui & eas incisiones, nobis ignorantibus, præfens ostendit) vsq; ad infelicem eius de hac vita decessum, semper immobilis, aridaq; vt fuerat extensa, permaneret. manubrium vero ferri ita manui compaginatam inhaererat, vt numquam ab ea aliquo ingenio vel arte, nisi cum cutis parte auelli potuerit. Qui tam diu nimia vexatione compatiens corporis cruciatus est, donec miseriam finiret vitam, plenus indignationis & iræ, manibus dæmonum deuectus ad tartaricas sedes cocyti, foetidumq; locum auerni.

XXIX.

NORTH-
MANNI-
TENEBRIS
OBVOLVTI
RECEDVNT.

Operæ pretium fore credimus, si & illud magnum narretur miraculum: Igitur dum ipsum sanctissimum Oratorium à crudelissima impiè violaretur turba: tanta subita nebulæ est densitate repletum, eiusdemq; obsceni violatores diuini iudicij cæcitate percussi, quatenus id metu & tremore nimio pauefacti linquere cupientes, vix ostia vel fores, per quas intrauerant, inuenire valerent. Sicq; in oberrando diutius fatigati, tandem erumpentes, quantocyus effugerunt, taliq; ab illo die, tantoq; peruaui terrore, quo nec ausi vterius essent quacumque foeditate ipsam contaminare Ecclesiam. Insuper & ita dysenteria morbo exinde (vt est vulgatum) sunt affecti, vt dum quotidie morerentur, D nullus ex tanta multitudine se putaret euadere.

XXX.

* simulato
LANGVORE
PERCVSSI
RECEDVNT
NORTH-
MANNI.

Interea * stimulari languore, Legationis causam dirigunt ad præcellentissimum Regem Carolum, vt eos cum pace fideles suscipiens, ad propriam, dato Regni tributo, redire permitteret patriam. His ita placitis, Rege quidè nolente, Principibus tamen quibusdam, vt fatebatur, muneribus læsis, Ragenarius dux eorū, cunctiq; Principes ad Regem, qui tunc in monasterio macarij Dionysij residebat, adducuntur, per deos, perq; omnia quibus maxime se protegi & saluari putabant, testantes, numina vel arma, quatenus nequaquam vterius vel sui Regni, nisi fortasse auxiliatores intrarent, aut contingerent. Qui ita dimissi, atq; pro sui euasione, quam minimè sperauerant, gauisi, quod venerant, accepta auri, argentiq; summa imposta, laeti redierunt. Sed reuertentes, morbo quo in prædicta Ecclesia percussi fuerant, quotidie deficientes, cruciabantur, cruciatique nequissimas miserabiliter E animas expirauerunt, nemine quos secum habebant Christianorum huiusmodi plagam sentiente. In quibus omnibus Dei est consideranda potentia, eiusq; pietas amplectenda, qui tam misericorditer saluat innocentes, tamq; terribiliter, Sanctos suos mirificando, punit profanos.] subiicit his auctor de reductione sacrarum sancti Germani reliquiarum ad suam Ecclesiam, atque de facta tunc dæmonum per ipsas expulsionem. Cæptam vero de Duce Danorum persecutus historiam, ista miranda admodum subiicit:

XXXI.

Ragenarius Dux, auctorq; totius memorati mali, ante præfatum Horich Northmannorum Principem cum ingenti superbia veniens, ostendit ei quod secum hinc asportauerat aurum argentumq; multum, dixitq; quod optatissimam Parisios ciuitatem captam haberet, quodq; mansionem Germani senis, quæ in eadem terra decantissima haberetur, intrasset: in super & quod omne Caroli Regnum sibi ratione tributi

subiu-

CHRISTI
845.SERGII PAP. II.
2.LOTHARII IMP. 5.
MICHAEL. III. IMP. 4.

A subiugatum haberet. Horich autem dum talia non crederet, iussit iam dictus Ragenarius partem incitæ trabis monasterij diui Germani, seramq; portæ Parisiacæ vrbis ante eum in testimonium adduci. Præterea retulit quàm bonam, quàmq; fertilem, vt omnibus repletam copiis inuenisset terram, populum verò eam incolentē ad dimicandum pauidum ac timentem. Referebatq; dicens, quod maiorem ibi mortui quàm viuētes haberent virtutem, nullumq; se sibi inuenirent resistentem, præter Germanum senem mortuum. Hæc cum diceret, tremens ilicè ac pauens corruit in terram, atq; terrificæ cœpit voce clamare, Germanum coram consistere, eumq; se baculo quem manu gestabat, grauiter flagellare.

IN DVCEM
NORTH-
MANNORVM
DIVINA
VINDI-
CTA.

Quod videntes, Horich videlicet, vniuersiq; sibi astantes, ipseque Kobbo Ludouici Regis illuc directus Legatus, ex eo quod acciderat, stupore nimio permoti, admirati sunt. Idem verò Ragenarius sic humiliatus, ac repente contritus, aliorum manibus citò sublatu recessit: qui maximis per triduum tormentis ignominiosè afflictus, præcepit tandem vnam auream suæ similitudinis statuam fieri, eandemque per eundem Kobbonem Germano seni deferri, spondens se, si euaderet, Christianum deinceps futurum. Sed quia non erat ex ouibus Christi, idcirco quod petebat, obtinere non meruit. Ita profus inflatus (quemadmodum nobis idem Kobbo manifestum fecit) ac rotus turgidus extitit, vt nec auditus, nec visus, nec odoratus, vel gustus in eius corpore discerni potuerit. Sicq; diffusus ad postremum visceribus, medius crepuit, vitamque miserimam inanem finiuit. Statua verò sacris oblationibus indigna, à quibus delegata fuerat, retenta, velut immundissima à mundissimo cordium inspectore refutata remansit.

XXXII.

Sed adhuc qualiter qui residui fuerant, ex hac defecerunt vita, prosequendo narremus. Ab eo sanè die, quo monasterium almi præfulis Germani ingressi sunt, donec pœnaliter cuncti interirent, ita (vt diximus) Kobbone teste, viscerum inflatione percussi sunt, quatenus omnis eorum cœtus etiam in patria quotidie moriens periret, præter quos Horich postea iussit occidi. Timens etenim ipse, eiusque optimates, & populus pariter vniuersus huiusmodi morte pessima damnari, præcepit omnes qui residui erant, exceptis paucis fuga lapsis, quos nec mortis credimus euasisse exitium, decollari; eorumque capita, veluti satisfaciens morbo, Christiano qui captiuus illic erat populo tradi. Nam ita clades ingratulata, Deo permittente, sæuiebat in plures, vt penè quicumque morbidum tangeret, eodem exemplò attractus morbo & ipse deficeret.

XXXIII.

NORTH-
MANNORVM
RELI-
QVORVM
INTERITVS.

Insuper iussit cunctos captiuos, qui Christianitatis vocabulo censerentur, in Regno suo perquiri, eosq; cum libertate & honore, absq; alicuius contradictione in suam patriam reuerti. qui etiam hæc & alia vltra quàm sunt inserta, dicebant. Nos tamen ea, quæ à videntibus percepimus, tantummodò ponere disposuimus: magnum fati habentes, quod victoriam, quam populi multitudo, communi obstante crimine, ex inimicis habere non potuit, beatus Germanus in clytus meritis, gloriosus miraculis, apud Deum tali donatus triumpho obtinere promeruit.] hæc de vltione diuinitus in hostes immissa Aimoinus, qui & in historia sua, de eiusdem probrosi & prodigiosi Ragenarij Ducis, & reliquorum dysenteria peremptorum interitu meminit. Pergit hinc verò dicere de aliis miraculis in S. Germani Ecclesia editis; cum postea eius venerandum corpus in locum pristinum est restitutum. Tu ea consulas, vt magis intelligas, quàm admirabilis sit Deus in Sanctis suis.

XXXIV.

CAPTIVI
DIMISSI
LIBERI.

Quid tu ista audiens Nouator Hagiomache perfide? Negas tu solus quod barbarus Dux, & Gentilis, & hostis Sanctorum, extorquente numine, instar Antiochi, confiteretur verbis, & profiteretur factis? quod Rex pariter hostis & dæmonum cultor æquè dictis testatur & factis, suorumque, quos receperat victores sanguine, expiando delictum, confessus, atque professus est, libertate concessa fidelibus? Negabisne tot presentibus testibus consignatam, & ab aduersariis ipsis confirmatam, ab auctore fide integra qui præfens aderat scriptis mandatum, ab omnibus receptam, à nullo in controuersiam reuocatam constantem vndique veritatem? Quid tibi timendum, & de te quid dicendum, nisi quod Dominus olim in Iudæos perfidos dixit occasione necatorum ruina^b turris Siloè, ^b Luc. 13. quod licet minimè grauioribus peccatis essent obnoxij quàm alij habitantes Ierusalem, ea passi fuerint, in exemplum tamen peccantium positi, vt nisi pœnitentiam agerent, essent similiter perituri: non quod super omnes essent turres ad ipsorum interitum ruituræ, sed quod omnes diuinæ vindictæ absque aliqua dubitatione seruandi essent, nempe gehennæ omnibus supplicis grauiori.

XXXV.

At quod testati sunt barbari, & suo experti sunt damno, mortuos viuētib; for-

XXXVI.

Annal. Eccl. Tom. 10.

C 3

tiores,

tiores, id non solum declaratum est in S. Germano Episcopo Parisiensi, sed etiam in A S. Martino Episcopo Turonensi, cum alius dux Regis pariter Northmannorum nomine Hastings, eodem ferme tempore oblidens expugnare conaretur ciuitatem Turonensem. Rem gestam plane memoria dignam describit Odo Abbas Cluniacensis in libello de translatione S. Martini, ad Fulconem Comitem Andegauensem his verbis:

TYRONEN-
SI CIVI-
TAS LIBE-
RATA OPE
S. MARTINI

Contigit autem vt Gallia superioris partibus incensis, Turonum simili eam incendio consumpturus descenderet. Ambasio itaque & vniuersis quae inter Ligerim & Karum continebantur, in fauillam redactis, Turonum obsidet. Portis igitur custodias admouet, & ne quis tute exeat, magno studio loque conamine prouider. Aggeres etiam construit, aspera complanat, & quidquid vrbi capiendae commodum esset, ordinat. Alieni infortunij rumor delatus conceptae formidini fomitem subministrat; muros tamen reparant, & turres, & propugnacula resarciunt, & sagittarum grandine praemissa, varios subiungunt assultus. Iam muri crebro quatiuntur ariete, & machinarum ictibus cedentes, ruina suis minantur. Obsessi viribus deficientes, spei peritus solatio destituuntur.

XXXVII. Tandem vero, diuina inspirante gratia, in se reuersi, beati patroni sui Martini corpus pie rapiunt, & ad locum in quo belli violentior impetus erat, deferentes, mortuum pro viuis propugnatorem opponunt. O admirabilem per omnia virum, qui dum adhuc viueret signipotens appellatus, vigorem virtutis astris intulit, defunctus etiam bellipotens triumphatos hostium cuneos sola sui praesentia confecit! Vere mirabilis Deus in Sanctis suis. Sancti siquidem patrocinate suffragio, & obfessis securitas & confidentia redditur, & obfessoribus formido & paor non modicus immittitur. Fugiant ergo Dani, fugientes Turonici persequuntur; fugientium pars gladio cadit, pars capta reducit, & pars fugae subsidio elapsa est, & vsque ad sextum lapidem ab vrbe persecuti sunt Danos, triumphatoris C sui corpus cum hymnis deferentes cum gloria, per quem sibi triumphus cessit & victoria.

XXXVIII. Vnde & in eiusdem belli triumphalis memoriam, in ipso loco, in quo Sancti constitit corpus, in honorem ipsius fabricata est Ecclesia, quae propter belli euentum SANCTI MARTINI BELLI fortita est vocabulum.] & paulo post: Ea propter igitur Synodo celebrata, auctoritate Archiepiscopi & ipsorum qui conuenerant statutum est, vt singulis deinceps annis per vniuersam diocesim subuectionis huius festum, quarta Idus Maij, solemniter celebraretur, quae nullo alio nomine rectius quam SVBVENTIO censetur.] hucusque Odo de liberata ciuitate per reliquias sacras sancti Martini. quae autem posthac subiicit auctor, inferius suo loco dicentur.

XXXIX. In tot autem tantisque, malis quibus Christianus populus in iis Galliarum prouinciis est afflictus, vna illa consolatio fuit, quod non sicut accidit deploratae Ierusalem, cum (quod D luget a Ieremias) Prophetae non aperiebant iniquitatem tuam, vt te ad poenitentiam prouocarent.] sed eius prouinciae Episcopi dolentes, angustiati, afflicti, conuenientes in vnum, causam illam tantorum malorum aperuerunt, & potissimum eam esse manifestarunt, quod scilicet res Ecclesiasticae per Reges traderentur laicis hominibus possidendae, quorum sacrilegiorum causa ira diuina caelitus instat fulminis, per barbaras gentes, eo modo, vt audistis, vibraretur in populum. Sic igitur praestantissimi Patres in tot angustiis constituti; gregis commiserantes, ad diuinam indignationem auertendam, prouocandamque Dei misericordiam, correcturi eiusmodi prauos fidelium mores, quibus diuina vindicta concitabatur, collegerunt Meldense b Concilium, in quo positi primum omnium deplorant iniqua tempora, & quod cum aliis saepe conuenissent in vnum, nunquam tamen secuta morum correctio fuerit, nec quod expedire videretur Ecclesiae sanctae perfecerint. E

Sed audiamus eos, cum in praefatione ista lugent his verbis: Postquam ab ipsis pie memoriae Ludouici diui Augusti temporibus, Ecclesia diuersis & aduersis coeperat vexationibus fatigari, in qua (vt c Propheta longe ante defleuerat) a planta pedis vsque ad verticem non erat, immo nec est, desiderabilis sanitas: crebris monitionibus suam, Principum quoque & potentum, ac pauperum, totiusque Ecclesiae clamantes necessitatem, vocem correctionis dederunt, si forte ipsa vexatio (vt d scriptum est) intellectum daret auditui. Hoc verbis, hoc scriptis, hoc publicis, hoc priuatis suasionibus, hoc specialibus, hoc generalibus egerunt, pro Christo legatione fungentes, petitionibus, hoc est, dicta Dominica proponentes, hoc Prophetis & Apostolicis oraculis contestantes, hoc veterum statuta pra oculis demonstrantes: hoc capitulari & petitoria suggestione sapientius & Reipublicae potentes atque ministros ex diuina insinuatione & vo-

MELDENSE
CONCI-
LIUM.
b Conc. Meld.
tom. 3. Conc.
edit. Venet.

XL.

c Isai. 1.

d Isai. 28.

A & voce blanda, & terribiliter (quia ita diuersi rerum euentus exegerant) monuerunt. Et vt de multis quaedam ad memoriam reducamus, ita egerunt scriptis, quae constant, quorum est vnum ex Synodo in pago Andegauensi habita in villa quae dicitur Lauriacus. Aliud in reuerfione gloriosi Regis & domini nostri Caroli & Redonis ciuitate, quod idem inclytus Princeps & ceteri quique tam Ecclesiastici, quam qui ex laicali ordine adfuerunt viri, manu propria firmauerunt. Tertium in generali Synodo apud Theodonis villam generaliter actum, & generali constitutione pro palatum. Quartum ex conuenientia in praedicto conuentu coeptum, & in Verno palatio perpetratum, sed inuidia ac malitia diaboli, seu ministrorum, nondum Principis & populi auribus prolatum. Inde vero, quia sicut necesse fuerat, diuinis iussionibus non est secuta obedientia: dedit Dominus ab Aquilone, vnde (iuxta a Prophetam) pandetur omne malum: dignos meritis b Ierem. 1. nostris Apostolos, crudeles scilicet & immanissimos Christianitatis persecutores Northmannos, qui vsque Parisios venientes, quod iussit Dominus, demonstrarentur; quorum actus Domini sacerdotes, vt praueuerant ex ore Domini, sermone sunt etiam subsecuti. Sed & inde Belluacum ciuitatem venientes, quae ex Domini voluntate cognouerunt, & verbo & scripto nullatenus siluerunt.

XLII.
CONCILIA
ANNISSIM-
GVLIS PRV-
STRA CELE-
BRATA.

Tandem autem, grassante iniquitate, atque elongante se optata atque optabili pace, non solum a medio nostri, verum (quod est lugubrius) a finibus nostris; perspicientes etiam diuinam misericordiam, quae potissimum in tribulatione suis fidelibus consueuerat semper adesse, tot miserorum gemitus, tantaque lacrymas, & penè intolerabiles, & in hac Regni dumtaxat parte, inauditas afflictiones, & horribiles calamitates, furda (vt dici fas est) aure iusto iudicio praeterire: ob hoc iustae indignationis diuinae complangendum supplicium, & Ecclesiae Christi deuoto pectore tractandum negotium, praesulum quoque & sequentis Cleri correctionem, & Regis & Regni salubritatem atque stabilitatem, & populi auctore & fautore Domino, procurandam salutem, venerabiles Episcopi, V Venilo videlicet Senonicae sedis Archiepiscopus cum suffraganeis suis, Hincmarus quoque sanctae Metropolis Ecclesiae Rhemorum Episcopus cum coepiscopis suis, & Rodulphus Bitoricae ciuitatis Archiepiscopus, ceteris etiam dominis sacerdotibus, Legatis vel scriptis suam praesentiam exhibentibus, in Meldensem Ecclesiam de suis ciuitatibus conuenerunt, ibique secundum synodalis ordinis censuram residentes, anno Dominicae incarnationis octingentesimo quadragesimo quinto, piiq; Regis Caroli succrescentis feliciter sexto, cuius consensu, suo diuino nutu illuc conuentum est decimo quinto Kalendas Iulij, &c.

XLIII.
DEP LOR-
RANT IN-
STANTIA
MALA PA-
RES.

Dum autem iidem, qui in Concilio conuenerunt Episcopi, sacris Canonibus iam conseruatae illapsa peccata emendare conantur, laborantque deformibus apponere medicamenta vulneribus: primum causam detegunt, cur Deus iratus dederit Regem cum Regno gentibus bellis assiduis affligendum. Quae nam fuerint peccata ista, quibus praeter ceteris Deus redderetur infensus, ex eorumdem Patrum capitulis hic describemus; quod cautiore alieno periculo fiant, qui principatum moderantur habenas, discantque quam magno damno sui, suorumque Ecclesiastica Deo debita iura peruadunt, caecaque dominandi libidine violant sacra septa Angelorum vallata custodia, atque defensa; vt dum in sacra, inconcessa sibi, manus iniiciunt, barbaros ipsi sentiant veloces ultores, eosdemque voraces atque feroces, & inexplebiles grassatores, eorum sanguinis cupidissimos. Sed quid opus est nouis eiusmodi testimoniis facinus declamantium, atque detestantium Patrum? Nonne amplissimis tamquam in tabula expressum est notis, & viuis coloribus redditum in praedecessorum Principum rebus gestis, tamquam a sublimi loco clamantium illud Dauidicum: b Et nunc Reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram.] quomodo c persequatur vnus mille, & duo fugarent decem millia?] Quamdiu enim defensores rerum Ecclesiarum & propagatores earum vixere Francorum Reges, vt Pipinus & Carolus Magnus, qui legibus, armis, multoque sanguine bona Ecclesiastica illibata seruarunt; redditi sunt omnes eorum hostes infirmi, & iugo submissi, propagatum est Regnum, nomenque Francorum summa gloria toto orbe diffusum. Vbi vero direptione rerum Ecclesiarum aduersus Deum constat bellum; imbelles populi, Reges socordes, & obtusa facta sunt arma; hostes d vero eorum in capite, sacerdotes vero gementes: inter quos & qui huic Meldensi Concilio interfuere Francorum Episcopi, has luctuosas emisere voces: e Magnopere cauendum est, ne tam manifesta religionis destructio, Regni huius fiat desolatio, cum manifestissime Scriptura demonstrat Ozam morte

XLIII.

& vo-

QVAE CAU-
SA MALO-
RYM.

b Psalm. 2.

c Deut. 32.

d Thren. 1.

e Conc. Meld. cap. 9.

damnatum, quòd Arcam Domini quasi cadentem releuare uoluit, quam uel contingere ei illicitum fuit.] Et paulò post acerbius ista deplorantes subiiciunt:

^a *Con. Meld.*
cap. 10.
XLIV.
DE LAICIS
INCONCES
SASIBI AR
ROGANTI-
BUS.

Peruentum est siquidem ad nos, quod auditu lugubre, & dictu nefas, atque horribile ac nimis triste dignoscitur, quia contra omnem auctoritatem, contra Patrum decreta, & totius Christianæ religionis consuetudinem, in monasteriis regularibus laici in medio sacerdotum & Leuitarum ac ceterorum religiosorum virorum, ut domini ac magistrum resideant, & uelut Abbates de illorum uita & conuersatione decernant, eosque diiudicent, ac regimina animarum, ac diuina eius secundum regulam non solum sine præsentia, uerum etiam sine conscientia Episcopi committant sacraria; & ita præsumptiue doceant, qui noluerunt fieri discipuli ueritatis, & saltu inordinato magistri fiant erroris.

XLV.
^b *Ioan.* 18.

Quod quàm temerario ausu præsumptum sit, omnis scripturarum demonstrat auctoritas, aded ut sicut scriptum est, nec in persecutione Dominica sine ministris Pontificum, Resp. ad comprehendendum Dominum, quanto magis ad ordinanda diuina seruitia auderet transmittere.] & inferius: Quod non est aliud, nisi quod ^c Ioannes dicit, cum uenerit Antichristus, acturum, & nunc Antichristi uidelicet isti multi sunt. & quod Dominus secundum ^d Marcum: Cum uideritis abominationem desolationis stantem in loco quo non debet: qui legit intelligat. Verè enim ista est abominatio desolationis non solum religionis, sed etiam præsentis ac perpetuæ salutis, & non solum subditorum & talium apocryphorum doctorum, uerum & Regis, & Regni, atque Regni primorum huic detestabili inordinationi fautorum. Et quod adhuc habetur flebilis, quidam Episcoporum è vicino sedentes, & iuxta ^e Prophetam, Canes muti non uolentes latrare, nec opponere ^f murum pro domo Israel: hæc scientes silent, & surda aure pertranseunt. Vnde & zelo diuino succens, auctoritate Dei, ex quo omnis paternitas secundum Apostolum, & in cælo, & in terra nominatur, decernimus, ut quidquid huiusmodi hæctenus actum est, sacerdotali & regali rigore seu dispositione cassetur. &c.]

^c *1. Ioan.* 2.
^d *Marc.* 13.

^e *Isai.* 56.
^f *Ezech.* 13.

XLVI.
^g *Conc. Meld.*
cap. 15.

Et ad hæc pertinet quod subiicitur aduersus Regem manus iniicientem in res Ecclesiasticas, unde ipsius Regni certa ruina imminet; aiunt enim: Occasionem etiam & fomitem unde ordo Ecclesiasticus & canonica forma, atque monastica religio sæpè à superiori tempore, cum minus religiosos Principes habuit, titubauit, & pænè collabens deperit; & iterum cum deuotos & Dei zelo feruentes Principes accipere meruit, resurrectione quadam reuixit, & vigorem recepit, & sui processus tempore ambulauit: quod non sine graui dolore & metu uisionis diuinæ dicimus, in uestri regiminis tempore in destructionem, non ædificationem (sicut Paulus ^h docuerat) accidisse conspiciamus.] & inferius in peruafores rerum Ecclesiasticarum: Intercessionem fidelissimarum oblationum deleuerunt, quibus Ecclesiasticarum rerum peruafores inconsulti, & in perniciem sui sine reuerentia abutuntur, quod ita uerum esse, ut dicimus, Dominus protestatur ⁱ dicens: Peccata populi mei comedunt: peccata enim populi comedunt, qui contra auctoritatem diuinam res Ecclesiasticas indebitè peruadunt, & nec intercessionis ope, nec prædicationis consilio, uel quocumque diuino auxilio pro peccatis eorum qui ea dederant, laborant, nec pio operi ad quod fides fidelium eas tradiderat, seruire permittunt. De quo periculoso facto, vos Principes Christianissimi uenerabiliter admonemus, & deuotissime obsecramus, ut memores salutis uestræ, præsentis scilicet & æternæ; memores etiam largitatis progenitorum uestrorum erga sanctas Ecclesias, propter quam feliciter regnauerunt, & sibi contrarios superauerunt; memores siquidem cum quanta religione etiam ante Christi sanguinem in tempore famis in Ægypto discretione sancti ^k Ioseph apud nefandum Regem Pharaonem terra sacerdotalis extitit, &c.] pluribusque insinuant, labefactari per dique Regna, cum quæ sunt sacerdotum à Regibus peruaduntur. Insuper & alia Patres, quæ decreta antea fuerant pro conseruatione rerum Ecclesiasticarum, in medium adducunt, quæ breuitatis causa recensere prætermittimus.

^h *1. Cor.* 13.
ⁱ *Osee* 4.
DE VSR-
PATIS A
LAICIS BO-
NIS ECCL-
SIATICIS.

^j *Gen.* 47.

XLVII.
DE HOSPI-
TALITATE
IMPEDITA.

Ed autem progressa fuerant mala, ut (quod deterius uideri poterat) quæ peregrinæ gentis erant sacræ hospitales domus in Gallia, eadem spoliarentur bonis, quibus alendi erant peregrini. Acciderat enim ut cum frequentissima esset peregrinatio eo tempore ex Anglia potissimum ad Limina Apostolorum: Scotorum nonnulli ad eos excipiendos per eam uiam quæ ad Urbem ducit, constituerint domos hospitaes cum redditibus suis. Has uero cum inuassent impij ministri regij, & redditus earum sibi uendicassent, nec sinerent eas ad usum, cuius causa fuerant institu-

^k *Gen.* 47.

^l *Gen.* 47.

^m *Gen.* 47.

ⁿ *Gen.* 47.

^o *Gen.* 47.

^p *Gen.* 47.

^q *Gen.* 47.

^r *Gen.* 47.

^s *Gen.* 47.

^t *Gen.* 47.

^u *Gen.* 47.

^v *Gen.* 47.

^w *Gen.* 47.

^x *Gen.* 47.

^y *Gen.* 47.

^z *Gen.* 47.

Atque, patere: in huiusmodi immane scelus declamantes Episcopi ista ^a subiecere:

Admonenda est regia magnitudo de hospitalibus, quæ tempore prædecessorum suorum & ordinata & exulta fuerant, & modò ad nihilum sunt redacta. sed & hospitalia Scotorum, quæ sancti homines illius gentis in hoc Regno construxerunt, & rebus profanitate sua acquisitis ampliatuerunt, ab eodem hospitalitatis officio funditus sunt alienata, & non solum superuenientes in eadem hospitalia non recipiuntur, uerum etiam ipsi qui ab infantia in iisdem locis militauerunt, ex iisdem eijciuntur, & ostiatim mendicare coguntur] &c. Sunt & alia plura, quæ idem Episcopi in Synodo congregati libertate sacerdotali perperam facta, Regi ingerunt corrigenda, quæ tu consulas.

Qui enim præ ceteris in ea Synodo scientia eminebat Hincmarus Rhemensis Episcopus, ceteros in suam trahens sententiam, non ipis tantum, sed posteris relinquens exemplum dixit, in emendatione peccatorum Ecclesiæ filiorum, ab ipsis Regibus inchoanda esse correctionem, quæ si negligatur, vanus cedat omnis labor de Ecclesia reformanda ac bonis moribus instituenda susceptus: frustra que pariter tentetur placari numerum offensum, & inmissa diuinitus damna uitari, nisi primum omnium quo delinquant Principes, corrigeretur. Fuisse autem Hincmarum Carolo Regi magna familiaritate coniunctum, & apud eum auctoritate pollentem demonstrant litteræ Lupi Abbatis Ferrariensis ad ipsum scriptæ, paulò inferius recitandæ. modò quæ sunt reliqua prosequamur.

Ad postremum autem iidem, qui conuenere Patres, monuerunt inter alia Regem, ut promulgari debeant capitula Ecclesiastica à Carolo Magno atque à Ludouico collecta, utque ea obseruari præcipiat, ita decernentes: ^b Ut Capitula Ecclesiastica à domino Carolo Magno Imp. necnon à domino Ludouico Pio Augusto promulgata, obnixè obseruari præcipiantur, sicut & legalia seruanda esse noscuntur.] hæc Patres.

Ceterum eadem capitula ab Antegiso primum collecta, quatuor que distincta libellis in lucem iam prodierunt. hoc uero tempore, id exigente, ut audisti, Concilio, quæ deerant, collegit Benedictus Leuita, tribusque aliis libris digessit, & Ludouici Imp. regnantibus filiis dedit, Lothario, Ludouico, atque Carolo. Tettatur id ipse, cum præfatur his uerbis: Et quæ ille aut inuenire nequiuit, aut in ferre fortasse noluit, & illa quæ postmodum à fidelibus sanctæ Dei Ecclesiæ & Pipini ac Caroli atque Ludouici didicimus in iam dictis libellis minime esse inserta: pro Dei omnipotentis amore & sanctæ Dei Ecclesiæ, & seruatorum eius, atque totius populi utilitate fideliter inuestigare curauimus, & in tribus subsequentibus libellis distincte cum titulis suis coadunare, ac Ludouico, Lothario, atque Carolo nobilissimis Regibus, filiis uidelicet Ludouici piissimi Imp. habenda, & omnium Christianorum

fidelibus tradenda scribere non distulimus: ut scirent qualiter iuxta normam aui, proauis, ac genitoris, secundum Domini uoluntatem, sicut & illi fecerunt, Clerum & populum sibi commissum, Domino opem ferente, regere mererentur] & in carmine dedicatorio, post laudes dictorum trium prædecessorum Pipini, Caroli, & Ludouici, hæc ad tres successores quibus tres offert libros, de sui ratione instituti habet his uersibus idem auctor:

*Nos quibus illa tenent terni quæ iura libelli
Obtulimus scripta semper habenda tibi.
Quorum norma docet iugiter nos uinere rectè,
Et studiis Domino ritè placere piis.
Namque patrant multi funestas sæpè rapinas:
Nonnulli uolant templa dicata Deo.
Sunt alij scelerum fœdali labe suorum,
Fistula quos omnes connumerare nequit.
Sed cohibet tales legum censura sacrarum,
Decretisque uetat ista patrare piis.]* &c. pluribus canens uersibus, harum legum conditores Francorum Reges, dilataste, propagasse, & stabilisse Francorum terrenum Regnum, & æternum in cælo pariter conlectos esse. Ceterum nonnisi post annos octo Capitula ista à Carolo promulgata, eiusmodi docet inscriptio. Ex Capitulis quæ Carolus Ludouici Pij filius consulto fidelium suorum in Silua

E

tico edidit, & missis per Regnum suum ordinatis, annuntianda obseruandaque præcepit, anno Domini octingentesimo quinquagesimo quarto.] & quæ sequuntur de eorum obseruatione his uerbis: Capitula aui & patris nostri quæ in præscriptis commemorauimus, qui ex Missis nostris non habuerint, & eis indigerint, ut commissa per illa corrigere

^a *Conc. Meld.*
cap. 40.

XLVIII.
HINC MARI
DIGNA
SENTEN-
TIA.

XLIX.

^b *Conc. Meld.*
cap. 78.

I.
DE TRIBVS
LIBRIS CA-
PITVLA
RVM TRI-
BUS DATIS
PRINCIPI-
BUS.

CAPITVLA
EDITA PRO
ECCLIA-
RVM IURI-
BUS CON-
SERVAN-
DIS.

CHRISTI
845.SERGII PAP. II.
2.LOTHARII IMP. 5.
MICHAEL. III. IMP. 4.

corrigere possint, sicut in eisdem Capitulis habetur, de serinio nostro, vel à Cancellario nostro accipiant, vt rationabiliter & legaliter cuncta corrigant & disponant.] Porrò dicta omnia Capitula fuisse auctoritate Romanorum Pontificum confirmata, ne purarentur Reges Ecclesiasticas sua auctoritate sancire leges, idem Benedictus collector affirmat: nosque superiori tomo eadem pluribus testimoniis demonstrauimus. Addiderunt ad postremum Patres octo Capitula, quibus in omnibus consultum voluerunt per Regem Ecclesiæ iuribus, quæ tu videas. hæc autem satis nobis ad institutum.

L I. Ceterum editio Canonum eiusdem Meldensis Concilij minimè hoc anno facta est, sed sequenti, dum de iisdem actum est in Concilio Parisiensi, vt suo loco dicitur.

Verum etsi decreta Patrum Meldensis Concilij haud (vt audisti) recepta fuere ab ipso Carolo Rege: tamen in gratiam Hincmari, quem plurimum diligebat, recens creati Rhemensis Episcopi, quæ ab illa Ecclesia iam antefuerant ab ipso sublata, quantum tunc B opportunum fuit, eidem restituenda curauit, scripsero de his hoc anno diplomate ad eundem Hincmarum, quod recitatum à Frodoardo sic accipe, qui ista loco argumenti præmittit: * Hincmaro Archiepiscopo Rhemensi ordinato, Rex Carolus omnia bona Episcopatus Rhemensis, quæ sui alicui sua permissione vsurparant, cum diplomatis sub hac forma à se concessis reddidit.

^a Frodoard.
bist. Rhem.
lib. 3. c. 40.

L I I.
RESTITUTIO
BONORUM
RHEMENSIS
ECCLESIAE.

In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis Carolus Dei gratia Francorum Rex. Si res quæ piè à nostris prædecessoribus, & à fidelibus Christianis datæ, statutæ, confirmatæ fuere, confirmemus: si pariter nostra auctoritate regia, res quæ quadam necessitate corruptæ fuere, corrigamus, & in melius emendemus: nostræ saluti prouidemus, & oneri regio Ætna monte grauiori à Deo nostris humeris imposito satisfacimus. Omnes igitur fideles Dei serui & nostri sciant, quòd hoc nostro mandato, & auctoritatis nostræ edicto C in præsentiarum omnia Episcopatus Rhemensis bona in integrum restituiimus, quæ magna quadam necessitate coacti, dum hic sanctus cõuentus pastore destituebatur, in commendam ad tempus nostris subditis contulimus, vt nobis seruientes aliquo subsidio temporalium gauderent: nos, inquam, restituiimus Hincmaro Spiritus sancti gratia, dispositione diuina & nostra electo & ordinato huic sanctæ sedis Archiepiscopo, nimirum Esperneum, Iulium, Cormiacum, Capellam quam Rabanus presbyter possidebat, & omnia, singula quæque bona, quæ de hoc Episcopatu Richuinus Comes, Odo, Pardulus, Algarda Abbatissa, Robertus, Amalbertus clericus, Altmarus, Ioannes medicus, Rabanus paruus nanus, Rathboldus, Goderanus, Hereboldus, Donatus, & Giluinus tenuerunt, & adhuc tenent. Tunc demum omnia siue à clericis, siue à laicis occupata, quæ ad tempus in nostra ditio- ne, & à nobis dicto Hincmaro commendata fuere. Et (vt paucis perstringam) sancti Remigij testamentum in præsentia nostrorum subditorum tam clericorum quàm laicorum à nobis viso, hoc nostro mandato nunc reddimus, & in integrum restituiimus Ecclesiæ sanctæ Mariæ Matris Dei, Ecclesiæ sancti Remigij, & Archiepiscopo Hincmaro id omne, quod de hoc Episcopatu arripuimus, cum huc Fulguis in nostras manus remisit, aut alicui sub forma beneficij dedimus: vt sine vlla contradictione, omnibus litteris & cõcessionibus irritis, reuocatis, rescissis & annullatis, hac nostra auctoritate portatur, & de his disponere, & eius pariter successores, sicuti de bonis Ecclesiæ in eius vtilitate oportet disponere, possit.

L I I I. Et vt hæc auctoritas nostra, & hoc nostrum mandatum quo nihil nos amplius simile in posterum contra hanc Ecclesiam Dei tentaturos pollicemur, nostros successores per omnipotentem filium sanctæ Mariæ Virginis obnixè rogamus, vt nihil contra eam aggre- dian- tur, firmum & stabile & inuiolatum maneat. Et vt huius notitia aduersus sanctæ Ecclesiæ hostes valeat: hac nostra manu propria subsignauimus, & nostrum sigillum apponere fecimus. Datum Andegau, in villa Auegio, primo Octobris, anno sexto regnante gloriosissimo Rege Carolo, Indictione octaua.] hucusque diploma.

L I V. In eo verò quòd datum ponatur octaua Indictione, quæ secundum consuetam periodum, ipso mense Septembri absoluebatur, secundum consuetudinem nonnullorum factum videtur, vt cum anno Redemptoris à Natali Domini æquè Indictio inciperet numerari. Subijciuntur ab eodem Frodoardo duo alia diplomata eiusdem Caroli, alterum de persoluendis eidem Ecclesiæ nonis & decimis, datum illud secunda die Septembris, anno Regni octauo Indictione decima: alterum quo idem Rex Carolus Caluus concessit eidem Ecclesiæ Rhemensi immunitates atque exemptiones, quæ à prædecessoribus fuerant eidem concessæ Ecclesiæ, quæ ibidem describuntur.

Datum

CHRISTI
845.SERGII PAP. II.
2.LOTHARII IMP. 5.
MICHAEL. III. IMP. 4.

A Datum ipsum anno eiusdem Regis decimo, Indictione decimatertia, die vigesima septima mensis Maij. Subiicit his idem Frodoardus quæ in restaurationem, & cultum Ecclesiarum ipse Archiepiscopus Hincmarus effecit, & epigrammata, quæ perpetui gratia monumenti iisdem inscribi fecit, & inter alia venerandæ Dei Genitricis imagini, filium tenenti in vlnis super altare positæ, cui hoc distichon consecrauit:

*Virgo Maria tenet hominem, Regemque, Deumque
Visceribus propriis natum de fame sancto.*] Ex quibus intelligas cul-

tum sacrarum imaginum, explorato errore illo, quem malè feminatum vidimus superiori tomo, communi vsu retentum & frequentatum. Certum verò horum tempus, præsentem scilicet annum, alterius inscriptionis hi versus ostendunt:

Iam bene completis centenis octies annis

Quadragesima simul quinto volente sub ipsis.]

B Quot insuper eadem Dei Genitricis Ecclesia illis temporibus fuerit illustrata miraculis, idem Frodoardus narrat, describens ex eis aliquot, quæ breuitatis causa relinquimus.

Hoc eodem anno inuentum, translatumque est venerandum corpus S. Mauri Abbatris discipuli S. Benedicti, ex quo monachismus eius ordinis in Galliis mirificè propagatus est. Non sine Dei prouidentia his ipsis temporibus monasteriorum fundatorem Deus voluit apparere, atque miraculis coruscare, cum monastica disciplina soluta, ipsa iam monasteria laicorum manibus traderentur, vt quasi vindex videretur exurgere. Rei gesta historiam Odo scripsit^a, qui hoc sæculo vixit, cunctaque omni fide optimè testata reliquit. Qui primum quomodo vltus sit idem Sanctus in Gaidulphum Rauennatem, qui acceptum à Rege Francorum Fossatense monasterium, ipsum, eiectis monachis, solo æquatam ac profanum redditum vsurpauerat, hanc memoratu dignam texit historiam.

Postquam cuncta, quæ animo conceperat, iuxta Dei permissionem, de eodem exer- cuit loco Gaidulphus, conuocatis amicorum atque affinium turmis ad conuiuium apparationis prandij: sceleratè se gesta post insatiabilem * lautitiorum edacitatem ciborum, & meri nimiam potationem, cunctis qui aderant, iactantia, desperabiliter barathro demersus, referre cœpit: Ne, iniquiens, teterimum genus monachorum per succedentia tempora locum hunc, vanis spebus animatum, repetere, aut vindicare valeat, cum domorum euersione testamenta sunt ablata prædiorum, quibus se opinari poterant possessiones tantorum recuperaturos fundorum. Necdum verba compleuerat, cum ecce contra se super mensam, ad quam lasciuens residere, astare vidit venerandi monachum habitus, virum cuius facies igneo resplendebat aspectu, canities verò comptissimi dignitate D honoris super niuem micans candebat. Qui ferulam manu gestans, toruisque aliquantisper respiciens luminibus, eum forti conamine calce quidem in ventre, ferula autem in capite validè percussit. Qui ilicò amens effectus, atque caput huc illucque super scapulas crebrò iactans, eiulando clamare cœpit: Maure tu me interficis, Maure tu me interficis. Cumque hæc & alia cunctis qui aderant audientibus, oculis iam cæcatus, quos capitis percussione amiserat, frequenter repeteret, Arii multatus damnatione, effusus intestinis, infelicem (vt erat dignus) finiuit vitam, particeps dæmoniorum effectus.] In ipsa mensa, vt Rex ille potentissimus^b Babylonis, sententiam damnationis accipiens, à quibus^c autem auctor ista acceperit, fidem testatam relinquens subiicit, dicens:

Hæc ita gesta Germanus monachus nostræ Congregationis, qui à patruo suo ipsius loci monacho se ita peracta, sicut hic inserta sunt, frequenter ista audisse confirmat, qui de E eodem cœnobio cum ceteris fratribus ab ipso peruersæ mentis homine expulsus, sæpè ad domum patris huius Germani fratris veniens, cuncta ex ordine referre solitus erat. Astipulantur etiam huic assertioni religiosæ admodum & reuerendæ personæ, quæ ab eodem tempore vsque ad nostram perdurantes ætatem euidentissimis ista profitentur indicij; ex quibus ego etiam duos vidi, quos pro hoc ipso ad me euocans, atque ab eis cuncta diligenter sciscitans, verissima hæc esse, prout ea ipsi oculis inspexerant, asseruere; addentes etiam hæc, quòd post expulsionem loci illius habitatorum, & eiusdem desperabilem scelerati viri percussione, prædia & villæ, quorum subsidij & redditibus locus ille eatenus subsisterat, perceptione satis iniusta, tam à Comite Andegauensi, quàm ab aliis quibuscumque præsumptuosæ ac cupidæ mentis hominibus vsurpatæ sunt atque peruasæ.] Adiangit his de restoratione eiusdem monasterij diuino monitu facta per Rotigonem religiosissimum Comitem, deque præfectura eiusdem monasterij

L V.

L V I.

INVENTIO
ET TRANS-
LATIO
S. MAURI.^a Extat in
Bibl. Vatic.
scripr. cod.

L V I I.

D I V I N A
V L T I O I N
O C C V P A-
T O R E M E TD E S O L A T O-
R E M M O-
N A S T E R I I
S. MAURI.

* f. lautiorum

^b Dan. 5.

L V I I I.

LIX.

monasterij collata à Carolo filio Ludouici, Gauzino filio Gauzberti, deſque S. Mauri A corporis translatione ab ipſo facta: cuius rei geſtæ teſtificationem ſubiicit iſtis verbis: Suſcepta cura paſtorali eius loci à Rege ſibi iniuncta, nobiliter in ſancta religione cœpit excreſcere: denique in diuinis cultibus ſuo tempore nemini ſecundus emicuit. Qui qualiter corpus beati Mauri de Auſtrali climate altaris beati Martini retrò (vt noſtro ſæculo mos eſt) ad Orientalem ſcilicet eiufdem menſæ tranſtulit partem, ipſius ſcriptis pleniffimè cognofci valet. ita enim proſequitur:

* pyxide

Anno Incarnationis Domini noſtri I E S V Chriſti octingentefimo quadreſimo quinto, Indictione octaua, feria quinta hebdomadæ nihilominus quinta, in Quadreſima, quarto Idus Martij, tranſlata ſunt oſſa beatiffimi Leuitæ Mauri à famulo Dei Gauzino, aliifque ſacerdotibus, in locum in quo nunc venerantur, in arca ferrea cum honore recondita. Hac eadem etiam die reliquiæ protomartyris Stephani, quæ à Bertulfo B Abbate tempore Clotarij Regis, iuxta prædicti patris noſtri Mauri tumulum ob eius venerationem in * buxide lignea reconditæ fuerant, ita intactæ & abſque macula ſunt repertæ, vt quaſi eodem die illic repositæ fuiſſe viderentur. In qua etiam membranulæ vetuſſimæ portiuncula eſt inuenta, cuius ſeries diuturna obliſſatione pænè deleta, vix perſpicaciſſima elucidari valuit indagine; cuius textum tandem enucleatum hæc continere repertum eſt: Hic requieſcit corpus B. Mauri monachi & Leuitæ, qui tempore Theodoberti Regis in Galliam venit, & octauodecimo Kalend. Februarij migravit è ſæculo. Beati quoque Petri Apoſtoli patrocinia ibidem ſunt reperta in arcuſa, quæ ad caput eius erecta, & arenoſo aggere cooperta pro conſeruatione eorundem (vt opinari poteſt) decenter fuerant.] hæc quidem ille. In his verò quæ de patrociniiſ ait S. Petri ibi inuentis, non alia ea putamus fuiſſe, quàm vela à S. Gregorio brandea appellari ſolita, ſiue C ſanctuariorum, quæ ad ſecundum foramen Confeſſionis B. Petri Apoſtolorum principis demiffa, tactu eius ſepulchri ad curanda mala omnia virtutem acciperent (vt ſuperius fuſè dictum eſt) ob id que etiam Apoſtoli patrocinia dici ſolita, quæ ne ob terræ humiditatem deſoſa iacturam pati poſſent, arenæ aridæ congeſtione, vt audiſti, cooperta fuere. ſed de his quæ ad præſentem annum ſpectant, iam ſatis.

I.

CHRISTI annus octingentefimus quadreſimus ſextus, Indictione nona, qui ſequitur, extitit Eccleſiæ Romanæ lugubris: ſiquidem, peccatis ingraueſcentibus, Deus ad indignationem prouocatus impleuit illud Ezechielis: ^a Adducam peſſimos de gentibus, & poſſidebunt ſanctuariorum eorum. & quod ſubiicit: ^b Ecce ego polluam ſanctuarium meum, ſuperbiam imperij veſtri, & deſiderabile oculorum veſtrorum, & ſuper quo pauet anima veſtra.] Nam Sarraceni ex Africa inſtructa claſſe venientes, improviſo agmine ſuburbia trans Tiberim poſita deprædati ſunt, & ipſas ſacroſanctas baſilicas Principum Apoſtolorum Petri & Pauli auro, argento, gemmiſque locupletes ſpoliarunt. Euenit planè iuxta illud Habacuc vaticinium, quo dicitur: ^c Admiramini, & obſtupescite, quia factum eſt opus in diebus noſtris, quod nemo crederet cum narrabitur. Quia ecce ego ſuscitabo Chaldæos gentem amaram & velocem, ambulantem ſuper latitudinem E terræ, vt poſſideat tabernacula non ſua. Horribilis & terribilis eſt: ex ſemetipſa iudicium, & onus eius egredietur. Leuioreſ pardis equi eius, & velocioreſ lupis veſpertinis.] immò ^d (quod & luget ^e Ieremias) Velocioreſ fuerunt perſecutores noſtri aquilæ cæli.] vt quod dictum eſt de Chaldæis olim, virga furoris Domini ad infligendas plagas delinquentibus filiis; hoc tempore per aliam gentem illa deterioreſ atq; crudelioreſ expletum ſit, cum Sarraceni ad puniendam populi Chriſtiani peccata ex Arabia in Occidentem immiſſi ſunt.

II.

Ceterum non Chriſtiani vt Iudæi, neque baſilicæ Principum Apoſtolorum ne templum Ieroſolymorum, libera poteſtate traditæ ſunt in manus Sarracenorum, neque vt illi, in manus Chaldæorum. de illis ſiquidem dictum: ^e Plaga inimici percuffi te caſtigatone crudeli.] de iſtis autem: ^f Viſtabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum: miſericordiam autem meam non diſpergam ab eo] Siquidem non permiſſi ſunt

^a Ezech. 7.
^b Ezech. 24.
SARRACENI DEPRÆDANTUR BAſILICAS SS. PETRI ET PAULI.
^c Habac. 1.

^d Thren. 4.

^e Iere. c. 30.
^f Pſal. 88.

A ſi ſunt iſti Vrbe potiri quam appetebant, nec ipſas Apoſtolorum baſilicas inflammare, vel ſolo proſternere, aut effodere veneranda corpora Apoſtolorum, ſacroſque in ventum diſpergere cineres ſanctorum Martyrum; intacta enim ipſa penitus remanſerunt, intentis illis prædæ tantummodò, omnium hominum auariſſimis ac rapaciſſimis. Miſit ^a tunc manum ſuam hoſtis ad omnia deſiderabilia eius,] & (quod ſequitur) occidit omne quod pulchrum erat viſu in tabernaculo ſiliæ Sion, cum effudit Deus quaſi ignem indignationem ſuam:] & dixit percufforibus: A ſanctuario meo incipite.] Etenim ſpoliatæ auro fuere quo erant conſectæ Confeſſiones, eodemque altaria nudata, omnia ornamenta direpta, & portæ ipſæ eo quo opertæ erant argento expoliatæ. Attrigit autem iſta potiùs quàm deſcripſit Anaſtaſius in Leone Quarto, Sergij de quo agimus, ſucceſſore. Vetus Francorum Chronicon editum à Pithæo, hoc id factum anno docet paucis iſtis: **B** His temporibus, anno videlicet Redemptoris octingentefimo quadreſimo ſexto, Mauri (ſic nominat degentes in Africa Sarracenos) Romam cum exercitu venientes, cum non poſſent Vrbe irrupere, Eccleſiam S. Petri vaſtauerunt.] deprædati ſcilicet eam, quam ornamentis exutam, reddiderunt planè deformem. Nullum tamen baſilicas illas Apoſtolorum Petri & Pauli extra Vrbe poſitas incendium paſſas eſſe, columnæ omnes à tempore Conſtantini in baſilica Vaticana quadruplici diſpoſitæ ordine, & in baſilica ſancti Pauli à tempore Valentiniani Junioris adhuc integræ, igne intactæ demonſtrant; ſecus verò quæ in baſilica Lateranenti poſt multa ſæcula iſtu fulminis conflagrata reſiduæ videntur, clamant quam ex igne ſunt paſſæ iacturam.

Quamuis autem Annales Francorum tradunt baſilicam tantum Petri Principis Apoſtolorum eiufmodi paſſam eſſe damnum, Leo tamen Oſtienſis atque Anaſtaſius in Leone idem affirmant de baſilica Pauli Apoſtoli extra Vrbe poſita Via Oſtienſi; at cum inter vtramque medius fluat Tiber, haud ad eò liberum eſſe potuit Sarracenis ipſam ſtatim inuadere, vt non aliquod temporis ſpatium intercurreret, quo eius ſacra ornamenta potuerint in Vrbe inferri. Sed audiamus ^b Leonem ipſum qui Caſſinatis monaſterij hiſtoriam texens, hæc ait: His temporibus, præſidente Sedi Apoſtolicæ Sergio Secundo, qui Ludouicum Imp. coronauit, ingens Sarracenorum multitudo ex Africa claſſe Romam deuectæ, Eccleſias SS. Apoſtolorum Petri & Pauli omnino deprædati ſunt; multis illic interfectis, per Appiam viam iter aggreſſi ad Fundanam ciuitatem peruenerunt: quam cum igne ſuccendiffent, cunctoſque illic ciues partim cepiffent, partim interemiſſent, omniaque in circuitu vaſtaſſent, ſecus Caietam applicantes caſtrametati ſunt. Aduerſus hos miſſus à Spoletio Francorum exercitus turpiter ſuperatus auſugit, quos Sarraceni perſequentes tandem ad loca vicina monaſterio trans flumen quod Carnellum dicitur (antiquitus Liris) applicuerunt; Eccleſiamque ſancti Andreæ Apoſtoli igne combuſſerunt, atq; ad cellam ſancti martyris Apollinaris peruientes in loco qui Albanus dicitur: è veſtigio ad hoc monaſterium Caſſinenſe videlicet quod fama iam dudum vulgante compererant, quodque tunc præſentialiter oculis ex eodem loco cernebant, omni annuſu properare curabant; tardiore tamen hora prohibiti, ibidem tentoria figunt ea intentione vt die huc altero properantes, cœnobium omne deſtruerent; & quæque hinc reperiffent cuncta diriperent, omneſque hinc degentes gladio trucidarent. Maxima tunc erat cæli ſerenitas, tantaque prædicti fluuij ſiccitas, vt pedibus illum quiſpiam tranſuadare potuiſſet. Itaque cum ad fratrum aures huiufcemodi nuntius perueniffet, mortemque tam ſubitam tamque horrendam ſibi imminere conſpicerent, maximo timore perterriti, omnes nudis pedibus, cinere aſperſi capita, cum Litanis ad beatum Benedictum conueniunt, orantes Dei clementiam, vt illorum animas miſericorditer ſuſcipere dignaretur, quorum corpora tam repentinae morti tradere iudicio ſuo inſtituiſſet.

Tota igitur nocte, fratribus in oratione pernoctantibus, ſanctæ memoriæ Abbas Apollinaris, de quo ſuprà retulimus, reuerentiſſimo Abbati Baſſacio apparens dixit: Quare fratres ita turbamini, vel cur ita mœſtum geritis animum? Cui cum Baſſacius diceret, Propter mortem, pater, omnium noſtrum, quam ante oculos cernimus, huiusque loci deſolationem, quam præſtolamur. Nolite, inquit ille, vltra metuere; omnemque ex animo mœſtitudinem ac ſolicitudinem pellite: Benedictus enim pater, veſtram à Domino ereptionem obtinuit; ipſumque vobis veniſſe in auxilium pro certo noueritis: vota tantum veſtra ac preces ad Dominum ex corde profundite. Nos enim id vnà vobiscum ante conſpectum Domini facimus. Et dubitare nolite, vllam vobis, neque huic loco ex infidelium

^a PUNITIO CHRISTIANORVM MELIOR QUAM IVDÆORVM.
Thren. 2.

^b BASILICARUM AB INCENDIO ET RVINA SERVA- TAE.

^c Leo Oſt. ib. 1. cap. 29.

^d IN CAMPANIAM PROGRESSI SARRACENI.

IV.

^e CASSINENSE MONASTERIUM A SARRACENORVM INCYRSUM LIBERATVM.

CHRISTI
846.SERGII PAP. II.
3.LOTHARII IMP. 6.
MICHAEL. III. IMP. 5.

lium ferocia gignendam esse molestiam. Cum autem experrectus Abbas hæc omnia A fratribus indicasset: vniuersi procidentem in faciem, cum lacrymis ac singultibus, magnisque clamoribus cœperunt Deo laudes & gratias reddere, eumque immensis iubilationum vocibus glorificare atque benedicere, qui illos beati Benedicti precibus ab imminente periculo dignaretur eripere; quodque supererat noctis spatium, in hymnis ac Dei laudibus duxere peruigiles.

v. Fidelis planè Deus in verbis suis, & sanctus in omnibus operibus suis, qui iusto pollice-
ri dignatus est dicens: Inuoca me in die tribulationis, eripiam te, & glorificabis me. Cum
ecce post paululum, cælum, quod diximus, nulla fuscabat nube, repente nubibus tegitur,
coruscant fulgura, tonitrua mugiunt, & adeò vehemens inundatio pluviæ erumpit, vt
fluuus quem supra diximus, vltra ripas excrefcens, vndique se latè diffunderet. Manè
igitur Sarraceni surgunt, & ad fluminis appropinquantes oram, intelligunt cuius vada die B
præterito pedibus (vt diximus) transire potuissent, nunc se ripas vix posse contingere.
Diligenter itaque nauem aliquam inquirentes, cum omni transmittendi fluminis spe fru-
strati essent; dolentes se cum prædam amississe qua abire onusti cogitabant (vt sunt bar-
baræ immittisque naturæ) frementes digitos sibi cœperunt manusque præ furore corro-
dere. Cellas itaque huius cœnobij sanctorum Georgij ac Stephani titulis no-
biles igne succedentes per duos Leones sic dictam viam Caietam ad sua castra reuersi
sunt. Post aliquot dies cum ad propria redire disponent, debilitatos ac subneruatos
equos omnes dimisere, conscensisque nauibus iter in Africam aggrediuntur. Cumque
patriæ proximi vicinos iam intuerentur montes, & nautico more plausu inter se & gra-
tulatione perstreperent: repente conspiciunt nauiculam quamdam inter suas huc illucque,
crebrò discurrere duos tantum homines habentem, quorum vnus pulchra canitie clerici C
speciem præferebat, alter habitu monachus videbatur. A quibus solerter inquisiti, vnde
tam hilares, tamque festiui remearent, quidve gessissent. Ex Italia se atque ex Roma ipsa
redire, ibique cædes ingentes, rapinas atque incendia patrasse fatentur: Petri, inquit, &
Pauli Ecclesias vastauimus; ad Benedicti verò prædandum monasterium, quoniam obie-
ctu amnis ire nequiuimus, cellas eius trans ripam positas igne succendimus. Cumque vi-
cissim & ipsi quærerent, quinam & ipsi essent; huiusmodi ab eis accipiunt responsum:
Nos, inquit, illi sumus quorum domos diripiisse ac succendisse ita gloriamini: verum
quinam sumus, continuò ex euentu discetis. His dictis, repente euanescent, tantaque è ve-
stigio procella subsecuta est, vt naues omnes partim se collidentes, partim in montes ac
scopulos impulsæ naufragium fecerint, vixque pauci euaserint per quos ceteris ista inno-
tescerent. Hoc ordine Petrus Apostolus suas iniurias vindicauit, & Benedictus suum D
monasterium liberauit.] hucusque Leo Ostiensis.

VI. Ita planè & cum olim Vuandali ex Africa pariter parata classe venientes deprædati
sunt Urbem, naufragio redeuntes magna ex parte periire, vt suo loco superius dictum est;
cum tamen illi præ reuerentia abstinerint à deprædatione trium principalium basilica-
rum: vt non mirum sit, si ipsi tantorum scelerum rei naufragio periire vnà cum basilica-
rum ornamentis furto sublati. Haud enim passus est Deus, vt aurum, argentum, & gem-
mæ, quibus sacræ vestiebantur Confessiones, & ornabantur altaria, nefandorum homi-
num profano vsui manciparentur. Porro de eodem naufragio Sarracenorum meminit
Anastasius in Leone Sergij successore.

VII. Hoc eodem anno Francorū Episcopi, qui anno superiori Meldis conuenerant, & com-
plura statuerat Regi in primis & vniuerso populo Christiano proficua: rursus Parisijs Syn- E
odum habuere, vt quæ habentur Acta eius in extra Meldensi Concilio declarât his verbis:

Quia verò mox post absolutam Synodum, nec admonitionis Episcopalis congruentia
varijs euentibus præpedita potuit subsequi, nec admonitionis efficacia promereri: prædi-
cti venerabiles Episcopi vnà cum æquè venerabili Guntbaldo Rothomagensi Archiepi-
scopo, ac cœpiscopis suis consensu suprascripti gloriosissimi Regis Caroli, anno Incarna-
tionis Dominicæ octingentesimo quadragesimo sexto Kalendis Martiis Parisijs conuene-
runt, & cœptum diuinum negotium pertractantes, vt ad perfectionem debitam propi-
nante Christo perduceretur satagere studuerunt.] vbi autem conuenere, præfati sunt ista:

VIII. Sicque per septiformis Spiritus sancti virtutem nos omnes, licet indigni, Christi tamen
vicarij, & Apostolorum ipsius successores * omnem hominem (ecce iam non modò
septies, verum & octies intuitu meriti stabulario repromissi; quod super erogaueris,
inquit,

SARRACE-
NORVM
NAVERA-
GIVM.PARISIEN-
SIS SYNO-
DVS.* omni ho-
miniCHRISTI
846.SERGII PAP. II.
3.LOTHARII IMP. 6.
MICHAEL. III. IMP. 5.

A inquit, cum rediero ^a reddam tibi, conuenientes, vt vel nunc in hac octaua, quæ resurre- ^a Luc. 10.
ctionem præterdit, conuentione, à mortuis operibus communiter resurgamus) confi-
lium Dei iuxta Pauli ^b vocem annuntiamus, & mundos nos à sanguine audientium ex- ^b Act. 20.
hibemus: indeque non obediens, quam non optamus, iram, ac indignationem, ac
tribulationem, sicut idem sanctus ^c Apostolus docuerat, denuntiamus: omni autem obe- ^c Rom. 2.
dienti & operanti bonum, & perseveranti in bono, Christi Dei nostri vice promittimus,
quam & exposcimus, gloriam & incorruptionem, & vitam æternam in sæcula sæculor-
um, Amen.] Hæc tunc Patres. Et quidem vt pronuntiauerunt, factum est, vt ira, in-
dignatio, ac tribulatio super Regem & Principes effunderetur, qui constituta à sanctis
Episcopis contempserunt, vt declarauerunt euenta.

Sanctis enim Episcoporum admonitionibus atque decretis magna animositate aduersa- IX.
ti sunt in primis ipsi religionis obliuati Regni Principes. Quòd enim Abbatis & alias res ^{COGITVR}
Ecclesiasticas iudem à Rege Carolo in beneficium accepissent, apud ipsam conquesti, ^{PARERE}
magna importunitate molesti, Patrum decretis aduersantes adegerunt eum, ne cunctos ^{REX NORTH}
canones in Concilio Meldensi sancitos acciperet, sed vt reiectis alijs, ex ipsis paucos tan- ^{MANNIS,}
tum suscipiendos esse decerneret. At suo ingenti damno auscultauit magis Comitibus ^{QVI NO-}
suis, quam Dei sacerdotibus. Siquidem factum est, vt nouis Northmannorum incurfioni- ^{LVIT EPI-}
bus eius Regnum Deus affligi permiserit, atque iniquissimas ab eis propositas subire leges ^{SCO PIS}
coactus sit ipse, qui à Patribus sanctè pieque, statutas recusauit accipere. quando autem acci- ^{OBEDIRE.}
derint ista, suo loco dicturi sumus. Nunc verò quæ manifestant hæc quæ diximus hîc red-
damus. Ad finem enim Capitularium librorum Regum Francorū post quartam Addi-
tionè ista sequentibus Capitulis affixa antiquitus inscriptio litteris grandiusculis legitur:

C Quæ sequuntur Capitula excerpta sunt à Donno Carolo Donni Ludouici Imperatoris ^{X.}
Filio & Principibus eius ex Capitulis, quæ anno octingentesimo quadragesimo sexto
ediderant Episcopi in Synodi, V Venilo scilicet cum suffraganeis suis, Guntbaldo cum
suffraganeis suis, Visimarum cum suffraganeis suis, Hincmarum cum suffraganeis suis. Et
oblata sunt eidem Principi, sicut ipse iusserat, collecta ad relegendum in Sparnaco villa
Rhemensis Ecclesiæ. Et quia factione quorundam motus est animus ipsius Regis contra
Episcopos, dissidentibus Regni sui primoribus ab eorundem Episcoporum admonitio-
ne, & remotis ab eodem Concilio Episcopis, ex omnibus illis Capitulis hæc tantum ob-
seruanda & complacenda sibi collegerunt, & Episcopis scripto tradiderunt, dicentes:
Non amplius de eorum Capitulis acceptasse quam ista, & ista se velle cum Principe ob-
seruare.] hæc sunt quæ sequuntur Capitula vnde viginti excerpta ex dicto Meldensi Con-
cilio, quibus perperam facta Principis corrigerentur. quorum causa in se diuinam prouo-
cavit vltionem. Vnde perspicuum est declaratum quam malè consulant Politici Regi-
bus, cum Ecclesiastica iura regnandi causa proculcanda proponunt, vt nulla via sit hac
magis aperta ad Regni ruinam, quam cum iactura rerum Ecclesiasticarum ipsi male con-
sultur. At quinam erant isti qui contradicebant, nisi Principes qui sibi Abbatis atque
monasteria vendicassent? aduersus quos sunt etiam Lupi Abbatis Ferrariensis querelæ
hic recitandæ ex epistolis ab eo tunc ad diuersos, in primis ad Lotharium scriptis, cum
sua ipsius Abbatis à quodam Principe ex illis inuasa esset. sed audi ^d eum.

Domine præcellentissime Auguste, nos fratres ex cœnobio Ferrariensi, multis & ^{d Lup. ep. 11.}
maximis hoc anno pressi angustis, erubescimus quòd toties celsitudinis vestræ maiesta- ^{XI.}
tem inquietare compellimur: tamen recordantes quòd pro vobis fideliter orauimus & ^{LYPI ABBA-}
E oramus, & promissionem adiutorij vestri tenentes, non desperamus nos impetraturos, ^{TIS QVERE-}
quod petimus. Cellam sancti Iudoci quam Magnus Carolus quondam Alcuino ad ^{LAE DE SVA}
eleëmofynam exhibendam peregrinis commiserat, beatæ memoriæ pater vester nobis ^{ABBATIA}
ca ratione concessit, sicut edictum illius attestatur, vt quod eleëmofynæ superes- ^{AB HOMI-}
set, in nostrum vltum cederet. Hanc per surreptionem Rhuodingus à vobis obtinuit, ^{NE LAICO}
nobisque legitimam donationem patris vestri repetentibus * in polterum crimen intulit. ^{SVBREPTA.}
Vnde petimus, vt inspecto edicto patris vestri, pro reuerentia beati Petri & beatæ Ma-
riæ & Pauli (apud quos communem Dominum pro vobis exoramus) sic hoc negotium
terminare dignemini, vt non solum inuasa Cellæ illius in præsentem iustè redarguatur,
verum etiam posteris calumniandi nobis occasio auferatur. Nam etsi dominus noster,
pater quondam vester, hoc nobis munus non concessisset, tam intentè pro vobis labo-
rauimus & laboramus, vt si eandem Cellam aut amplius quid à vestra excellentia
pete-

CHRISTI
846.SERGII PAP. II.
3.LOTHARII IMP. 6.
MICHAEL. III. IMP. 5.

petere, non esse nobis denegandum vnamiter confidamus. Ipse autem Deus inspirer prudentiæ vestræ, vt sicut hoc scandalum vestro tempore cœpit, ita etiam per vos firmissimum finem accipiat, vt hoc beneficio & nos & posteritatem vestram pro vobis & filiis vestris nitamur Deum attentius implorare, vosque sic tribuat imperare in terris, vt æternum Regnum possideatis in cælis.] hæc ad Lotharium Imp. Lupus cum nondum facta Regni diuisione eam regionem idem Lotharius possideret. Ceterum exauditus Lupus Abbas puto fuisset, vt intrusus ille recederet: sed postea ab alio item seculari homine rursus inuasa illa Cella fuit, cum sub Regno Caroli ex facta diuisione posita esset.

XII.

* Lup. ep. 83.
ODVLEPHVS
COMES A
CAROLO
IMPETRAT
ABBATIAM.

Siquidem Odulphus Comes eam sibi dari ab ipso Carolo impetrauit, vt docet idem Lupus in epistola ad Hugonem, vbi hæc verba: Cum a mihi quod nec timueram, nec (vt opinor) merueram, contigisset, vt dominus Rex Cellam cœnobij nostri (vnde edictum & ipsius & patris eius domini Ludouici serenissimi Augusti habemus nobis oblatum) Odulpho Comiti daret, &c.] ista planè sunt quæ Comites à Regibus impetrare, & ab illis iniquè tradi (vt vides) consueuerunt, vnius Lupi exemplo satis patefacta, qui quidem quantum laborauerit, vt recuperare posset, litteræ eius tum ad Carolum Regem, tum ad diuersos apud eum potentes missæ docent, ex quibus hinc aliquas reddamus memoratu dignas, quibus plenius intelligas malorum omnium quibus his temporibus Regnum Francorum afflictatum est causam. Nam ad Hincmarum Rhemensem Episcopum, qui huic interfuit Synodo, hanc scripsit epistolam:

* Lup. ep. 42.

XIII.
LVPI AD
HINCMA-
RVM EPIS-
TOLAM
PRO ABBA-
TIA RECV-
PERANDA.

Non sum nescius, cum tantis diuinæ gratiæ muneribus abundetis, vtrò vos cogitare, apud Principem iuandi bonos facultatem diuinitus accepisse, vt quod in se non habent, in vobis possideant, & remunerandæ vestræ industriæ materiam præbeant. Proinde familiaritatis fiducia moneo, vt dum tempus habetis, vsuram talenti multiplicare curetis, vt instar Solis beneuolentiæ vestræ splendor cunctos irradiet, neque quemquam excipiat, nisi qui superba cæcitate lucem iustitiæ aspernatur. Nobilitatem vestræ generositatis ornat eruditio salutaris, altitudinem officij commendat religio professionis. Hæc vestræ celsitudini non arrogantia vitio, sed amicitia studio scripsi, vt quoniam in vobis & nobilitas & sapientia conuenerunt, quantum hæc societas valeat etiam nolentibus emineat, qui ipsa quoque lumina Ecclesiæ obscurare contendunt.

XIV.

Loci nostri factura vobis nota est, vt scilicet Rex Cellam nobis nulla mea culpa subtraxit, quam pater eius etiam edicto contulerat, quod cum comperisset, monachicam religionem apud nos durare non posse, nisi facultatum fulciremur augmento. Itaque ad tantam inopiam deuoluti sumus, vt hoc anno vix duorum mensium frumenti sustentaculum habeamus; famuli quorum seruitio carere non possumus, pæne nudi sunt: nec quid his faciamus, habemus. Plerique fratrum nuditatem attritis atque scissis vestimentis vitare coguntur. Hospitalitatem paupertate compellimur imminuere: & hoc turbulento Reip. tempore his expensis quæ maiores nostri congregauerunt, à Rege clementiam, à communi Domino patientiam flagitamus. Itaque tædio necessitatum afflictus, vacationem officij, ad quod à fratribus & electus sum, subinde cogito. Verum ab ea, & secularium perniciofa voracitate & impatientia crimine si in tanta perturbacione eosdem fratres relinquam, deducor. Cum enim pro viribus, immò vltra vires Regi seruerim, & pro eo semper intentè orem, non solum vt aliquid mediocritati nostri cœnobij conferret non merui, verum etiam hanc notam incurri, vt partem eius optimam seculari homini traderet non regendam, sed euertendam. Fecerit hoc mea vilitas: cur tantorum virorum, qui mecum Deo seruiunt, est contempna sanctitas? Vestro admonitu nosse de-

* Psal. 144.

* Zach. 2.

bet, esse inter nos aliquos, de quibus meritò Scriptura testetur: Voluntatem timentium se faciet. &: Qui tangit vos, quasi qui tangit pupillam oculi mei.

XV.

OMNIA SI-
NISTRA
CAROLO
POSTQVAM
IN RES EC-
CLESIAE
MANVS IN-
IECIT.

Quid ei secularis illius excellentia contulit? Numquid ille postea gentem aliquam barbaram subiugauit? aut hoc sibi dissidens Regnum composuit? At si votum quo, vobis credo suggerentibus, in Ecclesia beati Dionysij se obligauit, ex integro absque respectu vllius personæ Deo persoluisset, immò primò consiliis, quæ quaesita & inuenta sunt acquiescisset, iam eum regnare in pace fecisset ille, de quo Sacræ continent litteræ: Non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra Dominum.

* Prou. 21.

XVI.

Canones eosdem, siue (vt vos vocatis) Capitula meo stylo nunc comprehensa vobis direxi, de quorum æquitate credo ætas posterior iudicabit, & deuotionis meæ non erit immemor cordium renūque scrutator. Vos autem interim mihi, quaeso, vt quibuscumque

CHRISTI
846.SERGII PAP. II.
3.LOTHARII IMP. 6.
MICHAEL. III. IMP. 5.

Abuscumque familia patientibus, Mardochei constantiam, Esther pietatem impendite, vt hostes famulorum Dei vestra diligentia, immò diuina virtute, non vt tempore, cuius mentionem facio, ad suam perniciem, sed ad perpetuam salutem vincantur & opprimantur. Benè vos valere optamus.] hæc ad Hincmarum Lupus.

Audisti, Lector, quàm liberè sicut verè testetur, nihil prosperum vsquam cessisse Carolo ex quo in bona Ecclesiæ manus misit. Sed nec in posterum dexterum quidpiam euenturum, nisi resipisceret, protestatur scribens ad Ludouicum Abbatem a Regis intimum eodem argumento epistolam, ad cuius finem ista: Admonete igitur eum sui periculi, vt & sibi, & nobis, aliisque similitèr se afflictis consulat; nec timeat Dominum nostra consolatione placare, quem non timuit acerba oppressione offendere. Siquidem generalis religioforum assertio est, præter vindictam vltimam, quæ impendat, numquam eum felicitatis optatæ prosperitatem adepturum, donec reintegret Ecclesiam quam diuisit, & grauius ac maturis bonorum, hoc est, timentium Deum consiliis acquiescat.]

Sed resistente adhuc Rege, rursus interpellat ipsum Hincmarum Episcopum Rhemensis Ecclesiæ, ad quem scribens hæc inter alia habet: Elaborare dignemini, vt se Rex tanto peccato exuat, & nos tam ingenti penuria liberet; ne tam eum nostra oratio subleuet, quàm afflictio importabilis deprimat. Siquidem vestra suggestionem institutus magnam potest habere opportunitatem, vt quod perperam fecit, immuter, scilicet, si secularibus quibus res Ecclesiasticas impertitus est, enumeret, quæ se ipsum & illos post consecuta sint incommoda, nec iratum Deum nisi sua ei restituant, esse placandum.] hæc & alia multa id genus ingerit, ostendens contra propria commoda laborare Regem, & pro hostibus suis rem gerere semper, cum res Ecclesiasticas inconcessas attingit. Sed quæ ad Carolum ipsum scripserit videamus; sic enim se habet ad eundem Regem data epistola:

Omnipotentis Dei, quaeso recordamini, qui gratis dedit vobis vitam, nobilitatem, pulchritudinem, potentiam, laudabilemque prudentiam, & quod maius est omnibus, sui cognitionem. At honorate eum in seruis eius, quia ipsi vtpote habenti omnia, conferre nihil potestis. Polliceri dignatus est ille: Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur: Estote nobis nimium indigentibus misericordes, vt pro nobis beatitudinem misericordium ipse vobis restituat.

Plus minùsve quadriennium est, ex quo septuagintaduo monachi, quos ad eorum votum, electionemque mihi commisistis, quive indefinenter vobis in diuersa occupatis pro salute ac prosperitate vestra excubant, propter abstractas facultates patiuntur incredibilem vestimentorum, leguminum, ac piscium indigentiam, & publica hospitalitas peregrinis, iuxta constitutionem piorum Regum exhibenda, intermissa est; famuli monasterij squalore torquentur & frigore, nec possunt subuenire miseris, quoniam ab aliis multitudo collecta, mihi relicta est, & copia vnde sustentabatur ablata.

Siquidem intercedente matre vestra serenissima, pater vester Ludouicus Augustus remedium animæ suæ ad salutem posteritatis supplementum hoc cœnobio nostro contulerat. Nec tamen cum id haberemus, noxia distuebamus abundantia, vt in deliciis incomperenter solueremur, quia quæ Regula concedit, integris facultatibus monasterij vix poterant procurari: nunc autem longe pauciora consecuti, abstinemus inuiti; algeamus coacti; pueros, senes, atque infirmos propter inopiam non fouemus. in tanta calamitate patri & matri vestræ quotidianas preces, & annum officium persoluimus, quasi quod illi contulere, possideamus. Fecerunt enim illi totum quod potuerunt, & domum suam robustissimè firmauerunt.

Tangat itaque vos affectus eorum, per quos esse cœpistis: instaurate illorum eleemosynam, ingenti periculo hæctenus intermissam, nec obliuiscamini nostri: etenim vos iam eleemosyna indigetis. Tempus est vt Dei timor atque amor vestram compungat mentem, quia iam peruenit corpus ad vitalem ætatem. Nec differatis quaeso vltèrius bonum, quod vos velle dicitis: quoniam cum nesciatis quid superuentura pariat dies: tamen quia nobiscum quotidie ad eius iudicium tenditis, cui verissimè dicitur, Tu redde vnicuique iuxta opera sua: dubitare non potestis. Horribile est autem incidere in manus Dei uiuentis. Nec verò dicere dignemini, vos non posse. Siquidem, vt ait Apostolus, Deus non irridetur. Scit ille quantum potestis conferre, qui non nisi quod iustum est, exigit, nec trepidetis timore, vbi non est timor.

Audete potiùs benefacere, si in hac vita prosperè, & in futura feliciter desideratis re-

Annal. Eccl. Tom. 10.

D 3

gnare.

gnare. Cur enim non cōstanter audeatis immutare, quod nullus, iustum esse, possit ostendere: Consensu bonorum omnium iustum est quod poscimus, possibile regali potentia, necessarium nobis, vtile non tam nobis quàm vobis: nos enim ex hoc beneficio temporalem consequemur vsu, vos autem accedentibus aliis bonis, præmium sempiternum.

XXIV. Flectant igitur pietatem vestram iustissimæ supplicationes, humillimæ preces, quas maxima extorquet egestas. Et vt nunc perficere dignamini, quod tunc firmissimè concessistis, cum vobis Dauidicum illud fixum est, quod locutus sum. Namque nec aliter decet vestram nobilitatem atque probitatem, quæ omnibus imitabilis esse debet, nec verò aliter conuenit vestræ salutis ac Reip. paci. Nos autem nec in debito famulatu reddendo inueniemur segnes, & in placanda vobis, quantum poterimus diuinitate, curabimus esse feruentes.] hucusque ad Carolum epistola Lupi, ad quem dedit quoque eiusdem argumenti aliam. Sed & fatigauit alios Regis intimos, viros religiofos, & inter alios^a Marcuadum Abbatem Pruniacensem, ad quem de his extat^b epistola, nec destitit quousque tandem ablata restituta sunt, vt ipse pluribus faterur litteris^c. ar de his hætenus.

^a Lup. ep. 75.
^b Lup. ep. 55.
^c 60.
^d Lup. ep. 62.
^e ep. 88.

XXV. Quod ad res pertinet Orientales, hoc eodem anno, tertia die Nouembris, magnus ille & sanctitate celebris, quem suis scriptis aded laudauit Theodorus Studita, admirandis operibus clarus, virtutibus insignis, Ioannicius Anachoreta, de quo sæpè tomo superiori dictum est, ex hac vita migravit ad Dominum annos natus centum quindecim, vt pote, quem eius vitæ Acta sincerissimè scripta tradunt, anno decimoquarto Leonis Isauri Imp. in hanc lucem ex vtero materno progressum. Prænoscens autem S. Methodius Patriarcha eius ad Deum transitum breui futurum, conuenit eum, vt eius Acta docent his verbis: Quinto anno Imperij Michaelis, qui Ecclesiam regebat Constantinopolitanam Methodius, cum magni Ioannicij præsciuisset excessum ad Dominum appropinquare, ad eum venit, & vltimas preces ab eo petiit. Ille autem cum maximi fecisset conuenire Methodium, & in longum tempus cum eo produxisset sermonem, & deinde sacro cœtui & recens electo gregi ea quæ ad pietatem opus erant, suasisset, dicens vt immobiliter & stabiliter permanerent in fide Orthodoxa, neque euerterentur à profanis vocibus hæreticorum, & inter se conseruarent concordiam, neque blasphemam ac maledicam linguam mouerent in Pontificem, subiunxit quodd neque multum tempus post suum decessum viueret Methodius. Qua quidem in re non fuit falsus, tertio autem die postquam hæc dixisset (erat verò tertius Nouembris dies) Ioannicius, spiritu quidem migrat ad eum quem diligit, deductus à choris Angelorum, corpus autem deponitur in loculo. Methodius autem qui clarissimè refulfit inter Patriarchas, ipse quoque octauo mense post illius decessum, excessit ex hac vita quartodecimo Iunij.

XXVI. Quænam sunt ea quæ facta sunt in morte & post mortem admirabilis huius Ioannicij: dissolutorum membrorum confirmationes, homines liberati à malignis spiritibus, si solùm ad capsam illius accessissent. Quidni erat Ioannicius iis rebus vel post mortem glorificandus, cuius decessum columna ignis significauit iis qui erant in monte Olympo?]

XXVII. Porro dies natalis eius annis singulis vnà cum aliis Sanctis in Ecclesia memorandus adscriptus fuit in Ecclesiasticis monumentis, vt pote qui in magna obscuritate Orientalis Ecclesiæ, densa hæreticorum offusa caligine, vti cæleste sidus enituit, donec illis penitus effugatis, ipse reddita luce, translatus à claritate in claritatem, in perpetua luce cum Deo regnat in sæcula. At de rebus anni huius hic finis esto.

I. QUI sequitur annus, numeratur octingentesimus quadragesimusseptimus, Indictione decima inchoatus, quo Sergius Papa interpellatus litteris Lotharij Imperatoris commoti admodum aduersus electionem Hincmari Rhemenis Archiepiscopi, Legatos missurus in Gallias ad cogendam Synodum Rhemensem, in qua eadem causa cognosceretur, litteras scripsit ad Carolum Regem, vt Episcopos in eius Regno constitutos ad Synodum Treuirensis venire sineret: sed obice mortis eiusdem Sergij Papæ, ad Leonem quartum eius successorem res delata est. Quæ autem in eadem causa tum temporis transacta

SERGIVS DE
CAUSA
HINCMA-
RI ET EB-
BONIS
SCRIBIT
IN GAL-
LIAS.

A acta sint, Frodoardus^a in sua quam scripsit historia Rhemenis hæc habet: Imperator Lotharius contra Carolum fratrem suum odia & dissidia pro Regno persequens, Hincmarum Caroli fidelissimum post ordinationem ipsius à Papa Sergio diplomate obtinuit, vt causa & lis depositionis^b Ebbonis renouaretur. Quibus Papa ad Carolum scribebat, vt Guntbaldum Episcopum Rothomagensis cum Hincmaro & aliis Episcopis sui Regni, quos ipse Guntbaldus eligeret, ad Synodum Treuirensis ad Legatos suos mitteret, & ibi rationes & scripta depositionis Ebbonis discuterentur. Verùm Legati Papæ Sergij non venerunt, sicut determinatum fuerat. Idcirco Guntbaldus consensu Regis Caroli cum aliis Episcopis Synodum indixit, ad quam auctoritate Sergij Papæ Ebbonem epistolis & nuntiis vocauit. Qui tamen nec in persona propria, neque per procuratorem, neque per litteras comparuit. Nihilominus Guntbaldus & alij Episcopi, qui tunc erant Lutetia congregati, nimirum V Venilo Metropolitanus Ecclesiæ Senonensis cum Episcopis suis diocæsanis, Latranus Archiepiscopus Turonensis cum suis suffraganeis, & Hincmarus cum suis Episcopis prouinciæ Rhemenis ad eum scripserunt, & illi diocæsi Rhemenis interdixerunt, prohibueruntque ne in posterum quemquam huius diocæseos aut litteris, aut verbis, aut tabellariis sollicitaret, vsquequod ipsemet ad eos veniret, vt ab illis in publica Synodo sententiam definitiuam, iuxta constitutiones Canonicas & Apostolicas intelligeret. Idcirco ipse Ebbo nullam Synodum, nec Sedem Apostolicam interpellauit, nec de Episcopatu Rhemenis, nec de ordine suo conquestus est. Et postquam Episcopi & Rex suis litteris Leonem Papam de his omnibus quæ gesta fuerant, certiore fecissent, & hic ordinationem Hincmari, qui suam confessionem fidei Romam miserat, approbasset, eundemque pallio donasset: ipsemet Ebbo adhuc quinque annos, vsque ad annum Incarnationis Domini octingentesimum quinquagesimum primum vixit.] hucusque de his Frodoardus.

Sergius autem Papa vbi sedisset annos tres & mensem vnum, obiit pridie Idus Aprilis. hæc ex Anastasio, à quo etiam quæ post annum primum ab eo collata sunt diuersis Vrbis Ecclesiis ornamenta, ista produntur: Ipse à Deo protectus præclarus Pontifex, pro remedio & futura animæ suæ retributione, fecit cameram Præsepj Domini nostri IESV Christi, quod absidi beatæ Dei Genitricis Dominæ nostræ connectitur, quæ Maior ab omnibus nuncupatur, argenteis tabulis ac deauratis, habentibus historiam Domini Incarnationis, atque Natiuitatis beatæ Dei Genitricis Mariæ, magnificè atque præcipuè, quod nullus prædecessorum Pontificum per tot annorum curriculum ad tantam decoris speciem perducere cogitaret.

D Hic verò Præsul cum de omnibus Ecclesiis sollicitè curam gereret: etiam basilicam S. Archangeli, quæ in cacumine^a Faiani est constituta, latiore quàm pridem fuerat, à fundamentis perfecit, ac radiantibus picturis luculenter pingi iussit, ac facta tecta eius nouiter restaurauit; vbi & obtulit vestes de mizilo quatuor, similiter & vela quatuor. Idem verò almicus & beatissimus Papa, scholam Cantorum, quæ pridem Orphanotrophium vocabatur, & præ nimia vetustate in ruinam posita, atque confracta videretur, Dei annuente clementia, à fundamentis in meliorem quàm olim fuerat statum nouiter restaurauit. Sed & basilicam B. Romani martyris, quæ non longè ab Vrbe foris portam Salariam sita est, à fundamentis perfecit, quam etiam tituli SS. Siluestri & Martini parochiam esse decreuit.

Fecit autem & basilicam sancti Theodori martyris, quæ in Coranis videtur finibus E posita, milliario ab vrbe trigesimo, quam etiam splendide picturis fulgentibus decorauit. Fecit autem in basilica beati Petri Apostoli vestem de chrysolauo, habentem in medio Saluatoris effigiem, & dextra læuaque eius omnium sanctorum Apostolorum ritulantes figuras: quam etiam pretiosissimis gemmis prasinis & hyacinthinis perornauit.

His igitur summo opere consummatis, ipse à Deo protectus beatissimus Papa pia deuotione sollicitus pro desiderabili dilectione sanctorum Siluestri & Martini, Ecclesiam, quæ sancto eorum nomini fuerat consecrata, quam ab exordio sacerdotij sui, vsquequod ad Pontificatus culmen deductus est, strenuè gubernauit, & quæ per olitana tempora derecta vetustate maruerat, ruinisque confracta diutina antiquitate lacerata manebat, Dei clementia annuente in meliorem pulchrioremque statum à fundamentis perfecit. Absidem quoque ipsius aureis musuo perfusam coloribus ingenti amore depinxit. Et ad honorem omnipotentis Dei eiusdem beatissimi Præsulis corpus cum beatissimo Fabiano atque

II.
SERGII PAP.
OBITVS.
DONATA A
SERGIO
PAP. D. I.
VERSIS EC-
CLESIIIS.

III.
Hadriani

IV.
TITVLVS
EQVITII
RESTAVRA-
TVR ET
ORNATVR
A SERGIO
PAPA.

CHRISTI
847.LEONIS PAP. IV.
I.LOTHARII IMP. 7.
MICHAEL. III. IMP. 6.

no atque Stephano & Sotere martyribus & Pontificibus collocavit. Simulque Asterij A
martyris corpus cum sanctissima filia eius, sanctoque Cyriaco & Mauro, Largo & Sma-
ragdo, ac Anastasio & Innocentio Pontificibus, vna cum sancto Quirino ac Leone
Episcopis, pariter Artemio, Nicandro & Crescentiano martyribus, cum quibus beata
Soteris atque Paulina, necnon Memmia, Iuliana, & Quirilla, Theopiste & Sophia vir-
ginibus atque martyribus, & beata Cyriaca vidua cum aliis multis, quorum nomina soli
Deo sunt cognita, eosque sub sacro altare dedicans collocavit.

v. Verum etiam Sergius cepit, non tamen perfecit, sed inchoatum opus Leo Papa quartus
eius successor absoluit, ut versus sequentes in abside musiuo opere contexti testantur.

*Sergius hanc cepit Præsul quam cernitis aulam,
Cui moriens nullum potuit conferre decorem,
Sed mox Papa Leo quartus, dum culmina sumpsit
Romana Sedis, divino tactus amore
Perfecit solers, melius quam cepta manebar,
Atque pia totam pictura ornavit honestè,
Cœnobiumque sacrum statuit monachosque locavit,
Qui Domino assiduus valeant persolvere laudes:
Talibus ut donis caelestia scandere possit
Regna, quibus Marinus ovans, Silvester & almus
Præfulgent, gaudentque simul cum Præsule Christo,
Quorum pro meritis hæc templa dicata cornuscant.*] hæc in hemicyclo

absidis. è latere autem dextro in marmorea tabula hæc antiquitus, eo ipso tempore scri-
pta, leguntur:

vi. Temporibus domni Sergij Iunioris Papæ recondita sunt in hoc sacro altari beati Sil-
vestri Præfulis corpora & beati Martini. Item corpora beatissimorum Fabiani atque Ste-
phani cum Sotere mart. ac Pont. simulque Asterio cum sanctissima filia eius, sanctoque
Cyriaco, Papia, Mauro, Largo, & Smaragdo, & sociis: Sisinio atque Anastasio & Inno-
centio Pontificibus, vna cum sancto Quirino ac Leone. Pariterque Artemio, Sisinio,
Pollione, Theodoro, Nicandro, Crescentiano martyribus: cumque beata Sotere atque
Paulina, necnon Memmia, Iuliana, & Quirilla, Theopiste, Sophia virginibus atque
martyribus, & beata Quiriaca vidua, & beata Iusta, cum aliis multis, quorum nomina
Deo soli sunt cognita, omnesque sub sacro altare dedicans collocavit. Hæc Sanctorum
corpora translata sunt de cœmeterio Priscilla via Salaria: statuens omni anno in festivi-
tatis eorum indulgentiam trium annorum & trium quadragenarum, omnibus ad ea
deuote venientibus.] hucusque vetus monumentum, quo etiam pristinum vsum sacra-
rum indulgentiarum expressum habes. ad quam laudabilem antiquam formam S. D. N.
Clemens Papa V I I I. non sine diuino instinctu effusus nimis indulgentiarum concessio-
nes restringere aggressus est; sunt enim potius remissiores vasta indulgentiarum laxitate
fideles. sed ad Anastasium redeamus, qui ista subiicit.

vii. His igitur magnifice peractis, gratanti animo, menteque sollicita obtulit in eadem Ec-
clesia ista perenniter permanenda, regnum aureum valde pretiosum cum gemmis pras-
inis & hyacinthinis & albis, quod nuncusque cernitur super altare pendens, habens in
medio Crucem de auro purissimo cum gemmis similiter pretiosis. Item obtulit gaba-
thas ex argento purissimo, auroque perfusas quatuor pendentes ante vestibulum sacri al-
taris, atque gabathas interfatiles deauratas cum bullis duabus. Obrulit etiam Crucem E
auream cum gemmis valde optimis duabus, & aliam similiter Crucem de argento, &
thymiamateria aureo superinducto colore tria, patenas de argento purissimo & deau-
ratas duas, colatorium de argento deauratum vnum, quo in sacro vrantur officio,
regnum de argento cum tintinnabulis habens in medio Crucem cum columba, aqua-
manilia de argento tria, sextaria de argento duo, coronas maiores de argento quatuor
cum delphinis pensantes libras calices de argento maiores, pariter & deauratos
duos, patenam de argento maiorem auroque perfusam, habentem in medio effigiem
Domini nostri I E S V Christi, Cerostrata desuper argentata paria tria, canistra de argen-
to tria, patenam cum calice deaurato vnam, scyphum argenteum vnum pensantem
libras Obrulit eidem venerandæ basilicæ cantharos de aurichalco quoddecim,
rugas de aurichalco similiter duodecim. Fecit Ciborium de argento purissimo pensans
libras

CHRISTI
847.LEONIS PAP. IV.
I.LOTHARII IMP. 7.
MICHAEL. III. IMP. 6.

A libras sed & Confessionem sacri altaris ornavit tabulis argenteis auro perfu-
sis, ut per sacras eorum intercessionis ætherei Regni gaudia possideret. idemque obtulit
vbi supra imagines de argento auro perfusas tres, habentem vnam effigiem Domini no-
stri I E S V Christi, alias duas sancti Silvestri & Martini, * sedentes super vestibulum sa-
cri altaris. Ibidemque obtulit vestem de chrysoclauo habentem historiam Resurrectio-
nis Domini nostri I E S V Christi cum gemmis prasinis hyacinthinis & albis. Fecit &
aliam vestem de fundato valde pretiosam cum chrysoclauo, habentem in medio effi-
giem Saluatoris Domini nostri I E S V Christi & dextra læuaque sanctorum Silvestri &
Martini, similiter cum gemmis prasinis, hyacinthinis & albis. Obrulit similiter cortinas
Alexandrinæ pretiosissimo opere contextas tres, vela de fundato cum periclisi de blatta
ornata in circuiu, quæ pendent per arcus ipsius basilicæ vigintiquatuor. alia de funda-
to cum periclisi de blatta quindecim, vela alba holoserica quatuor, ex quibus circum-
datur altare, vnum ex eis habens in medio Crucem & gammadias de chrysoclauo, &
alia ornamenta in circuiu de blatta. Idem verò beatissimus Pontifex ad latus ipsius ba-
silicæ in laudem Creatoris, nomine & honore beatorum Petri & Pauli Apostolorum, *
Sergij & Bacchi, sanctorumque Silvestri & Martini à fundamentis construxit, in quo
monachorum Deo seruientium congregationem pro quotidianis laudibus in prædicta
Ecclesia die noctaque Dominum Deum nostrum deprecantium constituit.]

His enarratis, hæc apud eundem subiiciuntur de obitu & ordinatione ab eo facta: VIII.
Hic beatissimus Pontifex postquam Sedem Romanam annis tribus & mense vno glo-
riosissime rexerat, ex hac luce subtractus, in æternam migravit requiem. Fecit autem ordi-
nationem vnam mense Martij, creauit Presbyteros octo, Diaconos tres, Episcopos per
C diuersa loca numero vigintitres. Sepulchrum est in basilica beati Petri Apostoli die duodeci-
ma mensis Aprilis.] hæcenus apud Anastasium, apud quem multa de Sergio desiderari
videntur, siquidem nulla ibi de clade tanta per Sarracenos illata mentio, cum deprædati
sunt basilicas Apostolorum: quæ quidem haud potuerunt à quouis etiam negligente
scriptore prætermitti, cuius cladis tantum est mentio obiter facta apud Anastasium
ipsum in Leone, qui Sergio huic successit.

His autem subiiciendum putauimus Epitaphium, quod tunc eius sepulchro inscri-
ptum fuit, numquam hæcenus cufum, quod in veterum ædificiorum demolitionibus
reperitum malè tamen exscriptum fuit, & inter vetera monumenta bibliothecæ S. Petri
reconditum, ut in fine dicitur. IX.

Epitaphium Sergij Papæ Iunioris ex Bibliotheca Basilicæ S. Petri, in cod. operum
D S. Hieronymi num. xij. SERGI
PAP. SEP.
EPITAPHIUM.

*Sergius en iunior Præsul, & plebis amator.
Hoc legitur tumulo, qui bene panit oues.
Spes patriæ, mundique decus, moderator optimus,
Diuinis monitis non fuit ille piger.
Romanos proceres non tantum fame verbi,
Rebus & humanis nocte dieque fouens.
Viq, Leo sanctus, Damasus quoque Papa benignus
Hicritum tenuit, instituitque gregem.
Egentem semper studuit recreare caernam,
Proque poli ut caperet calica regna libens:
Iam iam pro tanto iudamus pectora pugnis
Pastore amisso, viuat ut axe poli.
Necitur ecce piis Fabiano & compare Xysto
Præsulibus, quorum spiritus astra tenet.*] his ista subiiciuntur:

Hoc Epitaphium inuentum fuit in altari B. Xysti, quod est ante Ecclesiam sancti Mar-
tini in introitu basilicæ B. Petri iuxta ferratam. Super altare verò arcus ex mirifico musi-
no, sicut dicit Paschalis primus Papa in Pontificali post deprædationem cœmeterij Cal-
listi. Et posuit corpus B. Xysti martyris ante corpus B. Petri iuxta ferratam, super quod
fecit altare lapidibus ornatum, & super altare arcum ex mirifico musiuo.] hæcenus ex
dicto codice. atque de Sergio hæcenus.

Quo defuncto Sedem non vacasse, sed eadem die qua ille obiit, Leonem susceptum
esse, Anastasius tradit, qui de eius vitæ exordio acturus, virtutum eius catalogum primò
recen- X I.
LEO PAPA
SUCCEdit
SERGIO.

recensuit istis verbis: Leo natione Romanus ex patre Rodoaldo fuit. Hic aded Catholicus & Apostolicus vir multae patientiae, multaeque germanitatis extitit, largus, pius, innocens, benignus, amator iustitiae, suae plebis feruentissimus gubernator, diuinarum quoque scripturarum indeficiens persecutor, vigiliis & orationibus semper intentus; in cuius etiam beatissimo pectore, iuxta illud quod in sancto Euangelio legitur, & serpentis astutia, & simplicitas inhabitabat columbae. Erat enim torius sanctitatis decore repletus, amator religiosorum hominum, Deoque in omnibus assidue famulantium, nutritor pauperum, & contemptor sui.

Hic primum a parentibus ob studia litterarum in monasterio beati Martini Confessoris Christi, quod foris muros huius ciuitatis Romanae iuxta Ecclesiam beati Petri Apostoli situm est, quousque sacras litteras pleniter disceret, sponte concessus est. vbi non solum litteras didicit, verum etiam in studio sanctae conuersationis non quasi puer tunc erat, sed velut perfectus monachus abditus mansit. Cuius etiam pie conuersationis exemplo alij sub eodem monasterio degentes, vita omnipotenti Deo plena deuotione seruiebant, eratque cum eis quasi vnus ex illis. At quemadmodum ciuitas supra montem posita abscondi non potest, sic nec rumor huius sanctissimi viri diu occultus existere potuit. fama illius siue sanctitatis opinio huc illucque clarius diuulgata est, atque multorum relatione fidelium ad aures pontificales quondam beatissimi patris & Papae Gregorij festino relatu occurrit. Cui cum tantum fuisset castitatis dignae conuersationis magisterium enarratum: ilico eum ex monasterio, in quo pie debebat, exire iubens, ad sanctae matris Ecclesiae gremium perduxit, atque vt in suo semper seruitio familiariter permaneret, in Lateranensi Patriarchio esse praecipit; Subdiaconum quoque eum ob suae famam vitae laudabilis fecit. Qui quamuis locum mutaret, vel ordinem, tamen vitam moreisque suos plusquam prius in summi Creatoris nostri seruitio regulariter constrinxit, bonisque multiplicauit operibus.

Defuncto autem huius sacratissimae Sedis Papa Gregorio, tunc Sergius Archipresbyter Romanae Ecclesiae Praesul effectus, hunc de quo superius nonnulla retulimus, Leonem videlicet beatissimum Papam presbyterum consecrauit, ei que titulum sanctorum Quatuor Coronatorum largitus est. in quo dum bonis polleret moribus, indigentibus necessaria ministraret, peregrinos ac pauperes, minusque habentes non solum verbo, verum etiam corporalibus alimoniis refoueret: is qui tunc praerat Sergius Romanae Sedis Antistes ex praesenti vita subtractus est, sub cuius tempore Ecclesiae beatorum Apostolorum Petri & Pauli ad Sarracenis funditus depradatae sunt. Ea igitur calamitate atque miseria omnis Romanorum vigor elanguit atque contritus est ex hoc facto, & vniuersa concio Romanorum ex duobus his casibus atque periculis, videlicet ex repentina morte Pontificis, atque ex deuastatione quae facta fuerat in Ecclesiis sanctis, cunctisque finibus Romanorum, fatebatur se nullatenus posse euadere mortis periculum.

Cumque pari deuotione, communi que consilio vniuersi Romani proceres de futuro cogitarent Pontifice, vt quis esset qui tam sanctum & inuolabilem locum cum omnipotentis Dei timore regere vel gubernare posset: confestim fama beatissimi Praesulis simul & meritum ab omnibus patefacta sunt, totamque per Urbem diffusa. Nondum enim is qui obierat Pontifex ad sepulturam debitam fuerat deportatus: & ecce omnes a nouissimo usque ad primum vna voce, vnaque simul concordia Leonem venerabilem presbyterum sibi dari futurum Pontificem flagitabant; & quod nullum alium super se habere vellent Praesulem nisi hunc, de quo crebro dictum est, multis coniuurationibus ac vocibus fatebantur. quorum incunctanter omnium corda ad hunc expetendum non aliud nisi amor diuinus, & diuinae virtutis inflammavit & vniuit clementia.

Tunc omnes (vt superius annotatum est) pergentes cum gaudio, multa que iucunditate & laetitia ad Ecclesiam, in qua debebat, beatorum Quatuor Coronatorum, inde eum coactum & inuitum abstrahentes, cum hymnis laudibusque praecipuis ad Lateranensem Patriarchium perduxerunt. cuius (morem obseruantes antiquum) omnes osculati sunt pedes. Quanta autem in eius Pontificali electione concordia vel vnanimitas fuit, nullus breuiter enarrare hominum potest.

Quid autem electionis suae tempore, Apostolorum suffragiis, suisque sanctis interuenientibus precibus de Sarracenis illis, qui tam nefarium scelus admiserunt, diuina virtus pergit, hoc inconueniens aut reprehensibile non est, ob futurorum siue timorem siue memoriam,

EXVSQ. VIR-
TYTES.

Math. 10

XII.
LEONIS
PAP. PRI-
MORDIA.

* Al. additus

XIII.

DE PRAE-
DATIO BA-
SILICA-
RYM.

XIV.
ELECTIO
LEONIS.

XV

OSCVLATIO
PEDVM EX
ANTIQVO
VSQ.

XVI.

A moriam, vt praesentibus litteris annotemus. Omnes enim cum vellent, iniquitatis ac depradationis scelere perpetrato, ad Africanam ex qua venerant regionem reuertere: vasto maris pelago vi ventorum procellarumque (sicut certa relatione cognouimus) Deo permittente, submersi sunt: antiquum illud Aegyptiorum miraculum ecce nouiter Apostolorum oratio meruit obtinere.

Romani quoque, vt diximus, noui electione Pontificis congaudentes, coeperunt iterum non mediocriter contristari, eo quod sine Imperiali non audebant auctoritate futurum consecrare Pontificem: periculumque Romanae Urbis maxime metuebant, ne iterum, vt alias, ab hostibus foret obfessa. hoc timore & futuro casu perterriti, quod eum sine permisso Principis Praesulem consecrauerunt, fidem quoque illius sibi honorem post Deum per omnia & in omnibus conseruantes.] haec apud Anastasium.

Ceterum Leo Papa obtulit Lothario & Ludouico Imppp. vendicantibus sibi confirmationem Romani Pontificis electi, vel quaecumque aliud ius quod sibi iidem Imppp. in eiusdem electione vel consecratione arrogare tentassent. Euicitque vt iidem consenserint, ne ea nisi ex canonum praescripto fieri deberet. Extat enim de his eiusmodi decretum eiusdem Pontificis ad eisdem Imppp. his verbis:

Leo Quartus Lothario & Ludouico Augustis. Inter nos & vos pacti serie statutum est & confirmatum, quod electio & consecratio futuri Romani Pontificis non nisi iuste & canonicè fieri debeat.] haec Leo ad dictos Imppp.

Sic igitur si quid fuerit siue per populum Romanum metus causa Imperatoribus iidem male promissum, vel ab ipsis Augustis pessimè usurpatum, Leonis Papae iidem aduersantis, atque ius Ecclesiasticum defendentis, animi robore irritatum fuit atque sublatum, iidem (vt dictum est) ipsi Pontifici consentientibus Augustis.

Vice versa pollicitus est illis Leo Pontifex, seruaturum se illibata iura Imperialia, simulque ea quae a suis praedecessoribus Romanis Pontificibus constituta fuissent. Extat de his professio eiusdem Leonis scribentis ad eosdem verbis istis: b

De Capitulis vel praecipis Imperialibus vestris, nostrorumque Pontificum, & praedecessorum irrefragabiliter custodiendis & conseruandis, quantum valuimus, & valemus, Christo propitio, & nunc & in aenum nos conseruatuos modis omnibus profitemur. Et si fortasse quilibet aliter vobis dixerit, vel dicturus fuerit: sciatis eum pro certo mendacem.] sed quomodo intelligendum sit quod pollicitus est Leo atque eius praedecessores, seruatuos illibata iura Imperialia, a Nicolao Papa qui sedit post Benedictum successorum Leonis, ita declaratum inuenies in epistola ad Michaelen Imp. his verbis: c Vt Pontifices pro cultu temporalium tantummodo rerum Imperialibus legibus vtentur.] Ceterum quod de Capitulis dixit Imperatorum atque Pontificum praedecessorum, non dubium est, intellexisse de Capitularibus libris Regum Francorum per Benedictum diaconum collectis atque pariter promulgatis, vt quae paulo post dicturi sumus, manifestius declarabunt. Acquieuerunt pariter iidem Lotharius & Ludouicus Imppp. quod cum ipsi dicerentur Romani Imperatores, cogere vellent Romanos alias seruare leges, diuersas ab iis quibus haecenus vi essent; acquieuerunt (inquam) agente eodem Leone Pontifice, vt sinerentur Romani suis antiquis legibus vti. Est de his eiusdem Pontificis ad eosdem facta tum postulatio verbis d istis: Veltram flagitamus clementiam, vt sicut haecenus Romana lex viguit absque vniuersis procellis, & pro nullius persona hominis reminiscitur esse corrupta: ita nunc suum robur propriumque vigorem obtineat.] Annuit his Lotharius Imp. cuius de his rescriptum extat inter Leges Longobardorum his verbis conce-

ptum: Volumus vt cunctus populus Romanus interrogetur, qua lege vult viuere, & tali lege, quali lege viuere professi sunt, viuant. Illique denuntietur, vt hoc vnusquisque tam Iudices quam Duces, vel reliquus populus sciat, quod si offensionem contra eandem legem fecerint, eidem legi qua profitentur viuere, per dispensationem Pontificis & notitram subiacebunt.] haec Lotharius Imp. in quibus obserua, primo loco ab eo poni legum vindicem in delinquentes aduersus eas Romanum Pontificem, inde vero Imperatorem. Quod & seruatum haecenus vidimus, nimirum vt tunc a Romanis Pontificibus aduersus Romanos delinquentes vocaretur Imperator, cum Romani contempnissent ipsi Pontificibus obedire, vel aliquid moliti essent aduersus eosdem Pontifices.

Sed quas seruandas praescripserit Lotharius Imp. leges sibi subdito Italiae Regno, constitutio ab eo promulgata ita declarat: f Placuit nobis vt Capitula quae excerpimus de

XVII.

XVIII.

XIX.

XX.

XXI.

Nihil sibi
ARROGENT
IMPP. DE
ELECTIONE
ET CONFIR-
MATIONE
PONTIFI-
CIS.
d. dist. 63. c. 31

LEO QVAS
LEGES IMP.
SERVARE
PROMIT-
TAT.
d. dist. 10. c. 9.
secundum
lect. Inonis.
p. 4. cap. 176.
c. Pan. lib. 2.
cap. 149.
c. dist. 10. c. 8.
110 part. 4.
cap. 188.

d. dist. 10. c. 13
ROMANI
ANTIQUIS
VIVERE LE-
GIBVS PER-
MISSI.
c. Leg. Longob.
lib. 11. tit. 57

c. Leg. Longob.
lib. 3. tit. 35.

CHRISTI
847.LEONIS PAP. IV.
I.LOTHARII IMP. 7.
MICHAEL. III. IMP. 6.

Capitulari bonæ memoriæ gloriosissimi aui domini nostri Caroli & genitoris nostri Ludouici Imp. inuictissimi his omnibus & fidelibus nostris, & sanctæ Ecclesiæ in Regno Italiae consistentibus, per legem teneantur & seruentur. Et quicumque horum Capitulorum contempnor exciterit, sexaginta solidis componatur.] At quales fuerint istæ leges, ipse qui adhuc extat, liber Capitularium docet: nimirum quæ noscuntur magna ex parte acceptæ ex sacris Conciliis, & decretis Romanorum Pontificum, atque ex prædecessoribus Imperatoribus illæ dumtaxat quæ essent optimæ, fauerentque Ecclesiasticæ immunitati, vt non mireris, si eas se Ecclesiis etiam leges præscribere idem Lotharius dicat, vt pote quoddam eadem leges ipsi Capitularibus libris contentæ (vt suo loco superius dictum est pluribus, & ostensum luce clariùs) fuerint per Romanos Pontifices comprobata.

XXII. Porro ad memoriam reuocandum, promulgationem istam Capitularium collectorum per Carolum Magnum & Ludouicum, per Lotharium factam hoc tempore fuisse, quod ita iusserint Patres anno superiori collecti ad celebrandum Meldense^a Concilium, cum illi inter alia statuerunt (vt suo loco etiam dictum est) hæc ipsa: vt Capitula Ecclesiastica à domino Carolo Magno Imp. necnon à domino Ludouico Pio Augusto promulgata obnixè obseruari præcipiantur, sicut & legalia obseruanda esse noscuntur.] ita ibi Patres. Ex quorum arbitrio pariter (vt dictum est) eadem collecta à Benedicto diacono, atque eiusdem tribus Ludouici filijs, Lothario, Ludouico, & Carolo promulganda data fuere, vt pluribus anno superiore demonstrauimus; quinimodò & Leonis ipsius decreto, & eius prædecessoris Sergij, necnon Gregorij Quarti cui successit, ipsa fuisse potissimum confirmata, ipse qui collegit, & Lothario Imp. ac fratribus dedit, ita testatur, cum perorat his verbis: ^b Maximè (inquit) trium vltimorum Capitula istorum librorum Apostolica sunt cuncta auctoritate roborata; quia his cudendis maximè Apostolica interfuit legatio: nam eorum nomina præter trium, id est Leonis, Sergij, & Gregorij, hic non inseruimus, licet ea per singulos conuentus inserta inuenissemus, vitantes legentium atque scribentium fastidia. Si quis autem plenius nosse voluerit, istorum legat authenticæ, quibus illa inserta inueniet.] hæc Benedictus. Sed & qui exscripsit, breuitati consulens, fatiisque esse Benedicti testimonium id asserentis existimans, prætermisit testimonia Leonis, Sergij, & Gregorij, eadem per Legatos suos confirmantium collecta Capitula.

XXIII. Cum igitur (vt vidisti) Lotharius profiteatur non alias se dedisse populis vel Ecclesiis leges quàm quæ per Carolum Magnum auum atque Ludouicum eius filium, suum verò parentem collectæ fuerunt: planè possumus intelligere quod quæ illis contrariæ editæ inuenirentur, non esse Lotharij vel eius filij Ludouici, sed schismaticorum (vt superius de alijs factum inuenimus) imposturas, cum videlicet tradunt, confirmationem Romani Pontificis sui esse iuris eos asseruisse: cum præter alia Leonis Papæ, quam nuper recitauimus constitutio penitus id explodat.

XXIV. Quod verò ad Ludouicum spectat, etsi diu, nimirum vsque ad Nicolai Papæ tempus, infedit in animo eius libido ista dominandi Romæ, atque eius Ecclesiæ, Clero scilicet ac Pontificibus: tamen diuina miseratione tandem ad se reuersus, sese iisdem Romanæ Ecclesiæ Pontificibus exhibuit obsequentissimum, vt quæ in electione Nicolai Papæ post decem annos dicturi sumus, ostendent; vt planè appareat, quidquid idem Christianissimus Imperator aliquando delirauerit, id suauitate potius prauorum hominum, quàm sua sponte fecisse; correxisseque scelus vbi attentius prospexit in legem perfectæ^c libertatis, non amplius habens quàm^d velamen malitiæ libertatem.

XXV. Sed Leonis Papæ anni huius reliquas res gestas prosequamur. Cum enim lugubre spectaculum ob oculos positum intueretur, basilicas Principum Apostolorum manibus sacrilegis Sarracenorum omni ornatu atque decore priuatas, penitusque expoliatas, omnique genere contumeliarum affectas, profanatas, atque pollutas: alta ducens ex corde suspiria, cum se sciret ad hoc à Deo electum Pontificem, vt quæ essent dissipata restauraret, atque in omnibus decorem domus Dei sublatum restitueret atque multiplicaret: in hoc adiecit animum, vt quæ ad ornatum cultumque earumdem spectarent basilicarum, summa diligentia procuraret. Quænam fuerint ista admiratione quidem digna, audies ab Anastasio, qui quàm diligentissimè, recensens singula, ista scribit:

XXVI. Iam quia humanus æstimare non sufficit arbiter, nec os referre præualer, quantæ bonitatis ac pietatis hic beatissimus extiterit Pontifex: redeamus ad ea, quæ fretus amore Sanctorum, Ecclesiis obtulit, & à primo Pontificatus sui exordio enarremus. Hic verò

CAPITULARIA QUAE OBSERVANDA LOTHARII PROPOSVIT.

^a Meld. C6c. cap. 78.^b Cap. lib. 7. in fine.^c Id. 1. ^d 1. Pet. 2.

QUAE ABSOLVERE SARRACENI LEONIS PAPA ORNAMENTA REVICIENDA CVRAT.

CHRISTI
847.LEONIS PAP. IV.
I.LOTHARII IMP. 7.
MICHAEL. III. IMP. 6.

A verò insignis & adeò præclarus Antistes superno amore exardescens, obtulit in basilica beati Petri Apostoli coronam ex argento purissimo, pensantem libras viginti quatuor, gabathas interfaciles duas pensantes libras duas, vela septem, duo quidem de fundato, & alia duo de stauraci, & tria de^{*} Spanisco. obtulit etiam ad splendorem & gloriam ipsius venerandæ basilicæ cortinam Alexandrinam miræ pulchritudinis, habentem historiam pauonum portantium desuper homines, & aliam historiam aquilarum, rotarumque & auium cum arboribus.] & inferius: Eidem basilicæ obtulit butronem de argento purissimo cum gabathis argenteis pendentibus in carenulis septem: fecit & ad illuminationem ipsius basilicæ rete æneum cum canistris argenteis decem & septem, & pharum miræ magnitudinis ad splendorem & gloriam sæpiùs memoratæ basilicæ reparauit. In qua etiam obtulit coronam de argento mundissimo pensantem libras Vela de fundato, quæ in ambitu sacri altaris pulchriora dependent, viginti quinque.

Item vela leonum habentia historias, quæ ante vestibulum sacre Confessionis cernuntur pendere, decem, & alia vela de fundato, quæ inter columnas ipsius venerandæ basilicæ dextra læuaque, coruscant, quadraginta sex. Item vela de fundato, quæ in arcibus ad ornatum & decorationem presbyterij pendent, triginta. Verum & alia vela de fundato, quæ in diuersis eiusdem basilicæ locis idem almicus Pontifex constituit pendere, decem & octo. Et alia quidem vela quæ ante ianuas sacre basilicæ pendent, quatuor] & paulò post:

Vt ea quæ ibidem beati Petri Ecclesiæ ab impijs manibus innumerabilia fuerant bona ablata, suo præcipuè tempore, libenti voluit pectore omnia nouiter restaurare. Idcirco ad decus & honorem ipsius prædictæ Ecclesiæ fecit coronas ex argento purissimo miro compositas opere duas, pendentes cum catenulis argenteis cum gemmis &^{*} aulis^{al} deauratis, pensantem vnâ libras centum triginta duas, & aliam centum triginta, habentem vnâ^{*} clamisterios argenteos subter pendentes, triginta septem, & aliam simili modo quadraginta. Et post multa: Idem à Deo amabilis & prudentissimus Papa fecit in basilica beati Petri Apostoli vela de fundato in circuitu compta de blatta numero quadraginta sex.] & inferius: Fecit canistrum interfacile de argento purissimo pensans libras rem obtulit lucernam bimixem de argento purissimo pensantem libras quadraginta quinque. Itemque fecit vela quæ pendent inter arcus presbyterij ex auro texta, habentia historiam beati Petri Apostoli, numero decem & octo. Et obtulit calices de argento qui resident super circuitu altaris, numero sexdecim pensantes libras Verumetiam calicem pendulum cum catenis & delphinis pensantem libras

D Idem coangelicus sanctissimus præfatus Præsul post deprædationem Sarracenorum ipsius Ecclesiæ fecit ad corpus beati Petri Apostoli imagines argenteas numero tres, vnâ quidem in medio, habentem effigiem Saluatoris Domini nostri IESV Christi cum gemmis in capite per crucem ornatam hyacinthis & prasinis; aliam positam ad dexteram partem Saluatoris, habentem vultum beati Petri Apostoli & beatæ Petronillæ; & aliam ad læuam partem, habentem vultum beati Andreæ Apostoli, & vultum prædicti Præfulis, pensantes omnes libras centum quatuor. fecit vbi supra phara area quæ sedent super vestibulum sacri altaris, numero duodecim.] & post multa:

Peractis, inquit, omnibus atque perfectis operibus, quorum iam sigillatim superius nomina scripta & memorata sunt: confestim idem pastor & pater egregius, quamuis vniuersarum proficuum Ecclesiarum Dei curam dignamque sollicitudinem gereret, & ad omne opus bonum præ omnibus intentus existeret, ex intimo cordis sui longa trahens suspiria, cum quotidie beatissimi Apostolorum Principis sacratissimum altare cerneret violatum, & ad tantam inhonestatem à Sarracenis perfidis Deoque contrariis, siue vilitatem perductum etiam (quod dolentes moerentesque dicimus) ipse vndique Christianum populum ad iam fati Principis Apostolorum sacratissima Limina orationis causa conuocauit, qui vota sua perficere pleniter satagebat.

Ideò omnipotentis Dei fretus auxilio, atque consilio & virtute munitus, aureis simulque argenteis tabulis non solum Confessionem sacram, verumetiam frontem sæpèdicti altaris satis decenter & honorificè perornauit, vt præfens per omnia opus ibidem dedicatum luce clariùs manifestat. Quamobrem venerandi altaris frontem præcipuam tabulis ex auro optimo nouiter exornauit, & eam gemmis quamplurimis valde optimis^{*} acoretillis totam circumdedit, & in meliorem quàm prius itatum, decorumque

Annal. Eccl. Tom. 10.

E

remque

ORNAMENTA DIVERSA OBLATA A S. LEONE PAPA ECCL. S. PETRI.

XXXVII.

XXXVIII.

* al. aulis

*

XXXIX.

XXX.

XXXI.

CONFESSIO ET ALTARIS ORNATVS.

*

remque perduxit. In quibus scilicet aureis (vt dictum est) tabulis , non solum Redemptoris nostri forma depicta præfulget, verum & eius Resurrectio veneranda , atque iudicium sacræ & salutaris Crucis : Petri quoque Paulique pariter vultus , atque Andree in prænominatis tabulis splendent atque coruscant. inter quos sanctissimi Leonis Quarri Præfulis, necnon & spiritualis filij sui domni Imperatoris Lotharij propter futuram memoriam, siue mercedem personæ Deo charæ per cuncta sæcula venerandæ depictæ sunt. Quod denique in tabula opus de smalto ducentas sexdecim auri obrizi pensat libras. Confessionem verò dicti altaris crebris tabulis ex argento compactis purissimo, simili modo tota animi deuotione ad antiquum decus & statum reduxit, in quibus Saluatorem in throno sedentem conspicimus pretiosas in capite gemmas habentem, & à dextris illius Cherubim, à læua quoque eius vultus Apostolorum, ceterorumque depictos. Immod & rugas sacræ Confessionis fecit ex argento constructas, vultus habentes beatissimo-
rum Petri & Pauli, pensantes libras ducentas & octo; fecit & vela ex auro texta compè ornata de blatta, pendentia in circuitu, numero vndecim.] & inferius: Fecit cortinam holosericam cum historiis multis claritatis immensæ, ad decorem & gloriam ipsius sacratissimæ basilicæ.] & post multa: Obrulit etiam beatissimus Præful in Ecclesia beatissimi Principis Apostolorum thuribulum de argento inaurato, Apostolatus legens nomen Donni Leonis Quarti, pensans libras quatuor. Vbi etiam in Oratorio beati Gregorij Confessoris atque Pontificis fecit vestem de fundato cum gammadijs, & Crucem de argento textam.] & inferius post multa ista subiiciuntur:

xxxii. Fecit etiam beatissimus Præful post deprædationem Sarracenorum in Ecclesia beati Petri Apostoli Crucifixum miræ magnitudinis, constructum de argento purissimo, inauratum, ornatum gemmis hyacinthinis, & alijs gemmis albis, pensans libras septuaginta.] & inferius: Obrulit in basilica beati Petri principis Apostolorum post deprædationem factam per gentem Agarenorum arcus de argento mundissimo, numero quatuordecim, ex quibus duos posuit à parte dextera atque sinistra in presbyterio miræ magnitudinis, pensantes libras Fecit & vestem auro textam, habentem historiam, qualiter beatus Petrus prædicauit sacræ Romanæ Ecclesiæ, cum gemmis albis, id est, margaritis, & gemmis prasinis, necnon etiam gemmis hyacinthinis.] & paulò post: Necnon in Ecclesia beati Petri Apostoli fecit thuribulum ex auro purissimo gemmis ornatum.] rursus verò inferius: Obrulit in Ecclesia beati Petri Apostoli Crucem ex auro purissimo, diuersis gemmis hyacinthinis, & albis, & smaragdis miræ magnitudinis ornatam, quæ stat à parte dextera iuxta altare maius, in qua & renouauit rugas, & deargentauit eas, in qua prædicta Crux continetur, pensans libras vndecim & semis, legens nomen Donni Leonis Quarti.] & inferius:

xxxiii. His denique decentius consummatis atque peractis, post flebilem & iniquam deprædationem Sarracenorum, Catholicus & per omnia laudabilis Præful ad decorem Ecclesiæ principis Apostolorum Petri, fecit miræ magnitudinis ac pulchritudinis super illius venerandum altare Ciborium, cum columnis & lilijs deauratis ex argento purissimo, pensans libras mille sexcentas sex. Sed & super Ciborium fecit coronas quatuor, cum calicibus sexdecim ex auro mundissimo pensantes libras & de argento fecit coronas & calices numero quadraginta sex, pensantes libras viginti duas & vncias septem. necnon super columnas ipsius Ciborij ob pulchritudinem fecit delphinos quatuor, pensantes omnes libras quadraginta duas. fecit & in circuitu altaris vela alba holoserica sigillata numero quatuordecim, habentia listam de fundato] & inferius:

xxxiiii. Obrulit in basilica beati Petri Apostoli ante Confessionem sacri altaris à dextris & à sinistris ad decorem ipsius basilicæ Angelos sex ex argento mundissimo, pensantes libras sexagintaquatuor. & super dictum Ciborium fecit oleas quæ pendent in circuitu altaris habentis tabulas quatuor inauratas, necnon & gammadias numero quatuor, vbi & fecit arcus quatuor qui stant in presbyterio ex argento mundissimo, pensantes libras centum] & inferius: Fecit & tres alios arcus cum columnis & lilijs pensantes libras sexaginta.

xxxv. Et post multa alijs collata Ecclesijs ista idem Anastasius subiicit: In basilica cælestis clauigeri portas quas destruxerat progenies Sarracena, argentoque nudauerat, erexit, easque argenteis tabulis, lucifluis, salutarisque historiis sculptas decorauit, & in meliorem speciem quam pridem fuerant, reparauit; vt omnes qui in eandem basilicam ingredienti-
venient,

A veniunt, laudes Deo omnipotenti, suoque sancto Præfulatui referant, & exposcant, vt ad multa annorum curricula vita sua extendatur, qui tanti fulgoris opere, tantæque pulchritudinis pondere argenti pensantis libras centum septuaginta ornauit.] rursusque post alia multa de donis eidem collatis basilicæ:

In Ecclesia beati Petri Regui cælorum clauigeri fecit lucernam ex argento purissimo, xxxvi. habentem vnum mixum pensantem libras sexdecim.] & paulò post: Idem verò beatissimus Papa fecit regulas ex argento fusiles cum cancello in ingressu presbyterij ante Confessionem beati Petri Apostoli amatoris sui, quæ pulchro rutilantes decore, præbent hominum mentibus admirationem, quarum duæ pensant libras sexcentas quinquaginta duas, aliæ duæ libras quingentas octoginta.] & paulò inferius: Sed quia (vt sæpe diximus) huius serenissimi Præfulis animus maximo beatissimi Apostoli Petri Apostolorum Principis repletus amore, ipsius summæ Ecclesiæ, cuius diuina dispensante potentia, thronum regebat, multa desiderabat semper ornamenta adiacere. Fecit itaque super altare vestem de chrysoclauo, habentem historiam in medio Saluatoris inter Angelicos vultus fulgentis, Petroque Apostolo clauas Regni cælorum tradentis, & dextera læuaque gloriolam Petri & Pauli passionem fulgentem. Inter quos ipse Præful ciuitatem quam fieri iusserat, Petro interuenienti offert depictam, & Crucem auro gemmisque nitentem. Et in circuitu altaris, & desuper pannos sericos pretiosè aquilarum historia textos, quorum duo aurati cernuntur. Obrulit præterea vbi supra vela quatuor cum chrysoclauo, in quibus ipse Præful depictus, imagini Saluatoris inter Angelicos vultus fulgentis ciuitatem quam funditus erexerat, offert.] Et paulò post: Beato Petro semper aliquid pretiosum & optimum offerre curabat. nam obrulit ei tres oleas * maioricas admirabilis pulchritudinis serico textas, coloreque depictas, quæ videlicet festis diebus in circuitu altaris maioris dependent.] atque hætenus de his quæ hoc anno cœpta vsque ad annum ante vltimum eius Pontificatus perfecta ab eodem oblata sunt dona Ecclesiæ sancti Petri, quæ autem ipso vltimo anno ab eo sunt addita, suo loco dicturi sumus.

De structura autem ædificiorum ipsi basilicæ inhærentium, ista ab Anastasio narratur. xxxvii. tur ab eo esse iussa perfici ipso sui Pontificatus initio, hoc videlicet anno.

Ipse (inquit Anastasius) summus atque Deo amabilis Papa in exordio sui Pontificij, cum porticum partis læuæ beati Petri ob vetustatem basilicæ cecidisset, celeri studio præclare renouauit. nam & ipsius præcipue Ecclesiæ facta recta magnis trabibus perspicaci artificio elaboratis renouauit. Quin etiam porticum quæ sancti Andree cohæret Ecclesiæ, cum timeretur casura, in melius nouiter restaurauit. sed & cameram quæ ante portas argenteas iam dictæ aulæ esse conspicitur, renouans decorauit.] Sic igitur planè intelligas, minimè conflagramatam basilicam sancti Petri per Sarracenos, cum nihil de eius restauratione facta ex integro Anastasius tradat, sed tantum quæ vetustate deficerent, per Leonem Pontificem restituta dicat.

Quod verò non sicut in basilicam Petri, Leo Pontifex intulit in basilicam Doctoris Gentium Pauli dona, confirmant quæ dicta sunt superius, nimirum Romanos, dum inrenti essent Sarraceni ad deprædationem basilicæ Petri, in Urbem intulisse quæ erant pretiosa ornamenta basilicæ sancti Pauli, factumque dispendium tantum modò Ciborij, quod non esset aded mobile, vt facile transferri posset: quod tantum per Leonem restitutum Anastasius docet his verbis: In Ecclesia beatissimi Pauli Doctoris Gentium post impiam Sarracenorum deuastationem fecit super eius sacratissimum corpus Ciborium miræ pulchritudinis ingenti argenti pondere, cum columnis argenteis comptum, pensans libras nongentas quadraginta sex.] & de eadem basilica superius: Hic insignis & pius Antistes in basilica beati Pauli Apostoli superno fretus amore vespertinas publicè à cuncto choro & schola constituit in die Natali eius psallere laudes.

Hæc etiam sui Pontificatus exordio (addit Anastasius) idem iam sæpefatus solertissimus Pontifex, secundum antiquam consuetudinem, canonica auctoritate decreuit, atque constituit, vt dum sacra Missarum solemnia in Ecclesia celebrantur, nullus ex laicis in presbyterio stare vel sedere aut ingredi præsumat, sed tantum sacrata plebs, nempe Clerus, quæ in administratione sacri officij constituta est, videatur.] Accidisse ex his possumus intelligere, vt ex profanatione basilicarum facta per Sarracenos ipse vigilantissimus Pontifex Leo ad corrigenda peccata, quæ in eis perpetrata fuissent, quorum causa diuinam indignationem subiissent, eadem loca sancta, summa occurrens celeritate, voluerit

luerit esse inaccessa laicis, sicque primum omnium emendarit in quo haud leuiter diuinum offensum numen esse sciuisset, cum (vt diximus) præter fas sibi laici locum inter clericos vsurpassent. Sed quomodo idem Leo populum noua & inaudita hætenus clade periclitantem, sacris precibus hoc eodem anno liberauerit, accipe: Anastasius enim sic rem gestam prosequitur:

XL. SERPENS LETIFER PER LEO. NEM PAM PAM TVR.

In primo quidem sui Pontificatus anno, iuxta basilicam beatæ Lucie martyris, quæ in Orphea sita est, in quibusdam tetrastichis abditisq; cauernis diri generis serpens, qui basiliscus Græcè, Latine regulus dicitur, ortus est, qui flatu suo ac visione omnes qui ad easdem appropinquabant cauernas celeriter necabat. Ipse verò Pontifex beatissimus hanc populi necem audiens atque perniciem, ad orationem se conuertit ac litanias, vt Dominum deprecaretur, quòd huiusmodi omnes interitu liberaret. Dum hæc aguntur, præclarus ac celeberrimus dies aduenit, in quo beatæ Dei Genitricis semperque Virginis Mariæ Assumptio celebraretur: tunc præfatus vniversalis Pontifex à Patriarchio cum hymnis & canticis spiritualibus sancta præcedente Icona, ad basilicam sancti Hadriani martyris, sicut mos est, propriis pedibus cum omni Clero perrexit. De qua regressus cum omni Fidelium cœtu ad basilicam beatæ Dei Genitricis Dei & Domini nostri Iesv Christi, quæ ad præsepe dicitur, cum Dei laudibus magna populi caterua comitante properabat. Qui cum peruenisset ad locum in quo ipse sanctissimus basiliscus tetrastichis (vt iam superius dictum est) iacebat cauernis: omni Clero & populo stare præcepit; atque iuxta easdem cauernas properans, super foramen, vnde spiritus pestiferi flatus egrediebantur serpentis, intrepidus stetit, & oculos in cælum pariter tendens & palmas, Christum, qui est super omnia Dominus, profusis lacrymis deprecatus est, vt ab eodem loco diri serpentis genus sua potentia effugaret. Et data super populum oratione, Dei laudes ad basilicam quam superius memorauimus, profectus est exhibere. Ab eodem verò die ipse mortifer basiliscus ita effugatus, & ab ipsis proiectus est antris, vt vltra in illis locis nulla læsionis eius macula appareret.] hæc de effugato serpente mortifero, qui cum dicitur basiliscus fuisse, mirum quidem videri debet, cum huiusmodi genus serpentis in Cyrenaica tantum regione nasci solitum testetur Plinius, locis arenosis & non humidis, vt esse solent ædificiorum fornices in Vrbe, qui ædificiorum amplissimorum ruina sub terram latentem, cryptarum similitudinem expriment. Sed cum Deus punire vult peccata hominum, vniuersæ vbique obediunt creaturæ, vt generet quod gignere non consuevit.

* Plin. nat. hist. lib. 8. c. 21. in fine.

XLI.

Sed sicut in fugando serpente letifero virtus enituit tanti Pontificis, ita in extinguendo incendio patefacta est fides ipsius, potentia Crucis pollens. Rem gestam hoc pariter anno ita recitat Anastasius: Et aliud miraculum quod ipse almus Pontifex fecit, narrare breuiter inchoemus: In ipso verò quod memorauimus superius Pontificij sui exordio, Saxonum vicum validus ignis inuasit, qui flammarum violentia cuncta comburere cepit validius, vbi populorum multa congregata sunt agmina, quæ huius incendij flammæ volebant extinguere; sed ventorum flatibus altius extendebatur ignis in aëre, cuncta comburens atque comminuens; ita vt propius ad beati Petri Apostolorum principis positas perueniret Saxonum & Longobardorum domos, porticum concremans. Quo audito ipse beatissimus Pontifex anxius illuc celeri cursu profectus est; & vt ob huius tanti ignis impetum se præpararet, Dominum deprecari cepit, vt huius incendij flammæ extingueret; & vbi Crucis * prope frequentauerit signacula digitis, amplius ignis extendere flammæ non potuit: & beati virtutem ferre non valens Pontificis, extinctas flammæ redegit in cinerem.] hætenus Anastasius.

AD VICVM SAXONVM INCENDIUM EXTINGUITUR A LEO. NE. * al. propriis

XLII.

Sed & quæ reliqua sunt rerum gestarum ipsius hoc anno, ex eodem hic reddamus, sic enim idem auctor enarrat: Hic quoque prædictus Præsul à die qua diuina fretus potentia, sacram Apostoli Sedem omni benignitate conscendit: mox de præscis & antiquis sacri Palatij vrbibus atque ordinibus, qui sub prædecessorum suorum Pontificum tempore corrupti, atque diuersæ consuetudines fuerant delatæ: vniuersa in meliorem statum reducere atque ordinare quam antè fuerant auidè conatus est. Nam accubatum, quem dominus Leo bonæ memoriæ Tertius Papa à fundamentis construxerat, & omnia ornamenta ibi parauerat; quæ præ nimia vetustate & obliuione antecessorum Pontificum delata sunt, aded vt in die Natalis Domini nostri Iesv Christi secundum carnem tam dominus Gregorius, quam dominus Sergius sanctæ recordationis minime ex more epularentur: idem beatissimus & summus Præsul Leo Quartus cum gaudio

COENACVLUM PER LEONEM PAM RESTITVTVM.

dio & delectatione omnia ornamenta quæ ibi delata fuerant, nouiter reparauit, & ad statum pristinum magnificè reuocauit. Nec non & Crucem ex auro purissimo gemmis ornatam, quam Carolus piæ memoriæ Imp. Francorum ac Romanorum in basilica Saluatoris Domini nostri Iesv Christi, quæ Constantiniana nuncupatur, temporibus domini Leonis sanctæ recordationis Tertij Papæ obrulerat (quæ mos erat, vt in litanis ante sanctissimum Pontificem ita præcederet, & sic permanit vsque ad tempus sanctæ recordationis domni Paschalis Papæ) sed inde, diabolica suggestione atque intigatione à malis exorta, eadem à latronibus nocte per furtum sublata est; & nullus deinceps prædecessorum Pontificum, tam dominus Paschalis, quam dominus Eugenius, siue dominus Valentinus, siue dominus Gregorius, necnon dominus Sergius recordatus fuit, vt eam restitueret, & ad vsum sanctæ Romanæ Ecclesiæ præpararet: idem præfatus magnificus Præsul fecit eam ex auro purissimo, & miræ magnitudinis, & margaritis & gemmis hyacinthinis & prasinis mirabiliter ornauit, & ad vsum pristinum sanctæ Dei Romanæ Ecclesiæ mirificè decorauit.] hæc Anastasius.

CRUX AVREA PER LEONEM PAP RESTITVTVA.

Ne verò quid prætermittamus de rebus gestis ab eodem Pontifice hoc anno, * reperitur ab eo scripta epistola ad Prudentium Episcopum Tricasinum de consecrando ab eo monasterio, quod construxerat Ademarum monachus, de quæ reliquiis Sanctorum ab Vrbe missis, monetque vt sanctæ Trinitati dederetur in nomine sanctorum Apostolorum Petri & Pauli, atque S. Leonis Papæ.] atque de rebus gestis eiusdem Leonis Papæ anni huius iam satis.

XLIII. script. e. d. Biblioth. Sir. lot. num. 65.

Hoc eodem anno ad alia mala additum, vt Vrbe excusserit terræmotus, de quo pauca tantum ista Anastasius: Huius beatissimi Pontificis tempore terræmotus in Vrbe per Indictionem factus est decimam (est hic ipse annus) ita vt elementa concussa viderentur in omnibus.] Meminit eiusdem terræmotus Leo Ostiensis in Chronico Cassinate, quo pariter agitata docet alia loca Italix: sed quæ eodem tempore per Sarracenos illos, quos diximus vocatos à Radelchi tyranno Beneuentum occupasse, in vicina loca illata sunt damna, recenset his verbis:

XLIV. TERRÆMOTVS CONCVSSA VRBS ET ALIA LOCA.

Eodem tempore Massar Sarracenorum Dux in auxilium prædicti Radelchis accessit, Beneuenti residens, Beneuentanosque contemnens, eos modis omnibus vehementer afflixit, monasteriumque sanctæ Mariæ in Cingla deuastauit, Castellum S. Viti cepit, Telesinamque ciuitatem in deditionem compulit, & omnia per circuitum depopulatus est. Qui dum die quadam iuxta beati Benedicti transfret monasterium, ita mens eius effera continuo cælius mutata est, vt cum canis eius anferem monasterij cepisset; ipse cum flagello accurrens illum per se ex ore illius extraxerit: atque ante ianuas monasterij veniens, claudi illas protinus iusserit, ne quis ex suis ingressus aliquam illic vim inferre præsumeret. Sicque Aquinum pertransiens, omnia per circuitum vastans, Beneuentum reuersus est. Eo item tempore cum ab Incarnatione Domini octingentesimus septimus ageretur annus, ingens terræmotus per omnem Beneuentanam regionem factus est, ita vt Isernia à fundamentis ferè tota corruerit, multaque ibi populus, & ipse vnà eorum pontifex cum eis interierit. Apud monasterium quoque sancti Vincentij terræmotus idem euerit domos. in hoc autem monte meritis beati Benedicti nec vnum quidem lapidem de suo mouit loco.] hæc Leo.

b Leo Off. lib. 1. c. 30.

Hoc item anno Moguntia Synodus congregata est, eademque prima dicta sub Rabano, qui hoc anno eiusdem Ecclesiæ, defuncto Orthgario, Episcopus creatus est. Nam in veteribus Francorum Annalibus à Pithæo editis ista leguntur: Orthgarius Maguntiacensis Episcopus vndecimo Kal. Maij obiit, in cuius locum ordinatus est Rabanus quinto Kal. Iulij, qui in eodem anno iubente Ludouico Rege, apud Maguntiam Synodum habuit circa Kal. Octobris.] hæc ibi.

XLV. SYNODVS MOGVNTIANA.

Ex quibus redarguas collectorem Conciliorum, dum Concilium istud sub Rabano habitum, collectum ponit anno Redemptoris octingentesimo trigesimoquarto, cum nonnisi hoc anno Rabanus sedere cœperit. Rursum verò aliud ibidem ab eodem Rabano celebratum Concilium iidem Annales docent, de quo suo loco anno sequenti dicturi sumus. Quod autem ad præsens anni huius Concilium spectat, quot Episcopi & qui fuerint isti qui conuenerunt, quæ tractauerunt, & quæ per canones seruanda definiunt, docet eius Synodalis epistola ad Ludouicum Regem missa cum capitulis ibidem constitutis. Ex quibus omnibus ea quæ ad institutum spectare dignoscuntur, hic de-

XLVI.

scribemus. Occasio autem huius congregandi Concilij eadem quæ Meldensis Concilij A fuisse cognoscitur, quod cum à laicis bona Ecclesiarum, iura pariter & personæ assidue inuaderentur, de quæ his frequentes apud Regem querelæ essent, vt his ipse liberaret malis Ecclesiis, egit vt eiusmodi prouinciale Concilium colligeretur, cui Archiepiscopus Rabanus, vir doctrina valde insignis præesse deberet, quem sciret probitate atque scientia nulli secundum. Præcipua igitur Patrum intentio in hoc Concilio ea fuisse videtur, vt consulerent rebus Ecclesiasticis per laicos mirum in modum diuersis prætextibus proculcatis. Hæc enim fuit potissima illa sanctorum Patrum sæculi huius apud Francorum Reges & Imperatorem perstrepsens vbique effusa querela. sed audiamus ipsam Synodalem epistolam, quæ plura nobis insinuat memoria digna. sic incipit:

^a *Exstat fo. 3 Conc. Venet. edit.*

XLVII.

Domino serenissimo & Christianissimo Regi Ludouico, strenuissimo Reçtori ac DEFENSORI SANCTÆ DEI ECCLESIAE, vnà cum vxore & prole sua, eiusque fidelibus vita, salus, & honor, & benedictio cum victoria sine fine manura.

EPIST. SYNODALIS AD LUDOUICVM REGEM FRANCO-RVM.

Dignissimæ reuerentiæ vestræ patefacimus nos humillimi serui vestri, Rabanus videlicet Moguntiacensis Ecclesiæ indignus Archiepiscopus cum Coepiscopis meis, qui ad prædictæ Ecclesiæ dicecesim pertinent, id est, Samuele, Egorbaldo, Baturato, Hebone, Gorbartho, Hemmone, Vualgario, Angario, Orgario, Santone, Salomone, & Gebehardo cum reliquis collegis nostris Chorepiscopis, Abbatibus, monachis, presbyteris, & ceteris Ecclesiasticis ordinibus, quia venimus secundum iussionem vestram in ciuitatem Moguntiam; ibique pariter adunati post triduanum ieiunium, quod cum litanis celebrauimus, diuinam suppliciter supplicantes clementiam, quatenus sancta gratia sua conuentum & actionem ipsius Synodi tibi acceptabilem facere dignaretur, & Christiano populo proficientem ad salutem & vitam perpetuam, vobisque ad æternum honorem & gloriam.

XLVIII.

PLVRIMAE MISSAE PRO REGE DICENDAE INDIGTAE

Vbi etiam decreuimus, vt singulis parochiis per Episcopos & clericos, per Abbates & monachos oratio pro vobis & pro vestra coniuge, simulque prole nobilissima fieret. Cuius orationis summa est, Missarum tria millia & quingentæ, & psalteriorum mille septingenta: hoc omni deuotione postulantes, vt Deus omnipotens diurnam vobis sanitatem ac prosperitatem concedat, Regnumque vestrum stabiliat ab omni hoste defensum in terra, & post huius vitæ terminum in Regno cælesti gloriam vobis simul cum Sanctis suis concedat sempiternam.

XLIX.

Tunc verò confidentes in claustro S. Albani martyris, secundum morem illum quo priscis temporibus sub Carolo Imp. Hildebaldus & Richolphus cum ceteris Episcopis & Abbatibus illuc conuenientibus fecerunt, cœpimus in Dei nomine communi consensu & voluntate tractare pariter de statu veræ religionis, atque vtilitate & profectu Christianæ plebis. Conuenit inter nos, de nostro communi collegio clericorum & monachorum facere duas turmas, sicut & fecimus: ita vt in vna turma considerent Episcopi, cum quibusdam Notariis legentes atque perscrutantes sanctum Euangelium, necnon Epistolas & Actus Apostolorum, canones quoque, ac diuersa sanctorum Patrum opuscula cum ceteris sacris dogmatibus diligenti studio perquirendo, quibus modis statum Ecclesiæ Dei, & Christianæ plebis profectum sana doctrina & exemplis iustitiæ inconuulsum, largiente Dei gratia, perficere & conseruare possent.

L.

In alia verò turma sederunt Abbates & probati monachi, regulam sancti Benedicti legentes atque tractantes diligenter, qualiter monachorum vitam in meliorem statum atque augmentum cum Dei gratia perducere possent. Et vbicumque per negligentiam & arque desidiam rectorum regularis ordo dilapsus fuisset, rursus secundum normam S. Benedicti ad integrum restitueretur.] hæcenus de ordinis facta ibi dispositione Rabani opera, qui in ea facultate plurimum noscitur laborasse, quem de Concilio ipsam constat scripsisse volumen.

LI.

Sed audi consuetas Episcoporum in hac Synodali epistola ad Ludouicum querelas: Proh dolor! his temporibus nec sancta loca venerantur, neque ministri Dei condigne honorantur: sed vice versa illi qui honorari debuerunt, flagellantur, spoliantur, atque diuersis calumniis franguntur. Vnde necessitas magna nos cogit pro hac re ad vos reclamare, & petere, vt sicut apud antecessores vestros Reges atque Imperatores, qui ante vos fuerunt, honorem sancta Dei Ecclesia habuit, & per immunitatem eorum possessiones Ecclesiasticæ inconuulsæ persisterunt, manentesque in eis

semper

A semper illæsi perseuerarunt; ita apud vos modernis temporibus incontaminatæ permanent. Zelo enim Dei oportet vos defendere Ecclesias Christi, &c.] subiiciuntque his exempla tam de Ethnicis quàm de Christianis Principibus, qui olim libertati & immunitati Ecclesiasticæ fauentes eidem optimè consuluerunt, quos ipsi imitandos proponunt.

Præmissa igitur loco præfationis eiusmodi ad Ludouicum epistola Synodali, primo loco qui de Fide canon est sancitus recitatur, atque eiusmodi quidem, quo, sic agente diuino Spiritu, præsentium Nouatorum nouatio penitus destruat, cum delirant multa febri phrenetici ac blaterant, absque operibus nostris ad salutem sufficere fidem. Nam audi quid vertex huius temporis Theologorum Rabanus vnà cum collegis Episcopis primo loco, in ipso tamquam superliminari scribi decreuerit.

LII.

Initium actionis nostræ de Fide esse decreuimus, quæ honorum est omnium fundamentum. Et quamuis sine fide, vt dicit Apostolus, impossibile sit placere Deo: Fides tamen indiget opere, quia fides sine operibus mortua est. Idem beatus Gregorius: Ille, inquit, vere credit, qui exercet quod credit, &c.] Cum verò diuersis ex causis plures & diuersi in eodem Concilio canones constituti legantur: satis visum est, si ex eis quæ spectant ad immunitatem Ecclesiasticam, cuius causa præcipuè (vt dictum est) eadem Synodus congregata fuit, duo isti canones recitentur, quorum prior sic se habet:

LIII.

Si quis factu superbiæ elatus domum Dei ducit contemptibilem, & possessiones Deo consecratas, atque ad honorem Dei sub Regiæ immunitatis defensione constitutas inhonestè tractauerit vel infringere præsumpserit: quasi & violator domus Dei, excommunicetur. Decet etiam vt indignationem ipsius domini Regis sentiat, cuius beneuolentiæ contemptor, & constitutionis præuicator extitit. Nihilominus tamen Rex suæ confessionis immunitatem ab omnibus ditioni suæ subiectis illæsam conseruari præcipiat. Assensum verò non præbeat improbè affirmantibus, non debere esse res Dominicas, id est, Domino dominantium deditas, ita sub defensione Regis, sicut propriæ sunt hereditates. Magisque aduertat, quia quanto Deus excellentior est homine, tanto præstantior est diuina causa mortalium possessione. Quocirca decipitur quisquis plus in propriis quàm in Dominicis rebus gloriatur. Quarum diuinarum rerum defensor & custos diuinitus statutus diligenti cura non solum eas seruare sed etiam multiplicare debet, magisque illa quæ diximus præstantiora, quàm sua illum defendere oportet, & augmentare. Si quis igitur infansu importunitate improbitatis suæ Regem à recto proposito mutare tentaerit, nullisque remediis mitigari posse visus fuerit, licet obsequiis aliquibus transitoriis sic necessarius, abiiciendus ab eo, proiciendusque est, iuxta illud Euangelium: Si pes, manus, oculusve tuus scandalizet tereue illa, & proice abs te.] hæc Patres, & rursus sequenti canone de potestate Episcoporum super laicos his verbis:

LIII. ^a Heb. 11. ^b 1ac. 2.

^c Conc. Mogunt. cap. 6. LIV.

Vt Episcopi potestatem habeant res Ecclesiasticas prouidere, regere, & gubernare, atque dispensare secundum canonum auctoritatem volumus. Et vt laici in eorum ministerio obediant Episcopis ad regendas Ecclesias, viduas & orphanos defendendos, & vt obedientes sint ad eorum Christianitatem seruandam: Consentientesque sint Comites & Iudices Præsulibus suis ad iustitias faciendas iuxta præcepta diuinæ legis. Et nullatenus per aliquorum mendacium, vel falsum testimonium, neque per peritium, aut per præmium diuina lex in aliquo depraueatur.] hæc de his Patres, qui & (quod prætermittendum non est) inter alia etiam illud constituerunt, ne sacratissima Eucharistia denegeretur condemnatis per iudicem ad vltimum subeundum supplicium. Sed & aduersus illos sacerdotes, qui consentibus pro peccatis grauibus leues quosdam & inusitados imponunt pœnitentiæ modos, consuantes puluillos, secundum propheticum sermonem, sub omni cubito, &c.] canonem statuerunt.

^d Math. 5.

^e Conc. Mogunt. cap. 7.

LIV.

Ad postremum autem cur velint ab ipsis statuta confirmari per Regem, ita pandunt: Hæc verò quæ vobis transmissa sunt, petimus vt vestra auctoritate firmentur, vt si quis aduersarius illis existere voluerit, præualere non permittatur. Dei enim cooperatores esse debetis, & adiutores sanctæ eius Ecclesiæ, quatenus religio Christiana incontaminata temporibus Regni vestri vsque in finem seruetur.]

^f *Eed. Concil. cap. 27.*

^g *Ex eccl. 19*

LVI.

Præter hæc etiam spectant ad Concilium Moguntinum ea quæ in iisdem citatis antiquis Annalibus ita subiiciuntur: Eodem anno pseudoprophetissa Moguntiacum venit, quæ Salomonis Episcopi parochiam non minimè deturbauerat. Nam certum consummationis sæculi diem, aliaque per plura Dei solius notitia cognita, quasi diuinitus

LVII.

^p *SEUDO-PROPHETISSA MVL-TOS SEDV-CIT.*

tus sibi reuelata, scire se fatebatur, & eodem anno vltimum diem mundi imminere prædicabat. Vnde multi plebeij vtriusque sexus timore percussi ad eam venientes, munera illi ferebant, seque orationibus illius commendabant. Et quod grauius est, sacri ordinis viri doctrinas Ecclesiasticas postponentes, illam quasi magistram cælitus destinam sequebantur. Hæc in præsentiam Episcoporum apud S. Albanum deducta, & diligenter de suis assertionibus requisita, presbyterum quemdam sibi ea suggestisse, & se talia quæstus causa narrasse, professus est. Quapropter Synodali iudicio, publicis cæsa flagellis, ministerium prædicationis quod irrationabiliter arripuit, & sibi contra morem Ecclesiasticum vendicare præsumpsit, cum dedecore amisit, suisque vaticiniis tandem confusa finem imposuit.] hæc Annales. atque de his quæ ad Moguntinam Synodum spectant, iam satis.

LVIII.

ETHELVULPHI ANGLORUM REGIS PICTAS ERGA ROM. ECCL.

Contigit hoc item anno peregrinatio Ethelulphi siue Athulphi Regis Anglorum Romam ad Limina Apostolorum: Rex enim liberatus Danorum incursionibus, haud multo post Romam voti causa petiuit, vbi à Leone Quarto Pontifice benigne acceptus, fecit Romanæ Ecclesiæ eam quoque insulæ partem, quam Egbertus pater ad Regnum adiunxerat, vectigalem, imitatus Inam, id quod supra commemorauimus, legeque sanciuir, vt qui ex suis possessionibus triginta denariorum vectigal in singulos annos capeant, aut plures domos haberent, pro eis quas habitarent singuli singulos denarios quotannis Romano Pontifici ad diem festum Apostolorum Petri & Pauli, vel summum ad Vincula Petri soluerent. quam legem quidam, licet falsò, Aluredo eius filio assignant. Fuit is annus salutis humanæ octingentesimus quadagesimus septimus. Idem fertur instaurasse Romæ scholam quamdam, primò ab Offa Merciorum Rege conditam, & paulò ante eius aduentum in Vrbe incendio ferè consumptam. (de quo incendio, vbi nam fieri contigerit, superius dictum est) Rex autem Ethelulphus moratus est Romæ maiorem anni partem; postea domum reuersus, non modò se clementem Principem, sed optimum parentem omnibus suis præbuit, atque cuncta ad honesti cultum modestiamque referebat.] Hæc ex antiquis rerum Angliæ monumentis Polydorus, qui ait etiam auctores fuisse Regi, vt ad eum optime vitam institueret, duos viros sanctitate præclaros, Suitinum qui & Suithunus, & Adelstanum, siue potius Helinstanum. Exat breuiter scripta eius vita, vbi de eodem Rege habetur, quòd cum sacris esset ordinibus initiatus, nempe subdiaconatu, parte Egberto sine herede moriente, à Leone Pontifice dispensatum vt vxorem duceret. Suithunus autem qui eum ab infantia enutrierat, post obitum sancti Helinstani Episcopi Vintoniensis in eius locum successit, mira que claruit sanctitate. de cuius obitu suo loco dicturi sumus. Scimus tamen eiusdem Regis peregrinationem Romam referri à ab aliis anno Domini DCCCLIV.

a Matth. Vuestmonast. an. 854.

LIX.

S. METHODII PATRIARCHAE CONST. OBITIUS.

Cum iam satis in rebus Occidentalis Ecclesiæ anni huius immorati simus, ad Orientalem inuisendam Ecclesiam transeamus, quæ hoc anno ex obitu S. Methodij Patriarchæ, grauiissimo affecta est damno. Ipse siquidem Sanctus quattodecima die Iunij (vt habent Acta superius citata S. Ioannicij Anachoretæ) ex hac vita migravit, cum sedisset (vt ait Curopalates) annos quatuor, qua die tum apud Græcos, tum apud Latinos relatus habetur in tabulas Ecclesiasticas inter Sanctos annis singulis iugi memoria celebrandus. At ex his quæ superius de eo dicta sunt, reperies eum sedisse annos quinque & menses quatuor.

LX.

Nicol. ep. 8.

Nicolaus Papa in epistola ad Michaëlem Imp. Methodium antonomasticè Magnum appellat, vbi postea dum ipsum Imperatorem redarguit nihil tribuentem Romanæ Ecclesiæ, de hæresibus tunc ab eo in Oriente profligatis, sic de ipso: Fuerunt huiusmodi hæreses in Nicæa secundò conuocata Synodo, & à Magno Methodio deinde subuersæ.] & paulò post: Et rursus quasi non & venerandæ memoriæ Methodius in Græcia persecutione feruente, hic apud beatum Petrum, & apud nos (vbi olim Athanasius, vbi Paulus, vbi plurimi cum illis & præter illos, vbi denique semper Catholicis subueniunt, consecuti sunt requiem) donec apprehenderet campum certaminis, iam satiatus lacte huius matris omnium; sanctæ videlicet Romanæ Ecclesiæ, Catholicum dogma defendere fuerit eruditus. Et quasi non hinc auctoritatem prædicandi sumpserit, nec hic infulis sacerdotalibus ditatus extiterit. Ad extremum, quasi non hinc constantia Petri, & omnia Pauli ad debellandos Iconomachos arma portauerit, id est, loriam iustitiæ, calceatos pedes in præparatione Euangelij pacis, scutum Fidei, galeam salutis, & gladium spiritus, quod est verbum Dei. Non ergo dicatis, non eguisse vos in causa pietatis.

A pietatis Romana Ecclesia, quæ collecta Concilia sua auctoritate firmat, sua moderatione custodit, vnde quædam eorum quæ consensum Romani Pontificis non habuerunt, valeditudinem perdidit.] hæc de S. Methodio Nicolaus.

Cum autem certum sit ipsum fuisse virum doctissimum, scriptorum eius nulla vidimus monumenta, nisi qui recitatur apud Theodorum canon de non appetendo Ecclesiasticam præfecturam, & quod de eo testatur Anastasius Bibliothecarius in epistola ad Carolum Caluum Imp. ab eo scriptam fuisse vitam S. Dionysij Areopagite, quam ipse Latinitati donauit. Nam in fine eius epistolæ habet ista: Huius autem, nempe Dionysij, passionis textum beatus Methodius, qui à Sede Apostolica Constantinopolim presbyter missus, eiusdem vrbs tenuit Pontificium, & ex tunc inter Sanctos ab omnibus ob suæ confessionis & agonis certamen veraciter veneratur & colitur, edidit, pauca de multis præcedentibus scriptis excerpens.] hæc Anastasius in fine suæ ad Imperatorem epistolæ. quod etiam testatur Hincmarus in epistola ad eundem Imperatorem data, ipso eius exordio.

De successore autem Methodij ita Curopalates: Vita sancto beatissimo Methodio, per sexdecim annos Ecclesiam Constantinopolitanam moderatus fuerat Ignatius Nicæphori Imp. ex filia nepos, filius autem Michaëlis Imp. qui Regno exciderat: postquam Regno & genitilibus priuatus, eunuchus factus, monasterium ingressus fuerat, & monasterij Satyri præfectus, ad Patriarchatus sedem adducitur.] hæc ipse. Nicetas cognomento Dauid, qui scripsit vitam eiusdem Ignatij, testatur prædictum illi fuisse à Theophane præfecto monasterij Syncriani egregij Confessoris, futurum ipsum Patriarcham Constantinopolis. Addit verò, consuluisse Imperatorem & matrem eius hoc tempore sanctum Ioannicium Anachoretam, quis in sede Patriarchali collocandus esset, ipsum verò respondiisse, eligendum esse Ignatium. hæc Nicetas pluribus: cuius nobile antiquitatis monumentum, utpote auctoris qui res gestas sui temporis fidelissimè scripsit, hæcenus Latinis incognitum ex Græco codice Columnensis Bibliothecæ, quæ Sirleti Cardinalis viri doctissimi fuit, noster Federicus Metius erutum in Latinum vertens, egregio munere nostros locupletauit Annales.

Porro de legitima promotione Ignatij, eiusque virtutibus, quibus tanto throno dignus videbatur, scripsit Michaëlis Imp. litteras ad Leonem Papam, prout testatur Nicolaus Pontifex in epistola ad eundem Imperatorem post annos ferè duodecim data, cum à Patriarchatu fuit eiectus, in qua ista primùm leguntur: Denique considerare libet, quid sibi vult hoc, quòd per duodecim fere iam annos regiæ vrbs vestræ innocuè sacerdotium agere & sanctis virtutibus pudicitia castitatisque florere dictum Ignatium non solum per vestras immotuis litteras, sed etiam synodicis vocibus eius sub tempore habitis, magnis honoribus epistolæ vestræ fatentur, quas præ manibus tenemus, commendatis iugiter & extulistis, minimè eum ad Apostolicam Sedem inuasoris, vel alicuius criminis opinione notantes, nunc inuide damnastis.] & paulò post: Nos quidem de nobilissimo viro Ignatio Patriarcha non tantùm hæc, verum & illud comperimus, quòd non solum genere claruit, verum etiam à primæuo suæ ætatis per singulos Ecclesiasticos gradus ascendens ex monastica vita, omni Ecclesiastico cœtu consentiente (sicut in apicibus, quos sanctissimo Leoni Præfuli prædecessori nostro destinaueratis comperimus) Episcopatus culmen promeruit.] hæc de his Nicolaus.

E IESV CHRISTI
ANNVS
848.

LEONIS PAP. IV.
ANNVS
2.

LOTHARII IMP. 8.
MICHAEL. III. IMP. 7.

CHRISTI Redemptoris annus octingentesimus quadagesimus octauus Indictione I. ne vndecima inchoatur, quo Leo Papa agens in Pontificatu annum secundum, opus ingens aggreditur, nimirum vt nouam construens ciuitatem, mœnibus ambiret basilicam sancti Petri, ne sic, vt antea fuerat, Sarracenorum iugiter pateret incurfibus, idque non sine nutu diuino, vt Anastasius Bibliothecarius narrat his verbis: Dum vniuersa Romana nobilitas pro illa deprædatione, quam iam dudum nefandi ac maleuoli Sarraceni intulerunt, in nimia lamentatione consistenterent, ne deinceps, nisi Ecclesia beati

LXI.

Estat in Areopagitis in fine apud Sarracenos. s. die 9. Octob.

LXII.

IGNATIUS CREATOR EPISC. CONSTANT.

LXIII.

I.

LEO PP. A. GIG DENOVA ERIGENDA CIVITATE IN VATICANO.

CHRISTI
848.LEONIS PAP. IV.
2.LOTHARII IMP. 8.
MICHAEL. III. IMP. 7.

beati Petri Apostoli vndique munita citius foret, peiora valuissent committere, idem amabilis Pontifex magnam pro Romanis omnibus cepit habere angustiam, & quo modo vel ordine ab eorum cordibus tantum potuisset mororem siue timorem auferre, anxius cogitare. Cum in his diuturnis curis & angoribus desudaret, Deo reuelante, huiusmodi prorsus consilium sumpsit, vt hoc ipsum suo dilecto & spiritali filio Lothario luce clarius indicaret Augusto, quatenus per illius, Deo annuente, adiutorium atque consilium ciuitatem illam edificaret, quam praedecessor eius Leo Tertius iuxta Ecclesiam prænominatam Apostoli edificare ceperat, & multis in locis fundamenta posuerat, licet post suum transitum à quibusdam ablata fuissent hominibus, ita vt nec altius appareret, vbi post eius inchoationem praefatus missus erat murus. quod si vita comes adesset, desideratum opus, Christo sociante, ad effectum vellet perducere.

LEO TERTIUS OPVS
INCHOA-
VERAT.

II.

IMP. LO-
THAR. ET
FRATRES
REGES
FRANCO-
RVM MINI-
STRANT
PECUNIAM
PRO NOVA
CIVITATE.

Hoc denique piissimus ac serenissimus Caesar agnoscens, magna est illic lætitia & exultatione repletus, rogansque iam factum summopere Praefulem, patremque per omnia spiritalia, vt tanti operis & temporis fabricam sedulo labore perficeret: ad eam ipse vnà cum suis fratribus non modicas argenti libras direxit, vt sicut dictum est, tam proficuum opus indeliberatum minimè remaneret. Ex quo nuntio satis praepurato Praeful praecipuus vltra modum hilaris est effectus. Cœpit autem ex tunc de praedicto negotio valde esse sollicitus, conuocansque cunctos sanctæ Dei Ecclesiæ fideles, petiuit ab eis consilium, qualiter tantorum murorum citò valuisset fabrica consummari. Tunc omnibus visum est, vt de singulis ciuitatibus, massisque vniuersis publicis, & monasteriis, per vices suas homines generaliter venire fecisset, sicut & factum est. Quamobrem secundo praefulatus illius anno praefata ciuitas edificandi sumpsit exordium, & in sexto magnis & admirabilibus omnibus fabricis ciuitas vndique est consummata.] hæc de exordio constructionis ciuitatis Anastasius.

III.

Quando autem fuerit ipsa cum esset iam perfecta, solemniter ritu consecrata, suo loco ex eodem auctore dicemus. At quod idem auctor superius dicat id factum duodecima Indictione, dictis non repugnat, siquidem hoc eodem anno ad finem Septembris mensis, vndecima absoluta Indictione, incipit duodecima. Porro augebar metum quod certo nuntio perlatum esset, classem Venetam à Sarracenis penitus excisam esse ad sinum Crotoniatem, ita vt ne lembus quidem incolumis euasisset, vt eius ciuitatis Annales produnt. hæc de rebus vrbicis.

IV.

CONCILII
MOGUNTINUM
PO-
STERIUS.

Hoc eodem anno secunda Synodus Moguntina sub Rabano Archiepiscopo celebrata est, vt iidem antiqui à Pithæo editi Francorum Annales testantur his verbis: Circa Kalendas autem Octobris generale placitum Rex Ludouicus habuit apud Moguntiam, in quo Legatos fratrum suorum, & Northmannorum, Sclauorumque suscipit, audiuit, & absoluit. Homines autem Rabani Episcopi aduersus dominum suum conspirantes, publicè conuictos cum eo pacificauit. Legatos suos ad fratrem suum Lotharium in Theodoni villa placitum habentem pro Gislaberto, qui eodem anno ad fidem eius venerat, reconciliationis gratia direxit. Gothescalcus quoque quidam presbyter de praedestinatione Dei praua sentiens, rationabiliter, vt plurimis visum est, conuictus, & ad proprium Episcopum Hincmarum Rhemos transmissus est, prius tamen iuramento confirmans, quod in Regnum Ludouici vltra non rediret.] hucusque Annales.

V.

Agit de hac eadem Synodo quoque Trithemius in Chronico Hirsaugiensi, in eo tamen errans, dum ait iussu Lotharij Imp. conuenisse Episcopos, cum id factum per Ludouicum Regem in Regno ipsius non sit dubium: nam nullam Lotharium facultatem habuisse disponendi aliquid in Regno Germaniæ spectante ad Ludouicum, certum est, ait enim: Rabanus Archiepiscopus Moguntinus iussu Lotharij Imp. Synodum apud Moguntiam Episcoporum & Abbatum conuocauit anno Domini octingentesimo quadragesimo octauo Kalendis Octobris, Indictione vndecima.] & hic error. nam si conuenerunt Patres ad Kalendas Octobris, iam Indictionem duodecimam inchoatam oportuit. sed pergit: In qua hæreticum quemdam * Gothescalcum presbyterum condemnauit: & multa ad decorem & vtilitatem Ecclesiasticam constituit. Fuerunt inter alios praesentes ibi celeberrimi viri Episcopi * Hecti Archiepiscopus Treuirensis, Hildeboldus Archiepiscopus Colonienis, Alfridus Episcopus Hildesheimensis, Haymo Episcopus Halberstatis, Ludericus Episcopus Bremensis, Lintbertus primus iste Abbas S. Aurelij Hirsaugiensis, Vualdo Abbas Fuldenis, Einhardus Abbas Selgensterensis, Brun-

* Gothescalcum

* Hectio

CHRISTI
848.LEONIS PAP. IV.
2.LOTHARII IMP. 8.
MICHAEL. III. IMP. 7.

A Brunnuart Abbas Hirsfeldensis, Bertholdus Episcopus * Mediolacensis, Aduentitius Abbas Metensis, Radulphus Abbas S. Medardi Sueffionensis, postea Bituricensis Archiepiscopus, & alij multi Episcopi, & Abbates, & monachi, inter quos complures erant vita & doctrina famosissimi.] hæc ipse. Ceterum de Gothescalco damnato in Concilio Moguntino Sigebertus agit anno sequenti.

Quod autem spectat ad Gothescalcum hæreticum in hoc Concilio condemnatum, vt cuncta quæ ad eum spectant, simul intelligas: hinc tibi recitata sunt, quæ de eo postea Hincmarus Rhemensis Episcopus scripsit ad Nicolaum Papam: quæ quidem epistola extat apud * Frodoardum in historia quam scripsit de Ecclesia Rhemensi, in qua hæc post alia: Guido mihi nuntiavit, quod cum eo de condemnatione & captiuitate Gothescalci verba fecisset. Et quamuis iam alij de eo vos allocuti fuerint: nihilominus Odoni Episcopo quosdam articulos ad vestram sanctitatem deferendos dedi, quos ex doctoribus Catholicis contra impiam opinionem istius hominis pestilentissimi excerpti, de quibus nihil adhuc mihi respondi. Quidam tamen Episcopi, ad quos certè hoc factum non spectabat (quia nec charitas, vt manifestè demonstrant, eos impellebat, nec etiam auctoritas) me ex improuiso litteris, quas per hominem laicum miserunt, in conciliabulum (vos prohibetis vocare Synodum) ab his in vrbe Metense à paucis diebus habitum conuocauerunt, vt totius huius facti rationem redderem. Me inquam importunè accersuerunt, quatuor dies ante ipsum conuentum, non animaduertentes, quod ego Metis octoginta mille passibus & plus distabam, & Gothescalcus plusquam centum mille.

Hanc ob causam nunc vobis pauca aperire desidero, quomodo antequam Episcopus ordinatus fuisset, iste Gothescalcus monachus monasterij Ecclesiæ Metropolitanæ Rhemensis dicti Orbei, diocesis Sueffionensis (vt huius Abbas & monachi, cum quibus versabatur, testantur) homo animo elatus, quietis impatiens, nouorum verborum cupidus, insatiabili honoris ambitione incensus, proteruus & tumultuosus, vt inani animi ostentatione & falsa quadam nouitate sui nominis famam adipisceretur, adeptam latius opinionem propagaret, & propagatam ab obliuionis iniuria vindicaret, certos articulos omnium fallarum doctrinarum, quas tunc in his partibus huc & illuc dispersas esse nouerat, elegit & collegit, vt istis illecebris & lenociniis simplicium deuorumque sensus inescaret, & inescatos peruerteret; & magistri nomen vsurpans, discipulos ad se pelliceret, & pellectos seduceret vitæ religiosæ simulatione, & iis praesertim doctrina, qui à veritate auditum auerterent, & ad fabulas se conuerterent, ad sua desideria magistros coaceruant prurientes auribus.] De eodem insuper hæretico idem Hincmarus in epistola ad Hincmarum item dictum Episcopum Laudunensem, de quæ eius subdola arte in decipiendo, habet ista obseruatione digna: Dum laudari hæretici tamquam de excellenti ingenio cupiunt, quasi noua quædam proferunt, quæ in antiquorum Patrum libris non tenentur: sicque fit, vt dum videri sapientes desiderant, miseris suis auditoribus stultitiæ semina spargant. Et quoniam hoc egisse Gothescalcus in conuentu Episcopali conuictus fuit: idem Concilium (sicut scriptum est: Qui imponit stulto silentium, iras mitigat) silentium ei imposuit: mihi illum ad custodiendum commisit.] hæc ibi, quæ ad praesens Concilium spectant, Hincmarus. pergit verò cœptam historiam:

Idem Gothescalcus ordini sacerdotali à Decano Rhemensi initiatus (hæc autem promotio constitutionibus Ecclesiasticis reluctabatur) contra suam regulam monasticam suo monasterio egressus est, & disiunctissimas terras peragravit, vt suæ falsæ doctrinæ virus semper euomeret. Tandem cum in ciuitate Maguntensi Synodus coacta esset, huic interfuit, & ibi librum sui erroris Archiepiscopo Rabano obtulit. Qui ab omnibus Episcopis Germaniæ damnatus fuit, & cum litteris Synodi ad Ecclesiam Metropolitanam Rhemensem missus, cuius tunc gratia Dei habenas moderabar. Episcopi prouinciæ Galliæ Belgicæ, & aliarum prouinciarum hunc audiunt, & comperientes hunc hæreticum esse, decernunt, vt in quodam monasterio nostræ diocesis Rhemensis captiuus detineretur, quia respicere noluit, & vt etiam qui seipsum non amabat, aliis non officeret; dico expressè, nostræ diocesis Rhemensis, quamuis Sueffionensis esset. Visum autem est, quod Rhotadus nequibar illi resistere. adde quod verebatur (quia nouitatum auctor est) ne is qui recta & honesta discere noluit, vt ea doceret: colloquiis prauis istum corrumpere, & is eius vestigia sequens, à Catholica Fide deficeret. Quod autem Gothescalcus hoc in monasterio in carcerem coniectus fuit, id factum est, ne sua praua con-

* Frodo. lib. 3. cap. 13.

DE GOTHE-
SCALCO
HINCMA-
RVS AD NI-
COLAVM
PAP.MORS GO-
THESCALCI
HÆRETI-
CI.

* Prou. 26.

VIII.

Tit. 3. conuersatione alios inficeret. In eo igitur secuti sumus S. Pauli doctrinam, dicentis: **A** ^a Hæreticum hominem post primam & secundam correctionem deuita, sciens quia subuersus est, qui huiusmodi est, & delinquit, cum sit proprio iudicio condemnatus. Verum & Leo Papa de Eutyche ait: Debebat suam opinionem deferere, quia videbat sententiam suæ temerariæ stultitiæ auribus Catholicorum disillare, & non ita Antistites Ecclesiæ exacerbare, vt damnari meruerit, quam quidem condemnationem nullus poterit rescindere, si in suo peruerso errore persistat. Quod si ad doctrinam Catholicam redire voluisset: fui semper, & adhuc sum paratus, hunc ad communionem Catholicam admittere. sic enim venerabiles Episcopi stabilierunt, sicuti etiam ego illi omnia ad corporis victum necessaria suppeditari facio.

IX. Verum si vestra sapientia Catholica articulos scire velit, quos contra Fidem Ecclesiæ docere videtur, & quos ex vetere hæresi Prædestinationorum hausit (quæ primum fuit in B Africa impugnata, & postea in Francia, eodem tempore, quo hæresis Nestoriana sub Cælestino Papa, tam huius auctoritate, quam cura & vigilantia sancti Prosperi conuicta fuit) vobis ordine exponam non omnes articulos quos tuctur, sed tantum quosdam eorum, qui tamen maximi momenti sunt.

X. Dicit igitur id quod antiqui Prædestinationarij etiam dicebant: Quod sicuti Deus quosdam prædestinauit ad vitam æternam, sic etiam alios ad mortem æternam prædestinauit. Quod Deus non vult omnes homines saluos fieri, sed dumtaxat eos, qui saluantur: nam si hi omnes non saluantur, quos Deus vult saluari; non omne fecit, quod voluit. Quod si velit id quod non potest facere: non est omnipotens, sed infirmus & impotens: attamen omnipotens est, quia fecit omne quod voluit, testante Scriptura: ^b Omnia quæcumque voluit Dominus fecit, in cælo, in terra, in mari, & in omnibus abyssis. item: ^c Cuncta, ^c Domine Rex omnipotens, in ditione tua sunt posita, & non est, qui tuæ possit resistere voluntati: si decreueris saluare nos, ilico liberabimur.

XI. Quod IESVS Christus Dominus noster & Saluator non fuit crucifixus, neque mortuus est pro redemptione totius mundi, id est pro redemptione & salute omnium hominum, sed tantum pro his qui saluantur. Dicit, licet non omnino pari traditione, simili tamen errore, id quod veteres Prædestinationarij dicebant, quando hæc verba S. Petri Apostoli exponit: ^d Negantes Dominum, qui eos redemit: Redemit eos, inquit, Sacramento baptismi, nihilominus non passus est mortem Crucis, nec sanguinem effudit pro eis. Verum aperte diuinus Paulus dicit, quod perceptio baptismi vocatur, redemptio: ^e Nolite contristare (inquit) Spiritum sanctum, in quo signati estis in diem redemptionis. Et sicut hæc electio, quæ tantum propria & specialis est omnium electorum, & quam crucifixus D pius ac misericors Redemptor his tantum modo impertit, quos redemit & eripuit, & à præteritis peccatis lauit: sic certè redemit, liberauit, & à delictis præsentibus abluuit eos qui nati sunt, & qui nascituri sunt, viuos & mortuos, nimirum omnes electos. & hi rectè sunt Mundus, pro quo Dominus passus est: non secus quam alibi dixit: ^f Panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita.

XII. Insuper idem Gothescalcus affirmat: Absit velim non solum dicam cogitare, verum etiam semel musitare, quod serpens antiquus ad se rapere possit vnum eorum, pro cuius redemptione Deo Patri suo Dominus sanguinem suum pretiosum effudit. Amen. & alloquens Deum, dicit: Quare manifestum est, nullum eorum perire, qui sanguine tuæ Crucis redemptus est.

XIII. Non minus perniciosè quam audacter defendit id quod antiqui Prædestinationarij non E dixerunt, quod deitas sanctæ Trinitatis triplex sit.

XIV. Multos alios articulos omitto, quos iste & plurimi ex nostris partibus asserunt, qui veritati & integritati nostræ fidei aduersari videntur. Quos cum vestra auctoritas ab alio intellexerit quam à mea temeritate, attentius perpendet, & quid de his credendum est, citò definiet: necesse autem est, hos resolvere. Et quamuis eorum corda infania, corrupti & deprauati sensus ferueant: tamen propter metum nostri Regis orthodoxi suas impias opiniones euomere non audent; adeo vt his oculis cernamus dictum Psalmistæ adimpleri: Congregans sicut in vtre aquas maris. Nam aqua maris tamquam in vtre siue pelle coarueratur, qui amara hæreticorum scientia hodie ambitu Regni domini Caroli vestri filij continetur, eò quod sua zizania disseminare verentur. Me etiam calumniantur, & genuino dente rodunt, sed hoc patienter cum Dei auxilio feram, propterea quod breui extre-

ERRORES GOTHESCALCI HÆRETI-CI.

^b Psal. 134.

^c Esch. 13.

^d 2. Petr. 2.

^e Ephes. 4.

^f Iom. 6.

A extremum vitæ diem finiam. Quod si inter filios Dei illis licet, Deo sic finente, corpus meum affligere: meam patientiam, Deo opitulante, exercebunt. Et vbi de fide malè sentientes, se aduersarios exhibebunt: hoc aliquantulum scientiæ, quod in me est, acuent. Et quamuis me oderint: eos tamen diligam, & sic meam beneuolentiam probabunt.

Sed vt ad Gothescalcum redeamus, si vestra auctoritas ad me scribat, vt hunc carcere liberem: ad vos mittam, vt vosmetipsi huius doctrinam ad vnguem exploretis: aut hunc in manus alterius quem vobis placuerit mihi nominare, deponam. quia sicut scitis quod absolute vnusquisque non potest regulariter ordinari: sic ille qui in custodiam alicuius datus est, & in certum locum detrusus, siue monachus, siue quilibet alius regulariter viuens, sine cognitione & licentia eius ad quem spectat absolui canonicè nequit: quidquid vobis lubebit mihi imperare, omnino perficere conabor. Solum à vobis auctoritatem peto, ne mea præsumptione iudicium tot Episcoporum relinquere velle videar.

B Non enim me delectat, hunc in carcere detentum intueri, quamuis ob suam pertinacem oblationem has merito pœnas luat, sed eius perfidiam molestè fero, à qua desciscere non vult. Quod si vestræ auctoritati gratum sit, vt alicui custodiendus committatur: provideate etiam, vt is, cui tradetur, sit Catholicus, & qui in honore & pretio habeat grauitatem Ecclesiasticam, Scripturamque calleat: nam Gothescalcus non cessat totos dies integros non solum scripturas, quas ad suam voluntatem trahit repugnantes, verum etiam Doctorum Catholicorum sententias mutilatas, & à suo germano sensu detortas effutire. & eo modo in sui admirationem & æstimationem rapiebat non tantum idiotas & simplices, verum etiam mediocriter doctos, & parum prudentes, qui præferebant zelum Dei habere, sed non secundum scientiam & discretionem. Præterea non solum

C appetit videri doctor & magister eorum, qui ipsum docent: verum etiam eos qui cum eo conferunt, suis colloquiis callidè intercipere contendit. quod si nequit conuincere eos sic dixisse: obstinatè iurabit, eos inter loquendum nonnulla protulisse, quæ fortasse non dixerunt, vt verax habeatur, & hi qui illi sese opponunt, mendaces, & suæ propriæ doctrinæ contrarij.] hætenus de Gothescalci erroribus & progressu eius vsque ad Nicolai Papæ tempora, quando eam epistolam ad ipsum Hincmarum scripsit, cui & multum fuit laborandum aduersus eius longè lateque per Gallias disseminatos errores. porrd eius lucubrations aduersus eundem hæreticum, idem Frodoardus recenset his verbis ^a ex translatione è lingua Gallica:

Hincmarus ad supradictum Nicolaum Papam litteras de suæ confessione fidei, & de Apologia, quam pro fide Catholica contra errorem Gothescalci struebat, scripsit.

D Idem plurima alia in lucem edidit, & inter cetera Collectionem sententiarum Orthodoxorum Patrum, ad confutandas blasphemias istius Gothescalci, quam filiis Ecclesiæ suæ dedicauit, docens Deitatem diuinæ Trinitatis non debere dici triplicem, cum in summa Trinitate vnitas sit. Item poema eruditissimum Carolo Regi vouit, in quo agitur de gratia & prædestinatione Dei, de Sacramento Corporis & Sanguinis Christi, de modo videndi Deum, de origine animæ, & de fide sanctæ Trinitatis. & hoc opus inscripsit Ferculum Salomonis. Ita maximum volumen de prædestinatione Dei & libero arbitrio contra quosdam Episcopos reprehensores suos, & præsertim contra dictum Gothescalcum & Ratranum monachum Corbeiensis collegit & composuit. Item alium pulcherrimum librum contra eundem Gothescalcum & alios Prædestinationarios nomine Regis exarauit, & suæ maiestati his verbis scripsit: Domino Carolo Regi, &c.] hæc **E** Frodoardus. ex quibus intelligas, diu multumque decertandum Hincmaro fuisse aduersus bestiam hanc, de qua etiam suis locis inferius dicendum erit.

IESV CHRISTI LEONIS PAP. IV. LOTHARII IMP. 9. ANNVS 849. ANNVS 3. MICHAEL. III. IMP. 8.

OCTINGENTESIMVS quadragesimus nonus Redemptoris annus Indictione duodecima inchoatur, quo cum in Vrbe innotuisset, Sarracenos ex Africa, ingenti comparata classe, in Italiam ad Vrbs excidium properare: Leo Romanus Pontifex in magna constitutus angustia, quæcumque posset ad defensionem Vrbs contulit. Quænam

Annal. Eccl. Tom. 10.

F

ista

GOTHE-SCALCI CO-NATVS ET ARTES.

Frodoard. lib. 3. cap. 14.

XVI. SCRIPTA HINCMARII ADVERSUS GOTHE-SCALCVM HÆRETI-CVM.

LEO PAPA P. ARMY-NIT VRBEM AB INCVRSIONE SARRACENOR.

CHRISTI
849.LEONIS PAP. IV.
3.LOTHARII
MICHAEL. III. IMP. 8.

ista fuerint, Anastasius Bibliothecarius accepit ab huius temporis sincerissimo scriptore, A
sed non adeo expolito. Qui res gestas sic aggreditur: Tunc (inquit) de Romanæ Urbis
statu, & restauratione murorum, qui longo iam senio ac vetustate nimia fracti ac diruti
funditus videbantur, cœpit cum I E S V Christi Domini tractare consultu; ne si diu sub
hac negligentia siue obliuione consisterent: esset, Domino permittente, vt facilius ab ho-
stibus capi, aut forsitan expugnari potuissent. Ideo ne hoc in futurum malum fieret, om-
nes prænominatæ muros ciuitatis Romanæ, duodecima instante Indictione, renouari,
atque ad priorem cultum decusque reduci tota mentis alacritate curauit. Et non solum
muros, quos diximus, celeri fieri agilitate præcepit, sed & portas, quibus omnis sæpè clau-
ditur ciuitas, nouo cultu, lignisque præualidis ob inimicorum metum atque terrorem re-
ædificari festinantius iussit. Quæ denique omnia vt citò fierent, & ad effectum, deco-
remque perducerentur: præfatus vir Apostolicus indefinenter, non solum equo residens, B
verum etiam suis pedibus propriis per muros & portas cum suis fidelibus discurrebat,
quatenus in restauratione eorum nulla mora aut dilatio esset exorta.

I I. Quapropter, vt antea dictum est, inter cetera, maximam de Romana Vrbe curam &
solicitudinem venerandus Pontifex gerens, vndique ad nouum melioremque cultum
per cuncta deducens: quindecim ab ipso solo turres, quas funditus dirutas per circuitum
Vrbis reperit, nouis fabricis restaurari præcepit; quarum denique duas iuxta Pœntensem
portam ita prudenter ac sapienter venerabilis Præsul ab ipsa ora Tiberis, id est iuxta ri-
pam Tiberis fluminis reædificare disposuit, cum nullus prius hominum cogitare vel
considerare valebat, quia per hunc locum non solum naues, verum etiam homines pedi-
bus ingrediebantur. Nunc autem vix vquam per eam parua nauicula introire vale-
bunt. Et hoc propter futurum hostium Sarracenorum periculum, & salutem Romanæ C
Vrbis factum est. Ipsas igitur turres non solum lapidibus, sed etiam ferreis muniti cura-
uit catenis, quatenus, nisi necessitas fuisset, per eundem locum nulla valeat nauis per-
transire. quod nouiter opus constructum Romanæ Vrbis defensionem præstat. quod vi-
dentibus non modicum sed grande miraculum præstitit, quanta cum sapientia & subtili
prudencia & sedulitate peractum est.]

III. Quod verò satis idem Pontifex sciret, quod nisi Dominus custodierit ciuitatem,
frustra vigilant qui custodiunt eam: inter hæc ad diuinum auxilium per sanctos Marty-
res promerendum sollicitus fuit, in quibus magis confidens quam in copiis militaribus,
eos ex cœmeretiis erutos intra Urbem inuexit ad custodiam ciuitatis. memoria repetens
Sanctorum victorias quas scripsit Paulus ad Hebræos: b Sanctos per fidem vicisse regna,
fortes factos esse in bello, castra vertisse exterorum, & alia quæ sequuntur. Bibliotheca D
rius igitur sub hac eadem duodecima Indictione, vbi de restauratione murorum narra-
tionem habuit, ista mox subiicit: Ipse verò à Deo protectus beatissimus Pontifex multa
corpora Sanctorum, quæ diu occulta iacuerunt, summo studio, summoque cordis af-
fectu ad honorem omnipotentis Dei intra huius Romanæ Vrbis mœnia mirificè con-
gregauit. Nam & corpora sanctorum Martyrum Quatuor Coronatorum solerti cura
inquirens reperit. Quorum desiderabili amore basilicam, quæ in honorem Sanctorum
fuerat Domino consecrata, quam ipse antequam ad Pontificij ductus est apicem, pru-
dentissimo moderamine rexit, quæ per olitana curricula temporum quasiata vetustatis
defectu, & penitus contracta diuturna antiquitate videbatur & conuulsa, supernæ vir-
tutis anteuente clementia, in splendidiorem pulchrioremque statum à fundamentis ex-
truxit, & ad laudem omnipotentis Dei ipsorum sacratissima corpora Claudij, Nico-
strati, Symphoriani, atque Castorij, vnà cum Simplicio, necnon Seuero, Seueriano, Car-
pophoro, & Victorino, quatuor fratribus: verum etiam Marthæ, Marij, Audifacis, &
Abacum, necnon Felicissimi, Agapiti, & Hippolyti cum suis * famulis numero viginti-
nouem, Aquilina, Prisco, Arseo, Aquino, Narcisso, Marcellino, Symmetrio, Candida
atque Paulina, Anastasio & Felice, Diogene & Liberali, Festo, Marcello, Exuperan-
tio, Pudenciana, Benedicto, Felice & Benenato . . . sub sacro altare recondidit cum
aliis multis, quorum nomina Deo sunt cognita.

IV. Sed & in eo idem Leo pariter admirandus, quod licet ob mœnium instaurationem
summa grauaretur impensa, & instantis belli occasione ad alendos milites custodes Vr-
bis plurima pecunia indigeret: tamen nulli pepercit impensæ in exornandis Sanctorum
Ecclesiis, præcipue verò illa quæ fuerat ipsius titulus, in quam tot sanctorum Martyrum
intule-

IN VNITIO
SUPER TI-
BERIM.

INSANCTOS
CONSECTA
FIDUCIA.
b Heb. 11.

CORPORA
SS. TRANS-
LATA IN
VRBEM.

*familiis

IV.
Nihil
Præter-
missum ad
ornatum
Ecclesiæ
VRB.

CHRISTI
849.LEONIS PAP. IV.
3.LOTHARII
MICHAEL. III. IMP. 8.

A intulerat ossa. Nam audi, quæ mox his Anastasius subdit: Super quod altare eiusdem Ec-
clesiæ ad gloriam Creatoris miro opere miræ pulchritudinis fecit Ciborium ex argento
purissimo, aureo superinducto colore, cum gemmis prasinis & hyacinthinis, pensans li-
bras trecentas tredecim & semis. Insuper obtulit in eadem Ecclesia vela rubea, quæ pen-
dent in circuitu altaris numero quatuor.] sed & quæ aliis dedit Ecclesiis sic subdit: Itemq;
in Oratorio S. Barbaræ, quod constructum est intra Ecclesiam S. S. Quatuor Coronato-
rum, coronam de argento pensantem libras duodecim; necnon in eodem Oratorio ob-
tulit gabathas de argento decem, pensantes libras. . . Fecit & vestes de fundato tres, ha-
bentes in medio Cruces cum gammadiis, & vela duodecim.

Prædictus verò Pontifex fecit in basilica B. Stephani Pontificis via Latina, milliario V.
tertio, vestem de fundato cum Cruce in medio, & vela sex, vbi super obtulit patenam
B cum calice modico, pensante libram vnã & semis.] Subiicit ea quæ obtulit basilicæ
Apostolorum, quæ nos vnã cum aliis ornamentis eidem ab ipso collatis recensuimus,
atque mox addit: Ibi etiam in Oratorio B. Gregorij Confessoris atque Pontificis, fecit
vestem de fundato cum gammadiis & Cruce de argento texta. Similiter in Oratorio
beati Pastoris martyris fecit vestem pari modo de fundato. Necnon in Oratorio beatæ
Dei Genitricis, quæ est posita in Ambone, eodem modo fecit vestem vnã, & in Orá-
torio sanctæ & super exaltatæ Crucis fecit vestem similem; necnon in Oratorio, quod po-
situm est ad Fontem, fecit similiter vestem & vela de quadraplo.] & quo ordine cuncta
sunt facta recensens, mox subiicit ista:

Iplè verò venerabilis & præclarus Pontifex fecit in Ecclesia S. S. Quatuor Coronato-
rum super altare maiori vestem de fundato cum Cruce in medio & gammadiis, in gy-
ro listam de fundato. Vbi supra in Oratorio S. Barbaræ similiter vestem fecit de funda-
to. Et in Oratorio S. Sixti similiter vestem fecit vnã. Et in Oratorio S. Nicolai similiter
fecit vestem cum aquila, necnon cortinam habentem Crucem in medio, & in gyro li-
stam de fundato miræ magnitudinis. Similiter in Ecclesia quam fundauerat obtulit pa-
tenam ex argento purissimo, aureo superinductam colore cum Crucis trophæo, Salua-
torisque effigie, sanctæque Dei Genitricis & SS. Apostolorum, pulchro schemate decora-
tam, pensantem libras septem: similiter & calicem auro perfusum, Euangelistarum ha-
bentem iconam, & Crucem, pensantem libras quatuor; necnon de argento purissimo cum
cantharum deauratum, in quo signaculum in circuitu expressum cernitur Crucis, cum
Prophetarum effigiis, beatissimique Stephani primi martyris icona. Verumtamen &
thuribulum ex argento mundissimo . . . gabathas ad nitorem ipsius venerandæ basilicæ
deauratas, pensantes pondus duarum & semis librarum. His omnibus ita gestis, ornavit
D Confessionem sacri altaris cum tabulis argenteis, pensantibus libras nonaginta, & San-
ctorum effigies decorauit. Super quod etiam obtulit regnum de argento purissimo cum
pretiosissimis gemmis, habens in medio Crucem, quod vsque nunc super idem altare
pendere conspicitur. ibi etiam obtulit vela de fundato quadraginta tria. Ipse verò læ-
pius memoratus præclarus Antistes superno inflammatus amore obtulit in monasterio
S. Siluestri, sanctique Benedicti, & S. Scholasticæ, quod nuncupatur Sub Lacu, vestes
de fundato tres, & vela similiter de fundato septem.] ita quidem sicut Martyrum, ita &
Confessorum concilians sibi aduersus Sarracenos auxilium. Nec sefellit eum spes; siqui-
dem qui confidit in Domino, sicut mons Sion (vt scriptum * est) non commouebitur
E in æternum, qui habitat in Ierusalem: montes in circuitu eius, & Dominus in circuitu
populi sui.] quod declararunt euenta.

Anastasius recensitis, quæ hoc anno ab eodem Pontifice facta sunt, de his quæ spectant
ad Sarracenos eiusmodi mox subiicit orationem: Sic igitur quæ inter cetera per sanctis-
simi Præsulis assiduas preces & lacrymas, Domino exaudiente, duodecima itidem insti-
tente Indictione, mirabiliter acta vel gesta sunt, non inutiliter agimus, si ob æternam
memoriam huic opericulè clarius inferere studeamus, vt quantæ sanctitatis in hac ærum-
nosa vita vir iste extiterit, præsentis atque futuri facilius cognoscant.

Denique post nefandam & lugubrem, omniq; plenam miseria Sarracenorum depræ-
dationem, quam in primo Ecclesiarum omnium capite, sancta scilicet Romana Ecclesia,
hortatu diabolico peregere: voluerunt iterum ipsi Satanæ filij similia in Romanos fines,
& in Ecclesiam beatissimi Apostoli Petri, vt olim damna inferre, & deinde ad loca vnde
fuerant egressi victores remeare. Sed cura & studio summi vigilante Pastoris minime
perfi-

Annal. Eccl. Tom. 10.

F 2

perfi-

perficere potuerunt. Tamen vt fideles in Domino ampliùs, & fideiores verè existant, & illius signa ac veneranda miracula veteribus similia nouiter emanasse non dubitent: à principio nunc recensendum est, quid de eis diuina, eodem tempore, misericordia mirabiliter egerit, quantis miseris & calamitatibus gens illa meritò protracta dilapsa sit.

IX.

Quamobrem pristinum reminiscens lucrum, & prædam quam fecerant multiplicatam: iterùm peruersorum hominum manu, multisque cum nauibus ad Urbem expugnandam, duodecima Indictione vigente, venire crudeliter decreuerunt. Multisque etiam diebus in loco qui dicitur Torar . . . iuxta insulam Sardiniam demorati sunt. A qua digressi ad Romanum Portum, Deo illos non adiuuante, venire conati sunt. Quorum iniquus & nefandus aduentus Romanis non mediocriter terrori fuit. Sed quia Ecclesiam suam Deus omnipotens semper inuiolatam custodiuit, & custodire non desinit: excitauit inter ceteros omnium Neapolitanorum, Amalphitanorum, Caietanorumque corda, vt vnà cum Romanis contra eos insurgere, & dimicare fortiter debuissent. Mox etenim è locis propriis egressi contra Sarracenos inutiles, ipsi cum nauibus coniunxerunt: suumque repente aduentum beatissimo Leoni I V. Pontifici notum fecerunt; & quòd ob nullam rem se venisse aliam sunt professi, nisi vt de Paganis, Domino auxiliante, victores existerent.

NEAPOLITANI, AMALPHITANI, ET CAIETANI CLASSE SVBVENIUNT VRBI.

X.

Tunc demum venerabilis Papa aliquantos ex eis priùs ad se Romam venire præcepit, volens adedò specialiter scire, si eorum pacificus esset aduentus, vel non, sicuti & factum est. Inter quos tunc filius Sergij magistri militum, qui erat ordinatus super exercitum, nomine Cæsarius, aduenit. Quos benignè in palatio Lateranensi suscipiens, causam pro qua aduenerant, inquisiuit. Illi autem ob aliud non se venire testati sunt, nisi ob hoc quod superiùs legitur exaratum. Quorum pius Apostolicus credens verbis, cum magno armorum procinctu mox in ciuitatem Ostiam properauit, omnesque Neapolitanos grandi & eximia deuotione suscepit. Qui vt summum Præfulem conspexerunt, pedes eius humi prostrati venerabiliter sunt osculati, gratiasque omnipotenti Deo altithrono retulerunt, quia ad se confortandos talem dirigere decreuisset Antistitem. Qui vt meliores de filiis Belial victores existerent, summopere eum deprecati sunt, vt de suis sacris manibus Corpus Dominicum percipere meruissent. Quibus ore suo Pontifex Missam in Ecclesia beatæ Aureæ decantauit, atque vniuersi ex illius, vt dictum est, manibus, communionem sumpserunt. Et antequam hæc fierent, vsque ad præfatam Ecclesiam cum hymnis & litanis, canticisque præcipuis simul cum ipsis Neapolitanis, Christo adiuuante, profectus est. In qua etiam flexis genibus Altissimum deprecatus est, quatenus orationibus sanctis ipsos Christianorum hostes in manus resistentium tradere dignaretur. Super quos etiam multis cum lacrymis hanc orationem obtulit, dicens:

LEO PAPA AD OSTIAM TIBERINA DESCENDIT

XI.

ORATIO QVA LEO BENEDIXIT AUXILIARIIS CORPIS.

Deus, cuius dextera B. Petrum ambulanti in fluctibus, ne mergeretur erexit, atque B. Paulum teritiò naufragantem de profundo pelagi liberauit: exaudi nos propitius, & concede, vt amborum meritis horum fidelium vestrorum brachia contra inimicos sanctæ tuæ Ecclesiæ dimicantia omnipotenti dextera tua corroborentur, & conualescant: vt de percepto triumpho nomen sanctum tuum in cunctis gentibus appareat gloriosum. Per Dominum nostrum IESVM Christum filium tuum, &c.

XII.

PYGNA CHRISTIANORVM CVM SARRACENIS.

Die verò altera, postquam à iam dicta ciuitate venerabilis Præsul reuersus est: ipsi scelerum focij & participes iuxta litus maris Ostiensis multis cum nauibus apparuerunt. Contra quos Neapolitani impetum facientes dimicare fortiter voluerunt, & vulnerauerunt aliquantos ex illis, & iam inde triumphum acceperunt, nisi vnum citius impedimentum accidisset: nam cum in inuicem attentius dimicarent: subito tam validus & vehemens excitatus est ventus, qualem quis his temporibus meminisse non valeat. qui vtrorumque naues confestim diuisit. Naues Sarracenorum veniebant vsque ad oram maris; deinde vento flante, mareque eleuato procellis dispergebantur; & iterùm post aliquantum contractis viribus reuertebantur. Dominus enim omnipotens (vt pro certo credimus) hunc ex thesauro produxit ventum, qui ad nocendum foras minimè permitteret illis exire.

XIII.

Super his nouis miraculis, quæ licet immeritis diuinitas ostendere ac demonstrare nostris dignata est temporibus, semper collaudanda & glorificanda est veri Dei nostri clementia; qui eos ad locum quem desiderabant tantum permisit aspicere, & tamen ne capere possent, virtutis suæ potentia longius expulit: multosque postea per intercessio-

A cessiones & merita Apostolorum Petri & Pauli non tantum maris profunditas, verum etiam famis & gladius indefinenter extinxit. Ex quibus per quasdam insulas nostras fame laborantes plurimi à nostris hominibus interfecti sunt. Ceteros autem veritatis causa ac testimonij viuos comprehendentes Romam duxerunt. quorum Romani proceres, ne nimis multiplicatus eorum numerus videretur, multos prope Portum nostrum Romanum in ligno suspendi iusserunt. Aliquantos verò nos ferro constrictos viuere iussimus pro hac solummodo causa, vt spem nostram quam in Domino habemus, & eius ineffabilem pietatem, necnon & propriam tyrannidem ipsi scire valerent. Qui post hæc ne otiosè & sine angustia apud nos viuerent, aliquando ad murum, quem circa Ecclesiam S. Petri habebamus incæptum, aliquando pro diuersa artificum opera, quidquid necessarium videbatur, per eos onera iubebamus deferri.] hucusque de his Anastasius.

SARRACENI DIVERSIS MODIS PERIERE.

B

Mutatio ista dextera Excelsi: Dixerat insaniens inimicus, a Persequar, comprehendam, diuidam spolia, implebitur anima mea: Euaginabo gladium meum, interficiet eos manus mea. Sed, Flauit spiritus tuus, & operuit eos mare, submersi sunt quasi plumbum in aquis vehementibus.] aliquibus residuis ad grauiora supplicia subeunda, vel ad triumphum & gloriam Apostolorum referuatis. Sic vltus est Deus Sanctos suos, qui, ne quid sibi sumeret homo, quod totum est suum, gloriæ vel honoris, noluit per auxiliares copias confici hostes & plenam obtineri victoriam: ipse eos vento diremit, ac vento tantum pugnavit in hostes, vento disperfit, ventoque merisit, atque vento fecit esse captiuos. ita ista omnia ille qui imperat vento & mari, qui licet dormiens in nauicula aliquando visus est nostra non curasse discrimina, cum sciuit in Sancta sua inualescere inimicum; tamen haud dubium, Petri & aliorum Apostolorum rursus excitatus clamoribus, vento & mari imperans, retorfit fluctus in hostes.

XIV. Deut. 15.

C

Non semel enituit potentia Principum Apostolorum in liberanda ab hostibus Urbe: nam etsi quandoque delicta ciuium diuinam prouocauerint vltionem, iisdem vti filius flagellatus & emendatus, mox Deus in hostes flagra asperiora conuertit, secundum illud Dauidicum: b Inimicos eius induam confusione; super ipsum autem effloreat sanctificatio mea.] Magna certè in hæc istis confusio, cum qui hactenus extiterunt vbique victores orbis, iamque ante triennium potiti ipsi eorumdem Apostolorum basilicis, elarimente, videbantur aduersus Sanctos ipsos, immò sanctorum Principes fuisse potentes: modò ex iisdem, aliis absorptis fluctibus, suspensio consumptis aliis, qui residui fuere, loco magni ducebent beneficij, si ad munimentum basilicæ S. Petri, quam spoliauerant & profanauerant, serui operarij loco infimo inseruient ferreis onusti vinculis, iugiter sub neruo gementes. Ita planè vlciscente Deo, secundum Propheticum illud, in hostes suos, qui insiliunt in Ecclesiam suam, semper acciderit: c Omnes qui comedent te deuorabuntur, & vniuersi hostes tui in captiuitatem ducentur, & qui te vastant, vastabuntur, cunctosque prædatores tuos dabo in prædam.] licet ad tempus ob peccata ipsius visus sit Deus irasci in populum suum.

XV. b Psal. 131.

D

Sed maiori adhuc ista admiratione recolui de mœnium facta ædificatione per hostes Mahometanæ perfidiæ sectatores, cum diebus nostris, meis conspexi oculis rursus Mahometanos eidem operi, in ædificatione eorumdem murorum ambiencium basilicam Vaticanam adscriptos. Cum videlicet obtenta illa ingenti, ac planè admirabili, famosissimaque aduersus Turcas nauali victoria, captiuos Turcas quos accepit in partem sanctæ memoriæ Pius Quintus Romanus Pontifex, auctor sancti fœderis, ad perficiendum opus munitionis quod inchoauerat eius prædecessor Pius Quartus, in catena cæmentariis seruire coëgit. Vidi inquam, & ad ista memoriam reuocans, illud Dauidicum exclamaui: d Venite & videte opera Dei terribilis in consilijs suis super filios hominum.] Quàm admirabili prouidentia sua est operatus (quod stultè Ethnici fatale dixissent) vt ad ædificationem mœnium sancti Petri semper captiuos, ferro vincos Mahometanos seruientes in cophinis, ob gloriam Apostolici culminis adhibuerit. Vt planè quibusdam velut lineamentis significaret, non ex eorum potentia esse quòd regnant, sed propter peccata nostra: nam si nos quod esse deberemus, essemus, secundiùm Psalms illud accideret: Si e populus meus audisset me, Israël si in vijs meis ambulasset, pro nihilo forsitan inimicos eorum humiliassem, & super tribulantes eos misissem manum meam.] cogeretque dominantes populis seruire nobis, perfidosque Mahometanos suo experiri iterùm damno, quàm periculosè in petram impingant, qui sibi visi essent,

SARRACENI AD OPVS FABRICAE DAMNATI. c Ierem. 30.

XVI.

E

Annal. Eccl. Tom. 10. F 3

XVII. sent, expugnato iam propè vndique orbe, de omni ferè gente reuexisse triumphum. A Porro de rebus tunc gestis idem Pontifex Leo scripsit epistolam ad Lotharium Imperatorem. non extat ipsa quidem integra, sed tantùm ex ea fragmentum huiusmodi apud Gratianum a his verbis: Igitur cum sapè aduersa à Sarracenorum partibus perueniant nuntia: quidam in Romanum Portum Sarracenos clam furtiueque venturos esse dicebant, pro quo nostrum congregari præcepimus populum, maritimumq; ad litus descendere decreuimus. Et egressi sumus Roma, &c.] hucusque ibi. Cui quidem capiti aliud mox subnectitur istis verbis b:

XVIII. Scire vos oportet, quòd numquam ab aliquibus nostros homines sinimus opprimi, sed si necessitas vlla occurrerit, præsentialiter vindicamus, quia nostri gregis in omnibus vltiores esse debemus, & præcipui adiutores.] hæc Leo ad eundem Imperatorem: Sed & constat aliam dedisse epistolam ad Francorum exercitum, cum strenuè eum aduersus B. Sarracenos pugnare hortatur verbis istis c:

XIX. Qui timore ac tremore deposito contra inimicos sanctæ fidei & aduersarios omnium religionum agere viriliter studete. Nouit enim Omnipotens, si quilibet vestrum morietur, quòd pro veritate fidei, & saluatione patriæ, ac defensione Christianorum mortuus est: & ideo ab eo præmium cæleste consequetur.] hæc ibi. atque de his hætenus.

XX. Inter hæc autem fertur, quòd Lotharius Imperator agens litteris apud Leonem Romanum Pontificem, inter alia ab eo impetrauerit pallium pro Hincmaro Archiepiscopo Rhemenfi, & singulari (vt audies) prærogatiua. de his enim ista Frodoardus d habet: Hincmarus ob sanctitatem & prudentiam colendus, Imperatoris Lotharij postulatione à Papa Leone IV. pallium in vsum quotidianum accepit, licet ad eum iam vnum mississet, quo diebus solemnibus sibi præscriptis vteretur. Hanc ob causam idem Leo Hincmarum sua epistola monuit, se nulli vquam antea Archiepiscopo vsum ordinarium & quotidianum pallij concessisse, nec in posterum vlli vquam concessurum.] hæc Frodoardus. At Nicolaus Papa de his Hincmarum, vt mendaci rescripto vtentem redarguit, vt suo loco dicitur.

XXI. Hoc eodem anno, audiens Leo Papa in Britannia minori Nomenoium dirum infurxisse tyrannum, qui à Carolo Francorum Rege eam curare prouinciam fuerat missus, vastareque simul humana atque diuina, expellereque pro animi furore ab Ecclesijs suis Episcopos: litteras ad eum commonitorias scripsit, quæ licet non extent, tamen earum mentio fit in Synodali epistola ex Concilio Turonenfi ad eundem tyrannum tunc missa, cum eadem ex causa dicta Synodus est celebrata.

XXII. Hoc enim anno (vt accepimus ex veteribus fragmentis rerum Francorum à Frontone Ducæ ad nos in Urbem missis) eiectis à Neomenio, siue potiùs Nomenoio Duce Britonum Episcopis, Nannatensi, Redonensi, coacta est Synodus a Landrano Archiepiscopo Turonenfi & alijs inferiùs nominandis.

Ante hæc autem de his admonitus Leo Romanus Pontifex, studuit (vt par erat) Apostolicis litteris ad meliorem frugem reducere hominem perditissimum. Sed frustra conatus: etenim eò superbiæ & arrogantiæ elatus iste, eas contemnens, nec accipere quidem voluit. Cuius contemptus Apostolicæ Sedis vindices exurgentes Francorum Episcopi vigintiduo simul conuenientes, ad eundem tyrannum litteras scribentes, ipsum ob id potissimum acerrimè redarguere, excommunicationem comminantes. Extant ipsorum litteræ apud Lupum Ferrariensem Abbatem memoria dignæ, e quæ sic se habent ex ipsorum conuentu scriptæ, vt puto, ab eodem Lupo adhuc monacho, qui inhærebat tunc E suo Episcopo Senonenfi Gueniloni:

XXIII. Landranus Turonum Metropolitanus Episcopus, Dodo Andegauorum, Aldricus Cenomanorum Episcopus, Guenilo Senonum Metropolitanus Episcopus, Heriboldus Antisidori Episcopus, Prudentius Tricassinorum, Agius Aurelianorum, Ercanradus Parisiorum, Hucbertus Meldorum, Elias Carnutum, Herimannus Niuernorum, Hincmarus Rhemorum Metropolitanus, Himmo Nouiomagi, Pardulus Lauduni, Rhoradus Suesfionum, Gilmeradus Ambianorum, Erpoinus Siluaneçi, Hermenfridus Bellouacorum, Paulus Rothomagi Metropolitanus Episcopus, Saxoboldus Saiorum Episcopus, Freculphus Lexouiorum, Vualfridus Baiocentium Nomenoio Priori gentis Britannicæ salutem quæ est in Christo I E s v Domino nostro.

Dominus quidem Deus occulto, iusto tamen iudicio permisit esse te rectorem gentis tuæ.

EX LEONIS EPIST. AD LOTHAR. IMP. 23. q. 8. c. 3.

PALLIUM AD VSUM QUOTIDIANVM CONCESSVM ECCLESIAE RHEMENSIS. d Frodo. lib. 3 cap. 9.

XXII. SYNODVS TYRONENSIS ADVERSVS DVCEM BRITONVM. NOMENOMIUM.

Lup. Ferrar. epist. 84.

A tua. In quo tamen regimine qualem te exhibueris, testis est conscientia tua, & amara querimonia diuersarum Ecclesiarum, & afflictiones nobilium & ignobilium, diuitum & pauperum, viduarum & orphanorum, quos damnabili cupiditate, & horribili crudelitate vexasti. Sed quia Christianum nomen non penitus abiecisti, & nos ex Apostolica successione debitores sumus omnibus, vt bene agentes ad perseuerantiam exhortemur, delinquentes autem ad poenitentiam auctoritate diuina prouocemus: vehementissimè tuis excessibus condolemus, & à tuo interitu paterna & Episcopali sollicitudine te cupimus reuocare. Cupiditate tua vastata est terra Christianorum, templa partim destructa, partim incensa cum Sanctorum ossibus, ceterisque reliquijs, possessiones Ecclesiarum, quæ fuerunt nota fidelium redemptio animarum, patrimonia pauperum illicitè in tuos vsus reducta, hereditates nobilium ablate, & maxima multitudo hominum & interfecta, & seueritate oppressa; rapinæ crudelissimæ perpetratae, adulteria, & corruptiones virginum passim commissæ, Episcopi legitimi sedibus proprijs expulsi, & (vt mitiùs loquamur) quia dicere nolimus, fures & latrones, mercenarij introducti. Patroni nostri beati Martini quondam dicecesis, ex qua vos esse negare non potestis, violata; omnes postremò Ecclesiastici ordines perturbati, quod nimis dolendo, & compatiendo dicimus.

Satis hæc ad tuam perditionem sufficiebant, sed ad cumulum malorum auxisti temeritatem, & omnem læstisti Christianitatem, dum Vicarium beati Petri Apostolicum, cui dedit Deus primatum in omni orbe terrarum, (preuisti. Cum enim eum postulasses, vt in libro suo te scriberet, & pro te Dei clementiam exoraret, & ille directis litteris, se id facturum promississet, si se momentem obedienter audires: non solùm nihil eorum quæ mandauerat, fecisti, sed ne litteras quidem ipsas receperisti. Et quia nolebas à malo desinere, timuisti bene monentem audire. In eo igitur læstisti Apostolos, quorum est princeps Petrus; læstisti Episcopos, qui iam cum Deo regnant in cælis, & miraculis coruscant in terris; læstisti & nos, qui etiam non habemus eorum meritum, idem tamen diuina gratia posfidemus officium.] Hæc audiant qui litteras Apostolicas retinent, atque earum executionem quouis colorato prætextu eludentes impediunt, quàm enormiter peccent; & quàm grauitè delinquant, qui quod Patres ad eò detestati sunt etiam in tyranno, defendunt in pijs Principibus duplo peccantibus: siquidem sciens a & non faciens voluntatem a Luc. 12. domini sui vapulabit multis. pergunt Patres:

Nuper etiam excipiens Lambertum, quem Ecclesia materna pietate ex aliqua parte receperat, ea scilicet conditione, vt se corrigeret, & mala solita perfectè declinaret: fecisti te participem, immò auctorem perturbationis populi Christiani: eum enim amator pacis dominus noster Rex etiam ad suam suasionem remouerat à finibus tuis, & alijs honoribus decorauerat; & nunc eum rebellare conantem, velut in gremium recepisti, & vt in malo proficiat fauere non desinis. Iube afferri libros tuos, & in eis comminante Dominum b audies: Impio præbes auxilium, & his qui oderunt, amicitia iungeris; & non solùm qui faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus, dignos esse morte inuenies. Nec ignoras quòd certi fines ab exordio dominationis Francorum fuerint, quos ipsi vendicauerunt sibi, & certi quos petentibus concesserunt Britannis. Quomodo ergo despicias legem Dei, quæ præcepit, ne transgrediaris terminos, quos posuerunt patres tui? & terram Francorum iniuste tibi defendere conaris? Nec formidas illud: c Maledictus qui transgressus fuerit terminos proximi sui? O quid facturus es in die magni Iudicij, cum tibi reddenda erit ratio de tuis annis, mensibus, horis, momentis! Et hoc erit celeriter. Verum est enim quòd iuuenis possit citò mori, sed senex diu non possit viuere. Ante te prolixum fuit, secutum post te quoque Deo certum est quantum durabit. pro hac vita breuissima noli tibi semperpiternam miseriam comparare.

Ne si deponas persuasionem alienorum, oppressiones omnium, societates perditorum, & recipias admonitionem Sedis Apostolicæ, nostræque vnanimittatis, non tibi prodesse fides, nec quæcumque pietas, aut bona opera. quod Saluator dicit: d Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in Regnum cælorum. Cogita quid mereatur qui scandalizauerit vnum de pusillis: & ita poteris colligere quàm ingentem sis perlaturus, nisi respueris, damnationem, qui partem maximam populi Christiani grauissimè perturbasti. Quamobrem monemus te, obsecramus, obtestamurque tuæ salutis cupidi, ponere finem malis tuis: conuertere ad Dominum, cuius nemo nostrum potest effugere iudicium.

GRAVISSIMATYRANNI SCILICET RA.

XXIV. QUAM GRAVESCIVS SIT CONTEMPTVS LITTERARVM ROM. PONT.

XXV. DE LAMBERTO REBELLI RECEPTO. diuinos, 2. Par. 19.

Deut. 17.

XXVI. NEC FIDES NEC OPERA PROSVNT BONA SINE OBEDIENTIA SEDIS APOSTOLICAE. d Matth. 7.

CHRISTI LEONIS PAP. IV. LOTHARII IMP. 9. MICHAEL. III. IMP. 8.

cium : Fac fructus dignos poenitentiae, hoc est, quia granditer deliquisti, granditer bona A exerce, vt non solum non torquaris cum diabolo & reprobis in inferno; verum etiam gaudeas cum Deo & electis eius in caelo. Id quoque tibi pollicemur, quia si te Deo restitueris: apud eum intercessores pro peccatis tuis esse cupimus, & apud pium Principem nostrum, vt tibi tuaeque posteritati benignè consular, conabimur obrinere.

XXVII. Maximum reatum te contraxisse scimus, quod epistolam Sedis Apostolicæ respuisti, existimans aliqua in ea tibi noxia contineri. Sed quod exemplar eius Venerabilis Papa nobis dignatus est dirigere: notum tibi facimus, nihil in ea contineri quod ad tuam pertineat læsionem. Et propterea parati sumus, si vis, secundò Legatum Sedis memoratæ cum scriptis toti mundo venerandis dirigere. Quod si eum non receperis: nos qui monuimus, excusabiles erimus. Sin autem receperis, & auscultaueris: & Dominum & B. Petrum propitios, & nos habebis in fide coniunctos, & intercessores proficuos. Si verò nos benignè B momentes contempseris: certum tibi sit, numquam tibi futurum locum in caelo, & citò non futurum in terra, quod tua culpa separatus ab Apostolica & nostra societate anathematis ultione, locum habebis (quod auertat Deus) in tartaro. Hæc etiam per tuum ministerium denuntiamus Lamberti hominibus, & quibuslibet gentis tuæ: quod si communicauerint ipsi, & rebellioni eius consenserint, anathemate condemnabuntur, & traditi Satanæ, sine fine peribunt. Conuersos autem recipimus, & in pace Christiana permanere optamus, atque pro eis parati sumus domini nostri Regis clementiam, quantum possumus flectere.] hucusque Synodales litteræ Episcoporum.

XXVIII. Ceterum cum impio Nomenoio haud diutius fuit agendum, ipso Deo vindice causam citius dirimente, cum impium de medio sustulit exitu repentino anno sequenti, de quo hæc tantum scripta reperimus in Chronico Engolismensi: Anno octingentesimo C quinquagesimo, iubente Domino, Nomenoio ab Angelo percussus interit.] hæc ibi.

XXIX. Eodem anno in Anglia occisus asseritur sanctus Vulstranus nepos duorum Regum Merciorum. de cuius sanctitate caelestia non defuere miracula indices. Nam de loco ubi innocenter occisus est, columna lucis vsque ad caelum porrecta omnibus loci illius incolis per dies triginta stabat conspicua.] hæc Matthæus Vuestmonasteriensis hoc anno. Quo pariter ex Vrbe, ab Ecclesia sanctorum martyrum Petri & Marcellini eleuatum corpus sanctæ Helenæ Constantini Magni matris, per Theagisum monachum fuisse translatum in Gallias, & in diœcesi Rhemeni collocatum, auctor est Sigebertus in Chronico. Sed de eius corpore inter Latinos & Græcos antiqua est controuersia, vbi sepulchrum fuerit. Veneti insuper illud ab Oriente delatum, possidere se gloriantur, quod & digno cultu prosequuntur. D

IESV CHRISTI LEONIS PAP. IV. LOTHARII IMP. 10. ANNVS ANNVS MICHAEL. III. IMP. 9. 850. 4.

I. OCTINGENTESIMVS quinquagesimus adest Redemptoris annus, decimatertia Indictione inchoata, quo Dei Ecclesia Catholica Martyribus Cordubensibus mirificè illustrari cœpta est, iisdemque stylo S. Eulogij æquè martyris nobilitatis. Vbi erat cubile draconum, vbi iniqua erat Sarracenorum Regni sedes, illic flores apparuerunt: sanguine siquidem Martyrum irrigata germinauit, & exultauit lætabunda, & laudans. vt E hac ex parte Cordubensis felix Ecclesia præ ceteris orbis Ecclesiis fuerit illustrata, vt pote quæ sola inter inimicos magna constantia vexillum confessionis erexit. Cum enim in Asia, Africa, & Europa dominaretur gens perfida, Christianis infensa, & omnes dura diraque premerentur seruitute, & religionis cultum graui pensatione tributis redimerent, iam inueterati inter inimicos, cum his qui oderant pacem videbantur iam esse pacifici, satis sibi esse iudicantes, si adire suas possent Ecclesias, & suos qui præsent gregi haberent Episcopos, licet innumera in Christianam religionem quotidie illata paterentur opprobria, audirentque blasphemias subsannantium infidelium, quæ tamen miseri tolerarent inique: Ast qui non venit eiusmodi pacem b mittere sed gladium, zelo læsi numinis excitauit corda multorum æstuantium illius ignis incendio, de quo Saluator: Ignem c veni mittere in terram, & quid volo nisi vt accendatur? qui & eius luminis claritatè, quæ esset Dei

CORDUBENSIS ECCLESIA NOBILITATA MARTYRIBVS.

Math. 10. Luc. 12.

CHRISTI LEONIS PAP. IV. LOTHARII IMP. 10. MICHAEL. III. IMP. 9. 850. 4.

A Dei voluntas bona, beneplacens, & perfecta intelligentes secundum illud Propheticum: De a excelso misit ignem ossibus meis & erudiuit me.] atque dicentes: Opprobria b exprobrantium tibi ceciderunt super me.] eosdem armatura c Dei indutos, galea salutis tectos, fidei scuto munitos, potentes gladio spiritus, aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiae in caelestibus pugnatos eduxit in campum ille ipse qui dixit: d Confidite; ego vici mundum.] Quæ d Ioan. 16. quidem præclara certamina consecrari perpetua memoria meruere non ab alio quam ab auctore, qui præsens affuit, & pars magna fuit, sacro Dei ministro, dignissimo sacerdote, atque gloriosissimo martyre S. Eulogio Cordubensi presbytero: qui quidem agones, atque coronæ martyrum à nullo dignius quam à martyrij candidato, martyre designato, promotore Martyrum, testeque fidei scribi vllatenus potuerunt.

B Quod verò eiusdem Eulogij eo argumento scripti libri iam excusi, vulgati sint, ne singulorum Martyrum Acta describendo lectori tædium afferamus, eadem summatim hinc describere consultius visum est, cum qui ea integra videre cupit, habeat quem originarium petat fontem. Quando autem singuli passi sint, certi temporis nota firmata ab eodem Eulogio ita narrantur c:

In nomine Domini. Regnante in perpetuum Domino nostro Ie s v Christo anno Incarnationis eius octingentesimo quinquagesimo, Era octingentesima octuagesima octaua: Consulatus autem Habdarrahgman vigesimo nono. Cuius temporibus rebus & dignitate gens Arabum in Hispaniis aucta, totam penè Hiberiam diro priuilegio occupauit. Cordubam verò quæ olim Patricia dicebatur, nunc sessione sua urbem regiam appellatam summo apice extulit, &c.] Subiicit his gloriosam confessionem, consummationemque martyrij presbyteri Ecclesiæ Cordubensis, Perfecti nomine, qui ceteris ad martyrium viam aperuit, qui primus dolosa arte Sarracenorum inuitus primum, inde libens volensque certaminis campum ingressus, gloriosum triumphum de perfidia debellata, & Christi gloria prædicata reuexit, multiplici corona dignus qui primum pilum in hostem, cominus pugnaturus iniecit, primumque vexillum confessionis super mœnia impietatis erexit. bene igitur à Perfecto perfecta opera Dei sunt inchoata. Hic in cœnobio S. Aciseli monachus ab adolescentia militans, perfectæ vitæ stipendia merens, vbi fraude Arabum ad publicam confessionem adductus, Mahometum pseudopphetam scita oratione infestatus, & detestatus pariter, Christum Dominum verum Deum confessus est. cuius rei causa detrusus in carcerem, detentus ibi diutius, fortior spiritu redditus, vehementius in illorum pseudopphetam inuectus, obtruncatione capitis nobile ceramen expleuit quartodecimo Kalendas Maij, feria sexta. Corpus verò à fidelibus curatum, sepultumque est in Ecclesia S. Aciseli, martyrem martyri coniungentibus. Sed quæ secuta sit vltio persecutore, cuius interitum iam antè prædixerat ipse martyr, ab Eulogio accipe, qui sic ait: Illudque Propheticum diuinitus ore prolatum de proconsule Eunucho Clauiculario Nazar, ita Deo dispensante impletum est, vt carcere ad huc religatus conuinctis prædixerat. Nam priusquam in anno altero profanæ solemnitate Paschale gaudium petituris occurreret: multis antè diebus Eunucho idem occubuit. Ignita namque febre intrinsecus viscera eius adusta, & (vt nonnulli ferunt) toxica portione corrupta, ante obitum, dum virgata corporali necessitate, ad purgandum aluum secretius cubiculum peteret, disco effusa sunt, & interit, sicuti quidam poëta Christicola Arij finem describens; heroicè lussit, dicens:

C In nomine Domini. Regnante in perpetuum Domino nostro Ie s v Christo anno Incarnationis eius octingentesimo quinquagesimo, Era octingentesima octuagesima octaua: Consulatus autem Habdarrahgman vigesimo nono. Cuius temporibus rebus & dignitate gens Arabum in Hispaniis aucta, totam penè Hiberiam diro priuilegio occupauit. Cordubam verò quæ olim Patricia dicebatur, nunc sessione sua urbem regiam appellatam summo apice extulit, &c.] Subiicit his gloriosam confessionem, consummationemque martyrij presbyteri Ecclesiæ Cordubensis, Perfecti nomine, qui ceteris ad martyrium viam aperuit, qui primus dolosa arte Sarracenorum inuitus primum, inde libens volensque certaminis campum ingressus, gloriosum triumphum de perfidia debellata, & Christi gloria prædicata reuexit, multiplici corona dignus qui primum pilum in hostem, cominus pugnaturus iniecit, primumque vexillum confessionis super mœnia impietatis erexit. bene igitur à Perfecto perfecta opera Dei sunt inchoata. Hic in cœnobio S. Aciseli monachus ab adolescentia militans, perfectæ vitæ stipendia merens, vbi fraude Arabum ad publicam confessionem adductus, Mahometum pseudopphetam scita oratione infestatus, & detestatus pariter, Christum Dominum verum Deum confessus est. cuius rei causa detrusus in carcerem, detentus ibi diutius, fortior spiritu redditus, vehementius in illorum pseudopphetam inuectus, obtruncatione capitis nobile ceramen expleuit quartodecimo Kalendas Maij, feria sexta. Corpus verò à fidelibus curatum, sepultumque est in Ecclesia S. Aciseli, martyrem martyri coniungentibus. Sed quæ secuta sit vltio persecutore, cuius interitum iam antè prædixerat ipse martyr, ab Eulogio accipe, qui sic ait: Illudque Propheticum diuinitus ore prolatum de proconsule Eunucho Clauiculario Nazar, ita Deo dispensante impletum est, vt carcere ad huc religatus conuinctis prædixerat. Nam priusquam in anno altero profanæ solemnitate Paschale gaudium petituris occurreret: multis antè diebus Eunucho idem occubuit. Ignita namque febre intrinsecus viscera eius adusta, & (vt nonnulli ferunt) toxica portione corrupta, ante obitum, dum virgata corporali necessitate, ad purgandum aluum secretius cubiculum peteret, disco effusa sunt, & interit, sicuti quidam poëta Christicola Arij finem describens; heroicè lussit, dicens:

D Visceribus suis, vacuus quoque ventre remansit. Sic namque Dominus vitæ quoque miraculo militem suum glorificans, magnæ spei solatiis fidelium vota corroborat.] hæc Eulogius, qui & inferius, quantum de consummato Perfecti martyrio vbiq; fama vulgata in cordibus Fidelium ignem accenderit, his verbis reddidit manifestum: Res verò tanti facinoris in sacerdote commissi, multos otio securæ confessionis per deserta montium, & nemora solitudinum in Dei contemplatione fruentes, ad sponte & publicè detestandum & maledicendum sceleratum vatem Mahometum exilire cœgit, maiorisque ardoris fomitem moriendi pro iustitia cunctis ministravit. Et quod ab isto vno infida persecutorum executio primitus violenter extorsit; & quod in hunc callida circumuentione suadendo vlcisitur, postmodum in plurimos vltro se tali discrimini offerentes exhorruit. Aded namque terrore nimio Ethnicorum vniuersitas in horum progressu concussa est, vt perditionem Reipublicæ, Regniq; sui excidium iam imminere arbitrarentur,

E Visceribus suis, vacuus quoque ventre remansit. Sic namque Dominus vitæ quoque miraculo militem suum glorificans, magnæ spei solatiis fidelium vota corroborat.] hæc Eulogius, qui & inferius, quantum de consummato Perfecti martyrio vbiq; fama vulgata in cordibus Fidelium ignem accenderit, his verbis reddidit manifestum: Res verò tanti facinoris in sacerdote commissi, multos otio securæ confessionis per deserta montium, & nemora solitudinum in Dei contemplatione fruentes, ad sponte & publicè detestandum & maledicendum sceleratum vatem Mahometum exilire cœgit, maiorisque ardoris fomitem moriendi pro iustitia cunctis ministravit. Et quod ab isto vno infida persecutorum executio primitus violenter extorsit; & quod in hunc callida circumuentione suadendo vlcisitur, postmodum in plurimos vltro se tali discrimini offerentes exhorruit. Aded namque terrore nimio Ethnicorum vniuersitas in horum progressu concussa est, vt perditionem Reipublicæ, Regniq; sui excidium iam imminere arbitrarentur,

Thren. 1. Psal. 68. Eph. 6.

Ioan. 16.

EVLOGIUS SCRIPTOR RERV. GESTARVM SS. MARTYRVM.

II.

Eulog. Men. Sanct. lib. 2. cap. 1.

PERFECTI PRESBYTERI MARTYRVM.

III.

tur, ac nostros athletas ab huiusmodi intentionibus inhiberi suppliciter exoraret.

IV. Eulog. M. Sanct. lib. I.

Hunc secutus est ad certamen a Ioannes, qui eadem ex causa ad tribunal iudicis ductus, homo laicus, venalia exposita habens, plurimisque verberibus publice per civitatem flagellari iussus, in arcum detrusus est carcerem, quem Eulogius se inuenisse testatur adhuc plagis cruentum, cum ipse in eundem postea (vt dicitur) detrusus est carcerem. Qui & in fine: Horum igitur duorum & spontaneus & violentus ad passionem cursus ceteros in vnum eundemque consensum dimicandi vitro venire coegit. Secundum illud Evangelicum: Si granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, multum fructum affert. & sic cum putatur vitis, magis vis abundat. At de Martyribus, quod ad hunc annum pertinet, satis reliquas autem Martyrum coronas suis locis inferius relegemus.

V. Sic igitur quae torpescere ac tepescere videbatur, quae inter infidelium vepres erat Ecclesia, mox beneficio persecutorum ita virere atque florere visa est ex caede Martyrum, vt praeter ceteris omnibus toto Christiano orbe sparsis Ecclesiis fuerit illustrata, longae lateque fulgoribus splendens.

VI. RANIMIRI REGIS OBITU.

Quod autem ad res Christianorum seorsum in Gallacia regnantium spectat: hoc ipso anno Ranimirus Rex successor Alfonsi Casti ex hac vita discessit die prima Februarii, sepultus autem, eiusmodi epitaphio inscripto sepulchro:

OBIIIT DIVAE MEMORIAE RANIMIRVS REX DIE KAL. FEBRVARI ERA DCCC LXXXVII. OBTESTOR VOS OMNES QVI HEC LECTVRI ESTIS VT PRO REQVIE ILLIVS ORARE NON DESINATIS.

Amb. Mor. in Schol. ad Eulog. in fine. & hist. lib. 13. cap. 52. & Theod. par. 4. c. 10. & alij eum secuti.

adede eidem testimonio (quam qui vidit exscripsit, atque sincere reddidit Ambrosius Morales) erroris manifestissimi arguuntur reliqui omnes rerum Hispanicarum tractatores, qui eiusdem Regis ingressum in regnum ponunt anno Domini octingentesimo vigesimo tertio, & annis sex & mensibus novem regnasse tradunt, ex numeris Erae corruptis, quos per eiusmodi antiquissimam certamque, ac omnibus patentem inscriptionem, oportuisset (vt prudenter fecit Ambrosius) emendasse, cum alioqui semel in tempus il- lapsus error, secundo mendaciorum germine infeliciter propagetur. Porro Ranimiro successit eodem die Ordonius filius, regnavitque annis duodecim, usque scilicet ad annum Redemptoris octingentesimum sexagesimum secundum, vt ex alia item veteri inscriptione idem auctor manifestissime probat.

VII. NORTHMANNI RECEPTI A CAROLO IN PARTEM REGNI.

Hoc pariter anno luctus & clamor ingens repetitur in Galliis ex Northmannorum nova facta incurfione in Regnum Caroli filij Ludouici Imp. cum ille timore concussus, consilij inops eosdem in Regni consortes assumit, ea Regni parte illis concessa, quae ab eorum nomine sumpto vocabulo, dicitur Normandia. Habent ista Annales veteres a Pithoeo editi, verbis istis: Hoc anno octingentesimo quinquagesimo Northmanni Godefrido duce, per Sequanam ascendentes Regnum Caroli praedantur. Ad quorum expulsionem Lotharius in auxilium vocatus, cum sibi cum hoste pugnandum esse putaret, Carolus clam mutato consilio, Godefridum cum suis in societatem Regni suscepit, & terram eis ad habitandum delegavit. Lotharius vero aduentum suum illi superuacuum videns ad propria est reuersus.

VIII. DEUT. 35.

Vidisti degenerem a maiorum suorum fortitudine Principem Northmanno piratae succumbere, & ab eodem turpiter aded redimere pacem, Regni consortio? Vnde mala ista? Non aliunde quidem, nisi quod a maiorum pietate & propenso religionis cultu, per quem sibi illi Deum concilians, facti sunt aduersus barbaros omnes inuicti, reperiuntur hi fuisse degeneres. Francorum tunc quidem enituit robur, cum in Regibus cultus pietatis excelleret, elanguit cum defecit, & Ecclesiae sunt prostituta laicis, quorum redditibus non sunt illi roborati vel erecti, sed eneruati, penitusque depressi. Luxerunt ista, & aperuerunt ea Principibus ipsis reuerendissimi Patres (vt vidimus) in Meldensi Concilio, & ad putridum vulnus opportuna apposuerunt remedia. Sed recusavit ille ea omnino suscipere. vnde iusto Dei iudicio factum est, vt qui lasas a sanctis Patribus leges subire renuit, coactus sit a Northmannis durissima suscipere iura, & qui Ecclesiarum bona laicis tradebat, coactus sit sua largiri Northmannis. Sed sicut nulla est secuta emendatio in Rege, ita nec quieuit Northmannorum flagellum in manu Dei, vt quae suis locis

CVR TOT IN FRANCO PARTA SVNT MALA.

A locis dicturi sumus ostendent. Etenim in omnibus semper vigens, numquam senescens permanet sententia Achioris a differentis cum Holoferne, Quod cum populus peccat in Deum suum, nullo negotio aduersus eum praeualeant barbari. Secus vero, si cultor sit religionis atque iustitiae, nullam esse gentem quae possit illi resistere.

Vis videre, atque certo discere experimento, pro pietate Regum de barbaris concedi victorias? Sicut enim Carolus bona Ecclesiarum laicis, ipsis sui regni Comitibus dedit, coactus est sua dare Northmannis, ita contra cum Ramirus Rex in Hispania (vt vidimus) ipsum suum Regnum fecit pensione tributi esse vectigale Ecclesiae S. Iacobi, retulit gloriosum triumphum, cum idem inuictum hactenus genus hominum superavit. De qua tanta victoria breuiter ista Tudenfis: Eius tempore Northmannorum classes per septemtrionale mare ad litus Legionis ciuitatis aduererunt. Gens haec est crudelissima, & in partibus nostris antea non visa. Quod Rex vbi comperit, aduersus eos cum exercitu suo venit, & multitudinem eorum vicit, & septuaginta naues illorum combussit, atque multis ditatus diuitiis, ad propria incolumis reuersus est. haec ipse. eadem & reliqui, vt Rodericus & alij historici tum veteres tum recentiores, qui persecuti sunt res Hispaniarum. Ex his igitur opportunè rursus Dauidicum illud ad Principum aures importunius occinendum: Et nunc Reges intelligite: erudimini qui iudicatis terram.

Est hic annus trigessimus aetatis Caroli Regis, qui licet ad virilem aetatem, non tamen eodem pietatis & vitae morum incremento peruenit. Lupus Abbas Ferrariensis cupiens eum ad meliorem frugem perducere, ad eum scripsit litteras, quas dignas Annalibus existimamus. sic enim se habent, isto titulo praenotatae: Exhortatio ad Carolum.

C Vt pacifice, feliciterque regnetis, obseruanda vobis fideli dilectione collegi Creatori vestro Deo & Iudici futuro gratias habete semper & agite, qui vos hactenus malis pluribus liberauit, & bonis multiplicibus exornauit: vt quae vobis initium, profectum, atque perseverantiam in bonis actibus largiatur, quotidianis precibus flagitate. Cum essetis paruuli, loquebamini vt paruuli, sapiebatis vt paruuli: nunc autem ad virilem perducti aetatem, secundum eundem Apostolum, in quo euidenter Dei spiritus loquebatur, euacuae quae fuerunt paruuli, scilicet stulta atque inania declinantes, rationabilia praesenti & futurae salutis profutura sectamini. Quae agenda sunt, prospicite diligenter, & retractate subtiliter commune, quale consilio cum Dei vestrisque perfecte fidelibus, quia id diuinum nos instruit eloquium: Qui sibi nequam est, cui bonus erit? Nec vos cuiuslibet ita subiciatis, vt ad eius arbitrium omnia faciatis. Cur enim regium nomen praetenditis, si regnare nescitis? vt pace cunctorum dixerim, non expedit vobis & populo, vt aliqua vobis aequetis, nedum praepontis. quoniam Deus qui scit, quid sit in homine, praemonet: Ne des potestatem filiis tuis in vita: quia melius est vt illi te deprecentur, quam tu illos. Si filiis hoc non est concedendum, quanto minus aliis? Vicem vos gerere Dei quis ignorat? At ipse dicit: Gloriam meam alteri non dabo. Non admittentur ergo a vobis monitores, quos Baiulos vulgus appellat, ne gloriam vestram ipsi inter se partiantur, & meliorem amorem alienent a vobis.

D si regnare nescitis? vt pace cunctorum dixerim, non expedit vobis & populo, vt aliqua vobis aequetis, nedum praepontis. quoniam Deus qui scit, quid sit in homine, praemonet: Ne des potestatem filiis tuis in vita: quia melius est vt illi te deprecentur, quam tu illos. Si filiis hoc non est concedendum, quanto minus aliis? Vicem vos gerere Dei quis ignorat? At ipse dicit: Gloriam meam alteri non dabo. Non admittentur ergo a vobis monitores, quos Baiulos vulgus appellat, ne gloriam vestram ipsi inter se partiantur, & meliorem amorem alienent a vobis.

E Imitatione Dei nolite personaliter iudicare, sed in causa eadem diues, mediocris, & pauper eundem vos sentiant, vt sit quod potentes terreat, & quod mulceat non resistentes. Bene semel gesta numquam nisi in melius mutaueritis, vt fidem vestram atque constantiam cuncti mirentur. Fugite leuitatem, morum maturitatem apprehendite, vt vestra probitas cunctis possit prodesse subiectis. Vitae malorum societatem: quoniam, vt scriptum recolis, Corruptunt bonos mores colloquia mala. Amplectamur bonorum collegium, quoniam cum Sancto sanctus eris, & cum viro innocente innocens eris. Et apud eundem regem & Prophetam pulcherrime dicitur: Ambulans in via immaculata, hic mihi ministrabat. &: Ne metuatis potentes quos ipsi fecistis, & quos cum vultis, extenuare potestis. Ne confidatis in Principibus, in filiis hominum, in quibus non est salus, sed transferte spem vestram ad Deum qui fecit caelum & terram, qui custodit veritatem in saeculum.

Concipite honestam veritatem, vt quod vos non decet praestare, nemo scienter a vobis audeat postulare. Cogitate multa, nec dicatis omnia: quia vel iuxta diuinam Scripturam: Qui custodit os suum, custodit ab angustiis animam suam. vel iuxta saecularem litterarum sententiam: Quod occultum velis, nemini dixeris. Quomodo namque poteris ab alio

CHRISTI
850.LEONIS PAP. IV.
4.LOTHARII
MICHAEL. III. IMP. 9.

alio exigere silentium, quod tibi ipsi non præstas? & non potest vox emissa reuerti. A
Communem utilitatem & opportunitatem omnium charissimam vobis omnes intelli-
gant; & certatim omnes sibi vos præferre contendent. Diuinas, & humanas leges iustas
dumtaxat nemo sinatur contemnere, quia malorum impunitas, vitiorum semper pepe-
rit incrementum. Humilitas cuncta opera vestra venustet; quia scriptum est: ^a Quid su-
perbit terra & cinis? Et ^b quanto magnus es, humilia te in omnibus, & coram Deo inue-
nies gratiam. Et ipse Redemptor noister admonet: ^c Discite à me quia mitis sum & hu-
milis corde, & inuenietis requiem animi vestri. Eleëmofynis assiduis Deum vobis placate,
secundùm illud: ^d Misereere animæ tuæ placens Deo: quia, vt sacræ continent litte-
ræ: ^e Eleëmofyna à morte liberat, & non patitur animam ire in tenebras. Saluator quo-
que hanc ita commendat: ^f Date eleëmofynam, & omnia munda sunt vobis. Glorifi-
cate Deum in omnibus; quia ipse testatur: ^g Qui glorificat me, glorificabo eum, & B
qui contemnunt me, erunt ignobiles. Rex & Propheta eximius sic sibi Deum propo-
nit: ^h Non nobis Domine non nobis, sed nomini tuo da gloriam. Hæc studiosè cultodi-
dentes, Deo & bonis quibusque placebitis: rebelles Dei, vt credimus, vobis pugnantibus,
comprimetis, atque vincetis: & post regnum temporale ac laboriosum consequemini
sempiternum & verè quietum.] hæcenus Lupus ad Carolum, ad quem eodem argu-
mento hæc rursus libero animo ingerit:

XIII. Explicari facile non potest, quàm cupiam, ⁱ domine mi Rex gloriose Carole, ego vlti-
mus vester famulus in omnibus vestram prosperitatem & spiritualem & sæcularem: pro-
pterea aliquoties & verbis & scriptis vltro me ingressi, vt mea deuotio, opitulante Dei gra-
tia, vestræ prodesset felicitati. Nunc etiam quod vtilissimum vobis & vestro Regno multa
meditanti occurrit, paucis aperio. Obseruantia iustitiæ non solum apud Dominum C
meritum vobis comparat, verum etiam terrenam potestatem confirmat. Bonorum socie-
tas perfectam vobis & laudem parit ad exemplum beati Dauid, qui se imitandum propo-
nens ait: ^k Ambulans in via immaculata hic mihi ministrabat. Segregatio etiam peruer-
sorum æquè laudabilis est, vt idem ipse Dauid instituit: ^l Non habitabit in medio do-
mus meæ qui facit superbiam: qui loquitur iniqua, non direxit in conspectu oculorum
meorum. Quod autem fidissimus quisque debeat esse familiarissimus, illa sententia insti-
tuimur: Quæ pestis ad nocendum efficacior esse potest, quàm familiaris inimicus?

Quorum consilio Respublica, Domino faciente (de quo dicitur, ^m Fiat pax in virtute
tua) possit esse tuta & quieta, sanctæ litteræ his verbis insinuant: ⁿ Multitudo sapien-
tium sanitas est orbis terrarum. Item intelligunt, quod non est sapientia, non est prudentia,
non est consilium contra Dominum. Et in Dauidis consiliis, Ab æquitatis tramite D
non recedunt. Vnde & eadem consilia ab ipso Domino ad viles rediguntur affectus.
Alibi etiam satis hinc aperte docemur, vbi legimus: ^o Consilium semper à sapiente re-
quire. Sapientem hinc intelligimus, quem aut experientia docuit, aut lectio erudiuit, aut
inspiratio diuina ceteris prætulit magnum aliquid fieri. Quæso recolite memoria illud
quod prudentissimè dictum est: Antequam incipias consulito: & vbi consulueris matu-
rè factò opus est. Sic enim & præcipitatio vitabitur, & nocitura dilatio. Romani orbis ter-
rarum domini quibus consiliariis vti sint, hac vna & breui sententia ad vestram nostram-
que utilitatem considerare dignemini: Fidum erat & altum Reipublicæ peccus, curia,
silentiæque salubritate munitum & vallatum vndique, cuius limen intrantes, abiecta pri-
uata charitate, publicam induebant. Tales quæso, tales quærite, qui publicam dilectio-
nem, hoc est, totius populi præferunt priuatis commodis, & miserante Domino, motus E
isti molestissimi conquiescent.

XV. Imperatorum gesta brevissimè comprehensa vestræ maiestati offerenda curavi, vt fa-
cile in eis inspiciatis quæ vobis imitanda sint, vel cauenda. Maximè autem Traianum &
Theodosium suggero contemplandum; quia ex eorum actibus multa validissimè pote-
ritis ad imitandum assumere. Ita diutissimè regnetis, vt semper Deus regnet in vobis.]
hæc Lupus, qui nullam præmittens Regem iuandi occasionem, de cauendo iuramen-
to breuiorem ad ipsum hanc etiam scripsit epistolam P.

XVI. Glorioso Domino, præcellentissimo Regi Carolo integrè fidelis Lupus.
Cum à vestra maiestate digrederer, præcepistis, vt impendente Quadragesima, quid-
dam vobis dirigerem, vnde caperetur fructum aliquem ædificationis. Sermonem itaque
beati Augustini, in quo iurandi consuetudinem dissuadet, quamque sit ferale periurium osten-

^a Eccl. 10.
^b Eccl. 3.
^c Matth. 11.

^d Eccl. 30.
^e Tob. 12.

^f Luc. 11.
^g 1. Reg. 2.

^h Psal. 113.

ALIA LVPI
AD CARO-
LVM EPIST.
¹ Lup. epist. 93

^k Psal. 100.
^l Ibid.

XIV.
^m Psal. 121.
ⁿ Sap. 6.

^o Tob. 4.

P Lup. ep. 96.
XVI.
DE NON IV-
RANDOMIS
SO S. AVG.
SERMONE.

CHRISTI
850.LEONIS PAP. IV.
4.LOTHARII
MICHAEL. III. IMP. 9.

A ostendit, vestræ prudentiæ designauit, profuturum vobis plurimum credens, si vobis ad-
monentibus, quidam assidue iurare desistant; & quod rectè iurauerint, non contemnant.
Non adulandi vitio in gratiam vestram dico, sed desiderio salutis eorum qui nobiscum
in * cælum inuocant, quicumque fidem vobis iureiurando firmauerunt, si ab ea saltem *
latenter deficiunt, iam sibi mortem animæ intulerunt, nec possunt esse filij Dei, qui no-
lunt esse pacifici. Admoneantur ergo nostra industria sui periculi, & saluberrima insti-
tutione tanti Doctoris ad correctionis remedium inuitentur. Mihi præterea celsitudini
vestræ gemmas, quas dudum opifex noster exculpendas & poliendas acceperat, quarum
formam atque nitorem si approbaueritis, memorato artifice gratulabor. Opto &
oro, vt bene semper agatis, & propitio Deo, felici successu diutissimè gaudeatis.] hæcenus
Lupus. qui & pluribus aliis suis epistolis eundem admonet, ablata Ecclesiis bona
reddere, cum & docet, ex quo tempore talia sunt præsumpta in Regno Francorum,
omnia pessumdata, hostibus præualentibus. Sic igitur, vt vides, non caruit Carolus mo-
nitore si audire voluisset: sed quia secus egit, Regnum Francorum in eiusmodi, quod
legitur, discrimen induxit.

Ceterum præter ea quæ dicta sunt de clade per Northmannos Francis illata, in Re-
gno item suo Ludouicus pugnans aduersus Boëmos posteriora retulit. Nam Sigebertus
hæc de his summam in Chronico: Franci à Boëmanis graui prælio vincuntur. Cui bello
spiritus malignus se præfuisse, per os arreptitij publicè protestatus est, & per se, & per
focos, spiritus scilicet superbiæ & discordiæ egisse, vt Franci terga verterent.] hæc ipse.
At non solum bellum, verum etiam dira fames oppressit hoc anno Francos: nam in su-
perius citatis Annalibus mox ista subiiciuntur:

C Eodem anno grauissima fames Germaniæ populos oppressit, maximè circa Rhenum
habitantes: nam vnus modius de frumento Moguntiaci vendebatur decem siclis argenti.
Morabatur autem eo tempore Rabanus Archiepiscopus in quadam villa parochiæ suæ,
cui vocabulum est Vuinzella, & pauperes de diuersis locis venientes suscipiens quotidie
plusquam trecentos alimento sustentabat, exceptis his qui in præsentia illius vescerantur
assidue. Venit autem mulier quædam pænè consumpta inedia cum puerulo paruulo in-
ter ceteros refocillari desiderans; quæ priusquam limen portæ transcenderet, præ nimia
imbecillitate corruens, spiritum exhalauit; puer verò mammillam matris mortuæ quasi
viuentis de sinu protrahens, & fugere tentans, multos intuentes gemere & flere coëgit.

Quidam etiam in illis diebus de Grabfelden cum vxore sua & filio tenero in Thuringiam
proficiscens, vt malum inopiæ temperare posset, vxorem in itinere in quadam sil-
ua sic affatus est: Nonne, inquit, melius est vt puerum istum occidamus, & manducemus
carnes eius, quàm omnes inedia consumamur? Illa verò contradicente, ne tantum scelus
committeret: tandem vrgente fame, filium de brachijs maternis per vim rapuit; & vo-
luntatem opere complexerit, nisi Deus illum sua miseratione præuenisset. Nam sicut idem
postea in Thuringia positus plurimis retulit, cum euaginasset gladium vt mactaret filium,
& in ancipiti positus necem distulisset: vidit eminens duos lupos super vnâ ceruam stan-
tes, & lacerantes carnes eius. Statimque parcens filio, ad cadauer ceruæ cucurrit: & lu-
pos inde abigens tulit de carnibus prægustatis, & cum incolumi filio ad vxorem reuersus
est. Prius enim quando filium tulerat de manibus matris, paululum ab ea declinauerat,
ne illa morientem puerum videret & audiret.

At illa veniente marito, videns recentes carnes & cruore perfusas, putabat filium occi-
sum, & cecidit retrorsum pænè exanimis. Ille autem accedens consolatus est eam, & e-
rigens illam, ostendit puerum viuentem. Tunc illa resumpto spiritu, Deo gratias egit,
quia filium sanum recipere meruit: nec minus ille, quia eum Deus à liberi interfectione
innocuum dignatus est conseruare. ambo tamen carnibus lege prohibitis, necessitate co-
acti se recrearunt.] hæcenus Annales auctoris huius temporis. meminit eiusdem famis
etiam Sigebertus, necnon de Rabani erga pauperes munificentia.

Hoc item anno in antiquo codice notatur, celebratam esse Synodum in regia ciuitate
Ticinensi, sed titulus tam in Indictione quàm in annis Imperatoris deprauatus extat.
Interfuisse eidem inuenitur & præfuisse Synodo Angilbertus Mediolanensis Archiepi-
scopus. ^a extant eiusdem canones vigintiquinque, & Ludouici atque Lotharij Augusto-
rum capita quinque, quos pro arbitrio consulere poteris. proficui sunt pro restituenda
collapsa Ecclesiastica disciplina.

Annal. Eccl. Tom. 10.

G

Hoc

XVII.
BOEMI IN
FRANCOS
OPERA DIA-
BOLI PRÆ-
VALENT.

XVIII.
FAMES IN-
GENS VEXAT
GERMANOS.

XIX.

XX.

XXI.
SYNODVS
TICINENSIS.

^a Camis. 20. 5.
pag. 674.

CHRISTI
850.LEONIS PAP. IV.
4.LOTHARII
MICHAEL. III. IMP. 9.

XXII. Hoc eodem anno S. Athanasius Sergij filius creatur Neapolitanus Episcopus, qui Romam veniens à Leone Papa consecratur Idibus Martiis ante altare S. Gregorij. Ita Petrus diaconus Cassinensis, qui sui temporis florentis Episcopi res gestas conscripsit, vni antequam nasceretur, Deo à pia matre dicati, quæ eò quòd cultrix esset magni Athanasij Episcopi Alexandrini, natum voluit Athanasium nominari.

IESV CHRISTI
ANNVS
851.LEONIS PAP. IV.
ANNVS
5.LOTHARII
MICHAEL. III. IMP. 10.

I. AN NVS sequitur Redemptoris octingentesimus quinquagesimus primus, Indictione decimaquarta, quo Ludouicus Imperator Lotharj Imp. filius aduersus Sarracenos in Italiam veniens, liberat Beneuentum. hæc quidem Ado Viennensis in Chronico hoc anno, necnon Leo Oltiensis in Chronico Cassinate^a, qui ait: Huic ergo Ludouico admodum adolescenti ab afflictis varia peste Longobardis per venerabilem Bassacium Abbatem supplicatum est, vt ad istas se conferret partes, eosque ab infidelium vexationibus eripere, ac talibus cladibus finem dignaretur imponere. quod & factum est. Eorum enim supplicationibus annuens Ludouicus, Beneuentum venit, ei que Radelchis, ac Beneuentanis Sarraceni omnes traditi sunt. Quos omnes, ipso die vigiliarum sanctæ Pentecostes, extra urbem duci, atque ad vnum iugulari iussit. Inter quos Massar etiam illorum Dux capite cæsus est. Moxque idem Imperator conuocatis Longobardis omnibus, totam prouinciam Beneuentanam inter Radelchim & Siconulphum a quo iure partitus est anno Domini octingentesimo quinquagesimo primo. paucisque post diebus, compositis rebus, ad sua remeauit.] hæc de his Leo. quo tempore à Francis corpus S. Magni Fundis ciuitate in Campania sublatum, Sutrium vsque delatum, diuino monitu Romam reportatur, & in Ecclesia sancti Michaelis apud Vicum Saxonum collocatur. At alij id sub Carolo factum asserunt ex veteri inscriptione. Sed de his alijs. Per Lotharium autem Imp. S. Hermetis martyris reliquias in Gallias missas, & collocatas apud monasterium Indam dictum Sigebertus hoc anno tradit. Quod spectat ad persecutionem anno superiori in Hispania aduersus Christianos à Sarracenis excitatam, post martirium eorum quos recensuimus, tamquam grauioribus vulneribus ex eorum triumphis confossus hostis, vehementiori insurgit ad perdendam omnem Ecclesiam in petu, & quod grauius est, vnus ex Episcopis aduersus fideles pro Sarracenis surrexit, de quo inferius dicturi sumus.

II. Quanta autem ista fuerit persecutio, idem qui supra S. Eulogius in libello hoc anno scripto, cuius est titulus, Documentum martyriale, ita describit: Licet inuiti, tamen pro nomine suo sumus deuincti, & alto ergastulorum laqueo delegati. Repleta sunt penetralia carceris clericorum cateruis: viduata est Ecclesia sacro Præsulum & sacerdotum officio. Horrent diuina tabernacula squalidam solitudinem: aranea texit templum, tenent cuncta silentium. Confusi sunt sacerdotes & ministri altaris, quia dispersi sunt lapides sanctuarij in capite omnium platearum, & desinentibus in conuentu hymnis cantionum cælestium, resonant abdita carceris murmure sancto Psalmorum. Non promittunt cantor diuinum carmen in publico: non vox Psalmistæ tinnit in choro: non lector concionatur in pulpito: non leuita euangelizat in populo: non sacerdos thus infert altaribus: quia percussio pastore, dispersionem intulit aduersarij gregi Catholico: priuata prorsus Ecclesia omni sacro ministerio] Cordubensis enim Episcopus vnà cum vniuerso clero fuerat detrusus in carcerem.

III. Sed non hæc quieuit furor Sarracenorum sanguinem fidelium sitientium, donec compluribus ex eis occisis, abundè sanguine Martyrum cruentarentur. Quinam autem fuerint isti, dicamus, sicque Cordubensium Martyrum coronis, qui hoc ipso anno egregiè martirium consummarunt, exornemus Annales. Texuit eas Eulogius rerum præfens inspector & scriptor stylo sincerissimæ veritatis, ita narrationem aggrediens: ^b Sed nos, sicut huius voluminis præfatio continet, nostrorum agonistarum, ætates, ortus, tempora, que decisionis fideli prosecquamur stylo, vt quod diuino munere nobis nostræque ætati coniunctum est, propriis scilicet obtutibus Sanctorum contemplari agonem: venturis etiam

^a Leo Oltiens.
lib. 1. cap. 31.

LUDOVICVS
IMP. LIBE-
RAT BENE-
VENTANOS
A SARRA-
CENIS.

CHRISTI
851.LEONIS PAP. IV.
5.LOTHARII
MICHAEL. III. IMP. 10.

A etiam sæculis pura libelli series in potestatem: vt nostri quoque gaudij futura generatio particeps fiat, dum mente credula vera esse non abnuat, quæ sibi Catholicorum mandasse industria læcitat.] ista præfatus quo ordine singuli passi sint recitat, ab Isaac incipiens, cuius passionis ^a Acta ab ipso fufius enarrata, nos vt Annalium ratio postulat, summatim collecta reddemus.

B Hic quidem Isaac nomine, genere nobilis, ciuis Cordubensis, fungens exceptoris officio, abdicans se à sæculo, monasticam vitam professus est, vbi postquam triennium exegit, sponte iudicem adiit, detestatusque impiam Mahometi sectam, eius sententia duci iussus, tertio Nonas Iunij, feria quarta, Era octingentesima octuagesimanona, hoc ipso videlicet anno, martyr gloriosus occubuit: cuius corpus igni traditum est vnà cum alijs qui idem certamen explentes pari sunt insigniti corona, quorum sunt cineres in amnem propinquum iniecti. Post duos verò dies, nempe Nonas Iunij, ipse Eulogij auditor ^b Sancius ^c Eulog lib. 2. cap. 2. eum ad coronam per martirium est consecutus. Rursum verò sex monachi, nempe Petrus sacerdos, Vualabonius diaconus, Sabinianus, Vuitremundus, Habentius, & Ieremias, post duos item dies iudicem Sanctorum cædis audium adeuntes, & profitentes Christianam Fidem cum detestatione & execratione Arabicæ superstitionis, statim decollari sunt iussi septimo Idus Iunij, quorum corpora affixa stipitibus, post aliquot dierum spatium incendio in cinerem redacta fuere, qui & in amnem fuit immersus. Hos quidem in monastica solitudine, tamquam in pharetra sua ^c absconderat Dominus, futuros aliquando sagittas acutas in manu potentis, ad faciendam vindictam in nationes & increpationes in populos. Erant planè in Cordubensi diocesi hinc inde plura in solitudine monasteria excitata, tamquam munitiones ^d fortissimæ à facie Idumææ, seu tamquam ^e Ierem. 49. Dauid ^e turres edificatæ cum propugnaculis, in quibus mille clypei, & omnis armatura ^f Mach. 4. Cant. 4. fortium esset. Ex ipsis enim quique præliaturi pro Christo armabantur ad bellum, & promouebantur victores ad coronas atque triumphum.

D Hos secutus est Sefinandus ^f diaconus Cordubensis, qui septimo Kal. Augusti, vt per visum admonitus fuerat, iugulum carnifici præbuit ad martirium consummandum, cuius corpus in amnem proiectum cum fuisset, eius postmodum ossa reperta in S. Aciscii Ecclesia ad sepulturam delata fuere. Inde verò Paulus ^g diaconus eiusdem Cordubensis Ecclesie idem exantlatum certamen, eamdem promeruit coronam martirij tertio decimo Kalend. Augusti. Octauo autem Kal. eiusdem Theodomirus monachus certaminis campum ingressus & coronatus est: qui ambo vno sunt coniuncti sepulchro in Ecclesia S. Zoili æque martyris. Vt verò Christi gloria præclarior redderetur, non strenui tantum milites ex monastica exercitatione vocati sunt ad certamen, assueti aduersus demones dimicare, sed imbelles sexu feminæ, atateque debiles, experimento rudes, exhibitæ sunt ad pugnam à Spiritu etiam tenellæ virginis, eademque sorores ^h Nunilo & Alodia, progenitæ verò ex patre impio Mahometano, matre verò Christiana, haud tamen admodum pia, quæ diuersis primò tentatæ illecebris, deinde minis acerrimis impetitæ, cum nec illis abducerentur, nec his cederent, demum cæcæ gladio, gloriosam sunt consecutæ palmam martirij vndecimo Kal. Nouembris, quarum corpora ab infidelibus occultata, magnis sunt illustrata miraculis, ad eò vt etiam erga Mahometanos eas inuocantibus celeri auxilio præstò esse consueuerint.

E Has imitata Flora virgo, fratris prodicione delata, robore fidei fortis in confessione persistens, primùm in capite ita est crudeliter verberata, vt non capillis tantum sed cute nudata, os caluarie appareret: postea fratri tradita punienda, simulque custodienda, noctu fugiens, tutas nocte est vsque ad tempus martirij latebras, tunc cum sorore atque cum compare virgine, Maria nomine, meruit insigniri corona martirij: Maria enim & ipsa flore virginitalis insignis, monitu & hortatione fratris Martyris incensa ardore martirij (nescit enim amor subesse legibus) monasterium elàm egressa, forum aditura, ac quæsitura pro Christi confessione coronam, diuertens in Ecclesiam, ibi Floram Dei prouidentia inuenit, quam ad palmam consortem habere meruit: ambæ enim simul confessæ, ambæ sunt iussæ duro carcere contineri, vbi diu detentas eas suis scriptis S. Eulogius est consolatus, scribens ad eas librum, quem Documentum martyriale nominauit, quo eas labantes, impulsu nequissimorum, roborauit, & reddidit ad subeundum martirium fortiores. Quæ inde (vt idem inquit Eulogius) ad locum decollationis ductæ sacra signacula vultibus imprimentes, extensis collis, primò Flora, deinde Maria carnificis gladio

CHRISTI LEONIS PAP. IV. LOTHARII IMP. II.
851. 5. MICHAEL. III. IMP. IO.

gladio prosternuntur. quorum veneranda corpora canibus primùm exposita, inde in flumen fuere proiecta. Quæ verò sunt repertæ earum venerandæ reliquiæ, in Ecclesia sancti Aciscli fuere reconditæ. Accidit autem & illud tunc memoria dignum, quòd cum eadem virgines dum detinerentur in carcere, pollicitæ essent reliquis fidelibus eodem carcere clausis liberationem ipsorum impetrare à Domino, vbi consummato martyrio, ad Deum peruenissent; quòd fuerant pollicitæ, præstitere. Nam ipsæ cum passæ essent octauo Kalend. Decembris (inquit Eulogius qui cum aliis vincus erat) nos tertio eorumdem Calendarum compedibus resolutos, ab squalore carceris exuerunt, Era qua supra, hoc ipso videlicet anno.

VII. Scripsit autem egressus è carcere idem sanctus Eulogius de earumdem virginum consummato martyrio epistolam ad Aluarum amicum suum, in qua hæc inter alia digna memoria: Ipso autem die, quo gloriosarum relatus est sub confessione nominis Christi interitus, omnes ad orationum arma currentes, horam nonam in Dei laude perfoluimus. ac deinceps auctis tripudiis, vespertinum, matutinum, & Missale sacrificium consequenter ad honorem & gloriam nostrarum virginum celebrauimus, cunctique nos illarum patrocinio tutandos fouendisque commisimus. Et quia vniuersorum spes non perfunctoriè in earum meritis collocata est: ideo, sicuti cernitis, fauens Christus earum victoriis, & interuenientibus gloriosis *Martyribus* post sextum diem, quo illæ coronatæ sunt, nos vinculo absoluit, & carcerali claustro exemit.] hæc tunc sanctus Eulogius ad Aluarum, suam obiter transiens, aliorum confessiones egregiè celebrans. Sed quæ ipse modestiæ causa reliquit obuoluta silentio, idem eius familiaris Aluarus scriptis mandauit: qui de his quæ ad præsentem annum spectant, hæc habet in vita eius, paulò altius narrationem aggressus:

VIII. EULOGIUS ROMANUM COGITANS A SVIS DE-TENTVS.

Quotidie ad cælestia volare cupiens, corporea sarcina grauabatur, in tantum vt Romam ire disponeret, vt adolescentiæ nauos lacrymis & peregrinationis itinere domaret, immò domitos deleret. Sed ecce omnes hinc inde iniustitiam, & eum magis corpore quàm animo retinemus. Verùm dum ista & alia referuntur, tandem Reccafredus Episcopus super Ecclesias & clericos quasi turbo violentus insiluit, omnesque sacerdotes quos potuit, carcerali vinculo alligauit. Inter quos vt electus aries ducitur, *nempe Eulogius*, & cum Pontifice suo vel aliis sacerdotibus vincitur.]

IX. EULOGIUS CVM ALIIS SACERDOTIBVS DETENTVS IN CARCEREM.

Quisnam autem fuerit iste persecutor Episcopus Reccafredus, nec ipse Aluarus, nec Eulogius vsquam vel nomine tenus meminit, neque apud scriptorem aliquem reperire concessum hucusque fuit. non tamen fuisse Cordubensem Episcopum, certum est: nam ipse egregius Confessor vincus eodem tempore est detentus in carcere vna cum aliis Episcopis, sacerdotibus, ceterisque Ecclesiæ ministris & laicis fortissimis Confessoribus, de quibus omnibus hæc idem sanctus Eulogius habet in epistola hoc anno data ad Vuiliesindum Pampilonensem Episcopum: Denique beatissime pater nolumus vos ignorare tribulationem nostram, quam his diebus, nostro præpediente * deliquio, sustinemus, vt solito nos propensius orationum clypeo defendentes vestræ intercessionis irrepudiabili merito, quod multum apud Dominum valere confidimus, è profundo tædiorum labyrintho erui mereamur. Etenim anno præfenti, qui est Era octingentesima octuagesimanona, exardescens sæuus aduersus Dei Ecclesiam furor tyrannicus omnia subuertit, cuncta vastauit, vniuersa disperdit, retrudens carcere Episcopos, presbyteros, Abates, Leuitas, & omnem Clerum, & quoscumque illa tempestate capere potuit, ferro deuinctos, quasi mortuos sæculi subterraneis specubus immergit. Inter quos ego ille peccator amabilis vester deuinctus sum, &c.] scribebat hæc ipse (vt in fine epistolæ docet) cum Flora & Maria in carcerem detrusæ essent, nouem ante martyrium consummatum diebus: nam data eadem epistola habetur decimo septimo Kal. Decembris, ipse verò passæ octauo Kal. eiusdem.

X.

Dum autem Eulogius sic detineretur in carcere, scripsit (vt dictum est) Documentum martyriale, sed & eo bene vsus otio carceris (inquit Aluarus) metricos, quos adhuc nesciebant sapientes Hispaniæ, pedes perfectissimè docuit, nobisque post egressionem suam ostendit. Inde etiam mihi pro libris illis quos ad defensionem Martyrum dederat, epistolam facundo ore dictatam direxit, est eius exordium: Magnificauit Dominus misericordiam suam nobiscum, &c.] Reddita itaque est ex insperato pax Ecclesiæ, redempta ipsa sanguine sanctarum virginum, redditusque consuetus cultus Ecclesiarum, securitasque

CHRISTI LEONIS PAP. IV. LOTHARII IMP. II.
851. 5. MICHAEL. III. IMP. IO.

A rasque fidelibus, atque libertas sacerdotibus. cuius occasione, anno sequenti (vt suo loco dicturi sumus) Cordubæ fuit Concilium celebratum, seu potius conciliabulum, & conuentus malignantium collectus malorum Episcoporum consilio per Regem Arabum, ad expugnandum martyrium, & expungendum Martyres ab Ecclesiæ tabulis.

Hoc eodem anno (vt auctor est Frodoardus^a) moritur Ebbo olim Rhemensis Archiepiscopus, cuius causa plurima sunt ab Ecclesia Romana ventilata iudicia, nõ solum dum viueret, sed etiam post obitum, vt dicemus suis locis inferius. Addit idem^b auctor, eo tempore notum hominem Rhemensis diocesis Bernoldum nomine, per visum accepisse, ipsum Ebbonem cum aliis nonnullis Episcopis torqueri pœnis purgatorij, expetiisseque eos suffragia viuientium, orationes & eleemosynas, præcipuè verò sacratissimum Missæ sacrificium, quibus exhibitis, iidem pœnis alleuiati fuerint. Porro visionem istam diuinitus ostensam, vt admirabilem, ita & veram cognitam, ab Hincmaro Rhemensi tunc Archiepiscopo fusiùs fuisse descriptam idem Frodoardus affirmat.

XI. ^a Frodo. hist. Rhem. lib. 3. cap. 3. in fin. ^b EBBONIS ARCHIEP. RHEMENS. OBITVS. ^d Frod. ibid.

IESV CHRISTI LEONIS PAP. IV. LOTHARII IMP. 12.
ANNVS ANNVS MICHAEL. III. IMP. 11.
852. 6.

OCTINGENTESIMVS quinquagesimus secundus annus Redemptoris, Indictione decima quinta inchoatur, quo Leo Romanus Pontifex, absoluta quam cœperat noua ciuitate, qua includeret basilicam sancti Petri Apostolorum principis cum adiacentibus diuersarum gentium Romam peregrinantium hospitalibus habitaculis, eandem solemniter Deo dicauit. Quomodo autem ista se habuerint, ex Anastasio Bibliothecario, qui aderat, enarremus, rei gestæ seriem sic aggrediente: Secundo præfulatus Leonis Papæ anno præfata ciuitas ædificandi sumpsit exordium, & in sexto consecrationis suæ, vt pote magnis ac mirabilibus fabricis omnis ciuitas vndique consummata est. Cumque post multos labores atque certamina beatissimi Præfulis totum (vt desiderabat) murorum opus completum fuisset: cœpit omnipotenti Deo multimodas, siue innumeras gratias agere, qui suas quotidianas preces pro noua ædificatione murorum exaudire & adimplere dignatus est. Nam quantam qualemque curam, vel studium, similliquè sollicitudinem pius ac laudabilis pastor, quousque construeretur, diebus singulis ac noctibus habuit, nullius hominis lingua breuiter narrare potest. Et quia nihil aliud post debita sacrorum mandatorum officia agebat, præter id, quod superius exaratum est: re vera non frigus, neque flatus ventorum, vel pluuia, aut aëris vel grandis vel modica perturbatio pigrum in eundo de die in diem quolibet modo facere potuit: sed modò huc, modò illuc per diuersas murorum fabricas vigil ac sollicitus discurrebat, vt suum bonum propositum ac desiderium per Apostolorum Petri & Pauli pia suffragia Redemptor noster omnipotens * prosperè adimplere decerneret, vt modò omnes conspiciamus.

I.

DEDICATIO NOVAE CIVITATIS A LEONE PAP. FACTA.

Tunc demum consummatis, simulque perfectis, vt crebrò retulimus, nouæ ciuitatis vniuersis operibus, Papa beatissimus & per omnia & in omnibus semper laudabilis, vt prædicta ciuitas, quæ à proprio conditoris sui nomine * Leoniana vocabatur, perpetua liter firma ac roborata consisteret: iussit cum magna animi deuotione, cordisque lætitia, vt omnes cum eo Episcopi pariter & sacerdotes, immò & Leuitæ & vniuersi ordines clericorum sanctæ Catholicæ & Apostolicæ Romanæ Ecclesiæ post litanias & psalterium decantatum, cum hymnis & canticis spiritualibus per totum murorum ambitum nudis pedibus, cinerem portantes in capite circuirent, & inter cetera ab Episcopis Cardinalibus aquam fieri benedictam præcepit, vt inter orationum officia, aquam ipsam transeuntes per murum, sanctificationis gratia, iactare omnimodis studuissent. qui quod ab eo iussum fuerat, humiliter peregerunt.

II.

* al. Leonina LEONIANA CIVITATIS DICTA.

Ipsæ autem venerabilis Pontifex ore suo tres super eundem murum orationes cum multis lacrymis ac suspiriis dedit, rogans & petens, vt prædicta ciuitas & Christi conseruaretur in æuum auxilio, & Sanctorum omnium, Angelorumque præsidio ab vniuerso inimicorum secura & imperterrita perduraret incurfu. Primam itaque orationem super

III.

*dedit,
ORATIO AD
PORTAM
S. P E R E -
G R I N I .

portam, quæ respicit ad S. Peregrinum * dixit, cuius principium & finis talis est: **A**
Deus qui Apostolo tuo Petro collatis clauibus Regni caelestis, ligandi atque soluendi Pontificium tradidisti: concede, vt intercessionis eius auxilio, à peccatorum nostrorum nexibus liberemur: & hanc ciuitatem, quam te adiuuante fundauimus, fac ab ira tua in perpetuum permanere securam, & de hostibus, quorum causa constructa est, nouos & multiplicatos habere triumphos. Per Dominum nostrum, &c.

IV. Secundam quoque idem pius Papa dedit orationem super posterulam in loco, vbi mirum in modum Castellum præeminet, quod vocatur sancti Angeli. cuius orationis talis est textus:

ORATIO SE-
CVNDA SV-
PER SECVN-
DAM POR-
TAM.

Deus, qui ab ipso Christianitatis exordio hanc sanctam Catholicam & Apostolicam Romanam Ecclesiam ab hostibus custodire & conseruare dignatus es: iniquitatis nostræ chirographum propitiatus emunda, & ciuitatem hanc, quam tuo sancto nomini per Apostolorum tuorum Petri & Pauli suffragia nouiter dedicauimus, ab omnibus inimicorum insidiis securam semper atque imperterritam manere permittite. Per Dominum nostrum **I E S V M** Christum, &c.

V. Tertiam verò orationem cecinit super posterulam aliam quæ respicit ad Scholam Saxonum, atque ex eorum vocabulo Posterula Saxonum appellatur. & ipsa oratio tertia hunc specialiter continet modum:

TERCIA O-
RATIO SV-
PER TER-
TIAM POR-
TAM.

Præsta quæsumus omnipotens & misericors Deus, vt ad te toto corde clamantes, intercedente beato Petro Apostolo tuo, pietatis tuæ indulgentiam consequamur, & pro hac ciuitate, quam ego famulus tuus Leo Quartus Episcopus, te auxiliante, nouo opere ædificauimus, meoque nomine Leoninam vocavi: iubeas vt semper illæsa permaneat, ac secura apud clementiam Maiestatis tuæ iugiter perseueret. Per Dominum nostrum **I E S V M** Christum, &c.

VI. In qua scilicet ciuitate, iuxta promissum sui desiderij, quod Deo vouerat, magnam siue Romanis, siue diuersis nationibus, vt in summa solemnitate die, rogam distribuit. Deinde cum ceteris (vt præfatum est) sacerdotibus & omnibus Romanorum proceribus ad Ecclesiam beati Petri Apostoli cum orationibus diuinisque laudibus tendens, Missam pro salute populi, & ciuitatis incolumitate, ac stabilitate perpetua honorifice decantauit. Fuitque die illo magna cunctis lætitia, videlicet die septimo & vigesimo mensis Iunij, pridie sancti Leonis Papæ, & vigilia SS. Apostolorum Petri & Pauli. Si quidem ante beatissimorum Petri & Pauli vigiliis per totam Romanam Urbem infinita gaudia & exultationes innumeræ celebratæ sunt.

DIES DEDI-
CATIONIS
XXVII. IV-
NIJ.

VII. Vnde magis dignum est & conueniens, vt pro tanto Præsule tantoque pastore cuncti **D** omnipotentem Dominum toto corde puroque animo iugiter imploremus (per quem tam admirabile perhonestumque est opus, Christi sociante potentia, celeri executione expletum ob salutem Christianorum omnium, consummatumque cognouimus) nostris orationibus, quatenus & hic diutissime vigeat, & illic cum Sanctis omnibus pro suis innumeris certaminibus ac laboribus perpetualiter æterna mereatur præmia possidere.] hæc Anasias.

VIII.
E CORSICA
DEDUCTA
COLONIA
AD ROM.
PORTVM.

Post hæc autem subiicit de colonia ducta ab eodem Pontifice in ciuitatem Portuensem, ex habitatoribus insulæ Corsicæ, qui ob frequentes Sarracenorum incursiones coacti fuerant illam Insulam derelinquere. sic enim rem gestam enarrat: Cum mens & animus summi Antistitis in bonis Deoque dignis operibus indeficiens desudaret: cepit de ciuitate Portuensi maximum habere certamen, vt quo modo vel ordine tam suis quam etiam futuris temporibus ab hostibus ac sarranæ filijs secura & libera manere poruisset. Cumque diu hoc tacitus in corde suo Pontifex haberet consilium: tunc Pater omnipotens & excelsus, qui semper in iustis piisque cogitationibus fideles suos adiuuare non desinit, Corforum animos excitauit, qui timore Sarracenorum perterriti à propriis sedibus exules existerant, & huc siue illuc sine solo proprio vagantes incedebant, vt ad Sedem Romanam, causa salutis ac refugij venire quantocyus debuissent, & factum est.

IX. Venientes verò illi ad sacratissima Apostolorum Principis Limina, ter beatissimo domino nostro Leoni I V. Papæ ilico præsentati sunt. Qui cum ab eo eiusque proceribus prudenter satis sciscitati fuissent, qualis tunc eis imminebat necessitas pro qua venerant: ipsi autem suas necessitates, calamitatesque & angustias per ordinem quasi vno ore coram præfato Pontifice, se futuros cunctis diebus in suo successorumque suorum Pontificum

A ficum obsequio ac seruitio declararunt. Hoc sanè beneuolus Pontifex agnoscens, magna est statim lætitia & exultatione eleuatus, gratiasque Deo retulit, qui tales ipsi transfudit homines, qui in prænomina ciuitate in perpetuum habitare potuissent. Auditis itaque eorum multis promissionibus, Papa prædictus vnà cum suis optimatibus, clara voce respondit: Si quod verbis nobis dixistis, opere curaueritis perficere, satis loca habemus optima, in quibus habitare possitis, si tantum nobis nostrisque successoribus Pontificibus boni fideles fueritis: nam ciuitas, quam vobis daturi sumus, valde firma est atque munita, quam nos Redemptoris nostri protegente auxilio nouis portis ac fabricis in locis pernecessariis positis ad cultum pristinum reuocauimus. In qua si, vt diximus, manere cupitis, vineas vobis ac terras, prataque concedemus, vt nullam possitis habere inopiam. Dabimus etiam vobis, vt ex labore vestro habeatis vos & mulieres vestre & filij vestri vnde viuere plenissime valeatis: boues etiam & caballos & animalia cetera, sicut prædiximus, si cuncta bono animo feceritis.

Tunc Corforum populi talia audientes promissa, lætiores effecti sunt: Missosque à pio Pontifice protinus quæsierunt, qui ciuitatem & loca specialiter demonstrarent: & ita factum est. Placuerunt ipsis quidem omnia, & sponderunt æquanimiter omnes, quod si noster Papa & dominus vniuersa quæ circumus fuerit dignatus conferre, cum omni familia & suppellectili in seruitio S. Petri & suorum successorum cum omni auiditate perseuerabimus. Lustrata denique ciuitate & possessionibus vniuersis, ad venerabilem Pontificem cum iisdem Missis reuersi sunt. Venientes quidem, vt præmissum est, ipsiq; læta ac prospera nuntiantes, & quod Corsi viuere & mori in iisdem locis omnino fuissent professi: vocatis omnibus, vt ipsi similiter, secundum Missorum assertiones vnanimis testarentur: Pontificale eis secundum quod promiserat præceptum, & serenissimorum Lotharij & Ludouici nostrorum Imperatorum, suamque simul mercedem, perpetuamque memoriam præceptum emisit hoc scilicet tenore & placito interposito, vt tamdiu firmum maneret ac stabile, quousque sanctæ Sedis Præsulibus, populoque Romano in cunctis obedientes ac fideles existerent. Et si (quod absit) omnem præcepti seriem irrefragabiliter non custodierint: sancitum est vt idem vacuum & inane omnino consisteret.

Loca verò quæ eis data sunt, & à Missis Pontificibus consignata, tam proprij iuris Ecclesiastici, quam venerabilium monasteriorum, immò & singulorum hominum, qui finitimi existerant, in concessio eis Pontificali priuilegio specialiter scripta leguntur.] hæc Anasias, plenissimam commendans tanti Pontificis erga omnes charitatem. Qui & de instauratis aliarum ciuitatum moenibus ista subiicit: Hortanæ & Amerinæ valde antiquarum ciuitatum cum muri & portæ præ nimia vetustate cecidissent, & funditus destituti manerent, in quibus modò fures, modò latrones, patentibus portis, nullo resistente custode facilius ingrediebantur: ipse adeo solertissimus Præsul tantam ciuium prædictarum urbium cognoscens incuriam, easdem quas prætitulauimus ciuitates hortatu suo ac studio muris nouis, portisque prioribus minimè dissimilibus ad pristinum locum statumque, gratia corroboratus diuina reduxit, vt ciues à furibus & latronibus, & ab aliis inimicorum insidiis securi habitarent.] hæc Anasias, addens de aliis ornamentis ab eodem Pontifice diuersis Ecclesiis tunc oblati.

Ceterum quod passi sunt Corsi ob Sarracenorum infestationem, passi sunt etiam Sardi, qui & Sardiniam insulam relinquere compulsi, aliis in locis quæsiere sibi sedes; nam idem Anasias inferius meminit de vico Sardonum distante ab Vrbe trigesimo milliaro, in cuius vici Ecclesia, titulo sanctæ Mariæ nobilitata, libros quatuor obtulit, vnum Euangeliorum, alium Regnorum, item Psalterium, atque alium Sermonum.] Et de eodem vico Sardonum, (superius hæc habet de aliis donis eidem Ecclesie S. Mariæ ab eo collatis: In Basilica (inquit) sanctæ Dei Genitricis Mariæ Dominæ nostræ, quæ posita est in vico Sardonum, obtulit calicem & patenam de argento deauratam, pharum vnum in quo legitur nomen domini Leonis Quarti, pensans libras quatuor & uncias quinque.] Insuper idem Anasias inferius agens de sacris donis oblati Ecclesiis meminit de Ecclesia sanctæ Mariæ ab eo tunc erecta in eadem qua supra Leonina ciuitate, ad vicum Saxonum, in qua oblata ab eo ornamenta ista recitat: In Ecclesia sanctæ Dei Genitricis Mariæ, quam ipse beatissimus Pontifex à fundamentis supra Saxonum vicum nouiter construxit, obtulit vestes de fundato numero tres: vela similiter de fundato quatuor.] At de basilicæ S. Petri his diebus oblati donis ista mox subdit:

XII.
DE VICO
SARDORVM.

S. MARIA
AD VICVM
SAXONVM.

XIII. QVAE OB- LATA SVNT BASILICAE S. PETRI.

Idem beatissimus Pontifex fecit in basilica beati Petri Apostoli cereos de argento, qui Astant in presbyterio numero vigintiseptem, pensantes simul libras quadraginta: nam & traves in ingressu, & in medio presbyterij vestiuit ex argento purissimo, pensante libras sexagintaseptem & uncias tres, coronam ex argento purissimam eum catenulis argenteis quatuor, habentem delphinos quadragintaduos, pensantes simul libras Fecit in circuitu altaris beati Petri Apostoli vela serica de prasino quatuor, habentia tabulas de chrysoclauo cum effigie Saluatoris & Apostolorum Petri & Pauli, & ipsius almifici Praesulis, & in medio Cruces & gammadias de chrysoclauo cum orbiculis, in quibus sunt imagines Apostolorum, mira pulchritudine decoratas, quae in diebus festis ad decorem ibidem suspenduntur. Pari modo fecit vbi supra vela alba holoserica rosata cum cancellis decorata mirifice, Paschae obumbrantia sacra, necnon aliam coronam minorem ibi obtulit cum catenulis quatuor & delphinis decem, habentem lilium & vnconem, pensantem libras.] & paulo post: Fecit coronam ex auro purissimo, inclytis Christi & Sanctorum vultibus refulgentem, & Apostolorum principis Petri iuxta altare, sub quo eius sacratissimum corpus requiescit, cum catenulis aureis, bullis gemmisque prasinis decoratam, habentem delphinos sexaginta, pensantem libras viginti. Fecit & Crucifixum argenteum miro opere depictum in eadem Ecclesia in laeva introitus parte inter columnas magnas positum ingenti splendens decore, habentem libras sexaginta duas & dimidiam.] haecenus de his ibi. reliqua alibi suo tempore.

XIV.

His enarratis inuisamus Hispanias, & in iis Ecclesiam Cordubensem ad modicum spatium temporis a Sarracenorum gladio quiescentem, mox vero sub eadem persecutionem crudelius reuocatam. Diximus anno superiori, persecutionem Christianorum magis magisque inualuisse, sed nece Sanctorum demum quiescisse, dimissis Episcopis, & sacerdotibus, & aliis qui detinebantur in carcere, liberis. Quod autem Episcopi & sacerdotes, circa fine anni superioris e carcere educerentur, non fuit ista clementia nequissimi Regis Sarracenorum, sed dolus; siquidem inhaerentes ipsi Episcopi hoc ei suaserunt, nimirum, vt curaret Concilium cogi omnium Episcoporum Regni sibi subiecti, pollicentes fore, vt per Episcoporum concilium martyrium vetaretur, sicque non amplius Christiani cohibiti synodalibus decretis, auderent se palam prodere ad martyrium.

XV.

Verum inter haec rursus apparentibus Christianae Fidei professoribus, eisdemque insectatoribus Mahometanae perfidiae, petitis iisdem ad necem, dilatarum fuit aliquantisper quod in proposito erat concilium, seu conciliabulum potius, satanicusque conuentus, quem minister satanae indixisset. Sic plane cum ora confitentium Dominum occludere laborant mali illi Episcopi: magis aperit illa Deus, & diuinus implet Spiritus organa sua ad confitendum publice nomen Domini. Nam ex ipso huius anni principio, antequam in vnum iussu Tyranni cogerentur Episcopi, non deserunt qui se pro Christi confessione offerrent neci, nec qui cederent eos truculenti carnifices. Recenset enim singulos S. Eulogius passos hoc anno Martyres, ab exordio ipsius vsque ad finem.

XVI.

Nam tertiadecima Ianuarij die passi sunt Gumefindus Toletanus, & Seruus Dei monachus. Gumefindus enim a puero Cordubae nutritus, & in Ecclesia trium martyrum Fausti & Ianuarij & Martialis educatus, demum ruralis Ecclesiae sacerdos effectus, atque vna cum Seruo Dei monacho in ciuitatem veniens, vna cum eo in eadem Christi confessione persistens martyrium consummauit.

XVII.

Die vero vigesima septima Iulij necati sunt sancti martyres Aurelius & Felix Cordubenses viri coniugati, similiter & earum vxores Sabigotho & Liliofa, necnon Georgius E Syrus monachus.

XVIII.

Insper vigesima die mensis Augusti pariter martyrio coronati sunt Christophorus Cordubensis, & Leouigildus Eliberitanus, ambo monachi vita sanctissimi.

XIX.

Quartodecimo vero die mensis Septembris, Emilia, & Ieremias Cordubenses pro Christo caesi, consecuti sunt insignes martyrij coronas.

XX.

Die vero sequenti Rogellus Eliberitanus monachus, itemque Seruio Deo ex Syria monachus dire excarnificari, martyrium consummarunt. de quorum omnium coronis S. Eulogius agit in Memoriali Sanctorum pluribus quidem: quem cui libet consulere potest: prolixior enim mora Lectori videri posset, si in singulorum certaminibus recensendis immorari vellemus. Iam facti sunt notissimi Martyres vniuersae Ecclesiae Occidentali, vt qui non vnus Cordubensis Ecclesiae tabulis reperiantur inscripti, sed in Romanae

13.

A manae Ecclesiae albo sacro notati. in eius enim Martyrologio exarati, annis singulis, singulorum natalibus diebus Lectoris praeconio publice recoluntur in Ecclesiis vniuersis Catholicae communionis.

Cum interea perfidus Sarracenorum Rex quot victoriis Martyrum, tot se notis ignominiae aspersum sentiens, in Christianos magis exacerbatus esset: quid sibi aduersus eos agendum esset, suos consuluit assessores consiliarios. De his autem S. Eulogius ista: Ipse Rex in furorem maximum concitatus, varia corde praemeditatur, quibus posset intentionem Sanctorum reprimere. Sciscitatur etiam sapientes, explorat philosophos, Regnique sui consules super hac re percontatur. Qui omnes vnanimiter in perniciem conspirantes Fidelium, comprehendi Christianos & vinculari sub arctissimos carceres decreuerunt. Tunc iam procul dubio enecandi eos difficultas fuit adempta, si quisquam vatis sui temerarius exprobrator vltra occurreret.] ista Sarraceni. At quid tunc Christiani, audi quae subiiciat:

Hac nos miseri opinione comperta, diffugimus, abimus, euagmur, delite scimus, timidoque discursu & habitu demutato, nocturna silentia carpinus, decedente solio exturbamur, crebro mansiones mutamus, tutiora loca requirimus, ac tremebundi vndequeque dilabimur, mori formidantes per gladium, quandoque morituri per debitum. Qui ideo forte martyrium fugimus, non quia timemus mortem, quae quandoque ventura est, sed quia indigni sumus martyrio, quod quibusdam & non omnibus datum est. Qui enim nunc martyrizantur, & martyrizandi sunt, ab initio mundi praescripti sunt, dicente Apostolo: Quos praesciuit & praedestinavit conformes fieri imaginis Filij sui, vt sit ipse primogenitus in multis fratribus: quos autem praedestinavit, hos & vocauit: & quos vocauit, illos & glorificauit.] haec de fuga Fidelium habet Eulogius.

Quod autem persecutio se habeat instar ignis qui aurum purgat, comburit autem paleas: qui tales leuitate & ariditate inuenti sunt pabulum ignis, recedentes a Fide inhaerent impiis Sarracenis, de quibus mox ista idem subdit Eulogius: Multi igitur horreo inutiles Dominico, eieci foras de rete Apostolico ab eo qui non vt bonos vasis recondere, sed potius vt stipula inextinguibili meruerunt incendio deputari, nobiscum vel fugere, vel compati, vel etiam delitescere recusantes, pietatem relinquunt, fidem praeanancantur, abdicant religionem, Crucifixum detestantur, sese (proh dolor) impietati tradentes, submitunt colla daemionibus, blasphemant, detrahunt, subuertuntque Christicolas. Plurimi etiam qui pridem nobiscum sano sensu victorias Martyrum praedicabant, constantiam efferebant, laudabant trophaea, extollebant agonem, tam ex sacerdotibus quam ex laicis, sententias mutant, aliter sentiunt, iudicant indiscretos, quos haecenus felicissimos asserabant, pro eo quod ipsi sancti inferioribus nolentes compati, suae potius tranquillitatis & pacis commoda, quae in caelestibus sanguine mercari fidebant, quam nutanti Ecclesiae inter scopulos perfidorum consulere studuerunt, quibusdam ex lege sententiosis immutationem oris sui ac linguae versibilitatem quasi roborare nitentes, non perpendentes, quod nullus tanta praescriptus militiae, & caelesti curiae annumerandus, instante hora vocationis, nexibus retineri posset mortalibus, cum quotidie in Scripturis sacris nobiscum perlegant, quod nec vita, nec saeva pericula, nec ipsa etiam mors Sanctos a charitate Domini nostri Iesu Christi auellere vnquam praeualeant. Illi autem qui ab initio actus non destiterunt infamare Sanctorum, foedaque suffratione eorum conati sunt intentionem euertere, bellum quod militibus gloriosis nequie-runt inferre, in nos crudeliter vertunt, nosque auctores huius rei existere asserentes, nostro instinctu illa omnia perpetrata fuisse accusant. Adeo vt quidam illius temporis publicae rei exceptor, praepotens vitis & diuitis, solo Christianismi nomine denotatus, operibus autem Deo & Angelis eius ignotus, a principio certaminibus beatorum infensus, detractor, derogator, & infamator eorum iniquus, tumidus, elatus, superbus, & improbus, quodam die praesenti concilio Episcoporum, multas aduersum me, linguam commouens, exaggerauerit contumelias: anathematizare Sanctos decernit talia meditantem, maledicere imperat, persequi stylo iubet electos; verens infelicissimus omnium, ne iacturam honoris patiatur; qui non solum nullam reuerentiam Sanctis exhibere studuit, verum etiam praedicare sinistrum esse quod agunt, in populis praecipit.] haec Eulogius.

Quoniam vero de concilio ibidem ab Episcopis celebrato meminit, hoc anno id ce-lebra-

XXI.

XXII.

XXIII.

EXCEPTOR APOSTATA INFESTVS SANCTIS.

CHRISTI
852.LEONIS PAP. IV.
6.LOTHARII
MICHAEL. III. IMP. II.CONCILIA-
BYLVN COR-
DVBENSE.

lebratum esse, æque Scholiastes in Eulogium asserit. Fuit conuentus iste, non in Spiritu A
sancto legitime Concilium congregatum, sed consilio perfidorum, iussu Regis impij ho-
stis Christianorum collectum. In quo nec quod Deo esset placitum, tractatum vel de-
finitum fuit, sed pseudoepiscoporum vnanimi conspiratione facta cum Principe, veti-
tum est martyrium, dempsitque est cultus sanctorum Martyrum, erecta perfidia, atque
depressa confessio. Vnde Ecclesia Dei vbique confusa atque delusa apparuit, gementi-
bus vbique Fidelibus, fugientibus, & factis extorribus, ceteris detruis in carcerem; in-
ter quos Episcopus Cordubensis fuit, qui vnus reperitur nominatus, quod refragatus
est Regi & fauentibus illi malis Episcopis.

XXV.

Hic legendus est status reliquarum Hispaniæ Ecclesiarum sub Sarracenis constituta-
rum, cum nonnisi vnus legatur obstitens Episcopus omnibus Coepiscopis, idemque
ductus in carcerem.

EPISCOP.
VALDE IN-
DIGNVM
DECRETVM.

Quam autem funestum & execrandum ab illis fuerit promulgatum decretum, ab Eu-
logio intelliges, dum ista mox subdit de iisdem Episcopis: Et quamquam metu compulsi,
seu metropolitanorum iudicio, qui ob eandem causam tunc è diuersis prouincijs à Rege
fuerant adunati, aliquid commentaremur, quod in ipsius Tyranni ac populorum serperet
aures: inhibitu esse martyrium, nec licere cuiquam deinceps ad palæstram professio-
nis discurrere, præmissis Pontificali decreto, ipsæ litteræ nuntiarunt.] hæc cum illi sta-
tuerent verborum ambiguum inuolucro, vti subdit, velare quæ turpiter aded statue-
runt, elaborarunt, a ded vt nonnisi quis acuto intuitu quæ in eorum decreto scripta erant,
considerasset, vix fallacem artem intelligere potuisset, cum tamen illud omnibus inno-
tesceret, per eos populum à martyrio reuocari, vt idem Eulogius ibi testatur.

XXVI.

Eul. Mem
Sanct. lib. 1.PERSECV-
TORES MAR-
TYRVM EPI-
SCOPI FA-
CTI.

Est sanè ingens eiusdem querela aduersus ^a sacerdotes sanctis Martyribus detrahen-
tes, nec in Martyrum numerum eos recensendos asserentes. Sed audiamus ipsius Eulo-
gij verba: Sunt autem plerique fidelium, & (heu pro dolor) etiam sacerdotum, teme-
rè horum Confessorum gloriam adimere non verentes: qui iubent eos non recipi in ca-
talogo Sanctorum; inuitatum scilicet atque profanum asserentes huiusmodi marty-
rium. quippe quos nulla violentia præfidialis fidem suam negare compulsi, nec à cultu
sanctæ piæque religionis amouit, sed propria se voluntate discrimini offerentes, ob su-
perbiam suam (ita dicunt) quæ initium est omnis peccati, interempti, suarum parrici-
dæ effecti sunt animarum.] hæc inquam cum tradat non solum dicere sacerdotes, sed &
iubere: planè suggillat Episcopos illos, qui Synodo interfuerunt pro compescendo mar-
tyrio in gratiam Regis; hæc enim iubere in dedecus Martyrum, sacerdotum simplicium
esse non poterat, sed Episcoporum.

XXVII.

EULOGIUS
PRO SAN-
CTIS MAR-
TYRIBVS
INSVROIT.

Erat eorundem, siue horum similibus in sanctos Martyres illa ad derogationem
martyrij sparsa calumnia, vt non essent hi inter Martyres computandi, quod miracula
vti olim Martyres, non ediderint, neque eorum corpora incorrupta manerent. Porro ad
hæc omnia diluenda ipse sanctus Eulogius scripsit egregium commentarium, cuius est
titulus, Memoriale Sanctorum, in cuius primo libro ad hæc validè confutanda versatur.
Sed & addidit postea, vt suo loco dicitur, Apologeticum ad alias ab eisdem illatas ob-
iectiones confutandas. Surrexit itaque aduersus hæc vnus Eulogius pro Martyrum glo-
ria non solum aduersus impios Sarracenos, sed etiam contra sacerdotes in gratiam Prin-
cipis Martyres insequentes, & Martyrium prohibentes defensor acerrimus, & hortator
intrepidus, cum magna ex parte Fideles animo elanguissent; quin etiam vt populus Is-
raël in Ægypto in Moysem, ita isti in suos duces, Episcopum videlicet & sacerdotes mag-
nopere quererentur, quod eorum causa turbata esset pax ciuitatis, & aded grauis perse-
cutio esset exorta. Nam audi ipsum Eulogium hæc vbi supra, post illa de concilio enar-
rata ^b subiicientem:

Eul. lib. 2.
cap. 16.

XXVIII.

EXODI 5.
QUERELA
CHRISTIA-
NORVM IN
CONFESSIO-
RES.

Denique cum ex omni parte Christianis immineret interitus, ardensque immani furo-
re comminatio Principis multos electorum errare compelleret: plerique nobis illam ex-
probationem Israëliticam, cum se grauius opprimi cernerent, inferebant dicentes: ^a Vi-
deat Dominus & iudicet, quoniam foetere fecistis sudorem nostrum coram hoc Tyran-
no & seruis eius, & præbuitis eis gladium vt occiderent nos. Crescente enim numero
Martyrum, crescebat in maius iracundia Principis, augebaturque Fidelibus conturbatio,
vt panè casus nostri olim Pharaoniticis contra Israël persecutionibus computarentur.]
At exurrexit Dominus pro populo suo, acerbius quam Pharaonem puniens Regem perse-
cuto-

CHRISTI
852.LEONIS PAP. IV.
6.LOTHARII
MICHAEL. III.IMP. 12.
IMP. 11.

A secutorem. Vt planè innotuerit etiam hostibus, si audire æquiore mente terribile Dei iu-
diciū voluissent, & reliquis Martyrum contemptoribus, placere illi Martyres, in quo-
rum vltionem, tam citò, tam sedulo, tamque, terribilis insurrexisset, clamantibus illis de
caelo: ^a Surge Domine in ira tua, exaltare in finibus inimicorum nostrorum.] & illud ^b Psal. 7.
Apocalypsis: ^b Vindica sanguinem nostrum Deus noster.] sed non, vt illi, acceperunt ^b Apoc. 6.
diuinum responsum vt expectarent modicum, donec impleteretur numerus confessorum
suorum. nam sine mora, secundum illud Dauidicum: ^c Excitatus est tamquam dormiens
Dominus, tamquam potens crapulatus à vino, & percussit inimicum suum. Quomodo
autem id acciderit, Eulogium audi, qui mox ista subiungit ^d:

Cumque tanta coarctati angustia crebrius gemeremus, & latentibus ac vagantibus no-
bis, denuò pontifex horribili carcerum specui traderetur, nullusque nobilium laicorum
B ingredi fores auderet, futurum in perendie ergastulum metuentes: cepit Rex alta ædium
petere, scanditque sublime solarium, oppida iustraturus; confestimque è regione pen-
dencia stipitibus Sanctorum corpora intueretur. Continuo suppositis ignibus, cremari ea
præcepit: (quorum cineres, Deo fauore, per loca sancta repositi sunt.) Et ó admiranda
potentia Saluatoris, & stupenda virtus Domini nostri IESV Christi, qui semper quæsitus
in tribulatione, assistit, pulsatus aperit, inuocatus exaudit. Nam os illud, quod Sanctos
DEI comburi præcepit: repente eadem hora diuinitus obstruitur, lingua verò, Angelo
percutiente, repressa, suo hærens palato vltra dari non potuit. Sicque portantium mani-
bus in stratum reductus, quadam noctis ipsius hora spiritum reddens, priusquam rogos
sanctorum cadauerum extingueretur, idem vita exemptus, aeterno clibano deputatus est,
relinquens successorem imperij Mahomad primogenitum, hostem Ecclesie Dei, & Chri-
stianorum maleuolum persecutorem.] hucusque de his Eulogius, quibus aded patenti-
bus indignationis diuinæ signis illud Palmographi aptari possit: ^e Si est fructus iusto, vti-
que est Deus vindicans eos super terram. atque reciprocè: Si est Deus vindicans in terra
seruos suos, vti que est fructus illis in caelo de consummato in terra martyrio: vt vel hoc
vno signo obstruerentur ora loquentium iniqua.

Quod autem ad tempus pertinet obitus Habdarragman Regis Sarracenorum, Scho-
liastes ad Eulogium initio sequentis anni accidisse ponit. Verum cum ex eodem Eulogio
fatis perspicue demonstraretur, tunc contigisse, cum sanctorum martyrum corpora suspen-
sa penderent è patibulo; hoc, & non initio sequentis id euenisse dicere opus est: siquidem
non ante mentem Iunij sequenti anno ceteri Martyres nece necati reperiuntur, quorum
nec sunt suspensa corpora in patibulis: sed præfenti anno, quo sancti martyres Emilia &
Jeremias vbi necati gladio sunt, eorum corpora vltra annum suspensa sunt die decima-
quinta Septembris, & sequenti die occisis pariter sanctis martyribus Rogello & Seruio
D Oem, ipsorum corpora itidem cum aliis suspensa sunt trans flumen in patibulis, quæ simul
omnia ita suspensa è summo suæ domus solario Rex aspiciens, iussit incendio tradi, cum
adhuc igne vigente, ipse miserando interitu poenas dedit: nec est quod vel fingi possit, vti-
que in sequentem annum ea corpora affixa patibulis permanissem. siquidem Christiani
studiosissimi colligendi vel minutos cineres, nedum corpora Martyrum; haud dubium
eadem opportuna occasione nocturni temporis, & hiemalium densorum imbrium ead-
dem sustulissent; cum insuper nec fieri potuisse videatur, vt tam diu, in sequentem scilicet
annum, iam penitus resolutis ex corruptione compagibus, corpora potuerint remansisse
suspensa. Hæc de tempore Regis obitus, & filij ipsi in solium succedentis, de quo plura
anno sequenti. modò ad res Francorum.

E Hoc anno contigit secunda translatio S. Remigij Rhemorum Episcopi, Francorum
Apostoli, per Hincmarum eiusdem Ecclesie Archiepiscopum facta, qui eiusdem Sancti
recens sepulchrum tunc temporis eiusmodi epitaphio exornauit:

Hic famulus Hincmar Domini sacra membra locauit
Dulcis Remigy, ductus amore pio,
Qui prius est sanctus, mundo quam matre creatus,
Et magnus dictus celitus ore Dei.
Bis denos binosque, geuens feliciter annos,
Sorte Dei sumpsit pontificale decus.
Sexaginta simul bis septem manserat annis
Istius urbis honor præsul, & orbis amor.

DE TEMPO-
RE OBITVS
REGIS PER-
SECVTORIS.DE TRANS-
LATIONE ET
EPITAPHIO
S. REMIGII.

Vitam

CHRISTI 852.

LEONIS PAP. IV. 6.

LOTHARII MICHAEL. III. IMP. 11.

Vitam defunctis reddens, quoque lumina cecis:

Egerat & vivens plurima mira satis.

Nam domuit fera corda animo pius, ore profusus

Sicambra gentis regia sceptris sacrans.

Nonaginta quidem sex cum compleverat annos

Splendida lux, nostras de servit tenebras.

Idus tam plenas cum Ianus mensis haberet,

Emeritus miles premia digna capit.

Idem Hincmarus prius hac in sede sacerdos

Post triginta loco constitit & numero.

Cui sextusdecimus sub hac radiante lucerna

Remigio, Rhemis munia chara dedit.

Annus septenis, quinis ac mensibus egit

Pastoris curam, hac recolenda patrans.

Octingentesimo, quinquagesimo, secundo,

Quo Deus est anno Virgine natus homo.

Tertius & Carolus Regni componeret actus,

October primam cum daret atque diem.

Ac tercentenos octavus tangeret annus,

Hic iustus Domini, quo petis astra poli.

Tercentum fuerant tres, & deni quater anni,

Quo vita Francos gurgite lavit ovans.

Ipsius is precibus caelesti in sede locetur,

Quem terris coluit verus amator. Amen.] haec tenus Hincmarum epitaphium S. Remigij sepulchro inditum, quod habes ad calcem vitæ ipsius ab eodem Hincmaro conscriptæ. apud Frodoardum etiam ab ipso Hincmaro scriptum sequens epigramma legitur, cum agit de hac secunda translatione:

Hoc tibi Remigi fabricavit magne sepulchrum

Hincmarus praesul, ductus amore tuo.

Vi requiem tribuat Dominus mihi, sancte precatu

Et dignis meritis, mi venerande tuis.] his subiicit multiplicia dona ab eodem eidem Sancto collata. ac post statim subiicit ista: Hic denique venerabilis praesul Hincmarus pro suæ sanctitatis ac sapientiae reverentia per interventionem Lotharii Imp. pallium ad quotidianum suscepit usum à Quarto Leone Papa, à quo iam aliud accepit, designatis sibi solemnitatibus debite deferendum. quem quotidianum pallij usum nulli unquam Archiepiscopo se concessisse, vel deinceps concessurum esse, in epistola ad eum directa testatur.] sed id omnino negat à Leone Papa factum Nicolaus Papa, ut suo loco dicitur. Addit Frodoardus, ab eodem Leone Pontifice diversorum argumentorum sexies Hincmarum litteras accepisse.

XXXII.

Hoc anno Genaldus Northmannus, qui superioribus annis iram domini sui Horic Danorum Regis fugiens, ad Regem Ludovicum se contulit, ab eo benigne susceptus, & baptizatus, & Fidei sacramentis imbutus est: cum per plures annos honorifice inter Francos haberetur, tandem Principibus Borealium partium & custodibus Danici limitis, quasi lubricæ fidei & molimine proditoris cepit esse suspectus, unde & ab eis occisus est.] hæc Annales veteres à Pithæo editi, in quibus hæc de Synodo hoc eodem anno celebrata Moguntie dicenda tertia sub Rabano earum quarum mentio inveniatur.

XXXIII.

SYNODUS ALIA MOGUNTINA SVB RABANO.

Habita est autem Synodus ex voluntate atque præcepto eiusdem serenissimi Principis in ciuitate Moguntia metropoli Germaniæ, præside Rabano venerabili eiusdem vrbis Archiepiscopo cum omnibus Episcopis, atque Abbatibus Orientalis Franciæ, Barioariæ & Saxoniar. Et illi quidem de absoluendis quæstionibus tractatum habuerunt.] quænam fuerint istæ, nusquam mentio. Porro has Synodos prouinciales, non nisi accepta prius licentia à Romano Pontifice congregari consueuisse, & Reges ab eo impetrare, dictum est superiori Tomo.

XXXIV.

à Sigobertus hoc anno.

Ad hunc præterea annum spectat, quod à Carolus Rex Francorum filios fratris sui Pipini Regis, Pipinum & Carolum Regnum inquietantes cepit, & attonfos detrusit in monasterium.

IESV

IESV CHRISTI LEONIS PAP. IV. LOTHARII IMP. 13.

A ANNVS 853.

ANNVS 7.

MICHAEL. III. IMP. 12.

SEQVITVR Christi annus octingentesimus quinquagesimustertius, Indictione prima, quo mense Aprilis Sueffione in Galliis Concilium habetur, cui & Carolus Rex voluit esse presens. Actum est in eo de causa eorum qui ordinati fuerant ab Ebbone Rhemenfis Archiepiscopo, qui primum sub Ludouico Imperatore sede priuatus, opera Lotharij Imp. per Synodum comprouincialium Episcoporum fuerat restitutus, cum & complures in eadem Ecclesia clericos ordinauit. Sed eo opera Caroli abire coacto, Hincmarus in locum eius fuit Episcopus substitutus. Hic (ut testatur Frodoardus) cum iam anno superiori idem Ebbo decessisset, ordinatos ab eo recipere nolens, hanc Synodum celebrandam curauit. in qua eorumdem clericorum ab Ebbone ordinatorum damnatio facta est. hæc summa totius rei gestæ, quam à Frodoardo habes fusiùs enarratam. Porro quod hæc ipsa causa Rhemenfis clericorum per annos tredecim, nempe vsque ad annum Redemptoris octingentesimum sexagesimum sextum ventilata est iudicio Apostolicæ Sedis, quodque insuper hæc ipsa Synodus cassata prorsus & abolita fuerit à Nicolao Papa, ob idque male inter probatas Synodos in posteriori editione Conciliorum voluminum reperiatur allecta: vt de hac ipsa fusiùs agatur, & cunctæ res gestæ in ea exactè intelligantur, ob idque omnes eius actiones hic describantur, operæpretium existimamus. Prima igitur eius Actio sic se habet:

Residentibus in Synodo venerabilibus Episcopis, Hincmaro Rhemenfis, Vuenilone Senonenfis Archiepiscopo, Almarico Turonenfis Archiepiscopo, Theodorico Camera-centi Episcopo, Rothado Sueffione vrbis Episcopo, Lupo Catalaunenfi Episcopo, Ermone Nouiomagenfi Episcopo, Erpuino Siluanectensi Episcopo, Ermenfrido Beluacensi Episcopo, Pardulo Laudunenfi Episcopo, Hilmerado Ambianensi Episcopo, Hucberto Meldensi Episcopo, Aio Aurelianensi Episcopo, Prudentio Tricassinæ ciuitatis Episcopo, Herimanno Niuernenfi Episcopo, Iona Augustudunenfi Episcopo, Godalfo Cabilonenfi Episcopo, Dodone Andegauenfi Episcopo, Gutberto Ebroicensi Episcopo, Hildebrando Sagenfi Episcopo. Residentibus etiam presbyteris & Abbatibus. Dodone Abbate monasterij sancti Sabini, Lupo Abbate monasterij Bethlehem, quod Ferrarias dicitur, Bernardo Abbate ex monasterio sancti Benedicti, quod appellatur Floriacus, Odone Abbate ex monasterio Corbeie, Erico Abbate ex monasterio Corbionis, & quamplurimis aliis sacerdotibus & Abbatibus, adstantibus diaconibus, adstante quoque reliquorum graduum Clero, residente etiam in cæteru Episcoporum glorioso Rege Carolo, qui in eadem sacra Synodo suam exhibere dignatus est præsentiam apud Sueffionis ciuitatem in monasterio S. Medardi Confessoris Christi, quod situm est in suburbio ipsius ciuitatis in Ecclesia quæ est in honorem sanctæ Trinitatis sacra, anno Incarnationis Domini nostri IESV Christi octingentesimo quinquagesimo tertio, Indictione prima, sexto Kalend. Maij.

Dum quædam Ecclesiastica & pernecessaria negotia in eadem Synodo ventilarentur & definirentur: venit Sigloardus seruans locum Archidiaconi Rhemenfis Ecclesiæ, diciturque filios eiusdem Rhemenfis Ecclesiæ & Hincmarum Archiepiscopi stare pro foribus, qui pro sua necessitate in Synodum introduci perebant. Hincmarus Archiepiscopus dixit: Recita illorum nomina, & audiat dominus noster Rex Carolus & sacra Synodus illorum conscripta nomina, & tunc quod iustum fuerit, in nomine Domini fiat. Et recitauit Sigloardus seruans locum Archidiaconi Rhemenfis Ecclesiæ hæc nomina: Rodoldus, Gislardus, Vuilfridus, Fridebertus ex Canonicis ipsius sanctæ matris Ecclesiæ, Sigismundus ex monasterio S. Theodorici, ex monachis autem monasterij sancti Remigij Nortuinus, Heinradus, Mauringus, Antheus, Teutlandus, Haconualdus, Radulphus, Vuicbertus. Quibus iussu Synodi & Principis introductis, Hincmarus Archiepiscopus dixit: Quæ est vestra petitio, fratres? Illi autem responderunt: Misericordiam petimus nobis à vestra paternitate impendi de ministracione ordinum Ecclesiasticorum, ad quos à domino Ebbone quondam prouecti, à vestra autem auctoritate suspensum sumus. Hincmarus Archiepiscopus dixit: Legum Ecclesiasticarum consuetudo & auctoritas talis est, vt in causis gestorum semper scripturam requirant, adeo vt qui ad sacrum fontem accedit,

Annal. Eccl. Tom. 10.

H

cedit,

CHRISTI LEONIS PAP. IV. LOTHARII IMP. 13.
853. 7. MICHAEL. III. IMP. 12.

cedit, suum dare nomen præcipiatur: qui ad summum sacerdotium prouehitur, decreto A manibus omnium roborato eligatur, ordinatus autem à suis ordinatoribus litteras accipere iubeatur: qui etiam ab Ecclesiastica societate quolibet excessu discinditur, libellari scriptura aut recipitur, aut desicitur, sed & qui accusatur vel qui excommunicatur per scripturam, accusari, vel reconciliatus commendari iubetur. & sic in ceteris huiusmodi in tantum scriptura deposcitur, vt sicut beatus Gregorius in commotione ad Ioan- nem Defensorem, ex Romanis legibus sumens scribit: Sententia que sine scriptura profertur, nec nomen sententiæ habere meretur. Quapropter fratres & filij, oportet vos secundum Ecclesiasticam auctoritatem reclamationem vestram libelli serie allegare, cumque vestris manibus roboratum Synodo sacræ porrigere, vt conuenienter & canonicè vobis valeat responderi.

IV. Et tunc ipsi fratres libellum conscribentes, eique sua nomina subscribentes porrexerunt Hincmaro Archiepiscopo, qui tunc vnà cum Vuenilone Archiepiscopo & Amalrico Archiepiscopo sub præsentia gloriosi Regis domini Caroli Synodo præsidebat. Relegens verò Hincmarus Archiepiscopus libellum porrectum & subscripta nomina, competit deesse nomen Vulfadi, quod antè Sigloardus prædictorum recitans nomina, recitauerat. Tunc Hincmarus Archiepiscopus audiente sancta Synodo, dixit: Tu frater Sigloarde antea Vulfadi fratris nostri inter præfatorum nomina recitasti, & modò hic illius non vidimus præsentiam, nec nomen libello subscriptum inuenimus. Sigloardus seruans locum Archidiaconi Rhemenfis Ecclesiæ respondit: Frater noster Vulfadus, de quo venerato vestra dicit, hic in monasterio iacet infirmus, & ideò vestris sanctis aspectibus & sacræ Synodo, gloriosoque Principi suam non potest exhibere præsentiam. Hincmarus Archiepiscopus coram omni Synodo dixit: Tu frater Sigloarde, accipe libellum, & adhibe tecum Liudonem Archidiaconum venerabilis fratris & Coepiscopi nostri Parduli Laudunensis Ecclesiæ, & Isaac diaconum sanctæ Rhemenfis Ecclesiæ, & vade ad dictum fratrem Vulfadum, & dic ei ex parte gloriosi Principis nostri ac sacræ Synodi, nostræque humilitatis voce, vt si in hac causa, quam præfens libellus continet, his fratribus nostris vult participare: huic libello, sicut se habet auctoritas, nomen suum propria manu subscribat, & per suam subscriptionem nobis suam studeat repræsentare personam.

VULFADVS
QVAESITVS.

V. Tunc Sigloardus seruans locum Archid. Rhem. Ecclesiæ & Liudò Archid. venerabilis Parduli Episcopi Laudun. Ecclesiæ, & Isaac diaconus Rhemenfis Ecclesiæ, vt in ore duorum vel trium restum omne verbum confirmetur, perrexerunt ad dictum fratrem Vulfadum, qui nomen suum libello subscripsit, & Synodo sacræ cum ceteris fratribus voto suo & voce fratrum prædictorum qui ad eum transmissi fuerant, libellum roboratum porrexit. Quem suscipiens Hincmarus Archiepiscopus, & relegens coram Synodo, excelsa voce dixit: Istorum fratrum sententia manifestè me tangit, qui si contra aliquem Coepiscoporum nostrorum clamassent, ad nostræ humilitatis auctoritatem ab eò prouocare debuerant: nunc autem quia de iudicio nostro queruntur: oportet vt in libellari subscriptione ad electos prouocent iudices, quatenus causa illorum debitum & certum finem accipiat. Sic enim scriptum est in Concilio Africano cap. LXXII. Si autem fuerit prouocatum, eligat qui prouocauerit iudices, vt ab illis deinceps nulli liceat prouocare. Item eodem Concilio cap. LXXXI. A iudicibus autem, quos communis consensus elegerit, non liceat prouocare. Item in libro primo capitulorum Synodaliu domini Caroli Imperatoris cap. XLVII. vt probati à Metropolitanò iudices, qui nostram rationem audiant, & consulti ac sententia synodali definiant. vnde relegit, & porrexit hunc libellum E. idem Hincmarus Archiepiscopus, in quo hæc scripta continebantur:

VI.
LIBELLVS
HINCMMARI

Ego Hincmarus sanctæ Metropolis Ecclesiæ Rhemorum Episcopus, in hac dumtaxat causa quæ ventilatur, de his qui se à domino Ebbone post depositionem suam afferunt ordinatos, eligo mihi iudices, quos Canones, Electos appellant, Vuenilonem Senonensem Archiepiscopum, Amalricum Turonensem Archiepiscopum, Pardulum dioceseos nostræ Laudunensem Coepiscopum, seruans locum in hoc iudicio nostræ auctoritatis, saluo in omnibus primatu Metropolis Rhemorum Ecclesiæ, & manente in suo statu iure, quod cum aliis Metropolitanis mihi in sacris Canonibus est collatum. Salua etiam reuerentia Apostolicæ Sedis, cui in omnibus causis debet reuerentia adhiberi, sicut Innocentius Papa ad Victricium Rothomagensis scribit Episcopum, & sancti etiam Canones præfigere dignoscuntur. Et recedens de suo loco, posuit sedere Coepiscopum suum

CHRISTI LEONIS PAP. IV. LOTHARII IMP. 13.
853. 7. MICHAEL. III. IMP. 12.

A suum, Pardulum Laudunensem in hoc iudicio, vt præscriptum est, quòd seruet locum primatus Metropolis Rhemorum Ecclesiæ. Deinde licet à Metropolitanò iudices electi fuissent secundum canonicam auctoritatem, ne quererentur proclamantes, se illius opprimi auctoritate, dedit eis licentiam, si vellent, eosdem vel alios quoslibet ex consensu suo eligere iudices. Qui elegerunt prænominos reuerendos viros, & superaddiderunt, sibi velle constitui iudicem Prudentium Tricassinæ ciuitatis Episcopum, quod & præfatus non abnuuit Rhemenfis Archiepiscopus: & sic missum est scriptum illorum de electione iudicum per præfatos fratres, Sigloardum videlicet seruans locum Archidiaconi Rhemenfis Ecclesiæ, & Liudonem Archidiaconum Laudunensis Ecclesiæ, & Isaac diaconum Rhemenfis Ecclesiæ ad Vulfadum eorum confortem, quem iacere in eodem monasterio infirmum prædiximus, vt si eorum consensui in eadem iudicum electione consentiret, propria voce dicere procuraret. A quo iidem fratres in responsis Synodo retulerunt, quòd præfata electioni iudicum vsquequaque idem Vulfadus præberet assensum, eosdemque sibi iudices deuotè expereret.

Et sic prima Actio finita, in primordio Actionis secundæ iudices Synodum inssu Principis, & in conspectu ipsius, scilicet gloriosi Regis domini Caroli, sic sunt voce promptissima allocuti: Fratres & sacerdotes nostri, manifestum est, quia si Ebbo quondam Episcopus in suo statu canonicè manens, hos fratres canonicè ordinauit, debent vtrique ministrare. Si autem iniuste deiectus est, & canonicè restitutus, & post suam canonicam restitutionem hos fratres studuit ordinare, sine vlla quæstione debent vtrique ministrare. Qua de re Ordinatos fratris & Coepiscopi nostri Hincmari doceant, si iuste & rationabiliter; quia tunc canonicè fuerit Ebbo deiectus, & non secundum Ecclesiasticas regulas extitit restitutus, & ante canonicam audientiam ministrare, & istos quasi ordinare præsumpsit, quin etiam vsurpauit: facilis patet responsio, quia ministrare non debent, nec potuerunt. Tunc surgens Theodoricus Episcopus Ecclesiæ Cameracensis, porrexit in conspectu Principis & Synodi scriptum dicens: Sicut audiui & vidi depositionem canonicam Ebbonis Episcopi, ita vestræ reuerentiæ profiteor voce, & scriptum porrigo, & auctoritate confirmo. Et reuelatum est volumen illud Synodo coram Principe glorioso Carolo à Lupo venerabili presbytero & Abbate in monasterio sancti Petri, quod Berhlehem vel Ferrarias dicitur. in quo volumine continebatur, qualiter idem Ebbo voce propria & iudicum peccatorum suorum videlicet Episcoporum iudicio, Aiulfi scilicet Archiepiscopi, Badaradi Episcopi, Modoini Episcopi, & restitucione testium, Northonis Archiepiscopi ipsius Theodoricum quem prædiximus Episcopi, & ipsius libelli subscriptione, qui relectus est in Synodo, quem ipse propria manu in conspectu prænominate Synodi subscripsit, & Synodo ipsi porrexit, pro reatibus & criminibus confessis à ministerio Episcopali alienum se reddens, & quadragintaquatuor Episcoporum sententia, vt à ministerio Episcopali recederet, & sub pœnitentiæ modo Domino seruire studeret, suscipiens, se condemnauit, & condemnatus recessit. In quo etiam volumine continebatur, quia & taliter se Episcopus à ministerio exuens, administratione Episcopali spoliatus manere deberet. Et edoctus est sacris auctoritatibus, qualiter exauctoratus Episcopus restitui deberet. Et quia idem Ebbo restitutus canonicè non fuerat. Insuper & ab Apostolica Sede, sicut in gestis Pontificum coram Principe, Synodo relectum est, à Sergio Papa confirmante deiectionem illius, damnatus extitit, vt in laica tantummodo communionem permaneret; sed ministerium Episcopale, quò suo & Episcoporum iudicio fuerat spoliatus, irreuerenter vsurpare præsumpsit. Et hoc secunda Actio plenissima auctoritate monstratum, & à cuncta Synodo generaliter definitum est.

VII.
ACTIO II.

DE CAUSA
EBBONIS.

*

VIII.

Quod autem pertinet ad nomina Episcoporum, qui contra Ebbonem steterunt in iudicio, & inter alios recentitos Aiulsum Archiepiscopum, restituendum, Aigulfum pro Aiulfo: eo namque nomine apud Theodulphum Aurelianensem inuenimus nominatum, cum & carmen elegiacum idem Theodulphus ad eum scripsit. De Modoino itidem Episcopo ibidem nominato meminit summa cum laude idem Theodulphus, cum ad eum elegiam inscripsit in carcere. est autem responsio eiusdem Modoini ad eum, hæc de Episcopis: prosequamur Acta synodalia, quæ hæc habent:

^a Canif. to. 5. pag. 835.

^b Canif. to. 5. pag. 879. & 888.

In primordio tertiæ Actionis iudices coram Synodo dixerunt: Nunc quia euidenti ratione, & veneranda auctoritate decretorum Catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ, & sacro-

IX.

ACTIO III.

CHRISTI
853.LEONIS PAP. IV.
7.LOTHARII IMP. 13.
MICHAEL. III. IMP. 12.DE ORDINATIONE
HINCMAKI

rum Canonum promulgatione monstratum est, & qualiter canonica & Apostolica auctoritas iubeat vel acculare, vel condemnare, & quia Ebbo canonicè fuerat depositus, & non fuerat restitutus, immò & ab Apostolica Sede pristinae suae damnationi addictus: volumus ut Ordinatore fratris nostri Hincmari doceant, qualiter idem frater noster Hincmarus canonicè fuerit ordinatus. Tunc surgens Rothadus Episcopus Sueffionensis civitatis, porrexit canonicam auctoritatem, qualiter Metropolitanus Episcopus debeat ordinari, & si de eadem Ecclesia non sumitur, qualiter petente eiusdem Ecclesiae Clero vel populo, à vicina debeat Ecclesia postulari, porrigens etiam canonicas litteras Erchenrardi Episcopi Parisenorum Ecclesiae confirmatas suis suiq; Archiepiscopi & Coepiscoporum suorum manibus, quas ad petitionem Rhemensis Ecclesiae, Cleri & plebis, idem Hincmaro tribuerat; porrigens nihilominus decretum canonicum Cleri & plebis manibus roboratum, qualiter iam dictum Hincmarum sibi postularunt Episcopum ordinari. Et his omnibus relectis, docuit, quia canonicè cum praesentia & consensu omnium Episcoporum Rhemensis dioceseos eundem Hincmarum ordinavit Archiepiscopum. Post hæc surgens idem Hincmarus, in conspectu gloriosi Principis & Synodi porrexit & litteras canonicas, quas Canones sacri ordinatum à suis ordinantibus accipere iubent, diem proferentes & Consulem.

X.

Porrexit etiam epistolam totius Galliae Episcoporum manibus subscriptam ad Apostolicam Sedem pro confirmatione ipsius ordinationis, quoniam Sedes Apostolica per Sergium Papam, sæpeditum Ebbonem damnavit Episcopum, ad eum ut inter laicos communionem tantum habere mereretur, ut diximus. Ostendit etiam ipsi Christianissimo Principi coram sancta Synodo diploma sacrum ipsius venerandi Principis manibus insignitum, ex approbatione suae ordinationis ad eandem sanctam & Apostolicam, omnium scilicet Ecclesiarum matrem, Romanam Ecclesiam.

XI.
ACTIO IV.

Et sic quarta Actione evidentissimis documentis ostensum, & synodali iudicio decretum est, Hincmarum Archiepiscopum canonicè à vicina diocesi ad ipsum canonicè electum, & canonicè ordinatum, & canonicè pallio, Apostolicæ Sedis rata ordinatione, perfectum, & in culmine primatus Metropolitana auctoritate usquequaque & ab omnibus confirmatum. Deinde iudices percontati sunt, quid de his canonica auctoritate æstiment, vel decernant, quos sæpeditus Ebbo post suam depositionem absque vlla legitima restitutione præsumperat ordinare.

XII.
DE ORDINATIONE
AB
EBBONE.

Tunc exurgens Emmo Nouiomagenis Episcopus porrexit rotulam, auctoritatem canonicam & Apostolicam continentem, quod qui ab ipso voluerant, & visi fuerant ordinari in gradus Ecclesiasticos, ab eodem quod idem non habuit, nemo eorum accipere potuit: damnationem utique quam habuit, per pravam manus impositionem ei dedit; quia qui particeps factus est damnato, quomodo debeat honorem accipere (ut Innocentius Papa dicit) inueniri non potest.

XIII.
ACTIO V.

Et sic quinta Actione canonica & Apostolica auctoritate inuentum & decretum est à sacratissima Synodo, ut quidquid in ordinationibus Ecclesiasticis idem Ebbo post damnationem suam egerat, secundum traditionem Apostolicæ Sedis (ut in gestis Pontificum legitur) præter sacrum Baptisma, quod in nomine sanctæ Trinitatis perfectum est, irritum & vacuum habeatur, & ordinati ab eo in quamcumque terrarum orbis partem profugi vagentur, vel vagati sunt, quia diuinum iudicium effugere nullatenus possunt, Spiritus sancti iudicio Ecclesiasticis gradibus priuati perpetuò habeantur.

XIV.

Tunc relegens vnus ex prædictis fratribus nomine Fredebertus libellum proclamationis, voce omnium dixit, se ideò ab eodem Ebbone permisisse ordinari, quia viderat suffraganeos Rhemensis Ecclesiae, Rothadum videlicet Episcopum, Simeonem Episcopum, Erpuinum Episcopum, in metropolim Rhensem Ecclesiam conuenisse cum litteris domini Lotharij, & eundem Ebbonem restituisse. Et ostenderunt litteras, quasi ex nomine Theodorici Episcopi, Rothadi Episcopi, Lupi Episcopi, Emmonis Episcopi, Simeonis Episcopi, Fulcoini Episcopi, Ragnarij Episcopi, Gildemanni Episcopi, Erpuini Episcopi manibus confirmatas, quæ manifestè falsissimæ sunt comprobatae. Tunc surgens Emmo Episcopus, licet ipsi accusatores & criminatores Episcoporum ad accusationem eorum non essent idonei, sicut scriptum est in Concilio Africano cap. xciii: Qui postea quam excommunicatus fuerit, in ipsa adhuc excommunicatione constitutus, siue sit clericus, siue sit laicus, si accusare voluerit, definimus ad accusationem non admitti: tamen

DE RESTITUTIONE
EBBONIS.CHRISTI
853.LEONIS PAP. IV.
7.LOTHARII IMP. 13.
MICHAEL. III. IMP. 12.

A tamen ad satisfactionem gloriosi Principis & sacre Synodi porrexit rotulam, quæ & de communicatione eorum, qui cum illo post depositionem Ebbonis Episcopi, & de cuius chartulæ subscriptione evidentissima protulerunt indicia, quibus mendacissima est probata illorum assertio. Sed & de baculis & anulis ab illo datis, vnde & in præfata scheda idem frater relegerat, friuola est autumatio, per auctoritatem in omnibus comprobata. Vnde & iidem fratres, qui felle amaritudinis maiores natu criminati sunt, * coramq; vox * quorumq; muta fore est iudicata, iuxta canonicam auctoritatem, secundum Concilium Eliberitanum, quod actum est tempore Constantini cum Missis Apostolicæ Sedis cap. l. xxv. Si quis, iniquis, Episcopus vel presbyterus siue Diaconus falsis criminibus appetierit, & probare non poterit: nec in fine dandam ei esse communionem. Et quia gradus Ecclesiastici à quibus priuarentur, non habebant: iussi sunt communionem priuari.

B Et sic sexta Actione finita, decreto iudicum & synodali iudicio, atque consensu Principis Hincmarus Archiepiscopus primatus sui locum recepit, & iudex & præses Synodi effectus super venturis Actionibus cum Archiepiscopis Vuenilone scilicet & Amalrico sensum accommodauit. Tunc de presbytero quodam & monachorum Abbate in Altiuillaris monasterio, nomine Halduino, qui ab eodem Ebbone Diaconus fuerat ordinatus, & à Lupo postea venerabili Episcopo Catalaunensi presbyter sine examine fuerat consecratus, commota est quaestio. Vnde surgens Lupus Episcopus porrexit volumen in quo continebatur: Quia Metropolis Rhemorum Ecclesia carebat pastore, iussus est regis litteris domini Caroli, ut in consecratione Chrismatis, & aliis necessitatibus videlicet, ut suæ matri Ecclesiae pro sua possibilitate in Ecclesiasticis negotiis consulere procuraret. Qua de re cum epistola regia, ut eundem fratrem nomine Halduinum & presbyterum ordinaret, & Abbatem monachorum in monasterio Altiuillaris sacraret, Archidiaconus Rhemensis Ecclesiae cum aliis ministris tam Canonicis quam monachis eundem illi ad ordinandum in gradu Diaconi ad presbyterium obtulit; qui secundum consuetudinem, quam in offerendo ordinandos ex canonica, & monasteriis ipsa Metropolis Ecclesia habebat, ordinandum suscepit, & ad votum præcipientis Principis & offerentium ordinavit. De quo iudicatum est à Synodo secundum sacros Canones, sicut scriptum est: Ut qui presbyteri sine examine per ignorantiam, vel per ordinatorum dissimulationem sunt prouecti, cum fuerint cogniti deponantur. Quia quod irreprehensibile est, Catholica defendit Ecclesia. Et ostensum est in eodem Concilio Sardicensi cap. ix. & ex aliis Conciliis ac decretis damnationis scripto secundum canonicam formam eundem Episcopum nihil de illius ordinatione attigisse: sed qui saltu sine gradu Diaconi ad Sacerdotium prodilierat, in degradationem debitam resilire deberet.

Et hoc negotio septima Actione finito, interrogatum est de his qui sæpedito Ebboni oratione vel oblatione communicauerant: Quoniam scriptum est in Canonibus, ut qui excommunicato communicauerint, omnes ab Ecclesia respui, maxime eos qui sciebant eum esse deiectum. Vnde surrexit Erpuinus, & porrexit rotulam, canonicam & Apostolicam auctoritatem continentem, qualiter libellari satisfactione sanari valeant & debeant exorbitantes. Vnde & in gestis Pontificum, & in Decretalibus Apostolicis Papæ Leonis, & in libris Epistolarum domini Gregorij, qui dicitur ex Registro, & in Ecclesiasticis historiis, & in decretis multorum Pontificum sufficiens est exemplis manifestissimis demonstratum, per quorum doctrinam libellari satisfactione & decreto canonico manibus omnium roborato, in electione canonica venerabilis Archiepiscopi Hincmari omnes Rhemorum Ecclesiae indita sibi poenitentia, largita indulgentia, benedictione supereffusa, communionem sacra tributa, per sæpeditum venerabilem Hincmarum Archiepiscopum operante Domino nostro Iesv Christo, purificata esse noscitur & sanata.

Et sic octava Actione finita, benignus ac pius Princeps sæpeditus dominus Carolus Rex gloriosus sacram Synodum, & sæpeditum Hincmarum Episcopum humiliter petit, ut quia præfati fratres Episcopos dioceseos Rhemensis Ecclesiae falsis appetuere criminibus, quod post depositionem Ebbonis illi communicauerint, & eum irregulariter restituerint, & ob id secundum canonicam auctoritatem communionem priuati existerent, quoniam gradus Ecclesiasticos habere non possunt, legum Ecclesiasticarum auctoritate decernente, humanius de illis desinientes, ut communionem habere valeant per sacra Synodi indulgentiam. Quod & pietas sacerdotalis libenter assensit, & misericorditer, XVII.
ACTIO VIII.

DE HIS QUI
CVM EBRO-
NE COMMV-
NICASSENT.

pieque concessit, recognoscentibus iisdem fratribus & petentibus veniam. Et sic cunctis A
ex ordine secundum regulam Ecclesiasticam, canonicè & diligenter paratis, decretum
& iudicatum est à sancta & venerabili Synodo, assentiente & fauente Christianissimo &
glorioso Rege domino Carolo hæc omnia gestis inseri, & in conspectu Synodi relegi, &
rata omnia iudicata, cum eorum manibus & subscriptione canonica perpetuè inconuul-
sa & inuolabiliter permanfura firmari.] hucusque Acta Synodi Sueffionensis de his quæ
spectant ad iudicium clericorum ab Ebbone ordinatorum, & ad factam penitus eiusdem
Ebbonis iure deiectionem, & Hincmari ostensam legitimam electionem & consecratio-
nem. Quæ quidem ita se habere, quousque ad lapidem Lydium, ad iudicium scilicet
Apostolicæ Sedis hæc sunt allata, per quod omnia vt à vento fumus, euauerunt, cum
multis ostensa sunt falsitatibus & erroribus esse composita. Leguntur eiusdem Synodi
sancta alia capita, siue Canones, & inter alios ille, quo damnati sunt monachi qui Pi- B
pino fugæ auctores fuere.

XVIII.
CONATUS
HINC MARI

Hincmarus igitur quo minus sciret tale synodale iudicium posse subsistere, eo magis à
Leone Romano Pontifice iteratis legationibus illud petiit confirmari, quod sanctissimus
Pontifex facere omnino renuit. Ita repulsus nequaquam à cœpto destitit, sed defuncto
Leone, ab eius successore Benedicto, in ipso eius Pontificatus ingressu eiusdem Synodi
confirmationem subripuit; sed quòd illa non in omnibus, vt ipse volebat, se haberet, nec
plenè voluntati ipsius satisfaceret (proh nefas) quædam eidem confirmationi à Benedi-
cto per epistolam missæ addidit, quædam verò sustulit. Hæc autem ex litteris Nicolai
Pontificis suo loco recitandis euidentiora patebunt: modò verò reddamus hîc Benedi-
dicti Papæ illam epistolam de confirmatione Concilij Sueffionensis conscriptam, quam
hic describimus. nacti sumus eam in scripto codice Antonij Augustini in Vaticanam Bi- C
bliothecam relato, in qua habes aliqua litteris grandiusculis exarata, quibus notata scias ea
omnia fuisse ab Hincmaro turpiter erasa ex ipsis Benedicti litteris Apostolicis, vt inferius
ex litteris Nicolai Papæ cognosces.

XIX.
BENEDICTI
PAP. EPIS.
QVA PRO-
BAT CONCILII
SVES-
SIONENSE.

Benedictus Episcopus seruus seruorum Dei reuerentissimo confratri nostro Hincma-
ro Archiepiscopo Rhemensis Ecclesiæ.
Probabilium sacrorumque definitiones gestorum audientium mentes exhilarant, fa-
ciuntque alacres; & in tantum mortalium lætitia corda replent, vt in Conditoris omnium
exuberent laudes, facilique intuitu illarum confirmant proficuas intentiones & actus, va-
lidoque & inconuulso propagare fundamine, conamine ingenti procurent. Nostrium
quemadmodum Pontificij cor dulcisonis tuæ benignitatis apicibus latius effectum est &
hilarius, strenua quos perlegentes inquisitione, nostræ te esse conuentum dilectionis, in- D
ternis nouimus oculis, diuinisque prosperitatibus efficacem. Synodi textum imminenti
ventilantes intuitu, eiusque Actus, quam Sueffionis apud ciuitatem sua beatitudo studuit
celebrare diocæsis cum Episcopis tuæ, venerabilibusque Archiepiscopis, Guenilone sci-
licet Senonensi, Amalrico Turonensi, aliisque Episcopis, vt scriptis mihi contulisti, sub-
tili demonstratione pandere procurasti; Quæ ad profectum tantæ noscuntur Ecclesiæ piis
auctoritatibus statuta, sancitaque reperimus, præcipuè in quibus æquiparare te viros illos
prospeximus, qui non terrenis actibus, caducisque delectati sunt obseruationibus, infinito-
que Dei zelo accensi Ecclesiastica promulgarunt statuta, & ordines. Hæc cernentes, ad ea
quæ cupis, nos nullatenus inclinare ambigimus, tuæ venerationis adimplere cupientes
affectum. Et quia vt deuotus fidelisque in omnibus filius, pro instructione seu confirma-
tione gestorum ac regularum Ecclesiasticarum, semper ad hanc te Sedem recurrere con- E
templamus: definitiones fraternitatis tuæ & ceterorum Episcoporum, quas in præfata
Synodo Apostolicis, canonicisque auctoritatibus propriis digitis roborasti: SI ITA EST,
NOSTROQUE VT SCRIPTIS PRÆSVLATVI INTIMASTI, ET GESTORVM
SERIE DEMONSTRASTI, RATAS EAS QUIDEM DEFINITIONES APO-
STOLICA PROMVLGAMVS FORE AVCTORITATE, semperque manere sta-
tuimus, vt inde quæstio nullis aliquando temporibus oriatur; & aspirantes indebitè an-
helitus compressi funditus perpetuè maneat, ne amplius vllorum contradicentium ad-
uersitatibus Dei turbetur Ecclesia, sed omnibus eruta, sine pertractationis erroribus, vni-
ta semper in Christo permaneat.

XX.

Inter hæc quidem & hoc sancimus, Ne quilibet tuæ diocæseos regulis subiectus Ec-
clesiæ, te contempto, impunè audeat seu valeat aliena expetere aut expectare iudicia,
vt al-

A vt aliorum traditionibus Patrum, canonumque promulgationibus est constitutum
(SALVO IN OMNIBVS IURE APOSTOLICÆ NOSTRÆ SEDIS) ab ipso
veluti Christo & sacris est cautum canonibus. Sed cuncti siue in prælatione sint, siue in
subditiōe debita, ordinem ab Ecclesiasticis regulis traditum obseruantes obediant, &
studiosius obtemperare procurent. Et hoc promulgamus, atque statuimus, vt te qui eius
prouinciæ Primas esse diceris, nullius vniquam infestatione contra canonica Apostoli-
caque decreta, siue iudicia Ecclesiastica, tibi que commissa, aut virtute aut facultate nul-
lari, aut ANTE AVDIENTIAM ROMANI PONTIFICIS à quocumque dam-
nari statuimus. Sed si compellitur, ad hanc appellare sanctam Sedem volueris Apostolici
Papæ iudicio referuari: nostra, immò beati Petri auctoritate præcipimus nec alicuius iuri
vel iudicio te subiici, EXCEPTA POTESTATE SEDIS ROMANI PONTIFI-
CIS. Et hoc volumus, ne quilibet ex prouincia, & diocæsis metropolis tuæ, tibi que sub-
iectæ, ius, secundum Ecclesiasticas constitutiones Primatis Ecclesiæ tuæ & tibi debitum,
quoquomodo per contemptum conuellere, aut tibi vel Ecclesiæ tuæ quamcumque vio-
lentiā contra eadem canonica constituta & decreta Romanorum Pontificum pertina-
citer inferre præsumat, cum anathematis interpositione, nostra Apostolica & beati Petri
Apostolorum Principis auctoritate prohibemus. Optamus fraternitatem tuam in Chri-
sto nunc & semper benè valere.] hucusque Benedicti epistola ad Hincmarum, reliquæ
verò quæ ad eandem causam spectant, suo tempore sub Nicolao Papa dicenda erunt.
hæc eadem de Concilio hoc Sueffionensi Frodoardus habet, de que Benedicti Papæ di-
plomate concessio Hincmaro, & Nicolao Papa eidem aduersante, & Concilium hoc
Sueffionense penitus abrogante.

C Sed & ad dictum Sueffionense Concilium hoc anno celebratum spectant, quæ post
damnationem clericorum ibidem factam, sunt per Carolum Regem suasionem Episcopo-
rum impleta. Præter illa enim omnia quæ cusa extant, reperimus in scripto codice Anto-
nij Augustini capita quædam, nusquam (quod sciamus) hæctenus edita, quæ ex petitione
eiusdem Synodi ipse Rex per vniuersum Regnum suum missis Legatis statuit nota fieri:
quibus vnà cum cuiuscumque Ecclesiæ Episcopo, quæ essent perperam facta, corrigerent,
statumque rerum Ecclesiarum in statum pristinum vendicarent. Eiusmodi igitur legatio-
ne decreta, quæ à Legatis suis seruanda essent, idem Carolus ex petitione Episcoporum
istis quæ sequuntur capitibus scripsit, quibus eiusmodi inscriptus titulus habetur:

Ista sunt Capitula à domno Carolo in Synodo apud Sueffionis ciuitatem, in monaste-
rio sancti Medardi facta, anno Incarnationis Dominicæ octingentesimo quinquagesimo
tertio, in mense Aprili.

D Vt Missi nostri per ciuitates & singula monasteria tam Canonicorum quam monacho-
rum siue sanctimonialium vnà cum Episcopo parochiæ vniuscuiusque in qua consistunt,
cum consilio etiam & consensu ipsius qui monasterium retinet (quem volumus & ex-
pressè præcipimus, vt præsens sit) vitam ibi degentium & conuersationem inquirant, &
vbi necesse est corrigant, & vbi desunt, congruas officinas construere iubeant; & vbi sunt
factæ, & per negligentiam sunt destructæ, instaurari præcipiant; & victum ac potum &
vestitum, atque cetera necessaria pro qualitate ac possibilitate loci, & inhabitantium ne-
cessitate ordinent. & hospitalitatem superuenientium hospitem & receptionem paupe-
rum ibidem ponant & ordinent: & thesaurum ac vestimenta, seu libros diligenter inbre-
uiant, & breues nobis reportent; inbreuiant etiam quid vnusquisque Ecclesiarum præla-
tus, quando prælationem Ecclesiæ suscepit, ibi inuenerit, & quid modò exinde ibi mi-
nus sit, vel quid & quantum sit superadditum. Quid etiam Northmannis per nostram
commendationem, siue sine nostra commendatione datum sit, quidve relictum, vel quid
à quoquam ibi in eleemosynam datum, numerum etiam Canonicorum & monacho-
rum, siue sanctimonialium vniuscuiusque loci describant, & nobis referant, vt secun-
dum qualitatem & quantitatem loci, cum consilio Episcoporum & fidelium nostrorum,
vbi minor numerus fuerit, nostra auctoritate addamus, vbi verò indiscretione prælato-
rum superfuert, ad mensuram redigamus.

Inquirant quoque quot tempore aui nostri Caroli, & domni genitoris nostri Hludo-
uici vnoquoque in loco fuerint, & quot modò sint, & vbi loca à Northmannis, siue à qui-
buslibet aliis destructa sunt, & penitus annullata, quot ibi nunc propter paucitatem re-
rum, & deuastationem earundem constitui vel ordinari possint, vt inde cum consensu

XXI.

XXII.
CAPITA
CAROLI
REGIS IN
CONCILIO
SVES-
SIONENSI.

XXIII.

CHRISTI
833.LEONIS PAP. IV.
7.LOTHARII IMP. 13.
MICHAEL. III. IMP. 12.

fidelium nostrorum ordinemus, quid de cetero agendum sit, & qualiter Abbatiarum A
praelati, & in locis sacris inhabitantes, de his quæ Missi nostri præceperint, obedierint
nobis diligentissimè & capitulatim referri procurent.

XXIII. Vt Missi nostri diligenter inuestigent per singulas parochias simul cum Episcopo, de
monasteriis, quæ Dominum timentes in suis proprietatibus ædificauerunt. Et ne ab he-
redibus eorum diuiderentur, parentibus & prædecessoribus nostris sub immunitatis de-
fensione tradiderunt, & postea in Alodem sunt data, vt describant quæ sint, & à quo vel
à quibus in proprietatem data sint, & nobis renuntiare procurent, vt cum Episcopis &
ceteris fidelibus nostris consideremus, quid & qualiter secundum Dei voluntatem, &
nostram salutem agere debeamus.

XXV. Vt Missi nostri per singulas parochias vnà cum Episcopo parochiæ ipsius requirant de
cappellis & abbatolis & casis Dei in beneficium datis, qualis census inde exeat, vt Eccle- B
sia, de qua supra, exinde vestituram habere possit, & nobis renuntient, vt hoc nostra au-
thoritate commendetur & firmetur, & secundum qualitatem & quantitatem loci cleri-
cos & luminaria ibi ordinent, & loca instaurari faciant.

XXVI. Denuntiandum est omnibus, & à Missis nostris ordinandum, vt omnes Ecclesiæ
presbyteri sub immunitate & priuilegio & ordinatione, atque dispositione Episcoporum
singularum parochiarum, in quibus consistunt, secundum auctoritatem canonicam &
Capitularia domni Caroli Imperatoris aui nostri, & pij Augusti Hludouici domni &
genitoris nostri permaneant.

XXVII. Vt Missi nostri diligenter inuestigent cum Episcopo & praelatis monasteriorum, & per
fideles & strenuos viros in vnaquaque parochia de rebus Ecclesiasticis in Alodem datis,
& sicut euidentiis & veris indiciis ac auctoritatibus conspexerint diligenter, à quo & C
quibus dati sunt, vel quantum exinde percepturi sint, describant, & nobis renuntient.

XXVIII. Vt Missi nostri expressè & cum omni diligentia cum Episcopo & praelatis monasterio-
rum per singulas parochias requirant de rebus Ecclesiasticis, vnde & nonæ & decimæ sol-
ui debent & non soluuntur, & persolui ab eisdem res tenentibus faciant. Et si aliqua con-
tradictio, quæ rationabilis videatur, oborta fuerit, describatur. & praelatus ipsius casæ Dei,
vnde res esse noscuntur, & ille qui eas detinet, & nonam ac decimam soluere detrectat, si-
mul cum Missis nostris ad nostram iubeantur venire præsentiam, & tunc veritate com-
perta, & definitione decreta, quod rationabiliter inuenerimus, inde percipiamus. Volu-
mus etiam vt inuestigent Missi nostri, qualiter illi qui easdem res Ecclesiasticas, vnde de-
cimæ dantur, siue non dantur, possident, illas saluas habeant, & in casticis & siluis cu-
stoditis, & si terræ aut mancipia inde perdita sint, vel aliquid huiusmodi, aut si familia D
oppressa sit contra legem, & omnia per breues renuntient nobis Missi nostri.

XXIX. Vt Missi nostri per singulas parochias Comitibus, & Reip. ministris ex banno nostro
præcipiant, ne malla, vel placita, in exitibus & in atris Ecclesiarum, & presbyterorum
mansionibus, neque in Dominicis & festiuis diebus tenere præsumant. Sed Comes con-
uenientem locum consideret, & conuenientem stationem ad mallum tenendum consti-
tuat. quia nefas est, ibi reos puniri, vbi respectu diuinæ reuerentiæ misericordiam con-
sensu Fidelium & decreto prædecessorum nostrorum consequuntur.

XXX. Vt Missi nostri Comitibus & omnibus Reipub. ministris firmiter ex verbo nostro de-
nuntient atque præcipiant, vt à quarta feria ante initium Quadragesimæ, neque in ipsa
quarta feria vsque ad Octauam Paschæ mallum vel placitum publicum, nisi de concordia
& pacificatione discordantium tenere præsumant: similiter etiam quartam feriam E
ante Natiuitatem Domini vsque ad consecratos dies obseruent, nec non & ieiuniis Qua-
tuor temporum, & in Rogationibus simili obseruatione eosdem feriatos dies venerari
omnimodis studeant.

XXXI. Vt Missi nostri omnibus per singulas parochias denuntient, quia si Episcopus & mi-
nistri Episcoporum pro criminibus colonos flagellauerunt cum virgis propter metum a-
liorum, & vt ipsi criminosi corrigantur cum tali discretionem sine vlla occasione indebita,
sicut in Synodo collocutum est, vt vel inuiti poenitentiam corporaliter & temporaliter
agant, ne æternaliter pereant: si seniores ipsorum colonorum indignè tulerint, & ali-
quam vindictam inde exercere voluerint, aut eosdem colonos ne delinquantur, contem-
dere præsumperint: sciant quia & bannum nostrum component, & simul cum excom-
municatione Ecclesiastica nostram armiscaram durissimè sustinebunt.

Vt

CHRISTI
853.LEONIS PAP. IV.
7.LOTHARII IMP. 13.
MICHAEL. III. IMP. 12.

A Vt Missi nostri omnibus Reip. ministris denuntient, vt Comites & Reip. ministri si-
mul cum Episcopo vniuscuiusque parochiæ sint, vt ministeriis illorum, quando idem
Episcopus suam parochiam circumiret, cum Episcopus eis notum faceret, & quos per
excommunicationem Episcopus adducere non potuerit: ipsi regia auctoritate & pote-
state ad poenitentiam & rationem atque satisfactionem adducant. XXXII.

Sciant etiam fideles nostri, quia concessimus in Synodo venerabilibus Episcopis, ne su-
per beneficia Ecclesiastica vel præsentatorias (etiam si Episcopus, aut quilibet monaste-
riorum praelatus irrationabiliter petierit) præcepta confirmationis nostræ villo modo fa-
ciamus. & ideo ab irrationabili petitione se vniuscuique compescat. XXXIII.
PRAESEN-
TATIONES
ABROGA-
TAE.

Vt Missi nostri omnibus per illorum Missaticum denuntient, ne commutationes re-
rum, ac mancipiorum quilibet Prælatum earumdem rerum Ecclesiasticarum sine licentia
& consensu nostro facere præsumat, neque mancipia Ecclesiastica quisque nisi ad liber-
tatem commutet, videlicet ne mancipia quæ pro Ge . . . dabuntur, in Ge . . . serui-
tute permaneant, vt Ecclesiasticus homo perpetua libertate fruatur.] hæcenus Caroli
pro reintegrandis rebus Ecclesiasticis capita. XXXIV.

Rursus autem, quod pariter ad Francorum res gestas pertinet (ne quid præmittamus
ad institutum spectans) hic itidem annus Francis calamitosus extitit iis qui sub Regno
Caroli degentes erant, ob iteratas Northmannorum incursiones, quibus etiam loca sacra
grauia sunt passa vbique dispendia, incensus ex eis aliquibus. De his in primis hæc redda-
mus, quæ veteres habent Annales sæpè citati à Pithæo in lucem proditi, in quibus ista le-
guntur: Northmanni per Ligerim fluium venientes, Turonum Galliæ ciuitatem præ-
dantur, Ecclesiamque S. Martini Confessoris, nemine resistente, succendunt.] Addit his
aliquid amplius Rhegino istis verbis: Repentina irruptione ciuitatem Nannetensem in-
uadunt: omnia cædibus, incendiis ac rapinis depopulantes, pontificem ciuitatis, ipso die
sabbato Paschæ, cum Baptisimum ex more celebraret, in basilica interficiunt, Clerumque
trucidant; omnemque in circuitu regionem deuastantes, primum Andegauensem, deinde
Turoniam occupant urbem, ac velut immanis tempestas cuncta prostermit, ita cuncta
consumunt, &c. Porro non solum Rhegino, sed Sigebertus, & Otto Frisingensis hanc cla-
dem Nannetensem referunt ad annum hunc Redemptoris octingentesimum quinquage-
simum tertium. Verum à Bertrando Argentræo, Gallico scriptore ex monumentis
Abbatæ S. Sergij Andegauensis, ponitur anno quadragesimo tertio post octingentesi-
mum, istis verbis tanti mali occasionem referantibus: XXXV.
R V R S V S
N O R T H -
M A N N Y
G A L L I A M
A Q V I T A N -
C A M I N E E -
S T A N T .

Anno ab Incarnatione Saluatoris DCCCXLI. ab Vrbe verò condita * DCCV. XXXVI.
D qui est annus Caroli Trierarchæ tertius, Rainaldus eximius Caroli Dux, genere Aquita-
nus, Nannetis vrbis Comes, contra Britones multa amicorum & propinquorum manu
collecta, super fluium Vicenoniam in loco, qui dicitur Meciacus, dimicat. & primo
quidem congressu Britones fortiter pressi, terga vertunt: demum Lamberto suppetias
ferente, adeo persequentibus acriter resistunt, vt ante quos prius fugiebant, fugere com-
pellerent; tantaque in eos cæde bacchantur, vt ingenti multitudine cum Duce prostrata,
copiosas domum manubias reportarint, non modica ob commercium turba seruata.
Præfuit autem Britannorum bello Herispogius, patre Nomenoio graui languore deten-
to, habens secum prædictum Lambertum transfugam, qui in Nanneticæ vrbis Comita-
tum inhians, stragis huius ductor & incensor extitit.] Lambertus hic stipendia fecerat
sub Ludouico Pio Imperatore. cum autem à Carolo Caluo eius filio antelatum sibi Rai-
naldum in Comitatu Nannetensi, quem ambiebat, ægerrimè ferret, Rege deserto ad
Nomenoium, Britonum Ducem, transfugit, & cetera gessit, quæ sequuntur: Quibus
patris Lambertus exoptato doni potitur voto non diu. nam exortis vtriusque simul-
tatis, idem mox vrbe ac regione pellitur. Triginta tribus autem posthæc elapsis
diebus, mensè Iunio, Northmannorum ferox natio numerosa classe aduecti; Lige-
rim fluium, qui inter nouam Britanniam & vltimos Aquitaniæ fines in occidentum
mergitur Oceanum, ingrediuntur. demum dato classibus Zephyro ad urbem Nanne-
ticam ab impiissimo Lamberto crebro exploratore præcognitam, celeri carbasorum
volatu, pariter remorum impulsu contendunt. quam mox nauibus egressi vndique
vallant, & sine mora nullo propugnatore capiunt, vastant, diripiunt. alij quippe sca-
lis murum subeunt: alij oppilatam olim aditum offendentes infringunt & penetrant.
Porro ciuitatis Episcopus vocabulo Guihardus, vir innocens, & omni pietate repletus,
Clerus

Clerus omnis cum monachis, qui ex vicino cœnobio, cuius vocabulum est Antrum, A quod antefati amnis isidoro gurgite vndique cingitur; ad urbem copiosum Ecclesiæ thesaurum habentes confugerant; cumque reliqua vulgi multitudine, quos vel metus hostis incluserat, vel præcursoris quæ inerat natiuitas, non solum ex vicinis regionibus & vicis, sed etiam ex procul positis urbibus attraxerat; cernentes intra mœnia hostem, certatim cuncti ad templum Apostolorum Petri & Pauli, quod in vrbe nobilissimum & pulcherrimum erat, utpote ignari certaminis concurrerunt, obseratisque ostiis ædis, solum quod supererat cœlitus auxilium anxie flagitabant. ac gentiles effractis ostiis, fenestrisque propulsis templum feraliter irumpunt: imbellem pariter & inermem multitudinem gladio feriunt: tantaque crudelitate in Christi sæuiunt gregem, ut præter eos quos siue captiuandi siue distrahendi gratia in naues transtulerunt; omnem multitudinem sacerdotum, clericorum, atque laicorum cum prædicto Antistite intra Ecclesiam gladio stererent: monachorum verò quosdam extra, alios intra Ecclesiam, plerosque autem super ipsam templi aram instar hostiæ trucidant. reliquos verò noctis crepusculo secum abducunt, classi que imponunt. Quis (proh dolor) illius diei dolorem explicare? quis explicando à lacrymis valeat temperare, quando mortuarum matrum cruorem pro lacte sugentes pendent ab ubere nati? quando sanctorum sanguine hostili mucrone fuso templi pavimenta madent? altaria sacra innocentium cruore oblita fluunt? Posthæc erucis omnibus opibus, cum gregibus captiuorum vtriusque ordinis & ætatis ad naues remeant: ad quorum postmodum redemptionem plurimum à cladis superstitionibus collatum est. Quibus peractis, cœnobium insularum, de quibus supra meminimus, natalitio Apostolorum Petri & Pauli scaphis adeunt, vastant, incendunt, quos ex tunc præter intestinos, vsque in præsentem antedicti regis annum, nullo propugnato- C re, utpote studiis in diuersa, immò peruersa tendentibus, terra marique externos hostes assidue patimur.] hæc de clade Nannerensis ciuitatis & Ecclesiæ ibi positæ. iam de Turonensi agamus. Dei quidem prouidentia factum est, ut antequam Turonensis ciuitas ab iisdem barbaris inuaderetur, & basilica incendio traderetur: quod in ea asseruabatur sancti Martini corpus, inde sublatum ab eiusdem Ecclesiæ clericis transferretur Antisidorum.

XXXVII. DE TRANSLATIONE S. MARTINI ODDONIS NARRATIO.

Quomodo autem eiusmodi translatio facta fuerit, posteris temporibus venerabilis Oddo Cluniacensis Abbas descripsit, dignum memoria monumentum, dum rem gestam his prosecutus est verbis: Elapsis post illata ab Haltingo incendia tribus lustris, successit eiusdem gentis & simili sorte à finibus suis exulans Rollio, vir armis strenuus, sed circa Christianæ professionis homines inhumanus, peditum multitudine, equestri- D ordinis copia, milite multiplici stipatus ex Flandrensis, Northmannis, & Britonibus, in martio congressu sæpenumerò confecto exercitatis, eorum ciuitates & opida, nec non & Ecclesias in fauillam redigens, innumeras hominum strages dedit. Cenomanis postmodum obsessis, exercitus sui præcursores Turonum vsque transiit, ut vrbe pessumdada, auri & argenti affluentem copiam, & cetera eius bona diriperent, & illius incolas vinculatos secum adduceres captiuarent.

XXXVIII. EVERSVM MONASTERIUM ET OCCISI MONACHI. *plus minus

Dei autem prouidente clementia, tanta Kari & Ligeri excreuit inundantia, ut sui vnione pelagus vnum efficerent, ac à ciuitatis accessu non minima sui altitudine cuneos hostiles arcerent. Verum maiore monasterio, quod non longè à Turonis erat, funditus euerso, centum viginti monachos, * bis binis minus gladio ibidem percusserunt, præter Abbatem & viginti quatuor alios, qui in cauernis terræ latitantes euaserunt. Abbatem tamen è latebris extractum, tormentis, & cruciatibus ab eo exigunt, ut thesauros Ecclesiæ prodar, & monachos, qui in cauernis latebras fouebant, in medium adducat. Vir autem Domini Hebernus Abbas licet varia & multiplici tormentorum violentia ar- E taretur, nec thesauros declarauit, nec filios in latebris se occultantes reuelauit. Qui adhuc reseruati sunt, ut patroni corpus inter alienos persequerentur. Ita quidem contingit: nemo enim illorum residuus fuit, quem non Martinus Ecclesiæ præficeret regimini, & sublimaret dignitate.

XXXIX.

Recedentibus Danis, postquam ciuibus, tumore fluuiali depresso; libera discurrendi reddita est facultas, auditum maioris monasterij infortunium & euersio, necnon & Abbatis cruciatus & pœnæ, & monachorum pretiosa mors & passio, vniuersorum, & maximè sancti Martini Canonicorum gaudia obnubilans, lacrymosa sub-

mini-

A. ministravit suspiria, & doloris immodici copiosam materiam propinauit. Mœstitiæ igitur & incroceris pallio amicti, vultu lugubri assumpto & ornatu, sicut moris est compati-entium dolere cum dolentibus, flere cum flentibus, dolentes & flentes ad memoratum accedunt locum, & doloris intrinseci, tumore singultuoso perstillantibus foras lacrymis aliquantisper imminutis, viginti quatuor monachos, qui in cauernarum latebris morabantur, extrahunt, & Abbatem vnà cum ipsis cum debito honore & reuerentia ad suam secum deducunt Ecclesiam. In omnibus verò eos pie curantes, delegerunt ipsis domum Ecclesiæ valuis inhaerentem, à qua in Ecclesiam reciprocus ingressus & regressus secretior haberetur.

LVCIVS DE EVERSOMONASTERIO ET OCCISIS MONACHIS

Sex verò mensibus emensis, comperto Canonici, quod Rollio Cenomanis captus, Turonum captum ire disponeret: communicato cum conciuibus suis consilio, pretiosam B. margaritam, & singularem thesaurum, sanctissimi videlicet Martini corpus, Aurelianos vsque transmittunt. Huius latores & custodes extiterunt Hebernus maioris monasterij Abbas sæpe dictus cum viginti quatuor monachis suis, & duodecim Canonici, qui Deo & Christi Confessori Martino die ac nocte deseruierunt: comitatu eorum indefinenter inhaerentibus duodecim Castri Nouiburgensis, qui cum suis seruatoribus pie deseruientes, eis necessaria prouiderent. Famæ verò postmodum præcurrentis relatu edocti, quod Dani ad Gallias superiora processissent: cum thesauro suo ad sanctum transmeant Benedictum. Paucis verò elapsis diebus, fama peruigili rursus pronuntiante, quod iam Rollio Aurelianos aduenisset: sanctarum baiuli reliquiarum Clabeianum venerunt. tempore autem per modico ibidem commorati, metu iterum inualecente, cum thesauro illo incomparabili Antisidorum vsque procedunt.

XL. TYRONIS DIMOVENTVR CORPVS S. MARTINI

C. Episcopus verò fama præambula præmonitus & tota ciuitas obuiam ruunt, & tantum hospitem cum honore non indebito deditur, & in Ecclesia beati Germani cum secus eius feretrum Martini non imparis corpus sancti reponunt. Per merita igitur beati Martini virtutes ibidem innumera & miracula sunt: cæci siquidem visum, claudi gressum, febricitantes sanitatem, aridi sospitatem, leprosi mundationem, paralytici membrorum reintegrationem recipiunt. Fama verò, quæ nihil clàm agere consuevit, per vniuersas regiones sanitatum gratias diuulgante, tanta illuc indies infirmantium multitudo confluebat, ut ex numeri innumera æstimatione regio cuiuslibet exercitui assimilata videretur. Et quia ciuitas tantæ insufficiens multitudini vniuersos capere non poterat, per circumiacentes vicos hospitandi gratia diffundebantur. Omnibus pro voto per merita beati Martini Antistitis salus optata reddebatur. In familiarum verò eiusdem pontificis vsum vniuersa infirmantium transibat oblatio.

XL I. ADVENTV MARTINI MIRACVLA EDITA.

D. Tantum autem oblata pecuniæ excreuit cumulus, ut munerum quantitas excedens Antisidorensibus clericis inuidiæ fomitem ministraret: vnde cupiditatis & inuidiæ stimulo perurgente, sancti Martini ministros taliter alloquuntur: Quoniam tam à nostro quam à vestro pontifice virtutes & miracula indifferenter fiunt; æquum est, ut si quid vilitatis inde prouenerit, vtrisque in commune partiat. Quibus euidenti ratione satisfacientes illi, postulatæ ius communionis in hunc modum dissolunt, dicentes: Antequam Martinus noster huc veniret, vestro hic perendinante Germano, nullorum mentio miraculorum erat: in aduenit autem nostri Antistitis, piis eius id obtinentibus meritis, signorum frequentia euidentis exhibetur, & ex impensæ per eum salutis respectu eiusmodi nobis beneficia proueniunt: Vt autem ex animo vestro omnis super hoc dubietatis scrupulus excludatur: leprosus hic qui præ oculis est, in medio, si placet, præsulum sanandus inferatur, si verò à Martini latere leprosi latus positum conualuerit, & Germani lateri eiusdem latus adiunctum in lepra persistit: virtutis auctori Martino miraculum adscribatur. Sin autem è conuerso à Martini latere leprosi pars posita non curatur, & Germano pars inhaerens sanetur; ad Germani merita patrefacta virtus & miraculum transferatur.

XLII. INGENSOBLATIONVM CVMVLVS S. MARTINI.

EXPERIMENTO COGNITVM S. MARTINI ESSE MIRACVLA.

E. Acquieuerunt vtrique, & prolata iudicij sententia ab omnibus approbatur. In argumentum igitur agnoscendæ veritatis, in medio præsulum leprosus ponitur. Decursa igitur nocte illa in vigiliis & laudibus, manè illucescente, conuenientibus vtrisque partibus, medietas hominis à Martini parte posita sana & incolumis reperitur; pars autem altera, occulto Dei iudicio, sananda differtur. Vt autem per miraculum euidentius fides certior clariorque eluceret, leprosa pars iterum sananda versus Martinum vertitur, & manè facta sub-

XLIII.

sub

CHRISTI
853.LEONIS PAP. IV.
7.LOTHARII IMP. 13.
MICHAEL. III. IMP. 12.

sub oculis omnium, homo totus ex integro alteratus in salutem inuenitur. Sopita igitur, A
mutualis hæc contentio, & Martini cultoribus ex tunc & deinceps infirmantium vniuer-
sa cessit in pace oblatio. O admirandæ vrbauitatis Germanum pontificem, qui cum tanti
meriti esset, vt mortuos suscitaret: in domo sua hospiti suo tantum detulit honorem, vt
in signorum exhibitione eo se videri vellet inferiorem! J ita planè inter vita functos pon-
tifices, viuentes autem in cælo, Canonum antiquorum adhuc obseruantia illa viguit, vt
peregrino Episcopo deferat, qui recipit eum hospitio loci præful. Subiicit his idem qui
suprà Oddo de eiusdem S. Martini in suam Ecclesiam reductione, de qua suo loco dictu-
ri sumus. Sed quæ sunt anni huius reliqua prosequamur.

XLIV. Prope finem anni huius, nempe decimaquinta Nouembris (vt ex Leonis Papæ litteris
inferius recitandis apparet) ab ipso Pontifice Leone Synodus indicta est Romæ celebra-
nda, ad quam non nisi die octaua mensis Decembris conuenisse Patres inueniuntur. Por-
ro eadem, vniuersalis, in eius Actis ex litteris eiusdem Leonis Papæ nominata reperitur, B
ad quam & quatuor Legati ab Imp. Lothario atque Ludouico missi sunt. De ista in
primis Anastasius, qui his temporibus floruit, hæc breuiter habet: Inter hæc verò quæ
superius dicta sunt, cæpit crebrò nominatus sanctissimus Præful de singulis Ecclesia-
rum rectoribus, videlicet Episcopis, presbyteris, diaconibus, atque omni Christianorum
militia curam sollicitudinemque habere præcipuam. Volens itaque, sicuti & factum
est, ex prisca auctoritatibus, nouam, Christo iuuante, normam proponere, qualiter
vnusquisque eorum vitam castam & sobriam duceret, & Deo, cui semper irreprehen-
sibiliter famulatum debemus impendere, in omnibus complacere: Tunc demum san-
cti Spiritus gratia reuelante, vnà cum consilio serenissimorum Lotharij & Ludouici
Imp. (anno siquidem Imperij eorum quinto, Ludouici videlicet, & trigésimo septi- C
mo, Lotharij scilicet ex quo cum patre imperare cepit, mense Decembri, die octauo,
Indictione secunda) sanctam & venerandam in Ecclesia beati Petri Apostoli Synodum
congregauit. In qua tam ipse Catholicus & Apostolicus vir, quamque alij cum eo
sexaginta & septem Episcopi resedere. Ex quibus quatuor Episcopi ab Imperatoribus
destinati, Ioseph Eporedienensis, Notingus Brixienensis, Petrus Spoletinus, & alius Petrus
Aretinus. Inter quos etiam Paulus diaconus sanctæ Rauennatis Ecclesiæ residens vic-
cem tenuit Ioannis Archiepiscopi sui, absque presbyteris, & diaconibus sanctæ ma-
tris Ecclesiæ. J hæc de congregato Concilio. Quæ autem per Synodum gesta sint, idem
breuiter sic enarrat:

XLV. Et tunc coram omnibus quadraginta & duo Capitula, quæ profectò ad salutem, &
lucrum omnium Christianorum hominum pertinere noscuntur, per diaconos sanctæ & D
vniuersalis Sedis Apostolicæ legi præcepit. Quæ etiam Capitula, vt in futurum ab om-
nibus illibata seruentur, post cetera decreta Pontificum in sanctis Canonibus iussit ad-
scribi: quatenus omnes Episcopi huius auctoritatis exemplum ante oculos habeant, vt
suos melius possint instruere & erudire subiectos.

XLVI. In hac denique post cetera Synodo Anastasius presbyter Cardinalis tituli beati Mar-
celli ab omnibus canonicè est depositus, eò quòd parochiam suam per annos quinque
contra Canonum instituta deseruit, & in alienis vsque hodie demoratur. Qui neque ad
duo pro eo congregata Concilia venire volens, neque per Apostolicas epistolas, neque
per tres vocatus Episcopos, Nicolaum videlicet, Petronacium, & Ioannem: idèd merito
vno consensu, secundum quod de talibus, sacris continetur Canonibus, eum sancta
Synodus deposuit, & sacerdotali honore priuauit, anno, mense, die, & Indictione supe- E
rius annotata. J hæc Anastasius summam cuncta perstringens.

XLVII. Extant ipsi Canones numero quadraginta duo, quorum triginta septem recitati sunt
ex Synodo item Romæ habita sub Eugenio Papa, additis tamen ab ipso Leone nonnul-
lis: trigésimus autem octauus ex Synodo Romæ habita sub Zacharia; reliqui verò ipsius
Leonis integri, quorum nonnullos in corpus Canonum Gratianus & alij collectores re-
dederunt. Est verò hic recitandus ille, qui contra impediens electionem Summi Ponti-
ficis ita statutus reperitur apud Gratianum his verbis: *

* Dist. 79.
c. 6. Si quis.
Si quis ex sacerdotibus, seu primatibus, nobilibus, seu cuncto Clero sanctæ Romanæ
Ecclesiæ electioni Romani Pontificis contradicere præsumpserit, sicut in Concilio Bo-
nifacij & Stephani Papæ legitur statutum, anathema sit. J

XLVIII. Reperiuntur autem omnes Canones in pluribus antiquis codicibus manuscriptis,
ex

CHRISTI
853.LEONIS PAP. IV.
7.LOTHARII IMP. 13.
MICHAEL. III. IMP. 12.

A ex quorum emendatori exemplari, quod ab Antonio Augustino ex Hispania Ro-
mam missum est, hic describenda putamus dumtaxat Acta illa, quæ vltimo loco po-
sita, aliis rebus absolutis, continent damnationem ipsius Anastasij presbyteri Card-
nalis, memoratù digna. Hic enim ambitionis percitus cæstro, incensusque libidine
summi Pontificatus per Imperatorem illum obtinendi, aditum sibi parans (vt ex-
tus declarauit) deserens Urbem, conuolauit ad ipsum Imperatorem, vbi omnia com-
miniscens, illi suadet, vt manum iniicit in electionem Romani Pontificis. Ista cum
non laterent Leonem Papam, eum reuocare in Urbem diligenti studio laborauit, sed
cum omnino ille renueret, eò Pontifex adactus est, vt eum percelleret censuris Ec-
clesiasticis, graduque deponeret; sed quomodo ista singula se habuerint, ex Actis acci-
pe quæ sequuntur:

B Theodorus Notarius ac Scriuarius sanctæ Romanæ Ecclesiæ legit. X L I X.
Imperantibus domitis piissimis, perperuis Augustis, Lothario à Deo coronato, pa-
cifico & magno Imperatore, anno trigésimo septimo, sed & Hludouico à Deo corona-
to, eius filio nouo Imperatore, anno quinto, mense Decembrio, die octaua, Indictione
secunda, in ciuitate noua, cuius vocabulum, * Leoniana est, intra Ecclesiam, vbi cor-
pus beatissimi Petri Apostolorum Principis conditum est. ACTA IN
CAUSA A-
NASTASII
PRESBYTERI
CARDINALIS.
* al. Leonina

Leo Episcopus seruus seruorum Dei venerabilibus Missis sacratissimorum Imperato-
rum filiorum nostrorum Ioseph Eporedienensis Ecclesiæ Antistiti, seu Petro Spoletinæ,
itemque Petro Aretinæ Ecclesiæ Episcopo, ac Notingo Episcopo Brixienfi, vniuersaque
sanctæ Synodo hic pariter congregatæ.

Quod bene ac pleniter nobiscum simul fratres charissimi scitis, nunc iterum di-
lectioni vestræ cognitum esse volumus, quoniam instigante ac suadente diabolo,
C Anastasius presbyter Cardinalis nostri, quem nos in titulo beati Marcelli martyris at-
que Pontificis ordinauimus, contra statuta Patrum propriam Ecclesiam deserens, ec-
ce iam per quinquennij tempus in alienis parochiis, id est, Aquileiensibus, velut ouis
errans, degere ac temerè inhabitare præsumpsit. Quem etiam auctoritate suffulsi
canonica, Apostolicis litteris per tertiam & quartam vicem vocauimus. At vbi redi-
re distulit, congregatis Episcoporum conciliis, cum eum non potuissemus videre, vel
habere speciale præsentiam: communi eum decreto sancta communione priua-
uimus. Volentes siquidem per huius excommunicationis censuram, ad gremium fan-
ctæ, à quo discesserat, matris Ecclesiæ personam reducere, iuxta illud decimumsex-
tum sancti magni Concilij Nicæni capitulum, in quo omnis necessitas presbyteris à
propria Ecclesia discedentibus imponi præcipitur ac promulgatur. Sed Apostolica mo-
nita, sanctique Concilij pro nihilo ducens, erroris irretitus caligine, redire nulla-
tenus voluit.

Postmodum verò Rauennæ nobis cum piissimo, inuictoque domino Hludouico
Imperatore spiritali filio nostro degentibus, eius clementiam exorauimus, vt eum-
dem presbyterum ad nos, suamque Ecclesiam reuerti deberet. Quòd omni alacrita-
te nostro repromisit perficere Pontificio, diem constituens, atque denuntians, in quo
eum remeare sanciret. Missos etiam maiestatis suæ nobiscum reliquit, Notingum
Brixiensem, & Adalgisum illustrem Comitem, qui reuertentem illum nostro conspe-
ctui præsentarent. Quos expectantibus illic nobis ad diem statutum & vltra, prædictus
presbyter non aduenit. At iidem Missi illum nobis repræsentare non posse professi
E sunt. Post transactum autem placitum, dum eum mandatis nostris temerè renitentem
conspexerimus, ita vt neque iussis Apostolicis obedire voluisset, neque sanctionis vene-
randi Concilij obseruatorem se, à quo sancta communione priuatus existeret, exhib-
uisset, & plurimos sua læsione pestifera maculasset: quin & domini Lotharij præstan-
tissimi Imperatoris decreto redire iubenti, pertinaciæ suæ intemperantia restitisset: Ne
vltèrius suo exemplo Ecclesiasticus ordo confunderetur, & Christianitatis religio profa-
naretur: anathematis eum vinculo cum sacerdotum nostrorum consensu nodauimus.
Ibi etiam præstò fuerunt idem dictus Notingus Brixienensis Episcopus, & Adalgisus illu-
stris Comes, prædicti Missi domini Hludouici serenissimi Imperatoris.

His ita peractis Rauennâ remeantes, aduenimus Romam, ipseque iam fatus presby-
ter cum Missis Imperialibus * præuentus est Clusium. Ad quem tres venerabiles Episco-
pos nostros cum vocationis litteris destinauimus, Nicolaum videlicet, Petronacium, &
I. I. * al. perue-
ctus

CHRISTI
853.LEONIS PAP. IV.
7.LOTHARII IMP. 13.
MICHAEL. III. IMP. 12.

Ioannem, monentes eum tam per se quam per epistolas, quas ei per eosdem mandauimus, ut die quintodecimo mensis Nouembris huius secundæ Indictionis ad generalem Synodum absque omni dilatione vel mora occurrere debuisset. Ille autem, ut semper ita & nunc, in sua inquietudine atque audacia perseverans, venire (ut omnes modò nobiscum cernitis) distulit atque contempsit. Nos post tantas vocationes, tantosque labores, quos vnà vobiscum pro eo * tribuimus: quid aliud nunc facere vel agere possumus, nisi ut Canonum promulgationem, ut illius indisciplinatum mentem, vobiscum venerabilibus Imperialibus Missis, charissimis in Christo fratribus nostris, necnon cum ceteris Episcopis atque presbyteris, ac Synodo residentibus, atque stantibus diaconibus, atque reliquo Clero, in eum communiter inferamus, quæ de talibus in tertio Antiocheni Concilij capitulo luce clariùs continetur?

LII. At omnes Episcopi in sancta Synodo residentes dixerunt: Vestræ sanctitati si placet, veniant in medium venerabiles Episcopi, per quos eum vestris Apostolicis litteris accessiri decreuistis. Illic surrexere, Nicolaus videlicet, Petronacius, & Ioannes Episcopi, & coram omnibus voce clara dixerunt: Nos secundum iussionem beatissimi Præfuli nostri præsentialiter verbis & litteris eum vocauimus; quarum exemplaria, en (ut cernitis) in manibus: & si vobis placet legantur. Sancta Synodus dixit: Legantur. Tunc relectæ sunt per Theodorum Notarium & Scriuarium sanctæ Romanæ Ecclesiæ, in quibus continebatur ita:

LIII. Leo Episcopus seruorum Dei Anastasio excommunicato.

DECRETVM
PONTIFICIS
IN ANASTASII
CONDEMNATIONEM.

Cum Ipiritualibus te nostris procreatum visceribus noscimus: tua deceptione quotidie ingemiscimus, qui sinu matris tuæ progressus, erroris irretitus caligine, alienis parochiis vel regionibus immorari contra præcepta Patrum, Canonumque sanctionem non dubitas. Reuertere igitur, salutisque incedere summopere callem procura, te ne vana spes decipiat, caducæque adulationes subuertant, sed è terrenis mentem actibus erigere ad ea quæ superna infinitaque permanent, in quiescibili intuitu anhela. Memento quia salutem tuam cupimus animæ corporisque videre. Et ne te diabolicæ insidiæ concludant, omnipotentis Dei semper clementiam exoramus. Præterea Apostolicis tibi præcipimus litteris iam quinquennij tempus huc & illuc latitando velut anguis discurrenti, ad Concilium, quod quintodecimo congregaturi sumus die Nouembris, expectata futuræ secundæ huius Indictionis, præsentare te, omni occasione deposita, procura, ut causam tuam cum venerabili coetu sanctæ valeamus congregationis subtili ventilare intuitu, & humaniùs tuam conuersationem tractare. Si autem neglexeris quod præcipimus: a priori te vinculo innodamus. Nam è multis modis te reprehendimus ac reprehensibilem iudicamus, quia ad duo pro te congregata Concilia occurrere distulisti, sicut hi præsentibus Nicolaus, Petronacius, atque Ioannes, venerabiles Episcopi nostri, per quos te nunc auctoritate canonica iussimus euocari, ore proprio indicabunt. Si autem constituto tempore ad prædictum Concilium venire neglexeris, sub excommunicatione & anathemate modis omnibus decernimus te esse mansurum.

LIV. Sancta Synodus, Interea (dixit) requiratur, sæpeditus Anastasius presbyter excommunicatus, vtrum venerit, an non. Requisitus minimè est inuentus. Tunc sanctissimus Papa Imperialibus superius iam dictis Missis dixit: Cur nobis, sanctoque Concilio secundum Imperialem epistolam, iam dictum non presentatis presbyterum? Ipsi autem affirmantes dixerunt: Nos eum secundum præceptionem domini magnique Imperatoris reducere, vobisque presentare maluimus, sed minimè illum inuenire potuimus. Mox autem omnibus Episcopis ipse insignis ac beatissimus Præful dixit: Quid vobis de his videtur? Vniuersus Episcoporum coetus respondit: Imperialis (si vobis placet) epistola relegatur. Et cum relecta fuisset, in ea inter cetera reperit ita: Vestræ demique * serenitatis indutria cognoscat de Anastasio presbytero, cur ad vos non uenerit, nostro satis animo displicuisse: quem nunc per clarissimos Missos nostros, Ioseph videlicet Reuerendissimum Episcopum, atque dilecti filij nostri Hludouici Archicappellanum, necnon & Petrum sanctæ Sedis Spoletinæ venerabilem Episcopum, & Adelysum illustrem Comitum nostrum presentialiter vobis mittimus: quidquid canonice & secundum Deum super illum vestra deliberauerit sententia, nihil contradicentes, tantum sollicitè cauere, ac prudenter tractare curate, ne hoc factò diuina voluntas offendatur in aliquo.

Tunc

CHRISTI
853.LEONIS PAP. IV.
7.LOTHARII IMP. 13.
MICHAEL. III. IMP. 12.

A Tunc venerabilis & præcipuus Præful omnibus residentibus Episcopis & presbyteris, stantibusque diaconibus, & cuncto Clero dixit: O beatissimi fratres, quid vestra beatitudo de crebro dicto presbytero, qui tanta ac talia, & tam enormiter contra Patrum regulas atque statuta peregit? Mox omnes Episcopi vnanimitè dixerunt: Quid aliud arbitrari aut proferre valeamus, nisi ut sancti Patres, qui Antiocheno Concilio residentes tertio capitulo promulgarunt, & inuolabiliter statuerunt: *his verbis*:

Si quis presbyter parochiam propriam deserens ad aliam properauit: deinde omnino demigrans, in alia parochia per multa tempora nititur immorari: vterius ibidem non ministrat, maxime si vocanti suo Episcopo, regredi ad propriam parochiam & commorari, obedire contempserit. Quòd si in hac indiscipline perdurat: à ministerio modis omnibus amoueat, ita ut nequaquam locum restitutionis inueniat. Quam promulgationem in eum (si vobis placet) presbyterum inferimus, & propriis manibus roboramus.

Præful summus respondit: Placet. Tunc eleuans se ipse præclarus Pontifex de sede sua, ait: Anastasium iam nuper excommunicatum presbyterum tituli sancti Marcelli, qui propriam parochiam relinquens, in aliena per multa tempora nititur immorari, à sacerdotali ministerio modis omnibus remouemus, ita ut locum restitutionis nequaquam inueniat. Si quis autem contra hanc definitionem nostram quocumque tempore agere præsumperit, aut eum restituere in sacro officio tentauerit: sit ei à sanctis Patribus & à nobis omnibus anathema.

Post hæc omnes Episcopi in eadem Synodo residentes vnanimes dixerunt: Et nos sic iudicamus, sicque irrefragabiliter statuimus. Et subscribere Episcopi numero sexaginta septem. *Et primo loco sic Leo Papa:*

C Leo sanctæ Catholicæ & Apostolicæ Romanæ Ecclesiæ quartus, Episcopus, in hac excommunicatione & anathemate siue depositione Anastasij presbyteri tituli sancti Marcelli à me facta sicut superius legitur, manu propria subicripit.

Hlotharius Imperator subscripsit.	Benedictus Nepefinæ.
Paulus Subdiaconus vicem gerens Ioannis Archiepiscopi Rauennatis.	Rodericus Castellana.
Ioseph Episcopus Eporedienensis.	Theodorus * Maturanensis.
Petrus Spoletanæ.	Ioannes Tuscanensis.
Petrus Aretinæ.	Tamimundus Suanensis.
Notingus Brixienensis.	Iordanes Tarracinenensis.
D Leo Balneoregis.	Sergius Vmanensis.
Ioannes Belitrensis.	Adrianus Cerenensis.
Adrianus Ferentinatæ.	Petronacius Albanensis.
Ioannes Sutrienensis.	Ioannes Fanensis.
Agatho Tudertinæ.	Ragubel Pisarenensis.
Nicolaus Anagninæ.	Ioannes presbyter vicem tenens Benedicti Episcopi Perulinensis.
Petrus Gabinetensis.	Talarius Minturnensis.
Andreas Ausimana.	Samuel Senogallia.
Ioannes Furconia.	Artualdus * Verolanæ.
Dominicus Fulgentinensis.	Aymo diaconus vicem gerens Anastasij Episcopi Efinatæ.
Megistus Ostienensis.	Vrsus Archidiaconus vicem gerens Petri Episcopi Theatinensis.
E Maio Priuernatæ.	Ioannes Falaritanæ.
Stephanus Narnienensis.	Dominicus Gallienensis.
Rascepertus Nucerenensis.	Andreas Callienensis.
Rodoaldus Portuenensis.	Bonipertus Signinæ.
Cancio Senensis.	Leo Alatrinx.
Leo Siluacandidæ.	Iordanes Castrensis.
Georgius Polymartienensis.	Ioannes Forosemproniat.
Dominicus Centumcellensis.	Odalpertus Populonienensis.
Alipertus Fundensis.	Constantinus Vrbinat.
Colo Reatinæ.	Ioannes Eugubina.
Arnolphus Vualuenensis.	
Albinus Amerinæ.	

Annal. Eccl. Tom. 10.

I 2

Sergius

CHRISTI 853. LEONIS PAP. IV. 7. LOTHARII IMP. 13. MICHAEL. III. IMP. 12.

Sergius Sabinensis. Andreas Aleranæ. Ibo Assisensis. Anastasius è Tribus tabern. Vrsus Tiburtinæ. Petrus Vrbeuetanæ. Tuderius Marsensis.

Subscriptio presbyterorum.

Romanus Archipresbyter tit. S. Pudentianæ. Sergius presbyter tit. S. Clementis. Leo S. Cæciliæ. Zacharias S. Chryfogni. Benedictus S. Callisti. Leo S. Laurentij. Paulus S. Balbinæ. Leo S. Cyriaci. Hadrianus S. Marci.

Subscriptio diaconorum.

Ioannes Archidiaconus. Ioannes diaconus. Nicolaus diaconus. Benedictus diaconus. Leontius diaconus. Benedictus diaconus.] Post hæc autem ista in codice sequebantur, quæ gestarum rerum compendium historicum continent

LVIII. De cleric. non resub. c. Ex gestis.

* ita vet. Cod.

LIX.

b Eul. Mem. sanct. lib. 3. cap. 1. 2. 3. 4.

PERSECUTIO SARRACENORVM IN ECCLESIAM CORDVBANSEM. c Eccl. 1. 10.

LX.

Multi autem sua se sponte à Christo diuertentes, adhærebant iniquis, sectamque diaboli

CHRISTI 853. LEONIS PAP. IV. 7. LOTHARII IMP. 13. MICHAEL. III. IMP. 12.

A boli summo colebant affectu, sicuti ille spurius & Sanctorum benedictione indignus, de quo in libro secundo meminimus, egit, qui sæcularis reuerentiæ pompam rebus præponens cælestibus, inauditaque libidine pro Deo officium venerans, post, bisseño mense, quo Sanctos anathematizari decreuerat, nosque fordis conuitiis impetierat, honore deiectus est. gratia itaque disertudinis linguæ Arabicæ, qua nimirum præditus erat, solus è Christianis à Consulibus in officio Exceptoris detentus, post aliquos menses & palatio & ministerio est abdicatus. Quod factum non leuiter ferens cum se deiectum aspiceret, priuatumque tanta dignitate alius suspiraret: præstantius Deo mori, quam non viuere sæculo eligens: continuò Fidem sanctæ Trinitatis spernens, cedit sectæ peruersitatis, & nequaquam se Christianum vult vltra videri. Quapropter in deteriora conuersus, qui nusquam simplicia meditatus fuerat, exul Christianis effectus, adunatus gentilibus, crebroque discursu illud gentilitatis delubrum, quasi vnus de ministris diaboli frequenter ingreditur, expulsus de templo Domini, quod dum adhuc fidelis existeret, sera ac pigra uisitacione incoluit. Scriptum est enim: a Non habitabit in medio domus meæ faciens superbiam, & qui loquitur iniqua, non direxit in conspectu oculorum meorum. Idem verò post negationem, in honorem pristinum restitutus, palatio reformatur, quò pedica & hamus ceteros illicitiendi existens, foret aliis in præuarcacionis scandalum, qui causa gloriæ temporalis sibi fuerat laqueus.

Interea cum sapius contra Dei cateruam sæua Principis conspiratio insolesceret, affligeretque vbique Christicolæ, & nec sic omnes generali dilapsu, vt fidebat, ad ritum suum proruerent: iubet Ecclesias nuper structas diruere, & quidquid nouo cultu in antiquis basilicis splendebat, fueratque temporibus Arabum rudi formatione adiectum, elidere.

C Qua occasione satrapæ tenebrarum inde capta, etiam ea templorum culmina subruunt, quæ à tempore pacis, studio & industria Patrum erecta, pæne trecentorum à diebus conditionis suæ numerum excedebant annorum.

Et quia vndique * dibellionum insurgentia bella magnam ei molestiam inferebant: nam liberè in cunctis Hispaniæ vrbibus, quas vigore potestatis, & egregij potentia intellectus, largoque munere præmiorum pater suus acquirendo domauerat, & obfederat; hic priuilegium dominandi gerebat, præsertim cum & ex aliquibus locis cæsum & fugatum exercitum suum cernens vbique imminui, vbique se gerneret in deteriora conuertere: idcirco contra nos diu meditatum in futurum differebat perditionis interitum, tardoque ac pigro impetu Ecclesiarum operabatur ruinas: nam nullos credo Christianorum, nisi ista difficultatis obtarent repagula, secum pateretur morari. Quinimodò, vt iam alibi præmissum est, si commodam regnandi haberet licentiam, Iudæos etiam à se repellere compelleret, quò solius gentis suæ comitatu vallatus, his præesse solummodò mereretur, cum quibus inextricabilia æterni barathri lueret tormenta, nec alterius diuersitate religionis vnitas damnabilis culturæ scinderetur. Ex qua Deo vocante, & per splendens Fidei sanctæ mytheria compungente, plures admodum recedentes, & pietati adherentes, mortemque * specie firmiori propter Christum excipientes, idem ingemiscebant; præter eos qui nimia carnis impediti formidine ardua cordis contritione Christo Regi sub chlamyde adhuc militant.

Cumque Ecclesiam Dei flammis inuidiæ inurendo, interno cogitamine corrosus tæbesceret, & suorum pacem affectaret, hæc & huiusmodi contra nos exercere disponderet: in nullo tamen diuinam dispensationem humana procacitas præualet immutare; quæ eum cunctis odibilem, vniuersis exosum, omnibusque execrabilem reddens, etiam domesticis (& vt ferunt) pellicum suarum odio & maledicto imperitur. Verùm (vt scriptum est) b Rex iustus erigit terram; vir autem auarus destruit eam: hic idem inauditis cupiditatum facibus ardens, militum annonas demutulat, tribunorum coarctat donaria, lunaremque præmiorum discursum imminuit. Et cum sibi vilia admodum, & pæne exigua à vicinioribus locis reddi vectigalia cerneret, quia videlicet, si culpa vulgi is ad sceptrum (Deo dispensante) admoñus est: tamen eius meritum improbitate vrbes ac nationes in stimulum recalcitrationis inductæ, non ad integrum tributis prouinciarum eum perfrui patiuntur: idè in nos arma distictionis conuertens, & vt lutum platearum dominij planctu contribulat, quorumdam Christianorum eius optioni fauente nequitia (si tamen Christiani & non magis operarij iniquitatis appellandi sint) qui vt priuilegium chirographa exigendi obtineant, sortem Domini, Fideliumque conuentum suo vadimonio vel

CHRISTI
853.LEONIS PAP. IV.
7.LOTHARII IMP. 13.
MICHAEL. III. IMP. 12.

crimine à Rege mercantes, importabili census onere colla aggrauant miserorum, quoti-
die plebem Domini * pessimantes; illa proculdubio plestendi in futurum sententia, que
taliū condemnans excessus, ait: ^a Et qui pessimant plebem tuam, inueniant perditio-
nem. Quibus vtiq̄ secundum Veritatis edictum: ^b Felicius erat grauatū molarum
pondere * collibus profundo mergi, quàm tanto pusillanimes perturbari scandalo, aut
tantam vim gregi paruo inferre, cui Patri dare Regnum complacuit. In quorum con-
spectu Deus non est, & à quorum intuitu iudicia Dei sublata sunt. Semper inuidi, sem-
per iniqui, vbiq̄e malitiosi, in alterutrum iracundi, in aliorum euersione pacifici, in
confœderationibus infidi, in conspirationibus conciti, in circumuentione versuti, in ap-
paratu noxietatis aptissimi: pro se inuicem disparati, ad perdendum ceteros adunati, ad
deciendum excitati, ad miserandum pigri: in incessu tumidi, in assertionē superbi, in
promissione dubij, in datione auari, in largitione parci, in acceptione auidi: id promit-
tentes quod dari nequeat, id conferentes quo frui non liceat. Qui non dormiunt nisi
malè fecerint, & consurgere ad iniquitatem festinant: qui lætantur cum malè fecerint,
& exultant in rebus pessimis: & cum se Christianos esse pronuntiant, Christum quo-
tidie in membris eius crucifigunt, Iudæ proditoris documenta sectantes, qui præcepto-
rem venaliter distrahendo, pecunia crucifigens, sibi quidem laqueum perditionis effo-
dit, mundo autem libertatem debitam contulit. Hi verò se eidem incorporantes, cum
redemptos eius crudeli accusatione affligunt & (quod non sine graui cordis mei vulne-
re profero) quos tueri debuerant, quia sumus inuicem membra Christi, eum (proh dol-
lor) negare compellunt.

LXIV. His interea imminentibus malis, & eiusmodi ærumnis Ecclesia vapulante, ferunt
ob hoc Regem ingenti crapulatum lætitia, ampliora Fidelibus scandala irrogaturum se
promittere, & vt alibi taxatum est, dira incurfatione molestiaq̄e contriturum, si com-
modum regnandi successum diutius obtineret; adeò vt plerique procerum olim dece-
dentium Martyrum subannantes constantiam, nobis referrent: Quòd nunc abiit illa
vestrorum virtus agonistarum? quòd au fugit magnanimitas? quòd absorpta temeritas de-
litescit? vbi se eneruata fortitudo abduxit? qui dudum concitiis gressibus certatim ad
expugnandum dogmatisten nostrum occurrentes, debita vltione perempti sunt, nunc
adiunt, nunc veniant, modò properent, si diuinitus inspirati illud in veritate confer-
uent certamen.

LXV. Dum ergo in nos ^c huiuscemodi irrisionibus insultarent, & hoc deludio nostram pe-
nè consummatam cladibus fatigaret miseriam: adolescens quidam Fandila, ephe-
bus, aspectu decorus, honestate vitæ probabilis, sanctus & timoratus presbyter, inter D
has cædes, sæuaq̄e discrimina, ostium aditumq̄e primus exercendi martyrium sub
huius tyranni priuilegio patefecit. Hic itaque ex vrbe Accitana progenitus, Cordubam
discendi gratia veniens, totam penè pubertatem ibidem sub pædagogii traditione per-
agens, confestim vt adolescentiam adiit, monastica oblectatus conuersione, ilicò mo-
nachis se Deo iugiter militaturus admiscuit, qui aliquibus locis peragratis ac demuta-
tis, in quibus ardens deuota mens requiescere non poterat, vltimò se in Tabanenfe cœ-
nobiū contulit. Ibi aliquamdiu sub regulari disciplina vèl regimine Abbatis Martini
demorans, perfectiùs in timore Domini claruit. Et quoniam summæ humilitatis ma-
gnæq̄e obedientiæ erat, idcirco gratia sanctitatis, qua cælitus resulgebat, diu implo-
rantibus ac rogantibus monachis cœnobiij sancti Saluatoris, quod haud procul à ciuitate
Cordubæ in parte Septemtrionis ad radicem Mellaris pinnaculi situm est, ad officium E
sacerdotale præelectus inuicè, & (vt ita dixerim) violenter, instantia vel præiudicio Ab-
batis sui sanctum ministerium suscipit; & nihilominus ieiuniorum, vigiliarum, oratio-
numq̄e solito propensius labores adaugens, ambulabat ^d de virtute in virtutem, visu-
rus Dominum in Sion, scalis meritorum euectus. Cuius venerabilem vitam, cunctisq̄e
necessariò imitabilem conuersionem, cum affatim digno laudum præconio eorumdem
fratrum atque sororum, quibus præerat, relatione pandatur, eostamen magnificentius de-
claratur, quo florentissimam iuuentutem animo robustiore transgrediens, gladio mar-
tyriali non cunctatus fuerit subdere.

LXVI. Igitur comitante ipsum perfectione timoris Domini, cum omnia terrena despiciens
mentem cælo suspenderet, cuperetq̄e dissolui meliùs, & cum Christo manere, quàm
rebus adhærere caducis: quodam die obfirmato vultu iudici adstans, prædicat Euange-
lium,

* pessum-
dantes;
^a Eccli. 36.
^b Matth. 18.
* collis

EXPROBRA-
TIO CON-
TRA MAR-
TYRES.

^c Eul. Mem.
Sanct. lib. 3.
cap. 7.
DE FANDI-
LA MART.

^d Psal. 83.

CHRISTI
853.LEONIS PAP. IV.
7.LOTHARII IMP. 13.
MICHAEL. III. IMP. 12.

A lium, impudicum exprobrat vatem, cœtumq̄e noxiæ combinatum culturæ pædori-
bus (nisi respiciens pietatis fidem apprehendat,) vlticibus luiturum pœnarum incen-
diis proteftatur. Hinc carcere trusus, & vinculis coarctatus, latronum mansionibus al-
ligatur, principali postmodum sententia decollandus. Quod factum iudex regio intima-
ri auditui non differens, accenditur igne furoris immensi, & quodam hebetatus hor-
rore miratur stupidus, que esset illa victrix audacia, quæ tantæ gloriæ non expauerit Re-
gem, tamq̄e sublime vanitate & superbia caput, atque vt se putabat, super omnia ex-
cellens talibus non reuerentiæ ausibus propullaret. Quamobrem eodem momento sub
voce terribili Episcopum, *Cordubensem scilicet*, comprehendi decernit; sed ipse fugæ
præuentus remedio, saluatur. Nam * ferunt iam tunc eum, nulla intercedente dilatio-
ne, puniri decreuerat. Iusserat etiam omnes Christianos generali sententia perdere, fe-
minasq̄e publico distractu dispergere, præter eos qui spreto religione ad cultum suum
diuenterent. Et nisi hoc edictum consulto satrapum quassaretur: qui pro eo quòd nul-
lus sapiens, nemo vrbanus, nullusq̄e procerum Christianorum huiuscemodi rem per-
petraffer, idcirco non debere vniuersos perimere asserabant, quos non præit personalis
dux ad prælium. & hinc credo iam funditus Christianismum nostrum partim gladio, par-
tim præuicatione extingueret. Fortissimum verò athletam gladio interficiens, patibulo
vltra amnem suspendi præcepit.

Quem sequens alio die Anastasius presbyter, qui ab incunte ætate apud basilicam san-
cti Acisli Cordubensis disciplinis & litteris eruditus, vique ad plenam iuuentutem ibi-
dem in diaconatus officio degens, post, monastica vita, qua dudum fuerat, spreto mini-
sterio, oblectatus, in * cenibus egerat, demum sacerdotio applicatur. Concito gressu pa-
latium petens, adstat Consulibus, hostemq̄e Fidei veridicis assertionum stimulis fe-
riens, gladio confestim abscissus, suspenditur.

Cum quo & Felix monachus ex opido Complutensi progenitus natione Getulus, &
quadam occasione in Asturias deuolutus, vbi & Fidem Catholicam & religionem mo-
nasticam didicit, eadem die, hac professione descissus affigitur.

Dumque dies illa maximum cursus sui explens metabulum, iam penè in horam no-
nam diuigeret, virgo quedam adolescentula merito & nomine Digna, ex collegio vene-
rabilis Elizabeth, cuius rationem liber secundus edisserit, Deo reuelante & confortante,
ad palmam processit. Paulò namque ante martyrium suum assistere sibi per somnium vi-
det puellam habitu & specie percomptam Angelico, rosas ac lilia manu gestantem.
Quam cum de nomine, causaq̄e sui exploraret aduentus: Ego sum, inquit, Agatha
olim propter Christum diris suppliciis, & nunc veni partem tibi purpurei muneris
huius conferre: Accipe libens donarium, & viriliter age in Domino: nam reliquias rosa-
rum & liliorum quas in manibus seruo, post te ex hoc loco datura sum migraturis. Tali
denique virgo sacratissima visu ac munere illustrata, cum è dextera colloquentis rosam
susceperet, auris admixta cælestibus, ab oculis intuentis eleuabatur. Hæc autem puella,
cum pro summa humilitate atque obedientia inter conuirtiginales vltimam se iudicaret,
effetq̄e incomparabili apparatu obsecundatrix, numquam tamen appellari se Dignam
patiebatur, dicebatq̄e cum lacrymis: Nolite me Dignam vocare, sed magis Indignam,
quia cuius meriti sum, etiam nomine debeo insigniri.

Et cum à die reuelationis suæ amore compuncta martyrij, tacito cogitamine, qui-
bus ad id posset iudiciis aspirare, sæpius ruminare cœpisset: fit affatim lætior horum in-
structa martyrio, quo quasi his præcedentibus, hæc firmiori gressu succederet ad coro-
nam. Ideoque apertis silenter cœnobiij claustris, cum iam beatos pendere comperisset
Martyres: concito gradu iudicem petens, cur fratres suos, præcones iustitiæ trucidau-
erit, assertionē intrepida percontatur. An quia (inquit) Dei cultores existimus, san-
ctamq̄e fideliter colimus Trinitatem, Patrem & Filium & Spiritum sanctum, vnum
& verum Deum fatentes, & omne quod ab hac credulitate dissentit, non solum ne-
gamus, verum etiam derestamur, maledicimus, & confundimus, idcirco confodimur?
Hæc & his similia sancto & immaculato ore differente puella; nihil cunctatus arbiter
lictoribus decollandam committit: qui mox delicatis inferunt iugulum collis. Nec mo-
ra, consternatis corruens membris equuleo deorsum versa suspenditur, ceterisq̄e trans
flumen adfiscitur. Hoc namque ordine hi tres vocati, Anastasius scilicet presbyter, Fe-
lix monachus, & Digna virgo beata eodem die dispariter ceciderunt, decimo octauo Ka-
lend.

LXVII.
ANASTASII
MARTY-
RIUM.

LXVIII.
FELICIS
MARTY-
RIUM.

LXIX.
DIGNAE
VIRGINIS
MARTY-
RIUM.

LXX.

CHRISTI
853.LEONIS PAP. IV.
7.LOTHARII IMP. I3.
MICHAEL. III. IMP. I2.

^a *Enlog. in Mem. Sanct. lib. 3. c. 9. 10.* lend. Iulij, Era octingentesima nonagesima prima.] qua præsens Christi annus signatur. pergit Eulogius ^a:

LXXI.
BENILDIS
ATQVE CO-
LYMBAE
VIRGINVM
MARTY-
RIVM.

Denique hos sequens Benildis femina ætate iam prouecta, & vt ferunt, non medio-criter timorata, sub professione ceterorum occubuit decimoseptimo Kalend. Iulij, Era qua suprâ. Quorum cadauera post aliquot dies ingenti concremata incendio, ad vltimum fluuij proiectu dispersa sunt.] his enarratis, sanctus Eulogius de sancta Columba virgine Cordubensi & martyre prolixiorum subnectit historiam, cuius vbi originem & in monasterio educationem, exactamque monasticæ vitæ obseruantiam, qua sibi ad martyrium viam aperuit, enarravit, (quæ breuitatis causa præterimus) memoria digna de martyrio consummato subiicit ista:

LXXII. Hinc iam ardentius in amore Christi succensa, concitis ad eum gressibus, cui fideliter seruierat, anhelans peruenire, quibusdam etiam reuelationibus ad id frequenter impullâ, quodam die, irrupto latibulo, reueratis tacitè foribus, in forum digrediens, licet incognita viarum vrbs existeret, prouido tamen exploratu, quo iudex moraretur addidit. Ibi cum peruenisset, eiuſque adstaret obtutibus, dat professionem Catholicæ Fidei, profert Euangelicam veritatem, iniquum dogma retundit, auctoremque magui esse sceleris talia præsumentem annuntians; ipsum denud arbitrum, quare se talibus sacrilegiis combinaret, blandis admodum verbis hortatur. Cuius speciem, verbaque miratus, ilicè eam in palatium ducens, satrapum concilio repræsenta. Ibi adhuc profitetur, prædicat, admonet omnes, suæ potius debere saluti consulere, quam vanis insistere deceptionibus, quibus eam transuertere conabantur. Dicebat etiam: Non talem habet Christus sponsam, quæ immutari de pristina compactione arharum eius præualeat. Nam quis ditior illo est, vt vos me copiis rerum credatis illicere? Quis pulchrior eo est, cuius speciei forma præ filiis hominum claret, vt vos me nuptu terreno arbitremini oblectandam? Quis cultus vel secta Euangelicæ fidei veritate sanctior est? quæ per totum orbem Apostolorum vocibus promulgata, æternæ spei credentibus præmium reprobmittas, omne prophetismum quod ab illa dissentit, anathema esse in veritate non dubium est. Quamobrem, relicta vanitate, verum Euangelij ducem requirite, quod melius filij lucis, quam genimina tenebrarum, mortisque soboles appellemini. Ille etenim dixit: ^b Qui sequitur me, non ambulat in tenebris. & Omnis qui viuit & credit in me, non morietur in æternum.

^b Ioan. 8.

LXXIII. Igitur cum fortissimam virginis constantiam Consules vniuersi aduerterent, & neque immutari posse talibus imbutam oraculis cernerent, neque hortatum assertionis eius ferre valeret: continuò ante fores palatij eam trucidari præcipiunt. Quam cum summa reuerentia foro constituentes, non se prius decollari permisit, quam præmio lictorem virgo sacratissima honoraret. Sicque promior ceruicem inclinans, in lapſu iuguli delicatum corpus sternitur. Nec mora, vt erat lineis indutum cadauer, sportæ immisissum alueo proiici principes mandauerunt (nec sicut cetera occisorum cadauera, aut pro foribus neglexerunt, aut equuleo suspenderunt) decimoquinto Kalend. Octobris, Era octingentesima nonagesima prima. Quod post sextum diem illæsum & integrum quorundam solertia monachorum diuinitus nobis allatum est, dignoque officio in basilica sanctæ Eulaliæ virginis & martyris, quæ in vico Fragellas constituta est, honorabilem meruit sepulturam.

LXXIV. Ceterum tu sacratissima virgo, quæ vtiliter Ecclesiam Catholicam & viuens conuersationis exemplo, & moriens celfo meritorum instituis patrocinio, esto memor cultoris tui, erue me laqueis mundi, abstrahe perturbationibus sæculi, & confer post mortem requiem Paradisi, per Dominum nostrum IESVM Christum, &c.] quæ autem post bidduum coronata pariter martyrio fuit Pomposa virgo, ab eodem Eulogio plurimum celebratur, cuiusque vitæ institutio, atque felix exitus ita enarratur:

LXXV. Igitur cum ad multorum noticiam ipso die rumor consummati martyrij prædictæ virginis peruenisset, & non solum totam ciuitatem, verum etiam viciniora loca inferperet: virgo quædam venerabilis nomine Pomposa ex cenobio sancti Saluatoris, quod ad radicem Pinnæ Mellariæ constitutum est, quod dudum se cum parentibus, fratribus, & cognatis Christo militatura contulerat: ex quo antea beatissimus Fandila eiusdem loci sacerdos olim descenderat: mox vt illud martyrium à dicentibus comperit, alio die cita occurrit.

LXXV.
^c *Eul. Mem. Sanct. lib. 3. cap. 11.*
POMPOSÆ
VIRG. MAR-
TYRIVM.

Hæc

CHRISTI
853.LEONIS PAP. IV.
7.LOTHARII IMP. I3.
MICHAEL. III. IMP. I2.

A Hæc namque virgo beata parentum & propinquorum sanctam conuersationem, quam gerebant in Corduba (ex qua erant progeniti) cernens, confestim audida mente tali se voto assignans, cum his simul mundum spernit, labentia deserit, integritatem promittit, mansuraque perenniter toto nititur conatu appetere. Quapropter parentes eius distracto patrimonio, præfatum cœnobium construentes eo in loco, qui ex eo quia ab antiquitus congestos in illa celsiori rupe apum industria fauos, qui vsque hodie permanent, maiores nostri viderunt, Pinna Mellaria vocatus est. Ibidem autem se ad exercitium vitæ monasticæ collocantes, tradunt beatam hanc virginem inter illum suorum conuentum pulchriorem gratia sanctitatis floruisse; & quæ vltimum per ætatem gradum tenebat, sit ceteris excellentiori culmine innocentia ac simplicitatis merito sublimata. Tantoque in scripturarum meditatione fortissima permanebat, vt si fieri posset, non diebus, non noctibus à lectione vacaret, nisi quarumdam ingruentium tempestatum impediretur procellis. Si quid fortè ad suam exaggeratum sentiret iniuriam: illa quæ macie humilitatis gratia prominebat, cuncta patienti animo sustinebat. Instabat vigiliis, ieiuniis & orationibus crebrius incubabat, quibus, fauente Domino, inuiolabiliter votum posset conseruare promissum. Plura sunt quæ de eius sanctitate, referre nobis famulo Christi Felice monacho, eiusdem cœnobij Abbate, cognouimus, quæ obtentu euitandi fastidium relinquentes, ad illud, quod eam sine dubio cælo præmiserat, quam properè festinamus.

Cum enim summæ sanctimonie studium gereret, seruaretque Deo fideliter: mox vt beatae Columbæ martyrium comperit, ilicò interiùs igne conflagrata martyrij, sit admodum lætior tali nuntio recreata, & quibus ad id posset pertingere passibus, racito & singulari cogitamine ruminat. Et o miram vocationem Domini, & supernæ dispositionis aditum patefactum, quo nullus prædestinatus martyrio, martyrij gloria defraudatur: quo nemo cœui Sanctorum adscriptus, humana potest illaqueatione teneri. Ferunt namque, quòd multò satis ante hoc tempus hæc virgo ad martyrium conuolasset, nisi quibusdam suorum impediretur repagulis, qui eam causa sæuientium persecutorum, alta seruabant custodia. Sed quid in se potest habere custodiæ conditio miserabilis: quando, sicut scriptum est: ^a Nisi Dominus custodierit, in vanum vigilat qui humaniter se quippiam custodire arbitrantur.

Etenim ipsa superueniente nocte, consummata in Dei laudibus nocturna vigilia, vnus è fratribus suis, ceteris quiescendi gratia regredientibus ad cubile, quasi diuinitus moneatur, & certè non sine prouidentia Domini, arrepta clauæ, portam monasterij inconsectus aperuit, minimoque tantummodo clauo superposito retrulit. Ad quam illa silenter accedens, & clam ostium referans, vadit per tenebras noctis caelesti lumine illustrata, totumque illud iter vasta horridum solitudine ante lucis crepusculum transiens, clarescente manè urbem ingreditur, seseque obtutibus iudicis præsentari non differt. Ad quem sanctæ fidei rationem proponens, vatemque impudicum simplici exhortatione confundens; confestim ille gladio trucidandam decernit: sicque ante fores palatij constituta, exempto capite consternatur, decimotertio Kalend. Octobris, Era octingentesima nonagesima prima. Cuius cadauer in flumen proicientes, quorundam mercenariorum studio in quadam fouea, congesto desuper multo puluere tumulatur. Ex quo iterum, Christo fauente, post dies pene viginti industria quorundam monachorum inde abstractum, ad prædictum beatæ virginis Eulaliæ sanctuarium reportantes, digno ibidem sacerdotum & religiosorum ministerio ad pedes S. Columbæ humatum est. Quod nihilominus diuina credimus dispensatione peractum, vt quæ se in vita sua tanta charitate dilexerant, morte etiam ac sepultura indiuisæ manerent, regnante Domino nostro IESU Christo in sæcula sæculorum.] hæcenus Eulogius de huius anni Martyribus Cordubæ coronatis. atque præsentis anni rerum gestarum finis.

Quod autem, secundum ^b Apostolum, non sapientibus tantum, sed etiam insipientibus debitores sumus, illis tenemur veritatem elucidare, quam cupiunt; istis mendaciis confutare, quæ fouent. in hos autem ubique locorum clamitat Sapientia: ^c Vsquequò imprudentes odibunt scientiam?] cum licet toto cælo videant, manu contrectent, adhuc tamen fateri veritatem detrectent, vt de illis iure sit dictum: ^d Si contuderis stultum in pila quasi pitanas, feriente desuper pilo, non auferetur ab eo stultitia eius.] de Nouatoribus dico: sed nec de omnibus sunt siquidem ex iis, qui cum errent, percupidum tamen sint veri-

veri-

CHRISTI LEONIS PAP. IV. LOTHARII IMP. 13.
853. 7. MICHAEL. III. IMP. 12.

IN ANIS FABVLA DE PAPISSA PENITVS CONFVTATA
veritatis inuestigandæ, & recto rationis ductu ad ipsam anhelantes peruenire laborant. A de quibus non desperandum, sed omni studio succurrendum. Sed quorsum hæc modò? audi. Hoc ipso anno ab auctore, qui post ducentos & triginta annos vixit ac scripsit Marianus Scotus, ponitur primò falsissimè obitus Leonis Papæ, stultissimè verò ei subrogata mulier asseritur, Ioanna nomine, quæ federit annos duos, menses quinque, & dies quatuor. Quoniam autem nullus penitus ante eum inuentus est auctor, qui de eiusmodi portento meminerit, quod sui deformitate vniuersum orbem ad spectaculum prouocasset, & ad detestationem impulisset: hoc maius portentum videri potest, tale monstrum ducentorum & triginta annorum curriculo potuisse latere, ignorari, atque penitus sepultum iacuisse silentio, quàm quòd tale quid aliquando esse potuerit.

LXXX. Quòd verò nonnisi ab hoc auctore (quòd non esset eius rei assertor antiquior) qui postea eadem conscripsere, deduxisse originem potuerunt: hæc primò de ipso, quo tempore vixerit, paucis agendum. Natus (vt ipse testatur) anno Christi millesimo vigesimo octauo, sæculum reliquit anno quinquagesimotertio post millesimum, quinquagesimonono autem Fuldæ includitur vsque ad decennium, postea Moguntia eodem vitæ genere perseuerans vsque ad obitum inclusus permanfit: testatur ipse hæc omnia. Peruenisse verò vsque ad annum millesimum octogesimum sextum, quo obiit, Dodichindus Abbas, qui ad eius Chronicon appendicem addidit, constanter affirmat. Erant ea ipsa tempora quibus Marianus scribebat, cum Henricus II. Imp. (vt ipse narrat) schismate cum suis ab Ecclesia Catholica desciuerat, cum & promulgato à Gregorio Papa VII. aduersus clericos concubinariorum decreto, complures ex illis (vt ait) delegerint expelli potius ab Ecclesia, quàm concubinas expellere. Hæc adeò diligenti studio de certitudine temporis oportuit ipso quæstionis ingressu testata relinquere, quòd nulla sit vis potentior ad redarguendos errores, & falsitates, ipsa temporis ratione.

LXXXI. Quamobrem his considerandum adiungimus, quòd quando ista scribebat Marianus, iam de femina ordinata in sede Constantinopolitana Patriarcha fama ferretur. Testatur id quidem sua^a epistola Leo IX. Romanus Pontifex scribens ad Michaëlem Patriarcham Constantinopolitanum, atque Leonem Acridanum Romanam Ecclesiam maledictis proscindentes, vbi aduersus eos hæc inter alia: Absit autem, vt velimus credere, quod publica fama non dubitat asserere, Constantinopolitanæ Ecclesiæ contigisse, vt eunuchos contra primum sancti Nicæni Concilij capitulum passim promouendo, feminam in sede Pontificum suorum sublimasset aliquando. Hoc tam abominabile scelus, detestabileque facinus, etsi enormitas ipsius vel horror, fraternaque beneuolentia non permittit nos credere: considerata tamen incuria vestra erga sanctorum censuram Canonum, quia eunuchos & aliqua ex parte corporis imminutos non solum ad clericatum, sed Pontificatum etiam indifferenter ac solemniter adhuc promouetis: fieri potuisse pensamus.] hæc Leo, scribens ista (vt in epistola ipse testatur) annos post mille & ferè viginti à passione Christi, à Natiuitate verò millesimo quinquagesimotertio inchoato, eodem ipso anno, quo Marianus Scotus primus scriptor fabulæ (vt diximus testificatione ipsius) sæculum reliquit, & quinquagesimosexto ex Scotia in Germaniam veniens, Colonia (vt tradit ipse) factus est monachus. Quo tempore (vt audisti ex Leonis epistola) publica fama percrebuit, feminam in sede Pontificum sublimatam aliquando Constantinopoli. Porro ea quæ ita erant fama vulgata de Ecclesia Constantinopolitana, conuersa in Romanam Ecclesiam à schismaticis eam odio prosequentibus & calumniis proscindentibus, atque ita, vt accepit ipse eam fabulam Marianus, eodem tempore scripserit, quis non intelligat?

LXXXII. Quòd autem, inquit idem qui supra Leo, Constantinopolitanæ Ecclesiæ contigisse, vt eunuchos passim promouerent, de Ignatio atque Photio ambo eunuchis primùm contigit, postea de Polyucto. Sed & quod subiicit, feminam in sede Pontificum Constantinopoli sublimatam aliquando: fortasse id fama vulgatum, quod Michaël Imperator, licet per ludum, vnum è cinædis suis fecerit Constantinopolitanum Patriarcham, qui cum aliis cinædis Episcopis pariter nominatis obiret sacra, aliaque exerceret Pontificia munera, sacris, ex more, vestimentis vtens. Qui quidem ludus haud semel, vt comœdia est repræsentatus in scena, sed ad multum temporis spatium perdurauit: quo etiam ipsam delusit Imperatricem, vt narrat Curopalates, nosque anno sequenti dicemus. Accidere fortasse potuit, vt quo Michaël abuteretur vt femina, & species illa femi-

QUOD DE ECCLESIA CONSTANT. DICTVM, DE ROMANA CREDITVM.

Leo IX. epist. l. c. 23. LEO NONVS QVID IN CONSTANTINOP. EPISCOP. DE FEMINA CREATA PONTIFICE

PRIMVS AUCTOR FABVLA DE FEMINA PAPA.

CHRISTI LEONIS PAP. IV. LOTHARII IMP. 13.
853. 7. MICHAEL. III. IMP. 12.

A feminea appareret induta Pontificalibus ornamentis, spargeretur in vulgus, feminam creatam esse Pontificem, vt sic fama illa de femina creata Episcopo Constantinopoli, aliquam saltem speciem habuerit veritatis. Quæ igitur eo tempore facta esse probantur, per transfennam velut, lucem aliquam inferunt, qua veri amans prudensque Lector possit propinquam inspicere veritatem. Audisti de tempore quo scripsit Marianus: modò audi ex ipso totidem verbis, quæ de his eodem hoc anno scripserit:

Anno (inquit) octingentesimo quinquagesimo tertio Leo Papa obiit Kalend. Augusti. Huic successit Ioanna mulier annis duobus, mensibus quinque, diebus quatuor.] hæc in codice impresso Heroldi opera, qui mala fide locum hunc cum aliis multis corruptit: nam in scripto codice, ex quo prodit prima editio, ita legitur: Ioannes, qui vt asseritur, fuit mulier.] sed vt cumque legatur, nullam ex quauis lectione commentum fidem acquirit. Post Marianum autem elapsis triginta ferme annis, Sigebertus & ipse schismaticus, in sua Chronographia eandem describens fabulam, nulla aliqua firma vtitur testificatione, sed incerta fama tantum ferri quod scribit, asserit. Post hæc factum est, vt plures alij eadem suis ipsorum, quas scripserunt, historiis intexuerint, aliique alia addiderint, vt mendacia vires fumerent, adeoque vt pij etiam viri res maiorum prosecuti, quæ de his inuenerint, absque delectu descripserint. Sic planè accidit, vt in aliis pluribus fabula fidem sibi conciliauerit, vel apud imperitos, quorum in crimine incertia sit, & nimia simplicitas arguarur; vel apud prauos, qui vt muscæ quærant vlcus, ex quo sanie satiarentur, inuentoque semel, antea cædi quàm inde diuelli patiantur.

Felix historiæ cursus, si absque obice fabularum sincera tantum ferri veritate daretur, quæ vbi semel, vt zizania inter triticum feminata, fixis radicibus, tritici mentita specie altiori culmo consurgunt, sicut triticum messoris æqua falce metantur, & cum frumento in horrea recondantur, & mixta tritico, tritici iam nomine decorata, atque æquo pretio, eademque mensura cum tritico venundentur; ita fabularum abolito nomine, receptæ semel transeant in historiam, vt opus sit magno cribrario, qui magno labore à veris falsa, & fabulas segreget ab historiis. non desunt de his exempla. Nam fabula de collapsio Romæ Pacis templo tempore Christi ortus, quod nondum fuerat ædificatum, semel asserta, multiplicium haud vulgarium fuit scriptorum auctoritate firmata. De anima Traiani precibus S. Gregorij ab inferis reuocata commentum semel creditum etiam disertissimos habuit assertores, immò etiam defensores. Nonne hæctenus fabula illa, vt historia lecta est de Cyriaco Papa Romæ Coloniam comitante S. Vrsulam cum virginibus vndecim millibus; cum tamen nec per somnium quidem eius nominis Pontifex sederit in Sede Petri? De septem Dormientibus somno tentis annos propè ducentos quid dicam, tam à Grecis in Oriente, quàm à Latinis in Occidente historiam lectam atque receptam? De Siluestro Papa II. quòd per magiam Pontificatum adeptus fuerit, atque dilaceratus in obitu à diabolo? De obitu Hadriani per muscam illato quid addam? De fabularum officina Turpini: quot iam ex eis in historiam transferunt, & fidem sibi plenissimam conciliarunt? Taceo de plurimis aliis, quæ vel à nobis superioribus tomis sunt confutata, vel erunt inferius confutanda.

Modò versetur in ista, quæ quidem inanitate, vel leuitate, sicut & falsitate alias omnes superat, in qua quidem refellenda haud diutiùs detinebimur. Siquidem viri doctissimi, verique amantissimi ante me summa cum laude in his versati præripere labores, & inter alios nouissimè Papyrius Maso in Galliis vir quidem præstans ingenio & pietate, in volumine suo, quod scripsit de Urbis Episcopis, vt ventus fumum, euanescente zelo succensus, veritatis singulari amore flagrans, exæstiansque eius elucidandæ immenso mentis ardore, locupletius ista pertractans, singula quæque curiosius peruestigans, nihil indiffusum relinquens, fama nobilis Florimundus de Remundo, regius Consiliarius in Parlamento Burdegalensi, vir cum primis illustris ac pius, & doctrina insignis, cuius lucubrationes de Antichristo aduersus Nouatores magnopere celebrantur, commentarium edidit eodem argumento, cuius est inscriptio: *Error popularis de Ioanna pseudopontifice, dicta Papisia*, quo sic confecit monstrum istud scriptorum leuitate formatum, & Nouatorum industria phaleratum, vt eos pudeat quæ scripserint vel somniasse. nam post talem editam scripturam inuentus est nullus inter omnes

Noua-

LXXXIII

INCREMENTVM FABVLAÆ.

LXXXIV.

QUOD FABVLAÆ MVLTAE IN HISTORIAM TRANSIRVNT.

LXXXV.

DE MENTITA PAPISSA NVDATVM COMMENTVM ET CONFVTATVM.

Nouatores rubore suffusos, ac mente confusos, qui refractario stylo, ipsorum more, sit ausus eam firma solidaque veritate constantem appetere. Quam nos sicut opportunam, ita dignam aestimaremus, quæ hinc nostris Annalibus intexeretur, ut opus Phrygium elegantissimè elaboratum, nisi prolixitas impediret. Est præ manibus liber, quem sicut Gallico, ita cuperem Latino sermone conscriptum nostratibus edi. Pro instituto autem, ut rem quam breuiter potest fieri pertractemus, in eo in primis nostra versetur oratio, ut quàm apertissimè demonstraret omnino falsa esse inanis fabula, ineptumque commentum omni penitus vacuum veritate, immò etiam (quod maius est, magisque mirandum) omni penitus verisimilitudine destitutum, ut procul absit vel persuaderi posse, quod nec fingi aliqua ratione possit.

LXXXVI. Sed in ipso limine controverfiæ rideas inane studium pugnacium Nouatorum aërem verberantium, dum anxio & infatigabili animo eam fabulam suadere conantur, B ut ex eo continuatam hæctenus successionem Romanorum Pontificum iam esse succisam & interruptam ostendant. sed frustra. Quid enim? Fingamus esse, quod nunquam fuit, eam electam esse feminam in Pontificem. Numquid Pontifex illa fuerit? Nemo aded imprudens & væcors erit, qui affirmet, resistentibus legibus omnibus, potuisse feminam, re vera, quorumuis suffragiis accedentibus, esse Pontificem Maximum, immò nec minoris ordinis clericatu initiatam. Qua ratione qui primus eius fabulæ scriptor extitit Marianus, eam minimè inter Romanos Pontifices numeravit, dum qui ante Leonem Quartum vixit, Sergium numerat centesimumprimum, Leonem successorem centesimumsecundum, Benedictum, illa absque numeri nota prætermissa, legitimum Leonis successorem centesimum tertium ponit, & sic deinceps reliquos suo ordine subiicit. Qua certissima ratione nihil præterea ex ea ter miseri Nouatores, C qui veram asserunt fabulam, lucri capiunt, nisi ut dici possit, duobus illis annis & mensibus, Sedem Pontificiam legitimo vacuum fuisse pastore, non tamen ob eam causam successionem à Christo per Petrum in posteros continuatam fuisse succisam: nam & aliàs accidit, ut maiori etiam temporis spatio Sedes Pontificia, dilata per discordias eligentium electione, vacaret, nec tamen successionem desisset; quis unquam ausus est dicere, quod nec dici potuit, sed tantum esse dilatam, nullo verò modo sublatam. vides igitur omne penitus evanescere quod ex re inani inane captant lucrum vanissimi Nouatores.

LXXXVII Sed quod polliciti sumus, totam illam narrationem de femina Papa non solum fabulam falsam omnino esse, immò nec extitisse, atque non veritate tantum, sed verisimilitudine etiam omni carere, apertissimè demonstrare: rem ipsam summam potius attingentes, quàm fusiore sermone (quod iam dignissimè, sicut & locupletissimè factum diximus) pertractantes: falsam ipsam esse in primis arguimus ex certa temporis ratione. Quomodo Marianus Scotus primus auctor fabulæ (cum ipso enim tamquam cum duce qui reliquos antecedit agendum est, ut eo mendacij conuictio, reliqui simul victi cedant) quomodo inquam hoc anno ingressum ponit feminæ post Leonis obitum, si adhuc Leo ipse vivebat, qui & vitam adhuc ad duos annos etiam propagavit? Quinam de his magis credendum quàm Anastasio Bibliothecario, qui hoc vivebat tempore, atque præsens omnibus ut testatur, ea ipsa scribebat, Leonemque Pontificem annos octo, menses tres, & dies quinque sedisse tradit? Quo etiam teste fabula de femina eidem substituta falsissima redarguitur, dum ab ipso, Leoni non ipsa, sed Benedictus statim ponitur substitutus Pontifex post dies sex. Anastasio ista videnti, atque testanti, nullus unquam contradixit eius sæculi scriptor, nec sequentis auctor aliquis, neque eius, quod post seculum est tertium sæculum, vsque ad Marianum primum auctorem confictæ fabellæ.

LXXXVIII Rursum verò silentium ipsum tanti temporis, de re tanta, tot emergentibus tantum nefas declamandi occasionibus, plusquam mille dixeris iuratos testes ad certam exploratamque fidem faciendam de fabulæ vanitate & falsitate. Certè quidem tam amici, facinus horrendum detestando, querendo, dolendo, quàm hostes, impropere, detrahendo, subannando centies proclamassent. Etenim quomodo id exprobrare præterissent Romanæ hostes Ecclesiæ, qui præcesserunt, qui si vel fingere potuissent quod nec componi posse cognoscerent, magno sanè pretio redemissent, ut quavis captata & arrepta occasione Romanæ Ecclesiæ notam inurerent. Photiusne pseudoepiscopus, Romanorum

INANIS NOVATORUM CONATUS.

DE FEMINA FABULA FALSA REDARGUITUR.

A norum Pontificum implacabilis hostis, quorum decretis paulò post (ut suo loco dicemus) sede fuit expulsus, tacuisset istud immane scelus, qui longè leuiores in Romanam Ecclesiam obiicit? Quique inter alia sede censeretur indignus, quod esset eunuchus: tacuisset dicere ipse, quod etiam femina thronum Romanæ Ecclesiæ conscendisset? Sed & Michael qui hoc tempore Orientale moderabatur Imperium, & eiusdem Photij stimulis in eandem Romanam Ecclesiam concitatus, omne genus conuitorum in eam contumeliosus valde coniecit: tacuissetne modestiæ causa aded probrosa obiicere, & portentosa cantare? Quod de Photio diximus & Michael, qui hoc vivebant tempore, & sub Nicolao Pontifice, qui post Benedictum huius Leonis successorem Romanam administrare cepit Ecclesiam, de reliquis schismaticis Patriarchis, & de aliis ab Ecclesia Romana diuuis schismate Imperatoribus æquè dicendum & sæpius iterandum est. B Qui cum plurimi fuerint, & insensissimi Romanæ Ecclesiæ perduelles, & in eam iugiter instar grandinis spicula maledictionum intorserint: quomodo nullus unquam eorum in præsentem vique diem aded pudendum scelus obiecit, cum præsertim iudem Romanorum Pontificum acerbissimis (ut par erat agere cum obstinatis animo) reprehensionibus exagitati fuissent?

Sed ut ad Leonem nonum, de quo supra plura sunt dicta & recitata, redeamus: Quomodo in hostes ea de femina euecta in Patriarcham ipse obiicere ausus esset, si maiori infamia, atque turpiori dedecore id fuisset in Romana Ecclesia perpetratum? Qua fronte potuisset in eos aded acriter inuehi quod esset de femina apud eos creata Pontifice, fama perlatum: si verum fuisset, feminam in Apostolicum thronum acceptam, atque in eodem puerum peperisse? At certè si vel leuissimus rumusculus per calumniam de his sparsus esset, utique is ab eo fuisset antea diluendus, quàm ut fama perlatum facinus eiusdem generis obiecisset. Prætermittimus numerare numerosam multitudinem post Leonem schismaticorum Orientalium Episcoporum, qui cum aduersus Romanam Ecclesiam non epistolas tantum, sed libros etiam conscripserint, quæcumque, licet minima, animo hostili venantes, & per calumniam effingentes, ac mentientes, nunquam tale quidpiam (etiam cum apud Latinos id iactari cepisset, & magis magisque scriptis ipsorum peruulgatum fuisset) in eandem Romanam Ecclesiam vel scriptis vel verbis obiicere ausi sunt. De historicis verò Græcorum, qui ab hoc tempore vixerunt, nec vnus quidem repertus est, qui utcumque quavis occasione eius probrosi facti meminerit, quamuis ex eis non defuerint plures in Romanam Ecclesiam parum æqui, utpote ab ea schismate scissi, qui nequaquam ipsi modestiæ causa pepercerint, sed quavis occasione eam semper calumniosè perstrinxerint. quamuis enim apud vnum dumtaxat Græcorum historicorum nouissimum, Laonicum Chalcocondylam Latinum redditum eiusmodi fabula reperitur esse descripta, non tamen ab auctore ipso positam scias, sed ab impostore Clausero interprete fraudulenter appositam, ut ostendit euidenter, qui imposturam egregie detegit Florimundus. Quamuis & si ipse auctor Laonicus ista à Latinis quibusdam accepta scripserit, haud magnificandus esset recentissimus scriptor, qui vixit anno millesimo quadringentesimo sexagesimo.

Sed ad Latinos, qui post multa sæcula de eadem fabula scripserunt, conuertamus orationem. Quis crederet, quod eorumdem assertionibus quibus fabulam astruunt, magis ea destruat, & arguatur falsitatis? Ita quidem secundum Dauidicum illud: Mentita est iniquitas sibi. Prætermittimus hic de singulis agere, singulosque refellere: præstitit enim id egregie Florimundus, quem maiori otio Lector consulat: nobis satis, ex ipsis ostendere fabulæ assertoribus simul omnibus, in omnibus detegi atque conuinci eiusmodi mendacium, & refelli commentum. Cum enim sanctus Euangelista Iudæos vult redarguere falsitatis: ex testimoniorum inconuenientia id demonstrat, cum dicit: Multi enim testimonium falsum dicebant aduersus eum: & conuenientia testimonia non erant.]

Nos eadem via regia gradientes, breui compendio perstringemus, quàm absurdè fabulæ assertores inter se varia diuersaque scribentes, alter alterum destruat, & magis confutet quàm defendat: ut planè rursum Deus in fabricatores tanti mendacij, illud ipsum quod olim videatur esse locutus: Venite descendamus & confundamus linguam eorum, ut non audiat vnusquisque vocem proximi sui. Ita planè in his factum inuenies: nam audi in primis quanta inter eos confusio in confictæ feminæ nomine. Alij enim

EX INIMICORVM SENTENTIO ELICITVR VERITATIS ASSERTIO.

LXXXIX.

DEFORME MENDACIUM NEC AB HOSTIBVS CREDITVM ET OBJECTVM. Leon. Chal. de reb. Turc. lib. 6.

XC. Psal. 26.

Marc. 14.

XCI. ASSERTORES FABULÆ EX SE IPSIS CONFUTAT. Genes. 11.

CHRISTI 853.

LEONIS PAP. IV. 7.

LOTHARII IMP. 13. MICHAEL. III. IMP. 12.

ipfam Ioannam nominatam antea Agnetem dixere, quae ab alio reperitur appellata Gilberta, rursus verò ab alio Isabella, ab alio autem Margarita; Tuttam insuper aliquis, aliquis verò Dorotheam nominavit, praeterquam quòd alij Germanam, alij dixerunt Anglicanam. Rursus quanta diuersitas in nomine, quod confinxerunt Pontificis, vel leuiter crediderunt Papissae Ioannae? nam alij eam vocant Ioannem septimum, alij octauum, alij verò nonum, cum tamen fuerint iidem legitimi Ecclesiae Romanae Pontifices, Ioannes septimus, octauus, & nonus. ita laborant miserimi Nouatores, vt inueniant locum, in quo imaginarium monstrum collocent, quod nullum tempus admittit, quantumlibet diuersis temporibus, auctores diuersi ponere sint frustra conati, dum alij hoc anno octingentesimo quinquagesimo tertio, alij anno sequenti, alij anno octingentesimo quinquagesimo septimo, octauo alij, quidam nongentesimo quarto, praeter eos qui ponunt eam post Martinum primum anno Redemptoris sexcentesimo quinquagesimo tertio. alij B post Ioannem quintum anno Christi sexcentesimo octogesimo sexto. Sed vnde, qui post Marianum primum auctorem ista scripsere, ab eo recedentes, ista sibi tam diuersa finxere? Nullus citatur auctor, vel scriptus codex anonymus à quopiam nominatur, vt aliquo saltem, licet mentito colore, quod non verum, facerent verisimile.

XCII. Sed & in sedis tempore quanta inter eos diuersitas & repugnantia? dum alij eam sedisse tradunt anno vno & mense vno & diebus quatuor, alij annis duobus, totidemque mensibus & diebus quatuor, alij duobus annis cum dimidio, duobus tantum annis alij, alij verò quatuor tantum mensibus. Sed quanta insuper diuersitas in eiusdem fabulae narratione? Qui singulorum recenset de ea verba doctissimus Florimundus, nec vnum quidem reperiri demonstrat qui consentiat alteri, immò omnes inter seipfos dissentire, contradicere sibi inuicem, vt nulla penitus historia sit, de nomine, loco, tempore, & rebus C quae narrantur adeò mendax, adeò inconstans & varia, diuersa, & omni penitus verisimilitudine carens. Doctas fabulas, aliquis fortè vel animo leuis, vel scientia imperitus, deceptus accipiet; prudens autem vel doctus, secus: hinc tibi Petrus Apostolus: d Non enim doctas fabulas secuti, &c.] Indoctas autem, omni ex parte mendaces, insulas, ineptas, vanas, varias, triuolas, sibi contradicentes, se inuicem dissoluentes, nulla etiam verisimilitudine subsistentes, vel saltem mentito veritatis fucò nitentes quis accipiet? Sunt planè deterioris generis istae illis, quas S. Apostolus Paulus scribens ad Timotheum, cauendas admonuit, dicens: b Ineptas autem & aniles fabulas deuita.] nam vanae tantum illae atque leues; istae verò subdolae etiam & virulentae, calumniae & contumeliosae, leuiter fufae, leuius creditae, mendaciter dictae, perfidè assertae, procaciter defensae, obstinatè retentae à Nouatoribus illis, de quibus vaticinatus sanctus Apostolus ait: c A veritate D quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur.]

XCIII. Quòd autem primus praecipuusque fabulae huius auctor Marianus Scorius eam hoc ipso anno (vt vidimus) accidisse testetur: vt de omnibus germana veritas habeatur, ad scriptores huius ipsius saeculi, istiusmet temporis, horumque ipsorum annorum conuertamus orationem, qui scriptis suis eadem tempora illustrarunt: vt non à longè petitis auctoribus, sed ab ipsis qui viderunt & interfuerunt, successionem veram, sinceramque, absque obice certam, exploratamque habeas Romanorum Pontificum, & nullus alicui veritatis cupido dubitandi locus super sit. Post Anastasium, cuius testificatio satis superque sufficiens esse posset, auctoris integræ famae, & certæ scientiae, qui his omnibus praesens fuit, suffragantur eiusdem temporis plures diuersorum scriptorum epistolae, quae praeter ceteris descriptionum antiquarum generibus, maiorem (vt E aliàs diximus) vindicent sibi fidem, vt quae tempora illa absque nubilo priuati studij, vt res se haberent, sincero candore ob oculos ponant. Inter quos qui hoc vixit tempore, & Romam venit his Leonis Papae temporibus, Lupus Abbas Ferrariensis natione Gallus, sub dioecesi Senonensi, de quo saepe superius, scribens epistolam d ad Benedictum Papam, quam suo loco reddituri sumus, vocat eum successorem Leonis, ac planè nullum inter Leonem & Benedictum intercessisse Pontificem, satis euidenter ostendit: idemque cum suis epistolis diuersis in locis deplorat sui temporis Ecclesiae miserum statum; certè si quod tam nefandum scelus accidisset, dicere minimè omisisset, sed implacabili iuctu vir zelo plenus planxisset.

XCIV. Nicolaus Papa, qui post annos quinque Benedicto successit successori Leonis, in duabus e suis epistolis ad Michaellem Imp. conscriptis tertio repetit proximos praedecessores

d Lup. epist. 103.

e Nicol. epist. 8. 9.

CHRISTI 853.

LEONIS PAP. IV. 7.

LOTHARII IMP. 13. MICHAEL. III. IMP. 12.

A res suos Romanos Pontifices, Leonem & Benedictum, nullo alio medio inter eos nominato. Nec est quòd quis dicere possit, ipsum non numerasse Ioannam feminam, quòd legitimus Pontifex non fuisset. Nam cum ipse de Ignatio agens Patriarcha Constantinopolitano, numeret eius sedis annos duodecim a vsque ad violentam eius depositionem factam sui Pontificatus tempore: planè declarat, nullum alium intercessisse Pontificem inter Leonem & Benedictum: alioquin si in medio sedisset femina annis duobus & mensibus quinque, totidem anni adiungendi essent sedi ipsius Ignatij. sed & extat cusa epistola Nicolai Papae Rom. edita numero quadragesimasexta ad Episcopos qui conuenere ad Suesionense Concilium in causa Hincmari Rhemensis Episcopi, in qua pariter qui immediatè successerit Leoni, ponitur & asseritur absque controuersia Benedictus: vt de his dubitanti nullus penitus locus remaneat. Insuper habentur & Acta B Tullensis Synodi paulò post celebratae, de qua dicendum inferius: in quibus pariter absque aliquo interstitio vel intercalatione mox post Leonem subrogatus aequè ponitur Benedictus. vt his non acquiescere, omnino insanire sit. Praeterea si ea fabula vera fuisset, vt Romae hoc tempore sederit femina, cui in electione ipse Nicolaus tunc Cardinalis suffragium oportuerit contulisse: qua fronte Photium redarguere potuisset (quod saepissimè facit) eo nomine, quòd cum esset laicus, ordinari se Episcopum passus esset, cum & Imperatorem ipsum pariter ea de causa acerrima reprehensione perstringat, quòd id agere praesumpserit? ista quidem declamat quindecim epistolis Nicolaus, tamquam quindecim fortissimis inuectiuis.

Quis ista considerans, & manu tangens, locum aliquem vel per somnium fabulae dabit? Clarum planè est, luceque multiplici diuersorum scriptorum perspicuè satis praesens saeculum fulgens, vt non solum res maximi momenti non potuerint latuisse, sed C minimae etiam perenni inueniantur memoria consignatae. Nam praeter Graecos atque Latinos historicos, plurimae epistolae Photij, Nicolai, & Ioannis octaui Romanorum Pontificum, Lupi, & Hincmari, & aliorum, necnon diuersorum Acta Conciliorum tempora ista reddunt reuera luce meridiana splendentia: vt nihil sit quòd res tanta potuerit aliqua caligine obscuritatis obuolui, vt quod in orbis theatro in ipsa Vrbe fuerit tamquam in scena ludicrum, repraesentatum facinus mirandum & insuetum, non ab omnibus cognitum fuerit & declamatum. Quae autem occasio intercessisse potuerit, vt de Ioanne octaui ista scripta fuerint, & à nonnullis credita, suo loco ad finem eius Pontificatus dicturi sumus.

Hoc eodem anno moritur Aymo Episcopus Halberstatensis scientia clarus, cuius ad D huc existant complura scriptorum monumenta ab alijs dinumerata.

IESV CHRISTI LEONIS PAP. IV. LOTHARII IMP. 14. ANNVS ANNVS MICHAEL. III. IMP. 13. 854. 8.

ANNVS Christi octingentesimus quinquagesimus quartus Indictione secunda notatur, quo Leo Romanus Pontifex anno sui Pontificatus octaui Centumcellensem ciuitatem diu ante à Sarracenis captam & solo aequatam, restituendam curauit, alio tamen loco munitioni diuinitus ei per visum ostenso. Quomodo autem ista se habuerint, E Anastasius Bibliothecarius in Leone ita scribit: Post pulchra ac laudabilia diuersarum Ecclesiarum opuscula, quae Praesul munificus tota animi deuotione peregit: ne Christianus populus Centumcellensis Castris amplius ab inuadentibus hostibus Sarracenis deperiret, sicut fieri solebat, effecit. Nam per annos quadraginta ipsa ciuitas muris diruta, & habitatore proprio destituta manebat, moreque bestiarum, relictis sedibus propriis ob timore Sarracenorum, vsque iam factum fuerat, vt per opaca siluarum, montesque incognitos sua domicilia populus, qui ab eis relictus fuerat, aberraret: in quibus etiam praetimore inimicorum, diebus ac noctibus, nec soporem oculis, nec vllam iuxta humanam consuetudinem quietem vel modicam habens manebat.

Cumque tam pius ac laudabilis Praesul de illorum grauamine & intolerabili nimis angustia, vltra modum & plusquam credi potest quotidie condoleret, multis cum lacrymis, infinitisque orationibus Dominum rerum omnium conditorem deprecabatur assidue, Annal. Eccl. Tom. 10. K 2 duè,

a Nicol. epist. 1. & 5.

xcv.

xcvi.

I. LEO PAPA NOVAM CIVITATEM AEDIFICAVIT CENTUMCELLENSIBVS.

11.

CHRISTI 854.

LEONIS PAP. IV. 8.

LOTHARII IMP. 14. MICHAEL. III. IMP. 13.

duè, vt ei dono gratiæ suæ dignaretur ostendere, quo in loco pro salute & libertate om- nis crebrò dicti Christiani populi Centumcellensis ciuitas mutari potuisset. Ad quæ ipse profectus loca, quæ ei affinitate erant coniuncta, diligenti cura & studio peruidit atque confpexit. Sed vbi locus videbatur idoneus ad urbem ædificandam, aquæ egestate & penuria laborabant, quæ hominibus semper fatis est necessaria. Peragratis igitur omnibus, vt prædiximus, locis, peruenit tandem, diuina fauente clementia, ad locum optimum valdeque munitum, super quo suus maximè est animus dilatatus, quia & aquarum copiam ad populum confortandum, & ceteras vtilitates humanas, aquimolalque molendas pleniter subministrabat.

III. Tamen quo modo vel ordine hoc ei diuina ostendit clementia, dignum est ad memoriam reuocare, ad laudem venerandi Pontificis, vt omnis populus credat veraciter & cognoscat, quòd diuino consilio & consilio opus diu exquisitum perfectum est. Nocte denique quadam dum in lectulo proprio iuxta morem præclarus iaceret Antistes, & de diuinis ex solito operibus cogitaret, ad præuisum & ordinatum iam locum, qui duodecimo à Centumcellensi vrbe milliario distat, in somnis perductus est, & loca singula cuidam Petro Magistro militum, quasi per corporalem præsentiam in ipsa reuelatione per ordinem demonstrauit, vbi Ecclesias, & vbi portas ex Pontificali adiutorio fundare & construere debuisset. Et quia præ loci angustia non ibidem nisi duæ portæ instruendæ erant: in ipsa arcana reuelatione digitis propriis annotauit. Manè autem factò, pro somnio quod viderat, magnà cœpit habere certamina. Et prænominatum Petrum ad suam ilicò fecit venire præsentiam. Cui quidquid in somnis viderat, retulit. Multosque in argento mancosos præbuit, vt conducto populo, cum eo ad vicem Centumcellensis vrbs, ciuitatem perficere debuisset. Deo quidem auspice, ita nunc omnia ædificata nescunt, sicut in somnio Papa laudabilis manu propria designauit, cui ex nomine proprio, Leopolim, nomen imposuit.

PER VISVM ADMONETVR DE LOCOCIVITATIS LEO PAPA.

LEOPOLIS CIVITAS NOMINATA.

IV. Ad quam, postquam ædificare cœperant, videndam & considerandam fabricam cum fidelium suorum multitudine ouanter accessit: visis denique portis & Ecclesiis, in ipsis specialiter locis, sicut monstauerat: vt suum, Christo protegente, desiderium impletum vidit, omnipotenti Deo gratias retulit, infinitas, qui ei talem ostendere locum dignatus est, in quo & populus saluus existeret, & aquæ abundantiam ministraret, & etiam lapides & arenam ibi tribueret, qualiter sine labore operariorum nouiter extructa fabrica augmentum percipere potuisset. Gausis ex iis omnibus, urbem Leopolim sæpè dictus Pontifex, litaniis & orationibus pedibus propriis circuiuit, & tribus orationibus in nomine Trinitatis perpetualiter consecrauit, ac Missarum vt solitus erat, officium ritè persoluens, aquam benedictam per muros iactari præcepit, & non modicam propriis manibus iecit. Præ amoris verò magnitudine vniuerso populo rogam distribuit; commendans omnipotenti Domino populum & ciuitatem diuinitus demonstratam, ne vniquam ab hostibus capiatur aut inuadatur. His omnibus perpetratis, ad Sedem suam cum ingenti lætitia & alacritate reuersus est, octauo scilicet mense, Christo auxiliante, dieque supradicti mensis decimoquinto, omnis murorum ambitus completus atque perfectus est, anno Præfulatus eius octauo, Indictione secunda.

LEOPOLIS DEDICATIO.

V. Nam & in Ecclesiis quas ibidem fecit multa dona obtulit: in Ecclesia videlicet sancti Petri gabathas ex argento fusiles maiores, minoresque septem, pensantes simul libras sexdecim, & vnciam vnã; cantharum exauratum vnum; baucas exauratas tres; fibulatoria maiora & minora quinque; crucem ex argento deauratam vnã cum gemma vnã, item aliam crucem de auro habentem in medio monocassim, & aliam crucem ex argento habentem gemmas quadraginta, thuribulum argenteum exauratum, dextram saxifam vnã, coronas aureas duodecim, & camelorum oua duo. Atque fecit in eadem Ecclesia iam dictæ ciuitatis vestes sericas duas, ex quibus vnã habet in medio tabulam de chrysoclauo, habentem in medio crucem & orbicula quatuor cum gammadiis, & vela de fundato decem & octo, crucifixum ex argento purissimo pensantem libras septem.

DONA COLATA IN ECCLESIAS NOVAE CIVITATIS.

VI. Nec non in Ecclesia sancti Leonis vbi supra, obtulit patenam exauratam vnã, calicem de argento vnum, vestes duas, vnã quidem de fundato ornatam in circuitu de spanoclisto, habentem in medio rotam de chrysoclauo, & gammadias, & aliam de spanoclisto. Similiter & codices canonicorum librorum septem, historiarum, Salomo-

CHRISTI 854.

LEONIS PAP. IV. 8.

LOTHARII IMP. 14. MICHAEL. III. IMP. 13.

A Iomonis, Antiphonarium, Psalterium, Sacramentarium, gestorum etiam sermonem, sed & Euangeliorum cum tabulis argenteis.] hucufque de donis in Ecclesias Leopolitanae ciuitatis collatis Anastasius.

Eodem anno Cordubæ in Hispania, perseuerante persecutione Sarracenorum, Abundius presbyter martyrium consummauit quinto Idus Iulij, quo in sacras tabulas relatus est. Meminit ipsius sanctus Eulogius in Memoriali Sanctorum.

Quod ad res Danorum pertinet, habet hæc vetus Chronicon à Pithæo editum: Ciuille bellum exortum inter Horic Danorum Regem & filium fratris Guduyum, qui Regno pulsus piraticam exercebat, vniuersoque populo factione diuiso parte altera Regi, altera nepoti studente, miserabili modo conciderunt, de regia stirpe non nisi puerulo remanente. Ita Domino sanctorum virorum suorum iniurias vicifcente, & aduersariis digna factis retribuente.

B Quod ad res pertinet Orientis, eodem anno octingentesimo quinquagesimo quarto secunda Indictione, ab Ignatio Patriarcha celebratum est Concilium Constantinopolitanum, in quo depositus est Gregorius Episcopus Syracusanus, ita tamen vt assensus Leonis Romani Pontificis requireretur. Celebrata enim Synodo, & lata in eum sententia, Legati missi sunt ad Leonem Papam, vt eius assensu facta depositio rata haberetur. Leo autem confirmare distulit, donec pars altera audiretur. Intercæ verò Leo obiit, & ad successorem (quod contingit anno sequenti) eadem causa delata est. Habet ista Nicolaus Papa in epistola ad Michaëlem Imp. in qua hæc breuiter: Iudicate ergo, mansuetissime Imperator, cui potius obediendum est, Deo an hominibus. Iudicate cui potius resistendum sit, potestati quam in Petro Omnipotens ordinauit, an ordinationi Gregorij Syracusani. Cui dicendum, Væ homini illi per quem in Ecclesiam Christi tot scandala venerunt: qui que olim (sicut ipsi scitis) à fratre & comministro nostro Ignatio, & à Synodo quæ sub eo erat, depositus est. Et vt Apostolica Sedes in eius damnatione consentiret, ab ipso confacerdote nostro postulata est, sed decessores mei beatæ memoriæ Leo ac Benedictus Sedis Apostolicæ moderamina seruantes, noluerunt sic vnã partem audire, vt aliæ parti nihil penitus reseruarent: vnus quippe mediator non est. Quamobrem interim depositio ipsius à Sede Apostolica non suscepta, remansit infirma. Cumque idem Gregorius per Legatum suæ partis Zachariam nomine, Sedem agnouisset Apostolicam in sua depositione nullatenus consensisse, non gratias egit, nec à cœptis in iam dictum fratrem nostrum Ignatium sæuientibus contumeliis conqueiuit, sed benignitate Dei, & patientia Sedis Apostolicæ in superbiam abutens, in ipsum videlicet Ignatium Patriarcham suum rediuiua iacula impietatis irreuerenter exacuit, &c.]

C Magnæ tragædiæ hæc initium. Ex hac enim damnatione Gregorij Syracusani dirum constatum est schisma. Ipse siquidem (vt suo loco fusius dicturi sumus) arte occisionis se in Ignatium Patriarcham vicifcendi, malis artibus operatus est, vt ille è Sede Constantinopolitana deponeretur, atque in locum eius Photius Eunuchus ex laico intruderetur, cuius rei causa innumera subsecuta sunt mala. Quod autem ad præsentis anni huius res gestas pertinet: audisti synodalia Acta, sententias Patriarcharum, iudicia Episcopalia indiguiffe confirmatione primæ Sedis Pontificis. Quod autem Sicilia insula sub iuribus adhuc esset Orientis Imperatoris, quamuis occupata esset à Sarracenis, primas causas vendicauerat sibi Constantinopolitanus Episcopus; ita tamen, vt sua Acta confirmatione indigere Apostolicæ Sedis non ignoraret. Quid autem egerit successor Leonis Benedictus Papa cum ad eum, defuncto Leone causa delata est, suo loco dicturi sumus.

D Quod autem ad ipsum Michaëlem Imperatorem pertinet, hoc ipsum planè tempus, quo postquam excessit ex ephelis, quos tutores habuit fastidiens, & matrem curatricem, aduersatricem verò suis deprauatis moribus auersatus, liberas habenas Imperij cupiens moderari, Theodistum & Manuelem tutores amouit, illo opera Bardæ auunculi occiso, isto postea morbo è vita sublato; sequenti verò anno matrem detrusit in monasterium, vt suo loco dicturi sumus. Erant infelicissimo iuueni ad omne malum illectores & assentatores scelestissimus pædagogus, & Barda frater Theodoræ Angustæ Imperij cupidissimus. Duobus istis tamquam omnium scelerum biga vectus Imperator, redditus est temporibus istis nouus Nero, illo non inferior aurigandi arte, nec libidine impar, sed prodigalitate perfimilis, atque sæuitia proximus. Fusius de his omnibus agit

VII. Eulog. Memor. Sanct. lib. 3. cap. 12.

VIII. BELLO CIVILI DANICOMNSV. MVTVR.

IX. CONCILIVM CONSTANTINOPOLITANVM IN QVO DAMNATVS GREGORIVS SYRACVSANVS. Nicol. ep. 9.

X. ORIGO NOVI SCHISMATIS GRAECORVM.

XI. MICHAELIS MORES CORRVPTE SIMI.

CHRISTI 854.

LEONIS PAP. IV. 8.

LOTHARII IMP. 14. MICHAEL. III. IMP. 13.

207. Cuvop. in Adch.

DE GRYLLO CINAEDO IN PATRI-ARCHAM.

XII.

THEODORA AVGVSTA DELVSA A FILIO.

Curpalates, ex quo ista dumtaxat, quae sacra attingunt, hic reddamus: ait post alia profusi hominis enarrata facinora: a Hae igitur (inquit) omnia homini odium conciliabant, omniumque in ipsum iram merito concitabant. & quod pessimum est, cinædorum ipsum comitantium societas, & ad omne turpe facinus paratorum. Quos ille in honore habens & colens, diuinis verò illudens & insultans, sacras vestes auro contextas induit & chlamydes, turpiterque & impure cogebat res diuinas peragere, castissimaque mysteria, istorum principem Gryllum nomine, Patriarcham vocans, & reliquos vnde-cim Metropolitans; se quoque vnum e sacerdotibus fieri voluit, qui Praesul Coloniz appellabatur. Cumque oporteret eos canere, mysteriaque perficere, cithara cantiuiculas absoluebant, nunc sensim quodammodo & leui voce resonantes, nunc incitata & clara, perinde atque in sacris carimoniis sacerdotes sacrorum hymnorum voces edere consueuerunt, habebantque vasa inaurata, & pretiosis lapidibus ornata, quae aceto & sinapi implentes, iis qui fumerent, porrigebant, ad hunc modum sacrosancta & impol-luta mysteria irridentes.

Accidit olim vt improbus iste cœtus, cinædorum scilicet, quo repræsentabatur Patriarcha cum Episcopis, in via occurreret beato Ignatio Patriarchæ cum sacro Clero & supplicationibus procedenti. Quo Gryllus conspecto, turpiter simul & impudenter nihil cedens, remissa testudine, cum suis sodalibus vehementioribus plausibus vsus, sanctos illos maledictis & turpibus probris lacessebat. Iste impudentissimus Imperator matrem quoque suam Theodoram in palatio adhuc degentem accersit, vt à Patriarcha (nam istum esse beatum Ignatium finxerat) benedictionem acciperet. Vt igitur honestissima mulier summa religione exiit, seque in terram prostravit, benedictionem petens, nihil omnino suspicata, quippe cum interim Gryllus os occultaret: surgens ille oppedit, crepitem scilicet ventris emittit, verbaque proprio ore digna protulit. Ipsa verò grauius & iniquo animo factum illud ferens, execrationibus filium insectabatur, ipsumque propediem diuina prouidentia destitutum iri, quasi propheta, vaticinata est. hęc de Imperatoris turpitudine, atque religionis contemptu. Quomodo autem Theodoram Augustam matrem ipsum redarguentem Imperio exiit, dicemus anno sequenti.

IESV CHRISTI BENEDICTI PAP. III. LOTHARII IMP. 15. ANNVS 855. ANNVS I. MICHAEL. III. IMP. 14.

I. SYNODVS VALENTINENSIS IN GAL-LIA. b Exat 10. 3. Concil. edit. Ven.

SECVITVR Christi Redemptoris annus octingentesimus quinquagesimus quintus, Indictione tertia consignatus, cuius exordio, nempe sexto Idus Ianuarij celebratur in Gallia Synodus Valentina, b vt eius declarat præfatio his verbis: Regnante Domino nostro IESV Christo, anno octingentesimo quinquagesimo quinto, gloriosissimo Lothario Imp. decimo quinto, Indictione tertia, mensis Ianuarij, sexto filij eiusdem, apud Valentiam urbem, &c] cui interfuerunt trium Metropolitanarum sedium Episcopi, Lugdunensis, Viennensis, & Arelatensis, omnes numero quatuordecim. Metropolitanarum sedium Episcopi hi fuerunt, Remigius Lugdunensis, Egilmarus Viennensis, Rothlandus Arelatensis, collaborante cum eis Obbone Episcopo Gratianopolitano. Sed error in titulo, dum sub Benedicto Papa successore Leonis collocatur, nam et si hoc anno moritur Leo, & succedit Benedictus; tamen sub Leone celebratum oportuit, qui mense Iulij ex hac vita migravit. Occasio autem huius congregandi Episcoporum conuentus, præcipua illa fuit, quod Scoti quidam vagi homines, quorum princeps Gothescalcus de prædestinatione & præscientia Dei, de gratia & libero arbitrio prauas opiniones in vulgus spargere laborabant, ex quibus Catholica doctrina corrumperetur. His occurrentes Episcopi, in nouitatem vitiores exurgentes, nihil præterea in Ecclesiam inducendum censuerunt, quam quod sanctissimi Patres, Doctores Ecclesiae fideles omni sinceritate docuissent in Africa olim in Concilio Carthaginensi, in Gal-liis in Concilio Arausicano. quibus esset in his omnibus inherendum, nempe bonos non nisi per gratiam Dei saluari, malos per suam damnari iniquitatem. Nec ipsos malos (vt dicebant ipsi) idèd perire, quia boni esse non potuerunt, sed quia esse noluerunt. Gothescalcum enim illum, de quo superius dictum est in secundo Concilio Moguntino

CHRISTI 855.

BENEDICTI PAP. III. 1.

LOTHARII IMP. 15. MICHAEL. III. IMP. 14.

A tino sub Rabano, fuisse horum errorum auctorem, & magistrum discipulorum, satis superius suo loco demonstratum est. Porro quod ad hanc Synodum spectat, Hincmarus in epistola ad Carolum Caluum aduersus errores Gothescalci eius meminit, cuius nomine se accepisse testatur capitula quædam, vt quid de his sentiret ipse secundum Ecclesiam Catholicam, responderet, quod & fecit, damnans scripto libro eiusdem hæretici de prædestinatione renouatos errores. Posthæc autem in eadem Synodo ad corrigenda mala, quæ per laicos Ecclesiis inferrentur, conuersi sunt Patres, ac in primis ne qui nominarentur à Regibus Episcopi, ita indiscussi reciperentur, sed de doctrina atque moribus diligentissimum haberetur examen. Veruerunt insuper ne vtraque pars litigantium iurare simul compelleretur, cum esset necesse alteram petiurare. Sed & qui creuerat graui animarum damno in populo Francorum abusus, vt causæ sæpius duello dirimerentur, ne inolitum scelus vltius patraretur, canonica censura, dignaque cohibere seueritate, hæc statuentes:

Statuimus iuxta antiquum Ecclesiasticæ obseruationis morem, vt quicumque tam iniqua & Christianæ paci inimica pugna alterum occiderit, seu vulneribus debilem reddiderit, velut homicida nequissimus & latro cruentus ab Ecclesia & omnium Fidelium cœtu se paratus ad agendam poenitentiam modis omnibus compellatur. Ille verò qui occisus fuerit, tamquam sui homicida & propriæ mortis spontaneus appetitor à Dominicæ oblationis commemoratione alienus, nec cadauer eius iuxta sanctorum Canonum decretum, cum Psalmis vel orationibus ad sepulturam deducatur. Supra quibus duobus titulis propter funesta & horrenda animarum vel etiam corporum exitia Christianissimi Impietas sacerdotali omnium nostrum supplicatione imploranda est, vt tantum malum à populo Fidelium suis publicis sanctionibus amoueat, &c. hęc prima die sequenti alia statuere ad curam Episcoporum spectantia; quæ tu consulas, ex quibus præsentia deploret tempora, cum Ecclesiæ Principum nimia licentia grauissimè afflicta, & per eius magistratus grauiam pati compelluntur. Canones omnes numerantur vigintitres ab iisdem constituti.

Eodem anno mense Februario Ticini a Concilium celebratur ab Episcopis Cisalpinis Ludouici Imperatoris monitu, vt eiusdem Imperatoris sanctionis exordio his verbis declaratur: In nomine Dei omnipotentis, anno Incarnationis Dominicæ octingentesimo quinquagesimo quinto, Indictione tertia (ita iure restituitur corruptis textus, pro decimatertia) mense Februario, die mensis eiusdem quarto.

Cum dominus magnificentissimus Ludouicus Augustus apud Ticinensem ciuitatem in Augustali aula resideret, tractaturus de statu sanctæ matris Ecclesiæ, & pace diuina dispositione commissi sibi Imperij, ac generali totius populi salute præsentibus optimatibus suis, dixit: Crebrò vestram fidelitatem retroactis temporibus commouimus, vt secundum normam Christianæ religionis viuere vnusquisque nostrum fidelium satageret, & suos à rapina compelleret. Attamen quia hæcenus indiligenter actum est, amodò omni conamine omnes studere volumus, quo penitus à nostro Regno rapina eliminetur, & pauperum voces vsque nunc Domini Sabaoth aures pulsantes querimoniis, incipiant suo Creatori laudes rependere pro vbique pace & quiete concessa nobis à gentibus.

Statuimus autem vt Ecclesiæ Dei per totius Regni nostri fundatæ terminos sub nostre immunitatis tuitione securè cum rebus & familiis permaneant, ceu prædecessorum nostrorum piissimorum Augustorum temporibus fuisse probantur, earumque Rectores propriis vtantur priuilegiis; & monachi per sua cœnobita regularem teneant ordinem; similiter & Clerus omnis proprio fungatur ministerio, nemine molestante nostri terroris formidine, &c.] probè quidem ista, sed an ipse ista præstiterit erga præcipuam omnium Romanam Ecclesiam, qui suis priuilegiis gaudere se velle ostendit paroccias omnes, quæ dicturi sumus inferius in electione Benedicti Pontificis significabunt.

Porro ista omnia rogatione Episcoporum, qui Concilio Ticinensi interfuerunt, Ludouicus rescipit. Cum Episcopi quæ vellent in Ecclesia ordinari atque disponi, non vt olim consueuere maiores, ipsi sacerdotali auctoritate per Canones constituerent, sed ea per capita digesta mitterent in palatium probanda ab Imperatore, quod & factum videmus in nuper nominato Concilio Valentino. Ista temporum calamitate ferente prodire, vt Principes prædatoriè, vt latrones in siluis, in Ecclesias sibi ius iniuste vendicarent, in earumdemque personas dominium tyrannicè exercerent.

K 4 Sed

CHRISTI 855. BENEDICTI PAP. III. I. LOTHARII IMP. 15. MICHAEL. III. IMP. 14.

VI. Sed quæ causa exorta sit, vt post hæc eodem isto anno viuente adhuc Leone Romano Pontifice, idem Ludouicus Romanam se concito gradu conferret, iam dicamus ex Anastasio, qui interfuit. ait enim circa finem vitæ ab ipso scriptæ Leonis III. Pontificis: Quidam Daniel Magister militum iniquitatis ac stultitiæ mole cæcatus, ad serenissimi domini Ludouici Imperatoris vestigia properauit, ei que multa falsa & inutilia verba, quæ credi nullo modo possent, super Gratianum eminentissimum magistrum militum & Romani Palatii egregium Superinstam & Consiliarium dicere non dubitauit: Nam constanter eum accusabat falsitate ob inuidiam, dicens Imperatori de Gratiano Romanæ vrbis Superinstam: Quem erga vos fidelem esse creditis, mihi soli in domo sua, nimium super Francos in murmurans, dixit secretè: Quia Franci nobis nihil boni faciunt, vel adiutorium præbent, sed magis quæ nostra sunt violenter tollunt; quare non aduocamus Græcos, cum eis foedus pacis componentes, & Francorum Regem & gentem de nostro Regno & dominatione expellimus? Quo audito, mox prædictus Imperator immenso furore incensus, sine litteris etiam ad Romanum directis Pontificem & Senatum, Romanam venire velociter procurauit. Quem tamen venientem dominus Leo Papa honorificè (sicut mos est) super gradus maiores beati Petri Apostoli residens suscepit, & mellifluis prædicationis verbis placare cepit.

VII. Quadam verò die, ipso Imperatore cum sanctissimo Leone Pontifice, omnibus Romanis proceribus pariter & optimis Francis in domo, quam beatæ memoriæ Leo Tertius Papa iuxta Ecclesiam beati Petri Apostoli fecerat, sedentibus, de prædicta accusatione placitum habuit. Tunc Daniel iniqua fronte armatus, falsaque cogitatione imbutus dixit coram omnibus: Ille Gratianus habuit mecum consilium hanc Romanam terram de vestra tollere potestate, & Græcis tradere illam. Cui statim non solum Gratianus, verum etiam omnes Romani coram Imperatore dixere: Mentiris, nullo modo est verum quod dicis. Cognoscens autem Imperator & omnis Romanorum Francorumque nobilitas, prædictum Daniele tale crimen per falsitatem & inuidiam contra Gratianum dixisse: ilicò idem clementissimus Imp. nolens contra instituta veterum Augustorum peragere Romanorum, eos secundum Romanam legem instituit iudicare. Quo iudicio ipse Daniel multorum verbis reprehensus, ore proprio manifestauit se falsum testimonium super eum dixisse: ideò iam dicto Gratiano ante omnes est traditus, vt quidquid de eo facere vellet, potestatem haberet; sed eum iam traditum Daniele Imperator à Gratiano multa & humili supplicatione petiuit, quem ille statim plenaria ipsi reddita gratia, libenter concessit, & sic de mortis est periculo liberatus.

VIII. His verò peractis, Imperator abiit, & sanctissimus dominus Leo IV. Papa non post multos dies obdormiuit in Domino xvi. Kal. Augusti, sepultus verò est in Ecclesia B. Petri. Fecit autem ordinationes duas, vnam in mense Decembris, & aliam per mensem Martij, creauit presbyteros decem & octo, diacones octo, Episcopos per diuersa loca sexagintatres.] hæc omnia Anastasius, qui numerat eiusdem Leonis Papæ annos octo, menses tres, & dies quinque. Relatus est autem inter Sanctos, scriptus in tabulis Ecclesiasticis, anniuersaria memoria celebrandus. Sed quæ præter hæc ab eodem Anastasio de Leone scripta sunt videamus. Cultum enim Sanctorum eum magno studio profectum pluribus ostendit: quo in laborioso Pontificatu conciliauit sibi per Sanctorum intercessionem ad magna præstanda diuinum auxilium, quo munitus quæcumque ardua licet aggressus est, felicissimè consummauit. Præter illa autem quæ superius dicta sunt, collata ab eodem Pontifice in diuersas Ecclesias sacra dona, quæ in eodem argumento versatus Anastasius addit, sic accipe:

IX. Hic verò sanctissimus Papa sanctorum Martyrum sepulchra deuota mente ardentique pectore assidue visitabat, quos vigiliis sacrisque orationibus pro cuncto Orthodoxæ Fidei populo exorabat. Die quadam cum ad sepulchrum beati Laurentij martyris peruenisset, & more solito orationem expleret, diligentius inquirere cepit, ac dicere: Quanti quotidianas hic monachi Deo omnipotenti referunt laudes? Tunc omnes qui aderant, beato Pontifici rerulerunt, quod à quibusdam Pontificibus duo monasteria ibidem fuissent constructa, sed pro magna paupertate & inopia in desolationem redacta sint. mox autem idem almissus Pontifex superno nutu compunctus, monasterij quod nunc vocatur sancti Stephani & Cassiani, restaurans muneribus & diuitiis locum plenissimè ornauit. In quo etiam sancta conuersatione plures instituit monachos Græcos genere,

LVDVICVS
IMP. RO-
MAM VE-
NIT.

CAUSA GRA-
TIANI CA-
LVMINIOSE
ACCVSATI.

* nostra

LEONIS IV.
PAPAE OBI-
TUS.

Martyro-
log. Rom. die
17. Iulij.

CVLTVS
SS. MARTY-
RVM LEO-
NIS PONTI-
FICIS.

CHRISTI 855. BENEDICTI PAP. III. I. LOTHARII IMP. 15. MICHAEL. III. IMP. 14.

A nere, qui Deo omnipotenti, eidemque Martyri, diu noctuque laudes persoluerent.] Sed & quæ dona in diuersas alias Ecclesias, præter illa quæ superius suis locis alia occasione sunt recensita, contulerit, eodem ordine quo ab ipso Anastasio pro ratione temporis quo sunt facta memorantur, diuersis locis posita sic accipe:

X. Obtulit in basilica Quatuor Coronatorum, in qua sacerdotij sui solertissimè functus est officio, canistra de argento purissimo tria pensantia libras . . . Aquamanile similiter de argento mundissimo par vnum, cantharum, & thymiamaterium vnum pensans libras . . . Vela de fundato ad nitorem arcuum ipsius Ecclesiæ duodecim. Item vela serica vigintiquatuor. Fecit & vestem holosericam habentem periclisin de chryso-clauro, & aliam vestem albam cum rotis habentem rotas septem, & in medio tabulam cum chrysoclauro cum effigie hominis gerentis in capite gemmas prasinas quinque.

B Item vestem albam de chrysoclauro cum rotis sex. Fecit etiam in iam dicta basilica in honorem altaris vela habentia cruces & gammadias de chrysoclauro & gemmis & bullis aureis trigintatribus. velum acu pictum habens hominis effigiem sedentis super paonem; vela tria habentia historiam sanctæ Dei Genitricis Mariæ, alia vela fundata quatuordecim, & vestes de blatti duas. & inferius: In basilica sanctorum Quatuor Coronatorum fecit vestem de chrysoclauro, habentem historiam Resurrectionis Domini nostri IESV Christi atque effigies prædictorum Martyrum & ipsius almissi Præsulis.] & post multa sæpius enarrata: Fecit idem egregius Pontifex in monasterio sancti Martini, quod beati Petri basilicæ cohæret, ad laudem & gloriam ipsius beati Martini miræ pulchritudinis vestem, habentem historiam supra memorati Martini iacentis in lecto, cum effigie Saluatoris Domini nostri IESV Christi: simul & effigie sanctæ Agathæ ad pedes habentis effigiem ipsius almi Pontificis, habentem gemmas hyacinthinas decem & septem. Item in eodem Oratorio fecit vela quatuor, & vnum habens rotas de chrysoclauro tres. Fecit & in basilica sanctorum Quatuor Coronatorum vestem de fundato, habentem historiam ipsorum Sanctorum, & effigiem ipsius magni Præsulis, habentem gemmas duodecim.

Idem beatissimus Præsul fecit in Ecclesia beati Siluestri Confessoris arque Pontificis quæ est in monte Soracte, vestem de fundato, habentem * angelos quatuor, duos quidem de fundato, duos de tigrin.] & inferius:

XII. Idem beatissimus Papa omnia Sanctorum quæ destructa fuerant loca reædificare magnopere cupiebat: nam & monasterium Corfarum iuxta basilicam beati Sixti martyris atque Pontificis situm; quondam malorum hominum operibus desolatum, & ad sæcularem habitationem perductum, pro salute ac futura retributione animæ suæ perfectius restaurauit, in quo etiam ancillarum Dei congregationem muniuit ad persolueudas Deo omnipotenti laudes, muneribus perornauit, & diuitiis auxit: & omnia sacris præceptis quæ fuerant ablata restaurans, suis sanctis digitis plenius confirmauit.] At de munere prædicationis ista interfert:

XIII. Hic sæpius memoratus beatissimus Papa prædicationis suæ alloquio multos ad cognitionem veritatis perduxit, & salutiferas omnibus operationes demonstrauit.] addit his insuper: Octauam Assumptionis beatæ Dei Genitricis diem, quam minimè Roma antea colebat, vigiliis sacræ matutinisque cum omni Clero pernoctans laudibus in basilica eiusdem semper Virginis Dominiæ nostræ, quæ foris muros iuxta basilicam beati Laurentij martyris sita est, celebrare præcepit, in qua etiam magna populi multitudo conuenit, nouæ festiuitatis cupiens celebrare solemnitatem. Hoc ipse magnanimus cum videret Antistes, omnibus qui aderant huic celebritati plenius argenteos erogauit. Nec non fecit ibidem vela quadraginta quinque, & intra ipsius Ecclesiæ Oratorium, quod vocatur Barbaræ, fecit vestem de fundato. In Oratorio sancti Nicolai fecit vestem de fundato: & in Oratorio sanctæ Eugeniæ item fecit vestem de fundato. Item in Ecclesia sancti Stephani foris muros iuxta Ecclesiam sancti Laurentij, fecit vestem de fundato.] & infra: In Oratorio beati Leonis martyris fecit vestem de fundato. idem in monasterio sanctæ Mariæ Dominiæ nostræ posito iuxta monasterium, quod dicitur Corfarum, vestem fecit de fundato, idem in Oratorio sancti Anastasij.

XIV. Item Crucem, quæ (vt mos est antiquus) ferebatur à subdiaconibus ante equum Pontificum, Deo adiuuante, in auro & argento & gemmis melius renouauit. Obtulit Ecclesiæ beatæ Nymphæ martyris quæ est in ciuitate Portuense, vestem de fundato. Similiter fecit in

x.

xl.

* angulos

xii.

xiii.

xiv.

in

in Ecclesia sanctorum Cosmæ & Damiani in Silua candida. Intra basilicam beati Petri fecit Oratorium miræ pulchritudinis pulchris marmoribus circumdarum, & absidem cum musuo ornauit, in quo recondidit corpus venerabile beati Leonis Confessoris atque Pontificis, & desuper construxit altare & Ciborium deauratum cum Cruce.] Infrâ post multa : In monasterio sancti Cæsarij in Palatio fecit vestem de fundato & vela quatuor. & in monasterio sanctæ Agathæ extra portam sancti Pancratij fecit vestem de fundato & vela octo. & in Oratorio quod dicitur Pauli Papæ, obtulit vestem de fundato aquilarum, habentem imagines cum Cruce de chrysoclauo & gammadiis. idem in Oratorio sanctorum Procelli & Martiniani, obtulit vestem cum rotis, aquilis, & Cruce de chrysoclauo cum gammadiis. & in monasterio sancti Hadriani similiter.] & inferius: Obtulit Ecclesiæ sancti Srephani protomartyris vestem auro textam cum gemmis hyacinthinis. & in Ecclesia sancti Laurentij foris muros vestem de serico mundo cum aquilis, habentem depictum martyrium prædicti martyris cum imaginè Pontificis ipsius.

XV. In Ecclesia sanctorum Quatuor Coronatorum imagines de argento tres, in vna habentem vultum Saluatoris, duas alias habentes vultus Claudij & Nicostrati, pensantes libras quinquagintaduas & semis. & in eadem Ecclesia obtulit coronam de argento pensantem libras viginti quinque. & in pergula eiusdem Ecclesiæ quæ est ante altare maius, suspendit lilium de argento, habens mala de crytallo & ramunculum : fecit etiam ibi canistra de argento septem pensantia libras duodecim.

XVI. Fecit idem mitissimus Pontifex in æde propria monasterium ancillarum Dei in honorem SS. Symmitrij & Cæsarij, cui & bona largitus est, patenam & calicem de argento exauratum, habentem diuersas gemmas necnon & thymiamateria & canthara & canistra de argento mundissimo & gabathas saxifcas, & vestes de fundato tres, & regnum ex auro purissimo cum gemmis prasinis & hyacinthinis, quod pendet super altare pensans libras. . . . & basilicæ sanctæ Dei Genitricis extra muros prope S. Laurentium obtulit vestem de fundato, habentem in medio tabulam exauratam cum effigie Natiuitatis Domini nostri IESV Christi, & ipsius almi Pontificis. & in ipsa Ecclesia sancti Laurentij thuribulum argenteum cum operculo suo exauratum, habens catenulas suas per gyrum pendentes lib. septem.] & inferius:

XVII. Obtulit idem Præsul in Ecclesia sancti Cæsarij in ciuitate Tarracina vestem de fundato, habentem in medio crucem & gammadias & periclisin de blatti, legentem nomen domni Leonis Quarti Papæ, & vela de fundato quinque, & vestem de quadraplo, habentem in medio crucem de chrysoclauo cum nomine eiusdem Leonis. Fecit similiter in ciuitate Blerana in Ecclesia sancti Sinzigij, vbi obtulit vestem de fundato, habentem tabulas de chrysoclauo cum effigie Saluatoris & sancti Sinzigij, & ipsius Præsulis, & vela de fundato quatuor. & in Ecclesia sanctorum Quatuor Coronatorum obtulit cerostrata ex argento purissimo pensantia libras quinq; & vncias sex, & gabathas ex argento numero quatuor. & in Ecclesia sancti Laurentij foris muros vela de fundato viginti septem. Et in Ecclesia sancti Clementis Papæ & martyris regnum quod pendet super altare, ex auro, habens in medio crucem cum gemmis vitreis.

XVIII. Obtulit in Ecclesia sancti Hippolyti martyris in insula Portuensi quæ nuncupatur Arcis, vestem de fundato, habentem gammadias ex argento textas, & vela de fundato quatuor. Et in Ecclesia sanctæ Dei Genitricis Mariæ quæ ponitur in ciuitate, quæ vocatur Anagnia, obtulit vestem de fundato cum gammadiis auro textis, & vela de fundato quatuor.] hæc & alia Anastasius.

XIX. Sed ne quid intactū prætermittamus de rebus gestis tanti Pontificis: plura sunt quidem, quæ quoniam quoto anno eius Pontificatus acciderint, minimè potuimus reperire, ad finem vitæ eius ex more collocanda seruauimus, nimirum legationes ex diuersis locis ad ipsum perlatas, ex Gallia & ex Britania. Quæ ex Gallia missa est, ea functus Lupus Abbas Ferrariensis, de quo sæpè pluraq; superius. Testatur id ipse sua epistola ad huius successorum Benedictum Papam,³ verbis his: Tempore decessoris vestri beatæ memoriæ Leonis sanctus legatione Romæ, cui auctore Deo præfidentis, & ab eodem Antistite exceptus benignè atque tractatus, &c.] meminit ipse eiusdem legationis in epistola ad Reginfridum Episcopum pro permutatione^b faciendâ in suo trāsitu monetæ Italicæ. Quæ autem causa legationis fuerit præter visitationem^b Liminū Apostolorum, nihil reperitur scriptis proditum, quæ generatim habet in epistola ad Marcuadum Abbatem verbis istis conscripta:

LEGATIO
LVPI FER-
RARIEN-
SIS.
a Lup. epist.
103.
b Lup. epist.
66. 67.
c Lup. epist.
68.

Cha-

A Charissimo ac desideratissimo Patri Marcuado Lupus plurimam salutem.

XX.

Orationis gratia & quarumdam Ecclesiasticarum studio causarū, quas Deo volente reuersus cum vos videro, paternitati vestræ aperiam, Romam proficiscor. Et quoniam in efficiendis rebus, Apostolici notitia indigebo: ea verò sine munerum intercessione iniri cōmodè non potest: velut ad paternum, immò ad maternum gremium ad vos confugio, supplicans, vt sicut nunquam mihi vlla necessitate defuistis, ita nunc adesse dignemini, mihiq; si vilo modo potestis, per præsentem nuntios duo saga Veneti coloris, & rotidem lineæ, quæ Germanicè, Glizza; vocantur, dirigatis, quæ illi comperit esse charissima. Horum si fuerit vobis integritas ardua, nequidquam videbitur nobis ipsa medietas contemnenda: nam sæculari eruditione docti sumus, vt sperantes minora, maiora poscamus. Ac ne ingenio nostro latiore defuisse materiam suspicemini, si equo tolerantio, vel quolibet alio fortissimo nostrum iter subleaueritis, plurimum nobis collatum esse ducemus. Sanè nihil me obtinere molestè præferam, si cōmunicatis his litteris cum communi filio Eigile, risum vterque vestrum tenuerit. Cupio vos valere feliciter, meiq; benignè memoriâ gerere.] hucusque ad Marcuadum Lupus. Præstitit ipse Marcuadus quod Lupus petierat, & abundanter, vt ipse testatur alia ad ipsum reddita post epistola: nam & pueros addidit externæ linguæ peritos. Vidisti ex recitata^a Lupi epistola veterem morem, non adire solitos Legatos summum Pontificem absque muneribus, tamquã eulogiis, vt vidimus superius de sancto Bonifacio martyre Episcopo Mogutino, hinc xenius Romanos Pontifices frequentante; erant ista munuscula, vt vidisti, quæ symbolum charitatis exprimerent in dante, & in accipiente non arguerent avaritiam. Quod autem ad

^a Lup. epist. 70.

C legationem pertinet Britannorum Episcoporum, prouincia illa, vt vidimus, diu exagitata tyrannide Nomenoij impij hominis atque sacrilegi, Ecclesiæ illi expositæ grauissimè afflictatæ fuerunt; illo autem Dei vindicta perempto, respirare paululùm concessum est. Quamobrem coeuntes Episcopi, synodali conuentu inter alia ad Sedem Apostolicam legationem decreuere, vt de nonnullis illam consulerent. Quænam autem ista fuerint, epistola eiusdem Leonis Pontificis ad eos reddita docet, ^b quæ sic se habet:

LEGATIO
BRITAN-
NORVM
EPISCOPO-
RVM.

^b Epist. Leon. ad Britan. tom. 2. epist. Decret. in f.

Leo omnibus reuerendissimis & sanctissimis confratribus Britannicæ gentis Episcopis. XXI. Quanto studio quantaq; solertia gregem vobis in Domino commissum pascitis, diuiniq; fouetis edulis, nobis directâ scripta referarunt. Vnde non modica exultatione congratulor, & tantarum ambiguitatum indagacione lætificatus, à timore negligentiæ, qui me illius regionis in infimis deprimebat, quasi a graui lāguore releuatus, & vtrpote sanus, licet

LEONIS
PAP. EPIS-
TOLÆ
AD CON-
SVLT. BRI-
TAN.

D omni salute captus, magis animo sospes surrexi, quàm corpore. Quia cum quorundam laicorū in Ecclesiasticis cognoueram curam præpollere, & studioso animo illorū respondere vigilantis cogere; nihil aliud vos qui diuinis negotiis & Ecclesiasticis forte venistis, quàm crederem dormitare: Nunc diuina gratia hi cōfratres nostri, videlicet talium, & tales Ecclesiarum præfules ad nos perducti & cogniti, magis securus nūc duro quàm antea.

XXII.
c l. 9. 7. 6. 5.
Requiritis.

Legationem denique communem omnium Episcoporum reuerendissimorum nobis propositam relegentes, requiritis de^e his, qui turpissimo lucro columbas in templo Domini vendere non pertimescunt, & sua facta improba temeritate Simonis hæreseos coniungentes: vtrum possint in ordine pœnitentiam agere, aut tantum modò extra ordinem & sacerdotalem fieri gradum. Quod nos qui aded conuictis, & iis qui tam detestabile nefas (quod iam in multis est damnatum Conciliis) peregrisse cognoscuntur, nulla possumus pœnitentia subuenire, & tot spiritualibus Patribus obuiare, sed in illorum Patrum me sententia conuenire certum sit, ita tamen vt omnia in Conciliis fiant Episcoporum. Nam^d nullam damnationem Episcoporum esse vquam censemus, nisi aut ante

^d 2. qu. 4. cap. ult.

E legitimum numerum Episcoporum (quæ fit per duodecim Episcopos) aut certè probata sententia per septuaginta duos idoneos testes, qui tales sint, qui & accusare possint, & prius ad sacra Christi quatuor Euangelia sacramenta præstent, quòd nil falsum depromant, sicut nobis beatus Silvester tradidit, & Romana sancta videtur tenere Ecclesia. Et si inter eos, quos damnandos esse dixerint homines, fuerit Episcopus, qui suam causam in præsentia Romanæ sedis Episcopi petierit audiri: nullus super illum definitiuam dare sententiam præsumat, sed eum omnino audiri decernimus. De cetero quod nobis apicibus vestris factum est clarum, quid vel qualiter de ipsis capitulis interrogatis debeam respondere, vnde precibus vestris annuere curauimus, & sigillatim quid agendum sit: siue exposito à sanctis Patribus, siue more antiquitus tradito curauimus demonstrare.

Primo

XXIII. Primo quidem capitulo dictum, cui Ecclesiasticus ordo pertineat. Quod Episcopus & clericis ordinatis pertinere non dubium est (quod vos ignorare minimè credimus) ab ipsis Apostolicis viris cognoscetis. Et cum in sacris Ecclesiis ab Episcopis promulgatae sint regulæ & receptæ: quis extra Episcopos promulgatores canonicarum quiverit esse sententiarum?

XXIV. Capitulo secundo. Regenda verò est vnaquæque parochia sub prouisione ac tuitione Episcopi per sacerdotes & ceteros clericos, quos ipse cum Dei timore prouiderit, cui iure pertinere videtur, & circumire, vt sibi necessarium visum fuerit, vel Ecclesiastica vtilitate cogente.

XXV. Capitulo tertio. De Eulogiis ad sacra deferendis Concilia, nihil inuenimus à maioribus terminatum, sed sicut vnique presbytero placuerit. Nam si constitutum fuerit illo in tempore benedictiones afferri, forsitan minùs libenter ad Synodos occurrant, & magis venire detrectent, quæ vt arbitror non sunt rationabiliter querendæ, nec vltro delatæ sunt respuendæ.

XXVI. Capite quarto. De expetentia autem diuinationum vel maleficiorum scriptum quidem in sacris habemus Canonibus (vt ipsa verba ponamus) ita: Qui diuinationes expetunt, & more Gentilium sequuntur, aut in domos suas istiusmodi homines introducunt exquirendi aliquid arte malefica, aut expiandi causa, sub regula quinquennij iaceant. Vnde ad illorum similitudinem fortes, quibus vos cuncta in vestris discriminatis iudiciis, nihil aliud quam quod illi Patres damnauerunt, diuinationes & maleficium esse decernimus.

XXVII. Capitulo quinto. Vt definitum est à Patribus, nullus de propria cognatione sibi audeat copulare, alioqui anathema sit. Vnde beati iunioris Gregorij decreta sunt tenenda: hucusque ex epistola Leonis ad consultationes Britannorum Episcoporum. hæc ex scripto codice & edita epistola ad Britannos, de qua aliqua apud diuersos Canonum collectores reperiuntur, quæ his coniungimus, atque in primis quæ sequuntur:

De libellis & commentariis aliorum non conuenit aliquem iudicare, & sanctorum Conciliorum Canones relinquere, vel Decretalium regulas, id est, quæ habentur apud nos simul cum Canonibus. Quibus in omnibus Ecclesiasticis vtitur iudiciis sunt canones Apostolorum, Nicænorum, Ancyranorum, Neocæsariensium, Gangrensiū, Antiocheniū, Laodicensium, Constantinopolitanorum, Ephesiorum, Chalcedonensiū, Sardicensium, Africanensium, Carthaginensium, & cum illis regulæ Præsulum Romanorum, Siluestri, Siricij, Innocentij, Zosimi, Cælestini, Leonis, Gelasij, Hilarij, Symmachi, Hormisdæ, Simplicij, & Gregorij iunioris. Isti omnino sunt & per quos iudicant Episcopi, & per quos simul Episcopi iudicantur & clerici. Nam si tale emerferit vel contigerit inulicatum negotium, quod minimè possit per ipsos definiti: tunc si illorum, quorum meministis, dicta, Hieronymi, Augustini, Isidori, ac ceterorum similium sanctorum Doctorum repta fuerint, magnanimiter sunt retinenda, ac promulganda, vel ad Apostolicam Sedem referenda de talibus. Quam ob causam luculentius, & magna voce pronuntiare non timeo, quia qui illa quæ diximus sanctorum Patrum statuta, quæ apud nos Canonum nomine prætitulantur (siue sit ille Episcopus, siue clericus, siue laicus) non indifferenter recipere conuincitur: nec Catholicam, nec Apostolicam Sedem, nec sancta quatuor Euangelia vtiliter & efficaciter ad effectum suum retinere, vel credere probatur.] hæc ibi. ex quibus vides, hæcenus non vsu receptas epistolas illas, quæ ante Siluestrum diuersorum feruntur Romanorum Pontificum, ab Isidoro collectas.

XXIX. Extat & eiusdem Pontificis epistolæ fragmentum ad Ducem Britanniaæ Vernonem apud Gratianum his verbis: Non furem, non larronem, qualem Gillandum (aliàs Giscardum) esse sentimus in Nannetica sede: qui viuens, quod non licuit, locum non timuit vsurpare, pro cuiuscumque muneris donis vltra debes defendere.

XXX. Habet autem idem peruetus codex aliam breuiorem Leonis Papæ epistolam ad Prudentium Episcopum de monasterio erigendo. est mentio huius Episcopi in Concilio Sueffionensi, de quo superius mentio facta est, & apud Lupum Ferrariensem in epistola nonagesimanona. immò extat epistola ad ipsum scripta, quæ est ordine sexagesimatertia. Leo Episcopus seruus seruorum Dei reuerendissimo & sanctissimo Prudentio Tricassinæ Episcopo salutem.

Cognoscat prudentia sanctitatis tuæ, qualiter hic religiosus Adremarus monachus cum

Diff. 20. c. 1. Pal. p. 3. tit. 20. Anf. lib. 3. c. ult. Ind. p. 4. c. 72. Pan. lib. 2. cap. 118.

dy. q. 1. c. 10. Non furem.

A monachis suis, cum summa deuotione ad laudem & gloriam sanctæ Trinitatis, & remedium animæ suæ suorumque omnium, in honorem beati Petri Apostolorum principis, seu & sancti Leonis eiusdem Vicarij Papæ monasterium desiderat consecrare, & situm ac structuram eius sancti cœnobij in rebus iuris dicti beati Petri Apostoli, quæ eius verè sunt, fundare ac construere. Quæ res prædictæ Guidoni generosissimo Comiti per præceptum Pontificale donatæ sunt. Quam ob causam iubemus, ac hortamur sanctitatem tuam, vt quando ab illius monasterij prædictis monachis fueris cum humilitate postulatus, illuc accedere debeas, & locum quem vobis significauerit, ipsas illic reliquias supranominatorum Sanctorum, quas à nobis accepit, eo tenore & conditione recondas atque consecres, vt semper ac perpetualiter sub iure ac potestate sanctæ nostræ Romanæ Ecclesiæ iam fatum monasterium consistat atque permaneat. Sanctitatem tuam omnipotens Deus incolumem custodiat, frater. Benè vale.]

De illa autem, quam idem Leo Papa IV. ad Carolum Francorum Regem epistolam scripsit, accipe quod recitat Gratianus a fragmentum: Si fortassis (quod non credimus) apud vos inuitiles iudicamur: Ecclesia tamen cui permittente Domino præsumus, non inuitilis, sed caput, principiumque omnium, meritò simul ab omnibus vocatur.] & ex eodem infra idem: Contra sanctorum Patrum confuras videtur existere, si secularis vel laicus presbyteros ab Ecclesiis, in quibus tempore ordinationis eorum nominati, vel introducti fuerint, videtur expellere. Si verò fundatores Ecclesiarum ad inopiam vergere cœperunt, vt ab iisdem Ecclesiis temporalis vitæ suffragia percipiant.]

Et ex alia eiusdem Leonis Epistola ad Ebruinum & Adelfridum Episcopos fragmentum aliud ab eodem Gratiano pariter recitatum habetur, quod incipit: Quia Præsulatus nostri (quod benè nostis) magisterium non solum de sacerdotum, verum etiam de secularium vtilitatibus debet esse sollicitum, propterea, &c.] De eodem Leone illud insuper proditum ab antiquis, quod cum Egbertus Rex Anglorum sine successore Rege defunctus esset, Apostolica auctoritate dispensauit, vt Adulphus siue Alidulphus eius filius iam subdiaconus ordinatus vxorem ducere posset, testatur hæc Gothelinus Morinensis in vita sancti Suuithuni Episcopi Vuintoniensis.

Ad calcem verò, ne tanti Pontificis tantum pereat monumentum, adiungenda hæc homilia eiusdem Patris sanctissimi, quam per prouincias ad Episcopos misit, vt ab ipsis recitaretur cunctis sibi subditis presbyteris animarum curam gerentibus, quo cunctis innotesceret, quæ essent sui muneris, & ad salutem consequendam quæ agere deberent. Reperimus eam in Vaticana Bibliotheca, hac videlicet inscriptione notatam:

Leo Quartus Romanus Pontifex homiliam conscripsit, quam quisque Episcoporum in Synodis diœcesanis recitaret ad clericos; qua edocerentur Ecclesiastica officia. Reperi eam apud Anselmum Lucensem Episcopum suorum temporum celeberrimum Theologum. est huiusmodi:

Fratres, presbyteri, & sacerdotes Domini, cooperatores mihi estis ordinis. Nos quidem quamuis indigni, locum Aaron tenemus; vos autem Eleazari & Ichamar. Nos vice duodecim Apostolorum fungimur; vos ad formam septuaginta discipulorum estis. Nos verò pastores vestri sumus; vos autem pastores animarum vobis commissarum. Nos de vobis rationem reddituri sumus Pastori nostro IESU CHRISTO; vos de plebibus vobis commendatis. Et ideò, charissimi, videte periculum vestrum, admonemus, & obsecramus, sicut alibi scriptum innuimus, fraternitatem vestram, vt de communi salute vestra cogitantes, attentius audiatis admonitionem nostram, & quæ vobis suggerimus, memoria commendetis, & opere exercere studeatis.

In primis admonemus, firmiterque præcipimus, vt vita & cõuersatio vestra irreprehensibilis sit, scilicet vt cella & habitatio vestra sit iuxta Ecclesiã, & in ea feminas nõ habeatis. Omni nocte ad nocturnas horas surgite, cursum vestrum horis certis decitate: Missarum celebrationes deuotè peragite, Corpus & sanguinem Domini cum timore & reuerentia sumite. Vasa sacra propriis manibus abluite & extergite. Nullus Missam cantet solus, nullus ante solis ortu, nisi in Natiuitate Domini. Nullus cantet eam nisi ieiunus. Nullus cantet qui non communicet. Nullus cantet sine lumine, sine amictu, sine alba, stola, fanone, & casula. vestimenta nitida sint, & ad nullos alios vsus sint. Nullus in alba, qua in suo vsu vtitur, præsumat Missam cõtate. Nullus in ligneo, plumbeo, aut vitreo calice audeat Missam agere. Nulla femina ad altare Domini accedat, & calicem Domini contingat. Corporeale

* à Guidone Comite

XXXI. EX EPIST. LEONIS AD CAROLVM. 116. q. 7. c. 6. b. 16. q. 7. c. 29.

XXXII. Diff. 1. q. 4. cap. 5.

d. Apud Sur. tom. 4. die 2. Julij.

XXXIII.

Leon. Quartus Romanus Pontificis sermo. Ex Vatic. Biblioth. cod. qui inscribitur Liber Censuræ. HOMILIA S. LEONIS IV. AB EPISCOPI S. RB. CITANDA SYBDITIS. * al. nostru.

porale mundissimum sit, Altare sit coopertum mundissimis linteis; Super altare nihil ponatur, nisi capsæ cum reliquiis Sanctorum, aut fortè quatuor sancta Dei Euangelia, aut pyxis cum corpore Domini ad viaticum pro infirmis, cetera in nitido loco recondantur: Missale plenarium, & Lectionariû, & Antiphonarium vnaquæq; Ecclesia habeat. Locus in secretario aut iuxta altare sit præparatus, vbi aqua effundi possit, quando vasa sacra abluuntur, & ibi linteû nitidum cum aqua depêdeat, vt ibi sacerdos manus lauet post communionem. Ecclesiæ sint coopertæ benè & cameratæ, & atrium sit semper mundatum.

XXXV. Nullus extra Ecclesiam per domos, aut in locis non consecratis Missas canter sine licentia sui Episcopi. Omnis presbyter clericum habeat scholarem, qui Epistolam vel Lectionem legat, & ad Missam respondeat, cû quo & Psalmos canter. Nullus cum calcariis vel cultellis Missam canter, quia indecens & contra regulas Ecclesiæ est. Calicem & Oblatam recta cruce signate, id est, non in circulo & variatione digitorum, vt plurimi faciunt, sed districtis duobus digitis & pollice intus recluso, per quos Trinitas annuitur. Istud signum + rectè facere studete: non enim aliter quidquam potestis benedicere.

XXXVI. Infirmos visitate, & vt sua rationabiliter disponant, admonete; deinde reconciliare, & iuxta Apostolum, oleo sancto inungite, & propria manu communicate, & nullus præsumat communionem laico aut feminæ tradere ad deferendum infirmo. Nullus vestrum pro baptizandis infantibus, aut infirmis reconciliandis, aut mortuis sepeliendis præmium aut munus exigat. Videte ne per negligentiam vestram vllus infans absque baptismo moriatur. Nullus vestrum sit ebriosus, nullus sit litigiosus, quia seruum Dei non decet litigare. Nullus vestrum arma ferat in seditione, quia arma vestra spiritualia debent esse.

XXXVII. Nullus canum aut auium iocis inferuiat. Nullus in tabernis bibat. Vnusquisque vestrum (quantum ei datur & in se est) aliquid de sacro Euangelio, vel de Epistolis Apostolorum die Dominico vel festis diebus plebi suæ annuntiet. Vnusquisque presbyter officium suum rectè addiscat; qui autem est illiteratus, ab officio suspendatur, nisi emendet. Verbum Domini & non fabulas inanes ex corde vestro debetis populo annuntiare & prædicare. Curam pauperum peregrinorum & orphanorum habete, & ad prandiola vestra eos inuitate. Estote hospitales, vt à vobis alij bonum sumant exemplum.

XXXVIII. Omni die Dominica ante Missam aquam benedicite, vnde populus aspergatur; Et ad hoc proprium vas habete. Sacra vasa & vestimenta sacerdotalia nolite pignori dare. Nullus vestrum minùs dignè pœnitentem cuiuscumque rei gratia ad reconciliationem adducat, & ei testimonium reconciliationis ferat. Nullus vestrum vîras exigat, vt conductor fornicatorum existat. Res & facultates quas post ordinationem vestram acquisitis, sciatis ad Ecclesiam matrem pertinere. Nullus sine licentia Episcopi per potestatem seculari Ecclesiam acquirat. Nullus presbyter sub potestate laicorum minister aut Castaldio fiat. Nullus per pecuniam Ecclesiam alterius supplantet. Nullus Ecclesiam, ad quam intitulatus est, dimittat, & ad aliam quæstus gratia sine licentia Episcopi migret. Nullus plures Ecclesias teneat sine adiutorio aliorum presbyterorum. Nullatenus vna Ecclesia inter plures diuidatur. Nullus alterius parochianum, nisi in itinere, si ibi placitum fuerit, ad Missam recipiat. Nullus in alterius parochia absque proprii presbyteri voluntate vel rogatus Missas canter. Nullus decimam ad alium pertinentem recipiat. Nullus pœnitentem inuitet carnem manducare & bibere vinum, nisi pro eo ad præfens eleemosynam faciat.

XXXIX. Nullus baptizare præsumat nisi in vigiliis Paschæ & Pentecostes, nisi pro periculo mortis. Nullus clericus vel laicus in Ecclesia loqui audeat, tantùm oret, maximè infra diuinum officium. In Sabbato Paschæ, extincto veteri, nouus ignis benedicatur, & per populum diuidatur, & aqua benedicta similiter. Vnusquisque fontes lapideos habeat, & si lapideos habere non possit, vas saltem aliquod ad hoc paratum, in quo nihil aliud fiat, habeat. Attendite vt omnibus parochianis vestris Symbolum Apostolorum, & Orationem Dominicam insinuetis. Vigiliis Apostolorum, & ieiunium Quatuor temporum, & Rogationum, & Litaniæ maiores plebibus vestris omni studio obseruandas insinuate. Quarta feria ante Quadragesimam, plebem ad peccatorum confessionem inuitate, & iuxta qualitatem delicti pœnitentiam iniungite non ex corde vestro, sed sicut in Pœnitentiâ scriptum est. Ab illa quarta feria vsque in diem Resurrectionis Domini nullus manducet carnem vel sanguinem. Quatuor temporibus in anno, id est, in Nati-

A Natiuitate Domini, in Cœna Domini, Pascha & Pentecoste, omnes Fideles ad communionem Corporis & Sanguinis Domini accedere admonere. certis diebus & temporibus coniugatos abstinere ab vxoribus exhortamini.

Eulogias post Missas in diebus festis plebi distribuite. Nullus vestrum induatur vestibus laicalibus. Nullus rem aut possessionem, aut mancipium Ecclesiæ vendere, aut commutare, aut quocumque titulo alienare absque licentia Episcopi præsumat. Die Dominica & aliis diebus festis absque opere seruilis à vespere vsque ad vespertum celebrare facite. Cantus & choros mulierum in Ecclesia vel in atrio Ecclesiæ prohibere: carmina diabolica, quæ nocturnis horis super mortuos vulgus facere solet, & cachinnos quos exercet, sub contestatione Dei omnipotentis vitare. Cum excommunicatis nolite communicare.

B Nullus præsumat illis Missas cantare; sed & hoc ipsum plebibus annuntiate. Ad nuptias, nisi fortè ad eas benedicendas, nullus vestrum eat. Omnibus plebibus denuntiate, vt nullus vxorem accipiat, nisi publicè celebratis nuptiis. Raprum omni modo prohibete; & vt nullus ad proximam sanguinis accedat, firmiter prohibete; & ne alterius sponsam quis ducat contradicite. Porcarios, pecuarios, & alios pastores, diebus Dominicis ad Missam venire admonete; & vt filiis suis Orationem Dominicam & Symbolum insinuent, vel per alios insinuari faciant. Chrisma semper sit sub sera & sigillo propter quosdã infideles. Volumus autem, fratres charissimi, quatenus quæ nostra perceptis traditione, quantum humana patitur infirmitas, bonis studeatis operibus adimplere, præstante Domino nostro IESU CHRISTO, qui cum Patre, &c.] hæc ibi, eiusdem Pontificis peruigilis curæ pastoralis nobile documentum. Non est prætereundum, quòd eodem anno, dum adhuc ipse Leo Papa superstes esset, Ethelulphus Rex occidentalium Saxonum in Anglia Romam veniens, summo honore ab eodem Leone Pontifice exceptus est: eo autem defuncto, quem duxit secum Aelfridum filium suum ab eo coronari obtinuit. Cuius rei causa, qui in Anglia remansit primogenitus ab eo defecit, sed, Deo iuuante, cùm pater rediit, res ab eo sunt compositæ. hæc pluribus Matthæus Vuestmonasteriensis, qui & recitat donationem eiusdem Regis factam Ecclesiæ Anglicanæ sui Regni anno superiori antequam Romam se contulerit, quæ sic se habet:

C Regnante in perpetuum Domino nostro IESU CHRISTO. In nostris temporibus bellorum incendia, & direptiones opum nostrarum & vastantium crudelissimas hostium barbarorum, paganarumque gentium multiplices tribulationes affligentium vsque ad interencionem cernimus temporaria incumbere periculosa. Quamobrem ego Ethelulphus Rex occidentalium Saxonum cum consilio Episcoporum & Principum meorum, conciliû salubre, atque vniforme remedium affirmavi, vt aliquam portionem terræ meæ Deo & beate Mariæ, & omnibus Sanctis iure perpetuo possidendam concedam, decimam scilicet partem terræ meæ, vt sit tuta muneribus, & libera ab omnibus seruitiis secularibus, necnon regalibus tributis maioribus & minoribus, siue taxationibus, quas nos *Mitevedden* appellamus. Sitque omnium rerum libera pro remissione animarum, & peccatorum meorum ad seruiendum soli Deo sine expeditione, & pontis constructione, arcis munitione, vt eo diligentius pro nobis preces ad Deum sine cessatione fundant, quòd eorum seruitutem in aliquo leuigamus. Placuit autem Episcopis Ecclesiæ Schireburnensis Alstano, & Vintoniensis Suuithuno cum suis Abbatibus & Dei seruis, viris scilicet & feminis religiosi, quibus supradicta collata sunt beneficia, consilia inire, vt omnes fratres & sorores, omni hebdomada, die Mercurij, hoc est *Wednesday* in vnaquaque Ecclesia cantent Psalmos quinquaginta. & vnusquisque presbyter duas Missas, vnam pro Rege, & aliam pro Ducibus eius, in hunc modum consentientibus pro salute & refrigerio delictorum suorum. Postquam autem defuncti fuimus, pro Rege defuncto singulariter, & pro Ducibus communiter. Et hoc sit firmum Constitutum omnibus diebus Christianitatis, sicut libertas constituta est, quam diu Fides crescit in gente Anglorum.

D Scripta est autem hæc donationis charta anno Gratia octingentesimo quinquagesimo quinto, Indictione quarta, quinto Nonas Nouembris in vrbe Vuentana, ante maius altare beati Petri Apostoli. His ita geitis subdit auctor: Rex magnificus occidentalium Saxonum Ethelulphus cum honore maximo Romam profectus duxit secum Aelfridum filium suum iunorem, quem ceteris omnibus plus dilexit, vt à Papa Leone moribus pariter & religione informaretur ibidem. Vbi cum anno integro Rex eû filio suo demoratus fuisset, fecit filium suum ibi à Papa in Regem coronari, atque post dies paucos ad patriam rediens,

CHRISTI
855.BENEDICTI PAP. III.
I.LOTHARII IMP. I5.
MICHAEL. III. IMP. I4.

rediens, duxit Iuditham Caroli Regis Francorum filiam secum in Angliam sibi matri-
monio copulatam, &c.

XLIII.
Sax. Me-
trop. Crant.
lib. 2. c. 27.
et alij.
CORPVS
S. ALEX.
MARTYR.
TRANSLA-
TVM IN SA-
XONIAM.

XLIV.
Ioan. Diac.
in vit. S. Gre-
gorij lib. 4.
cap. 86.

Rursum verò sub eodem Leone Romano Pontifice constat quemdam Vualbertum^a nobilissimum Saxonem, Christiana pietate feruentissimum Romam iuisse religionis gratia, atque petisse ab eodem Leone summo Pontifice corpus S. Alexandri martyris, qui fuit vnus ex filiis sancti Felicitatis, accepisseque ab eo atque in Saxoniam deportasse, illicque in collegio à patre suo Vuigberto inchoato collocasse, digneque coluisse, habent scriptores rerum Saxonum.

Hic demum recitanda sunt, quæ tempore eiusdem Leonis Papæ Quarti Ioannes Diaconus valde miranda contigit tradit in monasterio S. Gregorij ad Clivum Scauri. sic enim se habent: ^b Leonis Quarti Pontificis tempore, cum Megistus Ostiensis Episcopus & Apostolicæ Sedis Bibliothecarius, eidem monasterio præfesset, Ioannes presbyter eiusdem Præpositus cum quadam femina turpiter viuens, vehementissimo podagræ dolore correptus est. Qui medicorum manu cauteriatus, per exustionis vulnus calcem cepit effundere, quam restringere nullis artibus præualens, in tantam desperationem perductus est, ut ab omni illius femine visitatione desisteret: & illa sibi alterum sub eodem facinore copularet. Sed post annum presbyter ad pristinam sanitatem reuertens (quamquam propositum sibi fuisset, ut ulterius nullam contingeret) ad eam tamen misso nuntio, futuro die Dominico se redire professus est. Quo recepto, ubi suo desiderio votum quoque mulierculæ conuenire gaudis est, ad balnea processit. Vnde reuertens, tantum lætitiæ potionibus & cantionibus se dissoluit, ut subrepente somno, interesse nocturnis cum fratribus numquam potuisset officiis.

XLV. Eadem nocte cuidam presbytero & monacho beatus Gregorius in somnis apparuit, ait: Surge & dic Præposito, ut pœnitentiã agens, peculium suum, quod congregare non potuit, pro peccato conscientie suæ dispergat, quia die tertia funditus extinguetur à vita. Quod Præpositus vehementer ut audiuit, expauit, & quia mandato Gregorij incredulus esse non poterat, pœnitentiã cepit, cunctaque sua sanus distribuens, tanto febris ardore correptus est, ut à diluculo diei tertij vsque ad horam tertiam ingenti fragore præ incendio linguam ab ore proiciens, vltimum flatum protraheret. Quem presbyteri tam duriter laborare videntes, deputatis illic monachis, qui cū psalmodijs eius exitum cõmendarent, ipsi pro eo studuere omnipotenti Domino solemnnes hostias immolare. Sed monachi psalmodiã deserentes, non timuerunt inter se morienti fratri detrahere. Cum ecce presbyteri à Missarum solemnibus circa horam septimam remeantes, Ioannem presbyterum, quem incredibiliter cum morte luctantem reliquerant, lenius se habere mirati sunt, eumque nominatim clamare ceperunt. Mox ille oculos subridendo concutiens: Parcat, inquit, mihi Dominus, fratres: Quare me sollicitare voluistis, qui ab ipso huius diei principio vsque nunc coram Christo præidentibus multis millibus Angelorum, cum diabolo ad iudicium steti, & adiuuantibus me sanctis Andrea & Gregorio, cunctis eius obiectionibus bene respondi? Sciatis autem quia monasterij sextarium, modium, libram, consuetudinem eleëmofynarum, & luminum, omnemque mensuram curiosissimè Christo quærenti vsque ad scabellum pedum eius portauit. Sed de vna obiectione, fateor, conuictus erubui, de qua me nimium, sicut vidistis, laborando vexauit, & me adhuc liberare non potui.

XLVI. Cumque fratres de ea requirerent, ait: Non audeo dicere, quia quædo vos me clamastis, & à sancto Gregorio redire iussus sum, ut vobis etiam de mensuris & consuetudinibus monasterij ponerem rationem, diabolus conquestus est, putans quod me pater Gregorius ad pœnitentiã remisisset. Quapropter beatum Gregorium vadem dedi, ne commotam calumniã cuiuslibet reuelarem. Illis magis imminentibus, & se pro eo deprecaturus Dominum promittentibus, ut causam fratribus reuelaret: defunctorum quorundam domos & viuentium merita proferebat, dicens: Ille dignus, iste indignus est. Rursum interrogatus, ad monachos qui pridem secum remanserant, conuersus est, dicens: Omnia in quibus mihi detraxistis, fratres, auditi, quamquam respondere nequiverim, & impedimentum mihi non modicum generastis, quia tam à vobis quam à diabolo sub vno tempore accusatus, nesciebam cui calumnie primitus responderem. Sed si quando quemlibet migrantem videritis, compatimini fortè communi, & nolite de eo iudicare, qui ad tam districti Iudicis, cum criminatore suo iudicium vadit.

XLVII. His expletis, cunctos iubet abscedere; solum presbyterum, qui sibi mortem prænuntiarat,

CHRISTI
855.BENEDICTI PAP. III.
I.LOTHARII IMP. I5.
MICHAEL. III. IMP. I4.

A tiarat, secum tenens. Qui solus remanere pauescens, alterum secum tenuit, hortatus ut causam pro qua constitit, saltem sibi pandere non timeret. At ille vehementer ingemuit, & conuerso ad parietem capite, clamabat, dicens: O Andreas, ô Andreas, hoc anno pereas, qui me prauo consilio ad periculum compulisti. Erat illa ista causa, cuius iudicio arctabatur, ut satisfacere accusatori non posset, ut pœnas æternas posset euadere, ut proximè auditorus eris. Ita Deo disponente, ut iudicio suo moneret viuentes, quàm seuerè Deus iudicet in exitu vnus cuiusque. Pergit verò Ioannes: E vestigio Zacharias medicus, qui anno præterito ad suos videlicet Sarraenos apostatando reuersus est, affuit, tactisque temporibus, iurare cepit, presbyterum ex eadem valetudine minime moriturum. Quem languidus ut audiuit, cum ingenti animaduersione repulit, dicens: Frater iam omne corpus meum est mortuum, in extremis faucibus spiritum permissum retineo, continuò moriturus. tantum psallite ut reuideam Angelos quos videbam, & innuens vobis ostendam. Quibus orantibus totus cepit tremere, pallefcere, sursum desideranter aspicere. Cum subito spiritus aduentare conspiciens, reuolutis terribiliter oculis, monachis innuit, & abscessit; eosque tanto terrore percussos dimisit, ut multis noctibus ibi iacere timuerint.

Eodem die, sicut postea deprehensum est, eodemque momento quando presbyter moriens Andreæ periculum fuerat imprecatus, idem Andreas fundi Barbiliani positi scilicet in via Ostiensis conductor, in lectulum decidit, in quo per multum temporis continuo languore correptus, ita totus emarcuit, ut omne corpus eius particulatim videretur dissolui. Cumque defluentibus carnibus consumi posset, mori autem non posset; vxorque fetorem vulnere, virique cruciatu iam sustinere non poterat, intellexit tanti languoris incommoda sine diuine vltionis sententiã hunc nullatenus incurrisse. Quem flendo curauit inquirere, ut quoniam à moriente Præposito frustra vocari non poterat, quid cum ipso commiserat, ut monachis reuelaret, si fortè Dominus eius confessionem recipiens, eum à tantis cruciatibus liberaret. At ille cognoscens malum quod fecerat latere non posse, monasterij monachos conuocari rogauit, eisque confessus est, cum eodem Præposito quãdam monasterij chartulas rapuisse, ac receptis pretijs extraneis tradidisse, seque certum existere, quia pro hoc flagitio mori non posset quousque hoc coram omnibus reuelaret. Quod videlicet verum fuisse, rei euentus euidenter ostendit: nam mox ut tantum facinus cunctis innotuit, is qui dudum mori volens non poterat, inter verba suæ confessionis spiritum efflauit. Quem idcirco omnipotens Deus diu cruciari voluit, mori autem donec reatum suum confiteretur, non posse permittere, ut exemplo sui cruciatus ostenderet, quid consumptores rerum Gregorij de semetipsis vbique sperare debuissent.

XLIX. Ipsum quoque Pontificis tempore eiusdem patris monasterio Anastasius præfuit, vir quidem castitate conspicuus, & sui monasterij cautissimus executor. Qui cum saeuientis inopie tempus agnosceret, ne monachis fortassis necessitas incumberet, quadraginta pauperum quos beatus Gregorius pascebat semel in anno decreuerat, refectionem subduxit. Quod impune se fecisse perpendens, etiam duodecim pauperum totidem denarios, qui die depositionis beati Gregorij pro commemoratione ab eo quondam inuitatorum, quorum tertiusdecimus Angelum se esse professus est, consuetudinaliter pascebantur, penitus intercepit. Cum eiusdem Quadragesimæ tempore beatus Gregorius eidem presbytero cui supra, & monacho in somnis apparuit, dicens: Vade & dic œconomus: Quia adminuit consuetudinem quam ego constitui, Dominus quoque eius dies diminuit. Quod œconomus ut audiuit, primò quidem contremuit, postea verò tanto minus credit, quanto longius vitam suam cognoscebat extendi.

Et ecce sub ipsis Albis Paschalibus, in Oratorio S. Seuerini cum fratribus vespertinis assistens officiis, ardere parietem vidit, quem fratribus extinguere imperauit. Quibus hunc vinolentum credentibus, ipse tandem ferulam quam tenebat proiciens, manusque per parietem circumducens, conabatur foris flammam extinguere, quas constabat intima eiusdem depascere. Deinde tandem ad hospitium rediens, tanto febris ardore succensus est, ut peruenire ad diem septimum nullatenus potuisset. Quia ergo dum consuluisse putauit se monachis, pauperibus nocuisse non timuit, ac per hoc quo se placare posse Gregorium credidit, prorsus offendit, frustra flammam parietis extinguere voluit, qui tenacitatis suæ flammam extinguere recusauit.] subiicit de infestatione dæmonis

CHRISTI
855.BENEDICTI PAP. III.
I.LOTHARII IMP. IS.
MICHAEL. III. IMP. I4.

A in eodem loco multifariam à Deo permiffa, quo habitantes in eodem monasterio, vel faltem timore coërciti, vitia propulferant, atque virtutibus operam darent. Iam verò de Leonis fucceffore agamus.

LI.
BENEDI-
CTVS III.
PAPA
CREATVR.

Leone defuncto, abfque mora in locum eius fubrogatur confenfu omnium Benedictus patriâ Romanus, Petri filius, ex presbytero tituli Callifti. Verùm mox factione prauorum, qui vfi funt ad flagitium operâ Legatorû Imperatoris, intruditur Anafafius olim presbyter tituli S. Marcelli excommunicatus, verùm refiftente magna constantia Romano Clero, populoque Anafafio fchifmatico renitente, eiicitur, atque in fuam Sedem idem Benedictus reftituitur. Hæc fuma rerum, quæ fufius ab Anafafio qui aderat narrantur. Fuit ifte peffimus conatus Imperatoris Ludouici, qui videns in electione Pontificis nullam haberi rationem Imperatoris, in odium Romani Cleri liberis fuffragiis eligentis Pontificem; ftuduit prouehere in Sedem Apoftolicam hominem illum perditiffimum, qui diu multumque ifta molitus fuerat. Sed omnis conatus Imperatoris irritus penitus redditus eft. Quomodo autem ifta cuncta gefa funt, audiamus ab ipfo Anafafio, qui fic exorditur ab eufdem Benedicti ad Subdiaconatum promotione:

LII.

PROGRES-
SVS BENE-
DICTI.

Erat autem fapiens verbo, & doctrina præclarus, fobrius conuerfatione, loquela pacificus, cunctis compatiens, omnibusque obediens. Denique benigniffimus cum intueretur Papa Gregorius eum peritum doctrinis, atque proficuum; in fancta illum conftituit Romana Ecclefia Subdiaconum. In quo quidem ordine plura inuenit actionis facræ certamina. tamen carnem vicit, & mundi principem, & omnia eius argumenta nequiffima. Vbi verò Gregorius Præful migravit ad Dominum, Sergius gubernacula Romanæ fufcepit Antiftes Ecclefia. Eoque defuncto, Leo Sedem Papa fufcepit, oppidò qui illum pro feliciffimis eius actibus diligens, fuperno compulfus nutu, Callifti eum titulo, ingenti presbyterum confecrauit honore. cuius virtutis magnitudo in tantum longè lateque refulfit atque perfioruit, vt in omnibus beatiffimus meritis & opere haberetur. Euidenter autem in eo diuina permanere fapientia cognofcebatur: quare largiffus puriffique eius omnes fauebat affectibus, & luce clariùs perornabat, caducique & tranfitorij mundi delectabilia refpuebat. Ieiuniis erat validus, orationi affiduus perfiftibat, peruigilque quotidie diuinis laudibus immerabatur.

LIII.

Leo quidem vbi ex hac luce fubtractus Præful occubuit, mox fimul omnis Clerus iftus Romanæ à Deo proteftræ Sedis, vniuerfisque proceres, cunctisque; Senatus atque populus, Domini clementiam congregati funt exorare, vt beatiffimum illis omnibus dignaretur demonftrare Pastorem, Apoftolatus qui culmen regere valuiffet tranquillè. Diuinitus igitur & æthereo tunc lumine inflâmami vno confenfu, vnoque eum conamine, qui tantis pollebat facris operibus, Pontificè promulgauerunt eligere. Illic verò alacri vniuerfi ftudio, plebs & populi cœtus ad Callifti titulum properantes, Domino illum omnipotenti (vt folius fuerat) inuenerunt fundentem orationem. Surgès autem, & populi deniffima cernens agmina, quod erat recognouit & mente concepit. Interea multis cum lacrymis genua flectens, flebili voce omnes deprecabatur, taliter dicens: Non me à mea deducatis Ecclefia, rogo, quia tanti culminis non fufficio onus fuffinere, nec baiulare grauamen. Illi verò nullatenus acquieuerunt, fed viribus cunctis ex eodem titulo abftrahentes, cum hymnis & canticis fpiritualibus ampla exultatione & ineffabili gaudio in Patriarchiû Lateranenfe perducentes, Pontificali folio (vt mos eft Pontificum, canaque confuetudo demonftrat) pofuerunt. Lætatur propterea Vrbs, exultat Ecclefia, congaudet fenes, omnesque diuinas modulantur virgines laudes, ditantur pauperes, locupletantur inopes, confolantur afflicti, confurgunt debiles, infirmi fanantur, celerique; pede concurrunt: quæ extenfa in eis triftitia fuerat contemplantur excuffa, & tranquillitas florifera videbatur erecta.

LIV.

COLLVSIO
LEGATOR-
VM.

His ita peractis, Clerus & cuncti proceres decretum componentes, propriis manibus roborauerunt, & vt confuetudo prifca expofcit, inuiffimifque Lothario ac Ludouico deftinauerunt Auguftis. Ipfum autem qui deducebant decretum Legati, Nicolaus videlicet Anagninæ Antiftes Ecclefia, atque Mercurius Magifter militum, Arfenio Eugubij obuiantes Epifcopo ad inuicem confabulari cœperunt. Qui callidis eos fermionibus leniens, corda eorum emolliri cœperunt, Benedictique fidelitatem iam fati declinare electi. Cum quibus etiam confilium ftuduit confirmare, vt deponeret, anathematizatumque Anafafium (quod diuina nullatenus permittebat clementia) Pontificatus infula perornarent. Euntes itaque, Ludouico benigniffimo Cæfari decretum dantes, duplici,

CHRISTI
855.BENEDICTI PAP. III.
I.LOTHARII IMP. IS.
MICHAEL. III. IMP. I4.

A duplici, quam in mentibus gerebant, intentione Romam reuerfi funt. Aduentumque Mifforum nuntiantes Imperialium, epiftolas eidem infigni obtulere electo, quibus Augufti continebantur refponfa. Qui & omni Clero, ac Reipublicæ cœtibus, diris machinationibus confilium quod (vt retulimus) cum Eugubino Epifcopo Arfenio ftatuerant, adimplere cupientes, dicebant: Omnes obuiam Imperialibus fimul nobifcum exire ftudete Legatis, quatenus Augufti iuffionibus obediens exiftere valeatis.

Post aliquot quoque dies ipfi, quos pronuntiauerunt, Miffi Hortam, quæ quadraginta millia Româ diftat, properauerunt. Ex quibus in eam Adelbertus Bernardusque ingreffi Comites, eidem olim damnato, cogente Arfenio Epifcopo fe coniungere presbytero nomine Anafafio (qui in fancta Synodo, præfidente Leone fanctæ memoriæ Præfule, ritè fecundum facrorum promulgationes Canonum excommunicatus, deponitus, & anathemate vinctus fuerat) non habentes Dominum præ oculis, ipfius præcepta confundere vt tyranni truculenti cupientes, meditabantur qualiter eundem ciectum, anathematizatumque Anafafium Apoftolico culmine fubleuarent, contra traditiones, omniumque fanctiones Pontificum, virorumque aliorum. Miffi quoque, quos iam fuprà meminimus, qui Imperatori noftrum quidem decretum benigniffimè de electione Benedicti porrexerant, id eft, Nicolaus Epifcopus, & Mercurius Magifter militum, obuiam quafi Imperatoris Legatis profecti funt, Hortamque properantes vrbe, fidelitatis facramentum quod fecerant alimifico Benedicto, paruipendentes, obliuifcentesque electi, fe damnato coniungere deponitoque presbytero. Hac fub occasione multi recedentes ab Vrbe, fimiliter peregere, cogitantes confilium iuxta illud Prophetæ^a elogium, quod non potuere ftabilire.

C Vrbe quidem exeuntes ab Horta iuxta basilicam beati Leutij martyris peruenere infultantes, taliumque gloriantes hominum fauore atque virtute. Cum quibus Rodualdus Portuenfis Epifcopus, Tudertinaque vrbis Agatho Antiftes aderant, qui etiam Romana difcefferant Vrbe, eidemque anathematizato terra irretiti caligine fe iunxerant, obfcurati fenfu mentis & animæ. Hoc ipfe Dei famulus audiens Benedictus electus, Gregorium, Maionemque venerabiles, prudentesque & omni fcientia plenos Epifcopos ipfis Imperialibus Miffis cum aliquibus litteris ftuduit deftinare. Qui eos apprehendentes, arcte, anathematizato momento presbytero, vinxerunt, & cuftodibus tradiderunt, quod ne barbaræ quidem in Legatos nationes perficere audent. Postmodum autem fæpius diftus Chriffti minifter Benedictus electus Hadrianum infignem Secundicerium fanctæ Sedis Apoftolicæ illis, atque Gregorium Ducem obuiam direxit.

D Altera autem die motionem fingentes, omni Clero, cunctoque Senatui, & vniuerfo populo mandauerunt, vt obuiam illis trans Moluium pōtem Imperatoris iuffionibus irent. Tunc omnes dolum nefcientes Romani neque fallaciam, acquieuerunt: Moluiumque trans pontem Vrbe egressi vnanimiter perrexerunt, properantibusque ad Martyris iam fati basilicam, ipfis de quibus iam fuprà meminimus Legatis, eidemque deponito, anathematizatoque presbytero ipfi Clerus atque Romana plebs, ac proceres obuiauerunt pariter, cum quibus Neronis equitantes per campû, Vrbs iam mœnibus propinquabant: Hadrianum quoque infignem Secundicerium, de quo fuprà retulimus, vallatum cuftodibus deducebat, fed hoc infelicitis deponiti præfumptio agebat presbyteri, qui viribus Cæfaris Leoninam cum ipfis ingrediens vrbe Legatis: Apoftolorum Principis, quam non debuerat introire basilicam, eamque Dei paruipendens iudicium, audacter inuafit, tantaque ac talia infauftra operationis mala peregit, qualia nec Sarracena in ea perficere manus præfumpfit vel aufa eft. Imagines enim confregit, igneque cremavit; & Synodum quam fuper Sanctuarij ianuas beatæ memoriæ Leo Papa pingere iufferat, destruxit: denique IESV Chriffti eiusque femper Virginis Genitricis iconam bipenne (quod non debuerat) ad ima deiecit. Pro quo deteftabili opere Orthodoxæ cuncti cultores Fidei lacrymas fundentes ingemifcebant, & triftitia replebantur & mœrore.] opus illud aureum & argenteum à Leone prædeceffore magna fuerat impenfa conftitutum, eidemque facræ Basilicæ (vt dictum eft fuperius) vnâ cum aliis donis oblatum. pergat Anafafius:

His ita peractis, hoftili virtute ipfe presbyter deponitus Romam ingreditur, celeriterque in Lateranenfe Patriarchium properauit cum fuis iniquiffimis fequacibus, & fæculari potentia, multisque telorum generibus ianuas eius aperiens, tyrannus veluti cruentus ianua fic introiuit, folioque quod nec manibus debuerat contrectare, refedit. Et

L 4

cuidam

LV.
MACHINA
TIO SCHI-
SMATICO-
RVM.LVI.
QUI CON-
FLVXER-
VNT AD
HÆRETI-
COS.LVII.
Moluium
pro Moluium
lapd.LVIII.
IMMANIA
SCELERA
ANASTASII
SCHISMA-
TICI.LVIII.
SCHISMA-
TICVS IN-
TRVDITVR
IN SOLIUM
PONTIFI-
CIVM.

CHRISTI 855.

LEONIS PAP. III. I.

LOTHARII IMP. 15. MICHAEL. III. IMP. 14.

LIX. POPULI ROMANI LVCTVS OR INTRVSIO- NEM SCHI- SMATICI.

LX.

EPISCOPI CARDINA- LES ET ALII RESISTVNT CONSTAN- TER LEGA- TIS.

LXI.

LEGATI AC- QVIESCVNT BENEDICTI ALECTIONI.

LXII.

ANASTA- SIVS PSEV- DOPAPA TVRPITER HICITVR.

cuidam Balneoregis Episcopo, Romanus qui vocitatur nomine tantum, non opere, qui ferinis obumbratus moribus cerneretur, præcepit vt beatissimum Benedictum, quem omnis Romana (vt prætulimus) plebs elegerat, Pontificali in quo residebat eiiceret folio: qui etiam vestimenta Pontificalia quibus indutus erat, vt barbarus tulit atque expoliavit, multisque eum iniuriis verberibusque replevit. Tunc ipse depositus presbyter Anastasius eundem benignissimum Benedictum electum non humana sed Dei virtute custodibus acris, qui eum constringerent, tradere studuit, Ioanni scilicet Hadrianoque dudum presbyteris, qui à Leone præside pro illorum criminibus damnati fuerant atque depositi ex omni sacerdotali officio.

Mox vniuersa Vrbs vularu amplisque repleta est fletibus, & graui mœrore quassata iacebat. Illic quidem omnes Episcopi, Clerusque ac Dei populus Sancta Sanctorum ingressi tundentes pectora sua, profusus lacrymis inter vestibulum & altare prostrati iacebant, Dei orantes maiestatem vt è tanta erroris caligine sua eos victrice dextera liberaret. septimæ tunc feriæ cursus peragebatur. Altera quidem die prædicti Episcopi cum vniuerso Clero ac populo in Æmilianæ titulo conuenerunt. In quem etiam Augusti sæpius dicti Legati frementes, magnaque tumentes superbia peruenerunt: & impetu facto, absidem in qua Episcopi psallentes residebant cum Clero, leones veluti ferocissimi conscenderunt, erectisque baculis eos conabantur elidere, enibusque punire, dicentes: Acquiescite, & vestro consensu Anastasius Pontificali culmini subrogetur.

Illi verò sancto repleti Spiritu affirmantes dixerunt: Numquam in depositum & anathemate à sancto Præsule, beataque Synodo vincum consentimus, sed modis omnibus abiicimus à ceteris & segregamus. Ipsi denique furibundi verberibus eos tormentisque dicebant velle punire. Sed beatissimi omnes Antistites, & qui cum ipsis aderant, terrores vel minas paruipendentes eorum, immobiles persisterunt. Quorum constantiam iam dicti Franci cernentes, ab eis ira discesserunt repleti, & in quoddam cubiculum ipsius basilicæ sunt ingressi, diuersa consilia meditantés, in quod etiam Oltiæ Albanique Antistites coactos introduxerunt, quos molliori sermone, blandisque reducere adulationibus decertabant. & postmodum asperis promissionibus circumdabant. quibus etiam stridula voce dicebant: Nullatenus vitam possidere potestis, sed capitali subiacetis sententiæ, nisi Anastasio gratiam consecrationis dederitis. Illi autem antea se morti tradi proferebant, membratimque lacerari, quam deposito, anathemate damnato consecrationis tribuere benedictionem. Arguebant autem eosdem Missos, & vniuersas demonstrabant sacræ Scripturæ responiones, quatenus nullatenus eum depositum ordine quo poscebant restituere valuissent. Protinus verò secretius lingua eorum confabulantes, furor, qui inter eos exuberabat, minuitur, mentibusque eorum videbatur expulsus.

Tertia verò feria lucefcence, omnes Episcopi cum Clero & populo in basilica Saluatoris, quæ Constantiniana dicitur, congregati sunt. in qua omnis plebs ac populi multitudo extensa voce clamabant: Benedictum beatissimum Papam volumus, ipsumque desideramus. Quod iam præfati audientes Legati mirabantur. Videntes itaque quia ad Patriarchij cubiculo Episcopos conuocauere & alios sacerdotes cum Clero: cum quibus amplum agitare studuerunt conflictum. Sed eorumdem Missorum audaciam superauerunt sermonibus atque doctrinis, ita vt infausta eorum mentis cogitatio contempleretur contrita atque confusa. Hoc cernentes, venerabilibus Legati dixerunt Episcopis: Accipite vestrum electum, & in quam vultis basilicam eum deducite. Et modò Anastasium, quem depositum dicitis, ab hoc Patriarchio eiicimus. Tresque per dies ieiunium cum orationibus celebremus, & postmodum, quid superna clementia demonstrauerit, impleatur.

Almifici verò Episcopi clamauerunt: Eiiciatur à nostra præsentia inuasor atque depositus Anastasius, & ab hoc expellatur Patriarchio: & tunc facimus quod hortamini. Illic prædictus Anastasius magna cum turpitudine de Patriarchio eiectus & expulsus est, vt omnes multimodas Orthodoxæ Fidei cultores Domino nostro IESV Christo persoluerent grates. Episcopi quidem cum vniuerso Clero ac populo beatissimum accipientes Benedictum antea eiectum ex basilica, in qua Clerici commorantur, deduxerunt, in qua cum custodibus à seuisimo fuerat Anastasio collocatus. Qui cum omni alacritate atque exultatione cum ipso in basilicam Saluatoris, quæ Constantiniana dicitur, descendere. De qua

CHRISTI 855.

BENEDICTI PAP. III. I.

LOTHARII IMP. 15. MICHAEL. III. IMP. 14.

A qua exeuntes, eum super equum, super quem Leo Præsul sedere consueuerat, posuere. quem etiam magna populi præcedente caterua, in basilicam Dei Genitricis, quæ ad Præsepe dicitur, deduxerunt. In qua ieiuniis & orationibus tribus diebus ac noctibus vacantes, Maiestatem Domini multis cum lacrymis exorabant. Expletoque ieiunio, omnes qui presbytero Anastasio anathematizato, depositoque se coniunxerant, diuino compuncti nutu, Dei que inflammati feruore, in iam fatam basilicam, in qua beatissimus (vt prætulimus) Benedictus residebat electus, vnanimes conuenerunt. Et procidentes, vestigia ipsius osculari coeperunt, & dicebant: Errauimus, & lubrico à te pede discessimus. Sed Pastor velut sanctissimum ouium suscipe agmina per nemus errantia; fessoque sinu agniculos collige, tuisque obumbra sub alis. Protinus ipse à Deo protectus Benedictus extensis brachiis, pura mente, cordeque benigno omnes amplecti striebat, & osculis perornabat, quibus etiam & dicebat: Gaudete dilectissimi, & magis exultate, quia Ecclesiam quæ scissa fuerat, Christus sua virtute vnire dignatus est.

Hæc dicens, & his similia prædicans, etiam ipsi Imperiales iridem conuenerunt Legati, qui salubribus verbis ac mollioribus secretius cum eodem electo confabulabantur. Subitò vnà omnes Episcopi, vniuersisque Clerus, & innumera Romani populi multitudo ex eadem eum deducunt basilicam, cum hymnis & canticis spiritualibus in Patriarchium Lateranense introduxerunt, & in Pontificali folio, de quo eiectus fuerat, posuere. Denique vniuersa congratulabatur Ecclesia, & omnis populus amplis vocibus exultabat. Præterea Dominico die diluculo in basilicam beati Petri Apostoli ab Episcopis, Clero, & proceribus deductus est. Et in conspectu omnium, Imperialibus Missis cernentibus, Pontifex. Porruensis verò Episcopus prohibitus ab Ecclesia, orationem quam debuerat super eum nullatenus dixit, quod anathematizato se coniunxerat, ac in peritij voraginem ceciderat atque manebat. Sacrisque tunc Missarum solemnibus celebratis, in Patriarchium Lateranense Pontifex ordinatus reuersus est.

Erat enim mitissimus, & omnibus sacris decoratus operibus, vultu pulcher, & mente clarus, dulcis verbo, & doctrina beneuolus. Et quia cuncta non sufficimus per ordinem enarrare, ad ea quæ diuersis Sanctorum obtulit locis, calamum extendere studeamus. In primo quidem sui Pontificatus exordio, superno exardefcens amore, in basilica Saluatoris, quæ Constantiniana dicitur, ipsius Redemptoris Domini nostri IESV Christi miræ pulchritudinis ex argento purissimo, auroque perfusam fecit iconam, & leonem draconemque pedibus conculcantem, pensantem libras sexdecim & semis. Sed & in basilica sanctæ Dei Genitricis semperque Virginis Dominiæ nostræ, quæ ad Præsepe nuncupatur, obtulit coronam auream pretiosissimam, pensantem libras quatuor. In qua basilica Baptisterium, quod disiectum per multa tempora manserat, celeri studio, futuram sperans retributionem, restaurauit, & ad pristinum statum perducere procurauit.

In basilica verò beati Petri Apostoli ex argento mundissimo auroque fusum cantharum intersatilem, in quo thus mittitur, obtulit; vbi etiam candelabra septem cum coronis ex argento purissimo obtulit, aureo nitentia colore. Nam & in basilica Doctoris Gentium beati Pauli Apostoli sepulchrum, quod à Sarracenis destructum fuerat, perornauit argento, pensante libras centum tres. Etiam in basilica sanctæ Mariæ trans Tiberim obtulit vestem in circuitu ornata de holoserico, habentem in medio Crucem de chrysoclauo.

Fecit autem in basilica Dei Genitricis, quæ vocatur Antiqua, quam à fundamentis Leo Papa extruxerat iuxta Viam sacram, vela de fundato cum periculis de blatti numero tredecim. Quin etiam in basilica sancti Laurentij martyris sita foris muros ciuitatis, obtulit aureas clauas, atque concessit] hæcenus Anastasius de rebus gestis Benedicti Pontificis hoc anno, reliqua suis locis.

Eodem anno (vt Regino & alij veteres tradunt) Imperator Lotharius relicto Imperio, atque Regno diuiso, Ludouico Italiam, Lothario Regnum quod in Francia possidebat, præterquam prouinciam, quam Carolo tradidit, dedit, ceterisque rebus cunctis bene dispositis, abdicans se ab omnibus humanis curis, Pruniacense ingressus est monasterium, vbi coma deposita habitans, sanctæ religionis accepto habitu, sit monachus. Demum eodem anno quarto Kalend. Octobris spiritum Deo reddidit, siue (vt alij

QUI RECES- SERANT A BENEDICTO AD IPSVM REDEVNT.

LXIII.

BENEDI- CTVS PAPA RESTITVITVR IN SOLIVM PONTIFICIVM.

LXIV.

LXV.

DONA A BENED. PAPA COLLATA DIVERSIS VRBIS ECCLESIIIS.

LXVI.

LOTHARIVS IMP. FACTVS MONACHVS MORITVR.

alij tradunt) sexto Kalend. eiusdem. Laudarus inuenitur à Rabano in libro de anima, A & ab Angelomo in præfatione in Cantica.

LXVIII.

Sed accipe inscriptionem sepulchralem eiusdem Lotharij Imp. quæ falsò alicubi sub nomine Henrici Tertij scripta reperitur. Quòd autem nonnisi Lothario huic conueniat, dicetur inferius. Extat etiam in Codice Vaticano Conciliorum Galliæ absque nomine Imperatoris, ex quo descripsimus:

Cæsar tantus eras quantus & orbis, At nunc exigua clauderis urna. Post hac quisque sciat se ruiturum, Et quòd nulla mori gloria tollat.

O quanto premitur Roma dolore, Tam claris subito patribus orba. Infirmata prius morie Leonis, Nunc Anguste tuo funere languet.

Florens Imperij gloria quondam Desolata suo Cæsare marces, Hanc ultra spectem non habitura, Quam tecum moriens ocululisti.

Leges à senibus* rite statutas, Quas elapsa diu raserat ætas. Omnes ut fuerant ipse reformans Romanis studuit reddere causis.

Tu longinqua satis Regna, locòsque, Quos nullus potuit steterè Cæsar, Romanos onerans viribus artus, Ad civile decus excoluisti.

Quæ te non timuit patria viuum, Aut quæ non doluit Cæsar obisse? Sed quæ te timuit patria viuum, Hæc te nunc doluit Cæsar obisse.

Nam sic mitis eras iam superatis, Et sic indomitus gentibus asper, Vi qui non doluit, iure timeret, Et qui non timuit, iure doleret.

Luge: Roma tuum nomen in umbris, Et defuncta tuo lumine luge. Arcus frange tuos: sicq; triumphum De te Roma tuis hostibus aufer.]

* patribus alicui,

Quòd autem epitaphium hoc siue apud Pithœcum, siue alibi editum inueniatur Henrici Tertij nomine: non liquet quo pacto conuenire illi possit, cum Henrici Tertij tempore Leo Papa nullus fuerit; hic autem paulò ante Imperatoris obitum Leo quidam Papa Romæ obisse significetur. Sed neque Henrico I. tribui potest, quia Leo IX. qui eo imperante sedit, toto biennio ac ferè triennio ante illum decessit, & in Henricum II. minimè quadrant, quæ in his versibus dicuntur. Nec porro Leonis V. VI. VII. VIII. temporibus ullus fuit Imperator, cui aptari hæc possint: conueniunt autem optimè singula Lothario Imperatori. Nam Leo III. altero mense ante illum obiit, hoc est 16. Kal. Augusti hoc anno 855. cum Lotharius subito eodem anno 3. Kalend. Octobris migrarit e vita. Ad hæc, Lotharius Imp. leges Romanis condidit, ut dictum est, & notum x. Dist. x. & in præfatione Capitularium, & bella longinqua gessit in Gallia, Italia, Germania. quorum omnium hic mentio fit, ut iam de his dubitatio nulla omnino esse possit.

LXIX.

THEODORA AUGUSTA ABDICARE SE COACTA DETRUSA IN MONASTERIVM.

Quod ad res pertinet Orientis, hoc eodem anno Michaël Imperator, ut liberas in omnibus malis agendis habenas Imperij possideret, sublatis e medio viris probis relictis sibi à patre tutoribus, matrem suam Theodoram Augustam sanctissimam feminam, cum annos quatuordecim cum ipsa imperasset, detruit in monasterium, vbi & viuendi finem accepit. Plurima enim cum intercessissent, quibus ipsa Theodora Augusta tum filium Michaëlem, tum Bardam Patricium fratrem omnium illorum scelerum archi-

A architectum seuerè reprehendisset, iidem illam de medio tollere consilium inierunt, quod & fecerunt in hunc modum: Cum autem (inquit Curopalates) consueuisset Theodora Regina conferre se ad sacrum templum Dei Genitricis quod est in Blachernis, tum diuini cultus causa, tum ut cum filiabus lauaretur: vbi eam cognouit Imperator illuc aduentasse, eiusque consanguineus Bardas, misso Perrona, quem fratrem ipsius fuisse demonstrauius: eam derudent, & monacham cum filiabus esse iubent; eisque tum Cariani palatia definiunt, ademptisque quas habebant diuitiis, eas priuato non regio more viuere statuerunt.

Verùm Theodora haud multò post è vita decessit, cuius cadauer Basilius qui postea imperauit, & filias ad Mammæ monasterium, quod Gastria vocatur, ut ibi degerent, misit. Fuere Regina ista Theodoræ fratres duo, id est, Bardas dolorum consultor, & Petronas, filia tres Sophia, Maria, Irene, quarum Sophia Constantino Baluzico, qui ad magistratus honorem peruenerat, collocata fuit, Irene verò Sergio Patricio fratri Photij, qui postmodum ad Patriarchatus sedem ascendit, & Maria Arsaberæ Magistro viro forti, qui ea tempestate plurimum poterat. Omnes hæc honesta & decora facie, summaque virtute præditæ. Theodora vita sancta huiuscemodi prolem reliquit, omnisque rerum administratio ad vnum Bardam delata est. hæc Curopalates, quæ hoc anno contigisse, cum Michaël decimumquartum annum ageret in Imperio, certum est: nam & idem auctor affirmat, eundem Michaëlem annos quatuordecim cum matre regnasse, solum autem decem. Porro Theodoram ipsam diutius post hæc fuisse superstitem, litteræ Nicolai Papæ, datæ ad eam anno Redemptoris octingentesimo sexagesimo sexto, demonstrant, de quibus suo loco agemus, critque ibi de eadem Theodoro iterum mentio.

Hoc eodem anno, perseuerante in Hispania persecutione Sarracenorum, Amator Tuccitanus, Petrus & Ludouicus genere Cordubenses, cum munus prædicationis suscepissent Fidei Christi causa, perempti sunt pridie Kalend. Maias. Hos secutus ad coronam Vuitesindus ea ætate clarus, agit de his sanctus Eulogius in Memoriali Sanctorum.

IESV CHRISTI BENEDICTI PAP. III. LVDOVICI II. IMP. I. 856. ANNVS 2. MICHAEL III. IMP. 15.

D OCTINGENTESIMVS quinquagesimus sextus voluitur annus Indictione quarta signatus, cuius quinta die mensis Ianuarij Tiber excrecens Vrberm alluione vexauit. res lugubris ab Anastasio in Benedicto ita describitur: In mense igitur quinto consecrationis huius Pontificis, id est, mense Ianuarij, die sexta, fluuius, qui appellatur Tiber, alueum suum egressus est, & per campetria se dedit. Intumuit ita inundatione aquarum multarum, & ingressus per posterulam quæ vocatur sanctæ Agathæ, in Vrberm Romanam hora diei tertia ascendit, & inter cetera aliquibus locis ingressus est in Ecclesiam beati Siluestri, ita ut ex gradibus, quibus ascenditur in basilicam beati Dionysij, præ multitudine aquarum vnus qui superior erat, remaneret super aquas, & exinde expandit se super plateam quæ vocatur Viæ late, & ingressus est in basilicam sanctæ Dei genitricis Mariæ, quæ ibidem est, & tantum intumuit aqua, ut etiam portæ ipsius Ecclesiæ non viderentur præ multitudine aquarum. Et inde ascendit per plateas & vicos usque ad Cliuum Argentarium, & exinde remigrans ingressus est per porticum, quæ est posita ante Ecclesiam sancti Marci in mense supradicto die sexta, quæ est Apparitio Domini nostri IESV CHRISTI secundum carnem, id est, Theophania. Inde impetum faciens cœpit decurrere in cloacam, quæ est iuxta monasterium sancti Siluestri & sancti Laurentij martyris, quod vocatur Pallacini. Et ab ipso die cœpit paulatim aqua diminui, & fluuius post multa damna facta in suum alueum reuersus est. Nam domos euertit, agros desertauit euellens segetes, & eradicans arbusta. hæc Anastasius.

Ceterum Tiberis inundationem secuta est pestis, qua fluxione guttur obstructum, citam mortem inferret. meminit pestis huius (hocque nomine vocat) Ioannes Diaconus temporis huius scriptor, ad finem rerum gestarum sancti Gregorij Papæ ita scribens, dum agit de signis & prodigijs, quæ fieri contigerunt in monasterio eiusdem S. Gregorij ad Cliuum Scauri: Benedicti (inquit) quoque Pontificis tempore, Lucido

LXX.

B

B

C

C

D

^aNicol. epist. 14.

LXXI.

^bEulogius Mem. Sanct. lib. 3. cap. 13. & 14.

I.

TIBERIS INUNDATIO SVB PA. BENED. III.

II.

POST TIBERIS INUNDATIONEM

DE PROXI-
ME MORI-
TVRIS VA-
TIGINIVM.

III.

DE ORITV
LVCIDI
EPISCOPI
FICULENI.

V.

DE INSA-
NIA
REDDITO
SANITATI.

cido Ficuleno Episcopo eidem monasterio præminente, cum pestilentia faucium mul- A
tudo quotidie maxima deperiret: idem monachus, *Ioannes scilicet spiritus prophetia im-*
butus venit ad mortem. Cui desperanti beatus Gregorius in somnis apparuit, dicens:
Vis sanus fieri? At ille se velle, respondit. Et beatus Gregorius: Si mihi (inquit) pro-
miseris quæ tibi dixero, fore dicturum, scito te esse sanandum: sin verò, citius moritu-
rum.] Erat vir Dei humilis corde, & quod à Deo fuerat donum prophetiæ consecu-
tus celare studebat, vt et si ventura sciret, non diceret. hac de causa sub vitæ periculo
compellat eum sanctus Gregorius. pergit auctor: Cumque ille se dicturum tota certitudo
tudine promitteret, audiuit: Ito denuntians Sabæ, Ioanni, Benedicto, Martino, Pa-
lumbo, & Antonio monachis, Laurentio coco, Gemmoso carpentario, Accepto pi-
stori, Andree, Romano, & Leoni laicis, quoniam à craftino incipientes, omnes dietim
se moriendo subsequuntur.

Post quorum decessum denuntia, Lucidum Episcopum, qui tenet id monasterium, B
die septima moriturum. His dictis monachum oscitare præcipiens, duos digitos in fauces
coniecit, vulnusque discutens, vt excrearet, iniunxit. Ille rufiens partem coagulati san-
guinis, in morem lapidis, reuera proiecit: & ab ipsis penè mortis ianuis liberatus, eadem
nocte, contra spem omnium matutinalibus hymnis interfuit, & mirantibus fratribus, sa-
nitatis suæ modum innouit: quos, quando, & qualiter ex monasterij familia morituros
præuiderit, indicauit. De sola interim Episcopi morte dubitando conticuit, Et è vestigio
in cunctorum morti deputatorum auribus volans fama discurrit. Et dum ex relatione
monachi se morituros certa die cognoscerent, dispositis suis reclus, ita se in morte secuti
sunt, sicut fuerant in somno nominati.

IV.

Cumque presbyter & monachus Lucido Episcopo tam durum nuntium reuelare ti-
meret, tacere autem penitus non auderet; monasterio se tandem proripuit, & in do-
mum Episcopi non longè à flumine Tiberi, è regione videlicet iuxta basilicam fan-
ctorum Cyri & Ioannis positam, somnium nuntiaturus accessit. Quem scilicet vbi
cum Pontifice in palatio prandere cognouit: expectans redeuntem sacerdotalibus ve-
stimentis indurum, colore fulgidum, valitudine quoque sanissimum salutare curauit.
Cui Episcopus ait: Iam nunc in tota Vrbe pro diuino haberis, quia de his, quos moritu-
ros pronuntiaſti, solus vnus remansit. At ille: Vtinam sicut & ille quem viuere putas,
defunctus est, sic ipse qui hunc sequi prædictus est, exiliret. Cumque Episcopus de
eo tota curiositate requireret, & monachus dicere palpitaret: tandem vbi die sexto se
moriturum cognouit, expalluit, atque contremuit; resumptisque viribus contra mo-
nachum frenduit, quem redire volentem retinuit: interiora cubiculi peruagus pene-
trauit, paulatim sibi fauces dolere præsentit; deinde tacto pulsus, mox febris signa cog-
nouit, monacho credidit, domum suam disposuit, ad monasterium cui præerat, eun-
dem redimitus, quibus à Patriarchio reuersus fuerat, venit. Secunda feria, cunctis
ram subitam conuersionem mirantibus, monachicum habitum suscepit; & paulatim,
ingrauescente morbo, sextæ feriæ diluculo obdormiuit. Et denuò suscitatus, apparuisse
sibi sanctum Andream Apostolum, seque circa horam tertiam vocandum esse, sibi que
præceptum perhibuit, vt quia suæ mortis expectatione suspensi monachi S. Fabiani mu-
nia solita celebrare non poterant, mox corpus suum sepulturæ traderent; acceptisque à
se cereis ac thymiamatibus, ad peragenda solemnia festinarent. Hora itaque tertia Epi-
scopus lætus defungitur, vt in ipsa vultus eius læticia, conuersio ipsius Deo fuisse placabi-
lis, cunctis videntibus demonstraretur.

Eodem tempore germanus cuiusdam monachi mentis insaniam passus est, ita vt
humana commercia fugiens, multo tempore peruagus per cryptas solitarias & cœnosa
monumenta discurreret. Cuius insanix frater nimium condolens, quotidie S. Grego-
rium profusis lacrymis precabatur, vt sibi fratrem sospitem reddere dignaretur. Itaque
cum nocte quadam post huiusmodi fletus quiesceret, B. Gregorius apparuit ei, dicens:
Videns lacrymas tuas suscepi orationem tuam. Et ecce germanum tuum tibi hodie redu-
cam sanum. Et hoc tibi signum, quia statim vt dies illuxerit, iussu Pontificis presbyter
qui hinc inclusus est, extrahetur. Qui surgens matutinali tempore fratribus indicauit. For-
tè tunc idem presbyter Campanus de loco qui Claustrum, non longè à Tarracina, vocat-
ur, à suis accusatoribus iam contemptus, à cunctis quoque suis fuerat in obliuionem
ductus, cum nullum propinquum, nullum in Vrbe cognitum habere potuisset, qui de

co

A eo Pontifici suggestisset; & monachi quidem pro eo satagerent, sed perficiendi aditum
non haberent: Pontifex diuinitus recordatus eiusdem, diluculo hunc ab ergastulo iussit
extrahi, liberumque dimitti. Nec multò post monachi frater ita sanus reuersus est,
vt videretur hætenus in eiusdem Patris monasterio tanto fidelius deservisse, quanto se
illius adminiculo meminit ad sanctitatem pristinam remeasse.] Iuucusque Ioannes Dia-
conus. Iam reliqua quæ anni huius sunt prosequamur.

Eodem anno Michaël Imperator, secundum antiquam consuetudinem, cum acce-
pisset nouum Romæ creatum esse Pontificem, legationem ad eum misit cum muneribus,
de quibus meminit Anastasius verbis istis: Huius Benedicti Papæ temporibus Mi-
chael Imp. filius Theophili Imp. Constantinopolitanæ vrbis ob amorem Apostolo-
rum misit ad B. Petrum Apostolum dona per Lazarum monachum & pictoriæ artis ni-
mis eruditum, genere verò Chazarum, id est, Euangelium auro purissimo textum cum
diuersis lapidibus pretiosis, calicem similiter ex auro & lapidibus circumdatum, reti-
cula pendencia ex gemmis albis pretiosissima pulchritudine decorata, vela duo de holo-
ferico cum Crucibus de holoserico, & lista de chrysoclauo, parua coopertoria ipsius ca-
licis sicut mos Græcorum est. Similiter & vestem de purpura Imperiali vnã super al-
tare maius, ex omni parte cum historia habente cancellos & rosas, de chrysoclauo ma-
gnæ pulchritudinis decoratam: etiam & velum de stauraci vnũ cum Cruce de chry-
soclauo, & litteris ex auro Græcis.] hæc Anastasius, qui & mox ista subdit de Rege La-
zorum, siue (vt habet alia lectio) Saxonum.

Is temporibus Rex * Lazorum nomine causa orationis veniens relictis om-
nibus suis rebus, Regnum proprium dimisit, & Romam properans ad Limina Aposto-
lorum Petri & Pauli cum multitudine populi, obrulit dona beato Petro Apostolo, co-
ronam ex auro purissimo pensantem libras quatuor, baucas ex auro purissimo duas pen-
santes libras spatham cum auro purissimo ligatam. Item imagines duas mi-
nores ex auro purissimo, gabathas taxifcas de argento exauratas quatuor, saracam de
holoserico cum chrysoclauo, vela minora de fundato duo. Idem Rex dedit rogam in Ec-
clesia beati Petri Apostoli Episcopis, presbyteris, & diaconibus, & vniuerso Clero &
Optimatibus ex auro, populo autem minutum argentum. Postmodum verò finita ora-
tione, reuersus est ad proprium Regnum suum, & post paucos dies vitam finiuit, & per-
rexit ad Dominum.] hæc apud Anastasium. licet diuersa sit lectio in Rege Lazorum, siue
Saxonum: tamen Saxonum Regi Ludouico filio Ludouici Pij tribui hæc non possunt,

qui nec inuenitur sub Benedicto Romam venisse, nec sub eodem defunctus esse: fortasse
autem accidit vt Michaëlis Imp. Legato se coniunxerit Rex Lazorum, & ex remotissi-
mis regionibus trans mare Caspium pietatis ergò peregrinationem cõsuetam ad Limina
Apostolorum suscepit. Quo etiam tempore & ipse Patriarcha Constantinopolitanus
Ignatius mittens ex more ad nouum Pontificem legationem, dedit & Legatis Acta syno-
dalia, quibus probaretur legitime facta Gregorij Syracusani depositio. Nam cum de lata
in eum sententia antea (vt vidimus) scripsisset ad Leonem prædecessorem Pontificem, vt
ab eo confirmaretur, & ipse detrectasset, quòd de ea causa reddi certior cuperet, & audi-
re Gregorium: Leone ipso vita functo, cum eius successore Benedicto hoc ipsum Igna-
tius egit. Qui cognitis cunctis quæ spectarent ad causam, depositionem ipsius Gregorij
tunc præsentis confirmauit, dignumque iudicauit qui à munere sacerdotali esset extor-
ris. Hæc omnia nota sunt ex litteris Nicolai Papæ, Benedicti ipsius successoris, qui in
epistola * ad Photium scripta, cui narrationem gestarum rerum intexuit, & in alia ad Epi-
scopos Orientalis Ecclesiæ b manifestè testatur, Gregorium Syracusanum ab Apostolica
Sede conuictum atque excommunicatum fuisse; eundemque promississe haud quid-
quam moliturum aduersus Ignatum Patriarcham, quòd tamen minimè præstitit, sed
reuersus multa mala aduersum machinari non cessauit, quousque eum violenter con-
gregato conciliabulo, è sede deponendum curauit. Sed de his suo loco pluribus agen-
dum erit sub Nicolao Benedicti successore. hæc de rebus Orientalibus.

Contigit eodem tempore, eundem Romanum Pontificem Benedictum litteras
consultorias accipere à Lupo magni nominis Abbate Ferrariensi, diocesis Senonen-
sis, quæ adhuc extant, & dignæ sunt, quæ integræ Annalibus intexantur, sic enim
se habent: *

Domino præcellentissimo, & omnibus Christianis vnice singulariterque venerando
Annal. Eccl. Tom. 10. M viii-

MICHAELIS
IMP. LEGA-
TIO AD BE-
NE DICT.
PAP.

VII.
* SAXONUM
REX LAZO-
RVM RO-
MAM VE-
NIT.

BENEDI-
CTVS PAPA
GREG. SY-
RACVSANI
DAMNATI-
ONEM
CONFIR-
MAT.
* Nicol. ep. 6.
* Lup. epist.
10.

VIII.

* Lup. epist.
10.

LVI CON-
SVLTATIO
AD BENE-
DICTVM
PAPAM.

vniuersali Papæ Benedicto vltimus Abbatum Lupus ex monasterio Galliarum, quod vocatur Bethlehem siue Ferrariarum, præsentem prosperitatem & futuram beatitudinem.

Tempore decessoris vestri beatæ memoriæ Leonis, functus legatione Romæ, cui auctore Deo præsidetis, & ab eodem Antistite exceptus benignè atque tractatus, postquam vos non esse inferiores religione fama declarauit, nec tantum potestatis beatissimi Petri participes, verum etiam humilitatis, quam in allocutione^a Cornelij vulgavit, heredes, vera morum vestrorum expensio certa ratione perdocuit: ausus sum tantillum cognitioni vestræ sublimitatis me scriptis ingerere, meamque exiguitatem & fratrum meorum monachorum vnanimitatem eximietati vestræ committere, vt in vestris sanctis orationibus mereamur à Deo & in præsentem consolationem, & in futura communionem salutis feliciter consequi.

IX. Fratres præterea & presbyteros nostros Adulphum & Acaricum, qui spontaneam peregrinationem pro nomine Domini susceperunt, & quamquam laboriosissimè, ad Memoriam beatissimorum Apostolorum, ceterorumque Sanctorum tandem aliquando peruenerunt, specialiter vestræ mansuetudini commendamus, vt eos pietate competenti fouere dignemini, & consuetudinibus Ecclesiasticis, quæ variè in diversis locis tenentur, diligenter instruere; vt per eos ad nos, & ad ceteros quosque talia piè quærentes institutio Romana perueniat. Siquidem in quibuscumque ad religionem & honestatem pertinentibus ambiguitatem creat varietas, vt optima quæque eniteant, illuc sollicita inuestigatione credimus currendum, vnde vbiq; Fidei manauit exordium.

X. Ceterum quia parentes thesaurizare debent filiis, vt Doctor Gentium^b manifestat, nosque vobis obsequentissimi filij esse cupimus: commentarios beati Hieronymi in Ieremiam post sextum librum vsque ad finem prædicti Prophetæ, per eosdem fratres nostros mitti deposcimus in codice reuerendæ veritatis vestræ sanctitatis. Si id obtinuerimus, postquam celeriter exscriptus fuerit, sine dubio remittemus. Nam in nostris regionibus nusquam vllus post sextum commentarium potuit inueniri, & optamus in vobis recuperare quicquid paruitati nostræ deesse sentimus. Petimus etiam Tullium de Oratore, & duodecim libros institutionum Oratoriarum Quintilianii, qui vno, nec ingenti volumine continentur, quorum vtriusque auctorum partes habemus, verum plenitudinem per vos desideramus obtinere. pari intentione commentum in Terentium flagitamus. Quæ auctorum opera si vestra liberalitas nobis largita fuerit, Deo annuente, cum commemorato S. Hieronymi codice fideliter omnino restituenda curabimus. Sanctitatem vestram ad totius Ecclesiæ vtilitatem diuina clementia diuturnis temporibus conseruare dignetur. hucusque ad Benedictum Pontificem Lupum.

XI. Quod ad reliqua status rerum Francorum spectat: erat planè hoc tempore miserandus atque lugubris sub Carolo Caluo, nam vndique ebullicbant factiones, subditorumque rebelliones: excrecente enim vndique sceleratorum audacia, increbrescebant vbiq; furta, deprædationes, grassationes, & cædes, omneque violentæ turpitudinis genus. Ad quæ omnia euellenda idem Carolus, hoc ipso anno, habuit Synodum in villa, Carissiacum nominata, ex qua eiusdem Regis scripta est ad suos admonitio siue exhortatio ista, quam numquam hætenus (quod sciamus) editam, ex codice Antonij Augustini, licet mendoso admodum^c, hinc tibi cudendam curauimus:

In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis Carolus Dei gratia Rex illustris Episcopis & dilectis, ac fidelibus Missis illustribus, Comitibus nostris illustribus salutem.

Notum sit fidelitati vestræ, quia decimoquinto Kalend. Martij, secundum sacram auctoritatem Synodum venerabilium Episcoporum, ac conuentum fidelium nostrorum apud Carissiacum fecimus conuenire. Cum quibus inter cetera Ecclesiastica vtilitatis ac Regni necessitatis negotia considerauimus, qualiter rapinæ, & delationes, quæ partim occasione superirruentium paganorum, partim mobilitate quorundam fidelium nostrorum in Regno nostro, per eos etiam qui Ecclesiam Dei defendere & tueri, & Regni soliditatem & quietem debuerant prouidere, grassantur: aliquo modo, annuente Domino, sedari valeant & amoueri.

XII. Quorum consilio decreuimus, vt quia peccata, quæ in suo initio, vt sunt, magni ponderis æstimantur, pernicioso processu ipso etiam exitiabili supra^a ius mentibus loquantur, & quasi insensibiles: ac si quando resipiscere moluntur, castibus suis obligent,

SYNODVS
APVD CA-
RISSIACVM.
^c Ex scripto
cod. Anton.
August. pag.
20. vsque 22.

^a Locus corruptus

A gent, vt si resurgere velint, non possint. Antequam censura Ecclesiastica, ac legales sententiæ huiusmodi prædatores terribiliter & damnabiliter feriant, Episcopi quique in suis parochiis, & Missi in illorum Missaticis, Comitibusque in eorum Comitibus pariter placita teneant, quò omnes Reipublicæ ministri & Vassi Dominici, omnesque quicumque vel quorumcumque homines in iisdem parochiis & Comitibus, sine vlla personarum acceptione & excusatione, aut dilatione conueniant. & Episcopi illius parochiæ breuiter annotatas sententiæ de eiusmodi causa, Euangelicæ videlicet & Apostolicæ & Propheticæ auctoritatis, necnon & decreta Apostolica atque canonica omnibus relegant, & aperto sermone cunctis, quale, quantumque peccatum sit, & qualem quantamque penitentiam, & quam immanem, seuerissimamque vindictam exposcat, cum aliis debitis & necessariis atque vtilibus prædicationibus innocescere curent.

B Missi quoque legales sententiæ, sicut eas cognitæ habent, annotent, & prædecessorum nostrorum Regum atque Imperatorum, nostrarumque Capitula de hac causa in vnum collecta omnibus nota fiant. Et Episcopi Dei & Apostoli auctoritate tales deprædationes omnibus interdiciant, & Missi & Comites nostri cunctis ex regio nostro banno prohibere firmiter studeant, & cognoscant omnes, quia si abhinc in ante in Regno nostro talia facere aliquis præsumpserit, secundum diuinas sententiæ specialiter excipiet sententiam, & secundum leges ac Capitula regia emendari cogetur, & secundum iudicium fidelium nostrorum condignam vindictam suscipiet.

C Et si talis persona fuerit, vt Episcopi & Missi nostri ac Comites in illorum ministeriis quod prauum actum fuerit potuerint emendare, secundum præfixa monita illud emendare studeant, aut per fidei iussores ad nostram præsentiam venire faciant. Si autem aliquis, quicumque inobediens extiterit, cum summa festinatione nobis notum facere curent, vt quanto citius ad nostram præsentiam illum venire iubeamus, & dignam vltionem, secundum iudicium fidelium nostrorum sustineat. Et si (quod absit) talis emergerit, qui Dei timore postponat, & Ecclesiasticam auctoritatem contemnat, ac regiam potestatem refugiat: sciat quicumque ille fuerit, quia & secundum canonicam auctoritatem ab omnium Christianorum cœtu, & sanctæ Ecclesiæ consortio, & in cælo & in terra alienus efficietur, & regali potestate atque omnium Regni fidelium vnanimitate, sicut Dei & Ecclesiæ inimicus & Regni deuastator persequetur, vsque dum à Regno exterminetur.

D Et si aliquis Comes fuerit qui hoc in suo Comitatu fecerit, aut vbi talia increfcere permiserit, & ipse illa non emendet, aut nota nobis non fecerit, vt nostra auctoritas talia corrigat: sciat quia talem sententiam inde sustinebit, sicut tempore antecessorum nostrorum consuetudo fuit. Et si aliqui itinerantes deprædationes & rapinas per Regnum nostrum fecerint, & Episcopi seu Missi & Comites hoc emendare non potuerint, quam citius possint, nobis notum facere curent, vt iubeamus ipsos deprædatores per eandem viam cum Misso nostro redire, & illa omnia, quæ alij egerunt, legaliter emendare, & talem armiscaram, sicut à nobis iussu fuerit, aut iudicium, sicut cum fidelibus nostris considerauerimus, sustinere. Si autem dilecti fratris nostri, ac nepotum nostrorum homines fuerint, qui talia egerint, & hoc nobis innotescat, vt illis nota faciamus. Et illi suos homines, sicut illis melius visum fuerit, de talibus castigare procurent, sicut & nos nostros homines castigare volumus. Si in illorum Regnis indecentia, & aliqua noxa (quod absit) facere præsumpserint: admonendi sunt qui aliena rapere contendunt, vt sollicitè audiant, quod veniens in iudicio Dominus dicat: ^a Esuriui & non dedistis mihi manducare, &c. quibus dicit: ^a Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Hinc ergo colligendum est, quanta damnatione plectendi sint qui aliena rapiunt, si tanta animaduersione feriuntur qui sua indiscretè tenuerunt. Perpendant quo eos obliget reatu res capta, si tali subiciit pœnæ non tradita. perpendant quo demeretur iniustitia illata, si tanta percussione digna est pietas non impena.

E Audiant raptores qui multiplicant non sua vsquequaque, & aggrauant contra se densum lutum: Densum lutum contra se aggrauare, est terrena lucra cum pondere peccati cumulare.

Audiant quid Christus dicat: ^c Quid prodest homini si totum mundum lucretur, animæ verò suæ detrimentum patiat; id est, Quid prodest homini si totum quod est extra se congregat, & hoc solum quod ipse est damnat.

Annal. Eccl. Tom. 10.

M 2

Audiant

- Audiant illi qui rapiunt in hoc sæculo: deficient autem & in sæculo dimittent; sed secum ad iudicium causas rapinæ, id est, damnationem secum ferent, ut alibi scriptum est.
- ^a *Isaie 3.* Audiant quia propheta *Isaias* dicit: ^a Rapina pauperis in domo vestra, & causa viduæ non ingreditur ad eos, & lacryma viduæ usque ad maxillam descendit; & Dominus non delectabitur in illis.
- XVII.** Audiant quia in cuius domo rapina est, siue in domo corporis, siue in domo mansionis, non habitat in illa domo Spiritus sanctus, sed spiritus malignus. Et si accedit ad communionem corporis & sanguinis Christi ante dignam satisfactionem, non mundatur per illam communionem à peccato, sed plenius, sicut Iudas quando in cœna plenus rapina & iniquitate communicare præsumpsit de manu Christi, possideret à diabolo, unde & suspensus crepuit medius. Ad quem causa viduæ non ingreditur, nec ipse si dignè non satisfecerit, in cœlestem Ecclesiam intrare valebit.
- XVIII.** Audiant raptores quid iterum Propheta dicat: ^b Qui prædatis, nonne & ipse prædaberis? Videlicet quia ille qui prædatur res pauperum & Ecclesiarum ac feruorum Dei, deprædatur à diabolo, & præda illius fit.
- XIX.** Audiant quid sanctus Apostolus dicat, per quem locutus est Christus, & qui raptus fuit usque ad tertium cælum, & qui raptus fuit in paradysum, & audiuit talia secreta verba, quæ non licebit hominibus loqui: ait namque ^c: Quia neque rapaces, neque homicidæ, neque adulteri Regnum Dei possidebunt. Ille intendat quale quantumque peccatum est rapina, quam cum adulterio & homicidio sanctus comparauit Apostolus. Item ipse dicat: ^d Si quis fornicator aut adulter aut rapax aut homicida est, cum huiusmodi nec cibum sumere Christi discipulo, id est, Christiano licet ante satisfactionem, id est, correctionem, ac emendationem, & dignam pœnitentiam.
- XX.** Audiant quod sanctus Ioannes Apostolus electus & dilectus Christi, qui in cœna supra pectus eius recubuit, talem hominem salutare vetat, dicens: ^e Nec Aue dixeris, nec in domum receperis.
- XXI.** Audiant quid in Toletano ^f Concilio sancti Episcopi, qui in cælo & cum Deo regnant, & in terris miraculis coruscant, de totius mundi partibus congregati decreuerunt: Si quis de potentibus clericum aut quemlibet pauperem, aut religiosum expolauerit: & mandauerit ad ipsum Episcopus ut eum audiat, & si contempserit, inuicem mox scripta percurrant per omnes prouincias Episcopos, quoscumque adire potuerint, ut excommunicatus habeatur, donec audiat, & reddat aliena. ecce de pauperum raptoribus.
- XXII.** Audiant raptores & prædones rerum Ecclesiasticarum, quod sanctus ^g Anacletus Papa ab ipso Petro Apostolo presbyter ordinatus cum totius mundi sacerdotibus iudicauit, dicit namque: Qui abstulerit aliquid patri vel matri, homicidæ particeps est. Pater noster sine dubio Deus est qui nos creauit, mater verò nostra Ecclesia, quæ nos in baptismo regenerauit: ergo qui Christi pecunias & Ecclesiæ rapit, vel fraudat, homicida est, utque homicida ante conspectum iusti Iudicis deputabitur. Qui rapit pecuniam proximi sui, iniquitatem operatur: qui autem pecuniam vel res Ecclesiæ abstulerit, sacrilegium facit, & ut sacrilegus iudicandus est. Item sanctus ^h Urbanus Papa & martyr: Res & facultates Ecclesiæ oblationes appellantur, quia Domino offeruntur, & vota sunt Fidelium & pretia peccatorum, & patrimonia pauperum. Si quis illa rapuerit, reus est damnationis Ananiæ & Sapphiræ, & oportet huiusmodi rradi Satanæ, ut spiritus saluus sit in die Domini. Item sanctus Lucius ⁱ Papa: Rerum Ecclesiasticarum & facultatum raptores, à liminibus sanctæ Ecclesiæ anathematizatos, Apostolica auctoritate pellimus & damnamus, atque sacrilegos esse iudicamus; & non solum eos, sed etiam omnes consentientes; quia non solum qui faciunt, rei iudicantur, sed etiam qui facientibus consentiunt. par enim pœna agentes & consentientes comprehendit.
- XXIII.** Et sanctus Augustinus in sermone Euangelij sancti Ioannis ita dicit: Fur sacrilegus loculorum factorum & Dominicorum est Iudas; & qui aliquid de Ecclesia furatur, & rapit, Iudæ perditio comparatur. Item in sacris Canonibus sancto Spiritu dictatis, & Christi sanguine confirmatis scriptum est: Si quis oblationes Ecclesiæ extra Ecclesiam accipere & dare voluerit præter conscientiam Episcopi & eius, cui huiusmodi officia commissa sunt, nec cum eius voluerit agere consilio, anathema sit. Episcopus autem omnibus dicere debet, quid anathema sit; & ne desperent, ostendere debet, quamdiu duret anathema, id est, quamdiu quisque errorem non corrigit, & digna satis-

- A satisfactione non emendat, ut reconciliationem & indulgentiam valeat promereri. Si quis verò ante satisfactionem & reconciliationis indulgentiam in peccatis suis perseuerans, mortuus fuerit: iam anathema perpetuum illi erit & peccatum ad mortem, pro quo non dicit ^a Apostolus ut oreretur. Sed & plura si necesse fuerit, Episcopus quiscumque colligere & dicere procurabit.] hucusque Caroli ad Episcopos exhortatio. Qui & Capitula nonnulla ad populos sibi subditos misit ad conciliandos ipsos, cum illi his non acquiescentes deteriora adderent, nempe ut defectionem pararent. est autem eorundem eiusmodi inscriptio:
- Hæc quæ sequuntur Capitula, misit Rex Carolus ad Francos & ^b Aquitanos, qui ab eo deficiuerant, anno Incarnationis Dominicæ octingentesimo quinquagesimo sexto, Nonis Iulij de Palatio Carissiano per fideles Missos suos Alardum Abbatem, Rodolphum, Rithuinum, Adalgarum, & Berengarium.] quæ nos quòd minus spectent ad Ecclesiasticos Annales, ad vitandam prolixitatem hic describere prætermittimus. Sunt hæc planè illa tempora, quorum mentio est in epistola Lupi Abbatis Ferrariensis, de qua supra, his verbis: ^c In Regno Caroli Regis nostri, nouis exortis rebus, impunè latrocinia committuntur, & nihil securius atque constantius quam rapinarum violentia frequentatur. Talis igitur est comitantium quærenda societas, quorum numero atque virtute improborum factio euitetur, aut si necesse fuerit, repellatur.] & in vltima epistola scripta ad Guenilonem Archiepiscopum Senonensem eodem argumento, deplorans tempus hoc infelicissimum, ait: ^d Vnanimis tantum vobis in omnibus supplicabo, & ad idem agendum fratres meos horabor, ut Deus inspiret vobis consilium, quo generaliter pro omnibus Christianis, ne peccatum iniustitiæ, quæ nos iam miseros fecit, in damnationem trahat sempiternam. In diebus pontificatus vestri ad tantam libertatem vitia proruperunt, ut vindicata impunitate, apertis quibusque, nec Deus, nec Rex, nec Episcopus timeatur. Quid moramini? Quid vltra expectatis? Aut Deus vestra industria & auctoritate ad æquitatem reducet res humanas, aut hæc malorum incrementa post inauditas contumelias, parè omnes, qui pauci remanserunt, oppriment. Innocentes videtis, quia secundum beatum *Isaiam*: ^e qui recedit à malo prædæ patuit. Nec tutus quisquam contra violentiam raptorum est, nisi qui viribus præualeat, aut in eorum concessit collegium.] hæc Lupus. Reperitur apud eundem inter epistolas suas vna ex illis admonitionibus, quas (ut audisti in Caroli Regis nuper recitata admonitione,) idem Rex per Episcopos singulos in sua parochia ad populum sibi subditum scribi præcepit, ut abstineat à peccatis, præcipue verò à factionibus atque deprædationibus: sic enim se habet titulus:
- ADMONITIO.**] scripta ut puto ab ipso Lupo pro Episcopo Senonensi, sub cuius parocchia ipse erat. sequitur ipsa:
- Diuersis malis afflicti, causas eorumdem malorum debemus cognoscere, & cognitatas, auxiliante Dei misericordia euitare. Causam prosperitatis & aduersitatis Spiritus sanctus aperte demonstrat his verbis: Iustitia & eleuat gentem, miseros facit populos peccatum. peccatum quo miseri efficimur, hoc esse credibile est, quod cum simus fide Christiani, sempiternæ felicitati præponimus temporalem, & illam nisi respicamus, perdemus, & hanc quæ quantulumque posset esse, si recti esse vellemus, non apprehendemus. Quia ergo vindicta Dei & in hac vita temporaliter incipit, & usque ad alteram quæ finem non habet, nisi conuersio subueniat, pertendit; & hinc sæpè bonos bona temporalia comitantur, alibi autem eosdem bonos æterna bona coronant, siue prælatos, siue subditos: omnes deponamus excusationes, & cum sibi vnusquisque sit conscius, in quibus maximè Deum offendit, communiter eum & obedienter audiamus monentem: Redite ^f præuaricatores ad cor. Itaque ^g lauamini, mundi estote, auferite malum cogitationum vestrarum ab oculis meis: quiescite agere peruersè, discite benefacere: ut per pœnitentiæ salutarem cursum perueniamus ad indulgentiæ tutissimum portum. Ita enim valebimus non solum effugere mala præsentia, verum etiam bona sperare ventura. Dediscamus sola carnalia appetere. De consequendis spiritualibus aliquando cogitemus, ut & nostræ cupiditates temperentur, & modum aliquem teneant.
- Veniat nobis in memoriam celer eorum transitus, quos in dignitatibus vidimus: nec obliuiscamur quòd eos quotidie sequimur. Ad mortem enim sine intermissione

CHRISTI
856.BENEDICTI PAP. III.
2.LVDOVICI II. IMP. I.
MICHAEL. III. IMP. IJ.

properamus. Repetamus mores quibus hoc Regnum creuit, & viguit. Nullæ sint A
factiones, nullæ conspirationes inter nos, qui Patrem inuocamus Dominum, quibus
dicunt Pontifices, Pax vobis, & pro quibus omnes orant concorditer sacerdotes: Da
propitius pacem in diebus nostris, & Pax Domini sit semper vobiscum. Et quibus pol-
liceri dignatur: ^a Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur. Illa comminatio eius non
^b videatur nobis contemptibilis: ^b Væ illi, per quem scandalum venit. Ne fortè (quod ipse
^c auertat) ^c sola vexatio det aliquando intellectum auditui. vt infelici experimento quod
nunc non credimus, aut nos nescire fingimus, in tormentis positi sentiamus.

XXVII. Prædas & rapinas conuersationi Christianæ nimis contrarias, & à Regno Dei miserri-
mos excludentes, penitus deponamus. contra hos enim sic sermo Apostoli fremit: Ne-
que ^d rapaces Regnum Dei possidebunt. Pro Dei timore atque amore lucra propria in-
termittamus, bono communi & publico certatim & vñanimitè consulamus. Vt dum B
tranquillitatem Fidelibus præstare nitimur, & vires resistendi infidelibus recuperemus,
& ab eo qui est omnipotens, vtriusque pacis idem, & qualis nunc esse potest, & illius
consummatæ, quæ solis electis dabitur, gaudia consequamur. Illud autem neminem nos-
trùm fugiat, quibusque doctissimis vsque ad nostram ætatem probatum & creditum;
quia per discordiam res maximæ dilabuntur: ne fortè dum cupimus nostra securius te-
nere, vel ad maiora capiendâ felicitis conscendere; iusto Dei iudicio, ruina nos Regni,
quam nostris dissensionibus præparamus, inuoluat, & in perniciem animæ & corporis
pertrahat.] hæc nunc sermo ex sententia Caroli scriptus ad populum, ab Episcopo autem
nuntiandus. Porrò aduersus malum ingruens laborandum fuit etiam ipsi Romano
Pontifici Benedicto. Etenim cum huiusmodi deprædationibus inter alios daret quo-
que operam Hubertus subdiaconus, Bosonis filius, re perlata ad Benedictum Papam, ad C
uersus eum Apostolicas litteras dedit ad præfules omnes sub Caroli Regno constitutos,
per quos eadem ipsi innotescerent, quæ sic se habent:

Benedictus Episcopus seruus seruorum Dei omnibus reuerendissimis & sanctissimis
Archiepiscopis, cunctisque Episcopis in Caroli gloriosi Regis Regno morantibus.

Bonorum semper innouamur auditu, & actibus hilarescimus Deum diligentium ani-
mo superna ^{*} pollentium, quos beatitudo sublimat, diuinoque connectit confortio, &
poli perducit ad climata: atrocitatibus autem, actibusque malorum lamentamus, quo-
rum sceleribus conuersatio circumdatur, & plena malis eorum operatio manet: quorum
in cunctis curis est detestabilis, perseuerantia ^{*} sæua, infelixque opinio. Quibus Hu-
bertum clericum quondam Bosonis filium relatione similem esse cognouimus, qui tan-
tis squaloribus irretitus, mentem ad superna non subleuans, eorum perennis particeps D
esse nolit. Multorum verò ingemiscientium clamoribus hominum horridisque asertio-
nibus plura infelicis suæ audaciæ mala, dirasque perpetrations nostrri Præfatus didice-
re Legati. Qualiter olim sacrorum fuit coniunctus numero clericorum à Deo, vt in di-
uinis celebrandis mysteris, more subdiaconorum, sacras Lectiones, conficendos am-
bonem, populis nuntiaret: Nunc autem (quod lacrymantes referimus) iniquorum
sceleratissimorumque hominum conuersationibus sociatus infaustæ vitæ iniquus, &
multis piaculis criminibusque plenus, ad periclitationem suam, quo non debuerat, ani-
mæ, iniquo ^{*} certamine tendit, & cruenta tyrannide perseuerat. Et hoc multis narra-
tibus audire, quod cum scenicis mulieribus quotidie degere non dubitat, quæ animas
perdunt, corpora fauciant, ad imaque deducunt.

XXIX. Et quia aggregatione multorum hominum sibi noxiorum coniuncta, multa in ple-
bem Domini, preciosa quam passione è faucibus nequissimi eripuit leonis, atque re-
demit, homicidia, & innumera adulteria, turpesque fornicationes, ac deprædationes
illicitas & insustentabiles perpetrare non cesset: sed & pluribus item affirmanti-
bus didicere, quod monasterium sancti gloriosique Mauritij martyris Apostolicis priui-
legiis munitum tanta ferocitate peruasit, vt nullus iam præfata religionis in eo ordo
seruetur: (nam illa quæ Deo ibidem famulantibus ex opibus ipsius ministrabantur,
nunc meretricibus, canibus, atque auibus, nequissimis nec non hominibus
sua largiuntur præceptione:) idque monasterium ab Ecclesia findens, annonas quas
possidere videatur Antistes, sacrorum Canonum Parrumque violans sanctiones, inde-
center possidere non dubitet: Et quia monasterium in commemoratione beati Petri
Apostoli, Luxouij constitutum, cuius claustrum aditus mulieribus numquam patuit:
hostili

^aMatth. 5.^bMatth. 18^cIsaia 28.

XXVII.

^d1. Cor. 6.^eExcod. Ant.

Aug. man.

scripsit.

XXVIII.

^{*}petentium,^{*}sua,^{*}conamine

XXIX.

CHRISTI
856.BENEDICTI PAP. III.
2.LVDOVICI II. IMP. I.
MICHAEL. III. IMP. IJ.

A hostili modo ingressus, cum illicitis mulieribus per aliquot dies commorari non tre-
pidarit: Quædam etiam mulier, quæ causa pudicitie proprio se viro dissociavit, Deo-
que se vouit atque dedicare promisit, & postmodum diaboli iaculo terebrata atque per-
cussa, à monasterio fugiens, cuidam adultero iuncta, suæ se defensionis submisit; po-
stremò Archiepiscoporum, Episcoporumque quæstia cœtu minimè est præsentata, qui
vnà cum defensoribus suis eam ab Ecclesiastica communione expulere. quam hæcenus
vsque diuinum non timens iudicium sua defensione retinere non cessat. Pacem quam
inter Ludouicum munuimus Cæsarem semperque Augustum suosque gloriosos ger-
manos, sua miserriam cupiditate, ad multorum Christianorum necem atque pericu-
lum scindere (vt audiuimus) non dubitauit. Hæc & multa horum similia de ea au-
dientes, profusis lacrymis condolemus, ne suæ fragilitatis in his eum finis contingat,
B erebique voragini addicatur. Propterea volumus, & Apostolica sacra præcipimus aucto-
ritate & indultia, vt omni postposita excusatione, ablatoque ingenio, post triginta die-
rum curricula vbi hæc illi fuerit præsentata epistola, iter inchoare non pigeat, Romam-
que celeri studio properare festinet, vt præfentialiter videre valeamus atque cognoscere,
si taliter circa eum hic quæ dicuntur existant, vt spiritali abluere censura curemus, fau-
ciataque membra cælestis reformare medicinæ ^{*} collegio valeamus. Cupimus enim ip-
sum tantis erutum esse delictis, & supernæ patriæ sacris monitis perficere ciuem. Si au-
tem venire neglexerit, ad nostramque Apostolicam Sedem secundum præceptionem
pergere noluerit: Scire vos volumus, quia mox illum ab Ecclesiastica communione ex-
pellimus, ita vt nec vobiscum, nec cum aliis Christianæ cultoribus Fidei confortium
habeat, & à Dominico corpore & sanguine eum facimus alienum. Optamus beatitudi-
nem vestram in Christo benè valere.] hæc Benedictus.

Hoc eodem anno (habet vetus Chronicon à Pithæo editum) mense Februario, qua-
ta die mensis defunctus est Rabanus Archiepiscopus Moguntiacensis Ecclesiæ, habens
in Episcopatu annos nouem, mensem vnum, & dies quatuor. Cui successit Karolus ma-
gis ex voluntate Regis & Consiliariorum eius, quàm ex consensu & electione Cleri &
populi.] hæc ibi. extat epitaphium de vita ipsius in sepulchro inscriptum, à Trithemio
autem descriptum his versibus:

*Leſtor honeſte meam ſi vis cognoſcere vitam
Tempore mortali, diſcere ſic poteris.
Vrbe quidem hac genitus ſum, ac ſacro fonte renatus:
In Fulda poſt hæc dogma ſacrum didici.
Qua monachus factus, Seniorum iuſſa ſequebar,
Norma mihi vitæ Regula ſancta fuit.
Sed licet incauè hanc, nec fixè ſemper haberem:
Cella tamen mihi met manſio grata fuit.
Aſt vbi iam plures tranſiſſent temporis anni,
Conuenere viri vertere facta loci.
Me abſtraxere domo inualidum, Regiſ, tulere,
Poſcentes fungi præfulis officio.
In quo nec meritum vitæ, nec dogma repertum eſt,
Nec paſtoris opus iure beneplacitum.
Promptus erat animus, ſed tardans debile corpus.
Feci quod poteram; quodq; Deus dederat.
Nunc rogo te ex tumulo, frater dilecte, iuuando
Commendes Chriſto me vt precibus Domino.
Indiſis æterni me vt gratia ſaluet in æuum,
Non meritum aſpiciens, ſed pietatis opus.
Raban nempe mihi nomen. & lectio dulcis
Diuina legis ſemper vbiq; fuit.
Cui Deus omnipotens tribuas cæleſtia regna,
Et veram requiem ſemper in arce poli.]*

hæcenus Rabani epitaphium.
Verùm dum Trithemius eum defunctum dicit anno superiori, Indictione tertia, à cita-
to Chronico scriptoris eius temporis erroris arguitur. Emicuit planè Rabanus vt ful-
gentissimum sidus, cuius quæ extant scripta tamquam lucis radij excellentiam demon-
strant

XXX.

RABANI

EPISC. MO-

GUNT. OBI-

TUS.

RABANI

EPITAPH.

RABANVS

DOCTOR

INSIGNIS.

CHRISTI BENEDICTI PAP. III. LVDOVICI II. IMP. I. 856. 2. MICHAEL. III. IMP. IJ.

strant auctoris, vt & iisdem illustrata Germania gloriatur suum haud aded imparem magnis habuisse Doctorem. de quo idem qui supra Trithemius tradit, ipsum praeter opuscula tam carmine quam soluta oratione conscripta, Scripturam sanctam a principio vsque ad finem omnem feliciter explanasse, virum plane omni litterarum genere egregie excultum, triumque linguarum Hebraicae, Graecae atque Latinae peritum.

XXXI. Eulog. li. 3. cap. 15. 16. 17. MARTYRES CORDUBENSIS.

Eodem anno Corduba in Hispania ciuitas nouis est illustrata Martyribus, vigente adhuc aduersus Christianos persecutione Sarracenorum. Passi siquidem sunt Elias presbyter, Paulus & Isidorus monachi decimoquinto Kal. Maias. Quarto vero Kal. Iulias Argimitus monachus aequè glorioso martyrio coronatus est. Decimoquarto autem Kal. Augusti Aurea virgo clarissima, quod debilior in certamine priori succubuit, eò fortior in posteriori agone certans, victrix insigniorem martyrij coronam promeruit. quorum omnium digna certamina S. Eulogius martyrij candidatus, consors Martyrum scripsit.

IESV CHRISTI BENEDICTI PAP. III. LVDOVICI II. IMP. 2. ANNVS 857. 3. MICHAEL. III. IMP. 16.

I. CONCILIUM MAGVNTINVM.

QVI sequitur annus octingentesimus quinquagesimus septimus Indictione quinta notatur, quo (vt habent veteres Annales Francorum) celebratum est Concilium Maguntinum à Carolo Rabani successore, de quo hæc ibi: Habita est, hoc anno scilicet, Synodus apud Moguntiacum circa Kal. Octobris, praesidente Carolo Archiepiscopo, vbi inter alia ventilata est causa de iure Ecclesiastico. Praesentata est epistola Guntharij Colonienfis Episcopi, ad Altfredum Episcopum directâ, in qua legebatur, contigisse Coloniae decimo septimo Kal. Octobris terribilem valde tempestatem, populo cuncto præ nimio horrore in basilicam sancti Petri confugiante, & signis Ecclesiae concupantibus, vnanimiter Dei misericordiam implorante, subito fulmen informe ignei draconis instar basilicam scidisse, ac penetrasse, atque ex omni illa multitudine tres homines, diuersis quidem locis, sed vno ictu in mortem deiectis, presbyterum scilicet iuxta altare sancti Petri, diaconum ad altare sancti Dionysij, laicum autem ad altare sanctae Mariae: alios etiam numero sex eodem impetu ita prostrauisse, vt elati semiuivi vix conualescerent. Feruntur & alia his temporibus Treuiris contigisse, quæ idè scribere distuli, quia de eis certum nuntium non habui.] hæc de his auctor huius temporis. Porro ipsum Moguntinum Concilium excidit.

PRODIGIA IN ECCLESIA COLONIENSIS.

II.

Eodem anno Cordubæ in Hispania, seueriente adhuc persecutione Sarracenorum in Christianos, tertio Idus Martias Rudericus & Salomon martyrium summa gloria consummarunt. de quibus sanctus Eulogius agit in Apologetico. Absoluerat autem ipse tres libros Memorialis Sanctorum, antequam iidem Martyres certamen inirent: nam de his nulla in eo commentario mentio habetur, quem absoluit vnâ cum rebus gestis sanctorum Martyrum, qui sunt passi anno octingentesimo quinquagesimo sexto. Sed accidit vt dum recentium Martyrum certamen historicè describere iam tentaret, nonnullorum in Martyres obloquentium strepitu motus, coactus fuerit (vt ipse fatetur) historiam in Apologeticum commutare, vt oblatrantibus, canum instar, sanctis Martyribus responderet. Tota in eo diaboli vis est demonstrata, vt qui annis singulis illustrari sanguine Martyrum Christi Ecclesiam aegre ferret, ore ministrorum suorum illud in vulgus spargeret, hos omnes gladio caesos nequaquam dignos qui in numerum Martyrum referrentur, nempe quod non sicut antiqui Martyres à cultoribus idolorum occiderentur, sed ab iis qui vnum Deum colerent, & vti Christiani idola detestarentur, quod etiam non vt olim antiqui Martyres, isti dum paterentur miraculis coruscarent: quodque etiam non vt illi, quos recepit Ecclesia Martyres, diuersis tormentorum generibus cruciarentur, sed ictu gladij citò certamen absoluerent.

QUANDO S. EULOGIUS SCRIPSIT APOLOGETICVM.

III.

Fuerunt igitur ista primùm ab Eulogio potentissimè confutanda, ne horum occasione tepesceret incensus in cordibus credentium ardor Fidei, & fortitudo languesceret Confessorum. Praestitit id quidem ipse egregie, vt cuique peruidere facile est, qui & in posteriori eiusdem Apologetici parte prosecutus est dictorum martyrum Ruderici & Salomonis

CHRISTI BENEDICTI PAP. LVDOVICI II. IMP. 2. 857. 3. MICHAEL. III. IMP. 16.

A lomonis gloriosum certamen publicè exantlatum, & Dei nutu factam inuentionem & ecclesiasticum funus illis exhibitum, in quo & diuina virtus enituit insignis miraculi ostensione, dum post viginti dierum sparium mersa flumine sacra membra reperta, non solum incorrupta manserint, sed etiam suauissimum spirarent odorem: aded vt non scriptis Eulogij tantum, sed re ipsa patuerit, in recentioribus Martyribus non defuisse diuina miracula, nec nece Martyrum ob seuitiam persecutorum in Christianis fidei refriguisse calorem; sed magis accensum, vt non latibula quaerent, sed ipsos caesos gladio Martyres publicè colerent, & publico funere sepelirent. Testatur ista sanctus Eulogius, qui & de se ipso in primis ista, vbi gladio iidem caesi sunt Martyres: Ego interim peccator Eulogius, qui gesta Beatorum meo elucubranda stylo dudum decreueram: cum rumor consummatae passionis eorum vbique discurreret: expletis Missarum solemnibus, ipsorum inuisenda corpora, quadam vegetatus audacia adij, ac propius quam cetera spectantium turba accedere non veritus sum. & testis est Redemptor meus, qui hoc commentarium discussurus est, quia non mentior, quod tanta decoris pulchritudine decisa illa cadauera fulgebant, vt crederes, si à quoquam sciscitarentur, protinus locutura. Nonnulli etiam è turba Gentilium venientes sumebant lapillos fluminis, qui cruore Martyrum erant aspersi, & lymphis abluentes, proiiciebant in pelago, ne Christianis in emolumentum existerent Lipsanorum, nescientes quod nihil obesset, ab his partem adimere, quibus totam decreuerat Dominus passionem donare, &c.] agit post hæc de ipsa etiam inuentione corporum, & celebri sepultura, Episcopi, & Cleri totius exhibitâ ministerio.

Sed & quo modo eodem hoc anno seuerit barbarica gens etiam in lapides ipsos atque parietes, hæc ibidem habet sanctus Eulogius: Per idem ergo tempus grauius in nos praesidialis grassabatur insania, ita vt nonnullas apud Cordubam olim Patriciam, nunc autem florentissimam Regni Arabici urbem basilicarum turres euerteret, templorum arcem dirueret, & excelsa pinnaculorum prosterneret, quæ signorum gestamina erant ad conuentum canonicum quotidie Christicolis innuendum.] hæc Eulogius, reliqua apud ipsum quaeras. Quomodo autem post sequentem annum ipse, quod diutius concupierat, vt martyrio fruere, est consecutus, suo loco dicturi sumus.

Hoc anno pariter habitus est conuentus apud sanctum Quintinum, in quo Carolus Caluus sicut cum fratre Ludouico pacem concordiamque tenuit inoffensam, ita cum nepotibus fratruelibus Lotharij filiis custodire velle professus est, statutus ea de re quibusdam capitibus, quibus eiusmodi inscriptio praeposita legitur:

Annuntiatio Caroli & nepotis sui Lotharij apud sanctum Quintinum Kalend. Martij anno octingentesimo quinquagesimo septimo Incarnationis Dominicae. Volumus vos scire quod fecit insimul noster conuentus.

Postquam Dominus nostrum Seniore vocauit de isto saeculo, &c.] continet hæc omnia scriptus codex Antonij Augustini in Vaticanam bibliothecam illatus.

Hoc anno contigit obitus Regis occidentalium Saxonum in Anglia religiosissimi Echelulphi, qui condidit testamentum, in quo inter alia pia legata, hæc annuatim deferri iussit ad basilicas Apostolorum, quæ ita recitantur à Matthæo Vuestmonasteriensis: Romam autem singulis annis trecentas denariorum manufas portari praepcepit, qui taliter diuiderentur ibidem, centum manufas scilicet in honorem sancti Petri Apostolorum principis, specialiter ad emendum oleum, quo implerentur omnia luminaria Ecclesiae Apostolicae in vesperis Paschæ, & tantumdem in gallicantu. & centum ibidem manufas in honorem sancti Pauli iisdem de causis. Centum praeterea manufas Vniuersali Papæ praepcepit exhiberi ad suas eleemosynas ampliandas.] hæc ipse & alia de aliis legatis testamento relictis, & de eius obitu post testamentum hoc anno secuto.

IESV CHRISTI NICOLAI PAP. LVDOVICI II. IMP. 3. ANNVS 858. I. MICHAEL. III. IMP. 17.

OCTINGENTESIMVS quinquagesimos octauus annus Redemptoris adest sexta Indictione signatus, quo Benedictus Papa moritur die decimasexta Februarij, cum sedisset secundum Anastasium annos duos, menses sex, dies decem, cuius obitus tempus

* possessio- nem

IV.

V.

VI. OBITVS ETHELVLPHI REGIS ANGLORVM.

I. BENEDICTI PAP. OBITVS.

pus ex eo etiam sic deducitur: Cum dicat menses quinque intercurrere ab eius consecratione usque ad sextam Ianuarij; utique demonstratur ipsum consecratum fuisse anno superiori, die sexta mensis Augusti, cumque idem tribuat Sedi ipsius (ut dictum est) annos duos, menses sex, & dies decem, utique peruenisse tantum oportuit ad decimam sextam Februarij anni huius. Quod autem alij consecrationis eius tempus, ex quo incipiunt anni Pontificatus numerari, reiciunt ad tertium Kalend. Octobris, unde acceperint non inuenimus, cum prorsus his quæ ex Anastasio huius temporis scriptore recitauimus, aduersentur.

II. Antequam autem ad successoris creationem veniamus, quæ ab eodem Benedicto Romano Pontifice, incerto tamen anno, facta inueniuntur, hic ex more simul describamus. Anastasius telegens ornamenta ab eo diuersis donata Ecclesijs, ita singula quæque describit: In Ecclesia Dei Genitricis semperque Virginis Mariæ Dominæ nostræ donauit vestem in altare maiori de chrysoclauo, habentem historiam Assumptionis eiusdem Dei Genitricis. Obtulit etiam in monasterio sancti Christi martyris Anastasij, quod vocatur Aquæ Saluæ, gabatham saxiscam ex argento purissimo pensantem libras tres.

III. Nec non & in basilica beatæ Dei Genitricis, quæ olim Antiqua vocabatur, nuic autem sita est iuxta Viam sacram, fecit vestem de chrysoclauo, habentem historiam Natiuitatis Domini nostri IESV Christi secundum carnem.

Similiter in monasterio beati Martini fecit canistra duo ex argento purissimo pensantia libras quatuor & semis.

Idem venerabilis Pontifex fecit in Ecclesia beati Cypriani martyris, quæ ponitur Via Ostiensis, vestem de fundato cum gryphis.

Et in titulo beati Chrysoconi martyris fecit calices ex argento purissimo quinque, pensantes simul libras vndecim & uncias sex.

IV. In titulo Callisti fecit hamam vnam ex argento purissimo, pensantem libras vndecim: ibidem fecit gabathas quatuor pensantes libras nouem & semis, similiter canistra nouem pensantia simul libras vndecim. Fecit & Euangelium argento auroque perfusum pensans libras quindecim. Item ibi fecit canistrum vnum & arcum cum duabus gammadiis ex argento purissimo, pensantibus simul libras quadraginta. Et in Ecclesia beatæ Balbinæ martyris obtulit Euangelium ex argento purissimo.

V. Verum etiam in basilica Doctoris mundi beati Pauli Apostoli fecit vestem de chrysoclauo miræ magnitudinis & pulchritudinis.

Et in Ecclesia beati Petri principis Apostolorum nutritoris sui præ nimio amore ad cooperiendum umbilicum Confessionis fecit operculum ex auro purissimo pensans libras tres.

Et in monasterio sanctorum Christi martyrum Sergij & Bacchi, qui appellantur Calinici, fecit calices de argento purissimo duos, & patenam vnam, colatorium vnum, cantharum vnum, thymiamaterium vnum, pensantia simul libras quatuordecim.

Item Apostolorum Principi poli que sanitori obtulit miræ pulchritudinis vestem ex auro textam miroque decore fulgentem, habentem historiam Annuntiationis & Hippopanti & IESV Christi in medio Doctorum disputantis.

Fecit & in basilica Pauli Apostoli regnum de auro purissimo spanoclitum, quod pendet assidue super idem altare, pensans libras duas & unciam vnam.

VI. Obtulit & in eadem basilica cantharum de argento mundissimum, pensans libram vnam & uncias nouem.

Item cruces argenteas septem, quæ per olitana tempora per omnes catholicas Ecclesias procedebant, nimia vetustate contractas nouiter restaurauit, & in pristinum statum erexit, pensantes simul libras quinquaginta vnam & semis.

Nec non in basilica beati martyris Sebastiani in loco qui dicitur Frascata, obtulit vestem de fundato habentem in medio crucem cum gammadiis de quadraplo.

Item in basilica Pauli Apostoli obtulit vestem rubram Rodinam cum chrysoclauo.

Et in titulo beati Cyriaci martyris obtulit vestem de fundato vnam, & in basilica beati Petri Apostoli nutritoris sui obtulit pharum ex argento miræ magnitudinis pensans libras

In Ecclesia beati Laurentij foris muros fecit vestem de fundato cum chrysoclauo miræ pulchritudine decoratam.

Sarta

A Sarta tecta Ecclesiæ beati Petri Apostoli nutritoris sui, id est, nauem maiorem, & aliam nauem quæ supra corpus eius est, magnis trabibus impositis numero septem perspicaci artificio eleuatis renouauit.

In titulo beati Cyriaci martyris obtulit Euangelium vnum ex argento purissimo in laudem & gloriam ipsius Ecclesiæ.

His peractis, restaurauit ab eodem maiorem Ecclesiæ sanctæ Mariæ Dei Genitricis Transiberim positæ, fenestras vitreas coloribus decorauit, & pictura ex muliuo ornauit; nec non porticum, baptisterium cum secretario omnia in omnibus sarta tecta renouauit.

Cœmeterium beati Marci Confessoris atque Pontificis, quod est foris portam Appiam, in ruinis iam positum renouauit.

B Nec non in Ecclesia beatorum Petri & Marcellini martyrum tectum iam ob vetustatem vicinum ruinæ restaurauit.

In basilica sæpius dicti Doctoris mundi beati Pauli Apostoli idem sanctissimus Benedictus Præsul pulcherrimi decoris obtulit vestem factam miro opere, totam gemmis albis & rubris & bullis aureis conclusam, etiam auropetias in se habentem smaltitas, videlicet maiorem numero XXI. & alias pariter minores, necnon amingdolas aureas numero vndecim, & gemmas è chrysoclauo pendentes numero decem, quam super sacrosanctum altare ad honorem Apostoli offerens, pendere iussit assidue. Itemque ibi obtulit volumen, in quo erant Epistolæ Pauli & aliorum Apostolorum, & Prophetarum Lectiones, quæ à subdiaconibus leguntur per cunctas Ecclesiarum stationes more solito sursum in ambone: quod raptum & perditum à sancta Ecclesia fuisse prospiciens, magna ac vehementi sollicitudine tale dignum volumen reparare studuit, in quo & Græcas & Latinas Lectiones, quas die Sabbato sancto Paschæ simul & sancta Pentecoste subdiaconi legere soliti sunt, scriptis adiungere præcepit, mitæque operationis tabulis argenteis decenter adornans sanctæ Ecclesiæ Romanæ libenter obtulit.] & inferrius:

In basilica Regni cælorum clauigeri & nutritoris sui pharum cantharum argenteum stans in quatuor pedibus, à Saracenis olim ablatum, in quo ad decus ipsius basilicæ in diebus festis & Dominicis lucernæ simul & cerei ponuntur iuxta lectorium, mirifico opere fecit ac renouauit, pensans libras] & de constitutis ab ipso sic:

Hic constituit, ut cum Episcopus vel presbyter aut diaconus moritur, Pontifex vna cum omnibus Episcopis & presbyteris & diaconibus, necnon & reliquis clericis ad eius sepeliendum corpus, & commendandum Deo animam conueniret. Similiter etiam ipsi facerent, cum Pontifex ab hac luce migrasset. Quod non solum docuit, sed & fecit. Cuius iustitiam sequens successor eius in causa pietatis eius sicut & in ceteris, tamquam heres deuotissimus imitatus est.] ita quidem ubi defunctus est Benedictus, (ut testatur Anastasius in Nicolao) diaconorum humeris delatus est ad sepulturam, inter quos fuit ipse Nicolaus diaconus, qui & ei successit in Pontificatu. Ad postremum de eo: Hic fecit ordinationem vnam per mensem Decembrem, creans presbyteros sex, diaconum vnum, Episcopos per diuersa loca sexaginta sex: sepultus verò est in basilica beati Petri Apostoli.]

Quantum autem temporis vacarit sedes, apud Anastasium non legitur, sed de successore tantum ista habentur: Nicolaus natione Romanus ex patre Theodoro Regionario, Benedicto successit. Huius insignes beatissimi actus omnibus à primordio pueritiæ suæ füllerunt, sanctisque moribus claruerunt: tanta enim sacrorum comptus erat pulchritudine operum, ut nihil ludi, nihilque (ut pueri solent) inhonesti eum delectaret. Vacabat autem patientiæ atque sobrietati, flagrans humilitate, puritateque præcipua. Pater verò eius cum liberalium fuisset amator artium, & nobilissimo polleret stemmate, castis eum alimentis, alimificisque ritibus imbuens, litterarum studiis optimè nati mentem perornabat, ita ut nulla sacrarum species remaneret disciplinarum, quam internem conceptam visceribus suæ cognitioni traductam non haberet. Crescit igitur membris, crescit & sapientia, clarus modestia, spiritu, & scientia decoratus. Probabilium nempè morum quoscumque viros conspiceret, illis concitus inhærere studebat, illisque congratulabatur opinione.

VII.

VIII.

IX.

X.

CONSTITUTIO BENEDICTI PAP.

XI.

NICOLAI PVERITIA ET EDVLCATIO.

*traditam

*namque

*opinè.

Cumque

CHRISTI
858.NICOLAI PAP.
I.LUDOVICI II. IMP. 3.
MICHAEL. III. IMP. 17.XII.
DE NICO-
LAO PRAE-
DICTIO.

*odore.

XIII.

NICOLAYS
PONTIFI-
CIVS GRA-
TVS ET VII-
LIS.

*arbitrandi

*conamine

XIV.

NICOLAYS
CREATUR
PONTIFEX.
* confabu-
lantes.

XV.

LUDOVICI
IMP. HV-
MILLIMA
ORSEQVIA
ERGA ROM.
PONT.

Cumque cum prudentissimo patre ad quemdam beatissimum virum accederet, qui A sancti Spiritus illustratione plura Fidelibus praedicabat, amplo eum assererebatur culmine ascensurum: decoris enim animi magnitudinem intuens, mentis sensit acumine coruscare: eiusque hortatu ad clericatus perductus est ordinem, ut quod diuino praesentarat nutu, futuris temporibus impleteretur. Sergius porro Praesul cum summæ actionis culmen eum conscendisse audiret: parentum eum deducens ab ædibus in Patriarchio collocavit, & in subdiaconatus per benedictionis gratiam constituit gradu. In quo mirificis obseruationibus degens, caelesti fruebatur * ardore.

Sergio verò Papa ab hac corruptibili vita subtracto, Romanæ Ecclesiæ gubernacula Praesul Leo suscepit: qui tantæ sapientissimè videns perseverantiæ fructus, ingenti illum diaconum consecrauit dilectione. In hoc quippe ordine eo ministrante, tanta illi desuper concessa fuit gratia, ut summæ actionis à cunctis cerneretur perfectionibus rutile. Amabatur autem à Clero, à nobilibus laudabatur, à plebe magnificè habebatur. Leone Papa defuncto, Benedictus miræ beatitudinis vir & sanctissimus Pontifex in supremo prospectu Romanæ præponitur Sedis, suæque Nicolaum administrationi coniunxit, ita ut per nullum horæ momentum sine illo esse delectaretur. Quidquid Ecclesiasticarum rerum utilitatibus intuebatur congruere, cum eo communicans, definitioni ipsius tradebat, prudentissimas contemplans illius * arbitrij opes, sensusque virtute clarescere: vtriusque enim obseruantia semper utiliora suo moderamine * faciebat. Ad extrema tandem vitæ Benedictus perductus, pretiosæ mortis calicem sumpsit: suisque eum humeris, cum adhuc diaconus esset, cum aliis diaconibus gestans, propriis manibus tumulo collocavit, dilectionis præmium pendens, quam erga eum habebat, & amoris integritatem.

Eo autem tempore inuictissimus Ludouicus Cæsar Româ discesserat: qui cum Benedicti transitum cognouisset, condolens, concitus reuersus est ad eam Urbem: Romani quippe tanto pastore amisso, moestissimo gemitu lacrymas effundebant. Cumque Clerus, proceres, & optimatum genus congregarentur: ieiuniis & orationibus atque vigiliis insistebant, incessabili Dominum conamine obsecrantes, ut qualem amiserant, talem illis dignaretur ostendere virum, quem Pontificatus culmine subleuarent. Hæc verò dum gererentur, in basilicam beati Dionysij Confessoris atque Pontificis cum vniuerso populo conuenerunt. In quo per aliquod spatium * conferentes: sidereo accensu fulgore, vnanimes Nicolaum Apostolicæ Sedis Praesulem esse iusserunt; & celeri gressu ad principis Apostolorum Petri continuò aulam properauere, in qua ipse fugiens latitabat. Dicebat enim indignum se esse tanti regiminis gubernacula suscipere. Impetum verò qui aderant facientes, viribus illum de eadem basilica abstrahentes, sacris acclamationibus in Patriarchium Lateranense introduxerunt, Apostolicoque solio imposuerunt. Postmodum verò nobilissimorum cœtibus, cunctoque etiam populo in basilicam beati Petri Apostoli deductis, Cæsare praesente, consecratus est, Apostolicaque sublimatus in Sede, factus est Pontifex, & Missarum solemniam supra sacratissimum corpus Apostoli beatificè celebravit. Qui densis optimatum populi que agminibus cum hymnis & canticis spiritualibus in Patriarchium iterum Lateranense perductus est. Coronatur denique, Vrbs exultat, Clerus lætatur, Senatus, & populi plenitudo magnificè gratulatur, octauo Kalend. Maij.

Tertio consecrationis eius die cum Augusto conuescens, sapienti fame resplendebat, charitateque plenus epulabatur in Christo: finitoque conuiuij apparatu consurgit, E. Cæsaremque spiritualem & veluti charissimum deosculatus filium, immenso circumdedit amore. His ita gestis serenissimus Imperator ab Vrbe discessit; sedemque in loco qui dicitur Quintus, collocavit. Beatissimus autem Praesul hoc audiens, dilectionis eius compulsus plenitudine atque amoris, ad eundem locum cum proceribus & optimatibus properauit. Quem cum vidisset excellentissimus Augustus, obuius in aduentum eius occurrit, frænnumque Cæsareis suis manibus apprehendens, pedestris more, quantum sagittæ iactus extenditur, equum traxit. Cum quo imperiale ingressus tentorium, salubribus ad inuicem fruebantur colloquijs, mensisque epulis perornatis, spiritali alacritate cibum pariter sumpserunt. Cibis verò & mensis remotis, serenissimus Cæsar beato Praesuli plura contulit dona. Quibus susceptis equum conscendens, conabatur reuerti. Augustus eius amore fretus Imperialis equi superascendens cathe-

CHRISTI
858.NICOLAI PAP.
I.LUDOVICI II. IMP. 3.
MICHAEL. III. IMP. 17.

A cathedram, ouanti cum eo incedebat animi voluptate. Ad quemdam quidem cum peruenissent spatiofissimum itineris locum, Imperator equo descendit, equumque Pontificis iterum (ut memorauimus supra) traxit, dulcissimisque osculis ad inuicem propinquantes, latissimè gratulati sunt. Cæsar verò ad tentorium remeans, cœptum arripuit iter: Praesul autem nobilissimorum cœtibus quibus profectus fuerat septus Romam ingressus, almifica est comitatione magnificatus.] hæc Anastasius de humilibus obsequijs, quibus Imperator Ludouicus profectus est Nicolaum Pontificem. ut planè loco miraculi habendum fuerit, ut qui ab eius Imperij exordio factu tumens sese aduersus Romanos Pontifices proteruum & contumeliosum exhibuisset, quique haud pridem aduersus Benedictum electum Pontificem euexisset per Legatos suos excommunicatum atque depositum hominem scelestissimum Anastasium Antipapam; modò ex leone agnus redditus, & ex truculento dracone mansueta columba, non solum se non immiscuerit liberæ Cleri electioni Romani Pontificis, nec aliquo prætextu turbavit eam: sed ab eis electum Pontificem magnopere sit veneratus, & tot tantisque fuerit obsequijs profectus. Ut planè in tali Christi, tantoque Petri successoris triumpho, illud fuerit faustis vocibus acclamatum: Hæc mutatio a dexteræ Excelli.] ut plura atque maiora opera sint exhibita, quam prophetico fuerint b sermone prædicta: Adorabunt vestigia pedum tuorum, qui detrahebant tibi.] Isaïæ hoc fuerat vaticinium de Ecclesia Gentium. At parua visa sunt Christianissimo Imperatori, vniuersalis Ecclesiæ Christi Vicario, successorique Petri ista præstare, sed se eius vectori iumento, ipsum fræno ducens, humillimum exhibuit famulum. Diuinæ sapientiæ lusus est iste in orbe terrarum, ut sublimes deorsum humiliet, humiles verò eleuet in sublime, & seruis seruorum faciat seruire dominos dominorum.

Hoc ipso anno Nicolaus Papa sui Pontificatus exordio, nempe mense Maio, vniuit Ecclesiam Bremensem cum Hamburgensi, cui summa cum laude præerat sanctus Ansgarius. de his enim hæc apud Adamum antiquum chronographum istis d verbis habentur: Interea quæstio magna surrexit in Regno Francorum de Bremensi Episcopatu, ad inuidiam sancti Ansgarij conflata. Ea contentio dirè per Regnum graui & ancipiti diffensione profligata, multis partium studiis collidebatur. Tandem orthodoxus Cæs. Ludouicus compositis hinc inde contradicentium voluntarijs, præcipuè Guntharij Colonienfis Archiepiscopi, cuius suffraganea prius erat Brema, super his Romam direxit ad sanctissimum Nicolaum Papam. Ille quod Ecclesiastica necessitas persuasit, & quod Patrum concilijs rationabiliter fieri posse comprobatum est, facillè consentit. Ergo Bremensem & Hamburgensem Episcopatum auctoritate Apostolica copulati, & deinceps sanxit pro vno haberi. Cuius rei priuilegia diligenter asseruantur in Bremensi Ecclesia: quibus etiam additum est, quòd idem Papa Nicolaus tam ipsum Ansgarium, quam successores eius Legatos & Vicarios Apostolicæ Sedis constituit in omnibus gentibus Danorum, Sueonum, & Slauium. quod & antea Gregorius Papa concessit. Igitur Bremensis & Hamburgensis parochiæ adunatio facta est vltimo tempore sancti Ansgarij. Vitæ annum non ponit, præceptum autem Regis ponit annum XXI. Priuilegium Papæ notat annum Domini DCCCLVII. qui est ab ordinatione Archiepiscopi XXXIX.] hæc ipse.

Sanè hic annus inchoatur vigesimusquartus Regni Ludouici à tempore, quo facta est à patre Ludouico Imp. diuisio Regni anno octingentesimo trigesimo octauo, ut verus Chronicon à Pithæo editum habet. Cui concordat chronographia anni Domini in priuilegio descripti, octingentesimi quinquagesimi octauo. Ex quibus corrigas apud Crantzius notam numeri Indictionis ad finem priuilegij postæ, duodecimæ. Nam si ex ipsius & aliorum sententia septem annos post vniionem superuixit Ansgarius, qui & mortuus æquè ab omnibus affirmatur anno octingentesimo sexagesimo quarto; vtrique non nisi hoc anno iam factum esse oportuit à Nicolao Pontifice vniionem. Extant ipse litteræ Apostolicæ Nicolai, quarum est exordium: Quisquis Dominum.] in quibus de Gregorij Papæ Quarti litteris mentio habetur istis verbis: Annuente, ac solemniam Sedis Apostolicæ priuilegia præbente prædecessore nostro beatæ memoriæ Papa Gregorio, cuius etiam auctoritate in supradicto Nordalbingorum populo sedes constituta est Archiepiscopalis in castello superius memorato Hammeburg, & in eadem quoque sede Archiepiscopus, accepto à Sede Apostolica pallio, primus est ordinatus Ansgarius. Cui à

Annal. Eccl. Tom. 10.

N

præfatio

apud 76.
b) ius 60.

c) Prou. 8.

XVI.
BREMENSIS
ECCLESIAE
VNIO CVM
HAMBUR-
GENSI.
Ada. chron.
lib. 1. cap. 27.*nl. Hama-
burgensem.

XVII.

e) Apud Crant.
Sax. lib. 1.
c) 38.

præfato Pontifice delegata est cura seminandi verbum Dei, & animas lucrandi Deo. Cuius delegationis & auctoritatis & pallij acceptionis pagina nobis est à præfato filio nostro Ludouico Rege per iam dictum Salomonem sanctissimum Episcopum destinata, iuxta morem sanctæ Romanæ Ecclesiæ ebullata, per cuius paginam tenorem hæc ita fuisse comperimus, sicut pietas nobis præfati Regis per fidelem virum Salomonem scilicet Episcopum intimauit. Vnde nos vestigia tanti Pontificis & prædecessoris nostri Gregorij sequentes, omnemque ibi statutam prouidentiam Deo dignam agnoscentes, magnorum Principum votum, Ludouici videlicet diuæ recordationis Augulti, & æquiuoci eius filij excellentissimi Regis, tam huius Apostolicæ auctoritatis præcepto, quam etiam pallij datione, more prædecessorum nostrorum, roborare decreuimus, quatenus tanta fundatus auctoritate prænominatus Ansgarius primus Nordalbingorum Archiepiscopus, & post ipsum successores eius lucrands plebibus insistentes aduersus tentamenta diaboli B validiores existant, ipsumque filium nostrum iam dictum Ansgarium in omnibus circumquaque gentibus Sæonum siue Danorum, nec non etiam Sclauorum, vel etiam vbiicumque illis in partibus constitutis diuina pietas ostium aperuerit, publicam euangelizare tribuimus auctoritatem, ipsamque sedem Nordalbingorum Hamaburg dictam, in honorem sancti Saluatoris atque intemeratæ Genitricis semper Virginis Mariæ consecratam Archiepiscopalem esse decernimus, &c.] in fine autem: Scriptum per manum Zachariæ notarij sanctæ Romanæ Ecclesiæ in mensè Maio, Indictione duodecima. Benè valete. Data pridie Kalend. Iunij per manus Tiberij primicerij sanctæ Sedis Apostolicæ, &c.]

XVIII. Videant itaque & considerent modò Dani, Sueones, & alij circumpositi populi unde acceperint Euangelium, nempe à Sede Apostolica per Gregorium atque Nicolaum C sanctissimos Pontifices Ansgario traditum, & quanta benedictione in animarum prouentum, & operatione virtutum in ostensione signorum? Quod benè plantatum & cælitus irrigatum, proli scelus, Nouatores suffoderunt temporibus nostris. Quis Ansgario sanctior, vel sapientior, aut miraculorum editione sublimior suauis hoc vobis; vel à quo missus, & quibus est notis eius pseudoapostolatus expressus? Videant & confundantur a zelantes populi.]

1758 26.

XIX. Auctoris Admonitio. 28. 29. 30. ANSGARII APOSTOLATUS IN SCLAVONIA.

Res præclare gestas Ansgarij scriptis mandauit æquè sanctus eius successor Rembertus, qui de vita eius librum conscripsit, sed magna iactura deperditum querimus. Ex eo tantum illa sunt nobis nota, quæ idem qui supra Adam suo Chronico B intexuit, vbi post acceptum à Sede Apostolica per Nicolaum Antilitem priuilegium, subiicit miranda ista de cæde Danorum, qui tunc restiterunt Euangelij prædicationi: Tanta cæde D mactati vtriusque sunt Dani, vt vulgus omne caderet, de stirpe autem regia nemo omnino remaneret præter vnum puerum nomine Hericum. Ille mox, vt Danorum Regnum suscepit ingenito furore super Christicolos efferatus, sacerdotes Dei expulit, & Ecclesias claudi præcepit. Ad quem sanctus Dei Confessor Ansgarius venire non trepidauit. Comitante gratia diuina, crudelem tyrannum sic placatum reddidit, vt Christianitatem ipse susciperet, suisque omnibus, vt Christiani fierent, per edictum mandauit, & insuper in alio portu Regni apud Ripam extruxerit Ecclesiam in Dania secundam. Et his Ecclesiastico ordine compositis beatus Pater noster Ecclesiam illam Remberto commendauit presbytero, & reuersus est ad Hamaburg, vbi de venditione Christianorum Nordalbingos correxerit. Inde Fresos adiens, castigauit eos pro labore Dominici diei, pertinacius verò agentes igne cælesti multauit. Et alia quæ antiquis miraculis non imparia leguntur in vita eius.

XX. Et quoniam totum studium eius erat pro salute animarum; si quando à prædicatione Gentilium foris liber erat, domi congregationum suarum curam egit. quarum primam, quæ ab Hamaburg olim barbarica incurfione depulsa est, ipse (vt prædiximus) ad Ramfolas transtulit. secundam in Bremis habuit sanctorum virorum, qui habitu quidem vsi canonico, regula vivebant monastica vsque ad nostri serè temporis aratem. Tertiam sanctarum virginum congregationem in Luximon adunauit, vbi deuota Christi matrona totum patrimonium suum offerens cælesti sponso, magnum chorum castitatis suo ducatu nutriuit. Ad curam autem pauperum & susceptionem peregrinorum multis locis hospitalia præparauit. Vnum autem quod præcipuum habuit Bremæ, vbi per se ipsum quotidie veniens, infirmis non erubuit ministrare, quorum plurimos dicitur verbo vel tactu sanasse.

A sanasse. Ipse transtulit corpus sancti Vuillehadi in matriam Ecclesiam beati Petri Apostoli ab illo australi Oratorio, quò deportatum est à Vuillerico. Et tunc facta sunt miracula, quæ per merita sancti Vuillehadi populo ostensa sunt ab anno Domini octingentesimo sexagesimo primo, qui est ab ordinatione Episcopi trigésimus. Ipse enim qui transtulit, & vitam & miracula eius singulis libris comprehendit. Si que temporum seriem diligenter computemus, ipsum est tempus, quo in Saxoniam translatio sancti Alexandri contigit. In qua illud mirabile videtur, Confessorem nostrum cum aduena Martyre certasse, quis eorum videretur esse maior, & in gratia sanitarum populis acceptior. Eginhartus in gestis Saxonum hæc dulci calamo prosequitur.] hæc ibi.

Hoc eodem anno perseverante infelicissimo statu Galliarum, de quo superius dictum in litteris Caroli Regis, cum omnia prædonibus factiosisque hominibus plena essent, nullusque locus legibus Ecclesiasticis vel ciuilibus esset, scelerata licentia sibi omnia vindicante; Edelhartus Abbas & Otho Comes venerunt in Germaniam ad Ludouicum Regem, postulantes, vt populo periclitanti & in angustia posito subueniret: quod nisi celeriter fieret, & hac tanta spe liberationis priuarentur, à paganis cum periculo Christianitatis querere deberent, quæ à legitimis & orthodoxis dominis inuenire non possent. Tyrannidem enim Caroli horum omnium causam se diutius ferre non posse testati sunt, &c.] hæc totidem ferme verbis vetus Francorum Chronicon ab auctore huius temporis scriptum, à Pithæo autem editum. Vbi pariter insinuatur, quòd Ludouicus diu anceps quid agere deberet, tandem suorum consilio venerit in Regnum Caroli fratris, vt tot malis mederi posset. Primumque omnium non armis experiendum aduersus germanum ducens, sed pietate, conuocat concilium Episcoporum ad octauum Kalend. Decembris hoc eodem anno celebrandum. Qui igitur in Regno Caroli erant Episcopi, suspectum habentes Ludouici aduentum, timentes ne occasione optimi regiminis disponendi, medietaretur tyrannidem: venire ad Synodum indictam detrecharunt; iustasque exculpationes prætexentes, seorsim conuenerunt, atque ad eum scripserunt epistolam, seu potius admonitionem ad Regem, tantis Episcopis dignam, qua de pluribus ad eum spectantibus sacerdotali auctoritate monuerunt. Hanc numquam hæcenus cusam hic tibi reddendam putauimus ex scripto codice Antonij Augustini: complura enim habet scitu digna, quæ statum tum Regni, tum Ecclesiæ Francorum temporis huius intinquent, & qualiter cum Regibus agere Episcopi debeant, exactè demonstrant. Epistola autem eiusmodi inscriptio præposita legitur:

Hæc quæ sequuntur Capitula miserunt Episcopi prouinciarum Rhemensis & Rothomagensis à Canisaco palatio, quò conuenerant, per Vuenilonem Rothomagensem Archiepiscopum, & Exchanraum Catalaunensem Episcopum Hludouico Regi in Attiniaco palatio consistenti.

Anno Incarnationis Dominicæ octingentesimo quinquagesimo octauo, in mensè Nouembris, domno Hludouico Regi glorioso Episcopi Rhemorum dioceseos atque Rothomagensis, qui adesse potuimus.

Litteras admonitionis vestræ quique nostram habuimus, quibus iussistis vt vobis octauo Kalend. Decembris Rhemis occurreremus, quatenus ibi nobiscum, & cum ceteris fidelibus vestris de restauratione sanctæ Ecclesiæ, de statu & salute populi Christiani tractaretis. Sed nos ad placitum illud occurrere non potuimus, & propter incommoditatem & breuitatem temporis, & propter inconuenientiam loci, & (quod est lugubrius) propter compassionem tumultus exorti: sed & diuinis legibus, quas & vos obseruatuos cum fratribus nostris, nobis denuntiastis, cautum esse dignoscitur: quia sicut nec Archiepiscopi sine Episcopis, ita nec Coepiscopi sine Archiepiscoporum litteris nos valimus de conuentu habere sermonem. Quapropter nouerit vestra sublimitas, quia mandatum vestrum nostra non contempsit humilitas. Sed (sicut longè est ante nos dictum) qui iubet impossibile, facit se contemptibilem.

Sed & tractatum de restauratione sanctæ Ecclesiæ & statu & salute populi Christiani, quòd nunc vos nobiscum habere velle dicitis: iustius, & rationabilius illud haberi potuisset, si nostris, quin potius diuinis consiliis & obseruationibus atque obtestationibus superno respectu obtemperare voluissetis; quia non nostra scripsimus, mandauimus, diximus, sed quæ dictante charitate, quæ Deus est, in litteris sacris inuenimus, & quæ naturæ imita recognoscimus. Ceterum quæ contra illa quæ scripsimus, mandauimus,

XXI. LEGATIO AD LUDOVICUM REGEM GERMANIÆ ADVERSUS CAROLVM.

XXII.

EPIST. EPISCOPORVM REGNI CAROLI AD LUDOVICVM REGEM GERMANIÆ.

EXCVSATIO EPISCOPORVM.

XXIII.

daimus, diximus, acta sunt, vel aguntur: naturalis legis morbus & vitium etiam A animis sapientibus esse dignoscitur. Qua de re prudens quique respiciat & sapiat, quam granditer Deus offenditur, quando in sic grandibus & apertis non ignoranter peccatur. Unde scriptum est: ^a Descendant in infernum viuentes, id est, labantur in peccatum scientes: quæ diuina permissione merito mundi patientis propter communia peccata nostra, pastorum scilicet & gregum, propter delicta Regis eueniunt, sicut scriptum est: ^b Immissiones per angelos malos, viam fecit Dominus semitæ iræ suæ. Tamen sicut Dominus protestatur, non erit sine vltione vindictæ; nec ipsa virga furoris Domini. Sic legimus, sic audiuius, sic vidimus, & pro certo sic citò videbimus. quoniam licet peccatores simus, sed pœnitentes, & in diuina clementia fortiter confidentes, ministerium sacrum, operante Spiritu sancto, suscepimus, sine quo sacra non ministramus. nam nobis dictum à Veritate veraciter scimus: ^c Non vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris B vestri, qui loquitur in vobis.

XXIV. Et licet dominatio vestra meliùs nouerit, de quibus scriptis, mandatis, & dictis dicamus: tamen non ab re est, si etiam & nos illa ad memoriam vestram reducamus. Primò quidem quoddam per Hildegarium venerabilem Episcopum scriptis & dictis: secundò per Æneam Parisiorum Episcopum litteris & verbis: deinde per Hincomarum Rhemensem & Vuenilonem Rothomagensem Archiepiscopos, item per eisdem cum aliis, quos ipsi vocastis, ea quæ saluti fuerint congrua, sufficienter audiat, quando, sicut & antè, petiuimus, vt frater vester & omnes fideles illius, ante vestram, fideliumque vestrorum præsentiam in rationes loco & tempore congruo venissemus, & quæ malè gesta fuerunt, vestro consilio & auxilio cum Dei adiutorio fuerint emendata. Pro quibus omnibus non obaudientibus valdè timemus quod dicitur: ^d Si sermonem meum seruauerunt, & vestrum seruabunt, & reliqua quæ Dominus comminatur. Et si illa non sunt exaudita, putari potest quoddam nec ista; quæ vos dicitis apud nos velle quærere & audire, exaudientur. Videnturque quibusdam, vt sicut ^e Dominus quando quæsiuit ficus in ficulnea, cui maledixit, cum non esset, teste Euangelio, tempus ficorum, aliud vulerit significare: ita & in hoc citato & incongruo conuentu, remota dominationis vestræ sinceritate, de qua nihil contra puritatem volumus autemari, haud alia quædam possunt intelligi. Et quia beatus ^f Petrus omnem monet Episcopum, vt paratus sit ad satisfactionem omni petenti se rationem, quæ nunc videmus, pro tempore damus fideliter dominationi vestræ consilia.

XXV. Primò quidem in ipsa radice cordis aduentum vestrum in hoc Regnum inspiciat, & coram oculis Domini, cui secundum ^g Psalmistam, cogitatio hominis confitetur, statera æquitatis ponderate, & quidquid hortatores & consiliarij ac laudatores vestri vobis dicant, ad cor reducite; & quidquid ad commendationem aduentus vestri inuenire & dicere poteritis, vestram conscientiam interrogate, & si talia sustinere vultis, qualia facitis, iudicate. & illam horam qua certi estis, quia nullo modo poteritis effugere, quando anima vestra de corpore exierit, ante mentis oculos ponite; quando totum mundum, & omnem potestatem, & omnes diuitias, & ipsum corpus derelinquet, & sine adiutorio vxoris, ac filiorum, & sine solatio & comitatu Drudorum atque Vassorum nuda ac desolata exibat; & quidquid cogitauit, & ordinare disposuit, in seipsum dimittet, sicut dicit Scriptura: ^h In die illa peribunt omnes cogitationes illorum, & videbit omnia peccata sua & sentiet, videns diabolos se constringentes & coarctantes, quidquid contra charitatem & fidem debitam cogitauit, parabolauit, & fecit in isto sæculo, & per dignos pœnitentiæ fructus non emendauit, ante oculos semper habebit, & effugere volet, & non valebit. Nam certum est, quia ad omnes homines, quando egrediuntur e corpore, veniunt diaboli, & ad iustos, & ad peccatores, sed & ad ipsum Christum venit, in quo suum nihil inuenit, sicut scriptum est: ⁱ Venit princeps huius mundi, & in me non habet quidquam. Et crede nobis veraciter Rex vnam semper bone & Christiane, nec longè est, sed satis & plusquam speratur præproperea inest illa hora: propterea non te seducant ista, quæ vides.

XXVI. In tempore quippe patris vestri vidimus per aliquos incepta & facta, quæ in tempore isto, per istos qui ista faciunt, videmus fieri, & per alios videbantur compleri. Et quando tibi adueniet hora exitus tui, sicut ridet nunc quando per te obtinent quæ volunt, in hora voluntatis suæ sic ridebunt in hora exitus tui, & quærent quomodo per alium teneant, quæ per te obtinuerunt. Quod & fieri potest, vt quidam etiam

REGIMORIS TEMERIS OB OCYLOS PONUNT EPISCOPI.

XXVII. Iudicium venturum ob oculos regis ponunt episcopi.

XXVIII. Mala ab exercitu Lydovici patrata.

XXIX. Quale regis palatium esse debeat.

A etiam pereant in tempore suo. Sed & illi nisi dignam pœnitentiam egerint, miserabiliter ad illam horam venient exitus sui, sicut venerunt & illi qui defecerunt à patre tuo cum fratre tuo. Nam vt illi ordinantes seditiones in paternam reuerentiam, sic & isti vos excitantes in fraternam dilectionem, nomen pacis, & statum Ecclesiæ, & salutem & vnitatem populi obtendere studuerunt: sed latebat sub melle venenum. Et completum est in illis Psalmistæ dictum: ^a Qui loquebantur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum, & quæ sequuntur. Et receperunt illi in sæculo isto quæ nota sunt; sicut & receperunt in sæculo altero, quæ in iudicio pleniùs cognoscuntur. Quorum isti intuentes exitum, timere debuerant actionem. Quid facient si illos respexerit Dominus, qui respicit humiles, & custodit paruulos? Et sic pestilente flagellato sapientior erit paruulus, vt scriptum ^b est, & sapiet: Quia non repellet Dominus B plebem suam, nec obliuiscetur in finem: quoniam propter miseriam inopum & gemitum pauperum nunc exurgam, ^c dicit Dominus. Alioquin sicut tunc illis dixit, ita & nunc dicit Dominus istis: ^d Tacui, numquid semper tacebo? quasi parturiens clamabo: ^e Nondum venit hora mea, sed hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum. Et quidem in hac die tua quæ ad pacem tibi; nunc autem ^f abscondita sunt ab oculis tuis: quia venient dies in te. Roga tibi, quæsumus, in tali loco, vbi benè possis intendere, afferri homiliam S. Gregorij, legere in lectione Euangelij, quæ incipit: ^g Videns Iesus ciuitatem, fleuit super illam.

Precamur vos, domine, vt diem ante mentis oculos habeatis, quando cum omnibus hominibus animam vestram proprium corpus recipiet, & venietis ante faciem æterni Iudicis in conspectu omnium Angelorum & hominum. In qua die (sicut dicit sanctus Paulus ^h) iudicabit Dominus vnumquemque non per aliud testimonium, sed occulta vniuscuiusque per cogitationes accusantes, aut etiam quando recipiet vnusquisque proprij corporis prout gesserit, siue bonum siue malum. Et non despicietur tunc nostra verba, quæ scripsimus, ab eis, qui nunc illa contemnunt: quando sine dubio replicata erunt in testimonium in ipso tremendo iudicio. & nullus illorum te tunc adiuuabit, qui nec seipsum adiuuare sufficit, quando ibunt qui talia agunt (qualia audimus & sentimus, atque dolemus si in talibus perseuerauerint) in ignem æternum, & iusti qui iniusta patiuntur, in vitam æternam.

Qui tanta & talia crudelia & abominanda fieri per parochias quas pertransitis, audiuius, & quædam sentimus, & quædam sentire retinemus (& illis qui persenserunt & sentiunt dolemus) quæ calamitatem & miseriam quam à paganis patimur, superant, quoniam à Christianis in Christianos, à parentibus in parentes, à Rege Christiano in Regem Christianum, à fratre in fratrem contra omnes leges diuinas & humanas aguntur. Contra quos clamat Ecclesia à paganis afflictæ: ⁱ Et super dolorem vulnerum meorum addiderunt. Et nos omnes cunctique patientes ^k sustinuimus pacem & non venit, quæsiuimus bona, & ecce turbatio.

Propterea talia cohibete, compescite, & sedate: quoniam palatium vestrum debet esse sacrum, & non sacrilegum. palatium enim Regis sacrum dicitur, propter rationabiles homines inhabitantes, & non propter parietes insensibiles, siue macerias, & Rex à regendo dicitur, vt se sub Deo, & bonos cum Deo puritate cordis, veritate oris, firmitate stabilitatis regat, & prauos à prauitate corrigat, & in rectitudine dirigat: & si quæ malè facta sunt emendare venistis, peiora quæ vidimus à Christianis in Christianos fieri, ingerere non debetis. Illam charitatem quam Christus per Paulum docuit, monstrare debetis. ait enim: ^l Charitas non est ambiciosa, non agit perperam, non quærit quæ sua sunt, non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati; quæ est de corde puro, conscientia bona, & fide non ficta, quæ operatur per dilectionem, non per potestatem, vel indebitam cupiditatem: sine qua charitate etiam si quis tradiderit corpus suum ita vt ardeat, nihil illi prodest, quoniam omnibus Dominus in signum dedit, vt sciant, si quisque est Christianus, aut si intrabunt in Regnum Dei. An non dicit: In hoc cognoscent homines quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad inuicem? Namque in primordio Fidei, Discipuli appellabantur, nunc Christiani dicuntur. & ipsa est vestis nuptialis, quam qui non habuerit, è nuptiis cælestis conuiuij in futuro iudicio eiicietur in tenebras exteriores, & in ignem æternum, vbi fletus & stridor dentium. Ipsa charitas vos contra paganos accendat, & qui tunc moti non sunt ad pietatem,

MALA QUAE PATIAN- TVR SVB- DITL.

Amos 5.

XXX.

TAM PER- SONAR QVAM RES ECCLESIA- RVM A RE- GIBVS CV- STODIEN- DAE.

Eccl. 4.

Agg. 2.

Malac. 2.

QVIB CV- RARE DE- BEANT RE- GII MINI- STRI.

XXXI.

REGEM IN- SVRGERE DEBERE ADVERSVS INVASORE: RERV M EC- CLES.

XXXII.

DE CAROLO MARTELO EXEMPLVM ADDVCI- TVR.

pietatem, vt nobiscum irent contra eos, qui de isto Regno amplios habebant & habent honores (quod si facerent & zelo recto accensi vnanimiter vellent, expelli aut disperdi pagani, adiuuante Domino, poterant) vel nunc quacumque intentione à dominatu il- lorum per vestram ordinationem sancta liberetur Ecclesia, & Regnum quod contra eos redimeretur, à tributo indebito eripiatur. Sed & qui fugiunt à facie paganorum, cum in illas partes venerint, in quibus degitis, refugium tranquillum inueniant, & non talem de- pradationem, vt nec incolae viuere, nec fugientibus solatium possint praebere; quia nunc, peccatis nostris exigentibus, completur quod olim dictum est per Prophetam: Qui fugerit à facie leonis, irruet in visum: & cum intrauerit domum, & innixus fuerit super parietem, mordebit eum coluber: & cum fugerit arma ferrea, irruet in arcum aereum. sic omni ex parte miseri afflictionem inueniunt.

Et si Ecclesiam Dei, sicut nobis scripsistis, quaeritis restaurare, debita Episcopis, & sibi comamissis Ecclesiis priuilegia intemerata, sicut diuinitus constituta sunt, custodite, praecipua, immunitates, & honorem earum, sicut auus vester conseruauit, conseruare curate. Et quae frater vester, dominus Carolus scilicet, qui & paterna donatione & vobiscum cum vestris vestrorumque fidelium cum suis firmitatibus Regni partem accepit, pro cultu & honore Ecclesiarum egit, similiter conseruate, & rectores & pastores Ecclesiarum, vt Patres & Christi vicarios colite sicut Scriptura sancta praecipit, dicens: Sacerdotes Dei sanctifica, & magnatibus humilia caput tuum, eorumque spiritualia consilia obaudite. & item: Interroga sacerdotes meos legem meam, & dicent tibi. & Dominus per Malachiam prophetam: Labia sacerdotis custodient scientiam, & legem requirent ex ore eius, quia Angelus Domini exercituum est. Eosque tempore incongruo & inopportuno nolite inquietare, sed liceat eis ministerium sacrum ad quod ordinati sunt, in populi salutem peragere, sibi que domestica cura subiectos nolite concutere, & non sinatis dehonestare, siue opprimere. Vt presbyteris honor congruus & iura debita, quae Canones & Capitula aui & proau vestri statuerunt, conseruentur, satagite. Vt Episcopi quietam libertatem suas parochias circumuendi & praedicandi, ac confirmandi, atque corrigendi habeant, ordinate. Vt Missus Reipublicae, id est minister Comitum, cum ipsis, si iusserint, eat, qui liberos homines incestuosos, si per admonitionem presbytero- rum venire ad Episcopum noluerint, eos ad Episcopi placitum venire faciat, comman- date. Vt si Episcopus, pro quacumque necessitate Ecclesiastica ad vos direxerit, ad quem suus Missus veniat, per quem rationabiliter petierit, obtineat in palatio vestro, sicut Comes palatii est in caulis Reipublicae, ministeria. Congruum constitutum habere, vt tem- poribus à sacris regulis constitutis comprovinciales Synodos cum Episcopis, & speciales D cum presbyteris habere qui possint, annuite.

Res & facultates Ecclesiasticas, quae sunt vota Fidelium, pretia peccatorum, stipendia ancillarum & seruorum Dei, depradari, & ab Ecclesiis discindi, nolite sustinere, sed for- tititer, vt Rex Christianus & Ecclesiae alumnus, resistite, & defendite. De quibus consecra- tis Deo rebus, quod habent liberi homines Ecclesiis seruietes per dispositionem recto- rum ipsarum Ecclesiarum, ideò constituerunt Apostolorum successores hoc ordinari, vt quia creuerunt Fidelium vota, & increbuerunt infidelium mala, aueretur per dispen- sationem Ecclesiasticam Regni militia ad resistendum malorum nequitiae, quatenus ipsi defensionem Ecclesiae haberent & pacem, & Christianitas obtineret tranquillita- tem. quapropter sicut illae res & facultates, de quibus viuunt clerici, ita vt illi sub con- seruatione immunitatis sunt, de quibus debent militare vasalli, & pari tuitione à regia potestate in Ecclesiarum vsibus debent muniri.

Quia verò Carolus Princeps Pipini Regis pater, qui primus inter omnes Francorum Reges ac Principes res Ecclesiarum ab eis separauit atque diuisit: pro hoc solo maxime est aeternaliter perditus. Nam sanctus Eucherius Aurelianensium Episcopus, qui in mo- nasterio sancti Trudonis requiescit, in oratione positus, ad alterum est saeculum raptus, & inter cetera, quae sibi, Domino ostendente, conspexit, vidit illum in inferiori inferno torqueri: cui interroganti ab Angelo eius ductore responsum est, quia Sanctorum iudi- catione, qui in futuro iudicio cum Domino iudicabunt, quorumcumque res abstulit & diuisit, ante illud iudicium anima & corpore sempiternis poenis est deputatus, & rece- pit simul cum suis peccatis poenas propter peccata omnium, qui res suas & facultates in honore & amore Domini ad Sanctorum loca in lu minaribus diuini cultus, & alimo- niis

Annis seruorum Christi ac pauperum, pro animarum suarum redemptione tradiderunt. Qui in se reuersus, sanctum Bonifacium, & Fulradum Abbatem monasterij S. Dionysij, & summum Cappellanum Regis Pipini ad se vocauit, eis que talia dicens, in signum de- dit vt ad sepulchrum illius irent, & si corpus eius ibidem non reperissent, ea que dicebar, vera esse concederent. Ipsi autem pergentes ad praedictum monasterium, vbi corpus ipsius Caroli humatum fuerat, sepulchrumque illius aperientes, visus est subitò exiisse draco, & totum illud sepulchrum interius inuentum est denigratum, ac si fuisset exu- stum. Nos autem illos vidimus, qui ad nostram vsque aetatem durauerunt, & nobis viua voce veraciter sunt testati, quae audierunt, & viderunt.

Quod cognoscens filius eius Pipinus, Synodum apud Liptinas congregari fecit, cui praesuit cum sancto Bonifacio Legatus Apostolicae Sedis Gregorius nomine. Nam & Synodum ipsam habemus, & quantumcumque de rebus Ecclesiasticis, quas pater suus abstulerat, potuit, Ecclesiis reddi procurauit. Et quoniam omnes res Ecclesiis, à quibus ablatae erant, restituere propter concertationem, quam cum Vuaifario Aquitanorum Principe habebat, non praualuit: precarias fieri ab Episcopis exinde petiit, & nonas ac decimas ad restorationes rectorum, & de vnaquaque casata duodecim denarios ad Ec- clesiam, vnde res erant beneficiatae (sicut in libro Capitulorum Regum habetur) dari constituit, vsque dum ipsae res ad Ecclesiam reuenerent. Vnde & dominus Carolus Imp. adhuc in regno nomine constitutus edictum fecit, vt nec ipse, nec filij eius, neque succes- sores huiusmodi res agere attentarent, quod manu propria firmavit, cuius plenitudinem habemus, & de quo capitulum excerptum, in libro Capitulorum eius quicumque li- brum illum habet, & legere voluerit, inuenire valebit. Hanc etiam relationem & in

scripturis habemus, & quidam nostrum etiam viua voce domnum Hludouicum Imp. patrem vestrum referre audiuerunt. Sed & sacri Canones Spiritu sancto dictante, eos qui facultates Ecclesiasticas diripiunt, & res Ecclesiasticas indebitè sibi vsurpant, Iude tra- ditori Christi similes computant. Et Sancti qui cum Deo in caelo regnant, & in terris mira- culis coruscant, diuino iudicio tamquam necatores pauperum ab Ecclesiae liminibus & caelestis Regni secludunt. De quibus sacrilegis in Prophetico Psalmo dictum est: Qui dixerunt, hereditate possideamus sanctuarium Dei: Deus meus pone illos vt roram, & sicut stipulam ante faciem venti, & ignis qui comburit siluam, & sicut flamma combu- rens montes, ita persequeris illos in tempestate tua, & in ira tua turbabis eos: imple fa- cies eorum ignominia.

Monasteria etiam religiosa atque praecipua canonicorum & monachorum atque san- ctimonialium habitacula, quae ab antiquo tempore parentes vestri sub religioso habitu constituerunt, & in eis rectores & restructores fuerunt, & quando parentes vestri primatum Regni tenuerunt, & etiam quando sanctus Remigius Francos ad Fidem, cooperante Do- mino, conuertit, & cum Regem ipsorum baptizauit, & frater vester dominus noster, in- nuente partim fragilitate, partim aliorum callida suggestione, etiam & animarum ne- cessitate, quia dicebant petitores, nisi eis illa sacra loca donaret, ab eo desicerent, & ipse aliquando per vos, sicut nunc patet, aliquando per fratrem vestrum Regno destitutus, ab eis penderet, talibus (sicut scitis) personis commisit: debito priuilegio restituite. Nam idem frater vester & diuina inspiratione, & sacerdotali redargutione, & etiam ab Apo- stolica Sede admonitus, ex aliqua parte quae peregit, correxit: quae autem incorrecta erant, quomodo emendare posset, gemebundus quaerebat.

Abstinet autem vt vos qui pro restoratione sanctae Ecclesiae huc venistis, aut illa quae ipse emendauit, deterioreris, & sicut ille offendit, & vos offendatis: aut quod ipse nec- dum emendare potuit, in emendatum sinatis. qui saepe (sicut & nos testes sumus) fra- tres vestros de talibus monuistis, & in omni annuntiatione quam communiter facieba- tis, promptissime inde disputabatis, sicut & secus Theodonis villam, in loco, qui Iulia- cum dicitur, capitula quae habemus, cum vestris fratribus acceptastis, & in chirographo apud Marsnam manu propria confirmastis, contra quod si fortè aliquis egit, non pro- pterea vos immunes eritis, si illud, quod teste Domino pepigistis & confirmastis, obser- uare (quod abstinet) non studueritis. Neminem quippe adiuuat, qui aliena mala repre- hendit, nisi & ipse illa caueat. Quod demonstrat Paulus dicens: Putas o homo quod tu euades iudicium Dei, qui eadem agis, quae iudicas?

Rectoribus etiam monasteriorum, quibus monasteria committitis, firmiter & obnixè

XXXIII. PIPINI PIETAS COMMEN- DATA.

Lib. 1. c. 83. Ep. li. 1. c. 52. Quia cum.

Psal. 82.

XXXIV.

QVA OCCA- SIONE SINT DATA LAI- CIS MONA- STERIA.

QVIB REG- PRAESTA- RE DEBEAT PRO REBVS ECCLESIAE.

Rom. 2.

præcipite, vt secundum ordinem & habitum & sexum, quo inhabitantes constituti sunt, A
solicite & solerter præuideant, vt secundum ordinem debitum, serui & ancillæ Domini
viuant, & necessaria stipendia in victu & vestitu & ceteris quibuscumque habeant, &
domos ac seruitores habeant, prout competit, sicut religiosi & habitus & conuersatio-
nis Rectores eius prouideant; susceptionem etiam hospitiū ac pauperum nullo modo
negligant, quin & inconuenientes personæ, & res tales quæ religioni non congruunt, in
monasteria non introducantur, non dicimus, quoniam religiosi Rectores prouidentiam
& curam debitam inde sumere debere non ignoramus. Hospitalia peregrinorum, sicut
sunt Scotorum, ac quæ tempore antecessorum vestrorum Regum constructa & consti-
tuta fuerunt, vt ad hoc, ad quod deputata sunt, teneantur, & Rectoribus Deum timentibus
ordinentur, custodiantur, ne dissipentur, obtinere.

XXXVII. Sed & Rectoribus monasteriorum, & xenodochiorum, id est; hospitalium præcipite B
vt sicut canonica docet auctoritas, & capitula aui & patris vestri præcipiunt, Episcopis
propriis sint subiecta, & monasteria & hospitalia sibi commissa ipsorum regant consilio.
Quoniam Episcopi paternam sollicitudinem eis secundum ministerium illorum stude-
bunt impendere. Et quia sæpè unicuique in omni ordine competentem legem & iusti-
tiam vnà cum fratribus vestris frequentè annuntiatione perdonastis, Ecclesiastici & reli-
giosi habitus viri & feminæ, atque peregrini & pauperes, in quibus Christus specialiter
suscipitur, per donationem vestram sibi sentiant semper adesse.

XXXVIII. Et quia de statu & salute populi Christiani, sicut nobis scripsistis, vultis querere: primò
a vobis ipsis incipite, qui alios debetis corrigere, sicut scriptum est: ^aMedice cura te ipsum.
& munda debet esse manus à sordibus, quæ alienas sordes curat detergere: & quæ in
aliis debetis corrigere, nemo in vobis iuste valeat reprehendere. Super quanto siti estis in C
Regni culmine, tanto moribus seruire debetis, & sicut lucerna super candelabrum po-
sita in domo, bonitatis exempla monstrare: quia omnium oculi in vos debent intendere:
quos si malo exemplo destruxeritis, qui per vos & à vobis in bonum debuerant edificari,
sub tantis sine dubio in futuro sæculo pœnis vos necesse est torqueri.

XXXIX. Præterea oportet vt qui Rex estis, & Dominus appellamini, in illum semper suspenso
corde suspiciatis; à quo videlicet Rege Regum & Domino dominorum nomen Regis &
domini mutuatis. Vt sicut ille disponit orbem terræ in æquitate: & ad hoc (sicut in libro
Sapientiæ ^b dicitur) constituit hominem, vt ipse similiter faciat: imitami illum, si vul-
tis regnare cum illo. Quia qui dicit se ^c in Christo manere, debet sicut ille ambulauit, &
ipse ambulare, qui dicit: ^d Estote perfecti, sicut Pater vester cælestis perfectus est. Et si
dixeritis, quoniam modo possum esse perfectus, cum alia Scriptura dicat: ^e Si quis in ver- D
bo non offendit, ille perfectus est vir: non cadit à perfectione, qui non peccat malitiæ cu-
piditate. Septies ^f enim cadit in die iustus, & confurgit, impij autem corruunt in malum.
Et ^g iustus cum ceciderit non collidetur, quia Dominus supponit manum suam. Quali-
tercumque verò quis peccet, cupiditatis voluntate aut fragilitatis necessitate, nemo illi
melius præualeat indicare vt conscientia sua, quæ non potest latere oculis inspectoris sui.
Propterea ita oportet vos viuere, iudicare, & agere etiam in occulto, quasi sitis semper in
publico: quia si de vobis irreprehensibilia iudicabit, sæpè etiam illa quæ vobis & in vobis
laudauerit apud alios, de vobis reprehensibilia iudicabit.

XI. Sic autem, vt dicimus, adiuuante Domino, viuere, iudicare, & agere præualebitis, si vos non stimulauerit amor priuatus, si vos non inflammauerit cupiditas gloriæ, di-
uitiarum, possessionum, & potentatus; si non plus credideritis alienæ linguæ, quàm pro-
pria conscientia; si vos non roserit tinea adulationis; si vos non arserit liuor alienæ felici-
tatis; si vos non vexauerit neglectus animæ & amor carnis, si credideritis, Regem Chri-
stum non pro se, id est, non pro sua necessitate mortuum, sed pro nobis, vt viueremus
qui mortui eramus; & vos plus studeatis aliis viuere in salutis suæ utilitatibus quàm vo-
bis ipsis in propriis voluntatibus; si scientes, vos esse mortuos, & vos credideritis de
factis propriis rationem Domino reddituros, & quæ dignè receperitis, sine fine & com-
mutatione aliqua habituros.

XLI. Domum vestram domesticam sic nutrite, regite, & disponite, vt quando Regni popu-
lus ad vos conuenerit, in vobis, & in domesticis vestris videant qualiter se atque domum,
cum quanta humilitate atque castitate, quàm sobrietate, quàm iustè, quàm piè nutrire, dis-
ponere debeant & gubernare. Quia sicut quidam sapiens dixit: secundum mores do-
mini

XLII.
DOMVS RE-
GIA QUALI-
TER DISPO-
NENDA.

XXXVIIII.
VT REX AD
DEVM SEM-
PER INTEN-
DAT.
^b Sap. 7.
^c 1. Ioan. 2.
^d Matth. 5.
^e Iac. 3.
^f Prou. 24.
^g Psal. 36.

XLIII.
QVAE REX
VITARE
DEBEAT.

A mini erit familia custodita. Et ede domus Regis schola dicitur & disciplina, quia non
scholastici, id est, disciplinari & benè correcti sunt sicut alij, sed potius ipsa schola,
quæ interpretatur disciplina, id est, correctio dicitur, quæ alios habitu, incessu, verbo,
& totius bonitatis continentia corrigit. Et vos si caput illius non benè infixi in Do-
mino virtutum, inimici fortè fueritis: & vos cadetis, & qui à vobis pendent, labentur.
Quapropter sicut Dominus sub potestate constitutos, ex tentatorum occasione, docuit
reddere quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo; ita & vos qui sub Deo estis, &
super homines estis, reddite quæ sunt Dei Deo, & sicut Cæsar æquus, quæ subditorum
sunt, subditis reddite.

Reddite Deo puram & immaculatam fidem, & sincerissimum cultum in sacerdotibus, XLII.
in Ecclesiarum priuilegijs, in sacris locis, in Ecclesiasticis & religiosis viris ac feminis, in
defensione Ecclesiæ & Christianitatis, in æquitate & iustitia populi Christiani, in suble-
uatione & tranquillitate & consolatione omnium indigentium, sicut præmissimus; reddi-
te illi quotidianum pensum in quotidiana oratione, in iustis & assiduis eleëmofynis.
Offerre illi deuotionem vestram in sacris oblationibus & lacrymis, secundum multitudi-
nem ac magnitudinem quotidianorum peccatorum profusis: reddite subditis iudicium
cum misericordia, iustitiam cum æquitate: studere exaltare humiles, & debellare atque
humiliare superbos: studete à bonis plus diligi quàm timeri: curate vt mali si non pro-
pter Deum, vel saltem propter timorem vestrum, malum agere metuant: non plus apud
vos lingua dolosa, manus plena, obsequium indebitum valeat quàm veritas, æquitas, &
sinceritas, scientes scriptum: ^a Qui excutit manum suam ab omni munere, ille in ex-
cellis habitabit; vnde consequenter intelligi debet, & non aliud: munus enim est à lin-
gua, fauor; munus à manu, donatio; munus ab obsequio, indebita subiectio.

Constituite ministros palatii, qui Deum cognoscant, ament, & metuant, qui maxi-
mam curam gerant, quatenus quicumque moestuosi palatium adierint, & per quos per-
regerint, patrem & consolatorem mirantes gaudento vos videre, occurrant, non qualiter
dicere nolumus, gemendo, & maledicendo refugiant. Constituite Comites & ministros
Reip: qui non diligant munera, qui odiant auaritiam, qui detestentur superbiam, qui non
opprimant neque dehonestent pagenses, qui messes & vineas & prata & siluas eorum ne-
quaquam deuantent, qui illorum pecora, vel fuscinchas, vel quæcumque illorum sunt,
non prædentur atque diripiant, ac per violentiam & mala ingenia, quæ illorum sunt,
nullo modo auferant. Qui Episcoporum suorum consilio quæ Dei sunt, & Christiani-
tati conueniunt, faciant: qui placita non pro acquisitione lucri teneant, sed vt casæ Dei,
viduæ & pupilli, ac populus iustitiam habeant, & plus litigantes ad concordiam, salua ius-
titia, reuocare studeant, quàm committere vt ipsi inde aliquod lucrum possint habere.
quos si pacificare non potuerint, tunc sicut rectum est, iustum iudicium decerni cum
magna sollicitudine faciant, scientes scriptum esse: ^b Indicabo tibi homo quid sit bonum, ^c Mich. 6.
id est, facere iudicium & iustitiam, & sollicitum ambulare cum Deo tuo; id est, vt quod
illi placet & tibi placeat, & facias, quod illi displicet, tibi displiceat & non facias: quod
si fragilitatem feceris, non contumaciter vel pertinaciter in tuo malo facto perseueres,
sed statim pedem sicut à ferro calido reuoca, & in viam voluntatis Domini tui dirige.
& sicut scriptum est: ^d Quia sunt viæ quæ videntur hominibus bonæ, & ducunt ad in-
teritum: fac sicut Scriptura tibi præcipit: ^e Quicumque es, homo, interroga de via bona, ^f Prou. 16.
& ambula per eam. quia si creditur Euangelio, ^g ampla via est quæ ducit ad perditio-
nem, & multi vadunt per illam; & arcta & angusta via est quæ ducit ad vitam, & pauci
inueniunt eam. propterea quicumque es, homo, audi Prophetam, & ora cum Propheta:
^h Legem pone mihi Domine viam iustificationum tuarum, & exquiram eam semper. ⁱ Psal. 26.
&: ^k Deduc me in semitam mandatorum tuorum. &: ^l Viam iniquitatis amoue à me, ^m Psal. 118.
& de lege tua miserere mei. Quia sicut Ieremias propheta dicit: ⁿ Non est hominis via
eius, nec viri est vt ambulet & dirigat gressus suos, sed à Domino diriguntur gressus vi-
ri, & viam eius volet. Ipsi Comites similiter quantum potuerint, similes sibi timentes
Deum, & iustitiam diligentes per se ministros constituent: quia sicut seniores suos
benignos & affabiles pagensibus suis viderint, & ipsi pro modulo suo illos imitari in om-
ni bonitate & iustitia certent.

Homines etiam & potentes sæculi, qui inter illas seditiones legis iugum & iustitiam
æquitatis refugiunt, & talia & tanta fecerunt, pro quibus Ecclesiasticam & specialem ex-
com-

XLIII.
QVAE REX
PIVS PRÆ-
STARE DE-
BEAT.

XLIII.
MINISTRI
REGIS QVA-
LES ELI-
GENDI.

^c Prou. 16.
^d Ierem. 16.
^e Matth. 7.

^f Psal. 26.
^g Psal. 118.
^h Ibidem.
ⁱ Ierem. 10.

XLIV.

CHRISTI
858.NICOLAI PAP.
I.LUDOVICI II. IMP. 3.
MICHAEL. III. IMP. 17.POTENTES
HUMILIAN-
DI ET EPI-
SCOPIS SVB-
IICINDI.

Psal. 18.

XLV.

IUDICES
VILLARVM
QUALIS
CONSTITVENDI.

Ephes. 4.

REX MAGIS
DARE QVAM
ACCIPERE
DEBET.

XLVII.

EXCVSATIO
EPISCOPO-
RVN.

communicationem meruerunt: ad legis & iustitiæ tramitem reuocare, & vt ad nos Episcopos humiliter, sicut eis necesse est, veniant, iubere, vel cogite; & vt Ecclesiæ in quam peccauerunt, aut cum debita ac necessaria humilitate satisficiant, aut humiliter & veraciter se excusent, qualiter absolui à Domino per ministerium Episcopale valeant, suadete, atque regia potestate præcipite. Et si fortè vos, vel quicumque alij de eorum societatis & de coniunctionis communicatione infecti, & condemnati sunt: poenitentiam quicumque se recognoscendo faciat, quia teste sacra auctoritate, non poterit absolui à suis, qui peccatis damnabiliter grauaturs externis: sicut orans Deum sanctus propheta Dauid demonstrat, dicens: ^a Ab occultis meis munda me Domine, & ab alienis parce seruo tuo.

Iudices denique villarum constituite, qui non sint cupidi, qui non diligant auaritiam, & vsuras nec ipsi faciant: nec pecunias regias vel suas ad vsuras dent, neque à suis subditis vsuras fieri sinant. Quæ omnia per vos super omnes ministros vestros ordine exigant, neque per angarias in tempore congruo illos affligant, neque per dolos, aut mala ingenia, siue inconuenientes precationes colonos condemnent, quia si per tales & alias huiusmodi affectiones pondus argenti vel auri habueritis in arca, maius & grauius pondus erit peccati quod habebitis in conscientia vestra & anima. Edificent villas vestras moderatis castellis, vt & honestas necessaria sit, & familia non grauetur. Laborent & excolant terras & vineas in tempore cum debita sollicitudine: soluant & dispenfent laborata cum fideli discretionè: faciant nutrimenta congrua & necessaria: custodiant siluas, pastionem defendant, & excolant prata, vnde habeant pabula, quatenus non sit vobis necesse per quascumque occasiones quorumcumque hortatibus circumire loca Episcoporum, Abbatum, Abbatissarum, vel Comitum, & maiores quàm ratio postulat paratas exquirere, & pauperes Ecclesiasticos & fidelium vestrorum mansuarios in caricaturis & paraueredis contra debitum exigendis grauare, & peccatum de facultatibus indebitè consumptis in animam vestram congerere.

Neque à Comitibus vel fidelibus vestris plus studeatis quàm lex & consuetudo fuit tempore patris vestri de hoc quod de Francis acciperent, exquirere: quin potius habeatis vnde sufficienter & honestè cum domestica Corte vestra possitis viuere, & legationes palatii vestrum aduertes recipere: & sicut scriptum est, ^b vnde possitis de iustis laboribus necessitatem patientibus tribuere, quia Rex & largus debet esse, & non quod largiatur, *doma scilicet accipiat*, de iniustitia vel iniquitate debet conquirere. Iudices verò villarum colonos distinguant, vt non Ecclesiasticos homines vel Francos pauperiores aut alienos seruos propter priuilegium regium opprimant, aut siluas vel quæcumque aliorum sunt in sua vicinitate deuaferent: quia Rex iustus, qui iustitiam debet diligere, ministros & colonos impios & iniquos non debet habere, sed omnibus in se & in suis debet imitationem debitam demonstrare: quia si ipse Deum dilexerit, omnes boni diligant eum: & si ipse Deum timuerit, omnes mali timebunt illum, & Rex atque sui ministri per amorem Dei bonum faciant, & omnes bona facere doceant, vt per timorem Dei mala fugiant, & omnes in illis mala fugere discant. Missos etiam tales per Regnum constituite, qui sciant qualiter Comites & ceteri ministri Reip. iustitiam & iudicium populo faciant, qui sicut Comitibus præponuntur, & in scientia & in iustitia ac veritate eis præemineant.

Hæc, quia litteris vestris significastis, quod nobiscum de restauratione sanctæ Ecclesiæ, & de statu & salute populi Christiani tractare velletis, dominationi vestræ scripto pandere curauimus, quia & pro inclemencia aëris, & propter inconuenientiam temporis, & propter imminentem diem Domini nostri Natalis venire ad præsentiam vestram nequiuimus. Operamini vos interim ista, quæ cum fidelibus vestris sine nostra corporali præsentia operari valetis. Et cum tempus congruum & sacris Canonibus designatum aduenerit, quando & pro paganorum infestatione, & propter exorti tumultus ac deprædationum atque rapinarum miserrimam nimis confusionem nobis licuerit cum dominis ac fratribus & prouincialibus Archiepiscopis & Coëpiscopis Synodum, faciente Domino, celebrare, quæ his sunt residua, cum eis sicuti cum magistris & patribus tractare, & vestræ dominationi debitum consilium dare studebimus. Et si Deus soliditatem & salutem Ecclesiæ atque Regni in manu vestra adunare & prospere decreuerit: quæ cum Archiepiscopis & Coëpiscopis nostris plus congruere diuinis dispositionibus viderimus, agere sub famulatu recti regiminis vestri studebimus. Potens est enim Deus minus bonum initium, in perfectè bonum commutare processum,

CHRISTI
858.NICOLAI PAP.
I.LUDOVICI II. IMP. 3.
MICHAEL. III. IMP. 17.

sum, cui noscitur esse possibile, quod impossibile solent homines iudicare. Si enim sapientia vestra dignum iudicat loqui & tractare cum vicino Rege, eiusque fidelibus, suadente & de ista parte Regni domino nostro, fratre videlicet vestro: multò magis oportet vos expectare tempus canonicum, vt cum fratribus, & prouincialibus Archiepiscopis & Episcopis loquamur, quia generalis causa imminet totius Cisalpinæ Galliæ; maxime autem nobis necesse est loqui cum illis Archiepiscopis & Episcopis, qui consensu & voluntate populi Regni illius, dominum nostrum fratrem vestrum vixerunt in Regem sacro christinate, diuina traditione, quemque sancta Sedes Apostolica mater nostra litteris Apostolicis vt Regem honorare studuit & confirmare.

Legite libros Regum, & inuenietis quanta reuerentia reprobatur & abiectum à Domino Saul ducere dignum duxit sanctus Samuel, cuius locum in Ecclesia nos licet indigni tenemus, & attendite quàm magnipendat sanctus Dauid in locum illius electus & vnctus à Domino, mittere manum in christum Domini, cum Saul non solum ex alia progenie, sed ex alia tribu esset, & illum electum & se electum à Domino cognoscebat, & nihil infirmitatis Sauli Dauid fecerat, sed primum adiutorium & deuotam seruitutem ei impendebat, & neque bello auferre, neque ingenti dolo illi Regnum subripere attentauit. Et cum multos ad hoc suosores & consiliarios habuisset, nulli aurem vt hoc moliretur, accommodauit, quamuis multas persecutiones & morti proximam ab eo sapientè sustinuerit. Insuper benè scitis, quid de illo iusserit, qui licet mendaciter, pro illius tamen gratia acquirenda se manum misisse in christum, id est, vnctum Domini, nuntiauit. Nam si est aliquis, qui hæc ignorat, nos ei dicimus, quia gladio eum interfici iussit. Sic & qui infideliter & contumaciter in vnctum qualemcumque Domini manum mittit, Dominum christorum Christum contemnit, & in anima proculdubio spiritualis gladij animaduersione perit.

Hæc dicimus, non vt exaggerationes contra dominationem vestram incongruas exquiramus, sed vt euentius pro qualitate nostri ministerij, quid, excepta debita fide & beneficentia, nobis in fratre vestro reuerendum sit, demonstremus. Talem nempe vos debemus & volumus credere, vt nec vos Regni augmentum cum animæ vestræ detrimento velitis habere, & neque nos cum tali dedecore ad adiutorium Ecclesiastici regiminis & gubernationis recipere, vt sine sacerdotio simus, quo priuati erimus, si contra Deum & rationis auctoritatem nos Ecclesiæ nostras vobis studuerimus committere. Ecclesiæ siquidem nobis à Deo commissæ non talia sunt beneficia, vt eiusmodi Reges, & pro libito suo inconsultè illas possint dare vel tollere; quoniam omnia quæ Ecclesiæ sunt, Deo consecrata sunt. Vnde qui Ecclesiæ aliquid fraudat, aut tollit, sacrilegium secundum sanctam Scripturam facere noscitur. Et nos Episcopi Domino consecrati, non sumus eiusmodi homines sæculares, vt vassallatico debeamus nos cui libet commendare, sed ad defensionem & adiutorium gubernationis in Ecclesiastico regimine, Ecclesiæ nostras committere; aut iurationis sacramentum, quod nos Euangelica, & Apostolica, atque Canonica auctoritas vetat, debeamus quoquomodo facere: mahi enim christate sancto perunctæ, quæ de pane & vino aqua mixto per orationem & Crucis signum conficit corpus & Christi sanguinis Sacramentum, abominabile est quidquid ante ordinationem fecerat, vt post ordinationem Episcopatus, sæculare tangat villo modo sacramentum. Et lingua Episcopi, quæ facta est per Dei gratiam clavis cæli, nefarium est, vt sicut sæcularis quilibet, super sacra iuret in nomine Domini, & Sanctorum inuocatione, nisi fortè (quod absit) contra eum scandalum acciderit Ecclesiæ suæ, & inde sic temperanter agat, sicut Domino docente, constituerunt Rectores Ecclesiæ synodali concilio. Et si quando sacramenta ab Episcopis exacta aut facta fuerint contra Deum & Ecclesiasticas regulas, quæ Spiritu sancto dictatæ, & Christi sanguine sunt confirmatæ, irrita sanctæ Scripturæ paginis declarantur, & exigentes, atque facientes medicamento exinde salutis poenitentia indigent.

Propterea expectate, domine, patienter, sicut Princeps Christianus & Ecclesiæ filius, & honorate Ecclesiæ sanctæ Rectores, vt vos honoret qui nobis dixit: ^a Qui vos audit, me audit, & qui vos spernit, me spernit. & ^b Honorantes me, honorabo; & qui contemnunt me, erunt ignobiles. & ^c Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei. & in Psalmo: ^d Nolite tangere christos meos, & in prophetis meis nolite malignari. & ^e Qui maligna agunt, exterminabuntur; sustinentes autem Dominum, ipsi hereditabunt terram, hoc est Regnum Dei.

Dei. Et cum venerit tempus & locus (sicut superius diximus) loquemur cum nostris A confratribus, & sicut Domini iustis dispositionibus viderimus convenire, sine dubio faciemus. Et non est rationabilis causa, quæ contra hoc quod petimus, vos debeat stimulare, quia non sumus huiusmodi homines, ut cum cognoverimus voluntatem Domini, velimus aut debeamus quoquo modo resistere, rixas & dissensiones, seu seditiones, quas vulgus vuerras, *modò guerras*, nominat, debeamus commouere, & conferere, & tenere, quos Dominus pacis prædicatores & sectatores voluit ordinare, & peccata nostra, & nobis commissi etiam totius populi constituit plangere & curare, & bellum cum vitis, pacem cum fratribus iussit habere. Nos equidem pacem, & quietem, non rixas & bellum optamus, & quærimus: quia, sicut dixit^a Apostolus, non sunt nobis carnalia arma, sed spiritualia, potentia Deo, qui sumus^b calceati pedes in præparatione Evangelij pacis, induti lorica m iustitiæ, & galea salutis tecti, accincti lumbos in veritate, habentes scutum Fi. B dei, & gladium Spiritus sancti: ^c quia non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, aduersus rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitia in caelestibus. Et non militamus terreno Regi, sed caelesti, pro salute & nostra & terreni Regis & totius populi nobis commissi. Quorum officium est, nulli nocere, contra neminem infideliter agere, omnibus autem velle prodesse.

EPISCOPO- RVM EST PACI CON- SVLERE.

^a2. Cor. 10. ^bEphes. 6. ^cIbidem.

LI.

MALOS CONSILIA- RIOS CA- VEANT RE- GES.

^dProu. 8.

^e1. Cor. 1.

^fIob 41.

^gPsal. 44.

Tandem dominè noster Rex, contra Deum & contra animum vestram non audiatis illos qui dixerint (si fortè vobis dixerint) non tibi curæ sit Rex, quæ tibi referant illi fellones atque ignobiles: hoc fac quod tibi diximus; quoniam cum nostris, & non cum istorum parentibus tenuerunt parentes tui Regnum. Nos autem obsecramus dominationem vestram, attendite potius (si Christianus Rex estis, sicut & Deo gratias, estis, & in illum creditis, & per illum regnare vultis, per quem, sicut scriptum est, ^d per me Reges regnant, cuius est Regnum, immò orbis terræ & plenitudo eius) quia idem Deus in carne veniens, qui solus Rex fieri potuit & sacerdos, & in caelum ascendens, suum Regnum, id est, Ecclesiam inter Pontificalem auctoritatem & regiam potestatem gubernandam disposuit, non elegerit ad hoc diuites & nobiles, sed pauperes & piscatores, & sicut scriptum^e est, ignobilia & contemptibilia mundi elegerit, ut confundat fortia. Et fieri potest, ut tales vobis ista dicant (si fortè minùs necessariò Deum timentes vobis dixerint) cum quorum parentibus diabolus, qui secundum Scripturam^f, est Rex super omnes filios superbiae, Regnum Christi (quod est Ecclesia) conturbauerit, & nunc eos in regno suo, id est, in inferno retineat, & secum in sæcula retinebit: pro certo autem sciatis, quia cum nostris parentibus, id est, cum Apostolis Christus Rex Regum Regnum suum, id est, Ecclesiam conquistauit, ampliauit, & erexit: & per nos & nobiscum (vtinam non ad iudicium vestrum dicamus) eandem Ecclesiam, id est, Regnum suum quotidie acquirit, auget, & gubernat idem Dominus I E S V S Christus, sicut dictum est à Domino Ecclesiae per Prophetam: ^g Pro patribus nati sunt tibi filij, id est, pro Apostolis creauit tibi Episcopos, qui te regant & doceant. Cum qua Ecclesia nobis à Deo commissà, Rex Christiane ac domine, sicut litteris vestris iussistis, ieiuniis ac orationibus & litanis Dominum, summum gubernatorem in nauis sanctæ Ecclesiae fluctuante in hoc mare, id est, sæculo naufragosò, peccatis nostris communibus dormientem pulsare & excitare, & pro vobis deprecari studebimus, ut quanto citius pro sua ineffabili dignitate euigilet, & imperet ventis ac mari, id est, tentationibus diabolicis, & inquietudinibus secularium hominum, ut redeat quantumcumque tranquillitas, gratia & misericordia eiusdem Domini nostri I E S V Christi, cui est, & sit potestas & honor & gloria & imperium in sæcula sæculorum. Amen.] hucusque Episcoporum epistola ad Ludouicum.

LII.

At non quieuit Ludouicus Germaniæ Rex, sed quò minùs licuisse sibi vidit rem agere cum Episcopis, se ad arma conuertit, atque aduersus Carolum venit cum exercitu valido factis, qui tunc in expeditione aduersus Northmannos ad ripam Ligeris fluminis erat. Cum verò ipse Carolus se longè imparem viribus esse fratri cognosceret, cum paucis clam à suis se copiis subduxit, quæ ita sine Rege relictae, defecerunt ad Ludouicum. Cumque ad res componendas Ludouicus aduiceret animum, dimissis suis, illic hiemare parauit: sed interim importunè renuntiata rebellione Sorabica, coactus est ad propria reuerti; sicque Carolus ut prius, ex insperato, Regni habenas liberas nactus est. hæc omnia idem vetus Francorum Chronicon.

LVDOVICVS SVMMA RE- RVMPOTI- TVS COGI- TVR REDI- RE INGER- MANIAM.

Interea

A Interea verò ipse Carolus rebus consulturus, Legatos misit in Italiam, tum ad Ludouicum nepotem Imperatorem, tum ad Nicolaum Romanum Pontificem, exostulans cum utroque de Ludouico fratre, qui non læsus, cum exercitu validissimo Regnum suum esset aggressus. Non defuit officio Imperator, sed & Nicolaus præstitit quod patris & pastoris est: qui ambo datis ad Ludouicum Regem Germaniæ litteris, eum admo- nuerunt ne quid in Regnum alienum præsumeret, abstinereque à cæptis, & (ut decet Christianos Principes) charitatis vinculo iuncti, & pacis nexibus vincti, quæ iusta, quæ sancta, Deoque grata, populisque vtilia, meditarentur. His acceptis litteris Ludouicum, legauit ad Ludouicum nepotem Imperatorem, & ad Nicolaum Romanum Pontificem Othonem Fuldensem Abbatem, qui apud vtrumque suam rectam in omnibus intentionem notam faceret, litteris Apologeticis se purgans apud vtrumque. Porro huiusmodi legatio per Fuldensem Abbatem mitti contigit anno sequenti, ut vetus sæpè citatum Chronicon docet. Sed antequam ad ea veniamus, iam modò quæ reliqua sunt anni huius rerum gestarum Nicolai Papæ videamus, indeque ad res Orientalis Ecclesiæ orationem conuertemus. Quæ enim hoc anno ipso sui Pontificatus exordio Nicolaus Papa diuersis Vrbs Ecclesiis dona contulit, Anastasius, qui res ab eo gestas singulas ordine temporum est profecutus; hæc ait:

LIII. QVERELA CAROLI AD PONTIFICEM ET IMP. AD VERSVS LVDVICVM FRATREM.

Hic beatissimus Præsul diuina inspiratione repletus in Diaconia sanctæ Dei Genitricis Dominae nostræ, quæ vocatur Cosmedin; fecit vestem holofericam vnam de stauraci habentem leones maiores duos; fecit velum rotatum album vnum ornatum in circuitu de Tyrio miræ magnitudinis. Obtulit item in dicta Diaconia gabatham saxifcam de argento purissimo deauratam, quæ pensat libras duas & vncias quatuor. Fecit autem in basilica Saluatoris, quæ Cæsarea dicta (nomen sumptum à Constantino) Cruces de argento purissimo, quæ pendunt ante Sacramentum substantiæ carnis eiusdem Domini nostri I E S V Christi, in quibus ad laudem ipsius festis diebus cereus ardere solitus, pensantes libras quatuor & semis. Et in basilica quoque semper Virginis Mariæ Dominae nostræ, quæ vocatur ad Præsepe, fecit cantharum de argento fusilem, pensantem libras octo & vncias quatuor. Idem à Deo protectus & beatissimus Pontifex supernò fauore plenus, obtulit in basilica B. Petri nutritoris sui gabatham de auro puro pretiosis gemmis ornatam, pensantem libras tres & vncias octo. Item fecit in Confessione ipsius sanctissimæ basilicæ^{*} iugulum de auro mundissimo, pensans libras duas. Similiter verò in dicta Ecclesia fecit Cruces de argento mundissimo numero sex, pensantes libras tredecim & vncias quinque. Item & in basilica Doctoris Gentium B. Pauli Apostoli fecit Cruces ex argento purissimo, quæ pensant libras quatuor. Item & in basilica S. Laurentij martyris, quæ est sita foris muros, fecit Cruces duas de argento purissimo, quæ pensant libras quatuor.

LIV. ORATIO- NES NICO- LAI PAPAE AD DIVER- SAS ECCLE- SIAS.

Primo quidem Pontificatus sui anno, cum aurea quædam ipsius beatitudini pretiosissimis compra gemmis corona perducta est librarum habens pondera octo & vncias quatuor, ad Dei gloriam supra sacratissimum eius altare basilicæ aureis catenulis ingenti exaltauit amore. Verum etiam in dicta Ecclesia B. Petri Apostoli nutritoris sui obtulit gabathas ex argento purissimo numero octo, quæ pensant simul libras duodecim & semis. Item fecit in monasterio SS. Stephani & Siluestri, quod nouiter fundauit sanctæ recordationis domnus Paulus quondam Papa in Ecclesia quæ vocatur sancti Dionysij, vela quatuor de stauraci.] hæctenus de oblationibus primi eius anni, reliquæ suis describentur E locis pro temporis ratione.

LV.

Ad postremum autem quæ in huius anni fine, in Orientali Ecclesia luctuosa valde contigere, hic vltimo loco narremus. Hoc namque anno, cum Ignatius Constantinopolitana Patriarcha vndecimum sedis annum expleisset, atque duodecimum ageret, factione Bardæ Patricij, penes quem summa erat administratio Imperij, è throno iniquè deponitur, tyranniceque in carcerem horrendum detruditur, atque Photius eunuchus ex laico indignè sufficitur, consecraturque die Natalis Domini, & per sæcularem potentiam retinetur. hic initium magnæ tragediæ haud vno vel altero actu finitæ, quæ ad multorum annorum curricula propagata, & sub pluribus Romanis Pontificibus ducta, cuncta gemitibus repleuit atque doloribus. Præcessisse autem concilium, quo ab iniquis & excommunicatis Episcopis ipse sanctus depositus est Ignatius, testatur^a Nicolaus Papa in prima epistola ab ipso scripta ad Imperatorem, quod & testificatione eiusdem Imperatoris litterarum constat. Quin etiam ante concilium celebratum, nimis aduersariorum

LVI. IGNATIUS PATRIAR- CHAE CON- STANT. DE- POSITIO.

CHRISTI
858.NICOLAI PAP.
I.LVDOVICI II. IMP. 3.
MICHAEL. III. IMP. 17.

fatigatum angustiis atque pressuris, ipsum Ignatium sponte deseruisse thronum, & Ecclesiam reliquisse, declarant primæ litteræ Nicolai Papæ ad Michaëlem Imp. suo loco inferius recitandæ. Sed videamus quæ de his scripsere veteres Græcorum historici. Ioannes enim Curopalates antiquus hitoricus rem gestam sic aggreditur:

LVII.
IGNATIUS
OB EXCOM-
MUNICA-
TVM BAR-
DAM GRA-
VISSIMA
PASSVS.CVRETHRO
NO DE POSI-
TVS IGNA-
TIVS.RELEGATVS
IN IN-
SVLAM
IGNATIUS.LVIII.
PHOTIVS
IGNATIO
SVBROGA-
TVR.PHOTIVS
QVI QVA-
LISVE FV-
RIT.

Hic Ignatius sanctissimus Patriarcha Bardæ propter vxoris infantis repudium, & cum cognata sibi sponsa consuetudinem, Ecclesiam interdixit, siquidem diuinos Canones non curabat. Cui postquam multum supplicans Bardas, vt eum sibi placaret, veniam impetrare non potuit: omnino desperata re, ad iniuriam & vitionem animum adiecit, eumque ex Ecclesia expellendum curat. Nicetas, qui res gestas Ignatij, vitam eius scribens, persecutus est, tradit sæpè ab Ignatio redargutum Bardam ob eandem turpitudinem cum cognata. Verum ille non declinans à scelere, vbi die Epiphaniæ anni huius in Ecclesiam se conferret, Eucharistiæ sumendæ causa, reiecit eum Ignatius à communione corporis sacri, cuius rei causa in eum Bardas insaniit, furitque. in inuidiam & odium præterea Ignatius ductus est, quod non paruisset Imperatori, cum ei præcepit, vt matrem Theodoram in monacham inuitam tonderet: nam facinus indignum detestatus, illud perpetrare noluit. Accessit ad hæc præterea, quod Bardas accusauit eundem Ignatium, quod contra Imperatorem Gebum quemdam seduxisset. Erat Gebus iste stupidus homo & mente non valde sibi constans, qui paucis diebus antè Dyrrachio venerat, habitu quidem Ecclesiastico indutus. hic cum se filium Theodoræ Imperatricis ex alio viro diceret, ei plerique ex populo quasi regnato in hærebant, tunc autem in insula, Acuta dicta, pro cautela tenebatur custoditus. Hæc erant quæ in virum sanctissimum obiiciebantur, à Niceta recitata, qui mox subdit, his de causis ipsum relegatum fuisse in insulam, cui erat nomen Terebinthus, vbi post tres dies rogatus est ab Episcopis ad hoc missis, renuntiare sedi Patriarchali, dareque libellum renuntiationis: quod impetrare nullo modo potuerunt. Sed iidem iterum rem tentantes, ad hoc ipsum miserunt Patricios & magistratus cum Episcopis, vt libellum renuntiationis ab iplo acciperent, quod facere omnimodè recusauit, quamuis multis minis ab illis tentatus esset. Comminationes autem ad effectum esse perductas; Curopalates tradit, hæc subiiciens: Et post multas atque incredibiles vexationes & cruciatus, ad extremum in Copronymi sepulchro includitur, impositis ipsi grauibus crudelissimisque custodibus. Et profectò decessisset è vita sanctissimus hic vir præ grauissima vexatione, summoque dolore, nisi pius ac religiosus quidam vir, cum quibusdam de causis necessariis inde abiissent custodes, è sepulchro eum eduxisset, & conuenientem illi curam præstitisset. Quem & post magnam vexationem in Mitylenem relegat. Sed & alij complures Episcopi similia his atque adeo peiora pertulere, eò quod iis quæ fierent non assentiebantur; neque se alium recipere velle Patriarcham (quodcumque accideret) exclamabant. Attamen postmodum cedentes alij minis, alij pollicitationibus, Bardæ voluntati obsequuntur, cum virtute & gloria pecuniæ cupiditatem & defectionem permutantes.

Bardas autem Photium virum ob sapientiam clarum, cum primus à secretis tunc esset, Patriarcham deligit. & vbi aduenere etiam Papæ Legati contra Iconomachos missi, eisdem quoque suadent, vt suæ voluntati consentiant. Quare in SS. Apostolorum templo, coacto concilio, publico interdicto condemnant Ignatium ab exilio acersitum.] hæc de his Curopalates, & totidem fermè verbis Cedrenus, & alij recentiores omnes. Verum non hoc anno cuncta hæc accidere, & quod vltimo loco de Legatis Apostolicæ Sedis dicit, id quando contigit, suo loco dicetur. Hæc autem mixtim & confuse à Græcis Historicis citatis de Ignatij exaucturatione quam diximus, & Photij subrogatione narrata, suo ordine quo sunt gesta, describuntur à Niceta in Ignatij vita distinctè satis. De Photio autem in primis agens, qualis esset, & cuius ordinis ante Patriarchatum, enarrat, nimirum nobilitate insignem, Protospatharium dignitate, munere à secretis Imperatori inseruisse, diuitiis pollentem, scientiis sæcularibus disertissimum, anti- quis etiam hac ex parte comparandum, sacrarum verò litterarum expertem, sed qui serò licet, vbi eum inuasit libido spiritalis præfecturæ, eas non qua decet animi summifione aggressus, nullo vsus magistro; magistrum qui docere alios posset, statim professus est, homo gloriæ appetentissimus, sexque diebus ex laico monachus, secunda efficitur Anagnostes, tertio subdiaconus, quarto diaconus, quinto presbyter, sexto denique Patriar-

CHRISTI
858.NICOLAI PAP.
I.LVDOVICI II. IMP. 3.
MICHAEL. III. IMP. 17.

A Patriarcha, sedem patriarchalem conscendens, alta voce populo pacem annuntiauit, nihil pace dignum cogitans.

Erant autem eius initiationis Gregorius ille Syracusanus excommunicatus, atque è throno iam antè depositus minister & in omnibus auctor, Ignatij perduellis. quod enim facinorosum hominem multis diffamatum criminibus Constantinopoli existèrem Ignatius suæ ordinationi noluerit esse præsentem, ab eo tempore expertus est eum inimicum & aduersarium, vt pote qui tunc eò accedens, ceras in quibus ordinatio Ignatij scripta erat, è manibus abiiciens, in Ignatij conuersus contumelias, non pastorem, sed lupum ordinari, coram omnibus impudens exclamauit. In eodem odio perseuerans, sui similes sibi iungens, Petrum Sardorum Episcopum, cognomento Miserum, & Eulapium Apameæ, iis vsus est in Photij initiatione comministris. Quod igitur vndecim annis quibus Ignatius sedit, magno labore machinatus est, hoc tempore est conatus explere, ipso die Natalis Domini, quo Photius ab eo est consecratus. Ista Nicetas. qui pergit dicere, post duos menses, nempe anno sequenti, diram persecutionem à Photio excitatam aduersus Metropolitanos Episcopos omnes, qui perstantes in Ignatij communione, chirographum obedientiæ Photio non obtulissent petitum: insuper eundem Photium insimulasse Ignatium apud Imperatorem, quod exul in Imperium, res nouas moliretur, eiusque rei causa multos iudices quæstionem diram de Ignatij familiaribus habuisse, & cum nihil reperissent, tunc vinctum ipsum Ignatium inde abducentes, ad Sacram insulam ex Terebinthi insula transfuisse, vbi eum in Caprarum stabulo concluderunt, inde verò deduxerunt ad loca, Promethi dicta, vbi Leo ille, sacrarum largitionum domesticus, Ignatij maxillam pugnis appetens, duos ex illa excussit molares dentes. Postea verò compedibus ferreis eum vincientes in angusto carcere concluderunt. Hæcque omnia agebantur, vt ab eo libellum renuntiationis sedis extorquere possent. Inde transfulerunt ita vinctum ad Numeram; imminente verò Augusti mense, nauiculæ imponentes deduxerunt in insulam Mitylenem. amicos verò eius affectos verbèribus, proscriptosque in diuersa loca exules miterunt. Tunc & Basilio Chartophylaci propter eius in dicendo libertatem lingua amputata. Hæc omnia Nicetas pluribus, quæ ccepta hoc anno in sequentem, vt audisti, sunt propagata, suoque ordine quo gesta sunt, recensita ab ipso, qui horum spectator erat.

Potè ista etiam synodalia Acta proclamauerunt: nam in primis quæ passus est Ignatius, & qui illi coherentes Episcopi, libellus Episcoporum, qui oblatu est sacrosanctæ Oecumenicæ octauæ Synodo, in Actione secunda recitatus, hæc post alia contra Photium continet: Nónne dentes eius radices euulsit, faciens eum facie percuti? Nónne pedes eius ferreis vinculis muniuit? Nónne eum cum lapsis & fugitiuis seruis in fœtoribus & sordibus damnauit, vt moretetur, tempore non paruo? Nónne denudans eum vestimentis, quæ induebat, vel prima paruula tunica, huius crura scidit, & in sepulchro, quod in modum rogi factum est, illum delusum collocari fecit, lampadam quæ ibi ardebant, aquam profundendo, ne dum siti cruciaretur, vel ex illa aqua ad se refocillandum potare posset? Nónne hunc erectum stare facientes, abstulerunt illi virgam, quam tenens in manibus ea fulciebatur, senectutis suæ imbecillitatem consolando? Nónne sine cibo & potu multos eum dies transigere fecerunt? Nónne exulem illum fecit, vbi sunt frequentes incurfus Barbarorum, & rapiuntur homines, qui in illis locis habitant, & gladij efficiuntur impendium? Sed quæ ab eo sustinuit tantæ multitudinis sunt, vt dinumerare, in vanum laborare sit: neque enim sermo valebit hæc enarrare. & tum quis erat qui talia sustinebat? Imperatorum filius, & Imperatorum nepos: ipse Ignatius, qui Angelicam vitam subiens, habitu monasticæ conuersationis indutus est, qui Deo placabilis, & Angelis reuerendus, & dæmonibus metuendus apparuit.] Hucusque de his quæ sanctus Ignatius passus est ante & post intrusionem Photij, anno sequenti. quæ autem in alios minoris conditionis Episcopos idem Photius scelestissimus perpetrarit, iidem Episcopi in plena Synodo Oecumenica ita deplorauerunt:

Ex his quot exiguitatem nostram feueritibus submiserit, etsi dicere non possumus, vos colligere & nosse valetis. Si enim talibus summis sacerdotibus, scilicet Papæ Nicolao, ac studiosissimo Patriarchæ Ignatio, talia operatus est: nobis vtique humilibus mentis munditia qualia fecerit, non ignoratis. Multi enim ex nobis cum infidelibus gentibus in Prætorio multati sunt, fameque & siti seu ceteris miseris afflicti, ad secundum marmora pro lignis damnati sunt. Alij autem pro eo vt aut lignis ferirentur, spatha percutie-

Annal. Eccl. Tom. 10.

O 2

bantur,

LIX.
CONATVS
GREGORII
EPISC. SY-
RACVSANI.LX.
QVAE PAS-
SVS IGNA-
TIVS.LXI.
QVAE PAS-
SI EPISCO-
PI IGNA-
TIO IN HAR-
RENTES.

CHRISTI 858.

NICOLAI PAP. 1.

LVDOVICI II. IMP. 3. MICHAEL. III. IMP. 17.

bantur, his qui feriebant non vt sacerdotes, neque vt homines carnem ferentes, sed vt inanimata corpora percipientibus. Illud verò, quos calcibus submittebant, & huic pœnæ subiectis viscera euellabant, vt leue tormentum habebant. Id præterea quot monilibus ferreis afficiebat, & catenis vinciebat, tœnum post multos dies in escam præbens, humanitatem multam esse putabat. Quot autem in tenebris & vmbra mortis, in foetoribus mortiferis includebant, nec tegebant cum facerent, sed gloriantes, & cachinnantes magna voce, nescientibus cum feritate atque iactantia loquebantur ludentes: & rogati vt talibus misericordiam præberent, magis insaniebant, & deterius causabantur. Alios etiam in extremitates orbis, in alienigenarum loca fecit exiliare. His atrocitatibus submissi nos, & in summum Sacerdotem nostrum, & viros qui cum illo per seuerabant, peiora his committi videntes, afflicti & fatigati sumus, tam in aliis fieri aspicientes, quam ipsi talia patientes, &c.]

*Al. exulare.

LXII.

Audisti carnificinam ad destruendam Ecclesiam ab eunucho paratam, vt merito comparari possit persecutio ista quibusuis aliis, siue à schismaticis, vel ab hæreticis, aut etiam à Gentilibus aduersus Ecclesiam excitatis, sed illis eò ista deterior, quòd immanissimus persecutor præcipuam verbis præ se ferret sanctitatem, & quòd minus probè factis caruit, eò magis verbis scriptisque seipsum commendans, iustus sanctusque, totusque Apostolicus affectauerit apparere, vt ex litteris eius inferius recitandis intelliges. Mea quidem sententia nullus deterior persecutor ita prostravit orientalem Ecclesiam ac Photius, vtpote qui præter ista insuper manibus pedibusque conatus sit eam à communicatione Ecclesie Romanæ diuellere, cuius damna in dies grauiora in hanc vsque horam experiantur infelices Orientales. Hæc autem hoc anno cœpta, in sequentem sunt propagata. Vt enim ista omnia certitudine temporum consignata relinquamus: hæc de Ignatio in ordinem redacta, & subrogato Photio, hoc ipso anno facta esse, quo vndecimus expletur annus sedis Ignatij, & inchoatus est duodecimus per plures menses, rum testificatione Nicetæ constat, tum etiam ex Nicolai Papæ epistolis ita colligitur, quod cum sæpè restetur, ipsum Ignatium throno priuatum, cum iam duodecim prope annis in eo sedisset, huncque duodecimum annum sedis eius sit numerare ab obitu S. Methodij, cui successit anno Redemptoris octingentesimo quadragesimo septimo, mense Iunij: hoc ipso vtique anno Ignatium sedere deliisse, & Photium sedem inuasisse certum est. reliqua inferius.

PHOTIUS DETERIOR OMNIBVS PERSECUTORIBVS.

SCHISMA IN ECCLESIA CONSTANTI NO P.

IESV CHRISTI ANNVS 859.

NICOLAI PAP. ANNVS 2.

LVDOVICI II. IMP. 4. MICHAEL. III. IMP. 18.

I. S. EULOGII MARTYRIVM.

ANNO Redemptoris octingentesimo quinquagesimonono, septima Indictione, vndecima mensis Martij, magnus ille promotor Martyrum, Christi præco, debellator Mahometanæ impietatis, Dei sacerdos S. Eulogius, designatus olim Toletanus Antistes, presbyter verò existens Ecclesie Cordubentis, de impietate diu oppugnata triumphans, martyrio coronatus migrat in cælum, addita ad palmam Leocritia, Mahometanæ gentis sobole, sed in Christo renata, & prædicatione eiusdem Eulogij enutrita, atque ad martyrium roborata. Quomodo autem ista se habuerint, ab Aluaro eius temporis rerum gestarum sincerissimo Scriptore accipiamus, qui in Eulogij vita hæc habet, vbi incipit ab eius vinculis historiam recitare: Nam eo die nescio cuius insinûtu, quorûmve insidiis & proditione locus Præsidi latibuli indicatur, & à militibus ad hoc missis ex improviso omnis illa eorum habitatio circumdatur. Actumque est, vt electus & prædestinatus Martyr præsentialiter adfuisset. In cuius præsentia iam dictam Leocritiam virginem educentes, eumque vnà pariter comprehendentes, verberantes, multisque contumeliis affligentes, iniquo Præsidi & scelerato iudici præsentarunt. Quem mox iudex per flagella occidere cogitans, truculento vultu & impatienti animo, vehementi furore accentus, furiosis verbis interrogat, virginemque cur domo retinuerit minitendo, disquirat.

II.

Cui libentissimè & patientissimè, more locutionis suæ splendide rei veritatem hoc ordine pandit: Præses, ordo nobis prædicationis iniunctus est, & nostræ hoc fidei conuenit, vt disquirentibus à nobis lumen Fidei porrigamus, nullique ad vitæ itinera properanti, quæ sancta sunt, denegetur. Hoc sacerdotibus competit, hoc religio vera depo-

B

C

D

E

CHRISTI 859.

NICOLAI PAP. 2.

LVDOVICI II. IMP. 4. MICHAEL. III. IMP. 18.

A scit, hoc etiam Christus Dominus noster nos docuit, vt quisquis sciens Fidei haurire flumina voluerit, in duplo potum inueniat, quem quæsiuit.

Et quoniam hæc virgo Fidei sanctæ regulam à nobis inquirere visa est: necessarium extitit, vt illi nostra eò se libentius applicaret intentio, quòd eius in amplius incenderetur affectio: nec decuit talia desiderantem reicere, præsertim illi qui ad hoc Christi electus est munere: vnde & vt posse mihi extitit, illustraui & docui, & Fidem Christi viam Regni esse cælestis exposui. quomodo & tibi, si me disquirendum putasses, libentissimè facerem. Tunc Præses turbido vultu virgas inducere iussit, eum minitans flagellis perimere. Cui sanctus dixit: Quid istis virgis exercere cupis? Animam (inquit) tuam per has educere volo. Gladium, ait, acue & compone, pro quo animam à vinculo corporis expeditam ei reddas, qui dedit: nam flagellis membra dissecare non æstimes. Et mox clara inuentione & sufficienti eloquio, falsitatem Vatis sui & legis improprians, & prædicationis verbum ingeminans, sub omni velocitate palatium ducitur, & ad Regis Consiliarios vsque pertrahitur. Vbi vnus ex ipsis illi familiarissimè notus, compatiendo insiluit:

Si stulti, inquit, & idiotæ in hanc mortis descendam ruinam deuedi sunt: tu sapientiæ decore præcinctus, & vitæ moribus illustratus, quæ te dementia huic mortifero casui, obliterato naturali vitæ amore, committere compulit? Audi me, obsecro, & ne præcipiti casu corruas, rogo. Dic tantum verbo in hora huius tuæ necessitatis, & postea tua, vbi vbi poteris, vt ere fide. Promittimus te nupiam inquirendum. Cui beatissimus Martyr subridens: O, inquit, si scire potuisses, quanta Fidei nostræ cultoribus maneant reposita, aut si possem quod meo retineo, tuo committere pectori: tunc iam non me à proposito reuocare conareris, sed libentius te ab hoc mundiali honore amouere cogitares: & cœpit eis Evangelij æterni verbum porrigere, & prædicationem Regni constanti libertate infundere.

Qui ilicò, eum nolentes audire, gladio iubent transigi. Cumque duceretur, vnus ex eunuchis Regis alapa eum percussit, cui ille alteram faciem præparans; Obsecro, inquit, vt hanc iterum verberando priori corques: quam cum secundo feriret: ille patiens & mitis iterum priorem parauit. Sed impetu militum ad locum occisionis deducitur. Vbi genua in oratione curuans, & manus ad cælos extendens, signoque Crucis totum se muniens, paucis verbis intra se orans, ceruicem mucroni extendit, & celeri icu, mundum contemnens, vitam inuenit. Compleuit martyrium suum quinto Idus Martij, die sabao, hora nona.

Et o felicem & admirabilem nostro sæculo virum, qui & præmisit in multis sui operis fructum, & reliquit in virgine se sequendum. Secum victoriæ vexillum manibus eleuans, & manipulum laboris sui pro se Domino libans, oblationem puram & pacificas hostias offerens, & in se quæ alios docuerat, Christo rerum Domino representans. Mox verò vt proiectum est cadauer è loco eminentiori in ductum aluci, columba miro candore niuescens, videntibus omnibus, secans aëra pennis, super corpus Martyris aligerans sedit, quam omnes missilibus petris hinc inde abigere conantes, & nihilominus consistentem repellere non valentes, manibus voluerunt cominus effugare. Sed illa in circuitu corporis non volans, sed saliens, super rurrim corpori imminentem propius resedit, & ad corpus beatissimi viri vultum conuertit.

Nec silendum est miraculum, quod ad laudem sui nominis Christus est super corpus Martyris operatus. Etenim vnus Altigitanæ ciuitatis incola, dum inter ceteros palatinum lunatim mansionis seruitium ageret, ibique cursum suum vigiliis expediret, nocte aquam potare desiderans surrexit, & ad prominentem canalis ductum, qui supra illa loca producit, peruenit. Vbi vidit desuper, super corpus eius, quod deorsum iacebat, sacerdotes miro candore niuentes, luminaria coruscantia retinentes, & psallentium more Psalmos gnauiter recitantes. Qua visione perterritus, ad mansionis locum magis fugiens, quam rediens, repedauit, & socio omnia renuntians, cum eo iterum ad locum reuertere voluit, sed iam secundò cernere illud non valuit. Cuius beatissimi caput alio die curiositas Christianorum redemit, corporis verò reliquias tertio die collegit, & sub vmbra beatissimi martyris Zoili tumulauit.

Beatissima verò virgo Leocritia multis oblationibus delinita, multisque promissionibus impulsata: tandem diuino munere soliditate fidei roborata, quarta post eius martyrium die extitit decollata, ac in flumine Betis proiecta. Sed aquis nec submergi potuit nec celari: erecto enim corpore pergens, mirum omnibus visum præbuit, & sic à Christianis

nis educta, in basilica S. Genesij martyris, quae sita est ad locum, Tertios, extitit tumula- A ta.] Haec de sanctis Martyribus, quibus Cordubensis Ecclesia est minificè illustrata. Nam cum toto ferè orbe terrarum dominarentur impij Mahometani, nullo alio loco (quod sciat,) nisi Cordubæ ita enituit frequens in perferendo martyrio Christiana constantia, reliquis alibi non audentibus aduersus Sarracenorum obloqui impietatem, factis habentibus, si inter illos Christianos esse liceret.

VIII. DE LEGATIONE EPISCOPORVM AD LVDOVICVM RE- GEM GERM.

EX vet. man. ser. cod. Marc. Ant. Mauri & alio Ant. Arg.

IX. COMMONITORIUM DATVM LEGATIONE EPISCOPI. *al. Iulij

Quod ad res Francorum spectat, hoc eodem anno Ludouicus Rex Germaniæ perterritus litteris Episcoporum eum redarguentium, quas anno superiori missas recitauimus, ab eorumdem Legatis expetiit, vt venirent, & quæ pacis essent tractarent, & quidquid ea de re ipse peccasset, absoluerent; se autem esse paratum, omnem quamuis duram subire conditionem potius quam à Deo excidere, & ab Ecclesia fieri per reatum extorrem. Quamobrem iidem Episcopi, qui litteras scripserant, minimè officio defuere, sed nobilem ad eum ornauerunt legationem Vuormatiam, vbi erat; immò & ex eis aliqui eiusdem susceperunt onus legationis. Cuius quod extat ad ipsos Legatos datum tunc Commonitorium (ita vocabant Legatis insinuata præcepta) hic tibi reddemus, ne adeo digna, nisi edantur, pereant monumenta antiquitatis, sic enim se habent ex antiquis codicibus accepta: Dilectis in Christo fratribus & sacerdotibus nostris, Legatis videlicet diuinæ pacis ac nostræ vnauinitatis Hincmaro, Gunthario, Vueniloni Archiepiscopis, & venerabilibus Coëpiscopis nostris Herluino, Hildegaro, Aduento, Hebboni, Hincmaro, Erchanrao, Episcopi quorum nomina subter habentur adscripta. Qui fauente Domino, & annuentibus gloriosis Principibus nostris Carolo & Lothario in Mediomatricum ciuitatem anno Incarnationis Dominicæ octingentesimo quinquagesimonono Indictione septima quinto Kalend. * Iunij synodali decreto conuenimus.

2. Cor. 3.

Luc. 10.

Nota, & (proh dolor) nimis est discordia, atq; calamitatis perniciēs, quæ factione quorundam seditiosorum hominum nuper inter fratres Reges nostros Hludouicum & Carolum accidit. Vnde talia & tanta in Ecclesia nobis ad regendum diuina dignatione commissa, & in hoc Regno perperam sunt admissa, vt ipso etiam auditu horribilia cognoscantur. Et si hæc discordiæ pestilentia diutius, operante humani generis antiquo hoste, durauerit, quàm exitialis & mortifera existet, ipsi scitis. Qua de re memores, quid Veritas missis prædicatoribus iusserit, & diuinus Paulus dicit: Legatione fungimur pro Christo: reconciliamini Deo. legatione pro Christo fungentes vos fratres charissimi Legati Dei amatæ pacis: quoniam exinde iam vos ad gloriosos Principes nostros Carolum & Lotharium Episcopali auctoritate, non minùs ad Dominum Hludouicum Regem gloriosum, mediante Domino, ordinauimus, sicut Saluator dicit: In quamcumque domum intraueritis, primùm dicit: Pax huic domui, & si ibi fuerit filius pacis, requiescet super illum pax vestra; sin autem, ad vos reuertetur, qua aut erit quisque prædelinatus ad vitam, & cæleste verbum sequetur, quod audiet: aut si nullus audire voluerit, ipse prædicator sine fructu non fuerit.

Psal. 33. Psal. 50. Psal. 144. *al. puriter

1. Ioh. 1.

Post prædictam verò & postulatam pacem legatio vestræ paternitatis huiusmodi erit conditionis, vt idem Rex nobis, & vtinam Deo semper amabilis, admissorum indulgentiam consequatur, videlicet si sese de omnibus quæ cum malitiosorum hominum persuasionibus atque seductione in parochiis nostris, fratrumque nostrorum perpetrata sunt, veraciter recognouerit, sicut scriptum est: Iuxta est Dominus iis qui tribulato sunt corde. & Sacrificium Deo spiritus contribulatus, quoniam cor contritum & humiliatum Deus non despiciet. Et sicut hi qui fide Deum quærunt, minimè inueniunt, ita propè est Deus omnibus inuocantibus eum in veritate. Et si post veram recognitionem, pariter confessus fuerit: quia dicit Scriptura: Qui abscondit scelera sua, non dirigetur: qui autem confessus fuerit, & reliquerit ea, misericordiâ consequetur. Et si confiteamur peccata nostra, fidelis est & iustus vt remittat nobis peccata nostra, ac emundet nos ab omni iniquitate.

Luc. 3.

Psal. 31.

Post puram autem confessionem si promiserit quæ malè gesta sunt per dignos pœnitentiæ fructus, præueniente, adiuuante, & subsequente diuina gratia, se pro viribus emendaturum; quia scriptum est: Facite fructus dignos pœnitentiæ, vt tanto maiora quæratur bonorum quisque lucra, quanto grauiora sibi intulit damna per culpam. Quoniam & illi beati, quorum recta sunt peccata, & vt scriptum est, quia peccauit & populum peccare fecit: tanta sint bona, quæ tanta operiant mala. Deinde si sponderit, ad pacem & concordiam præsentialiter & in toto corde & ore, quanto citius rationaliter & possibiliter atque

A atque conuenienter ex communi consensu fieri poterit, etiam præsentia corporis ad pacem & concordiam cum fratre suo Carolo se rediturum, & in pace & charitate Deo placita cum præfatis Principibus nostris Carolo atque Lothario, si ipsi eamdem pacem & concordiam erga eum seruauerint, permanurum: & in se peccantibus debita ita dimiserit, sicut sua debita à Deo sibi cupit dimitti: quia itidem Scriptura dicit: Pacem sequimini cum omnibus, & sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum, & mala cuncta bonis sequentibus deleantur. Tantum est discordiæ malum, quæ nisi extincta funditus fuerit, bonum nullum sequi, Euangelio teste, permittat. Et charitas est quæ operit multitudinem peccatorum, sine qua etiam si quis corpus suum tradat ad ignem, nihil ei nisi ad damnationis iudicium proderit. Et Dominus dicit: Si non dimiseritis hominibus peccata eorum, nec Pater vester cælestis dimittet vobis peccata vestra.

Hebr. 12. 1. Petr. 4. 1. Cor. 13. Math. 6.

B Post hæc si promiserit, quòd iam vterius tale vel simile schisma in hac sancta Dei Ecclesia atque in ista Christianitate non iteret. Nam scriptum est: Qui baptizatur à mortuo, & iterum tangit illum, quid proficit lauatio eius? Baptizatur quippe à mortuo, qui mundatur fletibus à peccato, sed post baptismum mortuum tangit, qui culpas post lacrymas repetit. Et iterum: Canis reuersus ad vomitum suum, sus lota in volutabro lutii: Quia qui peccatum post pœnitentiam repetit, quasi in lutosa aqua sus, semetipsum voluit, vitæ munditiam subtrahit, ipsas etiam lacrymas ante Dei oculos sordidas facit.

XII. 1. Cor. 15. 2. Petr. 2.

Tunc demum promittat se ab illorum perditorum hominum tuitione atque fauore, per quos tam grauitè Deum offendit, disingere. Et qui quasi ad eius fidem, sed potius infideliter ad eum venerunt: ad rectam rationem in proximo placito ante fratrem suum Carolum & nepotem suum Lotharium, sicut Deo teste, apud Marsnam propria manu firmauerit, venire si poterit, faciat: & quæcumque illorum recta ratio significauerit, dignè honore suo fruatur. Et qui per rectam rationem ante seniores suum iustificari non potuerit, rationabilem misericordiam illi obtineat. De illo verò quem recta ratio & iustum iudicium condemnauerit, & Rex Christianus cum Rege Regum Christo condemner & alienæ perditioni se non commisculet; quia vt Paulus dicit: Non solum qui faciunt, sed etiam qui malè facientibus consentiunt, digni sunt morte. Vnde sanctus Innocentius dicit, quia non multum interest inter committentis animam & consentientis fauorem. Adde ampliùs: plerumque dedidit errare, cui nemo consentit. Et iterum sanctus Paulus cum talibus hominibus nec cibum sumere permittit. Et sanctus Dauid dum totum se ad foedera pacis internæ constringeret, testatur quòd cum malis concordiam non teneret, dicens: Nonne qui te oderant Domine, oderam illos, & super inimicos tuos obstescebam? perfecto odio oderam illos, inimici facti sunt mihi. Inimicos enim Dei perfecto odio odisse est, ad quod facti sunt, diligere, & quod faciunt, increpare. Mores prauorum premere, est vitæ professe. Hinc Phinees peccantem ciuem coeuntem cum Madianitide perculit, & iram Dei ipse iratus placauit. Et Iosaphat, qui tot de antea vita præconiis attollitur, de Achab Regis amicitias pœnè periturus inculpat, cui à Domino per Prophetam dicitur: Impio præbes auxilium, & iis qui oderunt Dominum amicitias iunges. & idcirco iram quidem Domini merebaris; sed bona opera inuenta sunt in te. Hinc sacri Canones promulgati à Spiritu sancto dicunt, vt hi qui post excommunicationem vel interdictionem cum excommunicatis communicauerint, condemnati habeantur. Et sanctus Cyprianus Regis ministerium esse dicit, impios de terra perdere, homicidas, periuros, adulteros, veneficos, sacrilegos non sinere viuere. Et in libro Regum scriptum est, dicente Domino per Prophetam: Qui dimiserit reum morte dignum, erit anima sua pro anima illius, & populus suus pro populo illius. Et quàm noxia sit in debita erga iniquos misericordia, monstratur in opere Saul ac Samuelis, quoniam cui Saul pepercit offendens Dominum, Samuel propheta in frustra conscidit. Nam sicut quisque in se peccantibus debet propter Deum dimittere, ita in peccantes in Deum, & Ecclesiam conculcantes, & Regni peruasores, & Christianitatis depopulatores, & pacis perturbatores, & patriæ proditores debet minister Domini Rex debitam vindictam propter Deum exercere. Quapropter sciat Rex nobis amabilis, quia sicut infirmus lauari non potest qui à medico coquitur, quamdiu ferrum ignitum in illius tenetur corpore: ita & nemo sanari potest à peccato, quamdiu ei qui in peccato manet, scienter & libenter communicauerit.

XIII. Rom. 1. 1. Cor. 5. Psal. 138.

Tandem si se promiserit adiutorem & cooperatorem Dei pro viribus de cetero & rationaliter futurum, qualiter Ecclesia Dei quæ in suo Regno, ac Regnis nostrorum Principum

1. Petr. 19. 3. Reg. 20. 1. Reg. 15. QVAE RES IN DELINQUENTES PRAESTARE DEBEAT. * locus corruptus.

XIV.

CHRISTI
859.NICOLAI PAP.
2.LUDOVICI II. IMP. 4.
MICHAEL. III. IMP. 18.

cipum vna est, sicut & vnum Sacerdotium, secundum qualitatem periculosi temporis in vnoquoque ordine restituitur, & sacerdotes Dei debita privilegia, & Ecclesiasticum vigorem obtineant, & populus iustitiam habeat & pacem: congregatis vobis & nostro, immo diuino Spiritu, qui est remissio omnium peccatorum, per Ecclesiasticam Apostolicam auctoritatis potestatem, illi peccata in nostris parochiis per illum & ab illo commissa, Ecclesiastica pietate & canonico more dimittite, eique indulgentiam postulanti donate, atque illum sacrae communioni, qua se ipse priuauerat, excommunicatis communicans, restituite. Et licet multorum annorum secundum praefixos à sacris Canonibus gradus poenitentiae hæc perpetrata facinora indigerent: tamen consili de Dei misericordia, apud quem non sic acceptatur mensura temporis, vt doloris, nec abstinentia ciborum sicut mortificatio vitiorum: non prauidicantes Patrum sententiis, quæ de huiusmodi deereuerunt; sed potius sequentes eorum humaniorem definitionem hæc scribimus. Ait sancta Synodus Africana: Poenitentibus secundum differentiam peccatorum Episcopi arbitrio poenitentiae tempora discernantur. & sanctus Leo Apostolicæ Sedis Pontifex: His, inquit, qui in tempore necessitatis & in periculi urgentis instantia praesidium poenitentiae & mox reconciliationis implorant, nec satisfactio interdicens est, nec reconciliatio deneganda: quia misericordiae Dei nec mensuras possumus ponere, nec tempora definire, apud quem nullas patitur veniae moras vera confessio, dicente Dei Spiritu per^a Prophetam: Cum conuersus ingemuerit, tunc saluus erit. & alibi: Dic iniquitates tuas prior, vt iustificeris. item propheta Dauid inquit: Quia apud Dominum misericordia, & copiosa apud eum redemptio. In dispensandis itaque donis non debemus esse difficiles, nec se accusantium gemitus lacrymasque negligere, cum ipsam poenitendi affectionem ex Dei credamus inspiratione conceptam, dicente Apostolo: Ne forte det illis Deus poenitentiam, vt respiciant à diaboli laqueis, à quo captiui tenentur ad ipsius voluntatem. Et sanctus Gregorius in homilia dicit: Veniat foras mortuus, id est, confiteatur peccator; venientem vero foras soluant discipuli, vt pastores Ecclesiae ei poenam debeant adiuuere, quam meruit, qui non erubuit confiteri quod fecit.

XV.

His perpetratis, fratres charissimi (sicut diximus) iam dictum Regem nobis amabilem si ita contemperatum diuinæ voluntati & sacrae auctoritati inueneritis, secundum ministerium vobis à Deo traditum cum nostra vnanimitate absoluite. Sin aliàs, vos nullo modo cum eo quem absoluere non poteritis, ligare nolite: quoniam nec coram Deo, nec in Synodo nos in eo auctores habebitis. Si agere aliter (quod ablit) praesumpseritis, vos & in Synodo & coram Deo pro facto irriquo dabitur rationem. Et si ipse (quod Deus longè faciat) ea quæ egit, vnde illum nunc commonere vos mittimus, reiterauerit: omnia & ante diuinos oculos, & ante Ecclesiastica iudicia rediuiuo vulnere curanda & amputanda nouerit reuenire. Si quid contra sanctam auctoritatem praesumptum, & subreptum, siue extortum fuerit: non solum in diuinis examinationibus, verum nec in diuinis legibus quidpiam preualebit. Et non sit de cetero immemor idè Rex gloriosus, quod dicit S. Gregorius: Sciendum est (inquiens) quia quisquis illicita nulla commisit, huic iure conceditur, vt licitis utatur; sicque pietatis opera faciat, vt tamen si noluerit, ea quæ mundi sunt, non relinquat. Quilibet verò tanto à se licita debet abscindere, quanto se meminit & illicita perpetrasse. Neque enim par fructus esse boni operis debet ei qui minus, & ei qui amplius deliquit, aut ei qui in nullis, & ei qui in quibuslibet facinoribus recidit; sed tanto quisque maiora quærat bonorum operum lucra per poenitentiam, quanto grauiora sibi intulit damna per culpam. Vnde à vobis nostra, quin potius Dei voce commoneatur, vt sic studeat præteritorum poenitens, & imminetia atque futura cauens, Deo militare in Regno terreno, quatenus mereatur conregnare Christo in Regno cælesti.] hucusque Episcoporum ad Legatos admonitio. Sequitur in codice eorumdem Legatorum de iis quæ apud eundem Regem gesta ab eis essent, scripta relatio istis verbis:

XVI.

RELATIO
EPISCOPO-
RVM LEGA-
TORVM.

De indulgentia sua nobis Ludouicus Rex pridie Nonas Iunij in Vuormatia dixit: Volo vos precari, vt si in aliquo vestros animos offendi, vt hoc mihi perdonetis; vt in antea securi vobiscum loqui possimus. Ad hæc Hincmarus, qui primus in ordine in sinistra parte illius stetit, prædicens: Ista causa citò ad effectum peruenire potest, quia quod nos offerimus, hoc vos petitis. Et monente Grimoaldo & Theodorico Episcopis, iterum Hincmarus dixit: Nihil contra me fecistis, vnde rancorem in mente contra vos teneam: quia si facerem, ad altare, vt Domino sacrificarem, accedere non auderem. Iterum monentibus

CHRISTI
859.NICOLAI PAP.
2.LUDOVICI II. IMP. 4.
MICHAEL. III. IMP. 18.

A tibus iisdem Grimoaldo & Theodorico ac Salomone, dicente ipso Theodorico: Hæc verba facite, sicut Senior noster precatur, parcite illi. Respondit ipse Hincmarus hæc eadem verba: Quod in me, id est, in meam personam offendistis, & peperi, & parco. De hoc autem quod in Ecclesia mihi commissa, & in populo malè est factum, voluntariè vobis dono consilium, & secundum Deum praesto auxilium, vt inde salui sitis, si vobis placet.

Et praefati viri responderunt: Certè benè dixit. & ceteri fratres nostri in hæc verba & senserunt & profecuti sunt. Tanta & talis indulgentia illi largita fuit, & non altera, neque amplius. De scripto autem quod confirmatum nobis est traditum, nec ipsi quidem quaesiuimus, nec nos illi aliquid diximus, quoniam necdum cum illo ex huiusmodi in ratione eramus. Ipse autem prius hæc & alia nos egisse suggestit quod non egimus. Ex hoc materiam sumens, quod Guntharius illi familiariter vt eum instrueret, & ad satisfactionem prouocaret, scriptum relegit, ita inquit: Vos mihi transmisisse vestram epistolam, cum capitulis vos venissetis, cum causa facta: nos non sumus hic nisi duo vel tres, qui sine aliis huc exiliuimus. In illas causas intrare non possumus, antequam cum nostris Episcopis inde tractemus, quia, Deo gratias, nihil sine consilio eorum feci, vt postea inde respondeam. Nos autem expectabamus, vt consilium à nobis de sua salute oblatum ipse quaereret; & tunc ei secundum illud scriptum donarem consilium. Ipse autem de suo gradu respondit, quod in illud scriptum non intraret, antequam cum Episcopis consideraret. Et sic quidquid in generali causa Ecclesiae & populi egit, penes illum remansit.] hucusque relatio.

XVII.

Ceterum annuisse apparet & in eo Episcopis Legatis, vt ad mutuum colloquium conueniret cum Carolo atque Lothario. testatur id quidem vetus Pithoei sæpè citatum Chronicon, in quo ista consentientia iis quæ dicta sunt, leguntur his verbis: Anno octingentesimo quinquagesimo nono, Ludouicus Rex quasi inchoante verno tempore, de Gallis rediens, Vuormatiam venit. Cum frequentibus Legatorum suorum discursibus fratris ac nepotis sui animos sibi reconciliare studeret, eorumque responsa per internuntios reciproca relatione susciperet: tandem condicto tempore singuli cum æquo numero Principum suorum ex aduersa parte nominatim expressorum iuxta Aternacum Castellum, in quadam insula Rheni fluminis nauigio vecti conuenerunt, reliquo singulorum comitatu super litus ex vtraque parte fluminis consistente. Vbi cum diu varia & anceps actarum simul & agendarum rerum agitata esset disputatio, condicto placito autumni tempore iuxta Basalam communiter habendo, singuli cum suis ad propria reuersi sunt. Ludouicus tamen eis, qui priori anno à Carolo deficientes sui effecti sunt, honores quos prius habuerant, impetrare non potuit: res enim dilata est in futuro placito definienda.] hucusque Chronicon. Ceterum istiusmodi placitum dilatum est vsque in sequentem annum, quando rursus iidem Principes conuenientes, inter se inuicem conciliati sunt. quomodo autem ea tractata fuerint, suo loco dicturi sumus.

XVIII.

Fuit autem curæ Carolo Caluo & nepoti Lothario Regi, vt ex omnibus sibi subiectis prouinciis Galliarum hoc anno celebraretur apud Tullum Concilium, ad quod conuenirent Episcopi ex duodecim prouinciis, appellatumque est ab ipsis Concilium generale. cuius cogendi cum multæ causæ præcesserint, proditio Vuenilonis Archiepiscopi Senonensis, qui defecerat à Carolo ad Ludouicum, potissima fuit, aduersus quem Carolus ipse Rex libellum Synodo obtulit, vt eius Acta declarant, hæcenus nusquam edita.

XIX.

E Porrò ante omnia, ex more, quæ ad Fidem Catholicam spectabant, in hac Synodo pertractata fuerunt. nam primum omnium agente Remigio Archiepiscopo Lugdunensi, capitula quædam, haud pridem scripta in conuentu Lingoniensi, oblata sunt legenda Synodo; quæ vbi lecta, iussa sunt eadem deponi apud ipsam sanctam Synodum. Quibus auditis mirum in modum commoti sunt Episcopi orthodoxi, videntes innouatam in eis hæresim Prædestinarianorum: paratique cum essent publicè reclamare; cohibiti sunt à Remigio, asserente, vt quæ essent Catholicæ Fidei proferrent ipsi. Sed & Carolus Rex idipsum iniunxit Hincmaro, qui meminit huius Synodi hoc anno celebratæ in epistola nancupatoria ad tres libros ab eo editos contra errores Gothescalci hæretici Prædestinariani: atque in hac Synodo oblata à Remigio Archiepiscopo Lugdunensi capita quædam de erroribus Gothescalci Carolo Regi, ipsum verò dedisse illa Hincmaro, vt responderet, quod egregiè præstitit tribus libris eo argumento conscriptis. Sic igitur in tribus Conciliis aduersus eundem hæreticum tractatum esse apparet, nempe Mogun-

XX.

CHRISTI
859.NICOLAI PAP.
2.LUDOVICI II. IMP. 4.
MICHAEL. III. IMP. 18.^a Frod. lib. 3.
^{c. 15. & 16.}

Moguntino, Valentino, atque Tullensi. Habentur apud ^a Frodoardum in Rhemenfis A
historiæ libro tertio duæ epistolæ Hincmari ad Carolum Regem scriptæ eodem argu-
mento de erroribus Gothescalci, eademq; nuncupatoriæ præfixæ libris, quibus eiusdem
hæretici confutauit errores: tu eas legere poteris. hic autem recitari prætermisissæ sunt
ob nimiam earum prolixitatem.

XXI.
TULLENSE
VNIVERSA-
LE CONC.
^b Cod. Ant.
^{Aug. h. 1.}

Quæ autem præter hæc pertractata fuerint in ipso Tullensi Concilio, ex Actis eius-
dem, quod numquam ea hætenus cusa sciamus, quæ nobis tria exemplaria suppedita-
runt, hic prodemus in lucem, quibus eiusmodi præposita inscriptio legitur^b:

Hæc ventilata, definita, atque obtenta sunt in Synodo duodecim prouinciarum: quæ
habita est anno Incarnationis Dominicæ octingentesimo quinquagesimo nono, Indictio-
ne septima, in territorio Tullensi, sub Principibus Carolo, Lothario, & item Carolo.

Vt charitas fraterna & concordia pacis reformetur inter fratres Principes scilicet ac B
gloriosos Reges nostros Ludouicum ac Carolum.

1 Qualiter schisma, quod ortum est nuper in Ecclesia, ad vnitatem benignitatis valeat
redintegrari, status Ecclesiæ penè collapsus restitui, & pax & iustitia in populo Christiano
valeat procurari; & qui à fidelitate debita defecerunt, iudicio & iustitia per rectam ra-
tionem & rationabilem misericordiam possint saluari, & à peruerso conamine ad salu-
briorem conuerti.

XXII. 2 Episcopi namque secundum illorum ministerium ac sacram auctoritatem vniti sint,
& mutuo consilio atque auxilio Reges, Regumque primores, atque populum sibi com-
missum in Domino regant, & corrigant, & nemo se solatio mutuo subtrahat, sed synoda-
les conuentus secundum iussionem canonicam frequentare procurent, quatenus ordo
Ecclesiasticus, qui quasi oblitteratus iam fuerat (quoniam Synodi propter discordiam Re- C
gum frequentari non poterant) Episcopali collatione ad necessarium ac debitum statum
reduci præualeat. vnde etiam consentum apud Reges expetitum obtinuerunt.

3 Reges nihilominus ac Principes nostri Carolus, Lotharius, atque item Carolus ad
Dei voluntatem, atque sanctæ Ecclesiæ statum, suamque salutem & populi subleuatio-
nem, gratias Deo vniti & in eadem salutari vnitate firmati sint.

XXIII. 4 Peruentum est ante conuentum Episcoporum, quemdam diaconum, cui Tortoldus
nomen est, Episcopalem dignitatem in vrbe Baiocensium occupasse, & sollicitationi-
bus atque minis sollicitare multos, ac perturbare. Vnde definiuit sancta Synodus, vt
Vuenilo Senonum Archiepiscopus, cuius diaconus fuit, adiunctis secum tribus aliis, me-
moratum diaconum euocatum audiant, & secundum auctoritatem canonicam de eo
definiant. Si autem refugerit eorum cognitionem, annitente principali potestate, venire D
ad audientiam compellatur. Quod si hanc quoque declinauerit, anathemate feriatur.

XXIV. 5 De quodam etiam subdiacono Anscario, qui viuo & incoluui Episcopo, ciuitatis
Lingonum sedem peruasit, simili est sententia definitum. Sed interuentibus Legatis
eiusdem subdiaconi, humanior est prolata sententia. Videlicet vt sacramento confir-
met, se numquam talia huiusmodi præsumptione facturum, cuius sacramenti tenorem
huic capitulo subnectere dignum existimauius.

Ego Anscarius subdiaconus confiteor coram Domino, & sanctis Angelis eius, reue-
rentiæ sanctæ paternitatis vestræ, contra Dei voluntatem, & contra canonica statuta te-
merè me fecisse in Isaac venerabilem pontificem, vsurpando sedem Ecclesiæ sanctæ si-
bi commissæ Lingonicæ, & sollicitando clericos & vassallos eius, omnemque familiam. E
Atque idèd pro tantæ præsumptionis excessu, per sacri ministerij vestri vobis largitam à
Domino potestatem veniam mihi pœnitenti largiri suppliciter deprecor. Deinceps ve-
rò nec in eundem Antistitem, nec in alium quemlibet, nec in illa, nec in alia Ecclesia
huiusmodi præsumptionem facere tentabo. Et neque illi, aut alicui suorum clericorum
aut laicorum in aliqua re impedimentum faciam pro hac causâ: quia me grauiter deli-
quisse confiteor. Nec insidias eis vllius inquietudinis parabo, neque per me, neque per
aliquem meorum propinquorum, neque per quemcumque hominem; sed adiutor pro
viribus & intelligentia ipsi suisque ero, prout sibi placuerit. Et qui sibi pro hoc ipso ini-
mici sunt: quos ipse voluerit, si potuero, colligare eidem procurabo. Sic me Deus adiu-
uet, & istæ sanctæ Sanctorum reliquiæ.

6 Statuit etiam S. Synodus, vt numquam ad eandem Lingonensem Ecclesiam,
siue ad Lanuacensem, quam iam pridem pari modo afflixerat, debeat adspirare. Et si
ita,

CHRISTI
859.NICOLAI PAP.
2.LUDOVICI II. IMP. 4.
MICHAEL. III. IMP. 18.

A ita, vt præmissimus, iussis Episcopalis obedire refugerit: sententiam superius diacono
datam incurrat.

7 Deinde gloriosus Rex domnus Carolus sacræ Synodo libellum appellationis, ele-
ctorumque iudicium inter se & Vuenilonem Senonum Archiepiscopum, qui ab eo de-
fecerat, & damnationis diploma porrexit. Vnde secundum sacram auctoritatem & in-
ducia, & dierum prolatio per Episcopos, & synodicas litteras præfato Archiepiscopo est
intimata, atque concessa secundum regulas diuinitus promulgatas.

B 8 Mota est etiam quæstio de Atrone Viridunensium Episcopo, quod oblatione regu-
lari (vnde petitio ibidem est præsentata) in monasterio S. Germani Antistodorensum
extiterit, & contra regulas Ecclesiasticas inde discedens, minus prouise quàm sacra au-
toritas doceat, ad ordinem Episcopalem peruenerit. Vnde etiam definitum est dari sibi
commeatus veniendi ad aliam Synodum, sicut sacra sanxit auctoritas.

9 Ad Episcopos siquidem Britonum qui se contra auctoritatem à Metropoli sua
mouentur discindere, Synodus litteras secundum auctoritatem sacram direxit, quatenus ad
suam Metropolim redeant, eiisque debito iure se subdant; nec à canonica & Episcopali
congregatione se segregent. Excommunicatis etiam, sicut sacræ decernunt regulæ Brito-
nes communicantes, ipsi se sacra communione non priuent.

10 Ad memoratos quoque excommunicatos sancta Synodus litteras direxit, eisque
vsque ad futuram proximam Synodum corrigendi spatium tribuit, monens Ecclesiasti-
ca pietate, vt conuertantur & viuant. Quia nisi se correxerint ad futuram Synodum, ge-
nerali vnanimitate anathemate terribili ferientur.

C 11 Relicta sunt denique in eadem Synodo quædam capitula, super quibus quorum-
dam fratrum sensus dissentire probantur. Vnde conuenit inter Episcopos, vt Deo fauen-
te, pace & tranquillitate impetrata, simul conueniant, & prolatis sanctarum Scriptura-
rum atque Catholicorum Doctorum sententiis, quæ saniora sunt, concordant vnanimi-
tate sequantur.

D 12 Tandem postulauit humiliter Synodus generalis, se ad terram vsque prosteruens
ante Carolum Regem, & Rodulphum Biturigum Archiepiscopum obsecrans & adiu-
rans per Crucem & Christi sanguinem, vt priuilegium monasterij S. Benedicti, quod an-
nuente Rege præfata firmauerat, quodque idem Rodulphus subscripserat, inconuul-
sum seruare studeant. Quod si Abbas negligens, & sacris regulis inconueniens per dire-
ctos Missos inuentus fuerit, ab eadem paternitate remoueatur, & alius qui dignus reper-
tus fuerit, substituatur, & priuilegij regularis auctoritas in eodem monasterio quacumque
occasione non destituatur.

13 Hæc de præcipuis in eadem sacra Synodo fuere statuta, ceterum specialia de qui-
busque parochiis, pro vt visum fuit, secundum Ecclesiasticam auctoritatem definita, &
Episcopis in propriis parochiis sunt ad exequendum commissa.

E 14 Placuit omnibus (vt creditur) instinctu diuino, qui ad vniuersale Concilium in
Viciniâ Tullensium confluxerunt, quoniam calamitatum tædio laborabant, quod in-
uenirent aliquid, vbi consolationis gratia respirarent. Statuerunt itaque vt pro se inui-
cem omnes dum adiuuerent, preces in eiusmodi frequentarent, scilicet vt singuli pro
cunctis per singulas hebdomadas feria quarta Missam celebrarent. Post vocationem au-
tem cuiuslibet eorum, superstites obrineant, vt pro eo qui decesserit, in sedibus septenæ
Missæ, totidemque Vigiliæ Domini persoluantur. à presbyteris autem monasteriorum
siue villarum totidem Vigiliæ dependantur. Exitus autem vniscuiusque vicissim piis
currentibus litteris innotescat. Præsentibus etiam Abbates in tam profutura societate re-
cepti, eadem se conditione iunxerunt.] hucusque summatim de rebus in Synodo gestis.
Quibus plura, memoria quidem digna, annexa leguntur. In primis verò libellus Ca-
rolus Calui aduersus Vuenilonem Senonensem Archiepiscopum sanctæ Synodo oblatas
(vt superius dictum est in Actis) in quo plura, quæ ad huius temporis res gestas pertinent,
continentur. sic enim se habet eius inscriptio:

Libellus proclamatorius Caroli Regis aduersus Vuenilonem Archiepiscopum Seno-
num electis iudicibus Remigio, Erardo, Vueniloni, & Rodulpho Archiepiscopis in sancta
Synodo apud Tullensem parochiam propria ipsius manu porreclus.

Quia sicut dicit sanctus Gregorius, & consuetudine olitana cognoscitis, in Franco-
rum Regno Reges ex genere prodeunt: mihi à Domino & genitore meo piæ memoriæ
Hludo-

XXXI.
LIBELLVS
PROCLAMATORIVS
CAROLVS
REG. AD-
VERSVS
VVENILONEM.

CHRISTI
859.NICOLAI PAP.
2.LVDOVICI II. IMP. 4.
MICHAEL. III. IMP. 18.

Hludouico Augusto pars Regni inter fratres meos Reges diuina dispositione est tradita. In qua parte Regni vacabat tunc pastore Metropolis Senonum; quam iuxta consuetudinem prædecessorum meorum Regum Vueniloni tum clerico meo in cappella mea mihi feruienti, qui more liberi clerici se mihi commendauerat, & fidelitatem sacramento promiserat, consensu sacrorum Episcoporum ipsius Metropolis ad gubernandum commissi, & apud Episcopos (quantum ex me fuit) ut eum ibidem Archiepiscopum ordinarent obtinui. Post hæc de diuisione Regni inter me & fratres meos * ratio est exorta notissima. Vnde partem diuisionis cum mutuis, nostris scilicet nostrorumque fidelium sacramentis, sicut iam priores totius Regni inuenerant, tenendam & gubernandam suscepi. Quam diuisionem inter me & fratres meos de cetero à me substantialiter tenendam, sicut & alij qui affuerunt Episcopi, Vuenilo mihi, fratribusque meis propria manu iurauit. Pacem etiam & mutuum adiutorium inter me & fratrem meum Hludouicum Vuenilo sacramento firmavit.

* al. alterca
tio

XXXII. Sed & post hoc electione sua, aliorumque Episcoporum, ac ceterorum fidelium Regni nostri voluntate, consensu, & acclamatione cum aliis Archiepiscopis & Episcopis Vuenilo in diocesi sua apud Aurelianos ciuitatem in basilica sanctæ Crucis me, secundum traditionem Ecclesiasticam, Regem consecrauit, & in Regni regimine chrismate sacro perunxit; & diademate, atque Regni sceptro in Regni solio sublimauit. A qua consecratione, vel Regni sublimitate supplantari vel proici à nullo debueram sine audientia & iudicio Episcoporum, quorum ministerio in Regem sum consecratus, & qui throni Dei sunt dicti, in quibus Deus sedet, & per quos sua decernit iudicia, quorum paternis correptionibus & castigatoriis iudiciis me subdere sui paratus, & in præfenti sum subditus.

QUANTVM
DEFERAT
REX EPI-
SCOPIS.

XXXIII. Denique cum seditiones in Regno nostro per homines irreuerentes cœperunt crebrescere, consensu Episcoporum & ceterorum fidelium nostrorum chirographa inuicem conscripsimus, qualiter ego erga eos cooperante Domino, agere vellem: & qualiter mihi consilio & auxilio iidem fideles nostri ab inde postmodum solatium ferre debuissent. Cui scripto Vuenilo apud Baiernam Villam propria manu subscripsit, sicut in præfenti videre potestis. Deinde cum contra paganos ad Insulam loci, qui Oscellus dicitur, cum fidelibus nostris, & terreno itinere, & nauigio, sicut scitis, perrexi, quidam à nobis deficientes fuga lapsi sunt. Vuenilo autem se pro infirmitate sua illuc ire non posse dicens, ad sedem suam reuersus est. Dum autem in procinctu nos & infirmi degeremus, frater noster Hludouicus, sicut scitis, cum manu hostili & seditiosis hominibus ex Regno suo Regnum nostrum inuasit; ad cuius colloquium sine mea voluntate atque licentia Vuenilo venit, quem supplantatorem meum esse cognoui, quod nemo Episcoporum ex Regno D nostro alius fecit.

XXXIV. De cetero cum contra prædictum fratrem meum, & inimicos meos, ac vastatores Ecclesiæ, & depopulatores Regni, qui cum illo erant, cum fidelibus Dei, ac nostris perrexi, nec per se ipsum, nec per debitum solatium, quod antecessores mei Reges, & ego ipse ex Ecclesia illi commissa habere solitus eram, aliquod adiutorium præbui, præsertim cum hoc deuotè ab illo petierim. Cum autem ratio & necessitas mihi accidit, ut de Villa Breona ac à prædicto fratre meo secederem: & ipse frater meus Hludouicus ad hoc rediit in partem Regni mei, ut mihi meum nepotem subriperet, & homines meos mihi subtraheret, & fideles meos vastanter imprimeret: Vuenilo cum quo potuit solatio ad prædictum fratrem meum Hludouicum in meam contrarietatem venit, cum quo erant excommunicati istius Regni & seditiosi. De quorum excommunicatione Coepiscoporum suorum litteras accepit, & Missas publicas fratri meo, cum quo ipsi seditiosi erant, in palatio meo Attiniaco & parochia & prouincia alterius Archiepiscopi fidelis nostri sine sua licentia, ac Coepiscoporum consensu Vuenilo excommunicatis vel excommunicatorum participibus celebravit, & in concilio atque consilio fuit, quo nepos meus Lotharius per mendacia, quantum ex seductoribus fuit, subriperetur, & debitum ac sacramento promissum solatium atque adiutorium ex illo mihi subtraherent.

XXXV. Prædictis nihilominus fratris mei consiliariis, & publicis ac secretis tractatibus Vuenilo cum specialibus familiaribus, & inter priores eius familiariter cum Episcopali iudicio, ut diximus, excommunicatis & iudicio Regni interfuit, quatenus partem Regni, quam idem frater meus & Vuenilo mihi iurauerant, & in qua Vuenilo me Regem sacrauerat, sæpe fatus frater meus obtineret, & ego illam perderem. Vuenilo in eo consilio & contractu

CHRISTI
859.NICOLAI PAP.
2.LVDOVICI II. IMP. 4.
MICHAEL. III. IMP. 18.

A tractu fuit, ut Episcopi qui mihi ob fidem promissam debitores erant, & consilium atque auxilium manu propria confirmatum ferre debuerant, deficerent, & ad fratris mei Hludouici obsequium & subdicionem se verterent.

De Abbatia sanctæ Columbæ, & rebus & honoribus Regni mei apud Hludouicum xxxvi. fratrem meum præceptum obtinuit, & litteras ad Missos, quod eandem Abbatiam reuocaret, Echarum & Theodoricum impetrauit. Sed & in eisdem litteris ad præfatos Missos iussionem fratris mei Hludouici Vuenilo obtinuit, ut de muro Castellæ Meliduni, quod ius est regie potestatis, petras haberet licentiam prehendere. Vnde constat, quod in plebe ipsius Regni mihi à Deo collari eum studebat colere, & satagebat tenere. Vuenilo in eo consilio & tractatu cum præfatis excommunicatis fuit, ubi consideratum est, quatenus ille homines, qui mihi fideles erant, & mihi iuramento fidelitatem promiserant, siue volentes, siue nolentes, fratri meo Hludouico contra meam fidelitatem quam mihi promissit, sacramento donauit.

Vuenilo per se, & per familiares suos, supradictos scilicet excommunicatos, apud xxxvii. fratrem meum Hludouicum obtinuit, ut vacans Episcopatus Baiocensis scilicet ciuitatis, propinquo suo clerico, meo nomine, Tortoldo, qui mihi se commendauit, & fidelitatem sacramento promissit, donaretur, qui eundem Episcopatum in mea infidelitate, & contra fidelitatem mihi promissam consensu Hludouici fratris mei accepit. Tandem postquam mihi Deus vires recuperandi per solatium fidelium meorum contra fratrem meum donauit, perrexi properè de ciuitate Vuenilonis, qui me contra fratrem meum ad recuperandum Regnum meum pergere sciuit, & nullum adiutorium vel per se promissum, vel subscripto consilio, vel per militiam, quæ ex Ecclesia sibi commissa solet exire, adiutorium aliquod præstitit.] hucusq; Caroli libellus (ut inscribitur) proclamatorius aduersus rebellem & proditorem Vuenilonem, distinctus capitibus quatuordecim.

Porro Vuenilo iste tanta ob perpetratum scelus ignominie labe aspersus est, ut vbique xxxviii. locorum Vuenilo publicè proditor acclamaretur; quin etiam infame aded fuit redditum nomen eius, ut nomine Vuenilonis proditores insignes nominari solerent. In quo illud aduertendum, quod quem in his Actis Conciliorum Vuenilonem appellatum legimus, apud Lupum Ferrariensem, cuius multæ extant epistolæ ad eum scriptæ, non Vuenilo, sed Guenilo semper scriptus reperitur, vulgè Ganelo, quod nomen vsurpatum inuenitur in Turpini fabulis. Vnde scias, auctorem illum post ista tempora vixisse, ubi iam Ganelonis nomen ex auctore Guenilone mutatum, insignibus proditoribus commune redditum erat. Sequor igitur non inuitus de Guenilone, siue Ganelone, Papirij Mafonis D iudicium, quo Turpini seu Tilpini (ut ait) nomine vulgatus libellus fabulosus iure contemnitur. Sed ad eiusdem Acta redeamus.

Vbi sanctissimi Patres Concilio præsidentes libellum illum porrectum à Carolo accep- xxxix. perunt, iudicium aduersus accusatum Vuenilonem seu Guenilonem auspaturi, eum litteris synodalibus ad Concilium ad dicendam causam, ex sacrorum præscripto Canonum vocauere, quæ sic se habent:

Dilecto ac venerabili Vueniloni Senonum Metropolitanano.

Remigius Lugdunensis Metropolitanus Episcopus.	Himmo Nouiomagorum Episcopus.	EPISTOLA SYNDICALIS AD VUENILONEM SENONENSIS ARCHIEPISCOPI.
Rodulphus Biturigum Metropolitanus Episcopus.	Ionas Heduarum Episcopus.	
E Guntharius Agrippinensium Metropolitanus Episcopus.	Vngerus Traiectensis Episcopus.	
Ardoicus Vefontionum Metropolitanus Episcopus.	Ebbo Gratianopolitanus Episcopus.	
Hincmarus Rhemorum Metropolitanus Episcopus.	Fredbertus Bahiliensis Episcopus.	
Theutgaudus Treuirorum Metropolitanus Episcopus.	Arnulphus Tullensis Episcopus.	
Vuenilo Rothomagensis Metropolitanus Episcopus.	Rhotadus Sueffionum Episcopus.	
Erardus Turonum Metropolitanus Episcopus.	Ermenfridus Bellouacensis Episcopus.	
	Aduentius Metensis Episcopus.	
	Abbo Antifiodorensis Episcopus.	
	Æneas Parisiensis Episcopus.	
	Ratoldus Argentarius Episcopus.	
	Erpuinus Siluanectensis Episcopus.	
	Gilibertus Carnotensis Episcopus.	
	Guntbertus Ebrouicensis Episcopus.	
	Ratbertus Valentiniensis Episcopus.	

Annal. Eccl. Tom. 10.

P

Franco

CHRISTI
859.NICOLAI PAP.
2.LVDOVICI II. IMP. 4.
MICHAEL. III. IMP. 18.

Franco Tungrensis Episcopus. Hildebrandus Sagiensis Episcopus. A
Aius Aurelianorum Episcopus. Aicardus Luxouienfis Episcopus.
Hildegarius Meldensis Episcopus. Vualtbertus Abriuentensis Episcopus.
Hincmarus Laudunensis Episcopus. Godelsadus Cabillonensis Episcopus.
Rotbertus Cenomanensis Episcopus. Isaac Lingonensis Episcopus.
Erloinus Constantiæ Episcopus. Erchembertus Baiocensis Episcopus.
Abbo Maurogensis Episcopus. Gilmeradus Ambianensis Episcopus.
Et multi alij qui ad vniuersale Concilium in suburbano Tullensi conuenerunt, in Domino salutem.

XL. De instauratione pacis, totiusque status Ecclesiastici redintegratione, conferentibus nobis, gloriosus Rex Dominus noster Carolus decimo octavo Kalend. Iul. submissè vnanimitem nostram adiit, implorans, vt quæ à vobis vehementer indebitè passus esset, B cognosceremus, & maculam nostri ordinis iusto iudicio tergeremus, &c.] Enumerant singula accusationum capita, in recitato Caroli libello posita, quibus recensitis, hæc in epistola subiiciuntur de iudiciis à S. Synodo delectis, qui causam cognoscerent & iudicarent: Elegit autem terminandæ querelæ iudices me Remigium Lugdunensem, & Vuenilonem Rothomagensem, & Erardum Turonum, & Rodulphum Biturigum Episcopos, ceteris nostrum iudicium sua sponte approbaturis. Proinde, frater charissime, à tempore quo litteras has acceperis, post diem trigessimum quocumque euocatus fueris, ita canonicè instructus occurreris, vt defensionis tempore ac loco accepto, si conscientia (quod plurimum optamus) confidis, suffragante veritate, probabiliter obiecta dissoluas. Sin autem in defensione defeceris, sententias à maioribus institutas accipias, &c.] subiiciuntur diuersorum Conciliorum antiqui Canonες de accusationibus Episcoporum editi.

XLI. Post hæc sancta Synodus cupiens congregare dispersos, synodalem epistolam aliam scripsit ad Episcopos Britannia, qui schismate se diuiserant à suo Metropolitano, quæ sic se habet:

**SYNODALIS
EPISTOLA
AD BRITANNIAE
EPISCO-
PIS.
SCHISMATICOS.**

Synodus vniuersalis collecta ex Gallia & Germania in suburbio Tullensi, villa Saponarias, Remigius Lugdunensem, Vuenilo Rothomagensium, Erardus Turonum, Rodulphus Biturigum, Hincmarus Rhemorum, Guntharius Agrippinensium, Ardoicus Vesontionum, Metropolitani Episcopi, cum multis aliis Episcopis, Fastiniano, Vuarnario, Garnobrio, Felici, in Domino salutem.

Quod plura emergunt in populo Dei noxia & Episcopali diligentia recidenda, ad hoc plures & frequentius necesse est conuenire Pontifices, ne ministerij sacerdotalis nomen frustra comprobentur gerere. Hac intentione confluximus ad memoratum locum, vt fida colloctione, quid nobis in tantis periculis & tribulationibus agendum, sollicitè quaereremus, & sancto Spiritu demonstrante, inueniremus. Ad hanc colloctionem vos præsertim euocatos non concurrisset, molestius tulimus. Decuerat enim, vt quorum vnum est officium, par studium probaretur. Sacris instructi Canonibus non ignoramus, Metropolitano vestro, charissimo fratri nostro Erardo, competentem reuerentiam vos debere, ita vt præter eius præsentiam & consensum nullus in regione vestra canonicè possit ordinari Episcopus; nec vos generale aliquid sine eius assensu posse sancire. De qua reuerentia salubriter à vobis, & à gente vestra Metropolitano impendenda, nostro nomine plura & Reuerendissimi Papæ Leonis, & successoris eius Benedicti scripta docuerunt, & refragantibus Apostolica auctoritate dignam excommunicationis protulerunt sententiam. Monet etiam nos, quod his, quos vester Metropolitanus cum aliis Episcopis propter diuersa crimina excommunicauit, indifferenter vos communicare comperit. In Canonibus autem diuinitus institutis socij excommunicatorum eorundem sententia feriuntur.

XLII. Proinde monemus sanctam nobisque amandam fraternitatem vestram, vt ab his excessibus vltèrius temperetis, & vestra instantia, opitulante Dei gratia, gentem vestram ad olim traditam disciplinam, ac totius Ecclesiasticæ religionis obseruantiam inuitetis, & vnanimiter & constanter absque dilacione reducatis. Siquidem etiam illis obseruandum est, ne damnatorum illicita societate certam sententiam damnationis incurrant. Quæ autem à nobis diligentiore tractatu reperta & decreta sunt, venerabilis Episcopi Erardi relatione discetis. Verùm si (quod non optamus) ab eiusdem Metro-

CHRISTI
859.NICOLAI PAP.
2.LVDOVICI II. IMP. 4.
MICHAEL. III. IMP. 18.

A Metropolitani sollicitudine vltèrius resiliatis, & nostris ex charitate manantibus exhortationibus vos constiterit reluctari: ministerij necessitate canonicam in vos cogimur proferre sententiam. Benè valete, & orate pro nobis.] Posthæc iisdem litteris hanc addiderunt appendicem:

Placuit vniuersali Concilio, vt Salomoni, qui Britannorum tenet regionem, suggeratur, vt quæ pro eius salute mandamus, obedienter audiat, si Deum vult habere proprium, & nostræ vnanimiter tenere consortium.

Vt permittat totius Britannia Episcopis debitam reuerentiam Metropolitano deferre. Vt consideret quanto animæ suæ periculo Britannorum dominationem inuasit, cum domino nostro Regi Carolo fidelitatem prius iurauerit.

Vt recordetur gentem Britannorum Francis ab initio fuisse subiectam, & statutum dependisse tributum. ac per hoc diligenter ad nuper ommissam reueri debeat consuetudinem.

Vt proprietates à parentibus relictas, vel quolibet modo rationabiliter acquisitas, iustos possessores habere permittat. Nisi enim se ab hac audacia & impietate retraxerit, & diuina poenitudine deleuerit, quod deliquit: nostræ auctoritatis affectu vobis admonentibus, citò ei Deus vsurpatam auferet potestatem, & debitam inferet ultionem.

Pro diuersis criminibus excommunicatos ne recipiat suadere, ostendentes, diuino iudicio, si id præsumpserit, pari eum vindicta constringi.] hæc ad Salomonem referenda sancta Synodus.

Hæc autem haud modici momenti, vtpote ventilata iudicio etiam Apostolicæ Sedis per plura annorum centenaria, vt plenius assequaris, Lector, hinc tibi res ipsa, ab ouo (vt aiunt) est reperenda, eademque ad vmbilicum vsque perducenda, quam maxima licuit breuitate.

Dolus ciuitas in ea Britannia minoris ora sita est, quæ Northmannos contingit, Maclouenti, siue, vt olim vocabant, Aethensi finitima. Primum in illa Episcopum sedisse B. Samsone, omnes consentiunt. quem narrant Britoniarum rerum scriptores, cum ex Anglia profugus in eam oram venisset, munusque pontificium in Doleni Ecclesia exercere cepisset, pallium ac reliqua Archiepiscoporum insignia, quæ Eboraci gesserat (ibi enim Archiepiscopum antea fuisse voluit) retinuisse. inde porro factum, vt eius quoque successores pro Archiepiscopis se gerentes iisdem vsi sint. quorum etiam ex numero Bestoualdum à Seuerino, lunemenum ab Hadriano primo pallium obtinuisse conueniunt: quod tamen vt incertum, suspectaque fidei refellitur in epistola Innocentij Tertij, de qua mox dicendum est.

Quare verisimilius alij Archiepiscopi nomen à Dolenibus Antistitibus vsurpatum negant ante Nomenoium Principem Britannorum. Hunc enim sub annum Christi octingentesimum quinquagesimum, cum proprium sibi, excusso Francorum iugo, Regnum constituisset, Aethensi, Briocensi, Trecorensi, ceterisque aded, qui in eius ditione forent, Episcopis, Dolensem Metropolitani iure præposuisse, Britannis, vt in eadem est epistola, volentibus nouum Archiepiscopum, sicut nouum Regem creauerant, suscitare, cum ante id tempus omnes Britannia Episcopi, Archiepiscopo Turonensi, tamquam Lugdunensis terræ Metropolitano paruisent. Vt vt sit, constat certè post hæc primùm tempora natam, agitatamque de pallio & Archiepiscopatus iure controuersiam fuisse inter Turonensem & Dolensem Episcopos, quæ post varias multorum Pontificum decisiones, sub iudice adhuc erat temporibus Innocentij, quoad illam ipse summo tandem iudicio & sententia definiuit anno Christi millesimo centesimo nonagesimonono.

Primum ergo, id ipsum est, quod Landranus Turonensis, & ceteri Episcopi in suis ad Nomenoium litteris, quæ apud Lupum Abbatem leguntur, voluerunt, cum ab eo B. Martini diocesin, ex qua se ac suos esse negare non poterat, violatam fuisse questi sunt. Leo autem & Benedictus Pontifices, de reuerentia Turonensi à Britonum Episcopis impendenda litteras dederunt, quarum fit mentio in Synodo Tullensi. Et quamuis Baldricus Archiepiscopus Dolensis, qui Paschalis II. ætate vixit, scripsitque inter alia historiam Ecclesiæ suæ Dolensis, auctor sit, in pacis fœdere, quod à Carolo Caluo ictum est cum Heruspeo filio & successore Nomenoij, inter eos conuenisse, vt Dolenses in posterum Archiepiscopi titulo ac prærogatiua gauderent: Salomo-

XLIII.
CYAE SALOMONI
REFERENDAE
ESSENT.

XLIV.

XLV.

^a Innoc. III.
lib. 1. Reg.
epist. 168. &
lib. 2. epi. 79.

XLVI.
^b Lupus Ferrar.
epist. 84.

^c Citatur à recentioribus
histor. Brit.
romum.

^a Edit. Pi-
zhoi inter
xii. coet. an.
* f. Festinia-
num,
1.
^b Epi. Innoc.
III. li. 2. 79.
^c Epi. Innoc.
III. eodem.

nis tamen, qui Herulpeo successit, tempore hoc ipso anno Synodus^a duodecim provin- A
ciarum in suburbio Tullensi coacta dictas litteras iterum dedit ad^a Fastinianum, Vuar-
narium, Garnobritum, & Felicem Britonum Episcopos, quibus docet eos Erardo Tu-
ronensi, vt Metroplitano suo reuerentiam debere; monetque vt Salomoni, qui Bri-
tannorum tenebat regionem, suggerant, ne reuerentiam hanc impediatur. de qua etiam
Nomenoij ducis tempore à Leone Papa & successore eius Benedicto scriptum fuerat; vt
iam dictum est. Nicolaus^b item Papa Salomoni eidem binis litteris scribens, idem as-
seruit ex antiquis monumentis; & Festinatio Dolenfi Antistiti per litteras vetuit, ne se
Metropolitano appellaret. Extant quidem Hadriani II. litteræ ad Salomonem, in
quibus pallium Festinatio se mittere significat; & pallium illi ab Hadriano concessum as-
serit idem Baldricus. Ceterum litteras illas, quatenus de pallio agunt, à Petro^c quo-
dam, Dolenfis Episcopi clerico, falsas fuisse, deprehensum est Gregorij VII. tempori- B
bus in Synodo Santonenfi.

^d Edit. Rom.
epist. 124.
^e 3. 9. 6. Hac
quippe.
^f Innoc. III.
epist. 79.

XLVII. Ioannes^d VIII. anno salutis octingentesimo septuagesimo octavo epistolam Mahe-
no Dolenfi, & ceteris Episcopis Britannicis scribens, grauer eos arguit, quod à Tu-
ronensi Archiepiscopi, cui secundum antiquam consuetudinem subditi semper fuerint,
iurisdictione & obedientia se subducerent, præcipitque vt eidem pareant. ^e Idem præ-
terea Salomoni Regi de causa Episcoporum, qui depositi fuerant, rescribens, ostendit
Britannos in regione sua Metropolitanum numquam olim habuisse, sed Turonensem Ar-
chiepiscopi suffraganeos omnes fuisse. Delata lis^f fuerat ad Leonem IX. qui cum Dolen-
sem pseudoarchiepiscopum cum suis ad Synodum Rhemensis, de ea responsurum venire
iussisset, cum parere detrectasset, illum omnesque adhaerentes Episcopos excommunicauit.

^g Lib. 4. epist.
4. 5. 13. 6.
^h Greg. VII.
lib. 7. epist. 15.
ⁱ omnibus Epi-
scopis Bri-
tannia.

XLVIII. Gregorius^g vero VII. cum Iuonem Romæ in Archiepiscopum Dolensem conse- C
craret, anno Domini millesimo septuagesimo sexto, conditionem adiecit, vt cum Ro-
dulpho Turonensi Sedi Apostolicæ se sisteret, ad decidendam eius de negata sibi subie-
ctione querimoniam. Postea^h anno salutis millesimo septuagesimo nono, synodaliter
causa cognita, definiuit, penes Turonensem ius videri: summam tamen decisionem re-
iecit ad Synodum Santonensem, præsidente Legato Apostolico, qui simpliciter pron-
untiauit, omnes Britannicæ Episcopos Turonensi obedientiam debere, vt est in eadem
epistola Innocentij.

ⁱ Epi. Innoc.
III. li. 2. 79.
^k Innoc. Re-
gist. lib. 2.
epist. 79.

XLIX. Idem sancitum est, redintegrata causæ cognitione, abⁱ Urbano II. deinde à Lu-
cio II. cuius sententiam confirmarunt Eugenius & Anastasius successores. idemque ab
Alexandro III. non obscure iudicatum. Anno autem millesimo centesimo nonagesi-
monono (vt superius dictum est) denique Innocentius III. retractato iudicio, omni- D
bus, quæ ab vtraque parte à prima origine producta fuerant, recognitis & examinatis,
auctoritate item Apostolica sanxit, vt Dolenfis Ecclesia cum suis Turonensi perpetuo
suffragetur. Qua de re proluxa extat^k epistola ipsius Innocentij, quæ superiora fermè
omnia Pontificum rescripta, & alia multa ad hanc quæstionem spectantia commem-
orat, omnem in posterum de ea re disceptationem interdicens; adeoque hic finis videtur
fuisse ancipitis diurnæque inter Episcopos contouersia. Sed iam quæ sint reliqua
Tullensis Synodi videamus.

L. Præter recitatam epistolam synodalem ad Episcopos Britannicæ, extat ibidem alia
synodalis epistola tunc pariter à Patribus scripta ad seditiosos, factiosorumque principes,
quorum estrenua licentia omnes provinciarum turbarentur, quæ sic se habet:

Vniuersalis Synodus ex diuersis partibus in nomine Domini ad vicinum locum Tul- E
lensi vrbi, qui dicitur Saponarias, congregata.

SYNOVALIS
EPIST. AD
FACTIOSOS.

Vtinam bonis filiis Rotberto, Odoni, Heriuco, Truardo, Ingelboldo, Fortmundo,
item Heriuco, Magenardo, Cadelori, & ceteris in nostra societate coniunctis salutarem
conuersionem.

Propter dissensiones & diuersas contentiones, quæ in nostris regionibus exortæ sunt,
longum tempus est, quod volumus venire in vnum, & dolorem nostrum ostendere,
quod propter vestram omnium perueritatem talem vindictam ponit Deus, qualis non
est audita ante nos, postquam Deus sua gratia potestatem dedit Regibus & genti Fran-
corum. Ipse Deus nos in vnum ad hoc adduxit, vt vel flagellari diuersis tribulationibus
recogitemus peccata nostra, & nos primùm conuertamus ad ipsum, & alios ad eum no-
stra prædicatione & exemplo adducamus. & oramus omnes cum gemitu & nimio do-
lore

Alore, & quibus possumus cum lacrymis, vt respiciat nos vltimos seruos suos, ad se volen-
tes redire, & dignetur nobis præstare, vt quod aliis prædicamus, ipsi quoque faciamus.
Quia sic dicit ipse Saluator noster: ^a Non omnis qui dicit mihi, Domine Domine, intra-
bit in Regnum cælorum, sed qui facit voluntatem Patris mei qui in cælis est, ipse intra-
bit in Regnum cælorum. Hæc est nostra intentio.

Vos nolite attendere quod reprehensibiles sumus, sed quod ministri Dei sumus. In his
quæ benè vobis dicimus, audite Dominum præcipientem: Quæ dicunt, facite. In his
quæ malè facimus, audite iterum ipsum præcipientem: ^b Quæ faciunt, facere nolite. Do-
ctrina enim Dei à nobis indignis benè vobis annuntiata, si obdieritis, proderit vobis,
quasi ex beato Petro principe Apostolorum eam audieritis, & erit vobis saluatio. Nobis
autem, si non obseruauerimus, quod aliis præcipimus, erit damnatio. In commune de-
seruimus cultum Dei. Quidam ex nobis mandata Dei, & minas, & promissiones cogno-
scimus, sed non timemus, neque amamus. Quidam neque cognoscere dignamur, &
vtrique sumus in magno periculo, nisi conuertamur, antequam moriamur. Mors nostra
incerta est cuique nostrum, & certa est vindicta Dei, & in proximo, nisi conuersio & pœ-
nitentia nobis subuenit. Propterea nos humiliamus (licet tales omnes non simus) vt
vos nobiscum ad Deum attrahamus.

Fratres audite, & intelligite quid Deus dicat omnibus suis Fidelibus: ^c Vigilate, quia
nescitis diem neque horam. Quod propterea dixit, vt suspectam semper habeamus
mortem, quam effugere non valeamus, & ad eam vincendam semper præparemur,
quam scimus nulli esse præcognitam, & omnibus aduenturam. Peccata nostra quotidia-
na sunt, vnde quotidie dicimus: ^d Dimitte nobis debita nostra, sed non debent esse mor-
tiferâ, id est, criminalia, de quibus dicitur per Prophetam: Anima quæ peccauerit, ipsa
moriatur. & per Apostolum Paulum: Quoniam qui talia agunt, Regnum Dei non
consequuntur.

Fratres, & filij, audite nos nunc pie monentes, vt in iudicio Dei, quando non erit pœ-
nitentiæ locus auditis, (quod ipse Dominus auertat), non audiat iustè & veraciter ac-
cusantes. Primò cognoscite, quia in discordia estis, & discordia tam grande malum est,
quod oblatio quæ solet alia peccata delere, non recipitur à Deo, donec discordia depo-
natur, & ad bonum concordia redeatur. Hoc vobis notum est ex Euangelio. Etiam sap-
ientes mundi intellexerunt & benè docuerunt, quia parua res per concordiam crescunt,
& maximæ per discordiam corrunt. Quod verum esse, probatur in nobis, qui Re-
gnum Francorum, cum in concordia esset, magnum vidimus, & nunc cum est in dis-
cordia, iam pænè nullum videmus. Charissimi videte, ne de tanto malo vos sitis capita,
vt pro eo cogamini debita sustinere tormenta. Deus dicit in Euangelio: ^e Quisquis
scandalizat vnum ex pusillis, melius erat ei, vt alligata mola, mergeretur in profundum
maris. Vos qui scandalizatis innumerabilem multitudinem, in quanto & in quàm in-
comparabili estis periculo & iudicio Dei, qui alios inquietatis & opprimitis? In præsentia
vitæ non habetis quietem, nec vllam securitatem: in futuro autem habebitis inuitabili-
lem damnationem.

Quæritis quæ sit illa damnatio? Ignis est æternus, quo omnes impij punientur, sic
enim dicit Deus de dicturum impijs: ^f Ite in ignem. & non stetit ita, vt finiret sententiam,
sed addidit, æternum. Vt quem non terret tanti supplicij atrocitas, mittat eum in pau-
rem numquam finienda supplicij perpetuitas. Per Isaiam prophetam de impijs Deus di-
xit: ^g Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur. Et per aliam Scri-
pturam: ^h Vindicta carnis impij ignis & vermis. Anima impiorum (credite nobis au-
thoritatem diuinam vobis explanantibus) patietur vermem, id est, mortem infructuosæ
pœnitentiæ, & corpus impiorum ad augmentum tormenti patietur vermis corporalis
morsum, & ignem ipsum corpus semper succendentem, & numquam finientem.

Attendite actus vestros. Nulla lege viuatis, nec illa quam homines ad conseruan-
dam præsentem pacem præfixerunt, nec illa quam ad tenendam præsentem iustitiam
& ad promerendam cælestem gloriam diuinæ litteræ docuerunt. Omnes absque re-
uerentia rapinam facitis. Et Apostolus Paulus dixit: ⁱ Quia rapaces Regnum Dei
non possidebunt. Et ^k diues purpuratus non propterea ardet in inferno, quod Saluator
eum referat aliena rapuisse, sed misericorditer propria indigenti non tribuisse. Vnde exi-
stimate, quanta pœna cruciabitur, qui aliena diripit, si ad inferni ignem damnatur, qui
petenti

petenti propria denegavit. Plurimi vestrum abiecto timore Dei, templa violant, vasa Dei, & in diuersis speciebus thesaurum auferunt, & deposita, id est, commendata propter paganorum incurSIONem ab aliis Ecclesiis in suos vius transferunt, & sacrilegium iam publicè & sine timore committunt. Possessiones Ecclesiæ, id est, villas, quæ datæ sunt Deo, ab his qui ante vos Christiani fuerunt propter redemptionem animarum, & propter templorum Dei instauracionem, & eorum victum & vestimentum, qui sine cessacione laudes Deo persoluunt; & propter stipendium pauperum, & si opus esset, redemptionem captiuorum, vos Deo auferitis, & quia statim non vindicat, quasi cum securitate possidetis. Domini est terra & plenitudo eius. Et quicumque Deo aliquid obtulit, nihil ei dedit, nisi quod ab eo accepit. Ut tamen sciamus eum nostram deuotionem non falsidice, quasi nostrum accipit, quod ipse dedit. Sic enim dignatur promittere se dicturum pietatem impendentibus proximis: ^b Hospes fui, & suscepistis me: Nudus, & operuistis me: Esuriui, & dedistis mihi manducare: Sitiui, & dedistis mihi bibere: quasi ea ex suo largiantur, qui hæc manifestè diuino munere perceperunt.

^a Psal. 23.^b Matt. 25.

LVI.

^c Rom. 2.^d Isai. 41.^e Exod. 20.^f Isai. 45.

LVII.

^g H. br. 13.^h Hebr. 10.

LVIII.

ⁱ Matth. 5.^k Ioan. 7.^l Ioan. 8.

LIX.

^m Matt. 16.

Tam nefarium scelus, quo presentibus & futuris nocetis, iam vindicaret, quia iustus est, nisi esset & patiens. Sed vitam omnes talia agentes eius patientia ad poenitentiam adducat, quia in presenti tempore secundum Apostolum Paulum: ^c Patientia Dei ad poenitentiam nos inuitat. Sed si in his & similibus facinoribus perdurauerimus: quanto nunc est mitior patientia, tanto erit durior postea inflexibilis vindicta. Dei vox est: ^d Tacui, numquid semper tacebo? id est, in hac vita quiesco, in altera vindicabo. Vindictam illaturus, quid est dicturus? Audisti me præcepisse: ^e Non concupiscas rem proximi tui. Rem proximi vestri si concupiscitis, quia non ausi estis, aliquando non abstulistis, mea non solum concupiscitis, sed ad meum contemptum audacissimè vobis vindicatis, & plus timuistis feruum quam Dominum. Ergo meus contemptus, & vestra, quæ radix est omnium malorum, cupiditas vos mergit in tartarum. Non permittat Deus, vt hæc audiat in futuro, sed potius audiat in presenti, nobis dicentibus, auribus vestris, Deum dicentem in cordibus vestris: ^f Conuertimini ad me, & salui eritis.

Plurimi vestrum fornicationes & adulteria sine timore diuino, & sine humana verecundia faciunt. Audi Apostolum Paulum dicentem: ^g Fornicatores & adulteros iudicabit Deus, id est, damnabit. Audiant etiam eundem dicentem: ^h Horrendum, id est, tremendum est, incidere in manus Dei viuentis. homicidia crudelissimè exercent, & creaturam dissipant, quæ facta est ad imaginem Dei, ad eius iniuriam qui creauit. Sancti Dei, qui ante nos Ecclesiam rexerunt, eos qui voluntarium homicidium fecerunt, poenitentiam quamdiu viuere, facere statuerunt, & vt numquam acciperent sanctam communionem nisi in fine pro viatico decreuerunt. De vno homicidio hoc ab illis est confirmatum: nobis quid faciendum est, quibus nuntiatur, multos à singulis trucidatos?

Incendiarij Christianorum villas incendunt; & plurimorum damnis atque mortibus faciunt se dignos incendio sempiterno. Episcopos ad matrem Ecclesiam reuocantes non auditis, ministros eorum affligitis, monachos & sanctimoniales penuria opprimitis, agricolas quorum labore viuunt, fame torquetis. A Deo & bonis hominibus his & aliis inauditis sceleribus vos separatis: sed videte, cui vos iungatis. Deus dicit: ⁱ Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur. Si pacifici estis: filij Dei estis & eritis. si pacifici non estis, manifestum est, quia nec filij Dei estis. Saluator dicit: ^k Qui est ex Deo, verba Dei audit: propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis. Si aure corporis verba Dei auditis, & E aure mentis percipitis vt opere compleatis, ex Deo estis. Ex Deo autem non estis, si ista negligitis. Abiit, vt inter eos numeremini, quibus ipse Dominus dicit: ^l Vos ex patre diabolo estis. Deus sibi obedientibus dabit seipsum, vt intelligatur, & habeatur, & sit gaudium sempiternum in Regno cælorum. Diabolus sibi obedientibus hoc præstabit, vt cum eo mergantur in ignem æternum.

Charissimi, dum tempus est, fugite seductorem, & sequimini Saluatorem. Sitis illius qui vos fecit, non illius qui vos decepit. Dominus dicit: ^m Quid prodest homini si vniuersum mundum lucretur, seipsum autem perdat, & detrimentum sui faciat? quod propterea dicit, quia nihil prodest homini, sed multum nocet, si acquirat totum mundum, & perdat seipsum. Quod sine offensione Dei habere non possumus, vt Dei amatores habere volumus. Ita quæ in hoc sæculo videntur, secundum auctoritatem

ritatem diuinæ ^a Scripturæ, temporalia sunt. Quæ autem non videntur, æterna. Ne peccemus in superfluo: dilectione temporalium ne amittamus beatitudinem æternorum. Vnicuique nostrum Deus dicit: ^b In omnibus operibus tuis memorate nouissima tua, & in æternum non peccabis. Si imparati fuerimus ab his quæ illicite amamus, inuiti abstrahemur, & quæ suauia nobis sunt, erunt asperrima. Nihil proderit pompa sæculi, nihil adiuuabunt propinqui, nec vlli carnales amici. Et magna peccata quæ non deleuerimus per poenitentiam, compellent nos sustinere æternam vindictam. Paterna pietate minas Dei, & promissiones vobis proponimus, vt ab omnibus vitis, quæ pacem presentem, & futuram gloriam tollunt, cum festinatione recedatis, & ad Deum ex toto corde conuerfi, faciatis opera bona, quibus spem salutis habere possitis.

Pro criminibus quæ superius exposita sunt, vos excommunicatos à quibusdam Episcopis comperimus; sed piis intercedentibus, damus spatium, vt ad nostram piam admonitionem deponatis mortiferam societatem & peccatorum consuetudinem, ne forte si in vestra contumacia perstiteritis, cogamur vos anathemate generali contra nostram voluntatem, propter ministerij necessitatem ferire. Explicit.] hæc Patres, nihil præmittentes, vt miseri errantes, & in errorem ducentes, conuerterentur ad poenitentiam.

In eadem quoque Synodo statuti sunt Canones sexdecim, ex quibus septem priores mutuati noscuntur ex Concilio Valentino, reliqui superadditi, inter quos saluberrimè institutos ille hic à nobis est recensendus, qui de scholis litterarum instituendis est conditus, cum necdum impletum esset, quod haud pridem in Concilio Valentino de eadem re fuerat institutum, ipse autem Canon sic se habet ^d:

Vt Scholæ sanctarum Scripturarum, & humanæ quoque litteraturæ, vnde annis præcedentibus per religiosorum Imperatorum studium magna illuminatio Ecclesiæ, & eruditionis utilitas processit, deprecandi sunt pij Principes nostri, & omnes fratres & Coepiscopi nostri instantissimè commonendi, vt vbiicumque omnipotens Deus idoneos ad docendum, id est, fideliter & veraciter intelligentes donare dignatur, constituentur vbi- que scholæ publicæ, vt vtriusque eruditionis, & diuinæ videlicet & humanæ, in Ecclesia Dei fructus valeat accrescere. Quia (quod nimis dolendum est, & perniciosum maxime) diuinæ Scripturæ verax & fidelis intelligentia iam ita dilabitur, vt vix iam eius extrema vestigia reperiantur. Et idcirco ingenti cura & summo studio remedium procurandum est.] hæc Canon, quo cum prædecessorum commendetur in ea re studium Imperatorum; Lotharium Augustum post Carolum & Ludouicum benè meritum fuisse de viris doctis, testatur Angelomus in præfatione in commentarium tunc à se editum in Cantica Cantorum.

Porro eodem fermè tempore contigit bonarum litterarum scholas aperiri Constantinopoli opera Bardæ tunc Cæsaris, de quo ita Ioannes Curopalates: Solus Bardas omnia moderabatur, & omnia sustinebat, & crebro ab Imperatore honores consequeretur, peruenitque ad Cæsaris quoque honorem & gloriam, Michaële nihil de rebus publicis curante; quàm theatra & certamina equorum, & (quod deterrimum est) non cupiebat solum esse spectator, sed etiam ipse aurigare, omnibus ludibrio & risui esse, & ille in his versabatur. Bardas autem omnia ad Remp. spectantia obibat, & de Imperio cogitabat, quomodo ipsum opportuno tempore sibi adscisceret. Externæ quoque sapientiæ rationem habuit, quæ iam pridem effluerat, & ad nihil prorsus reciderat, Imperatorum principum rutilitate ac ruditate, definitis vnicuique scholæ doctrinæ Scholis aliis quidem vbiicumque contigerat, supernæ verò philosophiæ in ipsa Regia, in Magnaura: atque ita ex eo tempore doctrinæ reflorere cœperunt. Hoc opus pulcherrimum & celeberrimum haud potuit alias maculas, quibus infectus erat Bardas, abstergere. Philosophiæ igitur dux & magister erat Leo ille magnus philosophus ex fratre nepos Ioannis Patriarchæ, qui etiam Theffalonicæ thronum consecutus est, & paulò antè eiectis Iconomachis, ipse quoque eiectus fuerat.] hæc Curopalates, subiciens magnam penuriam fuisse doctorum hominum, vt opus fuerit eos hinc inde in angulis latentes, & paupertate egentes summa querere diligentia, vt planè compertissimum sit, nullum eo tempore extitisse vestigiū Athenarum scholarum, in quibus fabulantur indocti imaginariam feminam illam Ioannam philosophiam didicisse. Subiicit idem Curopalates de eodem Leone vnico in Oriente philosopho ista: Grammaticam assererat se Leo & Poëticam Constantinopoli didicisse, reliquas verò doctrinas

eum in insula Andro commoraretur. Ibi enim cum studioso quodam homine Michaelē A Pfello versatus, & ab eo perceptis elementis atque rationibus quibusdam & principiis, quando non quantum voluit comprehendit, obibat monasteria, &c.]

LXIII. DE PSELLIO ET METAPHRASTE. Apud Sur. die 27. Novemb.

Ex his pariter habes, Lector, quo tempore vixerit PSELLUS, qui fuit magister Leonis philosophi: ex quo pariter addices quo tempore vixerit Metaphrastes, in cuius laudem PSELLUS ipse orationem habuit, qua ostendit haud pridem esse defunctum, dum ait de eius obitu audisse eos qui viderunt eius ad Deum transitum. Sunt haec eius verba: Non enim eum veluti abscissum aut diuisum fuisse dicunt ij qui viderunt, sed videbatur veluti à quodam vinculo liberari, & hilari nutu se extendere ad ducentes Angelos, & quodammodò seipsum tradebat illorum manibus, vt citò emigraret de corpore.] haec PSELLUS. Ceterùm quòd inter vitas Sanctorum positas in tomis ab ipso collectis reperiantur aliqui Sancti, qui post haec vixerunt tempora, id factum aliena putamus opera, qui suis diebus & mensibus allegerunt Sanctos singulos, qui postea vixerunt, ne viderentur extra classem vagari; sicut & de eo monendum putamus esse Lectorem, saepe accidere in vitis Sanctorum, vt scriptores earum illis vixisse temporibus declarantur; vt sit necesse errore labi, si quis eum esse putauerit Metaphrastem, & eum illo vixisse tempore dixerit, cum scire debeat vitas Sanctorum non fuisse, vt plurimum, à Metaphraсте conscriptas, sed collectas tantùm, ordineque per singulos menses dispositas. ex tempore igitur PSELLI melius intelliges tempora Metaphrastis: quòd & si plures PSELLOS fuisse dixeris, isto nullum celebriorem, nec antiquiorem inuenimus.

LXIV.

Quòd autem occasione scholarum à Francis ad Gracos se conuertit oratio: iam miserimum statum Ecclesiae Constantinopolitanae anno superiori ob oculos positum profsequamur. Dictum autem est in fine anni praecedentis, quomodo S. Ignatius Bardae Patricij factione è throno depositus fuit, & in locum eius Photius subrogatus. Sed nec hic finis impositus malis: nam postquam idem Ignatius plurimis afflictus est pœnis, vt abdicationis ab ipso libellum extorquerent: cuius rei causa ipsa Ecclesia Constantinopolitana schismate scissa fuit: ipse Photius vt ait Anastasius Bibliothecarius in praefatione historica ad Octauam Synodum) videns quam plurimos adhuc stare pro Ignatio, persuasit Imperatori, ministerio Bardae, vt congregaret concilium sibi adhaerentium Episcoporum, quo eundem Ignatium damnaret, vt hac arte Episcopos atque populum ab Ignatij affectione diuelleret. De isto conciliabulo & conuenticulo fatanae agens Nicetas in Ignatio, haec ait: Dum verò Mytilene Ignatius exul ageret, Photius congregata sua iniquorum caterua in sacro templo gloriosorum Apostolorum, priuationem promulgat aduersus Ignatium absentem, necnon illum anathemate damnat: ipse scilicet accusator factus & iudex, & quoscumque videbat huic animo suo, & iniquae huic actioni adhaerentes, & rebus quae siebant subscribentes, inter praecipuos amicos & charos comministros habebat: qui verò huic iudicio iniquè habito se obiectantes, haec approbare nolebant; hos praetorio & carceribus variis modis puniendos tradebat.

CONCILIABULVM ADVERSVS IGNATIUM.

LXV.

Cum igitur multi murmurarent, & haec iniusta acta Photij reprehenderent, quinimò à propriis operibus, necnon à suamet conscientia redargueretur: consilium inuit Photius, prauum magis quam sapiens: non enim bono malum, sed malo malum sanare cogitat, quin potius maiori maus addere: quemadmodum enim qui viam virtutis conscendunt, per bona opera tamquam per scalas ad Deum ascendunt; ita illi qui rectam viam dimiserunt, per mala opera iniquitatis patri accedunt, & malum malo addentes, non desinunt, quousque in malorum operum profundum seipfos praecipites dent. Inuit itaque consilium Photius Legatos mittendi ad antiquam Romam, & à Nicolao Papa Legatos petere, occasione videlicet, vt Ecclesiam corrigeret, necnon vt illos, qui haeresim Iconomachorum tuerentur, à Christiano nomine omnino rescinderet; reuera autem id curabat, vt Romanorum manu & auctoritate firmiorem redderet Ignatij depositionem. Mittit igitur Theophilum Episcopum Amorij, & Samuelem Episcopum Chonorum sub Laodicea existentem, quem deinde Archiepiscopali honore decorauit, & alios duos. Per hos etiam falsa scribere ad summum Pontificem non veretur. Scribit enim, Ignatium propter senium, & infirmitatem, & corporis imbecillitatem, Ecclesiae renuntiasse praefecturam, & ab illa secessisse, & in quamdam insulam profectum in monasterio manere cum omni honore & cultu & obsequio tum ab Imperatoribus, tum etiam ab vniuersa ciuitate habitum.] hucusque Nicetas rerum inspector de conciliabulo & legatione

LEGATIONIS PHOTII CAUSA QVAE EVERTIT. *al. Chomazium

atione Photij ad Nicolaum Pontificem. Porro Photius etiam suavit Imperatori, vt & ipse eadem ex causa ad eundem Papam legationem mitteret, vt omnia facilius impetraret. quod & Imperator fecit, vt ipse Nicolaus testatur in epistola ad vniuersos Fideles sanctae Ecclesiae, verbis istis:

Quod igitur generali notitia extat vniuersae plebi Dei vulgatum, minimè vestrae sanctitati haberetur incognitum, qualiter praerito iam tempore sanctae Constantinopolitanae urbis Ecclesiae Clerus, immò Graecorum inclytus Imperator cum Christianissima plebe sua ditioni subiecta, pro quibusdam praeruaricationibus in eadem Ecclesia pullulatis, ac variis dissensionibus in eodem populo super Photio inuasore, & Ignatio Patriarcha nequiter obortis, Legatos proprios ad hanc sanctam & omnium Ecclesiarum matrem miserunt Ecclesiam, discretissima videlicet postulatione consulentes, qui definitionis calculi super huiusmodi praeruaricationibus nostro iudicio deberetur imponi; sancta scilicet ac salubri discretione perducti, ab hac principali Ecclesia, quam veraciter intelligunt à Christo Salvatore percepisse sui principatus priuilegia, non immeritò ob aedificationem religionis, & recuperationem pacis atque concordiae sub canonica definitione sibi dari poscentes iudicia.] haec de his ibi.

Quod autem eadem legatione sua petisset Imperator ab ipso Romano Pontifice Legatos mitti à latere ad sedandum conflatum schisma, idem Nicolaus in Encyclica ad omnes Patriarchas & Episcopos declarat his verbis, rem gestam ab exordio breuiter repetens: Postquam quidam inuidiae facibus accensi, & superbiae fastu arroganter elati more Iudaeorum contra pastorem proprium insurrexerunt, & Patriarcham suum, comministrum videlicet nostrum Ignatium sanctissimum praefatae urbis Antistitem ab Ecclesia ipsa, cui iure praesidebat, tyrannicè proiecerunt: Photium quemdam ex foro ac saeculari militia & habitu, atque à palatinis adibus eductum ac subito consecratum eidem contra sacros Canones Ecclesiae praefecerunt. Tunc coepit scandalum & schisma in iam dicta vrbe & in adiacentibus sibi ciuitatibus non modicum oboriri, aliis quidem Photij promotionem defendentibus, aliis autem hanc, tamquam inconuictò, & superstite Ignatio, factam meritò detestantibus. Tunc, inuito consilio, Imp. Michael, qui & ipse Bardae Patricij versutis suavis Photij parti fauebat, ad Apostolatam nostrum Legatis cum epistolis destinatis, accusationes quasdam aduersus Ignatium deferentibus, petiit vt à Sede Apostolica Missos daremus, qui scandala ipsa sedarent, & schismata dissiparent.] haec de missa ab Oriente legatione Nicolaus.

Magnam hic considera, Lector, vim atque potentiam veritatis. Licet Imperiali nifus potentia Photius, & Episcoporum consulti, ex congregato ad eam rem perficiendam concilio, ab ipso Imperatore, Barda operante, in patriarchalem eleuatus sit thronum; quòd tamen sciretur omnis conatus Imperatoris esse irritus, nisi Ignatius è sede depositus, auctoritate Papae priuatus esset, & ipse Photius, quem euexisset Imperator in sedem, manu Romani Pontificis firmaretur: iudicium vel inuitus cogitur implorare Apostolicae Sedis. Sed & licet verisimili coniectura existimare potuisset, quae à se tyrannicè praeterius factae essent in Ignatium perpetrata, minimè probanda fore ab eadem Apostolica Sede, à qua sciretur haud pridem excommunicatus Gregorius Syracusanus Antistes in eundem Ignatium insurgens esse damnatus: nihilominus, cogente veritate, contineri non potuit (licet sciret in discrimen adduci existimationem ipsius Imperatoriae maiestatis, si à Romano Pontifice rescinderentur quae ab ipso essent pro Photio in Ignatium pertractata) quin ad sedandum schisma Sedis Apostolicae iudicium appellaret, ad quod impetrandum legationem decerneret ad ipsum Nicolaum Romanum Pontificem, Barda non repugnante, nec ipsomet contradicente, quòd sciret omnino infirma, & penitus inualida esse, quae Romanae Sedis auctoritate carerent. Tantum ergo etiam apud nequissimos homines veritas sibi vindicat potestatis. Sed quid caeca malitia meditatur? Quid iniquitas arte fraudulenta molitur? Vt omnino quod peteret de legatione mittenda à Pontifice obtineret: aliam quoque (quod tradit Anastasius) praetexit Photius simulatam occasionem, nempe causam sacrarum imaginum, nimirum vt sua auctoritate Pontifex pullulantem rursus errorem euelleret.

Quinam verò hac functi sint legatione, quae munera per eos miserit Imperator ad Nicolaum Papam, ab Anastasio ea cuncta oculis spectante sic accipe: His temporibus Michael filius Theophili Imp. Constantinopolitanae urbis Imperator, ob amorem Apostolorum

LXVI.

LXVII.

LXVIII.

LXIX.

LEGATI AB IMP. MISSI ET MUNERA OBLATA.

stolorum misit ad B. Petrum Apostolum dona per Episcopos, quorum hæc sunt nomi-
na, Methodius Metropolitanus, & Samuel Episcopus, & alij duo qui depositi fuerant
ab honore Episcopatus, Zacharias & Theophilus, & alius Imperialis minister laicus, no-
mine Arsa Protolpatharius: misit scilicet patenam ex auro purissimo cum diuersis la-
pidibus pretiosis, albis, prasinis, & hyacinthinis. Similiter calicem de auro & lapidi-
bus ornatum in circuiu pendentibus per fila aurea & * repidis duabus in typo pauonum.
& scutum aureum ex diuersis lapidibus pretiosis hyacinthinis & albis, quod pensat si-
mul libras Similiter misit vestem de chrysoclauo cum gemmis albis, habentem
historiam Saluatoris, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum cum arbutis & rolis, &
litteris legentibus nomen Imperatoris, miræ magnitudinis & pulchritudinis, & alia multa
dona porrigentes, legationis verba sibi iniuncta protulere. Præfatus Græcorum Im-
perator inuenta pro imaginum depositoribus occasione, Missos Apostolicæ Sedis B
præfatos Legatos Constantinopolim dirigi postulauit, intentans scilicet causam Ignatij
Patriarchæ, & Photij Constantinopolitanæ Ecclesiæ peruasoris, cupiens hinc eundem
sanctum virum Ignatium iudicio Sedis Apostolicæ callidè per inuidiam (vt postmodum
patuit) condemnari.] hæc de legatione & muneribus Imperatoris Anastasius.

LXX.
* Nicol. ep. 16

Meminit rursus huius legationis Nicolaus^a Papa in epistola ad Orientales Episco-
pos sub Constantinopolitana Ecclesia consistentes, his verbis: Dum quod hinc à no-
bis fieri deberet, vel qualiter tanti rumoris certitudinem nosse possemus, incessanter &
anxiè cogitarem: ecce repente cum epistola regia quidam Episcoporum, quorum
vnus erat Gangrensum Metropolitanus, cum Arsa viro glorioso Spathario, Augusta-
lem ferentes legationem ad Sedem Apostolicam peruenerunt, accusationem in scriptis
aduersus iam fatum confacerdotem nostrum Ignatium, & in verbis excusationis pro
Photio deferentes, & vt à Sede Apostolica Missos daremus, &c.] Quatuor Episcopos
Romam ad Nicolaum vnà cum Arsa missos esse, habet libellus Episcoporum apud
Actionem secundam Octauæ Synodi, quorum Episcopatum nomina recitantur ab
Anastasio Bibliothecario in notis ad eandem Synodum appositis, sunt hæc: Methodius
Metropolitanus Gangrensum, Samuel Chomarum Episcopus, Theophilus * Iaceti, &
Zacharias Tauromeniæ, qui omnes Legati Episcopi Photij litteras detulerunt ad Nico-
laum. Qui eos audiuit in basilica S. Mariæ, ad Præsepe nuncupata, non tamen ad com-
municationem cum reliquis Episcopis admisit, licet ad audientiam recepisset eos per sa-
tisfactionem libelli & iuramenti. Hæc habent Acta Octauæ Synodi, testificatione Ma-
rini Apostolicæ Sedis diaconi in Actione quarta. Sed videamus ipsas Photij litteras do-
lo plenas, mendacijs refertas, quas cum alijs plurimis inuenimus in Colummensi biblio-
theca, quæ fuit Cardinalis Sirleti, easque in Latinum reddendas curauimus à docto ac
pio viro mei amatissimo Petro Morino Parisiensi, quæ sic se habent:

LXXI.
PHOTII
EPIST. AD
NICOLAYM
P. P.

In omnibus sanctissimo, sacratissimo, reuerendissimo comministro Nicolao Papæ fe-
nioris Romæ Photius Episcopus Constantinopoleos nouæ Romæ.

Cum mihi Pontificatus magnitudo in mentem venit, cumque cogito, longè hominis
vtilitatem ab ea quæ illi inest, perfectione abesse, ac mearum virium imbecillitatem me-
tior, subitque animum sublimitatis talis dignitatis necum enutrita consideratio, quæ fa-
ciebat, vt eos admirarer, & obstupescerem quotquot vnquam sæculi nostri, ne dicam su-
periorum ætatum, tremendum Pontificatus iugum susceperunt, cum homines essent,
carnique & sanguini deuincti, periculosè aggredierentur incorporeorum Cherubim ope-
ra peragere: Cum hæc ex animo & curiosius perscrutor, & quo in statu alios videns per-
turbabar, eodem me nunc captum intueor: dici non potest, quibus doloribus incessar,
quoque, mœrore detineri perseuerem. Quamuis enim hæc mihi cogitatio & cura fuerit, à
puero simul augescens & comitans, liberum ab huius vitæ negotijs ac tumultibus quiete,
ac res meas contuentem perseuerare (nam oportet me, qui ad sanctitatem vestram scri-
bere incepi, verum dicere) regiarum dignitatum administrationes deorsum trahentes
voluntatem, ad alia conuertere cogebant. Verum me nunquam incessit fiducia, quæ
faceret, vt mihi esset tolerabile Pontificatus honorem subire. Erat enim mihi perpetuo
venerabilis & tremendus, præsertim recordanti principis Apostolorum Petri, qui qui-
dem cum multa argumenta in Dominum nostrum IESVM Christum verum Deum
nostrum ostendisset, ac multum vndique specimen dilectionis in eum dedisset: quasi
coronidem rerum præclare ab eo gestarum & peractarum pascendi ministerium digna-
tione

A tione magistri suscepit. Et verò seruo scio concedi talentum, eumque propter metum
dominicæ seueritatis occultantem, nec vnde sibi quod creditum erat, excidens diriperetur,
ac propterea talentum ei qui dederat multiplicatum non reddidit, rationem ab eo
repositi, eumque ignis ac gehennæ condemnationem subire.

Verum cur hæc à me scribuntur, & gliscit dolor, & molestia intenditur, & turbatio
inuestigatur? Nam memoria rerum anxiarum malum acrius efficit, ac subleuari non
sinit * mœrorem. At enim hæc ob causam eorum quæ acciderunt tragœdia quasi in
scena acta est, vt vestris orationibus, nescio quomodo creditum nobis gregem pulchre
videntes agi & gubernari, officientem nobis difficultatis nubem discutiamus, & inertiam
caliginem effugiamus. Nouit enim, nouit gubernatori secundo vento nauis currens, ac
egregiè gubernaculis recta lætitiâ afferre, & Ecclesiæ cœtus pietate, virtutibusque ex-
uberans præfectum & pastorem afficere voluptate, & efficere, vt incertæ mentis, ino-
piæque consilij nebulam abstergat.

Nuper itaque cum is, cui ante nos sacerdotio fungi obtigerat, eo honore abiisset: ne-
scio quomodo impulsus magna me vi aggrediuntur, & qui censebantur in Clero, & Epi-
scoporum Metropolitanorum conuentus, & ante hos, cumque, iis pietate præstans Chri-
stianique diligens Imperator, in omnes quidem benignus & æquus & humanus (quid
enim? verum dicendum non est?) nec quemquam eorum qui ante ipsum imperarunt
æquitate parem habens; mihi verò tum inhumanus quidem visus ac violentus, admo-
dumque formidandus. Is enim vnà cum commemorato sacerdotum cœtu nihil remitte-
bat de vi & impressione mihi faciendâ, sed quam obrem me dimissurus non esset, excusa-
tione utebatur consentientis sacerdotum voluntatis & studij, sequæ etiam si vellet, non
posse postularum meum perficere. Ad sacerdotes autem ac ceterum Clerum (magnus
enim numerus conuenerat) ne obsecrationis quidem meæ verba clarè perueniebant; si
quibus verò eincidebant, non recipiebant; cum hoc vnum & meditati essent, & dicere
instituisent, me omnino vel nolentem hoc præfecturæ onus suscipere oportere.

Postquam verò omnes mihi viæ precum verborum faciendarum obstructæ sunt; prosilie-
bant lacrymæ, ac desperationis caligo cum omnia interiora confusione implectet, & in
ipsum vsque, oculos irrupisset, in riuum mutabatur. Nam cogitatio (desperata semel salute
verbis consequenda) naturam ipsam ad supplicationem & lacrymas excitabat, his sperans
auxilium & opem nascisci se posse, quamuis voluntate ac proposito suo deciderit. Nec
enim sic remisit se, qui vim faciebant, quoad contra voluntatem meam, illorum verò
ex sententia res perfecta est. Sic in medijs de cetero tumultibus, iis iudicijs, quæ scit qui
D nouit omnia, toleranter dego, sed satis querens, tempestiuum est dicere prouerbum.

Quoniam verò omnium optima est Fidei communio, maximaque omnium causa
veræ dilectionis: vt id cum vestra sanctitate purum & insolubile vinculum faciamus:
censuimus nostram vestramque fidem breuiter tamquam in columna scribendam.
Inde orationes vestras feruidius promptiusque attrahentes, nostrumque in vos affectum
explicantes.

Credo igitur in vnum Deum, perfectum, & perfectionis efficientem Patrem, & Filium,
& Spiritum sanctum, non diuidens personarum distinctione etiam naturam (diuidat
enim Atij diuisio) sed in identitate naturæ personarum differentiam credo. Tollatur
enim pariter & Sabellij contractio. Trinitatem sanctissimam omnium opificem, omni-
potentem, ipsam sibi in se simul existentem, sine principio, vt omne temporale principium
excedentem, & initio carentem, principij autem & causæ rationem in Patre implente:
sic enim & super temporalem cogitationem pari honore Trinitas stabilitur; & eiusdem
substantiæ cum Patre, ex quo hic quidem sine fluxione & ineffabiliter genitus est, hic ve-
rò procedit theologice, hymnis celebrabitur. Trinitatem sanctissimam, super substantia-
lem substantiam, hoc quidem, quod omnem substantiam Deo decenter supergreditur;
hoc verò quod inde omnibus entibus participatio est essendi super omne bonum bonita-
tem, hoc quidem quod fons bonitatis, hoc verò quod bonis illinc est, quod bona sunt.
hoc nobis est (vt in breuius) Theologiæ nostræ inculpabilis disciplina.

Filius verò & Verbum Dei & Patris in vltimis diebus ex semper Virgine & super-
gloriosa Domina nostra Deipara processisse cum carne animata anima intelligenti &
rationali, id est, perfectum hominem assumpsisse veritate, non phantasia: non perso-
naliter, neque aliquem in singulis proprio ac determinato caractere circumfinitum, sed

LXXII.

* inertiam.

LXXIII.

PHOTIUS
EGREGIE
MENTITVS
ET ADVLA-
TVR.

LXXIV.

LXXV.

PHOTI CA-
THOLICAE
FIDEI PRO-
FESSIO.

LXXVI.

sed totum hominem, quem in sua hypostasi indiuiduum subsistere fecit, ut genus humanum saluaret. Seruatas etiam in eodem & vno Christo naturas diuinitatis & humanitatis, vnitas quidem vnione secundum hypostasim, sed non confusas substantias alterificatione; vniam quidem hypostasim, duas vero naturas; & vtrique earum propriam tribuo voluntatem. Duas enim voluntates in Christo non minutas, quia & duae operationes: eundem passibilem & impassibilem; corruptibilem & incorruptibilem: circumscriptibilem & incircumscriptibilem: alia approprians diuinitati, alia humanitati attribuens: crucifixum voluntarie pro nobis. Et qui nobis praebuit honorabilem & venerandam Crucem, destructionis mortis causam: sepultum eundem ac in mortuis connumeratum. Qui tertio die iuxta ipsius deiloquam vocem a mortuis resurrexit: quiue visus est discipulis, & cum illis edendo ac bibendo, omnem ambiguitatem ac phantasiae opinionem ab eis summouit. Deinde & ascendit vna cum assumpta, siue cum animata anima intelligenti & rationali ipsius propria carne. Et iterum pariter venturus est ad iudicandum viuos & mortuos. Sic enim dicit diuina Scriptura: Veniet quemadmodum vidistis eum euntem in caelum.

LXXVII. Sic sentiens & constans incommutabiliter eam Fidem, quae in Catholica & Apostolica Ecclesia stabilitur & praedicatur, sanctas & oecumenicas septem Synodos recipio. Primam quidem, vtpote quae Arium, & eos qui cum eo sentiebant, vna cum eorum abominanda creaturae adoratione dirupit ac euertit. Secundam vero, quae laesa mentis Macedonium ab Ecclesiastica communione exterminauit, & abscidit, qui pari atque Arius insania laborabat. In creaturis enim hic quoque sanctissimum, & omnium opificem ponens Spiritum, creaturam adorare non erubescibat. Verum enimvero & tertiam, quae depositum impium Nestorium, ac euertit innouatam ab eo Deo exosam superstitionem: hic enim indiuisi, & secundum hypostasim vnium Deo Verbo totalem hominem audacter & dementer a diuina Verbi abstrahens hypostasi, in propria eum hypostasi esse, monstrosè dicebat & imaginabatur. ac idcirco nudum hominem eum qui carne apparuerat, Filium & Verbum Dei somnians, consequenter hic infelix appellare sanctissimam Dei Genitricem Deiparam proptere abnegauit. Quartam autem, vt quae Eutychem, dystychem, id est infelicem ac scelestum Dioscorum elisit atque anathematizauit vna cum eorum imaginatiua dementia, eorumque omni caterua. Domini enim carnem non esse nobis consubstantiali, delirè asserbant, sed ex duabus quidem naturis vnionem factam esse, in vnam vero naturam post vnitionem consumptam fuisse neutrius conseruantem proprietates, nec diuinae, nec vero humanae. Quintam etiam, quae excidit ac penitus extinxit ea quae in perniciem auctorum suorum suscitabantur, scelerata dogmata, & parrus impij Nestorij, qui de regis vrbis sine Deo pontifex fuerat, & Theodori, qui Mopsuestiae, magis etiam sine Deo, Episcopatum gesserat; tum eos, tum omnes, qui eadem qua illi vana sententia aegrotabant; quin etiam & quae dilacerauit & demersit Origenem, Didymum, Eua-grium, qui ratione cum Gentilibus congruente ac inspiciente sententia in vltimum profundum Deo aduersariae persuasionis inciderunt. Cum enim gradus & inferiores sedes Deitatis confinxissent, & animarum praesistentias, ac effluxus & decidentias respectio-nis earum ad Deum in seipsis constituentes, easque in diuersa & multiformia corpora transuafantes, & transmutantes; & finem suppliciorum, ac daemnonum restitutionem, è ventre (sicut dicitur) eructantes, libero & aperto, nullis claustris, ore fabulati sunt, & commenta sua conseruerunt. Sed & sextam, vt quae abiecit ac demolita est * Honorium, & Sergium, & Macarium, monstruosi homines sermonis ac dementes, vnaque cum ipsis eos E qui eandem impietatem ad se duxerunt & expresserunt, cumque alienis eorum & absurdis commentis: vniam enim voluntatem, & vniam operationem Christo Deo nostro, qui ex duabus inconuersis naturis est, malè miseri adscribebant. Praterèa & eam, quae Nicæae iterum facta est, sacram & magnam Synodum, quae Iconomachos, id est, imaginum oppugnatores, ac propterea Christomachos, id est, Christum oppugnantes, & sanctorum obrectatores, vt purgamenta eliminauit ac deiecit. Cum iis autem & detestandam & quæ Manichæicam eorum haresim: Domini enim nostri Iesv Christi consubstantiali nobis sanctum corpus pingere in imagine abominabantur: pingi non posse, & incircumscriptum esse debacchando asseuerantes, ac ideò nobis consubstantiali non esse, insano more concludentes. Has igitur sanctas & oecumenicas Synodos recipio, anathematizans quos anathematizauerunt, & amplectens & magnificans, quos laudibus celebrarunt.

* Falsè accu-sans Honorium: nec sine dolo potuit praetermississe Pyrrhum & Paulum Cōstantinopolitanos Patriarchas haresis au-toras & propugnatores. De Honorio consule qua dicitur sunt octauo Annal. tomo.

Hac

A Hac est Fidei meae, & eorum quae ad ipsam pertinent, & circa eam subsistunt, confes-sio, & in ea spes, nec mihi verò soli, sed & omnibus quibus meditatam est pie viuere, qui-busque diuinus amor innatus est puram & sinceram Christianorum sententiam retinendi. Hanc igitur in scriptis Fidei confessionem statuentes, & vestrae sacratissimae sanctitati res nostras vt in tabula exprimentes, & sermone commemorantes; quod saepe petiuimus, indigemus orationibus vestris, vt Deum propitium ac benignum in his quae gerimus, inueniamus: omnem verò scandalorum radicem, & petram offensionis ex Ecclesia-stico ordine sublaram istueamur, ac benè pasci subditos, nec multitudine nostrorum delictorum, illorum in bono profectum ita retardari, vt inde nobis multiplex peccatum ad-scribatur; sed ego quidem ipsis faciam & dicam in doctrina quae oportet; ij verò obedi-ent & tractabiliter ad suam ipsorum salutem ducantur, & Christo omnium capiti B inhærenter coagmententur, eius humanitate & benignitate, cui gloria & imperium cum Patre, & sancto Spiritu, vitæ principi & consubstantiali Trinitati, nunc & semper & in saecula saeculorum. Amen.] haecenus Photij litteræ, diuersæ tamen ab illis, quarum argu-mentum ex Nicæa audisti superius.

Porrò his litteris fraudulentus Photius primum omnium communicationem Aposto-licæ Sedis suffragari conatus; Ignatij abrogationem, & suæ sedis stabilimentum molitus est. At quæ Romæ in his decernendis acta sint, & quæ ad Photium & ad Imperatorem Nicolaus rescripserit, dicitur anno sequenti, quo litteræ ab eo datæ inueniuntur.

C H R I S T I Redemptoris annus sequitur octingentesimus sexagesimus, Indictione I. Octaua, quo post missam legationem tam ab ipso Patriarcha intruso Photio, quam etiam à Michaele Imperatore (vt vidisti) anno superiori, simulque à pseudosynodo con-tra Ignatium habita Constantinopoli: auditis Legatis, lectisque litteris, in conuentu Pa-LEGATIO trum ad hoc ipsum conuocatorum, rebus cunctis quàm diligentissimè examinatis, com-MISSA A. MUNI omnium sententia, petita legatio decernitur Constantinopolim ad causam ipsam NICOLAO PAPA CON-STANTINO-POLIM. peruestigandam, non autem dirimendam. Sic igitur Nicolaus rerum gestarum penitus ignarus, ex petitione ipsorum decernens legationem Constantinopolim, delegit Legatos duos Episcopos, Rodoaldum Portuensis Ecclesiae, & Zachariam ciuitatis Anagninae, vt de causa inter Photium & Ignatium inquirerent, & referrent ad ipsum Nicolaum Pon-tificem: quibus & dedit ad Photium perbreues istas litteras^a, quas vna cum aliis eiusdem Pontificis litteris, facta cum diuersis exemplaribus diligenti collatione, quantum licuit, emendatas edimus; sic enim se habent:

Omnis vtilitas & profectus animarum Catholica Fide munitur, & dilectione Euan-gelij tuetur: quæ omnes intra se conclusos saluat, extra se positos, suos non exillimar. Vnde dilectionis vestrae scriptis apicibus, lætificati sumus, quia vos Catholicum in eis cognouimus. Nam ibi prudentiæ vestrae vtilitatem intelleximus; ideoque multas gra-tias Deo omnipotenti retulimus, quia vestrum scire de Catholico fonte manare, ex-perti sumus. Sed rectum vos ordinem minimè continuiffe, doluimus, ed quòd non E per gradus Ecclesiae * ductus ad tantum honorem de laicali habitu vos profuluitis, cum oporteret vestram prudentiam ita canonicè vixisse in clericali ordine, vt nihil extra canonica instituta agentes, tempore congruo, atque assensu legitimo constitueris Ecclesiae pastor. Vos itaque hoc praetermittentes, contra statuta Patrum egisse, mani-festum exitit. Nam Sardicense Concilium per omnia tantæ temeritatis praesumptio-nem vetuit: pariter & sanctorum Pontificum Romanae Sedis Caestini Doctoris egregij, Leonis sanctissimi, cuius laus in quarta Synodo clara fuit, seu Gelasij doctrina & meritis æquè beatissimi, horum videlicet instituta hoc prohibuerunt, vt talis ordinatio fieri non praesumeretur. Quapropter vestrae consecrationi consentire nullo modo pos-sumus, donec nostri, qui à nobis Constantinopolim sunt directi, reuertantur, qualiter per eos cognoscamus vestrae obseruationis actus, & Ecclesiasticae vtilitatis constantiam, & quo studio circa Catholicae Fidei defensionem vosmet exerceatis. Et tunc si dignum fuerit,

Q

fuerit, vt tantæ sedis præfulem, ceu conuenit, honorabimus, & fraterna dilectione amplectemur. Mense Septembri, die vigesimaquinta, Indictione nona.] *cunc inchoante.* Hæc scribens ad Photium Nicolaus, in mandatis dedit Legatis, ne vlllo pacto cum Photio communicarent, antequam id ipse Pontifex decreuisset, vt testatur ipse Nicolaus in epistola ad omnes Christi Fideles, quam Encyclicam nominare consuevit, vbi ait: Photij verò consecrationem non solum minimè admittendam esse decreuimus, verum etiam ipsi Legatis nostris, ne cum illo nisi quasi cum laico vsque ad notitiam nostram communicarent, frequenti & omnimoda iussione præcepimus. solum scilicet iisdem de venerabilibus Domini nostri IESU Christi, eiusque Genitricis semper Virginis Mariæ ac Sanctorum ipsius imaginibus, quidquid quæstio afferret, iuste ac piè definire licentiam dantes.] Sic igitur hæc inueniuntur Legatis data in mandatis, vt causam inter Ignatium & Photium cognoscerent tantum, non desinirent: & cum Photio ipso, vt Episcopo, non communicarent, quæstionem verò de sacris imaginibus exortam, sepiùs iudicantem, iterum definirent.

III. Dedit autem idem Nicolaus Papa iisdem Legatis litteras ad Michaëlem Imperatorem Apostolico throno dignas, quæ sic se habent:

Nicolaus Episcopus seruus seruorum Dei, dilecto filio Michaëli glorioso Imperatori Græcorum.

Principatum diuinæ potestatis, quem omnium Conditor electis suis Apostolis largitus est, super solidam fidem Apostolorum principis, Petri videlicet soliditatem constituens, eius egregiam immò primam sedem deliberauit. Nam voce Dominica ipsi dictum fuerat: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam: & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Petrus denique à firmitate petræ, quæ Christus est, structuram vniuersalis Ecclesiæ inconcussam & fidei robore solidatam ita precibus suis munire non cessat, vt errantium vesaniam rectæ fidei norma reformare festinet: necnon intrepidè eam confocians eos * remunerare procuret, quatenus portæ inferi, malignorum vtique spirituum suggestiones, atque hæreticorum imperus non præualeant eiusdem Ecclesiæ vnitatem infringere.

IV. Quapropter Deo omnipotenti multiplices referimus grates, qui vestro pectore hoc infundere dignatus est, vt fautores Ecclesiæ Dei effecti, concordia ipsius desideretis fauere, ne quauis rubigine erroris consumatur pulchritudo fidei, & frangatur intellectus Apostolicæ eruditionis. Ad eius etenim (sicut ipsi scitis) integritatem obseruationis multoties conuentus factus fuit sanctorum Patrum, à quibus & deliberatum ac obseruatum extitit, qualiter absque Romanæ Sedis, Romaniq; Pontificis consensu, nullius infurgentis deliberationis terminus daretur. Igitur à vobis Constantinopoli congregatum Concilium (vt vestris apicibus nostris intimatum est auribus) huius tenoris seriem parvipendens, ab institutis prædictis manum considerationis suæ reflectere non trepidauit: adeo vt Ignatium supra iam nominatæ vrbis Patriarcham sine Romani consulti Pontificis ibidem cœtus conueniens proprio * priuasset honore. Quod quantum sit reprehensione dignum, testes illi, qui ei oppositi sunt, manifestant, quia tales, quos in epistola vestra legimus, canonica institutio prohibet, & inuidiosè datos manifestè claret, quoniam nec ipse proprio ore manifestauit (vt directionis vestræ asserunt litteræ) illa quæ ei obiiciebantur, neque accusatores illius secundum sacrorum Canonum instituta probauerunt.

V. Ceterum his etiam sic iniuste peractis, ad detestabiliora inconsiderationis suæ votum supradictam populi cateruam dirigendo, de laicorum habitu qui ei præfesset, delegit pastorem. ô quàm præsumptuosa temeritas! ille præponitur ouili diuino, qui nescit adhuc dominari spiritui suo. Nam qui ignorat disponere vitam suam, per gradus Ecclesiæ minimè ductus, quomodo corrigere quibus vitam alienam subito electus? &c.] ad hæc autem demonstranda ipse Pontifex citat diuinam Scripturam, Conciliorum Canones, Pontificum Romanorum decreta, & inter illa, quod Hadrianus Papa indulgens tandem ob necessitatem temporis, vt Tarasius ex laico ordinaretur Constantinopolitanus Antistes, prohibuerit omnino ne ab ea Ecclesia id amplius tentaretur. His decursis ad causam Ignatij deueniens, quid esset agendum insinuat, vbi ait:

VI. Et vt in omnibus rectus ordo seruari queat, volumus, ô clemens Auguste, vt Ignatius, quem sedis supradictæ gubernacula propria spontaneaque voluntate deseruisse, & totius plebis concilio congregato depositum esse, vestris apicibus nobis intimare curastis,

^a Nicol. ep. I. tomo 3.

QVAE DATA LEGATIS IN MANDATIS.

^b Nicol. ep. 2. tomo 3. edit. Rom. collatione facta cum aliis exempl.

NICOLAI PAPAE EPIST. AD MICH. IMP.

^c Matt. 16.

APOSTOLICAE SEDIS SUPREMA AVCTORITAS.

^d al. priuati

DECLAMAT NICOLAUS LAICVM ESSE FACVVM EPISCOPVM.

A rasis, in conspectum veniat nostrorum Missorum, & vniuersi Concilij, vestris quidem Imperialibus institutis, quatenus perquiratur, quamobrem spreuerit traditam sibi plebem, & instituta antecessorum nostrorum sanctorum Pontificum, Leonis videlicet Papæ atque Benedicti parvipendendo contempserit, vt ad hoc agendum subtili examine à nostræ iussionis Legatis depositionis eius censura perquiratur: quatenus inquirentes inuenire queant, vtrum canonicus tenor in eadem obseruatus fuerit, vel non, vt manifestum existat. Ac deinde cum nostro Præfultui significatum fuerit; quid de eo agendum sit, Apostolica sanctione definitum, vt vestra Ecclesia quæ tantis quoridie quatitur anxietatibus, inuiolabilis deinceps & inconcussa permaneat.] hæc de causa Ignatij Nicolaus, de quo cum dicat, recedendo è sede contempserit instituta Leonis & Benedicti Romanorum Pontificum prædecessorum, ad ea alludit quæ dicta sunt, nimirum quod cum accusatus esset à Gregorio Syracusano Episcopo apud eosdem Pontifices, illi cum sedere iussissent. Post hæc ingerit, quæ expeti videbatur solida constantique doctrina de cultu sacrarum imaginum, præclare ostendens inter alia numquam in Testamento veteri nisi in imaginibus cultum fuisse Deum, cum non vt est, sed in diuersis assumptis formis semper apparuerit seruis suis. Quod autem de his superiori tomo actum sit pluribus, describere ea omnia prætermittimus: illam tantum quam ad finem habet epistolæ, querelam reddituri, qua expositulat de iuribus & bonis aliis Romanæ Ecclesiæ à Græcorum Imperatori inuisitè detentis. quænam autem ista fuerint, accipe quæ de his sic scribat:

Oportet enim vestrum Imperiale decus, quod in omnibus Ecclesiasticis utilitatibus vigere audiuimus, vt antiquum morem, quem nostra Ecclesia habuit, vestris temporibus restaurare dignemini, quatenus circa vicem, quam nostra Sedes per Episcopos vestris in partibus constitutos habuit, videlicet Thessalonicensem, qui Romanæ Sedis vicem per Epirum veterem, Epirum nouum, atque Illyricum, Macedoniam, Thessaliam, Achaiam, Daciam Ripensem, Daciam mediterraneam, Mysiam, Dardaniam & * Præualim, beato Petro Apostolorum principi contradicere nullus præsumat, quæ antecessorum nostrorum temporibus, sancti Damasi, Syricij, Innocentij, Bonifacij, Cælestini, Sixti, Leonis, Hilarij, Simplicij, Felicis, atque Hormisdæ sanctorum Pontificum sacris dispositionibus regebatur. Quorum denique institutiones, ab eis illis in partibus destinatas, per Missos nostros, vt rei veritatem cognoscere queatis, vestræ Augustali potentia dirigere curauimus.] hæc de his Nicolaus. quæ vt facilius innotescant, in memoriam reuocanda essent, quæ sæpè superius in superioribus Annalium tomis sunt dicta, & Actis œcumenicorum Conciliorum ingesta, Romanum Pontificem, quamuis sicut Vrbs (vt sæpè demonstratum est) ita & totius sit orbis Episcopus, speciales tamen quasdam prouincias, easdemque superius nominatas, vt peculiarias suas, per Vicarium regere consueuisset, iisdem præfici moris erat Archiepiscopum Thessalonicæ ab eodem Romano Pontifice ordinandum. Accidit verò vt suasionem schismaticorum Patriarcharum orientales Imperatores spoliauerint istis Romanam Ecclesiam, sed maiore ipsorum damno, siquidem viciscente numine, immixti sunt in orientale Imperium (vt vidimus) Sarraceni, qui latissimis prouinciis, iisdemque non paucis orientale Imperium minuere, rebus in dies in deterius prolabantibus, donec Imperij totius sub Turcarum dira tyrannide est facta cum Græcorum seruitute iactura.

Sed & de sublatis per eosdem bonis eidem Romanæ Ecclesiæ ista subiicit idem Pontifex Nicolaus: Præterea Calabritanum Patrimonium & Siculum, quæque nostræ Ecclesiæ concessa fuerunt, & ea possidendo obtinuit, & disponendo per familiares suos regere studuit, concessionibus reddantur: quoniam irrationale est, vt Ecclesiastica possessio, vnde luminaria & concinnationes Ecclesiæ Dei fieri debent, terrena quauis potestate subrahatur, sed domui Dei restituta meritum redditoris multiplicet, & suscipientis vtrum spiritualis desiderij lucris exerceatur. Inter ista & superius dicta volumus, vt consecratio Syracusano Archiepiscopo nostra à Sede impendatur, vt traditio ab Apostolis instituta nullatenus vestris temporibus violetur.] Hæc de ordinatione Syracusani Archiepiscopi idcirco, quod deposito ab Apostolica Sede (vt dictum est) Gregorio, in locum eius alius suffectus, vel sufficiendus esset.

Ad postremum verò Legatos commendans, finem imponit epistolæ. ait enim: Destinauimus autem vestræ serenitati reuerendissimos & sanctissimos Episcopos Rodaldum videlicet sanctæ Portuensis Ecclesiæ, atque Zachariam sanctæ Anagninæ Ecclesiæ,

IN CAUSA IGNATIJ QUID AGENDVM STATVIT.

VII. IVRA ROMANAE ECCLESIAE AB ORIENTALIBVS OCCVPATA. *

VIII. DE PATRIMONIIS ECCLESIAE ROMANAE SVBLATIS.

IX. COMMENDATIO LEGATOTVM.

clesiæ, fungentes legatione Apostolatus nostri, quos vt honorificè suscipiatis, vestram amplitudinem deprecamur. Quibus etiam frequens colloquium tribuatis: & eis quæ de Ecclesiastico statu irreprehensibiliter dixerint, credere non ambigatis. Et cum in conuentu Ecclesiæ sederint pro Ecclesiasticis definitionibus, nihil à vobis aut ab aliis alicuius contrarietatis impetum sentiant. Et cum fas illis fuerit reuertendi, vestros * coniungite Missos, & tales qui in dromonibus congruis eos Romam incolumes, fauente Deo, Apostolorum precibus studeant referre: quatenus pro omnibus vestris bonis deuotionibus gratias Deo omnipotenti Patri atque eius vnigenito Filio Domino nostro IESV Christo, & Spiritui sancto deuotius agere valeamus, cui est honor & gloria in sæcula sæculorum. Amen. Data mensè Septembri die vigesimaquinta, Indictione nona.] Quod ad alterum Legatorum Zachariam Anagninum Episcopum spectat, fuisse hunc prædictum monasterio S. Gregorij in Clivo Scauri, tradit Ioannes Diaconus in vita sancti Gregorij Papæ B ad finem, vbi sæpe de eo, sed reliqua prosequamur.

X. His datis litteris à Nicolao, Legati profecti sunt Constantinopolim hoc quidem anno, sed minùs dignè suscepti, nec libere loqui permisi. Vbi enim innotuit Constantino- poli, non esse receptam à Romano Pontifice depositionem Ignatij, nec probatam Pho- tij promotionem, imò & denegatum cum illo habere communionem: eiusdem Pho- tij arbitrio cuncta sunt immutata atque infenso animo pertractata. Est de his quærela eiusdem Pontificis Nicolai in litteris ad eundem Phorium postea scriptis, * vbi de Lega- tis Roma missis hæc verba: De Missis siquidem nostris, quos petitos in seruitio beati Pe- tri Principis Apostolorum pro vtilitate sanctæ Constantinopolitanæ Ecclesiæ contra de- positores imaginum, vel alias necessitates ingruentes, necnon pro causâ solummodò de- positionis sæpè facti viri Ignatij inquirenda, in illas partes direximus, silendum non est, C quod cum eis (sicut dicunt) per centum dierum spatium, omnium nisi suorum perso- nis loquendi facultas fuisset denegata; vt Apostolicæ Sedis Missi non dignè suscepti sunt, neque vt decuerat, retenti. Quod non pro alia gestum putamus re, nisi vt inquiren- di locum de depositione præfati viri non inuenirent.] hæc de Legatorum aduentu & Imperatoris illiberalitate Nicolaus. Quæ autem post hæc sunt secuta, anno sequenti, suo loco dicenda erunt.

XI. Hic in limine controuersia, ipsoque ingressu turbaram, monitum volumus Lectorem, omnes Imperatoris conatus reprehensione dignos in Nicolaum Pontificem, non tam ipsi adscribendos esse, quàm perfido Bardæ (vt Græci consentiunt historici) atque schi- smatico Photio. Hi verò duo vnum eundemque funem trahebant, & quidem validissi- mè, vt pote potentissimi ex propinquitate affinitatis cum Imperatore. Erat enim Bardas D (vt dictum est) frater Theodoræ Augustæ matris Imperatoris, cuius & neptis Irene vna ex tribus filiabus eiusdem Theodoræ Augustæ nupta erat Sergio Patricio Photij germa- no, vt Ioannes Ciropalates testatur, & alij post eum. Quæ igitur isti non auderent, qui & ipsum Imperium viderentur habere subiectum? cum eius habitus resulis in Bardam, ipse Imperator tantam quadrigis intentus publicè agitandis in Circo, ab iis dimoueri noller, etiam si omne simul periret Imperium: cuius rei haud dubium tunc signum edidit, cum (vt docet Ciropalates) nuntiato per signum factum Sarracenorum aduentu à Proto- notario, cum esset in curru ipse Imperator agitans equos, colore indutus veneto, pro Ve- natorum parte sollicitus; toruo ac terribili aspectu eum intuitus: Et quomodo ausus es, ô sceleratum caput, inquit, de istiusmodi rebus me alloqui in hoc necessario ludo occu- patum, neque aliud quidquam curantem, quàm videre medijs sinistram pattem conuer- sam, pro qua re omne mihi certamen est institutum? aded erat demens & mente captus.] hæc Ciropalates de Imperatore, alia plura subdens de indecoro, quo abuteretur Imper- atoriam maiestate, vt hac saltem ex parte præfens sæculum ingemuerit iuniorem peperisse Neronem, aurigandi tantummodò peritum Imperatorem, licet alijs vitiis inferior habe- retur, cum tamen illis non omnino careret.

XII. Nam quod ad sæuitiam pertinet, audi quæ idem prodat Ciropalates post recensita alia eiusdem Augusti enormia facta: Michaël Imp. cum se vino ingurgitare consue- uisset, quo tempore ebrius erat, absurda multa fieri imperabat: alij enim aures am- putari, alij nares, alij caput: quæ fieri Basilius vetabat.] Sic igitur voluptuosissimus homo, vel nihil curaret omnino regimen Imperij, vel remulentus quæcumque ageret, malè ageret. Hic erat status miserandus Orientalis Imperij, satis ad infelicitatem si tan- tum

* concedite

* Nicol. ep. 6.

BARDAS ET PHOTIVS POTENTIS- SIMI.

MICHAEL SOCORS ET VOLVPTVO- SVS.

Atum ebriosum habuisset Imperatorem, secundum illud sacrorum Prouerbiorum: ^a Noli ^a Prou. 31. Regibus, ô Lamuel, noli Regibus dare vinum, ne fortè bibant, & obliuiscantur iudicio- rum, & mutent causam filiorum pauperis.] ex quibus intelligas, quid ex tali Imperato- re possis sperare de causa Ignatij innocentissimi Patriarchæ, vrgentibus eum & cornibus sæcularis potentiæ ventilantibus Barda simul & Photio; pariterque cognoscas quibus cum bestiis fuerit Nicolao Papæ certandum, cum ea quæ Petro per visum olteasa sunt cælitus demissa in linteo animalia immunda atque ferocia, ipse sibi aduersantia coactus sit pari. Sed confusus in eo, qui dixit ^b Petro: Occide & manduca, nihil timuit aduersus ^b Act. 10. eiusmodi truculenta monstra pro defensione iustitiæ inire certamen. Qualem autem fuerit, & quem progressum habuerit, & finem sit consecutum, quod cœprum vidisti bel- lum, quæ inferius singulis dicentur annis ostendent: iam verò ad res Occidentalis Eccle- B liæ conuertamus orationem.

Hoc eodem anno sancita tandem fuit mutua concordia inter quinque Francorum XIII. Reges Carolum & Ludouicum fratres, nepotesque ipsorum Lotharium, Ludouicum, & Carolum, de qua vetus Chronicon à Pithæo editum habet hoc anno ista: Ludouic- us & Rex Carolus frater eius, neposque eorum Lotharius cum primatibus suis in Con- fluento castello conuenientes, pacem inter se & fidelitatem mutuam singuli iuramento confirmauerunt, cuius sacramenti series huiusmodi fuit: Amodò & quamdiu vixero, istum fratrem meum Carolum, & nepotes meos Ludouicum & Lotharium atque Ca- rolum, ad Dei voluntatem & sanctæ Ecclesiæ statum & honorem atque defensionem, & ad nos tram communem salutem & honorem, & ad populi Christiani nobis com- missi saluamentum & pacem, & ad legis & iustitiæ & rectæ rationis conseruationem C (quantum mihi Dominus scire & posse donauerit, & ipsi me obaudierint) vero consi- lio, & secundum quod mihi rationabiliter & salubriter possibile fuerit, recipiens, sincero auxilio adiutor ero ad Regnum illorum continendum, & nec in vita, nec in membris, neque in Regno illorum eos * fors consiliabo in hoc vt ipsi erga me similem promissio- nem faciant, & conseruent. *] hæc tenus ibi. Verum eiusdem conuentus extant publica Acta apud nos in scripto codice Antonij Augustini ex veteri Mureti exemplari descripto his verbis, de collecto conuentu primùm sic posita:

Hæc sunt nomina Episcoporum qui anno Incarnationis Dominicæ octingentesimo XIV. sexagesimo, Nonis Iunij, in Secretario basilicæ S. Castoris considerauerunt cum nobili- bus laicis firmitatem, quam gloriosissimi Reges nostri Ludouicus, Carolus, atque Lothar- ius inter se fecerunt octauo Idus Iunij in eodem monasterio, & qui hæc Capitula ab om- nibus obseruanda acceptarunt. Hincmarus, Iuntherius, Alefridus, Salomon, Aduentius, Atto, Theudericus, Leutberus, Gedebardus, Christianus, Vulfadus Abbas, Vuitgarius, Abbas. Hæc nomina laicorum, Conradus, Euerardus, Vicarnarius, * Exltangarius, Arnul- phus, Berengarius, Luitarius, Luthardus, Hunfriardus, Adalbertus, Leuthulphus; Her- nodolphus, Adalardus, Luitfridus, Gislebertus, Huto, Matfridus, Boso, Rithuenus, Ber- noldus, Burchardus, Hessi, Arnustus, Hynodulphus, Ratbotus, item Chuanradus, Sigeri, Harmainus, Vuigricus, Atto, Christianus, Herimannus, Sigardus.] post recensita nomina sequitur mutuo præstitum iuramentum, ex Chronico recensitum, post verò ista sunt san- cta capitula pacis iniæ:

Vt omnium præteritorum malorum, & contrarietatum & supplantationum, atque malarum machinationum, atque molitionum, seu nocumentorum inuicem actorum XV. abolitio ita inter nos & apud nos fiat, & à nostris cordibus penitus auellatur cum omni malitia & rancore, & nec in memoriam ad retribuendum dumtaxat mali, vel contrarie- tatis, atque exprobrationis, seu improprij de cetero exinde quidquam veniat.

Vt tanta inter nos, Domino cooperante, veræ charitatis benignitas ab hinc in ante semper manet de corde puro, conscientia bona, & fide non ficta, sine dolo & simulatio- ne, vt nemo suo fratri suum Regnum, aut suos fideles, & quod ad salutem siue prosperi- tatem ac honorem Regum pertinet, discipiat, aut forconsiliet, aut per occultos susurro- nes libenter composita mendacia seu detractiones acceptet.

Vt vnusquisque fideliter suum fratrem, vbicumque necessitas illi fuerit, & ipse potuerit, aut per se, aut per filium, aut per fideles suos & consilio & auxilio adiuuet, vt Regnum fidele, prosperitatem, atque honorem regum debitè valeat obtinere; & veraciter vnusquisque erga alterum certatim demonstrat, quia in fratris sui aduersita-

SYNODVS CONFLVENS- TANA.

* In script. cod. habet forconsilia- be.

* In script. cod. hæc am- plius: Sic me Deus ad- iuuet, & istæ sanctæ reli- quæ.

* Archanga- riius.

XV. CA P I T A S Y N O D I CONFLVENS- TANA.

te, si sic venerit, fraterno modo contristetur, & in prosperitate illius latetur, & talem fidem sicut inter nos modò ab hinc in antè conseruatos confirmatum habemus, sic vnusquisque infantibus fratris sui, si obierit, qui superferit, conseruabit.

XVI. Et quia per vagos & tyrannica consuetudine irruentes homines pax & tranquillitas Regni perturbari solet: volumus, vt si ad quemcumque nostrum talis venerit, vt in his quæ egit, rationem ac iustitiam subterfugere non possit: nemo ex nobis illum ad aliud recipiat & retineat, nisi vt ad rectam rationem & debitam emendationem perducatur. Et si rationem rectam subterfugerit: omnes in commune in cuius Regnum venit, illum persequantur, donec ad rationem perducatur, aut de Regno deleatur. Similiter de eo agendum est, qui pro aliquo capitulo & publico crimine, a quolibet Episcopo corripitur, & excommunicatur, aut de excommunicatione crimen faciens, Regnum, & Regis regimen mutat, ne debitam pœnitentiam suscipiat, vt susceptam legitime peragat; incedum etiam incestam propinquam suam, aut sanctimoniam, & raptam, tue adulteram, quam illic ei non licebat habere, fugiens secum duxit: hic talis cum Episcopus, ad cuius curam pertinebit, nobis notum fecerit, diligenter perquiratur, ne morandi & latitandi locum in Regno alicuius nostrum inueniat, & Dei ac nostros fideles suo morbo inficiat, sed à nobis & ministris Reip. constringatur, vt & simul cum diabolica præda, quam secum duxit, ad Episcopum suum redeat, & de quocumque crimine publico pœnitentiam vt susceptam legitime peragat, compellatur.

XVII. Vt nemo Episcoporum hominem peccantem ab Ecclesia Christiana alienet, donec illum secundum Euangelicum præceptum, vt ad emendationem & pœnitentiam redeat, communitum habeat. Qui peccans si communitus inobediens & incorrigibilis permanferit, & ad emendationem redire noluerit, regiam & Reip. potestatem per seipsum, & per ministros suos adeant, vt constringatur, & ad emendationem & pœnitentiam peccator redeat. Qui etiam si ita ad correctionem perducere nequiverit, tunc secundum leges Ecclesiasticas, medicinali separatione communionis Ecclesiasticæ segregetur. Ita censuerunt Patres qui huic Synodo interfuerunt, quod multi essent Episcopi ad excommunicandum potius, quam ad peccatorum correctionem procurandam procliuēs. pergit:

XVIII. Vt illis hominibus, qui in talibus perturbationibus (sicut in his præteritis annis accidit) in Deum & in sanctam Ecclesiam atque in eos peccauerunt, si ex veritate recognoscens veniam petierint, & deinceps nobis veraciter fideles esse voluerint, & in Regnis nostris pacifici & quieti, & legibus ac iustitiæ obediētes extiterint, rationabilis misericordia impendatur, non solum in indulgentia commissorum, & in concessione proprietatum, verum etiam & in largitione honorum secundum nostram rationabilem D possibilitatem.

Vt de rapinis ac deprædationibus, & de conspirationibus, ac seditionibus, & de raptis seminarum, sicut Ecclesiasticæ & Christianæ leges, atque progenitorum Capitula continent, ita in omnibus & ab omnibus conseruentur.

Vt alia etiam Capitula eorundem progenitorum nostrorum de sanctæ Ecclesiæ honore & immunitate ac conseruatione, & de Regis etiam honore, & populi nobis commissi lege & iustitia in omnibus & ab omnibus conseruentur.

XIX. Vt nostri fideles vnusquisque in suo ordine & statu veraciter sint de nobis securi, quia nullum ab hinc in antè contra legem, iustitiam, & auctoritatem, ac iustam rationem aut damnabimus, aut dehonorabimus, aut opprimemus, & indebitis machinationibus affligemus, sed illorum scilicet veraciter nobis fidelium communi consilio, secundum Dei E voluntatem, & commune saluamentum, ad restitutionem sanctæ Dei Ecclesiæ, & ad statum Regni, & ad honorem regium, atque pacem populi commissi pertinenti assensum præbebimus in hoc, vt non illi solum non sint nobis contradicentes & resistentes ad ista consequenda, verum etiam sic sint nobis fideles & obediētes, ac veri adiutores atque cooperatores vero consilio atque sincero auxilio ad ista peragenda quæ præmisimus, sicut per rectum in suo ordine ac statu suo Principi & seniori esse debent.

XX. Vt sic simul & coniuncti & nos fratres & nepos noster ad inuicem & nos cum fidelibus nostris, & fideles nostri nobiscum & omnes simul cum Deo nos coniungamus, & vt nobis sit propitius, illi pro deuoto munere offeramus, & vnusquisque omnium nostrum absque sua propria excusatione & iustificatione recognoscamus, in quibus aut sigillatim, aut communiter, aut contra illius mandata, & decreta suorum Sanctorum feci-

A fecimus, aut consensimus in ordine Ecclesiastico & statu Regni, & per singula in medium illa producimus; & nemo nostrum suo aut amico aut propinquo & confederato, inuicem nec sibi ipsi seculariter parcat, vt spiritualiter & salubriter parcere possit. quoniam sicut præmisimus in præcedenti capitulo, vero consilio & sincero auxilio illa in commune certatim emendari totis viribus procuremus, quanto citius rationabiliter poterimus.

Et si aliquis de subditis in quocumque ordine & statu de hac conuenientia exierit, aut se retraxerit, & huic communi decreto contradixerit: seniores cum veraciter fidelibus suis hanc secundum Dei voluntatem & legem & iustam rationem, velit nolit ille qui diuino consilio & decreto, & huic conuenientia resistens & contradicens fuerit, exquantur. Et si aliquis de senioribus de hac conuenientia exierit, aut se retraxerit, & huic communi decreto (quod absit) contradixerit: complurium seniorum nostrorum consilio, & Episcoporum iudicio, ac communi consensu, qualiter de eo qui debite admonitus, incorrigibilis perseuerauit, agendum sit, fauente Domino, decernatur. & vt obnixius supra scripta Capitula à nobis, auxiliante Domino, inuolabiliter obseruentur, & nos illa obseruatos vt certius credatur, manibus propriis subter firmauimus.] post hæc sequuntur in eodem codice ista:

Annuntiationes domni Ludouici Regis apud Confluentem, lingua Theothisca. XXII.

Vos scitis quid in isto Regno euenit. Et ideo huc conuenimus, vt de Dei voluntate, & sanctæ eius Ecclesiæ statu, & de nostra ac vestra communi salute & honore, & de pace populi Christiani cum Dei adiutorio, & fidelium nostrorum consilio tractaremus. Et misimus hoc super Episcopos & ceteros fideles nostros, vt illi hoc inuenirent, qualiter nos ad hæc quæ diximus, exequenda adunaremus. Et volumus, vt sciatis, quia sicut illi inuenerunt, & scripto nobis nuntiauerunt, ad inuicem adunati sumus sicut fratres * per rectum esse debent, & vos simul cum isto nepote nostro, & ille nobiscum, & etiam suos fratres & nepotes nostros in hac adunationis firmitate nobiscum recepimus, ita tamen vt si ipsi hanc firmitatem erga nos fecerint & obseruauerint.

Et sciatis quia non volumus, vt vllus inter nos ab hinc in antè alia verba portet nisi talia, quæ Deo sint placita, & ad nostram communem salutem, & ad nostrum honorem pertineant; vt sic simus sicut fratres inuicem, & patru cum nepotibus, & nepotes cum patris esse debent. Et si aliquis fuerit, qui hoc facere tentauerit, perducatur in medium ad rationem, & taliter inde castigetur, vt nemo alius similiter agere tentet.

Volumus vt Ecclesiæ & Casæ Dei, & Episcopi, & Dei homines, clerici, & monachi, & nonnæ talem mandeburdem & honorem habeant, sicut tempore nostrorum antecessorum habuerunt.

Et volumus vt vos & ceteri homines fideles nostri talem legem & rectitudinem & tale saluamentum in Regnis nostris habeatis, sicut antecessores vestri tempore antecessorum nostrorum habuerunt, & iustitia & lex omnibus conseruetur, & pauperes homines talem defensionem habeant, sicut tempore antecessorum nostrorum lex & consuetudo fuit, & sicut fideles nostri communiter consenserunt, & scripto nobis demonstrauerunt, & nos cum illorum consilio consentimus, & communiter volumus. Et si aliquis hoc perturbare voluerit, à nullo nostrum recipiatur, nisi ad rectam rationem, aut rationabilem indulgentiæ concessionem deducatur.

Sed de istis rapinis & deprædationibus, quas iam quasi pro lege multi per consuetudinem tenent, ab hoc die & deinceps de Dei banno & nostro bannimus, vt nemo hoc amplius præsumat, sed vnusquisque intra patriam cum pace & sine oppressione pauperum & circummanentium consistat, & in hostem, & ad placitum, seu ad Curtem veniens de suo * Scuarintas, & de domo sua moueat, vt cum pace venire, & nobiscum stare, & ad domum suam redire possit. Et qui hoc transgressus fuerit, sicut tempore antecessorum nostrorum fuit, & in illorum Capitulis continetur, volumus, vt hoc in illis transgressionibus emendetur.

Similiter & de conspirationibus & de raptis seminarum tam viduarum, quam puellarum atque nonnarum bannimus ex Dei & nostro verbo, vt nullus hoc in nostris * regibus agere præsumat, & si quis hoc præsumperit, secundum legem, & sicut in Capitularibus progenitorum nostrorum continetur, sic hoc emendare cogatur.

Hæc eadem Carolus Romana lingua pronuntiauit, & maxima parte lingua Theothisca recapitulauit.

CHRISTI
860.NICOLAI P. P.
3.LUDOVICI III. IMP. 5.
MICHAEL. III. IMP. 19.

XXVII. Post hæc Dominus Ludovicus ad Dominum Carolum fratrem suum lingua Romana dixit: Hoc si vobis placet, vestrum verbum habere volo de illis hominibus, qui ad meam fidem venerunt: & Dominus Carolus excelso voce lingua Romana dixit:

Illis hominibus, qui contra me fecerunt, & sicut scitis, ad meum fratrem venerunt, propter Deum, & propter illius amorem, & pro illius gratia totum perdono quod contra me nimis fecerunt, alodes de hereditate & de * conquisita, & quod de donatione nostri Senioris habuerunt; excepto illo quod de mea donatione venit, illis concedo, si mihi firmitatem fecerint, quod in Regno meo pacifici sint, & sic viuant sicut Christiani in Christiano Regno viuere debent. In hoc si frater meus meis fidelibus, qui contra illum nihilo minus fecerunt, & me quando opus fuit, adiuuerint, similiter illorum alodes quos in Regno illius habent, concesserit: sed & de illis alodibus, quos de mea donatione habuerunt, & etiam de honoribus, sicut cum illo melius considerabo, illis qui ad me B retornabunt, voluntariè faciam.

XXVIII. Et Dominus Latharius lingua Theothisca in supra annuntiatis capitulis se consentire dixit, & se obseruaturum illa promisit. Et tunc Dominus Carolus iterum lingua Romana de pace comunuit, vt cum Dei gratia sani & salui irent, & vt eos sanos reuideret orauit, & annuntiationi finem imposuit.] Hucusque Acta in conuentu ad Confluentem habito. Sequitur in eodem codice edictum Caroli Calui ad suos subditos datum vbi reddi ad propria, quo cuncta in eo conuentu statuta proposuit obseruanda. accedit postea series legum Regum Francorum ex Capitularibus sæpè citatis, contra variè delinquentes atque pacem publicam perturbantes, quæ subditis sunt propositæ vt seruarentur.

XXIX. Ceterum Carolum non stetit pacis conuentis, immò de inuasionè cogitasse alienorum, querelæ Ludouici fratris eius & Lotharij nepotis ad Nicolaum Pontificem docent. C Regnandi cupido cui parit: quæ cum semel hominis mentem occupat, in furorè conuertit, vt nulla Dei, vel hominum, nec propriæ salutis habita ratione, eò feratur præceptis in malum. Tanta autem & inopinata eius mutatione percussis iidem Reges, ad quem confugiant, neminem habent, præter Patrem omnium Romanum Pontificem, quem interpellant his litteris hætenus numquam editis, quæ sic se habent:

XXX. Domino verè beatissimo ac sanctissimo totiusque sanctæ Dei Ecclesiæ roseo pij Regis Christi sanguine acquisitæ Pontifici & vniuersali Papæ Nicolao, Hludouico Magni, & Lotharij diuina præueniente gratia, Reges, in Principe pastorum Christo sempiternam summæ felicitatis pacem & gloriam.

Nullus mortalium sanctissimi Apostolatus vestri sospitatem largiùs audire, & vberius videre desiderat, quàm nostra vnanimis affectio; & sicut spirituales ac deuotissimi filij admittuam paternitatem vestram toto cordis affectu amplexamur. Nos verò diuina largiente clementia sani & incolumes vigemus, & pro nobis omnipotentis Dei victrici dextera pugnante, sopitis per omnia in Regnis nostris paganorum infestationibus, in vestris obsequiis & vtilitatibus paratissimi exiltere desideramus. Porro Christus Dominus noster, qui regium & pontificale nomen sibi vindicauit, qui que sanctæ matris Ecclesiæ fundamentum principis Apostolorum Petri fide & nomine locauit, sua nos gratuita bonitate respiciens, vestri Apostolatus apicem in omnibus mundi partibus salubriter profuturum prælegit, & vti dignum erat, admittuo virtutum diademate decorauit, cui generalem sui gregis commisit sollicitudinem. Quippe iam periculosis temporibus, in quos, vt ait Apostolus, fines sæculorum deueniunt, * sanctæ sanctitatis Pontifex diuina dignatione largitus, vt ea quæ verbis docet, religiosissimis exemplis profequatur. Vnde nos modis omnibus congaudemus, & spiritali iucunditate lætamur, immò mente & corpore vestræ sanctæ paternitati nos humiliter committimus, vestrisque sanctissimis precibus, apud illum qui Pontifex est in æternum, commendabiles fieri suppliciter obsecramus. Postquam enim de vestro pio studio, & vigilantissima pastorali cura semel aliquid haufimus, nostrum multipliciter flagrat desiderium, vt si Deus omnipotens nostris votis annuerit, quem absentem mente veneramur, aliquando quidem præsentem diuina largitione dulciter amplexeremur, atque Christianissimorum Principum more, ad vestra sacra vestigia prouoluti, de vestro desiderio recreari mereamur.

XXXI. Et quidem ad notitiam Deo digni Pontificatus vestri perferendum decreuimus, qualiter olim his præteritis annis per totius humani generis inimicum suosque ministros, operarios videlicet iniquitatis, nequissimos Christianos, quædam simulas in Regnis nostris

XXXI.
DE PACE
TVRBATA
RELATIO.

CHRISTI
860.NICOLAI P. P.
3.LUDOVICI II. IMP. 5.
MICHAEL. III. IMP. 19.

A nostris orta fuit. Vnde sanctæ matris Ecclesiæ filij innumeras pertulerunt calamitates, depreddationes, vastationes, multiplicisque incommoitates. Sed hoc plurimum detestantibus Episcopis, monentibusque Dei ac nostris fidelibus, nos & Carolus maior, ac primates Regnorum nostrorum pariter conuenimus, & de statu sanctæ Dei Ecclesiæ, atque seruanda inter nos pace, & Regnis, lege, ac iustitia mutud firmauimus. Immo hoc publicè denuntiauimus, quod si aliquis pseudochristianus contra has saluberrimas pacis conditiones, sinistram aliquid, & tantæ paci contrarium moliretur, ab omnibus insecutus, aut ad emendationem veniret, aut certè illi nullum euadendi pateret latibulum.

Sed reuerà, quod non optabamus, & non sine tristitia scribimus, diabolus in membris suis sæuens, præscripta pacis indicia peruertere nititur, & per eos, qui incorrigibiles sunt, ac denunciati fuerant, eliminandi cum sint infideles, loco fidelium à quodam adoptati, B rediuuam inter nos, proli dolor, discordiæ pestem seminant. Vnde fit, & verisimile cernitur, quod Carolus maior, eorum instinctu fideles nostros hinc inde sollicitat, vt sub prætextu & occasione potestatis indebitæ quædam non referenda præiudicans in Regno alteri à Deo concessio, præcipitanter aspiret. cum Apostolus dicat, Non est enim potestas nisi à Deo. Si enim huiusmodi lamentabilis cessasset ambitio, & venena pullulantis inuidiæ, saltem Apostolico antidoto mederentur, pura mente * disponimus sanctorum Apostolorum Limina, vestramque desiderantissimam ac sanctissimam paternitatem humiliter & reuerenter visitare. Præsertim, cum pugnante pro nobis, vt diximus, Christo, ex omnibus nostræ ditionis finibus, paganorum infestatio viriliter sit repulsa, & nostri desiderij votum sola intercipiat pseudochristianorum discordia.

Oportet præterea vestræ auctoritatis iubar propter generalem sollicitudinem nostrorum inuicere fines, vt quos nulla pacis fœdera, nulla mouent fraternæ charitatis viscera, nulla neclunt consanguinitatis ligamenta, Apostolica inuectio ad censuram Ecclesiasticam venire compellat. Et quidem sanctissimi prædecessores vestri per suam præsentiam, ac pium laborem, plurima correxerunt; immò per Legatos, ac litteras absentes corpore, sed Spiritu sancto præsentem, innumera, quæ in abruptum peruersitatis lapsa fuerant, reuocantes, ad rectum iustitiæ tramitem reduxerunt. De cetero, si aliquis Regum, quod absit, vel fortè aliqua contumax persona, vestræ beatitudinis admonitionem paruipendere præsumperit, latere non poterit, dicente Veritate: ^a Vnaquæque arbor de fructu suo cognoscitur. Nos ergo propriis limitibus ac terminis contenti, illi sanctæ Sedi Apostolorum Principis, & vestræ ab omnibus reuerendæ auctoritati, humilem subiectionem vnanimes modis omnibus obseruare decernimus, eique collatam diuinitus immunitatem salubriter tueri præoptamus. Igitur quali ad vestra sacra vestigia prouoluti, propter amorem Dei, & reuerentiam beati Petri multipliciter precamur, vt ex nostra vnanimitate nihil sinistram nihilque falsidicum credere dignetur vestra sancta paternitas. Sed sicut per Gudfridum fidelem nostrum atque illustrissimum Comitem vobis dudum significauimus, ita apud vos pariter ac veraciter teneantur, quousque auxiliante Deo, aut per nos ipsos, aut per strenuos Legatos nostros, viua voce vestræ magnitudini satisfacere procuremus, & de incertis certum reddere valeamus. Omnipotens Deus tanti Pontificis sanctissimum apicem ad consolationem sanctæ matris Ecclesiæ, ac filiorum eius nostramque perpetuam pacem, diu incolumem custodiat, pro nobis apud pium Iudicem feliciter interpellando. Amen.

Embolim. Pro paruissimo temporis articulo, Episcopi præsentem, epistolam domini minorum nostrorum gloriosissimorum Regum nostris litteris persequi non potuimus. Vnde etiam actum est, quod non iuxta morem antiquum in tuncardo conscripta cernitur, sed in membranis. Assidua tamen orationum vota vestro sanctissimo Apostolatu humiliter intimamus, quæ vt credimus, in conspectu cuncta videntis oblata nos vobis commendabiles reddent, in vestris sanctissimis precibus multipliciter confidentes. Porro humiliter petimus, vt vestros apices remittendo, multimodas gratiarum actiones referatis domino Hludouico maiori, quod tam indefessus operator existit pro pace sanctæ Dei Ecclesiæ, & salute populi Christiani: nisi enim ille tam ineluctabiliter ac fideliter istis in partibus laboraret, iam penè ista Christianitas periclitata fuisset.

Dominum etiam Hlotharium Regem vestra pia sollicitudo corroborare & confortare dignetur, quia fidissimus defensor est sanctæ Dei Ecclesiæ contra paganorum infestationem,

XXXII.

* disponebamur

XXXIII.
INVITATVR
NICOLAVS
IN GAL-
LIAM.^a Math. 7.XXXIV.
Embolimon
Episcoporum.

stationem, nec alicubi, protegente Christo, in suo Regno sancta mater Ecclesia de paganis aliquod dispendium patitur.

XXXV.
TIBERIS
INVNDATIO DV-
PLEX.

Non prætereundum, quod ad finem vergente præsentis anno sexagesimo post octingentesimum, in fine scilicet Octobris mensis, Roma passa est Tiberis alluionem: quæ ab Anastasio ita describitur in Nicolao: Huius præclari Pontificis tempore, id est, mense Octobris, die trigesima, Indictione nona fluuius qui appellatur Tiberis, alueum suum egressus est, & se per campestria dedit, & cum intumuit inundatione aquarum multarum, ingressus est per posterulam, quæ appellatur sanctæ Agathæ, in urbem Romam hora diei secunda, transcendensque in aliquibus locis ingressus est in Ecclesiam sancti Laurentij, quæ vocatur Lucinæ. Inde se extendit, & ingressus est in monasterium sancti Siluestri, ita ut ex gradibus qui ascendunt in basilicam beati Dionysij, præ multitudine aquarum, ne vnus quidem videretur, excepto eo, qui superior erat. Et exinde se extendit per plateam, quæ vocatur Via lata, & ingressus est in basilicam sanctæ Dei Genitricis Mariæ, quæ ibidem est, tantumque intumuit aqua, ut etiam portæ ipsius Ecclesiæ non viderentur præ multitudine aquarum; & inde ascendit per plateas & vicos vsque ad Cluuum Argentarium. Et exinde redundans ingressus est per porticum, quæ est posita ante Ecclesiam sancti Marci. Inde impetum faciens, cœpit decurrere in cloacam quæ est iuxta monasterium sancti Laurentij martyris, quod vocatur Pallacini. Ab ipso die cœpit deinceps aqua paulatim minui, & fluuius, multo damno facto, in suum alueum reuertus est: nam muros & domos euertit, & agros desertauit, euellens segetes, & eradicans arbuta.

XXXVI.
ALIA TIBERIS
INVNDATIO.

*al. musiuu.
* Accia.

OBLATIONES ET AEDIFICIA
NICOLAI PAPAE.

Simili modo in mense Decembris, die vigesima septima, natali sancti Ioannis Evangelistæ, Indictione supra scripta egressus alia vice Tiberis alueum suum omnia fecit ut supra.] his subiicit ornamenta Ecclesiarum & ædificia quæ eodem tempore idem Nicolaus Pontifex fecit, nempe in monasterio S. Valentini Interamnæ, vestem de fundato, habentem historiam leonum, & in circuitu * muzinum, & restaurauit Formam aquæ, quæ vocatur * Auia, ex qua aqua per Centenarium decurrebat in Urbem. Fecit & in Ecclesia sanctæ Dei Genitricis Mariæ, quæ vocatur Cosmedin, hospitium ad vtilitatem Pontificum, vbi ipse cum omnibus qui ei famulantur, hospitaretur. Obtulit & vela per arcus presbyterij Ecclesiæ sancti Petri Apostoli, habentia figuras leonum numero quadraginta, & catenam ex argento mundissimo, pensantem libras quatuor. Et in Oratorio sanctæ Crucis intra Ecclesiam sancti Petri fecit gabatham de argento pensantem libras duas; In basilica verò Doctoris Gentium beati Pauli Apostoli fecit candelabrum argenteum, pensans libras duodecim & uncias sex. Et in titulo beati Eusebij Confessoris Christi fecit super Ciborium Crucem pensantem libras quatuor.] ista Anastasius hoc anno.

IESV CHRISTI
ANNVS
861.

NICOLAI PAP.
ANNVS
4.

LVDOVICI II. IMP. 6.
MICHAEL. III. IMP. 20.

I. Nicol. ep. 5.
CONCILIABVLM
SCHISMATICORVM
DICTVM AB
IPSIS DECV-
MENI-CVM.

SEQUITVR Christi annus octingentesimus sexagesimus primus, nona Indictione notatus, quo celebratum est Constantinopoli conciliabulum schismaticorum, in eoque iterum conclamata est damnatio Ignatij sanctissimi Patriarchæ, Photij verò intrusio confirmata. Fuit planè numerosum admodum idem concilium, adeò ut gloriaretur Michael Imp. implese numerum Patrum qui interfuerunt magno Nicæno Concilio, nempe trecentorum decem & octo. Testatur id quidem Nicolaus Papa in epistola hoc anno reddita ad Michaelem his verbis: Igitur quia ad instar Nicæni venerandi cœtum Concilij vestrum, qui in depositione Ignatij Patriarchæ assuistis, totidem numerari ferè dicitis, miramur. Et quid prodesse consideramus eius numeri collegium posse, vbi ipsius sententiæ præuaricantur, cuius & numerus imitatur? Quod non laude magis quam reprehensione dignum ducimus, quia omnino magis peccatis est cumulus, vbi multiplex fuerit agmen præuaricatorum.] Ita planè Photius comparatus, ut quò minus veritate polleret, iustæque causæ consideret, eò magis numero & vi regia præualeret. Qui cum Synodum conuocandam curauit, procurauit, ut per Imperatorem accirentur Legati Apostolicæ Sedis, fingens id esse necesse ob causam cultus imaginum, ut sic latrocinium suum velamento posset magnæ Synodi honestare. Nominauit autem ipse hanc synodum

Admòb numerositatem suam & præsentiam Legatorum Romani Pontificis Occumenicam. ita apud Theodorum Ballamonem eam appellatam inuenies, dum eam interpretatur. Ceterum ipse Nicolaus Papa synodum hanc nec nomen Synodi habere voluit, in qua omnia, ut in silua per latrones, per vim & metum sunt acta, vim facientibus ministris Imperatoris Legatis Apostolicæ Sedis, ut depositioni Ignatij assentirentur. Quinimò idem Pontifex conuentum hunc satanæ, Latrocinalem Synodum appellare consuevit, idque multiplici nomine. primò quidem ob illa, quæ in ea Ignatius passus est, deinde quia Legati Apostolicæ Sedis minas & terrores perpeffi sunt, & litteræ Apostolicæ falsatæ à Photio in synodo illa sunt recitatæ.

De his singulis ut agamus, primùm omnium quæ sanctus Ignatius passus sit, videamus. Nicetas res ab eo gestas profecutus, vbi de exilij eius Mitylenem atque ad Terebinthum, & in alia loca ablegatione tractauit, hæc postea, reddens opportunè singula singulis temporibus subiicit:

Interea verò reuertitur ab exilio athleta Ignatius, sex menses Mitylene commoratus; reuertitur autem eorum consilio qui rerum potiebantur: ad Terebinthum in insulam constitutus, non ad honorem, quin potius ad dedecus; neque ad quietem & solatium, sed ad maius tormentum & dolorem. Quæ enim inimicus mala aduersus eum patrauit, & quot tormenta Ignatio intulit, Nicetas regij exercitus Drungarius, Oryphas cognomento dictus, quot molestias etiam, ut Photio rem gratam faceret & Principibus, quis sermone complere posset? quis singula posset edicere? deportationes videlicet, iniurias, damna & verbera, & quæcumque impuris manibus canis ille aduersus Ignatium fuerit machinatus. accessit & alia sancto viro calamitas: Eo enim tempore immanissimum Scytharum genus per Euxinum mare progressi ad Angustum, omnia loca & monasteria cum diripiissent, vsque ad ipsas insulas Byzantio adiacentes peruenerunt: vasa omnia & utensilia prædantes, & omnes homines interficientes; Patriarchæ etiam Ignatij monasterium barbarico more inuasit, magno cum impetu & furore omnem quam inuenerunt suppellectilem auferentes; viginti autem & duos eius familiares, qui illi intimi erant; cum tenuissent, omnes securibus membratim conciderunt. Quas cum ipse miserias accepisset, vnam in ore vocem hanc habebat: Dominus dedit, Dominus abstulit, ut Domino placuit, ita factum est; & quæ sequuntur, Deo gratias agendo, & orationibus sine intermissione ad Deum intendens, eius iudicium & auxilium implorabat, & vanam omnium salutem censebat quæ ab his proficiscitur qui dominati videntur.

Illi verò quando acceperunt Ignatium tor calamitatibus circumdatum, tantum abest, ut eius miseris mœrerent, & illum solarentur, ut potius mœroris sui occasione duxerint, quòd non ipse etiam manu barbarica fuerit captus, & cum suis familiaribus non sit interemptus; non magis gaudentes pro iis qui fuerant interfecti, quam mœrore affecti pro salute Ignatij. nec mirum. Anima enim omnis, à charitate segregata, & odio plena, & tamquam igne odij absumpta, vnum tantum habet suæ passionis solatium, interitum videlicet & perniciem eius, quem odio profecquitur. Nec multum temporis intercessit, & iterum conciliabula, iterum Principum & pontificum aduersus innocentem Ignatium concilia & conuenticula. Ipse quidem ita se habebat, ut machinationes, quæ contra ipsum struebantur, obseruaret.

Photius verò suam Ecclesiam vel potius synagogam, cum eos qui illuc venerant Legatos accepisset, sacrum Apostolorum templum occupat: aderant etiam Imperatores, aderant & omnes Principes, & tota ferè vrbs ibi aderat. Cum igitur conuenissent, primùm quidem Bahanem Præpositum, Augurium, Cucumerum videlicet nuncupatum, & alios quosdam Romanos abiectos homines ad Ignatium mittunt apocrifarios. Qui cum accessissent, aiunt illi: Magna & sacra Synodus te vocat ad se: Veni quam primùm responsurus ad ea quæ iuste & iniuste tibi obiiciuntur. Tunc beatus Ignatius: Dicite, inquit, rogo vos, quomodo veniam, ut Episcopus, vel sacerdos, vel famulus? Hi verò dixerunt, se nescire quid ad hæc respondere deberent. Sed audi: Nunc discedentes, ad eos qui nos miserunt, reuertemur, & certum responsum afferemus. Crastina itaque die iidem accedentes dicunt: Legati antiquæ Romæ Rodoaldus & Zacharias per nos indignos hæc significant tibi, ut ad sanctam & generalem Synodum incunctanter venias, ut tua tibi dicat conscientia.

Quam primùm igitur ille pontificalibus indumentis ornatus cum Episcopis & sacerdotibus, & magno numero monachorum & sæcularium hominum discessit, pedestris ince-

II.

QUAE IN-
SUPER IN-
SVIS PAS-
SVIS IGNA-
TIYS.

Job 1.

III.

IV.

VOCATVR
AD SYNO-
DVM S. IG-
NATIYS.

V.

CHRISTI
861.NICOLAI PAP.
4.LVDOVICI II. IMP. 6.
MICHAEL. III. IMP. 20.

incedens. Cum verò appropinquaret templo sancti Gregorij Theologi, ubi Crux in mar-
morea columna in media via publica erecta est: Ioannes Patricius cognoimento Coxes illi
obuiam sit, inquiens, quòd ab Imperatore missus fuerat illi comminando, quòd nisi con-
sueto habitu monastico procederet, mortis illi pœna imminebat. Quòd cum Ignatius
fecisset, illi reuertentes concilio retulerunt. Etiam aderant septuagintaduò falsi testes,
quos multò antea paratos habebant, homines videlicet impios & gregarios omnes, qui-
bus præerat Leo ille Patricius, Creticus nuncupatus, necnon Theodotachus etiam ipse
Patricius, cui pro periurio mercedem proposuerunt Magistri dignitatem: cum quibus &
alios ex omni genere hominum, præsertim pauperimos cum collegissent, quin etiam ex
iis qui Anabaptistæ nuncupantur, & ex omni ordine (vt breuiter dicam) turpissimos
quosque & fordidissimos dignitatum pollicitationibus conduxerunt, singulos adducen-
tes, vt iureiurando affirmarent, quòd Ignatius ille videlicet, qui duodecim paulò minùs
annis Ecclesiæ præerat, nullo ritè eligendi ordine consecratus, Ecclesiam occupauerat.

TESTES
CONTRA
S. IGNA-
TIUM QVOT
EK QVALES.

VI.

ACCVSATIO
ET SENTEN-
TIA CON-
TRA IGNA-
TIUM.

Quid igitur infani istorum iudices, & viri in quorum manibus iniquitates, & dextera
eorum repleta est muneribus, fecerunt? Isti vtique sententiam hanc contra Ignatium
promulgarunt, & trigèsimum Canonem Apostolorum legerunt, qui ait: Si quis Episcopus
mundanorum Principum fauore vsus, per eos Ecclesiam obtinuerit, deponatur.
Quòd verò sequitur eiusdem capituli, quòd scilicet etiam omnes qui cum illo commu-
nicant, sint deponendi, malitiosè & dolosè præterierunt. Oportebat autem omnino, si
Apostolicam legem obseruare niterentur, non ex parte quidem, sed perfectè illam obser-
uare. Et si vera esset accusatio aduersus Ignatium, quemadmodum ipse, ita alij omnes qui
ab eo fuerant ordinati, & cum ipso communicauerant, erant deponendi. & ita in operi-
bus manuum suarum peccatores apertè deprehendebantur, illud tantum iniquissimè co-
gitantes, vt quem ipsi persequebantur, lædere possent, quòd verò reliquum erat Cano-
nis, quoniam ipsos eidem pœnæ subiiciebat, silentio prætereunt, quòd iam Patriarcha
ipse, illis tunc tacentibus satis congruè proclamauit. O iniquitatem! O stultitiam! Quis
enim ignorat, quòd Ignatius omnium Episcoporum calculis, simul etiam & rota Ecclesiæ
approbante, canonicè & legitime fuit ordinatus, ipse verò Photius Bardæ illius & mun-
danorum Principum fauore vsus & auxilio, illegitime potiùs & tyrannicè quàm Eccle-
siastico more sedem occupat? Sed non cognouerunt, neque intellexerunt illi qui in
tenebris auaritiæ & ambitionis ambulant, quòd iis comprehenderentur laqueis, quos ipsi
alijs tendunt.] hæc de accusatione Photij in Ignatium Nicetas. Anastasius verò Biblio-
thecarius in præfatione historica ad Octauam Synodum addit, insimularum quoque
fuisse Ignatium, quòd in S. Methodium prædecessorem suum contumeliosus fuisset. D
Quòd ipse ostendit fuisse falsissimum, cum potiùs Ignatius S. Methodium summis
laudibus celebrasset, & memoriam illius sicut aliorum sanctorum Patriarcharum in sa-
cris mysteriis agere consueveret, necnon etiam anniuersarium diem obitus eius solemniter
ritu celebrare soleret. pergit verò Nicetas narrare exauctorationem Ignatij tum factam
rursus in conuentu illo satanico.

VII.

IGNATIUM
IN SYNO-
DO FACTA
DEGRADA-
TIO.

Post multam igitur verborum contentione & moras, secundum nullam iustitiæ le-
gem, sed sola potentia furiosè vtentes, exuunt Ignatium vestibus quas habebat, laceris &
fordidis illum induentes pontificalibus indumentis. quibus deinde versa vice expoliant.
Erat autem subdiaconus quidam mente infans & vita profanus, quapropter Ignatius
Patriarcha illum antea de gradu clericali deiecerat: hic primus auferens Ignatio super-
humeralè, & reliqua indumenta pontificia, clamabat, vt moris est, INDIGNVS. Zacha-
rias autem & Rodoaldus, & alij quidam profani easdem mittentes voces, iniquè illi sen-
tentiam simul subscripserunt. hic finis damnationis Ignatij in latrociniali illa synodo factæ.
quæ autem hæc secuta sint, suo loco inferius rerum gestarum seruatō temporis ordine
dicturi sumus. satis modò hæc de damnatione sanctissimi Patriarchæ, ex Niceta eius
temporis scriptore, non antea Latinis cognito, deprompsisse. iam videamus quæ de Le-
gatis scripta sint Apostolicæ Sedis.

VIII.

LEGATI NI-
COLAI PA-
PÆ QVAE
PASSI.

Nicol. ep. 9.

Præter illa quæ passus diximus cum Constantinopolim peruenerunt, cum centum
dies fuerint custoditi, ne quis ad eos accederet, neque ipsi ad alios; Nicolaus Papa in epi-
stola ad Michaëlem Imp. hæc addit: Peruenientes igitur isti Missi nostri Constanti-
nopolim, minis Imperij tui (sicut ipsi postea nonnumquam fatebantur) deterriti, & hor-
rendis terroribus impulsis, spretis monitis nostris, contemptis & epistolis sibi à nobis co-
ram

CHRISTI
861.NICOLAI PAP.
4.LVDOVICI II. IMP. 6.
MICHAEL. III. IMP. 20.

A ram tota Ecclesiæ nostra datis, immò postposito timore Dei, sicut postea claruit, in con-
trarium verterunt omnia quæ sibi fuerant imperata.] hæc ipse. Inter alia autem terri-
cula illud non leue fuit, quòd missi sunt aliqui nomine Imperatoris significare iisdem
Legatis Apostolicæ Sedis, quòd nisi in omnibus obsequerentur voluntati eius, fore vt in
exilium longè longiùs ablegarentur, ubi sic ageretur cum ipsis, vt fame coacti suos co-
gerentur manducare pediculos.] habentur ista in alia epistola ad Photium à Nicolao
Pontifice data. Ceterùm aliquamdiu restitisse Legatos, ne damnaretur Ignatius, te-
statur idem Pontifex Nicolaus, qui illis in mandatis dederat, vt non consentirent depo-
sitioni Ignatij, nec probarent promotionem Photij. hæc sunt tunc in Latrociniali con-
uentu tyrannicè acta: ita namque & non alio nomine & iure quidem merito ob mani-
festam tyrannidem inimicorum Episcoporum, qui tunc interfuerunt, idem Nicolaus Pa-
pa in epistola pariter ad Michaëlem Imperatorem data, synodum hanc Latrocinalem
appellat, vt pote quòd nihil in ea nisi per minas atque terrores confectum sit, nec quid-
quam secundum ordinem sacrorum Canonum. Nam (vt sæpè queritur Nicolaus) à
schismaticis atque damnatis Episcopis est eadem synodus celebrata, à quibus quid boni
sperari potuit, præsentem illis Photio inuatore?

Nicol. ep. 6.

Nicol. ep. 8.
LATROCI-
NALIS IV-
RE DICTA
SYNODVS
CONVENTVS
ISTE.

IX.

De his enim in epistola ad Michaëlem data, quæ incipit: Proposueramus qui-
dem, &c.] hæc habet: Illi qui tunc conuenerunt contra iam dictum venerabilem vir-
rum, aut suspecti, & ab hinc & nudius tertius inimici eius erant, aut excommunicati,
aut depositi, aut subiecti ipsius Photij, aut certè inferioris dignitatis extiterunt, quorum
omnium nullus personam legitimum iudicum habere sine dubio poterat.] & in-
ferius aliquot ex ipsis qui primum locum tenere videbantur, nominat dicens: Quis
de confidentibus ibidem non de prædictis extitit hæreticis atque schismaticis? Nonne
Gregorius Syracusanus millies condemnatus? Nonne Eulampius, Petrus, item Petrus
qui pro nefandis actibus suis & ore confessis, depositionem, deinde anathema incide-
runt, & alij quos enumerare longissimum est? Ecce quales inter ceteros erant qui con-
tra præfatam regulam centum quinquaginta Patrum, os contra venerandum patrem
suum aperire non sunt veriti. Et cum essent ligati ligare, & cum essent mortui & in suis
penetrabilibus iam facti, virum per totum mundum redolentem mortificare conati
sunt, & malæ opinioni nidore aspergere tentauerunt.] Et post multa de Episcopis
Photio tantum subiectis ita: Hic autem (vt de Patriarchis omittamus) nec vnus Epi-
scopus ciuitatula, aut quilibet ignotæ personæ aduersus tantum Pontificem sententiæ
extitit promulgator, qui non de suffraganeis & subiectis eius fuerit.] Sed ea quoque ex
parte Latrocinialis dictæ est synodus illa, quòd (vt queritur propterea Nicolaus in iudicio
sacerdotum) contra Canones ipse Imperator eidem voluit interesse. nam subiicit
scribens ad eundem Imperatorem: Congregatis concilium aduersus eum, & ad Im-
perij vestri nutum cuncti sunt famulati minores. Et ad votum secularium (vt cum pa-
ce vestra dicamus) de folio Imperiali descendentes, cathedram præfularem, vt ita fateamur,
ascendistis, & pro desiderio hostium eius, Augustalium oblitisci septorum, quem-
dam Regem à Israël imitantes, aduersus illum sacerdotalis ministerij arripuistis officium.

e. 2. Pap. 26.

IMPERATO-
RES QUI BV
INTERESSE
NON DE-
BEANT SYN-
ODIS.

præsertim cum Imperium vestrum suis publicæ rei quotidianis administrationibus de-
beat esse contentum. Dicite quæsumus, vbinam legistis, Imperatores antecessores ve-
stros in synodalibus conuentibus interfuisse, nisi forsitan in quibus de Fide tractatum
est, quæ vniversalis est, quæ communis est, quæ non solum ad clericos, verum etiam ad
laicos, & ad omnes omnino pertinet Christianos? Vos autem non solum Synodo in cau-
sa sacerdotis collectæ interfuistis: verum etiam numerosa secularium millia ad viden-
dum eius opprobrium aggregastis, cum magis debueratis in hoc imitari Constantinum
pium Augustum, de quo scriptum est: Quia si vidissem aliquem eorum qui religioso cir-
cumamicti sunt habitu turpitudinem aliquam operantem, chlamydem meam expli-
cuisset, & cooperuisset eum, ne videretur à quoquam. Sed in viro hoc omnia obliuio-
ni traduntur. fit plausus de Domini sacerdote (scurris & histrionibus. Heu quomodo ob-
scuratum est aurum (libet cum Ieremia clamare) mutatus est color optimus, dispersi
sunt lapides sanctuarij in capite omnium platearum? Deinde verò contra ritum Eccle-
siasticum, contraque venerandas leges, de Imperialibus ædibus, & cui imperari potest,
ad falsum testimonium dicendum adhibetur, sunt suspecti iudices, & mercenarij, & la-
pi custodes, &c.] hæc Nicolaus ad Imperatorem.

Thren. 4.

Annal. Eccl. Tom. 10.

R

Sed

x.
DE FALSA-
TIS A PHO-
TIO APO-
STOLICAE
SEDIS LIT-
TERIS.
Nicol. ep. 9.

Sed aliud accipe latrocinium, ex quo etiam Latrocinialis synodus dici meruit. Nam A
coacta synodo, intromissis Legatis, oblati ab eis litteris Apostolicæ Sedis, ex illis aliqua
non sunt recitata, & illa quæ sunt lecta, ab ipsis antea fuere falsata. id testatur idem Ni-
colaus in epistola ad eundem Michaëlem Imp. nouissimè scripta, cuius est exordium ^a:
Quanto sunt maiora beneficia Dei, &c.] vbi hæc ploratu digna habet: Quia superius de
falsatæ epistolæ per iam dictos tunc Rodoaldum & Zachariam Episcopos ad te directæ
scriptura memoriam fecimus: restat vt partim loca, in quibus falsata est, quantum inspe-
ctis exemplaribus Græcis, quæ nobis per Leonem à secretis misisti, nosse tribuitur, ape-
riamus. Asserentes primitus, quomodo non ordo legitimus, nec à sanctis Patribus vsita-
tus in lectione ipsius epistolæ fuerit obseruatus. Quandoquidem eadem epistola non solum
de sacris imaginibus, verum etiam de audiendo fratre & Cœpiscopo nostro Ignatio
sententiam Sedis Apostolicæ continebat. Et voseam in causa quidem Ignatij confa-
cerdotis nostri, quæ prius ventilata est, nescimus cuius vsi consilio, silentio contextistis: B
solum hanc postea, quando pro veneratione sacrarum imaginum Synodus collecta est,
demonstrantes. quamuis in iis quæ ibidem ex ea lecta sunt, nonnulla addita, multa muta-
ta, plura subtrahæta reperiantur, & per omnia talis à vobis effecta, vt aut nihil aut parum
aliquid nos per eam de crebro dicti cōministri nostri Ignatij disposuisse causa videamur.
Sed verè non sic in Synodo pro suo tempore collectis: non sic actum fuisse, nonnullorum
gesta Conciliorum demonstrant. In illis enim Apostolicæ Sedis scripta non sub oc-
culationis modio tegebantur; sed vt omnibus qui in domo erant Dei lucrent, in propa-
tulo ponebantur. Et vt si qua turpitudine vel macula in Fidei pulchritudine à quolibet ten-
taretur induci, facile patesceret, ac si specula, in omnibus habebantur, & quasi quæ-
dam rectitudinis formula qua imprimi ceteri possent, posita colebantur.] C

XI.
LOCA EPIST.
NICOLAI
FALSATA.
Nicol. ep. 9.

Inferius verò in eadem ad Imperatorem epistola loca quædam maioris momenti re-
centet in eadem sua epistola deprauata, atque in primis quoddam diceretur in epistola Ni-
colai ad Michaëlem ^b prima: Si quidem cum nos inter alia commemorassemus, quoddam
multoties conuentus factus fuerit sanctorum Patrum, à quibus & deliberatum ac obser-
uatum extitit, qualiter absque Romanæ Sedis, Romanique Pontificis consensu nullius
insurgens deliberationis terminus daretur.]

Vos (inquit Nicolaus) erasistis absque, & interposuistis eum] & alia addita, quibus, vt
ait, significaretur, ita deliberatum fuisse à sanctis Patribus, vt cum Sedis Apostolicæ & Ec-
clesiæ vestre consensu omnis rei finis debeat omnino proferrì. Cum hoc, inquit, fieri nulla ra-
tione valeat, nullo profus exemplo gestum patefcatur, præsertim cum hæc Apostolica sem-
per Sedes in sana doctrina persistit, vestra verò Ecclesia, quantum ad præfulatum per-
tinet, infirmante capite, sæpè languerit, ac per hoc ista quæ iuerit adsciscere quouis modo
consensum, cuius pessimum execrabatur non immeritò sensum.] D

XII.

Locus huic proximus turpiter deprauatus ostenditur, qui dum Nicolaus inuehitur in
eos, qui Ignatium sine consultu Romani Pontificis priuassent honore, & cetera huius-
modi, ab illis in contrarium mutatus esset. Nam Nicolaus ad eundem Michaëlem: Vos
hoc commutastis dicentes, quod id prius à vobis fieri non debuisset nos scripsissemus, tam-
quam vel nos postea id fieri censuissemus, &c.]

XIII.
IN QUANTIS
DECVRTA-
TA EPIST.
NICOLAI.

Quæ in super post hæc sequebantur in eadem epistola in detestationem Photij, ver-
sus plusquam centum exarata, omnia queritur fuisse suppressa. Nam audi ipsum Nico-
laum: Post hæc autem quidquid de iam fati fratris & cōministri nostri Ignatij tyrannica
expulsione; quidquid de inconsiderata & inuidiæ plena in eum prolata sententiæ; quid-
quid de violatis paternis definitionibus; quidquid de Photij scripseramus irregulari pro-
motione, saltu quodam astutiæ transcendentes, etiam sanctorum Patrum instituta, quæ
sancti Spiritus afflatu sunt edita, ne ad concilij peruenirent notitiam, contextistis, & veluti
in quodam silentij sudario ligata, dum diuinitus attributa talenta fuerint, abscondistis.]
vsque ad illa verba: In conspectu Missorum nostrorum, &c.] E

XIV.

Qui verò tot & tanta sustulerunt, vel ne legerentur contexerunt, ad finem vnã ad-
dentes illi periodum, contraria penitus iis quæ Legatis dederat Pontifex in mandatis, vi-
deri voluerunt ipsum statuisse. nam ait: Nouissimus epistolæ locus, in quo nos quidem
Legatos nostros commendantes, amplitudinem tuam deprecati fuëramus, de ipsis inter
alia dicentes: Et cum in conuentu Ecclesiæ federint pro Ecclesiasticis definitionibus, ni-
hil à vobis, vel ab aliis alicuius contrarietatis impetum sentiant. Vos verò protinus subin-
tulistis,

A tulistis, quali nos his continuatim subiunxissemus, perhibentes: *A vobis enim qua huius-*
cemodi sunt dispositionis, & statuta sunt & definita. Hoc præcepto vestra vtnam Deo pla-
cens sagacitas innuere volens, quæcumque à Legatis nostris statuta fuerunt & definita,
nos statuisse & definisse per omnia dignoscatur, qui tamen scriptus versiculus nec à no-
bis prodiit, nec eis præter quod ad sacras imagines pertinet, & id quoque irreprehensibili-
ter definiendum, siue scripto siue verbo terminare quiddam vel deliberare præcepimus.
Ita esse quæ diximus superius à nobis annotatis sententiis, testificantibus exemplaribus
eiusdem epistolæ nostræ, &c.] paulò post autem hæc de reliquis: Cetera verò quæ super-
sunt, per Legatos nostros, quos ad diuinitus protectum Imperium tuum ecce direximus,
inspectis in mutilatis exemplaribus, quæ illis tranquillitati tuæ demonstranda tradidimus,
facillimè potes agnoscere.] & de auctoribus sceleris ista subiinfert:

B Et siquidem per vestratum aliquem tantum nefas patratum est (quoniam apud Græ-
cos, sicuti nonnulla diuersi temporis scripta testantur, familiaris est ista temeritas) mira-
mur, & modis omnibus obstupescimus, si regius excellentiæ tuæ honor, qui iudicium
diligit, ad tantum potuerit dedecus incuruari, cum ad hoc magis diuinitus ordinatus sit,
vt deprauata corrigat, & falsata pristinae veritatis honestati restituat. Aut enim iusta fue-
runt, quæ misimus, sicque consequenter oportuit ea seruari: aut si iusta putata non sunt,
in quo iusta non fuerint, per aliud saltem scriptum exponi, vel nobis referri, & summa
ratione debeuerant patenter ostendi. In nullo tamen horum oportuit ea vel Ecclesiam,
quæ apud vos est, cognitione priuare, vel aliqua falsitatis deprauatione fraudari. Porro si
tuæ mansuetudinis postposita notitia, hoc immane sacrilegium gestum est: nihilominus
impressa admiratione ducimur, & quia tantum Imperium illud potuit, & tantam frau-
dem perferre, iure dolemus. Denique sacrilegium non immeritò commississe dicendus
est, qui scripta pieratis Fidelium, atque pij Principis notioni vel subducit, vel à sui veri-
tate submouens, velamento præstigiorum suorum obnubilat. Verumtamen nos quo-
modocumque falsitati vel deprauationi eadem sit epistola submissa, grates innumeras
agimus Deo, cuius inspiratione, & fidelia eius exemplaria penes nos retinuimus, & cuius
permissu qui hæc vel authenticam ipsam scribere superesse noscuntur.] hæcenus de fal-
satis Apostolicis litteris Nicolaus ad Michaëlem Imperatorem. Quis doli tantam fabri-
cam intuens, non consideret Photium architectum? manum scorpj non intelligat, &
diaboli cōministri artificem non sentiat ea omnia eundem Photium operatum?
Proh scelus! hæccine Synodus Nicæna magnæ numero Episcoporum composita, & ab
ipso Oecumenicæ titulo prænotata? in qua nec vestigium quidem ostendi potest legitimi
in Spiritu sancto congregati conuentus. Nam præter hæc tam patentia arte diaboli con-
cinata: nec in ipsa quidem prosecutione causæ aliquis à iure statutus est ordo seruatus,
qui in aliis quibuscumque causis, siue sacris, siue profanis legibus est præscriptus, vt vi-
disti in his quæ ex Nicæna sunt recitata.

C Siquidem vt idem Nicolaus testatur, ipse Ignatius absque interrogatione damnatus
est. nam audi eius verba: ^a Ante omnem interrogationem idem Antistes pulsus Eccle-
sia. Verum etiam postea in damnatione ipsius (sicut gesta illius Latrocinialis synodi, quæ
nobis per Leonem illustrem à secretis misisti indicant) quod numquam, ni fallimur, vel
aliquando fuit actum, primi & ante omnes scripseritis in Episcopum.] hæc Nicolaus ad
Imperatorem, eum redarguens quòd in damnando Ignatium contra Ecclesiæ morem
præcesserit ipsius sententiâ Imperatoris, idque tyrannicè, ne quis esset, qui contraria sen-
tendo ipsi contradicere videretur.

D Præterea non Imperatoris tantum atque Bardæ in ea synodo est demonstrata tyrannis,
sed Photij ipsius innotuit manifestè crudelitas in persecutione Episcoporum, qui iustitiæ
studiosi fuissent Ignatio. Nec his exsatiata est eunuchi infulati crudelitas, quæ rursus
in Ignatium sede priuatum, humili loco iacentem inglorium insiliens, diris eum tormen-
tis exagitare perseueravit. Nam audi quæ de his scribit Nicolaus Papa in sententiâ aduer-
sus Photium ipsam Romæ in Concilio promulgata: Postremò (inquit) Episcopos, qui ei
tamquam adulteri & peruersori communicare noluerunt, exilio relegauit, & sui sceleris
complices in eorum subrogare locis non timuit. Et vsque hodie Ecclesiam Dei diuersis
persecutionibus impugnare non desinit, ita vt & fratrem & Cœpiscopum nostrum Igna-
tium sanctissimum Patriarcham inauditis pœnis, & horribilibus tormentis afficere non
quiescat, sed & omnes quotquot pro veritate & Fide cum eodem persistere comprehen-
derit,

E Præterea non Imperatoris tantum atque Bardæ in ea synodo est demonstrata tyrannis,
sed Photij ipsius innotuit manifestè crudelitas in persecutione Episcoporum, qui iustitiæ
studiosi fuissent Ignatio. Nec his exsatiata est eunuchi infulati crudelitas, quæ rursus
in Ignatium sede priuatum, humili loco iacentem inglorium insiliens, diris eum tormen-
tis exagitare perseueravit. Nam audi quæ de his scribit Nicolaus Papa in sententiâ aduer-
sus Photium ipsam Romæ in Concilio promulgata: Postremò (inquit) Episcopos, qui ei
tamquam adulteri & peruersori communicare noluerunt, exilio relegauit, & sui sceleris
complices in eorum subrogare locis non timuit. Et vsque hodie Ecclesiam Dei diuersis
persecutionibus impugnare non desinit, ita vt & fratrem & Cœpiscopum nostrum Igna-
tium sanctissimum Patriarcham inauditis pœnis, & horribilibus tormentis afficere non
quiescat, sed & omnes quotquot pro veritate & Fide cum eodem persistere comprehen-
derit,

derit, quibus praevaleret modis perdere impraetermissè molitur.] Cuius crudeli animo cum summa potentia non deesset, quam acerbè sit persecutus Catholicos, vix dicere quisquam sufficere. Ex quibus complures captasse fugam, extorresque ob eius tyrannidem factos Romam tamquam ad portum confugisse, idem Nicolaus affirmat.

XVIIII. Sic igitur multiplici nomine, iure, meritoque synodus ista Latrocinialis meruit (vt saepius dictum est) appellari. Porro quae hic modò statuta sunt, postea (vt suo loco apparebit) repetita fuerunt in alio Photij conciliabulo, quod Octauum Concilium oecumenicum appellauit.

Huius autem cum duae fuerint Actiones, quarum altera habita est pro cultu sanctorum imaginum, altera verò in causa Ignatij, eadem Synodus duplex dicta reperitur. Meminit de ambabus Nicolaus a in epistola ad Orientales: id quoque praefert titulus duorum eiusdem pseudosynodi canonum apud Theodorum Balsamonem his verbis praefixus: Canones editi à sancta & magna Constantinopolitana Synodo prima & secunda, quae congregata est in venerabili templo sanctorum & benedictorum Apostolorum.] b hac ibi: vbi Theodorus explicat, cur oportuit eos iterum conuenire, ob dogmatum diuersitatem. nam in secunda tractatum est de cultu sacrarum imaginum. Sed quae nouitas ista? cur duplicem Synodum appellauit, & non potius more maiorum, duplicem vnus Synodi Actionem, cum eodem in loco, eodem anno ab iisdem Episcopis Actiones ambaz fuerint celebratae?

XIX. At quid ad postremum Photius ipse? Meditatus est opus, quod Nomocanon appellari voluit, continens collectionem sacrorum Canonum, & sanctorum Patrum responsiones, attexitque post septimae Synodi Canones, alios numero decem & septem diuersorum argumentorum huiusmodi pseudosynodi canones, vltimoque loco illum de promotione laicorum, cuius reus erat, his verbis b conceptus ab ipso Canonum peruersore:

XX. In omnibus boni Ecclesiastici ordinis curam gerentes, hoc quoque definire necessarium duximus, vt nullus deinceps laicus, vel monachus repente ad Episcopalem altitudinem eueheretur. sed in Ecclesiasticis gradibus primùm examinatus, sic Episcopalis dignitatis ordinationem susciperet. Etsi enim hucusque quidam ex monachis & laicis, exigente necessitate, Episcopali honore statim digni facti sunt, qui & virtute excellenti fuere, & suam Ecclesiam in altum extulere: id tamen quod rarò euenit, Ecclesiae legem statuentes, decernimus vt deinceps minimè fiat, nisi is qui ritè ordinatur, per gradus sacerdotales processerit, in vnoquoque ordine tempus praedestinatam adimplens.] ista Photius post vulneratas factò suo antiquas Ecclesiasticas leges, ne vltius fiat, clamoribus Legatorum & Catholicorum Episcoporum id detestantium coactus, emplastrum opponi patiens vulnere, quod ipse tyrannicè intulit. Meminit huius Canonis Photius in epistola sua hoc anno ad Nicolaum Pontificem data, cum se excusat non innotuisse sibi aliquem Canonem de non promouendis laicis ad Episcopatum, meminitque & alterius ibidem sancti Canonis aduersus schismaticos, qui sic se habet c:

XXI. Quae de presbyteris & Episcopis & Metropolitanis constituta sunt, multo magis etiam in Patriarchis conueniunt. Quamobrem si quis presbyter vel Episcopus vel Metropolitanus à sui Patriarchae communionem recedere ausus fuerit, & nomen eius, non vt in diuini mysterij celebratione constitutum est & ordinatum, referat; sed ante synodale decretum, & perfectam eius condemnationem schisma fecerit: statuit sancta Synodus eum esse ab omni sacerdotio alienum, si in hoc solùm deliquisse conuictus fuerit. Et haec quidem constituta & obsignata sunt de iis qui aliquorum criminum praetextu à propriis praesulibus recedunt, & schisma faciunt, & Ecclesiae vnionem conuellunt.] ista quidem Photius, quo ob conflatum schisma eos qui cum ipso communicare nollent, quod non legitimus esset Episcopus, insequi quouis digno praetextu possent. Cum alioqui censendi reuera essent schismatici, qui cum Ignatio non communicarent legitimo Patriarcha, quocum communicare sciretur Romanus Pontifex Nicolaus. Quamobrem contra schismaticos lex sancita in ipsummet Photium, & eos qui eum reciperent, esset iure verenda. Sed & alia statuit, quibus suum labantem & corruentem penitus firmare possent Episcopatum, vt cuique rectè acuteque intuenti facile est peruidere. Sed de Latrociniali, quam appellat Nicolaus synodo, haec tenet.

XXII. Iam ad Ignatium redeamus. Quae autem in eum post ipsius exauctorationem impij aduersarij perpetrauerint, Nicetas sic pergit; inchoatam prosequens de ipso orationem: Quid

a Nicol. ep. 10

DE SECVNDA SYNODO

b Can. 17. Syn. Const. sub Photio.

XX. CANON SANCTVS NE LAICI ORDINENTVR EPISCOPI.

c Cap. 15. Cõcil. Const. sub Photio.

XXI. ALII CANONES LATROCINIALIS SYNODI.

A Quid verò ille Photius? num veritus est homines vel iustitiam? Deum iudicium diligenter timuit? & eius iram auertere studuit? Nihil minus, sed potius inuidiam inuidie, & malum malo addere contendebat, omni studio & arte, non solùm illum interire, verumetiam quod peius, tamquam morte dignum è medio tollere curans. Tunc igitur cum deposuissent, & eiecissent eum, inhumanissimis & impiissimis hominibus eum puniendum tradiderunt, quousque manu propria suae depositioni subscriberet & confirmaret. Aderant autem qui ita illum affligebant, & molestis afficiebant, vt duabus septimanis carcere detentum inedia omnino confecerint. Quinimò illum artolentes, & eius pedibus graues lapides alligantes, & valdè inhumane eum percutientes, contrebant. Qui verò haec & alia plura aduersus illum beatum contumeliosè gerebant, verbis & gestis illum subsannantes, erant iniquitatis filij (vt ita dicam) & malum semen, in sanus ille Theodorus, & Ioannes Gortynæ, & Theoduli Nicolaus, qui Scatolaspis dicebatur. Post tormenta autem quae isti intulerunt Christi Confessori Ignatio, post minas, post vincula, quae venerabilibus illis pedibus adhibuerunt, post verbera, & postquam ad modum Crucis super marmora in faciem illum extenderunt per totam noctem, atque deinde vinculis deuinxerunt, & super pauimentum lanceis pupugerunt & contriuerunt, & terram eius sanguine madefecerunt; post haec omnia vix spirantem Ignatium insanus ille Theodorus vi accepta manu eius & pagina, Crucem in illa, quasi pro eo loco subscriptionis signauit: quam efferens tradidit Photio. Hic verò accepto illo Crucis signo, ex seipso deinde ita subscripsit: Ignatius indignus Constantinopolitanus confiteor me ingressum esse sine calculis, non canonicè videlicet electum, & his annis non sanctè me gessisse sed tyrannicè.

C Hac subscriptione missa Imperatori, dimittitur beatus Ignatius ab illa custodia, qui maternam domum rediens, ibi parum à multis laboribus respirabat. Inimicus verò Photius non quiescebat dolos corde machinari, & mala aduersus innocentem illum meditari. Suggestit igitur Principibus, vt iterum ad Apostolorum Ecclesiam illum deducant, & cogant lecta prius sua depositione, super ambonem seipsum anathematizare. Postea verò (ò consilium atrox! ò impietatem!) oculos illi eruere, & manum insano quodam furore illi abscindere cogitabant. Ita odium illos profundè obcaecauerat, vt iustitiae Dei nullus apud illos timor, sed diaboli inuidia illis tantum cordi esset. Ipsum sanctae Pentecostes festum peragebatur, & ecce militum armorum manus, domum in qua detinebatur Ignatius, ex tempore circumdat. Sanctus igitur ille, cum mala quae sibi imminabant, cerneret, & eorum insaniam, vt fratrem suum interimere, nosset: consilium inuit contrarium temporis iniquitati, sua verò prudentia, & eo qui eum ducebat, spiritu dignum. Et quodnam est hoc consilium? seipsum immutat, & laicalem famulorum inducus habitum, & duas sportas ex vno pendentibus ligno propriis humeris sustollens, instar alicuius baiulantis aufugit, custodes media nocte latens.

E Festinabat autem vnà cum suo discipulo Cypriano versus Sabaiticam regionem iter peragens, corde autem praemetu tremens lacrymis madefactus, & nimis tristis & moestus currebat, vt Dauid ille fugiens à facie Saul. Diuina verò prouidentia huic noctu ambulanti obuiam fit vir quidam facie satis decora, & barba & coma rectè ornatus, qui & alba induebatur veste, & equo etiam vehebatur albo, & iter tenebat quasi ad Blachernas. Ignotus autem vir ille, cum nec lumen vsquam adesset, nec apertè illum videre posset, tamen quisquis ille fuerit, diuino Spiritu motus, inquit: Deus & sanctissima Dei Genitrix te ab omni periculo, sanctissime pater, & tuos custodiat. Hoc verbum quasi bonum omen desuper sibi adueniens, beatus ille Ignatius suscipiens, alacrius procedebat; & cum habitu illo seruili & paupere omnes latuisset, & in nauiculam conscendisset, ad Principis & Proconnessi insulas non solùm, verumetiam Propontidis insulas omnes nauigat, aliam ex alia mutans, & in solitudine errans, & montibus & speluncis, atque foraminibus terrae latens, Apostolorum more (vt ita dicam) afflictus & malè habitus viuendi rationem quaerebat per homines Christi dilectos mendicando.

Photius verò spe frustratus, omnia monasteria, & omnem ciuitatem inquirebat sicubi inuenire posset Ignatium tamquam facem à conspectu ignis auulsam. dum igitur nihil eorum quae volebat perficere potuisset, Imperiali mandato grauem illum Orypham destinat, vt cum sex cursoribus insulas omnes & maritimam regionem percurrat. Et sicubi Ignatium capere contigerit, quam primùm occidant, quasi totius Imperij perturbato-

QUALI POST CONCILIA-BVLVM PAS-SVS IGNATI-VS.

SIGNVM CRVCIS SVBSCRIPTIO-NIS EXTORQV-TR.

XXIII.

IGNATI-VS SVBMENTI-TO HABITV FUGA.

XXIV.

XXV.

rem & euerforem.] sed quæ postea contigerunt, cum nutu Dei eum habitu mutato A latentem, quamuis aliquando proximè accedentes, inuenire minimè potuissent, reuer- si præda vacui Constantinopolim, idem Nicetas sic subdit:

XXVI. Mensis Augustus instabat, & tremoribus magnis Constantinopolitana ciuitas concu-
TERRAEMO-
TVS ENAGI-
TAT CON-
STANTINO-
POLIM.
REDDIT IG-
NATIVS
AD SVVM
MONASTE-
RIVM.
XXVII. Hic modò subiiciendus est libellus Ignatij nomine ante fugam eius scriptus à Theo-
THEOGNO-
STI LIBEL-
LVS AD NI-
COL. PAP.
XXVIII. Libellus qui continet omnia magni Ignatij gesta, missus ad Nicolaum Papam Roma-
num, scriptus à Theognosto monacho & Archimandrita antiquæ Romæ ex Exarcho
Constantinopolitano, nomine Ignatij Patriarchæ.
Ignatius tyrannidem passus, & multis tentationibus agitur, necnon qui mecum
sunt, & horum temporum iniquitatem experti didicerunt, decem Metropolitanæ & alij
qui adsunt Episcopi, & Præpositorum, & presbyterorum, & aliorum monachorum in-
finitus numerus domino nostro sanctissimo & beatissimo Præsidi & Patriarchæ omnium
sedium & Principis Apostolorum successori & Vniuersali Papæ, & sanctissimis eius Epi-
scopis & vniuersæ doctissimæ Romanorum Ecclesiæ in Domino salutem.
D
Quis dabit capiti meo aquam (vt ait ^a Scriptura) & oculis meis fontem lacryma-
^a Ier. 9.
QVAE PAS-
SVS SIGNA-
TIVS.
MALORYM
ORIGO NAR-
RATVR.
XXIX. Hac igitur de causa ab Ecclesia eiectus fui, vapulaui etiam, & exilio multatus fui,
& vincus & clausus ante vestrorum iudicum aduentum, ij etiam qui nobiscum sunt,
eadem passi sunt mala. De quibus omnibus cum litteris vos edocuissemus, quas presby-
tero Laurentio & duobus Stephanis, alteri videlicet Subdiacono, alteri seculari, Episco-
porum

A porum Legatorum famulis tradidimus, quos & iuramento obstrinximus, vt vestræ san-
ctitati illas traderent: nihil horum factum est.

Cum verò nobis mandatum fuit, vt coram tribunali illo nos constitueremus, cla-
mauimus, appellantes sanctitatem vestram, vt ab ea iudicaremur. Sed nullus erat, qui
nos audiret. Iterum vocati petimus ab eis, vt nobis dicerent, quomodo accedere ad
eos deberemus, vt monachi & condemnati, vel vt iudicandi? & mihi responderunt, vt
eo pacto accederemus, vt digni sumus; quapropter sacris induti vestibus processimus
ad Concilium vel potius conciliabulum. Cumque non procul essemus, quos misisset ty-
rannus, in ipsa via publica sacris vestibus me spoliant. Cum verò ad templum compulsi
sumus; mittuntur ad nos præfati tres famuli Legatorum, Laurentius, & duo Stephani,
& dixerunt mihi: Quanam de causa cum damnatus sis, Ignati, tor de causis, & deposi-
tus, sacris vestibus indui non dubitasti? Auellentes igitur me vi ab his qui mecum erant,
B solum stiterunt Imperatori, qui statim contumeliis me onerat. Ego verò cum dixissem,
quod contumeliæ sunt mitiores tormentis, paululum mitior factus est, & mihi præcep-
it, vt ligneo scamno federem, & interea colloquio habito, petij vt mihi liceret saluta-
re Rodoldum & Zachariam tuos Legatos. Qua re mihi concessa, illos salutavi. Inter-
rogavi etiam de causa illorum aduentus. Qui dixerunt: Legati sumus Papæ Nicolai, &
missi sumus vt res tuas iudicemus. Iterum interrogavi, an litteras haberent sanctitatis
tuæ. Qui responderunt, non habere, quoniam non veniebant ad Patriarcham, sed ad
eum qui à propria Synodo iam fuerat damnatus, & parati erant ea facere quæ Canones
præcipiunt. Ad hæc ego: Adulterum igitur Photium primùm è medio tollite: si verò
hoc facere non poretis, nec iudices eritis. Ipsi autem iterum responderunt: Ita vult ille,
C Imperatorem videlicet indicantes.

Post hæc qui circa Imperatorem erant, venerunt vt consolarentur me, hortantes vt
resignarem Patriarchatum, idque tum blandis verbis, tum comminationibus facere nite-
bantur: sed nullo pacto vt id facerem, adducere potuerunt. Quapropter ad Metropolitas
se conuerterunt, alios alius de causis calumniantes, vt quod ipsi ratam habuerint re-
signationem meam, & quomodo iterum peterent me in Patriarcham? Quibus respon-
sum dederunt Metropolitanæ, quod cum duo mala fuissent proposita, Imperatoris videli-
cet indignatio, & populi tumultus, leuius elegimus tunc temporis. Sed vos qui assistitis
Imperatori, restituite Patriarchæ Ignatio sedem suam, & de nobis nulla vos angat cura.
Sed interea iterum qui circa Imperatorem erant, ad comminationes conuertebantur,
aperit petentes à me spontaneam abdicationem, vt ita aduter Photius absque metu Ec-
clesiam occuparet. Cum verò id facere omnino repugnarem, ita dies illa transit, &
D concilium dissolutum. Et hoc idem multis diebus faciebant. Cum autem quæ ipsi vo-
luerunt, non sunt assecuti, ad aliud technæ genus conuertuntur. Et cum misissent præ-
dictos Legatorum ministros, vocant me ad concilium. Ego verò dixi quod illuc non
accederem: Neque enim videram iudices illos, Legatos scilicet, aliquid iuxta Ecclesia-
sticas regulas facere, cum adulterum & intrusum Photium ab Ecclesia non eiecissent, sed
potius cum illo comedebant, & cuius munera iam diu acceperant: (nam apud * Rhæ-
detum urbem illis obuiam missæ sunt vestes sacræ multæ:) quapropter tales iudices nul-
lo pacto ego accipio, sed ad Papam me adducite, & inde iudicium libenter accipio. Hæc
eadem qui mecum erant, alta voce clamarunt. Proinde præfatas epistolas, vt nobis lege-
rent petimus: canonicæ enim demonstrationes & decreta in ipsis inferebantur. Innocen-
E tij Papæ pro S. Ioanne Chrysofomo, quod videlicet non oporteret Ioannem ad iudi-
cium vocari, antequam ipse ad suam restitueretur sedem. Canon etiam Sardicensis quar-
tus hæc habet: Quod si quis Episcopus depositus fuerit, & dixerit se iterum habere quæ
dicere possit ad sui defensionem, non antea in eius sede constituatur alius Episcopus,
quam Episcopus Romanæ Ecclesiæ hac de re aliquid decernat. alia etiam multa his si-
milia in epistolis scripta leguntur, quæ te rogamus, vt quæras, o præfidum reuerendissi-
me, & fratrum tuorum studiosissime, ac tu illa legas.

Cum igitur adhuc instarent, quærentes vt nos ad illos accederemus; hoc illis nos
responsum dedimus: Vt videmini, fratres mei, neque Canones legistis, neque regu-
lam Ecclesiasticam scitis. hæc est regula: Vt Episcopus qui à Synodo vocatur, per duos
Episcopos vocetur, & hoc bis, & ter fiat: vos verò ab altero quidem diacono, altero ve-
rò seculari me vocari vultis. Nos igitur talia respondimus. At illi in medium attulerunt
xxxix.

CHRISTI
861.NICOLAI PAP.
4.LVDOVICI III. IMP. 6.
MICHAEL. III. IMP. 20.QVAE CON-
TRAPHOTII
ORDINA-
TIONEMAL-
LATAES-
SENT.

testes, qui dicebant, se paratos esse iurare, quod ego non ritè præpositus & electus fui, A neque legitime ordinatus. Ad quæ ego iterum respondi: Quinam sunt isti? Et quisnam ipsis fidem adhibebit? & quisnam Canon præcipit, vt Imperator testes adducat? Si igitur ego non sum Episcopus, neque mœchus & adulter Photius: omnes vos indignarum manuum mearum creaturæ estis. Si ex Ecclesia esset mœchus Photius, annuissem fortasse libenter. Nunc verò quomodo alienum ab Ecclesia pastorem illum constituam Christi ouium? Multa quidem sunt, quæ illi sunt impedimento. Vnum quidem quod ex iis est, qui excommunicati sunt & anathematizati, neque hoc solum à nobis passi sunt, vt excommunicatione & anathemate damnarentur, & ab aliis sedibus Patriarchalibus, verumetiam à vestra potestate; damnati videlicet propter scelestum illum Zachariam, ita vt non haberent facultatem neque sacrum facere, neque communicare, neque alios ordinare; qui nihilominus omnia ea confecerunt antequam absoluerentur. B Alterum verò impedimentum, quod sæcularis ordinis erat, & ordinatus est pastor Photius, antequam ouis esset. Præterea quoniam ab anathemate damnato ac deposito fuit ordinatus, necnon quando Metropolitans adduxit, vt sibi adhærent, petierunt illi ab eo proprium chirographum de me, quod scripsit, adhibito etiam iuramento; se nihil videlicet facturum contra me tamquam eorum patrem. Neque iam quadraginta transferunt dies ab eius ordinatione, quando publicè me deposuit, & anathemate damnauit licet absentem. Fregerunt præterea digitos Archiepiscopi Cyzici Photij mandato, & abripuit ab eo Photius exemplum proprii chirographi, ac eundem ipsum præterea deposuit, & alios quidem malis & minis adducebat, vt chirographum quod scripserunt conculcarent, alios verò muneribus lucratus est. Tyrannus verò nihil respondens ad ea quæ dixeram, venit vt introducerentur illi qui parati erant iurare, quod non ritè & legitime C ordinatus fui. Ego verò coram præsentibus Episcopis alta voce dixi: O Patres, accipite vnam mei humilis petitionem, & venite ad nos.

XXXIII. Cùm igitur me solum accepissent & iudices Legati, & tyranni, & ab aliis me segregassent, iterum rogabant me de his rebus, de quibus antea rogauerant, vt resignarem scilicet. Cùm nihil profecissent, ad minas iterum conuertebantur. Deinde reliquerunt Episcopos carnifices illi, qui mecum erant, & receperunt. & Episcopi iterum ea tractare aggressi sunt. Ego verò dicebam, quod oportet eos discere res meas, & tunc petere à me quæ petunt. & à quonam possunt discere, præterquam à me solo? alius enim nemo audeat ex tanto numero præpositorum & Pontificum & laicorum ita liberè & ingenuè loqui. Viderunt enim illi Metropolitanam Ancyra veritatem clamantem & dicentem in Concilio, & quomodo barbarus homicida ensis vagina caput eius percussit, & sanguine eius vestes cruentauit, & quot alia mala præterea aliis fecit. Hæc ego dixi. Et cùm illi postridie conuenissent venire ad me, segregati sumus ab inuicem in diuersas domos. Post decem verò dies tribunali & conciliabulo Caiphæ tractum me stiterunt, & eos qui falsum testimonium dicebant, quod videlicet nec ritè nec legitime electus fui, adduxerunt. Et quot plagas tunc mihi inflixerunt, quid opus est dicere? septem enim diebus cùm me satis superque malè tractassent, sine cibo, sine somno, sine quiete perdurare coegerunt.

XXXIV. Hæc breuibus tibi manifestavi. Tu verò sanctissime domine, ostende in me viscera misericordiæ, & iuxta illum magnum Paulum dic etiam: ^a Quis infirmatur, & ego non infirmor? In mentem reuoca prædecessores tuos Patriarchas, Fabianum inquam, Iulium, Innocentium, Leonem, & (vt breuiter dicam) omnes qui pro veritate aduersus iniuriam viriliter se gesserunt; & hos imitare, & ad vindictam nostri, qui tot iniusta passi sumus, exurge] cetera desunt. Porro Theognostus iste, qui hunc deferebat libellum, serius Romam venit quàm Legati redeuntes in Urbem, & legatio ab Imperatore missa ad Nicolaum Papam peruenit, adeò vt non potuerit nisi serò de veritate rerum gestarum Nicolaus Pontifex certior reddi, Legatis ipsis omnia mendaciis obuoluentibus. Meminit autem eorumdem Legatorum reuersionis Nicolaus Papa in epistola ad Orientales istis verbis: ^b Missi, inquit, præterea nostri tandem reuersi, nihil aliud renuntiare, nisi depositum Ignatium, & Photium in sede Constantinopolitana firmatum. Post duos verò dies Legatus à nobis Imperialis nomine Leo à secretis susceptus, duo volumina obtulit, quorum vnum depositionis Ignatij gesta continebat, alterum verò de sanctis imaginibus habebat Acta. Per quæ videlicet cognouimus, quia nec Imperator

^b Nicol ep. IO
DE REDITV
LEGATOR.
ROMAN.

episto-

CHRISTI
861.NICOLAI PAP.
4.LVDOVICI II. IMP. 6.
MICHAEL. III. IMP. 20.

A epistolam nostram, qua fratrem & Coepiscopum nostrum ad solam audientiam ante conspectum Missorum nostrorum acceriri decreueramus in depositione ipsius confacerdotis nostri, quæ prius sicut putabatur facta, ostendit: nec iidem Missi nostri parilem eius ac per omnia consimilem, quam eis in Episcoporum conuentu recitare iusseramus, demonstrare curauerunt. Sed nec quantum in eisdem voluminibus in Latinum sermonem ex Græco translatis reperitur, ordo legitimus & à sanctis Patribus vñtatus in lectione ipsius epistolæ extitit obseruatus; quamuis ex his, quæ in conuentu, qui posteriùs pro sacris imaginibus collectus est, ex ea lecta sunt, nonnulla edita, multa mutata, plura subtracta reperiantur; & per omnia talis effecta sit, vt aut nihil; aut parum aliquid nos per eum de crebro dicti comministri nostri Ignatij disposuisse causa videremur. Quidquid enim de ipsius recessu vel præiudicio, quidquid de sententia non à Romano Pontifice secundum B morem in eum prolata, quidquid de violatis paternis definitionibus, quidquid de Photij scripseramus irregulari promotione, saltu quodam calliditatis transcendentibus, etiam sanctorum Patrum instituta, quæ sancti Spiritus afflatu sunt edita, ne ad Concilij peruenirent notitiam, more suo, falcidici transcenderunt, & cùm diuinitus tributa talenta fuerint, velut in quodam sudario ligata, sub terra penitus absconderunt. Quo comperto, molestè tulimus; & quid sine ministris nostris actum fuerit, confestim intelleximus, qui talia cum Missis nostris perpetrasset, patenter agnouimus. Aut enim iusta fuerunt quæ iussimus, sicque consequenter oportuit ea seruari: aut si iusta putata non sunt, in quo iusta non fuerunt, per aliud saltem scriptum exponi & nobis referri, & summa ratione debuerunt pariter ostendi. In nullo tamen horum oportuit ea vel Ecclesiam, quæ apud vos est, cognitione priuari, vel aliqua falsitatis deprauatione fraudari.

C Detulit præterea idem Leo Imperialis Legatus Augustales litteras, deprecantes, quatenus in depositione Ignatij, & in confirmatione Photij consensum præberemus & subscriberemus. At nos, diuina docente gratia, dum idem adesset Missus, conuocata tota, quæ apud nos est, Ecclesia, decreuimus & statuimus atque professi sumus coram ipso, & coram sancta Ecclesia, sicuti & nunc per eandem, ac per vos prostemur coram vniuersali sancta Christi Ecclesia, pro deiectione Ignatij, vel consecratione Photij numquam misisse, neque misuros esse, & in depositione Ignatij, & promotione Photij numquam consensisse, numquam consensuros esse. Ex his sæpius dictis & palam renuntiatis, atque Apostolatus nostri epistolis taliter insertis, & eidem Leoni à secretis tam Imperatori quàm Photio ad deferendum datis, hunc à nobis remissimus.

igitur cùm hæc gerebantur, nondum Rodoaldus & Zacharias Episcopi, quos (vt præmissum est) Constantinopolim miseramus, confessione propria vel synodali examine conuicti erant, aut patenter ostensi, quod ipsi deposuissent Ignatium, vel communicassent adultero Photio; quamuis hoc & illa concilia quæ imminentibus illis Constantinopoli celebrata sunt, videlicet tam id quod aduersus Patriarcham Ignatium, quàm id quod pro sacris imaginibus collectum est, patenter innuerint, & Imperialis epistola clarè denuntiauerit, atque præfatus Leo à secretis regius Legatus iis negantibus in facie sæpissimè atque constantissimè coram nobis & primoribus Ecclesiæ nostræ iam dixerit.

Sed procedente tempore murmur multorum ab illis partibus Romam venientium, quinimò persecuciones à fautoribus Photij commotas fugientium sensim eosdem cepit Episcopos, muneribus fuisse corruptos, diffamare: & quod communicassent Photio & deposuissent Ignatium, diuulgare. Quo audito, & c. J pergit dicere de congregato aduersus Legatos concilio. Sed antequam de eo agamus, de litteris per Leonem Legatum Imperatoris ad Nicolaum Papam Romam allatis dicendum est.

Constat quidem (vt modò vidimus) perlatas fuisse litteras Michaëlis Imperatoris ad Nicolaum Pontificem, easque eius argumenti fuisse, vt cùm de rebus gestis Constantinopoli eum certiore redderent, preces continerent eiusdem pro confirmatione Photij promotionis, & depositionis Ignatij. At non extant illæ, sed ex responsione eiusdem Pontificis, quales fuerint, perspicue dignoscuntur. Attulit insuper ad eundem Nicolaum Papam litteras ab ipso intruso Photio, & quidem eiusmodi, vt miretur, si quis eas legat, hominem persecutorem Catholicorum, inuasorem alienæ sedis, spirantem vndique furorem, tam copiosè tamque ornate loqui de mutua charitate. planè dixerit alterum Saulem prophetantem inter prophetas, qui tamen hasta studeat confodere innocentem. Extant ipsæ quidem in superiùs citato codice Columensi, quas ab eodem

xxxv.

xxxvi.

xxxvii.

xxxviii.

DE LITTE-
RIS MISSIS
AD NICO-
LAVM PAP.
AB IMP. ET
PHOTIO.

vito

CHRISTI
861.NICOLAI PAP.
4.LVDOVICI II. IMP. 6.
MICHAEL. III. IMP. 20.

viro disertio Petro Morino Latinitati traditas sumus hinc tibi integras descripturi, de quibus est ut mireris hominis sicut ingentem vastitatem, ita in dicendo facundiam, utpote qui in scribendis litteris apprimè veritatem expressit, cum antea fuisset à secretis eidem Imperatori, sic autem se habent:

XXXIX. In omnibus sanctissimo, sacratissimo fratri & comministro Nicolao Papæ senioris Romæ Photius Episcopus Constantinopoleos nouæ Romæ.

Charitate vere nihil venerabilius esse, nec pretiosius, & communibus sententiis confessum est, & sacris eloquiis testatum. Per eam enim separata coniunguntur, & pacificantur pugnantia, & iuncta, domesticaque magis confociantur, seditionibus, contentionebusque aditum non præbentia. Ipsa enim non cogitat malum, sed omnia suffert, omnia sperat, omnia sustinet, nec vniquam (iuxta bonum Paulum) excidit. Ipsa & famulos qui offenderunt, dominis reconciliat, naturæ eundem honorem ad defensionem lapsus opponens. Ipsa & dominorum sæuientem furorem leniter ferre ministros edocet, fortunæ imparitatem consolans ex eorum qui eadem patiuntur similitudine. Et patrum in filios iracundiam mitigat atque exhilarat; & multationem filiorum in parentes, sine dolore accipere hortatur, naturalem habitum & affectum mutuum armans contra eam diuisionem quæ à natura abhorret: & amicis rixam incidentem facile repellit, ut communes sales æquè ac naturam reuerentur adhortans, & eos qui in eadem de Deo rebusque diuinis sententia sunt, quamuis sint locorum interuallo disuncti, & oculis inter se numquam viderint, coniungit & sententiis conglutinat, & veros facit amicos; ac si fortè alteruter ad inculpationes inconsiderantiùs venerit, casui illi medetur, omniaque redintegrat, firmum coniunctionis vinculum conseruans.

XL. Hæc & nostræ mediocritati persuasit, non grauitè obiurgationes ferre, quæ à vestra paterna sanctitate iaculorum instar emissæ sunt; ac fecit, ut arbitraret, perturbati animi hos scetus non esse, nec mentis offensionum & inimicitiarum cupidæ verba; sed potiùs affectus veri ac nihil fingentis, & Ecclesiasticum ordinem subtiliter examinantis, atque ad summum accurata diligentia ducere nitentis. Nam si propter summam benignitatem non concedit malum ut malum cogitare: quomodo sinet, malum esse, pronuntiare? ea enim ratio benignitatem esse nouit, quæ eousque progreditur, ut eos etiam qui dolorem dant, beneficio afficiat. Quoniam verò nihil prohibet, quominus & fratres cum fratribus, & cum patribus filij in vero dicendo libertatem obtineant (nihil enim amicus veritate) licet & nobis libero sermone uti ac scribere non contradicendi studio, sed defendendi voluntate.

XLI. Oportuisse nempe vestram in virtute perfectionem, ante alia omnia considerantem inuitos nos ad hoc iugum tractos esse, non increpare, sed misereri, nec despiciere, sed condolere. Misericordia enim & humanitas iis quibus affertur vis, debetur, non obiurgatio aut contemptus. Vim enim subiimus: quantam autem, Deus, cui omnia etiam occulta aperta sunt, ipse simul scit. inuiti detenti sumus: in custodia æquè ac fontes habiti: custodiis obseruabamur: suffragium de nobis, nobis renuentibus, latum: creati sumus flentes, querentes, ipsi nosmetipsos ferientes, & afflicti. sciunt hæc omnes: non enim in angulo facta sunt; at impressionis & (ut ita dicam) obrectationis magnitudo historiam ad omnes pertulit. Quid igitur oportet in eos, qui multa grauia & acerba passi sunt, inuehi, obiurgare, conuictis appetere potiùs quàm misereri, & pro viribus consolari? Decidi è vita pacem habente; decidi à tranquillitate dulci & placida: decidi de gloria (si tamen quibusdam mundanæ gloriæ amor est) excidi è chara quiete, è pura illa & iucundissima cum iis qui mihi proximi erant, consuetudine, è conuersatione doloris experte & doli & reprehensionis. Nemo erat qui me inculcasset, nec alium quemquam ego accusari vel aduenarum vel indigenarum, nec verò hominum minus familiarium, nedum amicorum. Non ego sic vniquam dedi alicui dolorem, ut contumeliam in nos exspueret: nisi fortè velit quis suscepta pro pietate pericula intueri: nec quisquam in me ita peccauit, ut vsque ad contumeliam in ipsum lingua laberetur. Adeo erant omnes erga nos benigni: nostra verò ratio, quæ fuerit, illi, quamuis taceam, clamant. Me amici magis diligebant quàm consanguineos suos: at verò cognatis meis existimabar & cognatorum charissimus, & cognatus omnium amantissimus.

XLI. Fama verò studij erga me proximorum mebrum, ignotos quoque ad diuinum amorem trahebat, & ad amicitiam vinculum: nec eos fortasse laudum de me habiturum vniquam

CHRISTI
861.NICOLAI PAP.
4.LVDOVICI II. IMP. 6.
MICHAEL. III. IMP. 20.

A quam pœnitebit. At hæc quomodo sine lacrymis commemorari possunt? Nam domi manentem grata voluptatum, complectebatur oblectatio, cum discentium laborem inruerem, studium interrogantium, alloquentium exercitationem; quibus rebus informatur sententia, ne facillimè possit decipi: eorum præterea, quorum mens scholis Mathematicis exacuebatur, vel qui Logicis methodis verum inuestigabant, vel quorum sensus diuinis eloquiis ad pietatem dirigebatur: qui aliorum omnium laborum est fructus: talis enim chorus, domus meæ chorus erat.

Ad regiam rursus aulam sæpè adeunti præstè erant prosequendum vota, hortatio ne morarer: nam præterea qui satisfacere animo meo omnes vellent, hic honor mihi habebatur eximius, ut voluntatem haberem, modum in Regia commorandi. Redeunti rursus ante portas stans chorus ille sapiens occurrebat: quibus propter virtutis præstantiam maior quàm ceteris fiducia concessa erat: alij contenti erant salutem dixisse: alij ostendissent tantum expectationem suam. Atque hoc in orbem fiebat, nec occultis consiliis prohibuit, nec inuidia intermissum.

Ecquis nam tali vita sum motus libens mutationem, ac sine lamentis ferat? His omnibus excidi: super his ingemiscebam. Hæc cum abstraherentur, fontes lacrymarum profuebant, ac doloris caligo circumfundebatur. Sciebam enim cum nondum essem expertus, multiplicem huius sedis turbationem & sollicitudinem. sciebam fastidium & contumaciam promiscuæ turbæ, lites inter ipsos, inuidiam, seditiones, mutuos impetus, contumeliam in præfectos, & multationem, si quando quibus egent, qui petunt, non adipiscuntur, & quando ad horum voluntatem illi se non conformant, nec accommodant: despicientiam rursus & contemptum cum ad postulatam adduxerint, & detraxerint ad voluntatem suam. non enim in voluntaria gratia, sed in violento iussu deputant optati sui euentum. ac vulgus potestatem nactum imperij in eum qui rerum potitur, tum sibi, tum rectori perniciem creat. Naui etenim facile mergetur, cum nauæ, gubernatore depulso, simul omnes gubernant. Et exercitus funditus interibit, cum eorum quisque nulli Duci obtemperans, sibi aduersus alterum officium Ducis arrogat. Cur autem quis singula prosequatur? Nam sæpè necesse est, perfectum colorem oris sui in tristitiam mutare, cum non ita afficiatur animus: ac rursus interdum, animo dolente lætum præbere os: & irasci nonnumquam cum iratus non sit: & subridere dum angitur: talis enim scena eorum est, qui multitudinis præfecturam suscipere adiudicati sunt. Antea verò qualis est? amicus amicis non grauis: qualis affectio est, talis species.

Nunc autem est, ubi acerbè necesse est increpare amicos, & propter mandatum cognatos spernere, & peccantibus apparere grauem. Inuidia vndique, licentia diuturnitate temporis confirmata. Quid me oportet cetera commemorare? qualia perpetior inscctans Simonem? quales quotidie tentationes sustineo, mundanam licentiam sermonis à sacro conuentu prohibens, & contemptum potiorum rerum, & diligentiam vanarum? hæc prouidebam, & animus mordebatur. nec verò meæ est opis, hæc conuellere. fugiebam suffragium, deprecabar creationem, præfecturam ingemiscebam. verum declinari non potuit quod erat præfinitum.

Sed cur hæc scribo & scripsi priùs? ac siquidem credita sunt, nunc iniuriam accipio, à misericordia desertus. Sin iis non est creditum, rursus afficior iniuria, qui vera scribam, nec fidem faciam. sic vndique miser sum. A quibus sperabam doloris nacturum me subleuationem, inde increpor: à quibus exhortationem & consolationem, inde ad dolorem dolor adiungitur. Te non oportebat, inquiunt, affici iniuria: hoc dico iis qui intulerunt. non oportuit tibi afferri vim. Egregia sanè lex. sed qui obiurgandi? nonne qui vim fecerunt? misericordia quinam digni? nonne ij qui vim subierunt? at si quis eos finit, à quibus est illata vis; increpat autem eum qui vim passus est: sperabam tuæ iustitiæ posse me in eum iudicium implorare. At Canones, inquit, violati sunt, quod ad pontificatus fastigium è laicorum ordine ascendisti. Sed quis violauit? is qui vim irrogauit, an qui per vim & inuitus attractus est? sed resistere oportuit. Quousque? restiti enim, & plusquam oportuit. Quod si sic non prouidisset infestorum ventorum procellas sæuiores fore, restitisset etiam vsque ad ipsam mortem. Quales autem Canones hi, quorum affertur preuaricatio? quos ad hunc vsque diem Constantinopolitanorum Ecclesia non accepit. Illorum dicitur transgressio, quorum tradita est custodia: quæ verò tradita non sunt, ea non custodita, transgressionis non inferunt crimen.

Satis

XLVI. Satis erant quæ iam exposui, ac multo etiam plura quam conueniebat. Nec enim ad hæc adductus sum ut me iusta defensione commendarem. Quomodo enim aliter esse posset, cum optabile mihi esset omnimodis hac procella liberari, & hoc leuari onere? sic ergo sedis appetens sum, sic vehementer eam retineo. Non enim à principio quidem oneri thronus fuit, progressu verò temporis expetitus est: sed quemadmodum ingressus sum inuitus, sic inuitus sedeo. Quòd autem initio mihi vis facta sit, cum ex aliis, tum ex hoc demonstratur, quòd à principio vsque adhuc velim cedere hac sede. At si mihi grata scribenda erunt, non oportuit benigna, ceteroqui & laudabilia scribi: Accepimus, lætamur, & gratias agimus sapientissimo Deo, qui Ecclesiam gubernat. Hoc verò ex laicorum ordine, laudabile non est: idcirco ambigui adhuc sumus, & perfectum assensum in Apocriphorum nostrorum reditum distulimus. Verùm scribi debuit: omnino non assentimur, non probamus, non accipimus, nec verò vniquam accipiemus: qui accurret, qui præsalutum nundinatus est, qui non est iustus suffragis factus: in omnibus improbum: Abi hac sede, & de pastoris munere. Qui ita scripserit, mihi scripserit iucunda, quamuis falsa pleraque. An verò oportebat, qui in ingressu affectus erat iniuria, in egressu ididem iniuriam accipere? & qui aliena proteruia inuitus ad hæc inciderat, magis etiam præcisè ac proteruè expelli? Qui sic affectus est, qui que hæc cogitat, non valdè curat, nec laborat de calumniis propulsandis, quarum hæc potestas sola est, ut ei thronus adimatur. Satis ergo, ut dixi, hæc fuerant.

XLVII. At quoniam propter nos nobiscum qui ante nos fuere, sancti ac beati Patres periclitantur in calumniam & crimen venire, ut Nicephorus & Tarasius: (nam hi quoque ex ordine laico ad pontificatus fastigium peruenerunt, qui memoriæ nostræ clarissima lumina, pietatisque egregij præcones, veritatem & vita & verbis confirmarunt:) existimauimus quæ restant, orationi oportere adiungi, dum ostendo beatos illos viros crimen omne vincere, & calumniam omnem superare. Quòd si ne alij quidem hos in crimen vocare audent, quòd autem è laicis ad pontificatum ascenderint, in offensione & scandalo ponunt: reprehendunt sanè quos nec reprehendunt: nam hi quoque laici sunt producti, quos rursus in honore habent & admiratione, eorum non fugiunt vituperatione. At hi, Tarasius & Nicephorus, in sæculi vita astrorum instar collucentes, in sacerdotum ordinem allecti contra regulam & formam Ecclesiasticam Ecclesiæ præferunt. Absit à me, ut hanc emittam vocem, aut alium hæc dicentem audiam. Hi enim regularum accurati fuere custodes, propugnatores pietatis, impietatis accusatores, orbis terræ lumina, ex diuinis eloquijs verbum obtinentes vitæ. Quòd verò regulas, quas non norunt, non seruauerunt: nemo eos iure reprehendere potest. Sed quòd eorum quæ accepere, custodes fuerunt, idcirco à Deo glorificati sunt. Nam ea quæ tradita sunt, conseruare, stabilis est mentis, ac nouitatis studium repudiantis. At de iis quæ non acceperunt, legem, vsu non hortante, ferre, & custodiam inducere, præproperum studium est animi res nouas molientis, atque errabundi. Propria enim quisque mensura ac regula continetur & dirigitur. Multi Canones aliis traditi sunt, aliis ne noti quidem sunt. Qui accipit & violat, dignus qui in iudicium inducatur: qui verò non nouit, nec recipit, quo modo obnoxius est? Multæ quoque leges ab iis quibus impositæ erant, custoditæ sunt, ac demonstrarunt Dei famulos eos esse qui custodierunt: qui verò non acceperunt, ideoque animum ad ea non aduertunt, nihilominus Deo amabiles esse cogniti sunt.

XLVIII. Atque in manibus sunt exempla. Abraham circumcisus, incircumcisus Melchisedech, qui ad similitudinem Filij Dei; & principium ortus sui & finem habuit incognitum. Enimuerò Abraham custodiam circumcisionis probans Deus; nusquam apparet ipsi Melchisedech transgressionis inferens exprobrationem. Nec verò quisquam hunc legis violatæ vniquam accusauit, aut illum, quòd facinus circumcisionis ausus sit, qui eos insimulare velit, redarguetur. Atque prognatis ex Abraham, qui eam legem in sinum acceperat suum, mortis pœna proposita erat, si quis transgressus esset, quæ non ab hominibus modò inferebatur, sed etiam vehementi ipsorum Angelorum interminatione. Et cum in eo Abraham & Melchisedech dissiderent, gratam in communem Dominum mentem ac pietatem & consimilem inter se cultum seruabant. Ex quibus neutri ab altero vituperatio impingebatur; sed in potissimis rebus constantissima inter eos, & in rerum nouarum studio aliena societas non sinebat ceterarum rerum discrimen curiosius intrari. Nam reuera communia omnibus sunt, quæ omnes custodire necesse est, & ante

alia

A alia quæ de Fide habemus, vbi vel paulum declinare, est mortifero se piaculo obstringere. Quædam propriè alios consequuntur, quorum prætermisio eis multam affert, quibus illa tenenda data sunt: qui verò non acceperunt, hi propterea quòd non obseruauerint, minimè condemnantur. Et quæ œcumenicis & communibus præcepta sunt suffragiis, conuenit ab omnibus custodiri: quæ verò Patrum aliquis exposuit, auctorialis definit Synodus, eorum qui seruant, non efficit supersticiosam mentem: qui autem non acceperunt, ea præterire sine periculo possunt. Sic tonderi aliis patrium est, aliis synodica etiam definitione abiiciendum.

Bonisenim verbis hæc dici oportebat, ut & nos diximus. Quòd si eum Canonem, qui in Sida, proposuissimus, graues atque importuni fuissimus. ita præter vnum, alia Sabbara obseruare, nobis reprehensione non caret, aliis verò plura vno ieiunantur, ac traditio putat se effugere vituperationem, quæ consuetudine Canonem pericit, eoq; posterior fuit. Legitimis nuptiis presbyter Romæ vxori coniunctus non inuenitur: nos verò eos qui vniuo coniugio vitæ suæ moderati sunt, edocti sumus in presbyteri gradum efferre, eosque qui hoc in discrimine ponunt, ac se fecernunt, ne ab his Domini corporis participationem capiant, vndique excludimus, eodem loco ducentes eos qui legem aut fornicationis faciunt, aut nuptiarum tollunt. Item si quis apud nos presbyterij consecrationem præteriens, Episcopi honore diaconum effecerit, utpote qui maxime deliquerit, condemnatur: quibusdâ verò pari ducitur loco, è presbytero prouehere Episcopum, & è diacono, medium transilientibus ordinem, ad Episcopi abripere dignitatem. Et quidem inter hæc quantum interest? Aliæ enim in vnoquoque ordine & gradu orationes, aliæ ceterimonix, aliæ item ministeria, aliæ & obseruationes temporum & morum probationes.

C Verùm quod quis in legis loco non accepit, eius non obseruati defensionem hanc obiciens, quòd non receperit: ab eo ratio nulla poscetur. Sin quis apud nos conuinceretur hoc fecisse, nemo ei vllam veniæ guttam instillauerit: minorum enim legum inulta violatio, tritiores homines ad maiorum contemptum facit. Aliis semel factis monachis esu carnium non execrantibus, sed se exercentibus vsque interdicitur: ab aliis verò non diu hoc obseruatur. Ego & hominum audiui sermonem veritatem magno in honore habentium, cum nempe occasione eius qui Alexandrinorum Ecclesiæ præful fururus erat, hanc rationem subire cogi: quod ex aliquo iis in locis casu constitutum est: se numquam ab esu carnium abstinere. At apud nos monachi habitum nemo vniquam in clerici commutarit: nonnulli autem, cum voluerint monachum ad Episcopi fastigium attollere, eum orbiculariter tondentes, priorem habitum immutant. Ita, vbi nulla est præuaricatio Fidei, nec communis & Catholici decreti euersio; cum aliis apud alios mores & leges custodiantur; nec custodes iniuste agere, nec eos qui non acceperunt, contra legem facere, is qui rectè iudicare notit, definit.

D Et verò quod à nobis in crimine ponitur, si cum nonnullis quæ admemorata sunt, conferatur, recti & veri existimationem habebit: & alia quidem nefariorum & execrabilium loco ducuntur, hoc verò laudi est, & putatur esse pulcherrimum, hoc vsque adhuc & factum esse, & fieri, libera voce, & sententia, & vultu prædicatur. Quomodo enim non summis laudibus quis efferatur, quòd nondum sacerdotum ordinem asscetus, ita vitam suam moderatus est, ut & aliis, quibus sacerdotium obtigit, & ab omni reliquo cœtu ad pontificatum aliis præferatur? Quædam verò ne ab iis quidem qui delinquant (quod quidem sciam) quod fiunt, laudantur ob summam fortasse absurditatem, aut nec scio quid dicam, iis qui fecerunt, inficiationem veritati anteponentibus. Quis enim Sabatiffare, qui in Christianis censetur, etiam si millies his succumbat, non eiuret? Quis se coniugium execrari legitimum, nisi quis impiorum ac sine Deo hominum sententiam opifici proponat, & ei hypostasi, quæ inde per bonitatem extitit? Quis autem Dominorum & paternorum, & synodalium decretorum (ne sigillatim dicam) non reuerentur confiteri, se moliri contemptum? Ex laicis sanè eum qui sacrum vitæ genus susceperit, ad pontificatum promoueri, valde consequens esse diuinis Patribus, non verbis pronuntiatum, sed re ipsa gestum, magnæ vtilitatis sponsæ Christi Ecclesiæ causa, in pluribus demonstratum est.

E Ad hæc, aspice, si vis, & ministeriorum varietates quæ in orationibus, quæ in inuocationibus, in ordine & consequentia, in temporis diuturnitate & breuitate, in multitudine & paucitate. Et quidem in iis (ò miraculum) communis panis in corpus Christi mutatur,

XLIX.

† Videtur obsecrare orare, ut misericordiam indulgentiam dispensationem Sedis Apostolicæ Episcopi nomen obtineat & dignitatem, cum suspicatur Ignatiū restitutum iri. Sic Conciliū Ephesinū de Eustachio ad sacram quæ est in Paphylia Synodum Sida collectâ: Sida quidem Paphylia est Metropolis. vel (quod non minus verisimile est) ex eo orat, ne restitueretur Ignatiū, sed etiam sit ceterus nomine Episcopi frui dicitur. sic astutus homo, quod maxime velit, hanc admodum se curare demonstrat.

L.

LI.

tatur, & commune vinum sanguis eius sit, qui eum in redemptionem nobis de proprio A latere cum aqua effudit. & horum discrimen ac varietas vniformem, Deificamque Spiritus gratiam multipliciter, & inuariabiliter suscipi ab iis propter quæ hæc geruntur, non prohibuit. Quin etiam testes apud nos & regulis nostris ad tres numeramus: qui si cetero qui vitio careant, satis sunt ad fidem veritati faciendam, quamuis in Episcopi crimen adfiscantur: apud alios verò nisi testium numerus superet septuaginta quasi populum, qui accusatur, quantumuis in re ipsa fuerit deprehensus, omni crimine liber absoluitur. Satis quæ dicta sunt esse duco hominibus æquis, quiq; non malint, quàm intelligere, redargui. Quid autem figura capillorum, ac temporis prorogatio ad sacerdotium suscipiendum potest? mores enim hominem ante sacerdotij figuram dignum ostendunt, tametsi nondum quis ei manum imponat, nondum didicit preces. Multi verò, quos mores fugiunt, habitu venerandi, in habitu consistunt: etenim capillorum refectio signum est conuersationis à mortuis operibus puræ. Et qui ita est, quamuis signi tuba nondum insonet, vitam eius prædicans puram, hic in nihilo mihi eo inferior virtute est, qui signum gerit.

LII. Atque hæc dicemus non nos ipsos commendantes. absit. æquè enim nos à moribus atque ab habitu absumimus, tantumque abest, vt hæc de meipso dicam, vt verius, si qui nos velint risu ac disertijs incessere, possint magis ex moribus sacerdotio dignis, quàm ex figura in nos insurgere. Non igitur pro nobis hæc, sed pro iis quos antè diximus, scribuntur. Patribus enim malè audientibus pro iis non decertare metuo: nam tacere cum defendendi potestas sit, & comœdijs incessere, non multum distat: à patricidij verò crimine ipsa quoque natura abhorret. Non igitur Tarasius aut Nicephorus in crimen adducendi, qui vitam throno etiam ante habitum præbuerant dignam. Neque Ambrosius malè audier, quinimò Latinis (sat scio) incutiet pudorem: nisi fortè alius exoriretur Ambrosius, Latinitatis decus, quiq; Latino sermone multa, eaque vtilissima scripsit. Nec verò Nestarius in reprehensionem incidet, cui Synodus vniuersalis confirmauit Episcopi dignitatem; cuique si quis obrectare conatur, non eum, sed Synodum potius in ius vocat. Et quidem eorum vterque non è laico solùm ad Episcopatus progressus est consummationem, sed cum nondum essent initiati, simul & Baptismatis munus ad pontificalem gratiam meruerunt. Quod si horum neutrum quisquam ad reddendam rationem accersere audeat, etiam valde confidens, non Tarasium quidem nostrum proauunculum, nec Nicephorum illius & generis & sedis & morum dignum successorem. Prætermitto in præsens & Theologi parentem Gregorium, & Cæsareæ Thalassium, & pontificum vitam reliquorum, qui consimili ordine & ritu suscepto præsulatu Ecclesiarum, D omni vituperatione & calumnia caruerunt.

LIII. Atque hæc pro quibus dici conueniebat, dicta sint. De nobis autem vnum dictum est, ac dicitur. Inuiti huc adducti sumus: vsque adhuc retinemur, & sedemus. Demonstrantes autem nos obtemperare paternæ vestræ charitati, aperteque ostendentes, non contentionis causa hæc dicta esse, sed beatorum nostrorum Patrum purgationis: assensum sumus vt a synodicè promulgaretur, ne posthac ad Episcopatus sublimitatem confestim extollerentur, qui è laicis vel monachis crearentur, nisi per sacros deinceps gradus procederent. Nam vbi offensionis morbus Patribus exoritur, nisi fortè medicina lædat (quandoquidem nonnullos vitio suo offendi sumus edocti, cum sponte propter inuidiam cæcutiunt) parati sumus occasionem tollere offensionis & scandali, facillimamque præbere, sublato eo quod turbabat, ægritudinis curam. Quamobrem de rebus præteritis consilium accipere, & postulare vt ea quæ apud vos est, regula teneat, Patribus erat contumeliam admetiri, & ab iis qui nihil deliquissent, pœnas expetere. In posterum verò id concedere, & permittere multorum iudicio, nec Patribus contumeliam affert, nec cuiquam pœnam iniustam, ac ne damnum quidem irrogat. Quæ enim constituta sunt, custodire oportet; & patribus filios ius fasque est obedire.

LIV. Idcirco alterum quidem non accepimus, sed repulimus, & alijs vt repellerent, suassimus, atque suadebimus: alterum verò & adsciimus, & synodaliter egimus. atque vti nam pridem Constantinopolitana Ecclesia regulam hanc seruasset: Sic enim fortasse intolerabilis violentiæ, & influentium in me opprimentiumque incommodorum turbam effugissem. Verùm alijs quidem ob salutem & curarum liberationem regula ea scripta est: mihi verò crebri laborum ægritudinumque influxus quæ liberatio, quæve ratio &

via

LIII.
DE SANCTIS CANONIBUS AFFERT RATIONEM.
* Can. 17. repetitus in
Ostiana Synodo v. h. i. i. i. inferius sub
Iam. Pa. pa VIII. habita.

A via inueniri poterit? Quod instabiles stabilire oporteat, ignaros edocere, ineruditos crudire, & ratione ac sermone eos aggredi, qui ægrè conuertuntur, & flagris proteruos reprimere, ignauos excitare, auaris persuadere pecuniarum despicientiam, atque pauperum amorem, refrenare ambitiosos, itaque assuefacere, vt honorem expectant qui honorabiliorem diuinioremque animam efficiat; superbos deorsum trahere, eosque ad modestiam hortari, & ad modicè de se sentiendum; impuros ac libidinosos & fornicarios comprimere, & ad temperantiam conformare; prohibere iniurias, hominesque ad iustè agendum adducere; lenire & mansuefacere iracundos, pusillanimes consolari; ac ne cetera sigillatim enumerem, consuetis passionibus & improbitate & nequitia quæ tum animas in seruitutem redigunt, tum corpora sordidant, studere vel inuitos eos liberare qui iis tenentur, eosque Christo veros famulos offerre. Et qua ratione quisquam, cui tot tantarumque rerum cura sit imposita, non ademptionem magis quàm administrationem huius Principatus requirat?

In circuitu rursus impij: Alij imaginem Christi conspuentes, & ipsi Christo in ea obrectantes: Alij naturas in eo confundentes, aut abnegantes, & alij nouæ naturæ inductione priores exterminantes, & Quartam Synodum innumerabilibus maledictis incessantes, aduersum quos nobis bellum excitatum & multo tempore gestum, multos in obedientiam Christi captiuauit. Ecquis mihi det, vt omnes captiuos videam? Vulpes rursus ex latibulis suis prodeunt, eosque qui multis simpliciores sunt & prauè faciles, per fraudem, vt pullos deuorant. Schismaticas dico vulpes, quarum abscondita est malitia multò iis infestior, qui aperte insidiantur. Nam ingredienti in domos, iuxta diuinum a Apostolum, decipiunt mulierculas oneratas peccatis, quæstum sibi esse ducentes C ingluuiei & vanæ gloriæ, & ceteræ omnis voluptatis atque impuræ libidinis, artificiosam in sanctam Ecclesiam insurrectionem.

Solent enim, vt plurimum, vulgi mores propter infirmitatem & instabilitatem mentis, nouitatibus, nouisque factionibus magis studere, quàm bonis institutis niti. quorum omnium quamuis audaciæ & contumeliæ flamma extincta sit, synodico b decreto paternæ vestræ religionis, sententia in eos sua per venerabiles Vicarios suos opitulantis: attamen fumus eos adhuc mordet & angit, qui gregi accommodatè præesse volunt, ac exiguum eorum, qui pascuntur, peccatum, magnum suum damnum esse ducunt. Ac fortasse his Canonibus constitutis, quibus integra Romanorum Ecclesia conseruata est, insanis schismatibus non diuisa, dissipabitur fumus, & caligo discutietur, ac nobis mœroris præbebitur consolatio. Non enim tantum Canon prætatus iuxta exhortationem vestram custodiri iussus est, sed & alij, veltris Vicariis assentientibus, sunt traditi, quorum vis & robur, & multam Ecclesiæ pacem afferet, & debitum honorem gloriamque iis dabit, qui dudum quidem acceperunt, nunc verò impertuerunt. Nec vlla regularum à beatissima in Deo paternitate vestra definitarum quin sanciretur prætermissa esset, nisi quædam Imperatoria refragatio plusquam voluntas nostra pollens, de reliquis non sancendis intercessisset. Idcirco vnà cum venerabilibus Vicariis in rem esse arbitrati, non dum omnes Canones experuntur, summam rei amittere, complures obtinendo, reliquorum damnum in præsens subiimus. Optimum enim est quidem eorum quæ quis expetat, nullo excidere: at desperantis est, nec satis sanæ mentis, cum plura dantur, de iis quæ non dantur, nimis esse curiosum, ac de his contententem, omnibus seipsum priuare. Ideoque eos, de quibus sententiæ consonæ dictæ sunt, synodaliter exposuimus, vnaque in litteris cum iis quæ à nobis prius exposita fuerant, subiecimus.

E De iis verò, * qui ordinationes ex se, & arbitrio suo pridem accipiunt, nobiscum communicarunt sanctitatis vestræ Vicarij; oportere eos reuerti, & ad propriam recurrere eam, quæ prius fuit, matrem. Verùm si quod volebamus in nostra fuisset potestate futurum, nec negotium cum Imperio diuisum fuisset, dicenda causa non esset, sed ipsa res, quæ causæ dictione ac omni defensione est potior, esset exhibitæ. Quoniam verò Ecclesiastica, & maximè iura quæ de regionibus sunt & finibus, solent cum Reip. potestate ac administratione mutari: vestræ religionis æquitas, nostram ad concedendum assensionem probans, id non obtinuisse, Reipublicæ administrationis, non nostrum putet esse crimen. Ego enim non modò, quæ pridem in aliorum ditone erant, cum iure & amica parte studeo reddere, sed etiam si quorundam ex iis quæ antea huic sedi dicata erant, aliquis viribus pollens procurationem deposceret, paratus eram petenti potius cedere, quam

MVNVS REP-
SCOPORVM:

L V.
HÆRESSES
QVÆ VIG-
RENT AD-
HVC IN
ORIENTE.

a 2. Tim. 3.

LVI.

b Can. 15.
Ostiana Syn-
odi sub Tho-
tis.

LVII.

* Hos Greci
ἀνομοίωτοι
νόμος.
DE ORDINA-
TIS AB
IGNATIO.

CHRISTI NICOLAI PAP. LVDOVICI II. IMP. 6.
861. 4. MICHAEL. III. IMP. 20.

quàm plura retinere. Nam qui mihi aliquid eorum quæ non habeam addit, is plus im-
ponit oneris; curam enim & sollicitudinem à me postulat: qui verò eorum, quæ mihi
erant, aliquid in se transfert, gratiam à me inquit, leuius enim mihi præfecturæ pondus
facit. Quòd si, qui mea cum charitate accepit, ei gratiam habeo, ei qui propria qua-
rit, quomodo non dabit quis lætus, si modò nemo impediatur? tanto præsertim Patri,
qui quæ hoc per tales, & per Deo amabiles optimosque viros postulauit. Hi enim re ve-
ra vestra paternæ perfectionis Vicarij prudentia & virtute & multa rerum experientia
fulgent, nec propria conuersatione minus quàm Christi discipuli eum qui misit hono-
rant. Quibus complura eorum quæ dici ac scribi debebant, exposuimus, cum persuasum
nobis esset, & dicere eos posse quæ vera essent, ac multo magis quàm alios dignos
esse quibus fides haberetur.

L VIII. Ac volueram quidem nihil de nobis scribere; cum præsertim paterna vestra religio-
tas non per litteras, sed per proprios Vicarios se certiorum fieri oportere decreuisset. Ar
ne principio, nihil velle scribere, negligentia existimaretur: ideo per excursum res no-
stras exposuimus; cum multa sint, ac multum otium requirerent, quæ prætermissa sunt.
Cum autem Dei cultores vicarij complura ipsi viderint atque audierint, possunt aperte
docere, si prudentia vestra, magno prædita ingenio, velit percontari.

L IX. Quod autem dici oportet, ac pene me effugit, hoc cum addidero, finem faciam. Ca-
nonum custodia à quouis bono debetur: magis verò ab iis qui diuinæ providentiæ di-
gnatione alios regunt, omnium sanè maximè, quibus in horum numero primatus obti-
git: quanto enim aliis præstant, tanto diligentiores legum custodes debent esse: nam ce-
leriùs illorum delictum utpote in sublimitate positum omnibus nuntiatur. atque inde
alios oportebit ad virtutem reduci, vel ad vitia retrahi ac pessumdari. Quare vestra de-

bet amabilis beatitudo Ecclesiasticam disciplinam ac modestiam in omnibus curæ ha-
bens, & canonicam tenens rectitudinem, eos qui sine commendatitiis litteris ad Roma-
nam Ecclesiam hanc proficiscuntur, non temerè ac fortuito recipere, nec sine hospiti-
talis specie odij fraterni iaci femina. Nam quotidie ad vestram paternam sanctitatem
eos; qui velint, adire, & pretiosis eius frui vestigijs, hoc mihi valde amabile est, ac mul-
tis alijs rebus anteponendum: at sine nostra scientia, & absque commendatitiis litteris
peregrinationes nullo ordine suscipi, id nec nobis, nec Canonibus, nec verò vestro in-
tegerimo iudicio est acceptabile. Omitto enim alia quæ euenire solent iis qui hinc disce-
dunt, iter ac peregrinationes non iuxta Canonem habentibus, pugnas, seditiones, rixas,
contentiones, calumnias, insidias, insurrectiones. Sed quod nunc videtur, ac fit, dicam.
Cum enim hic nonnulli per impuram nequitiam vitam contaminarint ac sordida
rint: sit verò expectatio, de iis criminum pœnas expectatum iri: speciosa nuncupatione fu-
gitiui fiunt, orationis ac voti nomen fugæ suæ indentes, ac turpe flagitium appellatione
proba contegentes. Quorum alij aliena coniugia perfoderunt, alij furti damnati sunt,
aut vinolentiæ se propinarunt, aut lasciuia, libidini, & intemperantiæ seruierunt; alij
verò tenuiorum hominum percussores & homicidæ deprehensi sunt; alij alijs passio-
nis immunditiæ se immerferunt. Qui cum in se ipsos ius emitti, ut diximus, perfen-
tiscunt: simul omnia miscentes & conturbantes, flagitiorum ac facinorum suorum
pœnas fuga amoliuntur, nec obiurgationibus castigati, nec suppliciis curati, nec se à lapsu
erigentes; sed sibi atque alijs vsque perniciosi. Ex quibus ei qui velit passionibus delicias
facere; lata exitij porta subaperitur. Habent enim pœne effugium; Romam sub oratio-
nis obtentu proficisci. Quorum malè, artificiosa molimina considerans; vestrum passio-
nes interficiens & Deo gratissimum caput, inutilem iis & vanum & sine effectu ostendat
dolum, & voluntatem multa nequiter machinantem, & variè consuentem, eos qui sine
commendatitiis litteris adueniunt, diligenter illuc redigens, vnde malè, ac nullo ordine
effugerunt. Sic enim & illorum salus procurabitur, & regularis modestia & ordo custo-
diatur, & firmabitur amor fraternus, & communis sollicitudo omnibus ad salutem ani-
mæ & corporis impendetur.] hucusque Photij epistola ad Nicolaum Pontificem data
per Legatos redeuntes in Urbem.

LX. In qua quidem quàm ipse summus artifex contexendi dolos, eosque inuolucro ver-
borum ornandi fuerit, egregium planè specimen edidit. Nam quod ad postremum hoc,
quod adeo exaggerat, pertinet, non præstari dolet ab ipso Nicolao Romano Pontifice
custodiam Canonum, cum absque litteris commendatitiis obnoxios diuersis crimini-
bus

CHRISTI NICOLAI PAP. LVDOVICI II. IMP. 6.
861. 4. MICHAEL. III. IMP. 20.

A bus recipiat fugitios Constantinopoli Romam venientes, colorato prætextu, ut ait, pie-
tatis, causa orationis, visitandi sacra Limina Apostolorum: Sciendum quòd erant hi,
qui communicare nolebant cum ipso schismatico Patriarcha Photio sedis alienæ inuaso-
re, qui quæ cum diram illic persecutionem paterentur (ut idem suis litteris Nicolaus Pa-
pa testatur) è persecutoris manibus dilabentes, Romam se conferebant, per quos Ni-
colaus didicit, quæ perperam facta essent Constantinopoli à Legatis Apostolicæ Sedis,
cum illi cuncta negassent. Quis ergo commendatitiis requirat litteras à schismatico præ-
sule, ab intruso & incubatore Ecclesiæ alienæ? sed omittimus hic reliqua omnia redar-
guere, quæ violator sacrarum legum in sui excusationem accumulac. satis ad redargu-
tionem, & increpationem reddita ad ipsum epistola Nicolai, vnum illud breuitate con-
stringens: hac sua Apologia Photium omnes explese numeros Pharisaorum, quos Do-
minus in Euangelio ^a acriter increpat, quòd mudent quæ foris sunt, & illa omitant, ^b Matth. 23.
quæ sunt grauissima crimina. cum totus sit in excusatione, & commendatione sui, quòd
inuitus sit coactus sedere ex laico in sede Episcopali, nullum prorsus verbum faciens
quòd sanctissimus Ignatius sit electus, & ipse per excommunicatos susceptus. sed præterit
ista ipse, cum, licet eloquens, quomodo excusaret, non haberet.

Quæ verò post hæc secuta sunt, vbi Nicolaus Papa has litteras à Photio, & alias
ab Imperatore per Leonem Legatum accepit, iam enarremus. De his enim idem Pon-
tix in epistola à Ignatium ^b data habet ista: Dum apud nos idem Leo Imperato-
rius Missus adfess: conuocata tora quæ apud nos est Ecclesia, professi sumus coram ip-
so, sicut & profitemur, pro deiectione vestra & confirmatione Photij numquam mi-
sisse, numquam missuros esse: & in depositione vestra, vel promotione Photij num-
quam consensisse, numquam consensuros esse. Et hæc sæpius dicta & palam annuntiata,
atque in Apostolatus nostri epistolis taliter inserta tam excellentissimo Imperatore Mi-
chaëli quàm Photio destinatis præfato Leoni à secretis decretis deferenda tradidimus.]
Hæc Nicolaus, qui vbi dicit id factum ab Ecclesia coram ipso Leone, per Ecclesiam si-
gnificari collectionem omnium Cardinalium, per sacrum Consistorium, aliæ eiusdem
Nicolai litteræ docent, idem quæ esse apud eum, Ecclesiam colligere, quod olim (ut est
apud sanctum Cyprianum) colligere presbyterium, ac modò apud nos, Consistorium
conuocare, cum & proximi assistentes interessent Episcopi. Quæ autem rescripterit Ni-
colaus ad Imperatorem & Photium, per eundem Leonem Legatum, dicitur anno
sequenti, quo illæ sunt datæ litteræ.

Hoc pariter anno sexagesimo primo supra octingentesimum, celebrata habetur Syn-
odus Lateranensis in causa Ioannis Episcopi Rauennatis, licet alij in annum sequentem
reiciant: sed huic anno monumenta Rauennatis Ecclesiæ consentiunt. Meminit &
huius Synodi Petrus Diaconus Cassinensis huius temporis scriptor in rebus gestis san-
cti Athanasij Neapolitani Episcopi, atque ipsum à Nicolao Pontifice ad hanc Syno-
dum specialibus litteris vocatum fuisse, tertioque loco sedisse, iniunctum quæ ei ab eo-
dem Nicolao Pontifice, ut legeret cautiones quasdam ab eodem Ioanne Rauennate con-
textas. Præter illa quæ apud Burchardum in libris Decretorum extant tribus actionibus
Acta distincta, eadem narratione altius reperita ab Anastasio Bibliothecario, qui inter-
fuisse potuit, ita narrantur: ^d Interea multi Rauennatum, qui à Ioanne eiusdem urbis
Archiepiscopo in rebus & iuris sui proprietatibus incommoda sustinebant, ad hunc bea-
tissimum Papam, ut à tantis oppressioibus eruerentur, veniebant. Quorum pie clamo-
res audiens, ipsum Legatis suis, & litteris sæpius Archiepiscopum, quatenus talibus ce-
deret actibus, commonuit. Sed ille mente confusa, monita pij Patris contemnens, peio-
ra prioribus addere minimè contemnebat. Quanto autem benigna inspectio summi Pre-
sulis illum ut respiceret admonebat, eò magis ad deteriora se diuertebat, & super iniqui-
tatem iniquitatè addere non desinebat. Nam quosdam temerè excommunicabat, quos-
dam autem à visitatione Sedis Apostolicæ auertebat; & quorundam res sine legali iudi-
cio occupabat; necnon & sanctæ Romanæ Ecclesiæ plurima prædia auferebat: Missos il-
lius spernebat, & gloriam B. Petri Apostoli, quantum in se erat, euacuabat: præcepta
etiam iuris sancti Petri, si apud quoscumque inueniebat, frangebat, & ad ius sancti Apo-
linaris transferebat. Nam presbyteros & diaconos non solum sibi subiectos, sed etiam
per Æmiliam constitutos ad Apostolicam Sedem pertinentes sine canonico iudicio de-
ponebat, & alios carceri, alios autem fœtidis ergastulis retrudi faciebat: alios crimen
quod

quod non fecerant, confiteri cogebar. Constituta præterea Ecclesiastica absque Sedis Apostolicæ consensu deprimebat. Et vocatus à summo Pontifice Romam, se ad Synodum non debere occurrere iactabat. Nec mirum cum postea ista fecerit, qui cautiones & indiculos, quæ solita sunt ab Archiepiscopis Rauennatibus in Scrinio fieri initio consecrationis suæ, more Felicis decessoris sui falsauit; & quædam barbara scripta, quædam verò falsa composuit.

LXIII. Eodem tempore Papa prædictus ter ad Synodum suis litteris eum vocauit, & ille venire contemnens, à sancta Synodo communionem priuatus est. Deinde Papiam pergens, Imperatoris auribus Ludouici Cæsaris molestiam intulit, solamenque mundanum quaesuit. Tunc largiente ei Augusto Legatos præcipuos, cum illis superbiam repletus tumore, Romam peruenit: sed Pontifex almus, quia contra sacrorum Canonum regulas excommunicato ipsi Legati communicauerunt, benignè eos redarguit. Illis autem quæ egerunt desistentibus: eidem Archiepiscopo à Domino conseruandus Papa mittebat, vt in Kalendis Nouembribus ad Synodum, à qua fuerat excommunicatus, accurreret, plenamque satisfactionem ostenderet, necnon & tantis præuaricationibus finem imponeret. Ille autem noluit, sed retrorsum abiens recessit.

LXIV. Et ecce Æmilienfes & Senatores vrbs Rauennæ venere cum innumero populo ad vestigia Præfulis huius beati Romani cum lacrymis properantes, rogabant, vt ad imitationem Domini nostri Iesv Christi, pro recuperatione eorum, non dedignaretur proficisci Rauennam, qualiter inspectis omnibus, ad summam eam perduceret libertatem. Itaque per semetipsum beatissimus Papa Rauennam proficiscens, cum de eius aduentu Ioannes Archiepiscopus cognouisset: vsq; Papiam continuò ad Imperatoris aures denuò molestandas iter arripuit. Tamen Præful optimus omnibus Rauennensibus, Æmilienfibus, & Pentapolitanis, res quas Ioanne Archiepiscopo & Gregorio fratre eius rapientibus, amiserant, clementer restituit ex præceptionis suæ decreto, quod tradidit & confirmauit. Præfato autem Archiepiscopo, vt prædictum est, perueniente Papiam, conciuies eiusdem vrbs vnà cum Luithardo Episcopo suo consecrato cum audissent, quòd à summo Pontifice excommunicatus idem esset Archiepiscopus: in tanta se custodiæ circumspeditione dederunt, vt nec in suis domibus eum reciperent, nec hominibus eius paterentur aliquid venditari, ne per tale commercium saltem locutionis eorum viderentur esse participes, ac per hoc excommunicationis notam incurrerent. potius autem cum de assistentibus ipsius Archiepiscopi aliquos per plateas incidentes vidissent, clamabant: Isti de illis excommunicatis sunt: non licet nobis cum illis misceri.

LXV. Tunc videns se idem Archiepiscopus voluntatis suæ non posse per hoc machinamenta perficere: idem se ab Imperatore adiuuari poposcit. Cui ad hæc per internuntium Augustus dixit: Vadat, & saltu elationis deposito, tanto humiliet se Pontifici, cui & nos, & omnis Ecclesiæ generalitas inclinatur, & obedientiæ & subiectioni colla submittat: quia qui cupit aliter, minimè consequi poterit. Cumq; Archiepiscopus hæc audisset: anxiam cepit, & iterum importunis precibus Legatos Imperatoris expetens Romam peruenit. quo contra beatissimus Papa hæc cognoscens, omnem illius arrogantiam tamquam aranearum telam despiciens, in qua prius sententia fuerat, perseuerauit atq; immobilis fuit. Tamen eisdem Augustalibus Missis Papa sanctissimus, cum magna mansuetudine agens, huiusmodi locutus est: Si dilectus filius noster Dominus Imperator istius Ioannis Archiepiscopi actus & bene mores cognosceret: ipse non solum pro illo nos minimè flagitaret, sed etiam vt se corrigeret, ad nos etiam eum, ipso nolente, dirigeret.

LXVI. Tunc sicut ipse egregius Papa decreuerat, multis in vnum Episcopis prouinciarum conuenientibus, eidem Archiepiscopo destinauit, vt coram veniens, de se plenissimam satisfactionem ostenderet, & quæ præuaricatus fuerat, satius emendaret.

Quod Archiepiscopus per ter audiens, & se à nemine adiuuari posse conspiciens, in angustiæ lamenta & nimis tribulationis se contulit intus, & quos poterat cum lacrymis implorabat dicens: Miseremini mei peto, miseremini mei, & clementiam summi Præfulis, vt mei misereatur, exposcite. Quod nonnulli videntes & audientes, summo referebant Antistiti, & responfionis illius, quas lamentabili voce dabat suggestiones, ad liquidum exponebant. Tunc compatientissimus Papa Dominum, qui mortem non vult peccatoris, imitatus, misericordia motus, præfatum Archiepiscopum ad humilitatis viam tandem conuersum suscipere decreuit.

Tunc

A Tunc ille confestim, apprehensa charta repromissionis, & iuramenti sui, scripturas, quas tempore consecrationis suæ imperfectis confusisque (vt in eis videbatur) repleuerat dictionibus, propria manu scribens iuxta consuetudinem antecessorum suorum composuit. Et domum, quæ dicitur Leoniana, in qua beatissimus Præful cum Episcopis, presbyteris, proceribus, & optimatibus, multis adstantibus residebat, conscendit, prædictasque scripturas quas fecerat, super viuificam Crucem Domini nostri Iesv Christi atque sandalia eius, & super sacrum quatuor Euangeliorum codicem posuit, & has manu tenens, innumeris qui conuenerant audientibus; clara voce spontè iurauit, se omnibus diebus vitæ suæ obseruando integritè tenere atque perficere sicut in ipsis sanctis responfionis continebatur atque legebatur scripturis. quas etiam in conspectu omnium ore proprio legit, summoque Præfuli tradidit.

B His ita peractis, ipse insignis & præcipuus Pontifex in basilicam Saluatoris, quæ Constantiniana dicitur, cum omnibus Episcopis, & cuncto Clero, altero die descendit: vbi à summo Pontifice iussu prænotatus Archiepiscopus affuit, & de crimine hæreseos, quo imputabatur, se expurgauit. Quem communioni ipse Papa restituit, & vt sacrarum Misæarum solemniam celebraret, licentiam ei benignus indulsit.

C Sequenti verò die, præfate eodem summo & vniuersali Papa, in eadem domo Leoniana, & iuxta morem residente sanctissimo sacerdotum & Coepiscoporum collegio, affuit idem Archiepiscopus, & iussu summi Præfulis refedit. Tunc Æmilienfes astitere Episcopi, dantes querimoniam in libellis super eundem Ioannem Archiepiscopum, dicentes, se multa præiudicia & superimposita ab ipso Archiepiscopo sustinere. Nam nonnulli Rauennates & Æmilienfes eadem fatebantur, sicut in gestis quæ in Bibliotheca iacent, quisquis inuestigauerit, poterit reperire. Quæ audiens à Deo protectus Pontifex vnà cum sancta Synodo, contra Ecclesiasticæ regulæ normam talia esse prædixit, & vt omnes istæ transgressiones corrigerentur, acclamante sancta Synodo, ita debere fieri, dulci affatu statuit: Ne sibi principaliter grex commissus Dominicus per desidiam lupinis lacerandus moribus relinqueretur. Verumtamen, o Ioannes Archiepiscope, inquit, vt cuncta quæ dicuntur, speciali possint correctione amodò facilius corrigi: præcipimus tibi, vt remota omni excusatione, præter grauem corporis molestiam, quæ te venire omnino prohibeat, semel in singulis ad Sedem Apostolicam properare studeas annis, nisi fortè remorandi licentiam ab Apostolica Sede percipias.

D Item sancimus, vt Episcopos per Æmiliam non consecres, nisi post electionem Ducis, Cleri, & populi, per epistolam Apostolicæ Sedis Præfulis acceperis eos consecrandi licentiam. Ipsos autem Episcopos, quotiescumque ad Apostolicam Sedem accedere voluerint, nequaquam prohibeas: sed & nullam dationem, quam sacri Canones non præcipiunt, ab eis aliquando exigas.

Præcipimus etiam, vt ipsos Episcopos, illam malam consuetudinem, quæ à quibusdam Trigesimalis dicitur, nullo modo Rauennati exhibere aut exercere compellas Ecclesiæ. Nec vllum morem, qui contra Episcoporum priuilegium sit, ab eis exigere quoquo modo tentes. Nihilominus præcipimus tibi, vt numquam res cuiuscumque personæ, qualicumque ingenio vel chartula exquisitas & possessas olim, modò occupes, aut titulum superimponas, donec in præsentia Apostolica, vel Missi eius aut vestrorum Rauennæ, legali ordine illos in iudicio conuincas.

E Cumque hoc à beatissimo Papa obseruandum Archiepiscopo Ioanni fuisset iniunctum ac imperatum; surrexit sancta Synodus, & tribus vicibus acclamauit: Rectum iudicium summi Præfulis. Ista definitio pastoris totius Ecclesiæ. Salubris constitutio Christi Discipuli. Omnibus placet. omnes eadem dicimus: omnes eadem sapimus: omnes eadem iudicamus.

LXXII. Tunc tam eodem Archiepiscopo, quam omni sancta Synodo sacri verbi pabulo relictis, dulcissimique saporis à beatissimo Præfule nectare satiatis: vnusquisque ad propria, licentia accepta Pontificis, exiuit.] hucusque de causa dicti Ioannis Archiepiscopi Rauennatis Anastasius. Qui his subiicit diuersa ornamenta ab eodem Nicolao diuersis donata Ecclesiis, videlicet Calicem de argento purissimo Ecclesiæ sanctæ Mariæ in Cosmedin, pensantem libras quinque, & vncias duas. In titulo Vestinæ expressæ figuræ B. Vitalis martyris fecit iconam argenteam, pensantem libras quatuor & semis. In basilica beati martyris Anastasij in circuitu altaris vela quatuor cum periclii de blatti. In basi-

S 4 lica

ORNAMEN-
TA OBLATA
DIVERSIS
ECCLES. A
NICOLAO
PAPA.

CHRISTI 861. NICOLAI PAP. 4. LVDOVICI II. IMP. 6. MICHAEL. III. IMP. 20.

lica beati Petri Apostoli, in Oratorio sancti Gregorij Papae fecit vestes de fundato per circuitum ornatas de holoserico. Et in Ecclesia Doctoris Gentium beati Pauli Apostoli fecit vestem auro textam mirae pulchritudinis, in circuitu gemmas habentem hyacinthinas, albas, & prasinas, simul & carbunculos lapides, simul & duo vela auro texta cum gemmis. similiter sanctae Dei Genitricis semper Virginis Mariae, quae primitus Antiqua vocabatur, nunc autem Noua, quam Dominus Leo Papa Quartus a fundamentis construxerat, sed picturis minimè eam decorarat, idem beatus simul Praeful pulchris & variis fecit depingi coloribus, augens decorem, & pluribus corde puro ornauit speciebus.] haec de rebus anni huius Anastasius.

LXXIII. ALFONSVS MAGNVS REGNAT IN HISPANIA.

Roderic. Tolot. lib. 4. cap. 16.

Eodem anno Redemptoris octingentesimo sexagesimo primo, vita functo Ordonio Gallaciae in Hispania Rege, eius filius Alfonso, siue Aldefonsus cognomento Magnus successit, quem hoc anno regnare coepisse, verus inscriptio docet, suo loco inferius recitanda. potens armis, & religione potentior, Magni est cognomentum duplici iure, tum pietate, tum bellica fortitudine consecutus: qui sui Regni exordio inter cetera opera pietatis, thesauros, quos pater suus sibi reliquerat, pauperibus & Ecclesiis erogauit, Ecclesiamque S. Iacobi, quae terrea erat, quadratis lapidibus erigens & columnis fulciens, reddidit augustissimam, aliasque multas Ecclesias fabricauit. His iactis ad bene instituendum regimen fundamentis, multis victoriis aduersus impios Arabes est illustratus, quas, qui fusi res Hispanas sunt persecuti, describunt. dicendum rursus de eo inferius opportuno loco ac tempore. hic modò finis anni.

IESV CHRISTI ANNVS 862. NICOLAI PAP. ANNVS 5. LVDOVICI II. IMP. 7. MICHAEL. III. IMP. 21. C

I. INCENDIVM TEMPLI S. SOPHIAE ET TERRAE-MOTVS.

ANNVS Redemptoris octingentesimus sexagesimus secundus, decima Indictione notatus incipit, quo incendio conflagrauit Constantinopoli basilica sanctae Sophie, atque Ascensionis Domini die rursus magno terramotu ciuitas Constantinopolitana concussa est, haecque omnia in vltionem scelerum ibidem ad summum culmen excreverunt. De incendio primum agens Nicetas haec habet: Eodem etiam tempore incendium magnum templo sanctae Sophie fieri contigit: Dicit autem nullo pacto potest, quot damna vicinis attulerit. Nihil tamen horum ad poenitentiam agebat eos, qui impie se gerere decreuerant. Quodnam autem ingens, praeter alia recensita, Constantinopoli tunc vigeret iam antea coeptum, cum imperaret cum filio Theodora, neque vquam correctum scelus in contemptum sacrorum, idem Nicetas paulò inferius sic enarrat: Michael Imperator iuuenilibus concupiscentiis tota mente corruptus, ludibrio habebat res sacras, ludibrium videlicet ipse factus omnis incontinentiae & peccati, necnon peccatorum patris diaboli. Etenim sordidissimos quosdam homunciones & profanissimos & scurras cum delegisset à Spiritu sancto alienos, sicut è contra aduersario spiritu pleenos, agens ipse Imperator, sacerdotes & Pontifices sine vlla religione & reuerentia ordinauit. inter quos Theophilum quemdam Protospatharium hominem ridiculum & histrionem, & omnium impurorum impurissimum quasi Patriarcham illis praeposendo nominauit, risum sibi ipsi & cachinnum impurum execrabilis Imperator comparando, & risu dignus propter ea, quae ab ipso patiebatur sancta Dei Ecclesia, & Dei nomen blasphemabatur inter Gentes.

SACROVM DERISVS PER IMP. INTRODVCTVS.

II.

Ita verò gaudebat hac sua infania & gloriabatur Imperator, vt neque eum puderet haec publicè dicere, quod mihi quidem Patriarcha est Theophilus, Photius verò Bardes, Christianis verò Ignatius. eò scilicet dementiae & impietatis adductus est. Praedictus itaque Theophilus helluo ita publicè in aula regia comam gerens, suis nefandis omnibus impuritatibus & scurrilitatibus sacra mysteria, imitatione quadam deludendo, representabat, quod ne impiissimi quidem Gentilium agere ausi sunt. Photius verò dum haec ante eius oculos turpiter gererentur, non reprehendit rem adeò absurdam, neque huic impietati refragatus est, neque paruam, neque magnam vocem edidit, dum res sacras tanta contumelia affici cerneret. Nec mirum quidem: mercenarius enim erat, non pastor: quapropter nulla de perditis ouibus illi cura erat, sed ad duo tantum eius mens dirige-

PHOTIVS CANIS MVTVS.

CHRISTI 862. NICOLAI PAP. 5. LVDOVICI II. IMP. 7. MICHAEL. III. IMP. 21.

rigebatur: alterum quidem vt per omnia illis qui imperare videbantur, gratificaretur, vt ita Patriarchalem dignitatem stabiliorem sibi redderet: alterum verò, quomodo etiam vita ipsa, si fieri posset, priuaret Ignatium. Quod autem haec reuera sint, nec verba inania, res ipsa clamat. Quis enim audiens apparatus illum, non agnouit quamprimum Photij mentem interficiendi Ignatij?

Vna enim die hospes quidam, eò vsque omnibus ignotus, monastico habitu indutus, Eustratius nomine, patriarchalem domum ex tempore ingrediens, binas fectas litteras in conspectu omnium attulit, quas sapientissimus ille Photius (vt deinde apertum omnibus fuit) dolose formauerat; alteras quidem ex persona Ignatij ad Nicolaum Papam, quibus illum docebat fusiis de nouitatibus, quae contra ipsum gestae fuerant, & de iniquitate Imperatoris, quas litteras, vt iste dicebat, cum Papa ipse nec intueri voluisset, inde illas iterum reportabat: alteras ad Photium ipsum à Nicolao Papa, Apologiae vim habentes, pro contentione, quae inter eos interea orta erat, in posterum pacem & communionem quasi firmantes. Has cum ille Photius turbarum magister accepisset, quàm primum Imperatori & Bardae contra innocentem Ignatium ostendit, & illos aduersus eum irritat, haec addens: Ignatius nequiter se haber aduersus vestrum Imperium, & cum extraneis vos accusat, & calumniatur, & iniustos nuncupat: quapropter iustum esset, vt nec viuere permitteretur, dum talia aduersus serenitatem vestram meditatur; horum verò esse apertam demonstrationem, litterae ipse docent, quibus nihil nos quidem offendit, sed adiuuit potius, cum satis superque Papa sciuerit veritatem, & pacem & vnionem nobiscum confirmarit. Non puto autem iustum esse, vt vestrum Imperium ita ab ipso vituperetur. haec quidem sycophanta ille Photius. Quamprimum verò custodes & carcer Ignatio aculato & innocenti praeparantur: magna etiam fit inquisitio, an haec ita se habeant. in medium igitur tabellarius ille adducitur, & ab eo petebatur, vt indicaret, à quonam accepisset litteras ad Papam. Hic verò cum primum dixisset, quod Cyprianus ille Ignatij socius & litteras & viaticum sufficiens illi dedisset: qui per mensem quaesitus, vt illum ostenderet, quisnam scilicet Cyprianus esset, nec vquam inuenisset, quem non cognouerat: tandem deprehensus fuit tabellarius, quod neque Cyprianum, neque alium hominem Ignatij cognouisset. Cum itaque hoc pacto fraus ipsa deprehensa fuisset, grauissimis verberibus tabellarius à Barda multatus fuit, quem cum saepius Photius liberare contendisset, minus potuit. Hac iniquitate aperta iam facta, nullus erat, quin odio prosequeretur horum malorum auctorem Photium.] haec Nicetas, qui pergir dicere de terramotu, quem tunc Constantinopoli hoc anno contigisse diximus: ait enim:

III.

DE FALST LITTERIS A PHOTIO COMMENTIS.

IGNATIVS RVRSVS IN CARCERE DETRYDITVS.

Praeterea Ascensionis Dominicae festiuitas agebatur, & vesperè terramotus secutus est omnium qui vniquam fuerant, maximus, qui totam sequentem noctem durauit. vox etiam & sonus inarticulatus è terra & mari emittebatur, qui cordibus hominum metum & horrorem iniiciebat, praesertim cum Iustini columna è gentibus concisa decidisset. Tunc etiam Basilius ille Cretae antea Episcopus, sed propter Agarenorum incurSIONem Thessalonicam translatus, ausus est adire Michaellem Imperatorem, & illum simul admonere, eum orans, vt abstinere à sacris muneribus, & ab illa turpi & impia sacrarum rerum imitatione, & scurrili ministerio; hinc enim ille affirmabat, irritari Dei furorem. Ille verò monitionibus huiusmodi grauius offensus, validis pugnis verberando illius faciem, seni illi dentes radicitus excussit; necnon terga ita flagris oneravit, vt parum abfuerit quin mortuus fuerit. Haec autem non curabat mercenarius Photius, quin ipse gatebat iis quae fiebant: & vna cum mimis frequentius conueniens, & conuiuans, neque ab illorum exercitio & contemptu procul aberat.] haec quidem, quae breuiter perstrinxit Nicetas de Photio mimis huiusmodi inhaerente, esse verissima, Acta probant (vt dicemus suo loco) Octauae oecumenicae Synodi, vbi saepe clamatur Photius mimorum eiusmodi res sacras eludentium Patriarcha, vt intelligas hominem omni ex parte turpissimum, eneruatum penitus, roboris virilis eunuchum, totum effeminatum & emollitum, in istiusmodi sacrilegos ludos cum Imperatore pariter defluxisse, illi in istis etiam quod probe faceret, turpiter adulatum.

IV.

TERRAEMOTVS INGENS CONSTANTINOPOLI.

BASILIVS EPISCOPVS THESSALONICAE QVAE PASSVS A MICHAELI IMP.

FAVET TVRPI TVDINI PHOTIVS.

Sed quae perfidus post haec in eundem sanctum Patriarcham Ignatium fit molitus, ab eodem Niceta sic accipe: ait enim: Cura autem illi haec in primis erat, vt contra Ignatium aliquid moliretur: & laetabatur contra ipsum quidquam audire. Et si quid conui-

V.

tian-

tantem aliquem videret, & vanam aduersus Ignatium calumniam proferentem, hunc A sibi tamquam amicum fidelem conciliabat, & magna cum læticia audiebat: Nihil enim adeo oblectat animam odio malè affectam, vt murmuratio aduersus eos, quos odio habemus. Semper igitur Patriarchæ Ignatij amicos & familiares, quibus poterat, muneribus & dignitatibus suffurando, & sibi conciliando, per eos inuestigabat, si quid aduersus iusti illius Ignatij animam patrare possiet. Horum vnus ille fuit Ignatius itidem nomine, sancti discipulus, qui iuxta Demam^a illum antiquum, cum sæculum præsens in primis dilexisset, Photio adhæsit, & dominus primùm confituitur monasteriorum, quæ sunt in Propontide, deinde Metropoli Hierapoleos à Photio efficitur. Hic pro dignitate accepta hanc illi reddidit gratiam: O domine, inquit, quomodo mirabilis illa te laruit Ignatij absurditas, & sine correctione neglecta fuit? In media enim insula quæ Plata, id est, lata dicitur, templum quadraginta Martyrum constr. B ctum erat, & ibi Dei Genitricis Oratorium, cuius altare antea Scythæ insulam depulantes, humi strauerunt; Ignatius verò hoc denuò erexit. Erat ista illius accusatio, quasi Ignatius exaudoratus, absque licentiâ petita à Photio, qui Patriarcham agebat, altare ausus esset erigere. pergit auctor:

^a 2. Tim. 4. IGNATII FAMVLI IN DOMINVM PRODITIO.

V I. NOVA AC-CVSATIO IN IGNATIUM.

Quid igitur ille? num hanc rem quasi paruam, & nihil absurdi in se habentem ratus silentio præterit? Nequaquam, sed potius Principibus ipsis, quasi magnam rem & grauem detulit; & suæ Ecclesiæ cum rem gestam ab Ignatio communicasset, Amphilo-chium Cyzici, & Theodorum Patarorum Metropolitæ, necnon Pantaleonem Senato-rem cognomento Bosphron, ad dictam insulam cum destinasset, profanorum hominum manibus sacram illam aram deturbauit: præcepit iis etiam, vt aliam prope litus maris erigerent.] hæc Nicetas, acerrima apostrophe & inuectiua perstringens bestiam illam femineo vultu virum agentem, atque sacerdotali specie perstreptem. sed satis suis factis ipse profcinditur absque alicuius linguæ mucrone ad omne malum comparatus homo, lues postrema orientalis Ecclesiæ.]

V I I.

Cum autem sic sederet Photius, tale quid infuetum accidit, quod loco prodigij habitum est, narratque ita Nicetas: Cum enim nondum hæc quidem ab Orthodoxis fuisset congregata Synodus, Octaua scilicet œcumenica, eademque legitima, nec spes quidem villa foret: bubali quidam cum per mediam urbem agerentur, repentino quodam motu incitati huc atque illuc dissipantur. Vnus verò ex ipsis versus magnam Ecclesiam recto cursu incitatus intra sacrum templum ingressus, vsque ad ambonem progressus est. Erat autem hora diei nona, & hoc non bonum nuntium apud illos fuit, qui hæc talia iudicare norunt.] Hæc Nicetas, interpretatus ipse bubalos Photianos malè exceptos D (vt ait) in Ecclesiam. Sed concinnè magis ipsi aptatur Photio, bruti instar bubali eam Ecclesiam inuadenti & occupanti, nisi quod longè minor ista est comparatio; quam vt exprimat omne malum, quod ex Photij inuasiōe passa est illa infelix Ecclesia: qui primùm ventilans eam atque profcindens superbiæ cornibus, & discindens, sanio rem partem Ignatium amplectentem, atque communicatione Catholica Romanæ Ecclesiæ in hærentem perdidit atque disperdit; deteriorem verò, atque funestiore schismate à Catholica vnione diuisam fouens & colens, sic roborare conatus est, vt non solum sibi suisque æternæ vitæ dispendium simul intulerit, sed in successores propagans, perpetui iecerit semina schismatis, quod altis radicibus fixum, numquam amplius esset in posterum euellendum: adeò vt quod effecit terræmotus hoc anno conuicti omnem illam Ecclesiam, quod incendium eam absumens, id ipsum perpetuò peragendum ibi E reliquerit: adeò, vt licet defecerit ipse, non tamen cessauerint commotiones excitatæ semel ab ipso, nec incendium, Ætnæ instar, flammarum globos iugiter vomens, vquam finem acceperit. nam et si ad modicum temporis spatium sit aliquando intermissum, rursum tamquam vi repressum vehementiori erumperè impetu & grauiori damno visum est cuncta depascere, ita vt voracibus flammis cuncta iam appareant esse consumpta in cineremque redacta.

Q V A N T A M A L A A B V N O P H O T I O

V I I I. NICOLAI PAP. CER-TAMEN AD-VERS. IMP.

Sed quid inter hæc Romæ? laborat indefessè vindex iustitiæ Nicolaus, exactor obseruantia Canonum vigilat, atque defensor innocentium, vt eos de manu potentium liberet, fortiter agit. Apostolica in eo constantia vigens aduersus conatus omnes Michaëlis Imperatoris assurgit, insurgitque in omnia quæ eius voluntate atque potentia aduersus Patriarcham sanctum Ignatium per scelestissimum Phorium facta essent, qui illius sedem eiiciens

eiiciens tyrannicè suam erexit. Quam malè muniatam Imperatoria auctoritate, & inani-ter roboratam numero Concilio instar Nicænæ Synodi œcumenicæ, vt pestilentia cathedram sui infirmitate nutantem atque labantem Nicolaus eiecit, thronum verò Ignatio statuit ac stabiluit. Hic tu Lector, tanti certaminis spectator assiste, cui victoria cedat, dum quod Imperator ædificat, Pontifex destruit; quod ille erigit, iste discicit, & quod dissipat ille, reparat iste. Sed absorpti^a sunt enim iuncti petra iudices eorum,] petra vtique illi de qua dictum^b: Super quem ceciderit petra conteret eum. Hic tu de sine secu-^c rursus, & de certaminis exitu certus, interim quæ sunt gesta, sic accipe:

Hoc eodem anno Nicolaus Papa dimisit Leonem Legatum Imperatoris, qui cum in Vrbe hiemasset, iam veris tempore aduentante, soluit Constantinopolim versus. Decima quidem Indictione se dedisse litteras eidem Nicolaus ipse testatur; ^d sed & litteræ ipsæ significant, quæ datæ in sine leguntur decimo octaua mensis Martij decima Indictione. Extant enim ipsæ litteræ à Nicolao Papa redditæ ad Imperatorem^e, & aliæ seorsum ad Photium^f, necnon aliæ ad vniuersos^g Christifideles, vt vniuersæ Ecclesiæ, quæ iniquè in sanctum Ignatium gesta essent, nota fierent; quò scirent omnes quibuscum sibi communicandum, & quorum cauenda communio. datæ omnes hoc (vt dictum est) anno; die decimo octaua vel nona mensis Martij, decima currente Indictione. Ex quibus ne nimia prolixitate fatigem Lectorem, satis si vna ex ipsis, nempe reddita Photio Nicolai epistola hic describatur, cum si quis alias cupit, culas habeat, quas legat: & ad historiam satis, si Nicolai ponatur epistola, qua respondet ad prolixam Photij superius recitam epistolam: quas si conferas simul, illam pollere asseres eloquentia seu potius verborum; hanc autem niti tantummodò veritate, vt decet Romanæ Ecclesiæ maiestatem, non aliunde petere ornamenta: quæ satis ex diuinis impertito sibi decore, satis ex ipsa veritate nitescit. sic enim se habet:

Nicolaus Episcopus seruus seruorum Dei prudentissimo viro Photio.] ita inscriptio, X, vti laico homini, nulloque sacro initiato legitime ordine, quamuis se gereret Constanti-nopolitanum Patriarcham.

Postquam beato Petro principi Apostolorum Dominus ac Redemptor noster IESVS NICOLAI PAP. SECVN-DA EPISTOLA AD PHO-TIUM. Christus ex vtero Virginis pro nostra redemptione, vt erat verus Deus ante sæcula, verus homo in sine sæculorum apparere dignatus est, ligandi atque soluendi in cælo & in terra potestatem tribuit, & ianuas Regni cælestis referandas concessit, supra soliditatem fidei suam sanctam dignatus est stabilire Ecclesiam, secundum illius veridicam vocem dicentis: Amen dico tibi: tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam & Matrh. 16 meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam, & tibi dabo claues Regni cælorum: Et quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in cælis: & quodcumque solueris super terram, erit solutum & in cælis. Ad quam promissionem sanctæ Apostolicæ institutionis cæmento cœperunt huius fundamenta ex pretiosis succrescere lapidibus, & annuente diuina clementia, per studium structorum & Apostolicæ auctoritatis sollicitudinem vsque ad culmen insolubiliter perducta, perpetualiter mansura sine sinistra auræ impulsu consistere. Cuius primatum, (sicut omnibus Orthodoxis manifestum est) viris, & in superioribus præmodicum declaratum est) beatus Petrus princeps Apostolorum & ianitor Regni cælestis merito promeruit. Post quem & huius Vicarij sincerissime Deo famulantes, carentes nebularum densitatibus, quæ recto ab itinere impedire assolent, dignius perceperant, & in cura regiminis, quam pro Dominicis ouibus susceperant, sollicitè permanferunt. inter quos & nostram paruitatem omnipotens Dei misericordia connumerare dignata est. pro quibus tantum consistimus pauidi, quantum consideramus in æterno examine pro omnibus & præ omnibus, qui Christi censentur nomine, rationem reddituros.

Et quia vniuersitas credentium ab hac sancta Romana Ecclesia, quæ caput omnium est Ecclesiarum, doctrinam exquirat, integritatem Fidei deposcit, criminum solutionem qui digni sunt, & gratia Dei redempti, exorant: oportet nos, quibus commissa est, sollicitos esse, & ad speculationem Dominicæ gregis tantum feruentius anhelare, quantum hunc auidi lupi ad dilaniandum hinc inde patenti ore exquirunt, quod & audiendo cognouimus, & experiendo comprobamus. Et quos per corporalem ob longinqua terrarum spatia, aut tumentes marinos fluctus, nequimus visitare præsentiam, saltem feris apicum quasi viua voce declarent, vt nec à nobis silentij exquiratur culpa, nec auditoris de

X. LEO IMPERATORIS LEGATUS AB VRBE DIMISSVS.

^c Nicol. ep. 70. ^d Idem ep. 5. ^e Idem ep. 6. ^f Idem ep. 4.

X.

NICOLAI PAP. SECVN-DA EPISTOLA AD PHO-TIUM.

Matrh. 16

X 17

CHRISTI
862.NICOLAI PAP.
5.LVDOVICI II. IMP. 7.
MICHAEL. III. IMP. 21.

ignorantia excusandi tribuatur facultas: quia & illud à nobis cauendum est, quod per A
Prophetam dicitur: ^a Canes muti non valentes larrare. Nam & Apostolus ait: ^b Inſta
^a Iſa. 56. oportune, importune. Constat enim sanctam Romanam Ecclesiam per B. Petrum prin-
^b 2. Tim. 4. cipem Apostolorum, qui Dominico ore primatum Ecclesiarum suscipere promeruit,
omnium Ecclesiarum caput esse; & ab ea rectitudinem atque ordinem in cunctis utilita-
tibus, & Ecclesiasticis institutionibus, quas secundum canonicas & Synodicas, sancto-
rumque Patrum sanctiones inuiolabiliter atque irrefragabiliter retineret, exquirere ac se-
ctari. Et ideo consequens est, ut quod ab huius Sedis rectoribus plena auctoritate sanc-
tur, nullius consuetudinis præpediente occasione, proprias tantum sequendo voluntates,
remoueat, sed firmis atque inconculsè teneatur.

X I I. Nam in hoc, quo noster Apostolatus vestram prudentiam commonuit, quia ex lai-
cali ordine sine canonica approbatione ad Patriarchatus dignitatem subito transcendere B
contra Patrum promulgationem non recusastis, sed temerè atque impudenter ad tan-
ti honoris culmen accedere præsumpsistis: assumpsistis vobis quasi à sanctissimo viro Ne-
ctario occasionem, quem sancta Secunda Synodus non ob aliud ad sacerdotalem eligere
atque ordinare ex laicali ordine voluit dignitatem, nisi quia magnæ necessitatis contri-
tione anxietate, eò quod in sancta Constantinopolitana Ecclesia nullus clericorum in-
ueniri poterat, qui pessimæ hæresis nimboſa caligine non fuerit impeditus. Et ob id ne-
dum iam dicta Ecclesia sub destitutione pastoris quasi viduata maneret; prædictum Ne-
ctarium expugnatorem hæreticorum & defensores atque gubernatores Ecclesiarum
ad Ecclesiasticam curam & dignitatem sacerdotalem iam dicta Secunda Synodus ele-
git, sed ut hoc iterum fieret, non confirmavit, neque sanxit, aut instituit. Et ideo, li-
cet contra Patrum atque canonicas institutiones, quod per necessitatis fieri euentus com- C
probatur, non in auctoritate tenendum est, sed ne iterum talis proueniat necessitas, ma-
gis magisque cauendum: quia omne quod ab aliis reprehendi poterit, conuenientius
ac decientius videtur existere, si antequam fomes reprehensionis accrescat, emendatio-
nis cura succedat.

X I I I. De Tarasij siquidem promotione, qui similiter ex laicali cœtu ad Patriarchatus ex-
templò culmen promotus est, quam & vos quasi in auctoritatem vestræ defensionis as-
sumere vultis, si sanctam, quæ apud vos tempore sanctissimi viri Domni Hadriani Papæ
celebrata est, Synodum diligentius scrutati fueritis, atque attentius intenderitis, inue-
nietis quid in ea idem sanctissimus vir consultus decreuerit. Et quod dum eius conse-
crationis reprehenderet actus, & mœrorem se pro tam præsumptiua factione nimum
sustinere profiteretur (dicit enim: Quod nisi in erigendis imaginibus feruentius contra D
illarum depositores atque conculcatores, ut verus miles Christi resisteres, nequaquam
vestræ consecrationi assensum præberemus, aut in ordine Patriarchatus vestram dilectio-
nem susciperemus) quæ tantum declaratur inordinate promotæ, quantum comproba-
tur contra Apostolica decreta enormiter præsumpta.

X I V. Beatissimum quoque Ambrosium clarissimam & splendidissimam lucernam Eccle-
siaz, qui ex catechumeno diuino præſagio ad Episcopalem per continuos gradus promo-
tus est dignitatem, cur nobis pro vestro tutamine opponitis, & ad vestram illicitam pro-
motionem antefertis, qui non instinctu hominum, sed diuina vocatione per miraculo-
rum prodigia electus est? Nam cum in infantiz cunis sub nutricis cura dormiens solici-
tè verteretur: aperto ecce ore, examen apum subito affuit, quod faciem eius & ora com-
pleuit, ita ut ingrediendi & egrediendi vices frequentaret. quod pater cum matre vel E
lia deambulans, ne abiiceretur ab ancilla, quæ curam nutriendi infantem susceperat,
prohibebat: sollicita enim erat, ne infanti nocerent. Expectabat tamen patrio affectu,
quo sine illud miraculum clauderetur. At illæ post aliquamdiu volitantes, in tantam
aëris altitudinem subleuatae sunt, ut humanis oculis minimè viderentur. Quo facto ter-
ritus pater ait: Si vixerit infantulus iste, aliquid magni erit. Post hæc verò adultus puer,
liberalibus artibus imbutus, Mediolanum perrexit, vbi Auxentius Arianorum Episco-
pus cathedram non regendam sed dilaniandam tenebat Episcopalem. Quo defuncto,
cum ad electionem Episcopi popularis fieret in Ecclesia conglobatio: ecce quidam in-
fans acclamabat, dicens, Ambrosium Episcopum. ad quam vocem & omnis illa con-
uentio similiter acclamabat Ambrosium Episcopum. quod non humanis id fieri creden-
dum est voluntatibus, sed diuinis, ad saluationem & ereptionem Fidelium de aduer-
sarij

CHRISTI
862.NICOLAI PAP.
5.LVDOVICI II. IMP. 7.
MICHAEL. III. IMP. 21.

A sarij nostri faucibus, qui tamquam leo rugiens quærit quem deuoret, inspirationibus.
Qui dum se multis voluisset occultare argumentis, & à tanto honore deliteſcere, tan-
dem superatus ad sacerdotalem ab omni populo & Clero diuinitus est dignitatem ele-
ctus, & è catechumeno per singulos gradus Ecclesiasticos proficiſcens, octauo die ab om-
ni Catholicorum, diuina annuente clementia, consensu est consecratus Episcopus. At-
tendat igitur prudentiæ vestræ dilectio, & intimo cordis prospiciat oculo, si debentur ea
quæ per miraculorum signa Fidelibus proueniunt, his æquari quæ proprio tantum libitu
ad dignitatis gloriam percipiendam peraguntur; & sic ad auctoritatis vestræ excusatio-
nem præſatos assumite viros. Ecce propter necessitatem & inopiam clericorum assumit-
tur Nectarius: ecce propter Ecclesiastica dogmata & hæreticorum expugnationem, qui
venerandas deponere imagines præſumpserunt, Tarasius: ecce per miraculorum signa
B Ambrosius ad regendas Ecclesias promoti sunt.

De vobis autem, quibus per plures auctoritates Conciliorum, atque decreta sanctissi-
morum Pontificum resistunt, quid aliud est sentiendum, nisi inopinatam à vobis con-
suetudinem adoleuisse credendum, & secundum sanctorum Patrum sententiam non so-
lum quia ex laicali ordine contra canonicas auctoritates ad regendam Constantinopoli-
tanam Ecclesiam subito transuolastis; sed etiam quia viuento viro & incolumi persistente
te, videlicet religiosissimo Ignatio Patriarcha, cathedram illius, scilicet Constantinopo-
litana Ecclesiam, ut mœchus, surripuistis, & inuadere præsumpsistis, postponentes
illud quod scriptum est: ^a Quod tibi non vis fieri, alij ne feceris: & ideo vestræ consecra-
tioni, æquitatis libramina tenentes, assensum præbere, quia enormiter & contra sancto-
rum Patrum institutiones peracta est, minime præsumimus. ^b Matth. 7.

C Quod verò dicitis, neque Sardicenses Concilium, neque Decretalia vos habere
sanctorum Pontificum, vel recipere: non facile nobis credendi facultas tribuitur: maxi-
mè cum Sardicenses Concilium, quod penes vos in vestris regionibus actum est, omnis
Ecclesia recipit: qua ratione conuenerat, ut hoc sancta Constantinopolitana Ecclesia
abiiceret, & ut dignum est, non retineret? Decretalia autem quæ à sanctis Pontificibus
primæ Sedis Romanæ Ecclesiaz sunt instituta, cuius auctoritate atque sanctione omnes
Synodi & sancta Concilia roborantur, & stabilitatem sumunt, cur vos non habere, vel
obseruare dicitis, nisi quia vestræ ordinationi contradicunt, & ex laico ad culmen Pa-
triarchatus transuolare resistunt? contra illud Apostolicum: ^b Nemini citò manum im-
posueris. Quod si ea non habetis, de neglectu atque iniuria estis arguendi: si habetis, &
non obseruatis, de temeritate estis corripiendi & increpandi. ^c OMNES
SYNODI AV-
CTORITATE
ROM. ECCL.
FIRMAN-
TUR.
^b I. Tim. 5.

D Quod violenter vos ad sacerdotalem dignitatem promotos affeneratis atque prote-
stamini, vestræ consecrationis tempore, non ita esse declaratur: qui postquam in Patriar-
chatus throno stabiliti estis, non ut pater in filios blandum, sed ut imitem in deposi-
tione Archiepiscoporum & Episcoporum per seueritatem vos demonstrastis, & in dam-
natione innocentis Ignatij, quem vos ut depositum habetis, immoderatè exarsistis. In cu-
ius depositione, nisi prius veracissime illius cognouerimus transgressionem vel culpam,
inter depositos illum non numeramus, neque damnamus. quia valde cauendum est, ne
sine causa innocens damnetur. Et sicut illum in pristino honore mansurum, si ei dam-
nationis crimina non comprobantur, sancta Romana retinet Ecclesia; sic vos qui incau-
tè & contra paternas traditiones promoti estis: in Patriarchatus ordine non recipit; ne-
que ante iustam damnationem Ignatij Patriarchæ in ordine sacerdotali vos manere
E consentit. Quod non ideo vestra arbitretur dilectio, contra vos inuidiæ causa, aut exo-
sios vos habendo, nos agere, atque incongruè contra vestram ordinationem exardescere;
sed ducti zelo paternæ traditionis, volentes sanctam Constantinopolitanam Ecclesiam,
quæ pro sui stabilitate atque firmitate, censura sanctorum Patrum, ad hanc sanctam Ro-
manam Ecclesiam solito more percurrit, sine macula, sine reprehensione, aut aliqua
transgressionem illam consistere, & ea quæ Ecclesiasticis regulis obuiant, refecare. & maxi-
mè hoc quod omni auctoritate canonica reuincitur, & tali consecrationi contrahitur,
quod iam per longam consuetudinem quasi regulariter actum defenditis, omnimodis
amputate. A qua, quia vos sicut nos diligimus, per increpationem paterni affectus pro-
uidentiam vestram proculdubio volumus reuocare, imitantes Apostolum dicentem:
^c Filium quem diligit pater, flagellando castigat & corripit.

De consuetudinibus quidem, quas nobis opponere visistis, scribentes per diuersas
Annal. Eccl. Tom. 10. T Eccle-

CHRISTI
862.NICOLAI PAP.
5.LVDOVICI II. IMP. 7.
MICHAEL. III. IMP. 21.

Ecclesias diuersas esse consuetudines, si illis canonica non obsistat auctoritas, pro qua eis obuiare debeamus; nil iudicamus vel eis resistimus: tamen cauere volumus, ne hæc vestra consuetudo, quæ omnium sanctorum Patrum promulgatione conuincitur, vt ex laico non subito ordinetur Episcopus, vires accipiat, aut in vestra Ecclesia magis pullulet, operam dare minimè cessamus: quam etiam nostra Apostolica tantum abigit censura, quantum hanc temerè recognoscit præsumptam.

XIX. De Missis siquidem nostris, quos petitos in seruitio beati Petri principis Apostolorum pro vtilitate sanctæ Constantinopolitanæ Ecclesiæ contra depositiones imaginum, vel alias necessitates ingruentes, necnon & pro causa solummodò depositionis læpæfati viri Ignatij inquirenda illas in partes direximus, silendum non est: qui, cum eis, sicut dicunt, per centum dierum spatium, omnium nisi suorum alloquendi facultas fuisset denegata, vt Apostolicæ Sedis Missi non dignè suscepti sunt, atque vt decuerat retenti. Quod non pro alia gestum putamus re, nisi vt inquirendi locum de depositione præfati viri non inuenirent: quia ceu in Apostolica nostra insertum fuit epistola (quæ nescimus cuius illusione, sicut in Synodo à nobis missa reperimus, fraudata extitit) non illius promotionem, aut ingressionem, sed tantummodò depositionis exitum per nostros audire vel cognoscere (sicut nunc volumus) Missos volebamus. Quibus secundum horum relationem, longa exilia, & diuturnas pediculatorum comestiones, si in tali intentione persistenter, quibusdam nuntiantibus, quod illis à nobis iniunctum fuit, clam vobis cum sequacibus vestris resistentibus, perficere minimè potuerunt, aut depositionem iam dicti Ignatij vtrum iusta vel iniusta fuerit, inuenire valuerunt. qua cognita, secundum sui modum canonica atque Apostolica cum eo censura extenderetur. Data mense Martio die decimo octaua, Indictione decima.] ista Nicolaus ad Phorium.

XX. Scripsit & (sicut diximus) per eundem Leonem^a ad Imperatorem, incipit epistola: Serenissimi Imperij vestri gloria, &c.] aliam autem, quam ad vniuersam Ecclesiam misit Encyclicam epistolam, sic exorditur: ^b Quod igitur generali notitia extat vniuersæ plebi Dei vulgatum, &c.] in qua ad finem has speciatim habet ad Patriarchas & alios Episcopos Apostolicas iussiones.

IGITUR dilectissimi fratres, sanctitati vestræ, qui Catholicis Alexandrinorum, Antiochenorum, vel Ierosolymorum gubernatis Ecclesiis, seu cunctis Orientalibus Metropolitanis atque Episcopis luce clariùs expressiùsque significamus, quoniam Sedes Apostolica nullo pacto venerabilem Ignatium Patriarcham dignitatis propriæ nudari priuilegio tam improuidè patitur: sed magis repulso à sanctæ Catholicæ & Apostolicæ sacro Ecclesiæ viscere peruafore coniugis (vt ita dixerimus) viri viuientis, scelestissimo videlicet Photio, sanctissimum Patriarcham Ignatium in sui sacerdotij dignitate manere, sicut olim statuit, iterum quoque canonico & legali examine iudicat & decernit. Et vt vos huius Sedis priuilegium seruantes ritè, pari religione Catholicis, pari etiam nobiscum super venerabilis Ignatij Patriarchæ sacerdotij recuperatione & Photij peruaforis expulsionem eadem sententis, Apostolica auctoritate vobis iniungimus atque iubemus. Et vt huius præfatus nostri paginam in cunctis parochiis vestris ad omnium faciatis notitiam peruenire, atque de hac re, iuxta Apostolicæ Sedis definitionem prædicari curetis aliis, ipsique similiter incommutabiliter teneatis, paterno amore præcipimus.] Data habetur epistola eodem anno & mense, die tamen decimanona eiusdem mensis Martij, eadem decima Indictione. Missas litteras per eundem Leonem Legatum Imp. ad ipsum Imperatorem, testatur idem Nicolaus in alia epistola ad Michaëlem & Basilium^c Imp.

XXI. Hoc anno ab eodem Nicolao Papa Synodus Romæ habita est, in qua occasione quorundam Orientalium damna nata est Theopaschitarum hæresis iterum pullulans, aduersus quam duo capitula seu Canones statuti sunt. de hac Synodo idem Nicolaus ait: ^d Insuper autem quid in alia Synodo à nobis olim collecta decreuerimus aduersus eos, qui Diuinitate in Domini nostri IESU CHRISTI cum Valentino, Marco, Apollinari & Eutyche sectatoribus eorum contra primum pastorem & Apostolum, qui Christum carne passum dicit, passibilem ore sacrilego in quibusdam regionibus vestris prædicare dicuntur, subter annexis capitulis declaratur.] quæ sunt:

XXII. Veraciter quidem credendum est, & omnimodis profitendum, quia Redemptor noster & Dominus noster IESUS CHRISTUS Deus & Dei Filius passionem Crucis tantummodò secundum carnem sustinuit, Deitate autem impassibilis mansit, vt Apostolica

QUID IV-
BEAT OM-
NIBVS PA-
TRIARCHIS
ET EPISCO-
PIS NICOL.
PAP.

^aNicol. ep. 70
XXI.
SYNODVS
ADVERSVS
THEOPAS-
CHITAS
HAERETI-
COS.
^dNicol. ep. 7.

CHRISTI
862.NICOLAI PAP.
5.LVDOVICI II. IMP. 7.
MICHAEL. III. IMP. 21.

A stolica docet auctoritas, & sanctorum Patrum lucidissima doctrina ostendit.

Hi autem, qui aiunt, quia Redemptor noster & Dominus IESUS CHRISTUS Deus & Dei filius passionem Crucis secundum Deitatem sustinuit (quod impium est, & Catholicis mentibus execrabile) anathema sint.] hæc ibi. Sed de hoc Concilio, & alio paulò post collecto post acceptas litteras Orientalium, per Leonem, hæc alibi idem Nicolaus^a: Deinde bis factò Concilio, & lectis profanis gestis, quæ prædictus Leo à secretis detulerat, &c.]

Ita quidem frequentia erant sub Nicolao Papa Concilia, quæd ingruerent vndique magni momenti negotia, non ab Oriente solum, sed etiam ab Occidente, vt proximè dicturi sumus; idemque sanctissimus Pontifex, quantumlibet doctus & sapiens, nihil tamen inconsultis fratribus agere consuevit, probè sciens, quòd vbi congregari contigit conuentus Patrum, promissione Domini, inter eos assistat Deus, dicente ipso: ^b Vbi congregati fuerint duo vel tres in nomine meo, ego in medio eorum sum.] secundum illud Dauidicum: ^c Deus stetit in synagoga deorum, in medio autem deos diiudicat.] Sed quæ nubes multiplicium negotiorum ex Galliis vno tempore sese in Urbem infuderit, & ad Apostolicum thronum peruenerit, vnde aduersus Reges fuerit Ecclesiasticis censuris agendum, & vsque dum idem Pontifex vixit, plurimum laborandum, iam dicamus.

Hoc eodem anno nouæ tragædiæ paratur argumentum à Lothario Francorum Rege, dum iuuenili ardore concupiscentiæ fræna laxans, amore exæstuans Vualdradæ, quam à pueritia consuetudine puerili iunctus amauit, vt eam acciperet in uxorem, in animum induxit. Quomodo autem id perficere posset, cum suis Episcopis consilium captare cœpit. Quòd enim leges Ecclesiasticæ eiusmodi facinori vehementer obstarent, eò quòd Theutpergæ Regine legitimo matrimonio iunctus esset: quomodo id dissolueret, cum suis agere quàm studiosissimè non cessabat. Regi volenti assentatores assurgunt, cui & assurgere iura cogunt, atque in Regis sententiam renitentia licet torquent. Quid actum? ex Regis arbitrio, consilio verò suorum Episcoporum Aquisgranensi indicitur Synodus, fingitur casus, componitur strophæ, Concilium cogitur Episcoporum, quot præfules, tot Philippo Demosthenes: nullus tamen (quod lugendum ob temporis huius boni penuriam) Ioannes inuentus, qui Regem errantem corripiat, & alios in errorem trahentem arguat. canes muti effecti omnes, non valentes latrare, immò conspirantes cum lupo, eiusque voracitati fauentes, facti sunt & ipsi simul lupi rapaces. de quibus appositè apud Ieremiam: ^d Sacerdotes non dixerunt, Vbi est Dominus: & tenentes legem nescierunt me, & Prophetæ præuaricati sunt in me: prophetauerunt in Baal, & idola secuti sunt.] Quid autem actum sit in hac Synodo, quæ hic subiiciuntur capita docent, haud hæcenus edita, accepta autem ex scripto codice peruerusto Treuirensi ad nos vnà cum aliis ad hæc spectantibus egregiis monumentis missa à P. Christophoro Brouerio Societatis IESU professore, cui mecum benè precentur omnes Ecclesiasticæ antiquitatis studiosi. sic enim se habent:

Anno^e DCCCXXI. Indictione decima, die tertia Kalendarum Maiarum ex vocatione domini Hlotharij gloriosissimi Regis, Archiepiscopi, eorumque Coepiscopi Aquisconuenerunt, videlicet Guntharius Agrippinensis Archiepiscopus, & sacri palatij Archicappellanus, necnon & Theutgaudus Treuirensis Archiepiscopus, Aduentius Mediomaticorum Episcopus, Atto Viridunensis Episcopus, Arnulphus Tullensis Episcopus, Franco Tungrensis Episcopus, Vngarius Episcopus, Ratholdus Argentoricensis Episcopus, vt diuina auxiliante clementia, pro vtilitate ac necessitate sanctæ matris Ecclesiæ, apud memoratum serenissimum Principem, fideliter ac salubriter pastorali prouisione interuenirent. Vnde nostris iam periculosis temporibus, saltem serò pastorali tuba in sonare prophetica admonitione debuerat, vbi dicitur: ^e Clama ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam. Ergo multipliciter, & fideliter, malefidis Dei discrimina, & senescentis mundi pericula replicantes, non sine graui gemitu nostro, Christianissimo Principi ad memoriam reduximus, vt non immemor vocationis suæ, quod nomine censetur, opere compleat, vt Rex Regum Christus, qui sui nominis vicem illi contulit in terris, dispensationis sibi creditæ dignam remunerationem reddat in cælis. Ad hæc ille, sicut verus Deifactor, nostræ puritatis ac veracitatis vnanimitati, per omnia irrefragabiliter promittens nostris se obedire velle consiliis, & rationabilibus obtemperare monitis. Et vt ita dixerimus, vltra quàm credi potest, ita nobiscum suum benignissimum informauit affectum

^aNicol. epist. 70.

^bMath. 18

^cPsal. 81.

XXV.

^dIerem. 2.

XXVI.

*DCCC-
LXXI.
CAP. I.
AQVISGRA-
NENSIS
SYNODI
ACTA.

isaïa 58.

affectum, vt proculdubio pateret, quod suum cor illius amplexatur dextera, in cuius A manu corda sunt Regum.

XXVII.
CAP. II.

Interea de his, quae ad statum sanctae Dei Ecclesiae, & vtilitatem Regni, atque salutem populi sibi commissi pertinent, salubribus responsis, & spiritalibus consiliis, nostram consolatus est vnanimitem, se in omnibus paratissimum esse affirmans, vt verus adiutor, atque indefessus auxiliator nostri ordinis, & totius sanctae religionis existat.

CAP. III.

Post haec humiliter ac deuote pastorale consilium requisit, libellum proclamationis, & suae summæ necessitatis in manibus nostrorum fratrum imponens, vbi satis lugubriter diuinum & pastorale consilium expetiit, suaeque imbecillitatis causas querulosis vocibus retractauit, qualiter in quadam femina Theutperga nomine, factiosis perfidorum hominum argumentis fuerat defraudatus; immo non mediocriter repetebat, quod iudicio Episcoporum dissidij sententiam pertulisset. Quam, si idonea fuisset coniugali B thoro, & pestifera incestus pollutione foedata non esset, & viuae vocis confessione publice condemnata, sponte retineret. Porro se incontinentem esse professus est, & sine coniugali copula iuuenilis aetatis ardorem ferre non posse asseruit, proculdubio replicans, quod illi Theutpergam incestuosam diximus, & ab omni concubina abstinere praecipimus, & quod illi perdifficile est in iuuenili aetate taliter permanere. Hinc vero testis affuit Theurgaudus Archiepiscopus, quod iuxta diuinum atque suum consilium, si aliquid in adhibita sibi concubina deliquit, Ecclesiastico medicamine adiutus, secretis iugibus, qui hoc lacrymis, & vigiliis, ac spiritalis continentiae macerationibus, insuper elemosinarum largitionibus salubriter deleuit. Et vt de multis pauca dicamus, si lata caro illum traxit ad culpam, afflicta, vt credimus, reduxit ad veniam. †

† nisi error sit in numero, quartum caput deest.

XXVIII.
CAP. V.

Igitur pastoralis regiminis cura, ac diuinorum eloquiorum documenta, nostrorum C fratrum animos sollicitare coeperunt, quid nobis agendum, quidve tractandum esset, atque pro huiusmodi querula proclamatione rationabiliter definiendum, illudque ante omnia formidantes, ne forte, quod abst, post dignam satisfactionem, & saluberrimam reconciliationem fragilitatis noxam tantus Princeps incurreret, reuersus ad vomitum, & quasi sus in volutabro luti, illicitos aliquoties repeteret amplexus.

CAP. VI.

Inde actum est, quod pia fratrum sollicitudo retractare decreuit, qualiter Ecclesiasticae auctoritatis censuram in praescripta femina Theutperga, sua publica confessione exigente, compleuit.

CAP. VII.
* Ilerdensi

Allato quoque diuersorum Conciliorum volumine, ex Concilio * Hilardensi capitulum quartum recitari fecimus, vbi ita scribitur: De his qui se incesti pollutione commaculant, placuit, vt quousque in ipso detestando & illicito carnis connubio persistunt, D vsque ad Missam tantum catechumenorum in Ecclesia admittantur, cum quibus etiam nec cibum sumere vlli Christianorum, sicut Apostolus iussit, oportet.

XXIX.
CAP. VIII.

Hinc quoque sancti Ambrosij in expositione Epistolae beati Pauli Apostoli ad Corinthios, capite trigesimalotertio hos alloqui, qui matrimonio iuncti sunt ore Dominico vxorem a viro non discedere, quod si discesserit, manere innuptam. Hoc Apostoli consilium est, vt si discesserit propter malam conuersationem viri, iam innupta maneat, quod si continere se non potest, quia pugnare non vult contra carnem, suo viro reconcilietur. Non enim permittitur mulieri vt nubat, si virum suum causa fornicationis dimiserit, aut apostasie, aut illicita impellente lasciuia. Vir vsum quærat vxoris, quia inferior omnino non hac lege vtitur, qua potior. Si tamen apostata vir, non vsus quærat vxoris inuertere; non alteri potest nubere mulier, nec reuerti causa fornicationis ad illum. Et virum vxorem non dimittere, subauditur autem, excepta causa fornicationis. Et ideo non subiecit, sicut de muliere dicens: Quod si discesserit, manere sic: quia viro licet ducere vxorem, si dimiserit vxorem peccantem. Non enim ea lege constringitur vir, sicut mulier. Caput enim mulieris vir est. Nam ceteris, inquit, ego dico, non Dominus; hoc dixit, vt ostendat, quid proprio ore Dominus iussit, & quid huius auctoritate concessit: quia & per istum Dominus loquitur, qui ait: ^a An experimentum quæritis eius, qui in me loquitur Christus? ^{a2. Cor. 13.}

XXX.
CAP. IX.

Ex Concilio Agathensi cap. LXII. de incestis coniunctionibus, nihil profus veniae reseruemus, nisi cum adulterium separatione sanauerint. Incestos vero nullo coniugij nomine deputandos, quos etiam designare, funestum est; ibique post aliqua ita scribitur: Sanè quibus coniunctio illicita interdicitur, habebunt inuendi melioris coniugij libertatem.

De

A De cetero his atque huiusmodi canonicis sanctionibus, & sancti Patris Ambrosij oraculis liquidò perspectis, credimus, non illam fuisse idoneam, aut legitimam coniugem, neque à Deo preparatam vxorem, quæ publica (vt dictum est) confessione, incestuoso fornicationis crimine denotata probatur: Quocirca glorioso Principi nostro, pro sua in diuino cultu deuotissima affectione, atque victoriosissima Regni tuitione, cui non solum nos, verum etiam canonica auctoritas incestuosum coniugium interdicit; legitimum atque idoneum coniugium à Deo illi concessum non denegemus, iuxta indulgentiam dicentis Apostoli: ^a Melius est nubere quam vri.] haec Acta Synodi Aquigranensis, ^{1. Cor. 7.} Præter hæc autem, ad corroborandam Lotharij Regis causam, est nouum excogita- ^{XXXII.} tum commentum ab vno Episcoporum, qui eidem Synodo interfuit, Aduentio nomine, qui oblato libello longam texuit fabulam, qua probare conatus est, Vualdradam pellicem Lotharij, ei coniunctam matrimonio iam à tenera aetate ab eius patre Lothario Augusto, Theutpergam verò postea ipsi inuito Regi minis fuisse coniunctam. Ac proinde non ipsam, sed Vualdradam legitimam esse dicendam coniugem ipsius Regis. extat ipse libellus Aduenij iunctus dictæ Synodo Aquigranenti in eodem codice Treuirensi, ex quo describens idem Brouerius, prætermisso longissimo exordio de Regum atque sacerdotum auctoritate, ista dumtaxat, quæ ad rem de qua agitur spectare putauit, inde exersipit. quæ sic se habent:

Augustus diuæ recordationis Hlotharius per electionem populi Regni Romanorum ^{XXXIII.} creatus est Imperator, arcemque Regni Francorum regens, inter reliquias gestorum suorum deliberationis filio suo domino Hlothario virginem nobilem, nomine Vualdradam, sub nomine diuinæ Fidei tradidit, vt eam in Dei Fide, & sua futuro tempore custodiret, & obtineret. Et vt hæc copula iusta esse patesceret, in prætitulatione dotis, centum ^{NARRATIO ADVENTII EPISCOPI.} mansos gloriosissimo puerulo tradidit: qui necdum suæ libertatis erat, licet futurus heres patri; sed sub tutoribus & actoribus manebat, sicuti de talibus loquitur Apostolus, dicens: ^b Quanto tempore heres paruulus est, nihil differt à seruo; cum sit dominus omnium, sed sub tutoribus & actoribus est, vsque ad præfinitum tempus à patre. Verum ^{Galat. 4.} quamdiu prædictus Imperator Regni Francorum sublimitatem obtinuit, præfatus puerulus datæ sibi puellæ paterno munere inhæsit, quod non in angulo patrum fuit, quia veritas non habet angulos, sed in publico pontificio & optimatum spectaculo, sicut prædagogi eius testantur, etiam & auunculus eius Leutfridus. Domino Imperatore Hlothario migrante, in ipsis diebus paterni luctus, * Hucbertus Acefala cū suis complicitibus, ^{* Hucbertus Acephale} forem suam nomine Theutpergam domino Regi Hlothario clarissimo adolescentulo adduxit, & fraudulenter eam sibi sociauit, minans Regis esse periculum de statu Regni sui, si suis non faueret hortamentis. Acqueiuit Rex, licet nolens, sicut ipse testatus est.

Fama pessimæ turpitudinis Theutpergam sequitur, & de incestuoso concubitu fratris ^{XXXIV.} sui Hucberti rea acclamatur, affertur schedula confessionis, vbi sponte confessæ legitur, iudicio Consulibus damnatur, misericordia præsulum saluatur, fugam capeffit: Huius facti notitiam, per illustres viros piissimus Rex dominus Hlotharius Romam mittit, & causas rei pandere statuit. Beatissimus Papa Nicolaus ratione comperta delictosos Missos Rodoldum scilicet Portuensem, Ioannem * Fadiculensem in Franciam mittit, ^{* al. Fico- densen} & in vrbe Metica generale Concilium celebrare decernit. Vbi præsentiam suam gloriosissimus Rex Hlotharius, cum vniuerso primatum suorum nobiliumque consiliatorum comitatu ostendens, in sancta Synodo resedit, ibi causas suæ actionis in conspectu Legatorum Romanæ Sedis exposuit, quomodo in Fide Dei genitor suus excellentissimæ memoriæ dominus Hlotharius perpetuus Augustus, & virginem prænobilem manu propria tradiderit, & reliqua quæ supra enumerauimus. Quod verò Theutperga reatus sui culpam publicè confessæ fuerit, in prædicto Concilio, quod Meris ciuitate patrum est, senatores vniuersi Regni Francorum perficere se acclamauerint. In quibus prudentia tam temporalis, quam spiritalis resulget, quorum patres, proau, & atavi Romanorum consilij maturitate rexerunt Imperium, quorum stirpem, tempore Augustorum domini Hlodouici Imperatoris, & magnificentissimi Hlotharij semper titulo Consulatus exornatam intuitus sum. Horum specialem consilij, prærogatiuam nequaquam abiiciendam vniuersitas populi acclamauit: quippe cum nec criminum eis damnositas obicibat, sed probitatum ingenuitas laudibus efferebatur. Quapropter quia passim plurimi variè de his opinantur, & multiplicia definitionum genera ponunt, quo affectu ^{Annal. Eccl. Tom. 10.} ^{T 3} ^{super}

super his tractauerim, ac fenserim, reuerentiæ fidelium elucidari curabo. Quando Imperator piissimus filio suo æquiuoco, puellam nobilitate carnis insignitam dedit, nondum eram Episcopali onere prægrauatus, nec his interfui actibus. Theutperga cum introducta fuit, & secundum coniugium patratum est, nisi auditu penitus ignorauim. His rebus ita excursis, expetitus à Clero, & electus à plebe, Episcopus canonicè consecratus in his factis taliter sensi: Christianissimus Imperator in Fide Christi, & sua, virginem filio dedit. Fides Dei scortum non donat, sed repudiat, dicens, ^a Non mœchaberis. Et Psalmista: ^b Perdes omnes, qui fornicantur abs te. Paulus qui fide Dei præcinctus erat clamat, hoc ^c inquit: Scitote intelligentes, quod omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, quod est idolorum seruitus, non habet hereditatem in Regno Christi, & Dei, qui portans stigma IESV in corpore suo, hoc est, vexillum Fidei, non fouet adulteros, sed cuspidem sacri faminis terebrat, dicens: ^d Neque adulteri Regnum Dei possidebunt. Dominus, qui fidelis est, & dat sancta Dauid fidelia, & orthodoxo Imperatori Hlothario non abstulit potestatem coniungendi filium suum cum quacumque puella decreuisset, in Euangelio dicit: ^e Qui dimissa vxore, alteram duxerit, mœchatur. Vnde oportet, vt hæc audientes, pio & deuoto studio paternos Canones audiant, ac seruent, quia terminos Patrum numquam transgredi oportet. Nam sacri Canones paterno munere mulierem datam culpa carere proclamant. Imperator, qui culturæ diuinæ deditus erat, fornicationis detestabili facinore filium ut non permisit Hlotharium Regem, cuius professio, & omnium senatorum talis exiit, de copula Vualdradæ, quod eam genitor in Fide Dei sibi dederat.

xxxv. De Theutperga verò, quod sceleris sui malum de horrendo ^f impudendi fratris amplexu confessa, & comprobata fuerit, similiter omnino protestati sunt, quæ non pauidis à nobis minis territa est, nec amœnis confota blanditiis. Ipse autem secundum Apostolum faciens, ubi dicit: ^g Si fieri potest, cum omnibus hominibus pacem habere, & Consulū nobilium voces audiens, sicut supra per succedentia tempora exemplis annotauimus, quod audita & approbata sunt senatorum consilia, in omnibus subscriptionibus & definitionibus nostris hoc modò censuimus, vt si Theutperga confessa prædictum fuisset reatum, regia societate indignam esse censui. Et si Vualdrada in Fide Dei munere patris iuncta esset Regi, Fidem Dei non ausus fui blasphemare, ne fortè perfoderet me Scriptura verbi iaculo dicens: ^h Blasphemos ne patiaris viuere. Apostolus ⁱ licentiam dat, vt vnusquisque in suo sensu abundet.] hucusque libellus Aduentij, vnus ex illis, qui postea comperta fraude, meruere à Nicolao Romano Pontifice excommunicari, verum non vt alij, nempe Colonienis & Treuirensis, obstinatione obduruit, sed peccati poenitens, seipsum accusans, & veniam petens, obtinuit illam ab eodem Nicolao Pontifice, vt suo loco dicemus. Porrò Guntharium Coloniensem Archiepiscopum atque Archicapellā pariter eiusdem Regis, deceptum ab ipso Lothario fuisse promissione illa, quod si dissolueret connubium cum Theutperga, fore vt eius nepem acciperet in vxorem, vana hæc spe elatum in suam sententiam adduxisse Theurgaudum Archiepiscopum Treuirensē, testatur Regino, eandem breuiter profecutus historiam.

xxxvi. Sed his auditis, quæ in approbationem coniugij falsò asserti Vualdradæ, quæve in reiectionem legitimi coniugij Theutpergæ ad Legatos Metim ad Synodum missos Nicolaus Papa scripserit, suo loco dicitur. Iam enim in sui defensionem Lotharius Rex, de his omnibus, quæ audisti ex Aduentij libello, Nicolaum Pontificem per commonitorium certiorē reddendum curauit.

xxxvii. His autem & aliis nouis motibus contigit exagitari Gallias, quibus non ipsos tantum Francorum Reges non nihil oportuit commoueri, sed etiam ipsum Nicolaum Romanum Pontificem, quem alij vt primarium Christiani orbis iudicem, interpellarunt, alij autem ad veniam impetrandam, pulsantes fores Ecclesiæ, adiuere. In primis autem querelæ multorum aduersus Lotharium Regem Caroli Calui nepotem Romam ad Nicolaum Pontificem perlatæ sunt, quod nulla habita ratione diuini vel humani iuris, contemptis etiam sanctis nuper inter ipsos Francorum Reges de seruanda concordia legibus, idem Lotharius in suo Regno nefarios homines diuersorum criminum reos reciperet contra litteras Pontificias, cum iidem iam denuntiati essent ab Ecclesiā alieni. Ad hæc autem emendanda primū omnium euigilauit studium eiusdem Romani Pontificis Nicolai, cuius videretur esse læsa non nihil auctoritas, cum contra eius mandata litteris

^a Exod. 20.^b Psal. 72.^c Ephes. 5.^d 1. Cor. 6.^e Mat. 19.^f xxxv.^g Impudici^h Rom. 12.ⁱ Lenit. 24.^j Rom. 14.^k xxxvi.^l xxxvii.

A litteris Apostolicis significata, idem Lotharius deliquisset, sicque datis denudò litteris, iussit in Gallias haberi conuentum, ad quem ipsi vnà simul Francorum Reges conuenirent cum suis Episcopis. Cum igitur ea de re allatæ sunt Sedis Apostolicæ litteræ, ab iidem Regibus conuentus indictus est in Gallia celebrandus, in villa Sablonarias dicta, tertio Nonas Nouembris, ad quam conuenere tres Francorum Reges, Ludouicus & Carolus fratres, & Lotharius nepos, simulque consiliarij Episcopi, Abbates, & ex laicis Comites, & alij viri clarissimi numero ferè ducenti. Quæ autem ibidem fuerint pertractata, hic in primis summam sunt referenda.

Acciderat enim, vt cum nobilissima natalibus femina, nomine Engeltrudis, sed moribus ignominiosissima, nulla suæ famæ habita ratione, atque animæ contempra salute, dimissis penitus honestatis habenis, se totam effrenato animo furenti cæcæque libidini tradidisset: eius impetu eò prolapsa infelix est, vt nullo parentis inter Francos primarij habito respectu (hic erat Matfredus Comes) contemptoque Bosone Comite, cui iuncta erat vinculis coniugalibus, cæstro impudentiæ percita, & furore agitata infamis concupiscentiæ, recedens à viro suo, alienis inhæreret, hinc inde per Gallias, tamquam scenica aliqua, & perditissima moribus, vulgaris femina errabunda vagans, iam (quod dici nefas) septennium in eiusmodi infamissimo vitæ genere perseuerans, insumpserat. Cum non desierit omne studium viri sui ad reuocandam eam ad meliorem frugem, pollicitus etiam veniam, si resipisceret, sed & vitæ spondit securitatem, si ad iugalem thorum, quem cœdauerat, poenitens redire veller. Verum oblita illa penitus suæ salutis & honestatis, virum contemnens, in Regno Lotharij Regis, accepta ab eo ibi manendi licentia, in eadem semel malè cœpta obscena vita perseuerauit. Cum interea idem vir eius Boso Comes, ne quid intentatum omitteret, quo vxoris salutis & honestati consuleret, Romam se contulit ad Nicolaum Romanum Pontificem, Apostolicam omnibus reuerendam interpellans auctoritatem, & querelas ingessit aduersus Lotharium Regem, quod suam coniugem in viro contemptum in suo Regno concesserit habitare. effecitque, vt idem Pontifex excommunicationis litteras in eam ad Francorum Episcopos daret, si in peccato obstinata persistens, reuerti ad virum paratum eam recipere, recusaret. alias rursum idem dedit Apostolicas litteras ad Francorum Reges, quibus eosdem commoneret, vt apud Lotharium agerent, ne detineret, sed procul à Regno suo eiusmodi nobile scortum abiiceret, quod sic illa repulsa, reiecta ab omnibus, cogere redire vnde malè egressa fuerat domum viri, scripsit & ad Lotharium, ipsum idem Pontifex Nicolaus, monens & terrenis censuris Ecclesiæ, nisi in omnibus Apostolicæ Sedis mandatis obsequens esset. Scripsit de his & ad Carolum Regem hanc nunc primū editam ex scripto codice Parisiis missam à Fabro Epistolam:

Nicolaus Episcopus seruus seruorum Dei, Carolo glorioso Regi, spiritali filio nostro. Vestram regiam dignitatem concedet de pietatis fonte iustitiæ discretionem haurire. Nemo itaque iustius operari debet, quam cui commissa videtur legum ordinabilitas. Ecce etenim Reges Regibus ^m suadere solent. Sed conuenit, vt in his quæ ratio docet iustitiæ, inuicem alternent: quæ ⁿ autem improbitas, vicaria vice se subtrahere non cessent. Vnde vestram exhortamur regiam magnitudinem, vt corrigatis Hlotharium Regem nepotem vestrum, ne tantum piaculum permittat manere in Regno suo: hoc est, non consentiat fugitiuam vxorem Bosonis Comititis tam diu remanere vt non reddatur viro suo, remissa quidem negligentia quam ei fecit. Ceterum vos etiam monere volumus, vt si in vestro Regno contigerit deuenire, similiter peragatis. Quoniam iussimus omnibus Archiepiscopis, seu Episcopis Regni vestri, vt eam, indulta sibi culpa, si noluerit reuerti ad supradictum virum suum, excommunicent à corpore & sanguine Domini nostri IESV Christi, & societate omnium Fidelium, quoniam concedet, vt in Regno vestro tantum malum non oriat, & si ortum fuerit, citius extinguatur. Adeo vt omnes consentientes malo ipsius supradictæ excommunicatione ^o nodamus. Optamus excellentiam vestram in Christo benè valere.] Scripsit eodem argumento alias plures quæ desiderantur epistolæ.

His accessit, quod Balduinus quidam nobilis, vassallus tamen Caroli Calui, eius filiam viduam, Iudith nomine, rapuit, vt eam in vxorem haberet, qui & in Lotharij Regno pariter securus degebat.

His igitur de causis, donec corrigerentur errata, ipse Carolus se ab eius amicitia segregauit.

CONCILIUM
AD SABLO-
NARIAS.

xxxviii

^p C^q D

xxxix.

^r fauere
^s locus sub-
obscurus^t neclamus.xl.
IUDITH VI-
DVA RA-
FTA.

xli.

gavit. Sciens autem hæc Ludovicus Rex, vt eos conciliaret simul, admodum laborauit: A cuius rei gratia istum quem diximus conuentum cogi curauit, in quo promittente Lothario se secundum diuinas leges ex Caroli sententia cuncta esse impleturum, pax est feliciter consecuta. Extant harum omnium rerum gestarum Acta, quæ ex vetere scripto codice hic depromimus, in quibus ista in primis summam describuntur, quæ in eodem sunt gesta conuentu:

^a Cod. Ant. Aug. ex co. Mar. Ant. Muræ. de-Script. pa. 56.

XLII.

Anno incarnationis Dominicæ octingentesimo sexagesimo secundo, quando Ludovicus Carolo mandauit, vt cum eo simul & Lotharium reciperet, & ad osculum atque colloquium, misit Carolus pereum & per Alefridum, atque per Salomonem, & per Aduentium, & per Ottonem Episcopos Lothario hæc quæ sequuntur capitula, dicens: quia pro his causis ei non auderet communicare, nisi ita perficeretur, sicut ibidem scriptum est. Renuntiantibus autem ex parte Lotharij, Ludouico, & præfatis Episcopis, Carolo, & Hincmaro, itemque Hincmaro, & Odoni, atque Christiano Episcopis, quod ita velle se, & se facturum esse professus fuerat Lotharius, sub hæc conuenientia receperunt eum ad osculum atque colloquium Carolus & Episcopi qui cum eo fuerunt.] hæc summa rerum. sed audi primam scriptam à Carolo ad Ludouicum fratrem denuntiationem, seu aduersus Lotharium contestationem. sic enim se habet:

XLIII.

* Confluentis

Posteaquam proximè apud Confluentem nos inuicem mutua indulgentia, annuente Deo, communi fidelium nostrorum consilio reconciliauimus, & sacramento de obseruanda inter nos pace, & de præstando in alterutrum adiutorio nos confirmauimus, & capitula à communibus fidelibus nostris dictata, & nobis relecta nos obseruatos promissimus: & publicè communibus fidelibus nostris annuntiauimus: vobis vnice & charissime frater, reputare non volo, vt illa quæ inuicem nobis promissimus, hæcenus erga me obseruata non habeam. Quod si quis fuerit paratus inde nobis certam reddere rationem, & dignam facere satisfactionem, qualiter autè ea quæ mihi promissit, erga me ille obseruata habeat, non solum ego, sed & plures alij sciunt. Sed & sicut nobis tunc ibi conuenit, vt tempore statuto ad locum condictum cum primoribus Regnorum nostrorum conueniremus, vt ibi quæque in Regnis nostris emendatione digna & necessaria erant, & in sancta Dei Ecclesia, & in nostro ac populi saluamento tractaremus. Et nos erga fideles nostros, & fideles nostri erga nos emendaremus, & obseruanda de cetero statueremus, & semel & secundò ad hæc exequenda paratus fui, & ad hoc etiam nunc conueni, sicut sæpè mihi per communes fideles nostros mandatis. Pro quibus autem causis cum præfato nepote nostro antea colloqui non volui, quàm vobiscum inde accipere consilium: quædam vero hic designare, quædam verò postea congruo loco, & in conuenienti modo innotescere.

XLIV.

Quando altera vice pro iis quæ dixi tractantes ad Tulliacum veni, apporauit mihi & Episcopis Regni nostri Boso ex parte domni Apostolici epistolas quasdam nepoti nostro, & Episcopis Regni sui mittendas, quas illi secundum mandatum domini Papæ transmisisimus: quasdam autem nobis legendas & obseruandas, quarum & hic textum habemus. in quibus inuenimus nos increpatos, cur fornicarios in Regno nostro immorari permitteremus. Et non solum ipsam feminam, sed omnes fauentes facinorosi eius corpore & sanguine Christi excommunicatos, vsque dum ipsa mulier ad virum suum rediret. Et scimus, sicut sanctus dicit Gregorius, quoniam qui rescedenda, si potest, non corrigit, ipse illa committit: Nos autem audiimus, prædictam feminam in Regno nepotis nostri commorari. Et hanc sententiam postea non audiimus immutatam. Et qui gratiamur nostris, timemus alienis etiam communicare peccatis, communicando excommunicatis. Filiam nostram Iudith viduam secundum leges diuinas & mundanas sub tuitione Ecclesiastica, & regionum de Burge constitutam Balduinus sibi furatus est in vxorem: quem post legale iudicium Episcopi Regni nostri excommunicauerunt secundum sacros Canones, & definitionem sancti Gregorij Papæ, qui dicit: Si quis viduam furatus fuerit in vxorem, ipse & consentientes ei anathema sint. Quæ & verbis & litteris nos & Episcopi Regni nostri nepoti nostro Lothario innotuimus, nos etiam, sicut scitis, consilio & concessu fidelium nostrorum communitè confirmauimus, vt nemo nostrum huiusmodi hominem in Regno suo recipiat, neque immorari permittat, sed ad rectam rationem reddendam, & ad penitentiam agendam, sicut statutum est, illum redire cogat. Qualiter autem nepos noster Lotharius, non solum erga nos & consanguinitatem, verum etiam contra Deum, & sacræ aucto-

Auctoritatem, & communem Christianitatem inde egerit, spero quia vos non latet, quod est plurimis cognitum, & sanctus Paulus, per quem locutus est Christus, dicit: ^a Non solum qui faciunt, sed qui consentiunt facientibus, digni sunt morte. ^{Rom. 1.}

B Nota est vobis causa de vxore nepotis nostri Lotharij: vnde à nobis & ab Episcopis Regni nostri, & ab aliis Episcopis, præsentibus nobis, quæsiuit consilium, & audiuit, sed secundum illud consilium exinde non fecit. Scimus etiam quia ad domnum Apostolicum pro hoc transmisit, & ab illo exinde epistolas recepit. Negare quoque non volumus, nos scire, quod domnus Apostolicus & illi, & quibusdam Episcopis exinde mandauit. Et scimus quod negare non possumus, neque volumus, quoniam non debemus, quia domni Apostolici ^b commendatio ab Euangelica veritate, & ab Apostolica atque canonica auctoritate in illo discordat, & secundum mandatum illius de hoc facto executum non auctuimus, nec videmus. Illa etiam sancta & prima in toto orbe terrarum Sedes per diuinum Paulum, cælestem scilicet tubam, qui ad tertium cælum, & ad paradysum raptus, hoc quod ab ipso Domino didicit, nobis & omnibus Christianis semper in omni mundo clamat: ^c Cum huiusmodi nec cibum sumere: & per B. Ioannem Apostolum, qui de æterno & viuo Christi pectoris fonte in cœna, quando sacramenta Redemptionis nostræ sunt celebrata & tradita, super eo recumbens, hausit, quod redemptis omnibus propinauit, manifestissime eadem Sedes Apostolica interdicit, huiusmodi hominem non debere quemquam in domum suam recipere, nec Aue ei dicere, quia qui dixerit ei, Aue, communicat operibus eius malignis. & per B. Gregorium Papam in homilijs Ezechielis dicit: quia sicut ille qui fide à Deo recedit, apostata est, ita ille qui à Deo recedit opere, in dubio apostata est: quoniam sicut dicit Apostolus: ^d Fides sine operibus mortua est. ^e & item sicut alius dicit Apostolus: ^f Sunt qui contententur se nosse Deum, factis autem negant. Et ipse Dominus dicit de semel, de secundò, de tertio legaliter commonito & non correcto, sit ^g vobis sicut Gentilis & publicis criminibus implicatus: cum quo & Apostolica & canonica auctoritas nec cibum sumere (vt præmisimus) nobis concedit. Propterea vnice & charissime frater, à nobismetipsis accipite, & mihi consilium date, & ipsi nepoti nostro viæ salutis & honoris date consilium, & præstare auxilium, quia & ego & hoc quantum mihi Dominus scire & posse donauerit, sum paratus simul vobiscum agere, si voluerit ipse recipere.

C Quod autem consilium ego cum Episcopis & ceteris fidelibus nostris sollicitus, & pro natura communi, vestra scilicet & mea, sed & pro ipsius nepotis salute, honore, & pro communi fidelium nostrorum indemnitate, & saluatione nunc proximè, & in Synodo & in placito nostro accepi vobiscum, nullum bonum negare, sed omne bonum meum paratus sum participare: dico si placet, & si ita vobis bene visum fuerit, accipiamus illum comuniter, & si melius vobis pro rationem & auctoritatem diuinam & humanam nostræ saluationi & Christianitati congruentem ostenderitis: paratus sum illud cum omni deuotione accipere, & vobiscum Deo cooperante, & communi fidelium nostrorum consilio & auxilio adminiculante, libentissime sequi & exequi: quia scriptum est: (dicente bono Rege, qui tamen deliquit vt homo, recognouit se vt felix) Ex voluntate mea confitebor illi. Profiteatur idem nepos noster coram nobis & coram Episcopis qui nobiscum fuerint, & remander nobis per vos & per illos, quia vult secundum domni Apostolici & Episcopale, immò diuinum consilium, ad placitum conuenire cum Episcopis & fidelibus atque amicis Dei & nostris ac suis, quoniam hæc causa generalis est omnibus Christianis, & aut causam ostendere, quia secundum legem diuinam & humanam Christianis congruam hoc factum de vxore sua habeat executum, aut secundum Dei consilium, & legem Christiano Regi conuenientem hoc, & illa duo quæ præmisimus, emendare velit, & debeat: & paratus sum cum tali charitate & honorabilitate illum recipere, sicut Christianus Rex Christianum Regem, & sicut diligens patruus dilectum nepotem debet recipere, & in illius amicitia, ad illius saluationem & honorem, si ita fecerit, permanere.

E Et constituatur tempus congruum, & locus opportunus, quando simul pacificè conueniamus, & hanc causam sicut de nobisipsis (quia, sicut dicit Scriptura, os nostrum & caro nostra est) ad communem nostram & fidelium nostrorum saluationem & honorem definiamus, ne qui fidelibus nostris, & omnibus Christianis in bono exemplar esse debemus, perditionis exemplum demus, & qui omnium malorum correctores esse debemus, caput malorum, quod abist, siamus. Sed & ea, quæ vt prædiximus, ad Confluentes promissimus

XLVII.

* Genes. 2.

simus nos tractaturos, & obseruanda constituturos, tractemus & statuamus. Et qui vndi- A
que propter peccata nostra, & malū discordiæ quod in Regnis nostris manet percutimur,
placato Deo, misericordiæ illius solatium consequi mereamur. Et non sit nepoti nostro
hoc agere in mente sua durum, quia scriptū est: ^a Qui mentis est duræ corruet in malum.
^aProu. 25. Sed timeat Deum, & comescat istud scandalum, quod tam grande in ista Christianitate
sine vlla necessitate est generatum & propagatum, cum per rationem & auctoritatem
potuisset ad debirum effectum perducere, quod multis hominibus videtur sine plena rati-
^bProu. 28. one & auctoritate debita executum. Et quia scriptum est: ^b Beatus homo qui semper
^cProu. 8. est pauidus. & Dominus dicit: ^c Diligentes me diligo: pro amore & timore Dei hono-
ret se, & suam Christianitatem, & suum nomen regium; & exuat se, & nos omnes ab ista
^dI. Reg. 2. calumnia, quæ illum sequitur, & per illum, & propter illum nos propinquos illius: & ho-
noret inde Deum, sciens Dominum dicere: ^d Honorantes me honorificabo, & qui con-
temnunt me, erunt ignobiles. Et si noluerit, faciat quod iudicauerit faciendum.

XLVIII. Ego in vestra amicitia & debita fraternitate persistere, & omni debito obsequio il-
lam promereri cupiens, qui non quero quæ sunt illius, sed illum: si eum salubriter ha-
bere non possum: me à Deo pro illius amicitia tollere nolo; nec ad malum alicui auxi-
^e2. Par. 19. lium præstare volo, quia legimus in Scripturis, Dominum dixisse cuidam Regi: ^e Impio
præbes auxilium, & iis qui oderunt me amicitia iungeris, idcirco iram Domini merebaris
quidem. & sicut ibidem in reliquo scriptum est: Et item legimus, quia de quacumque
^fEzech. 3. impietate quicumque impius conuersus fuerit, & ex corde se conuerti velle dixerit:
iam non inter impios computatur: sed à piis piè recipi debet & salubriter potest, dicente
^gProu. 22. Scriptura: ^g Conuertere impios, & non erunt; non quia non erunt in essentia, sed non
erunt in impietatis culpa. Hæc autem dicimus, non ut nepotem nostrum numero im-
piorum computari cupiamus, quem piorum numero sociari, à Domino exoptamus.]

hucusque Caroli denuntiatio seu contestatio. In codice autem subiiciuntur de rebus
gestis in dicto conuentu, denuntiationes trium Regum, Ludouici, Caroli, atque Lotha-
rij, de conseruanda inter se mutua pace atque concordia, beneque consulendo rebus
publicis, in omnibus iustitiam ministrando: quæ breuitatis causa hic præmittimus re-
citare. Vbi autem auditæ illæ in eo conuentu fuere, vt euulgarentur, sunt retentæ, ob
illa quæ in eis de Lotharij crimine scripta erant. in fine verò Actorum ista leguntur, qui-
bus tempus eiusdem conuentus ita consignatum habetur.

XLIX. Quoniam istas, quæ præcedunt denuntiationes, Ludouicus & Lotharius cum illorum
seguacibus, postquam coram omnibus qui affuerunt trium Regum consiliariis ferè du-
centis, tam Episcopis quàm Abbatibus & laicis relectas penitus reiecerunt, ne populo le-
gerentur, vt causa Lotharij penitus taceretur: hanc, quæ sequitur, annuntiationem dom-
nus Carolus istis ipsis verbis iam vesperi annuntiauit apud Sablonarias anno Incarnati-
onis Dominicæ octingentesimo sexagesimo secundo, Indictione vndecima, tertio Nonas
Nouembris, ab ipsa casa vbi relictæ sunt præcedentes annuntiationes, in quam pauci alij
intrauerunt, quàm qui antea fuerunt: quoniam ferè plena de ipsis erat. sic: Cum ego
verbis & scriptis per fratrem meum & per Episcopos nepoti meo mandauit, & illi de sua
parte mihi renuntiauerunt, sic illi amicus esse, & illum saluare volo, sicut auunculus per
rectum, nepotem saluare debet, & sicut ille nepos per rectum, auunculum suum saluare
debet, me & meos saluauerit.] hætenus Acta conuentus ad Sablonarias.

L. Ita res verbis transacta, pollicente Lothario se præstiturum quod iustè fuerit iudica-
tum. Qui tamen vt eluderet Carolum, Romanum Pontificem appellauit Nicolaum, E
interpellans ac rogans, vt Synodum in Galliis celebrandam indiceret, ad quam Legatos
mitteret, qui vnà cum Episcopis causam suam cognoscerent ac iudicarent, fiduciam ha-
bens in Treuirensi & Colonienf. Archiepiscopis, quos iam in suas partes pertraxisset.
Visa est Lotharij petitio sancta, sed non æquè sancto proposito, vt exitus declarauit, ve-
rùm (quod diximus) vt ita eluderet Carolum Regem, paratum in eum vlscisci, postea
verò ipsum etiam Nicolaum deciperet.

LI. Scripserunt etiam tunc ad eundem Nicolaum Pontificem Episcopi Galliarum sub
Regno eiusdem Lotharij constituti, cum ea de causa profecti sunt Romam Theutgau-
dus & Atto Episcopi. epistola autem sic habet, accepta ex sæpè dicto codice Treuirensi:
Domino verè sanctissimo ac beatissimo totiusque sanctæ matris Ecclesiæ pij Régis
Christi sanguine acquisitæ Pontifici, & vniuersali Papæ Nicolao, Archiepiscopi, &
Coëpi-

L. LOTHARIUS APPELLAT APOST. SED, ET PETIT MITTI LEGATOS.

LI. EPISTOLA AB EPISCO- PIS REGNI LOTHARII AD NICOL. PAP.

A Coëpiscopi in Regno domini ac gloriosissimi Regis Hlotharij consistentes in Christo
pastorum principe, fidelia orationum vota, summæque felicitatis, & pacis gaudium.

Apostolicis documentis, & Pontificalibus decretis multipliciter informamur, vt vestri
sanctissimi Apostolatus apicem, Principis Apostolorum Fide & nomine consecratum,
quoties sancta Ecclesia aliqua nouitate pulsatur, humiliter ad eam: ibique veri consi-
lij saluberrima instituta sinceriter hauiamus, vbi mitis magister Christus, & summum
caput nostrum fundamentum Ecclesiæ posuit. Et quia omnipotens Deus nostris iam pe-
riculosis temporibus, misericorditer nobis nostræ auctoritatis iubar faustissimis diuinæ
sapientiæ floribus, & sanctissimis virtutum studiis insignitum præuidit, illum laudamus,
qui præstitit, eiusque clementiam votis imploramur assiduè, vt talem ac tantum patrem
nobis incolumem custodiat temporibus diuturnis. Quippe si temporum opportunitas
B arrideret, vestræ sanctitati multum desideremus nostram vnam exhibere præ-
sentiam; sed hoc ne fiat, malefidis Dei fluctuosa tempestas intercipit, ac multiplex re-
rum varietas impedire non cessat. Ille tamen, ^a qui duobus mœstis in via apparuit, am-
plitudinem vestræ charitatis * illo dilatare dignabitur, vt tandem aliquando de vestra
desiderabili præsentia consolemur. Enimverò, nec verbis fari, nec iustæ æstimationis po-
terit compendio ponderari, quanta diuinæ legis instituta, quantave diu optatæ pacis in-
crementa à suo paulatim recto tramite exorbitantia, restaurari poterant, si vestræ digna-
tionis visitatione frui mereremur.

Reuera totius humani generis inimicus zizaniorum fator, tanto amplius ouile Chri-
sti lupina rapacitate circuire non cessat, quanto citius Sanctorum gloriam appropin-
quare considerat; eoque largiùs venena suæ perfidiæ spargere satagit, quò abundare
C iniquitatem, & multorum charitatem refrigescere serpentino astu intelligit. Hinc est,
quòd virulenta ac nefaria vitiòrum germina, olim diuina animaduersione subuerfa,
immodè lethæo, ac flammivomo barathro iusto Dei iudicio deputata, quasi rediuis
radicibus, heu, heu frondescent in frutice. Porro quod nos non sine graui mœrore de-
scribimus, funesta vulnera diuinis oraculis, atque Apostolico antidoto in cæca gentilita-
te salubriter procurata, iam malè fœtencia ad vestræ iterum redeunt manus, imple-
turque illud propheticum: ^b Curauimus Babylonem, & non est sanata. Sed vnde modò
paucis scripsimus, per fratres nostros Theutgandum Treuirensis Ecclesiæ venerabi-
lem Archiepiscopum, atque Attonem Coëpiscopum latiùs exponere procurabimus.
Per illos ergo vestræ celsitudini pura & viva voce, verbis ac scriptis fideliter ac ve-
raciter significare desideramus, de quibus vestræ sanctitatem consulendam nostra de-
creuit vnanimitas.

D De cetero præuios nostræ humilitatis apices vestris sacris optatibus perferendos di-
reximus, qui à quorundam relatione comperimus, quòd veritatis æmuli, nostrique se-
nioris domini Hlotharij euidentissimi inimici, admodum aduersari velint in causa vxor-
is suæ, & hoc argumento falsitatis non modicas ordiri satagunt similitates, suosque Le-
gatos ad vestræ sanctam dignoscentiam mittere non verentur, & nostram nondum de-
finitam sententiam sinistra interpretatione peruertere conantur. Præsertim cum nostra
vnanimitas de vxore nostri Principis (si fortè vxor dici debeat, quæ se germano incestu
maculauerat) nihil aliud hætenus determinauerit, nisi quod perspecto suæ confessionis
libello publicè confitenti remedio pœnitentiæ subuenire decreuimus. Inter hæc illa fuga
lapfa. Vnde humiliter petimus, vt vestræ paternitatis veræque charitatis anchoram
E solido figatis in litore, nullaque mendosi status impulsione veritatis & iustitiæ libra va-
cillet, sed * fidissimus almitluentis affatus, præscriptos Legatos domini ac senioris nostri
Hlotharij gloriosi Principis, & dilecti filij vestri præstoletur, vt fucata mendacia nullis se
gaudeant delituisse latibus. Oramus sanctissimam paternitatem vestram summo Pon-
tificatus apice cælitus sublimatam ad custodiam gregis Dei feliciter vigere, ac prosperato
temporum cursu æternam nancisci remunerationem multum venerande temperque
desiderande pater. A M E N.]

His acceptis Nicolaus Pontifex litteris, ad Lotharium in primis ista rescripsit:
Nicolaus Episcopus seruorum Dei Lothario Regi.
Regalis excellentia vestra nuper Apostolatus nostro direxit, vt pro perficienda Synodo
Missos è latere nostro dirigere dignaremur. Quod nos ante litterarum vestrarum pre-
ces, & postmodum facere ardenti desiderio cogitauimus. Sed quia multis sanctarum
Dei

Luc. 24. f. 12.

LII.

Jerem. 51.

LIII.

* Nicol. ep. 17 tom. 3. epist. Rom. Pontif. collatione facta cum duobus alij ex planibus manuscrip.

LIV. EPIST. NI. COLAI PAP. AD LOTHARIVM REGEM.

CHRISTI
862.NICOLAI PAP.
5.LUDOVICI II. IMP. 7.
MICHAEL III. IMP. 21.LEGATI
MITTUN-
TUR A NI-
COLAO PAP.

Dei Ecclesiarum utilitatibus hactenus fuimus occupati, tam celeriter (vt volebamus) A eos destinare nequiuimus. Nunc autem, Domino nostro IESU Christo fauente, Legatos sanctæ nostræ, cui, Deo auctore, deseruimus Ecclesiæ, duos reuerendissimos & sanctissimos Episcopos Rodoaldum sanctæ Portuensis Ecclesiæ, & Ioannem sanctæ Ficondensis Ecclesiæ, delictuos nostros, quorum aduentu atque præsentia, Dei sacerdotum Synodus congregetur, transmittimus; sicut nostris vobis iam pridem direximus litteris, quibus magnitudini vestræ intimatum est, binos Episcopos de Regno Ludouici patris vestri, & Caroli Regis vestri fratris ad ipsam Synodum conuenire debere. Nunc autem volumus, atque litteris nostris directis iubemus, similiter duos de Regno Caroli Regis gloriosi patris vestri ibidem sine aliqua ambiguitate adesse. Quas sanè litteras nobilitati vestræ dirigentes, petimus vt eas Carolo Regi de præsentia per vestrum fidelem hominem transmittatis, quatenus & duo Regni istius Episcopi, vt diximus, ad prædictam Synodum, quæ auxiliante Domino congreganda est, cum nostris pariter Legatis valeant conuenire. Quos sanè Apostolatus nostri Legatos excellentia vestra digno honore suscipiat, & familiaritatis eius locum concedat, vt Domino auxiliante, cum ad nos fuerint reuersi, digna nobis de parte vestra nuntiantes, maximas Deo gratias referre, & Apostolicæ vos benedictionis munere ditare possimus, congaudentes sanè in vestræ humilitatis deuotione Fidei. Dextera vos supernæ maiestatis illæ os conseruare per tempora longa dignetur. Datum nono Kal. Decembris, Indictione vndecima.] quo pariter die & anno data leguntur eiusdem Pontificis litteræ eodem argumento ad Carolum Regem scriptæ, quæ sic incipiunt: ^a Sedes hæc sancta atque pontificia, &c.] & alia ad Ludouicum Imp. quarum est exordium: ^b Augustæ serenitatis magnitudinis vestræ, &c.] quæ, quod culæ habeantur, liberum est cuique volenti eas inspicere, cum tamen ad exactam rerum gestarum cognitionem quæ sunt positæ, & modò ponentur, sufficere posse videantur. Dedit alias ad Episcopos, qui ad eandem Synodum se conferre deberent, quæ sic se habent:

Nicolaus Episcopus seruus seruorum Dei omnibus Archiepiscopis & Episcopis per Galliam & Germaniam constitutis.

^a Nicol. ep. 18
^b Ibidem.

^c Nicol. ep. 22
LV.

NICOLAI
EPISTOLA
AD GALLOS
ET GERMANOS
EPISCOPOS
DE SYNODO
METENSI.

Incognitum vobis esse non credimus, qualiter pro duabus feminis Lotharius Rex Ecclesiæ Dei faciem illiciti connubij nauo asperfit, vel qualiter vna repulsa idem Rex alteram sibi sceleratissime copulauit. Quarum prior Theutperga nomine pro sui reprobio acriter dolens, per emissam legationem super hoc negotio Sedis nostræ expetiuit iudicium. Ex qua re quia vnius partis causam sine alterius iudicare, canonicè fieri minimè duximus: statuumus fraternitatem vestram Meti collectam pariter cum Legatis nostris eiusdem Lotharij causam audire, & canonicè communi sententia definire. Itaque iuxta D statutum nostrum cum duos illas in partes fratres nostros destinarem Episcopos, accidit ad nostram notitiam peruenire, quòd Lotharius legitima & prima repulsa muliere, secundam sibi adscuerit coniugem, neque Sedis nostræ petiit ac promissum iudicium expectans, neque canonico iudicio vsquam succumbens. Qua ex re quid aliud datur intelligi, nisi quia vbi plurimorum iudicium præuenit, ibi suo iudicio præuaricatore se iudicauit? Et idè vniuersaliter hanc fraternitati vestræ Apostolicæ auctoritatis epistolam destinauimus, vt Christianæ religionis zelo accensū pariter cum Missis nostris Metim profisciscamini, illucque Lotharium conuocantes audiat, & in eum canonicum iudicium proferatis. Quòd si venire distulerit, & à præsentia se synodali, præsentibus Legatis nostris, subduxerit, & ad pœnitentiam & satisfactionem repedare minimè curauerit, ita vt præsentialiter ad Synodum coram Missis nostris satisfactorius, & à scelere recessurus occurrat: illum de cetero excommunicatum reddemus, & quamdiu in hoc permanserit, E à totius Ecclesiæ consortio faciemus * exorrem.] hæc ad dictos Episcopos Nicolaus.

* al. extorrem.

LVI.

Dedit insuper idem Pontifex iisdem Legatis aliam epistolam ad ipsam Synodum, vbi conuenisset, legendam coram omnibus, quæ eò quòd ipsius Nicolai de rebus in ea agendis mentem declaret, hic eam describendam putauimus. sic se habet:

^d Nicol. ep. 23
NICOLAI
PAPAE
EPISTOLA
AD
SYNODVM
METENSEM.

Nicolaus Episcopus seruus seruorum Dei, omnibus reuerendissimis & sanctissimis Archiepiscopis confratribus nostris, & Episcopis in Concilio residentibus.

Reuerentiæ sacerdotali tunc debitus honor impenditur, cum eos in omnibus, quæ ab illis sub æquitatis libramine geri debentur, trutinam misericordiæ cum lance rectitudinis tenere conspicimus; & tenendo, nullius fauore retenti, aut quomodocumque terroribus permoti, vel etiam numeratis pecuniis, aut honorum amplitudinibus à tramite iustitiæ

CHRISTI
862.NICOLAI PAP.
5.LUDOVICI II. IMP. 7.
MICHAEL III. IMP. 21.

A iustitiæ quoquo modo inclinari permittantur; sed quantum eis erga proximos in discutendo curare conceditur, tantū his sine personarum acceptione ad sui custodiam pauor cum zelo rectitudinis proculdubio adhiberi debet, ne immemores illius Apostolicæ sententiæ videantur, dicentis: ^a Vnusquisque propriam mercedem accipiet secundum laborem. Nam cum inter multarum Ecclesiasticarum rerum, quæ ad salutem & Fidei soliditatem populi Dei pertinere videntur, noster Apostolicus animus causas extenderetur: de quarumdam seminarum controuersia, Theutpergæ scilicet atque Vualdradæ, admodum, sicut quorundam referentium, quia pastoralis nos cura ad audiendum commoneat, relatio intentos reddidit, & ne aliquo violentiæ morbo per desidiā grex fatigeretur Dominicus, ad medelam recuperandæ sanitatis ardore charitatis feruentius inuitauit.

B Prædicta quippe Theutperga multis vicibus Sedem Apostolicam lacrymosis litteris studuit appellare, in quibus affatu flebili puram se quo accusatur crimine, inquit, atque infontem. Ad quod negotium, & iudicij discretionem, sicut iam vestram fraternitatem nuper per Apostolicos apices commonere decreuimus, Apostolico vos hortamine adesse volumus; quatenus à Pontificij latere venientibus Missis, synodicam illic celebrationem, Apostolica sulti auctoritate, cum fraternitate vestra præsentibus adunare debeatis; & vnà cum eis vigilantius sine dolo sitatis macula, vel fomento inuidiæ, aut odij nutrimento, quæ possunt homines à via veritatis peruertere, & à calle rectitudinis, prohi dolor, declinare, semper Deum præ oculis habentes, personas Principum & terrores qui ad tempus insurgunt, & in tempore finiuntur contemnent, quid in his iustius, quidve veracius cum satis nostris Missis inuenire valueritis, horum consensu definire & statuere proculdubio studeatis. Cauentes hoc, quod per Prophetam dicitur: ^b Væ his qui dicunt bonum malum, & malum bonum, qui ponunt tenebras lucem, & lucem tenebras, & dicunt dulce amarum, & amarum dulce. Nam & Euangelica, inter cetera quæ nos ad benè viuendum instruit, sententia admonet, dicens: ^c Nolite iudicare secundum faciem, sed iustum iudicium iudicare. Psalmista ^d quoque ait: Si verè iustitiam loquimini, rectè iudicate filij hominum. Igitur cum multa sint, quibus vestram fraternitatem non obliuionis aut ignorantia causa de vobis iudicantes, sed charitatis studium amplectentes, commonere possimus; hæc idè sufficere credimus, quia ad plura vos & Euangelicæ, atque Apostolicæ, Prophetiæque lectionis dogmata in talibus memoria transcendere non dubitamus. Tantum est, vt cum æquitatis iustitia in præsentia examinatione sine aliquo dolo vel inuidiæ macula (sicut præfati sumus) quia Deo præsentia assistitis, proximorum causas cum iam Missis nostris ira iuste & irreprehensibiliter cum Dei timore definire satagatis, vt illorum in omnibus vestræque sanctitatis consensus atque iudicium æquitate fulgere videatur. Nam si vos, vel illos in aliquam partem pro cuiuscumque fauore à canonicis & sanctorum Patrum institutionibus (quod non optamus) declinare perspexerimus, arguere non dubitamus. Si verò aliarum Ecclesiasticarum utilitatum in eodem Concilio res acciderint, digno examine pertractantes cum Dei timore definire satagite. Si autem aliqua in eo fuerit contentio orta, in qua definitiones ponere nequiveritis fortasse, censuram nostro eam iudicio reseruare sancimus.

Statuimus etiam, vt cuncta, quæ in eodem Concilio peracta fuerint ac definita, nostro Apostolatus gestorum serie incunctanter significetis: vt si ea iustitiæ pulchritudine, probabiliq; sanctione definita perspexerimus, Deo omnipotenti gratias referamus. Si verò iniustitiæ (quod nolumus) & contrarietatis fuerint acta intentione, ea renouari summo perere iubeamus. Missos quidem nostri Pontificij (vt in prima epistola vestræ dilectioni significauimus) pro quibusdam Ecclesiasticis utilitatibus, quibus fuimus occupati, destinare antè nequiuimus. En Christo iuuant, strenuitatis pollentes, scientia atque doctrina reuerentissimos nunc dirigere Missos decreuimus; Rodoaldum scilicet atque Ioannem Episcopos delictuos atque consiliarios nostros, qui prædictum cum vestra sanctitate Concilium, vt prætulimus, studeant celebrare. Omnipotens Deus, qui vos sacri regiminis culmine perornauit, vestræ beatitudinis corda rectitudinis & iustitiæ claritate repleat atque decoret, vt in omnibus vestris actibus æquitatis videamini plenitudine ruralare. Data nono Kal. Decembris, Indictione vndecima.] Dedit igitur sanctissimus Pontifex has omnes, de Concilio cogendo, ad Reges & Episcopos litteras. Quid autem actum sit, suo loco, sequenti anno dicturi sumus.

Dedit eidem Legatis Nicolaus Papa litteras alias ad Carolum Caluum pro Balduino, qui

BALDVINVS AD NICOLAVM PAP.

Nicol. ep. 2.

Nicol. ep. 21.

LX. NICOL. EP. AD HERMENTRVDAM REGINAM DE BALDVINO.

ose. 6.

LXI. COMMONITORIUM LEGATIS DATVM.

Nicol. epist. 82. prope finem.

LXII.

qui (vt superius dictu est) eius filiam Iudith rapuit, vt sibi assumeret in vxorem. Hic enim gemens & dolens Romam ad Nicolaum Pontificem se contulit, interpellans eum, vt suis precibus conciliaret sibi Carolum, quem iusta causa infensissimum pateretur, antequam desperatione victus, cogere ad Northmanos. Præstitit Nicolaus misericordis patris officium, prodigi filij peccatis suis in deterius prolabentis commiseratus, easque quas diximus litteras per legatos ad Carolum Regem scripsit. Incipiunt litteræ: Beato ac pretioso Christi Dei nostri cruore, &c.] in quibus hæc de causa ipsius: Ad beatissima sanctorum Apostolorum principum Petri & Pauli Limina nostrumque Pontificium Baldvini vassallus vester ardenti animo accedere studuit. Qui vestram se habere indignationem, eò quòd Iudith filiam vestram illum præ ceteris diligentem sine vestra voluntatis consensu in coniugium elegerit, eamque volentem acceperit, ore proprio retulit.] hæc ad ipsum: ad Reginam autè Iudithæ matrem eodem argumento per eisdem quoque Legatos scribens, ab eo raptam affirmat. est epistola breuis, dignaque memoria, quæ sic se habet:

Nicolaus Episcopus seruus seruorum Dei, Hermentrudæ Regina. Fidelium vniuersitas gentium ex variis mundi partibus, cuiusque sint ordinis vel ætatis, si qua forte criminis noxa vel seniorum suorum formidine detinentur, ad hanc sanctam omnium terrarum matrem Ecclesiam Romanam, vt salutare percipiunt remedium, recurrunt; & ab ea non solum animæ, sed & corporis saluationem (vt omnibus patet) humili prece suscipere precantur. Quibus multis diuinitus fulta auctoritatibus, & sanctorum Patrum roborata documentis, materno amore solamina subministrat, & surgenda vbera consolationis compatiendo inferre minimè recusat. Et quia hic Baldvini, qui charissimam filiam vestram contra diuinarum legum sanctiones rapuit, de his se esse recognouit: Luminibus sanctorum Apostolorum lacrymosis & mæstis precibus lugubriter se obtulit, vt pro tanto criminis Apostolicam opem acciperet, nostroque Apostolorum nihilominus flendo se præsentare quæsivit. Cuius cum lamentabilem, & tanto scelere plenam cognouisset petitionem, ad mentem rediit, quod per prophetam Dominus dicit: Misericordiam volo, & non sacrificium: miseri fuimus, & hos vestra in Christo dilectæ industriæ Apostolicæ sollicitudinis apices fieri statuitus, Missosque etiam Rodoaldum & Ioannem reuerentissimos & sanctissimos Episcopos, deliciosos nostros pro eo vestræ charitati direximus, per quos obnixius deprecamur, vt prædictus Baldvini, qui vestram per Apostolorum intercessionem desiderat beneficentiam obtinere, pro Dei amore gratiam percipere valeat, & de sui affectione nostri Præfulatus oraculis consolationem resumat, quatenus vt qui se per infelicem culpam à norma æquitatis declinasse non ambigit, medelam Apostolorum agnoscat, & apud vestrum Seniore venialem, nobis iuuantibus, vigorem obtineat. Dextera vos supernæ protegat Maiestatis, & ab omnibus semper aduersitatibus, maculisque custodire dignetur. Data octauo Kalend. Decembris, Indictione vndecima.] hæcenus Nicolai ad Reginam epistola. Porro quod ad hanc ipsam eiusdem Baldvini causam spectat, de eadem rursus inferius suis locis dicendum erit.

Hæc omnia (vt dictum est) idem Nicolaus Pontifex, per Legatos hoc anno in Gallias missos Rodoaldum atque Ioannem Episcopos agebat, quibus & de rebus per ipsos gerendis mandata dedit, quæ seruare in omnibus & transgredi nullo modo deberent, quod genus scriptiois antiquitas Ecclesiastica, Commonitorium appellare consuevit, non extat illud quidem sicut & reliqua monumenta, eò quòd mala fide occultatum fuisse illud nec patefactum, ne ipsius Romani Pontificis quæ esset in rebus gerendis sententia innotesceret. Quæ autem contineret, idem Nicolaus in litteris scriptis ad Concilium Siluanectense declarat: nimirum vt si Lotharius Rex monitis Apostolicis non acquiesceret, Vualdradam dimittens, excommunicatione omnino plectendus esset vnà cum omnibus, qui ipsi fauerent. Quæ omnia significanda forent antea ipsi Lothario. Quin etiam post datum, eis dictum Commonitorium ipse Nicolaus iterum ipsa ea quæ illo continebantur, vt quàm exactissimè custodirent, in memoriam reuocauit, & ne quid ab ipsis prætermitteretur valde sollicitus, per breuem hanc id ipsos scripsit epistolam, quam cum aliis eiusdem Pontificis litteris acceptam Parisiis ex bibliotheca Nicolai Fabri mihi amicitia coniunctissimi, hic suo loco cudendam putauimus, sic enim se habet:

Reuerentissimis & sanctissimis Rodoaldo & Ioanni Episcopis. Quemadmodum sanctæ Romanæ Ecclesiæ fideles estis, & Apostolicæ Sedis columnæ exillitis, ita custodientes omnia secundum priorem præceptionem nostram peragere festi-

A festinate, & Metis Apostolica auctoritate Synodo euocata, nostra iussa perficite. Quòd si Synodus Episcoporum se illuc minimè collegerit, aut Hlotharius venire distulerit, tunc vos ad eum pergere studete, & nostra iussa atque instituta declarate. Et deinde, cum pro causa Balduini ad Carolum perrexeritis, eidem glorioso Regi epistolas synodicas, & has, quas nunc vobis dirigimus, pariter cum commonitorio præsentibus cunctis ostendite: & non solum ei, sed & omnibus Episcopis, & vniuersis fidelibus hoc notum facientes, palàm legere & denuntiare studete. Præterea scitote, à nobis vestræ sanctitati duas dirigi epistolas, vice ablatarum, vnàm Carolo Regi, secundam verò vxori. Episcopis autem Galliæ & Germaniæ alteram cum hac ipsa ad vos destinata mandamus.] hæcenus ad Legatos Nicolaus.

Addidit autem huic posteriori commonitorio ad Legatos alia plura secundum ea quæ superius per Aduentium narrata vidimus de prætextibus, quibus Vualdradæ mæchiam in matrimonium transferre satagerent Lotharij defensores Episcopi, & è contrà matrimonium legitimum Theutpergæ improbare curarent. Ipse autem Nicolaus de his omnibus eisdem missos à se Legatos ad Metense Concilium Rodoaldum atque Ioannem Episcopos quàm citius admonendos putauit, ista scribens, quæ ab Iuone recitantur atque etiam Gratiano his verbis:

Idem Nicolaus Rodoaldo Portuensi & Ioanni Ficolensi Episcopis in Commonitorio. Lotharius Rex profiteretur Vualdradam se à patre accepisse, & sororem postmodum admisisse Huberti. Vbi primum diligenti inuestigatione inquirite, & si eundem gloriosum Regem prædictam Vualdradam præmissis dotibus coram testibus secundum legem & ritum, quo nuptiæ celebrari solent, per omnia inueneritis accepisse, & publica manifestatione eadem Vualdrada in matrimonium ipsius admissa est: restat vt perscrutemini, cur illa repudiata sit, vel filia Bosonis admissa. Sed quia idem gloriosus Rex metu Theutpergam admisisse se dicit: vos illud Evangelicum recolite, quo Dominus: Nolite, inquit, timere eos qui corpus occidunt. & iterum ait: Quid prodest homini si vniuersum mundum lucretur, animæ verò suæ detrimentum patiatur? In quibus Dominicis sententiis considerandum est, quòd si occisores corporum timendi non sunt, contra iustitiam hominem impellentes, & lucrum totius mundi non profit homini, anima perdita: quanto minùs metu vnus hominis, tantus Rex debuit contra diuinum præceptum in immane præcipitium mergi? In hoc certe se magis reprehensibilem ostendit, in quo amor mundi amorem Dei postposuit. Vbi nihil vobis aliud præcipimus, manifestatione sua eodem Rege conuicto, nisi vt secundum canonicam auctoritatem, nostra vice freti, causam illius definiatis. Sin verò minimè probatū fuerit, Vualdradam vxorem fuisse legitimam, neque nuptiis secundum morem celebratis, per benedictionem scilicet sacerdotis filio nostro Lothario extitisse coniunctam: suggerite illi, vt non molestè ferat legitimam sibi, si ipsa innocens apparuerit, reconciliari vxorem; nec in hoc carnis voci obtemperet, sed potius diuinis præceptis obediens pudeat eum, immò pertimescat in luxuriæ stercore putrescere, & voluntatem propriam sequendo, ante tribunal Christi districtam ponere rationem.

Præterea vos scire volo, quia præfata Theutperga Apostolicam Sedem bis & ter appellauit, & se à præfato Rege glorioso, quæstæ est, iniuste fuisse deiectam, & vi coactam, falsum contra se composuisse piaculum. Nam eo tempore ad Apostolicam Sedem libellum appellationis suæ misit, in quo non quidem adhuc confessam, sed vt contra se falsum diceret crimen, cogi sese, innotuit. Insuper subiungens: Quòd si amplius compulsa fuero: scitote, non veritate sed timore mortis, & euadendi studio (quia aliter non possum) quod voluerint, dicam: vos autem memores estote mei hæc vobis insinuantis. Vnde præcipimus vobis, vt cum eadem Theutperga ad condictam Synodum, sicut statimus, aduenerit, causam eius diligenti examinatione tractetis. Et si ei obiicitur, quòd illa crimen se aliquod admisisse confessam fuisse, & contrà illa violentiam se pertulisse proclamauerit, vel si inimicos sibi iudices fuisse testata fuerit: tunc illud renouetis iudicium, secundum æquitatis normam, vt iniustitiæ mole non opprimatur.] hæcenus Nicolaus ad Legatos.

Quomodo autem ista omnia nihilominus ab ipsis fuerint prætermissa, & iidem Legati in transuersum acti, seducti à quibusdam Episcopis Lothario Regi fauentibus, anno sequenti suo loco dicturi sumus. de his modò satis.

Quid autem cum ista pararentur pro Concilio Metis habendo, secretò scripserit

LXIII.

Ino p. 8.

cap. 334.

b 31. q. 2. cap.

Lotharius.

Ficolensi

Matth. 10

ibidem 16.

LXIV.

LXV.

LXVI.

Aduentius Episcopus, de quo superius, ex eius epistola accipe; accepta ex saepe dicto co- A dice Treurenfi.

Reuerentissimo ac sanctissimo nobis per omnia desiderando Patri Theutgaudo Aduentius deuotus filius; & assiduus orator, summae felicitatis pacem, & gloriam.

Præsentes apices, per Deum & propter Deum humiliter precamur, vt nullus alius mortalium videat, sed Vulcanus edax perspectos consumat. Vestrae antiquae grauitatis, & maturum consilium, ac vice fidei anchoram prudentiae tutelam figat in sapientiae firmamento, ne aliquid nostro Seniori sinistrum vel dextrum isto tempore nuntietis, quousque in Purificatione sanctae Mariae, sicut pro certo vocati sunt omnes nostri confratres, Metis conueniant: quia pro certo scitis, quod noster Senior modis omnibus deliberatum habet, vt illorum communi consilio, quidquid illis secundum Deum melius visum fuerit, in omnibus se paratissimum esse promittat, aut eorum monitis atque consiliis parens, nihil ulterius aliter agat. Quapropter oportet vos, dilectissime Pater, modò cautè agere, ne, quod ablit, aliqua vana spe a via Dei, & Euangelicis atque Apostolicis documentis detiando, laqueum incurrat Auerni. Certi enim esse potestis, quia si nostra culpa, aut aliqua vana fiducia modò errauerit, illud implebitur a Prophetico, Sanguinem ipsius de manu tua requiram. Ita quippe idè scribimus, quia Vualtharium nostri Senioris fidelem hodie excepimus de palatio remeantem, qui nobis praedictam deliberationem in sua fide, ex parte, nostri Senioris, ita vt praediximus, affirmavit, immò multoties deprecatus est, vt propter amorem Domini illa vobis significarem, modis que omnibus confuleremus, ne ex vestra parte, vel vestra viua voce aliquid tale audiat, vnde à sua salute vacillet. Aptius enim nobis cernitur simulari infirmitas, quam vt praeparatam à Deo medicinam languens stomachus reiciat. Benè vos valere optamus dilectissime Pater.] C haec ipse cum rem serid agit.

LXVII. Eodem anno, sexto Nonas Iulij ex hac vita migravit vir omni genere virtutum ornatus, à Deo multis miraculis illustratus sanctus Suuithunus Episcopus Vintoniensis in Anglia, cuius res praclare gestae scriptae extant à Gothselino b Morinenti.

I. CHRISTI Redemptoris annus octingentesimus sexagesimustertius, Indictione D vndecima incipit, cuius exordium, summa hieme celebratum est Romae Concilium, coeprum ipsum quidem in basilica Vaticana, consummatum autem in basilica Constantiniana. Huius quidem Concilij meminit ipse Nicolaus Papa in breui epistola data ad Adonem Archiepiscopum Viennensem nuper creatum, atque pallium petentem:

Nicolaus Episcopus seruus seruorum Dei reuerentissimo & sanctissimo Adoni Viennensi confratri nostro Archiepiscopo.

Sanctioni & institutioni canonicae obtemperantes, vestrae dilectionis apices destinare curastis: quibus cordi Apostolico latitiam dedimus, licet eisdem perfectis in corore affecti fuerimus, ed quod quatuor Synodos obseruantes, Quintam & Sextam praetermiseritis. Nam in petitione pallij vobis annuimus. Veruntamen istiusmodi occasione nacta, non fuerat postulatio vestra implenda, nisi recensita intentione directae scripturae, cognouissetis vos per omnia tenere velle, quod sancta dogmatizat Ecclesia. Ideoque volumus, pariterque sanctitatem vestram rogamus, vt sub omni celeritate dirigatis, qualiter vos de ipsis v. & vj. Synodis sentiat. Gratia sancti Spiritus adhortante atque adiuuante, in mense Martio pro diuersis Ecclesiae vtilitatibus Synodum Romae celebrauimus. Vbi etiam quaedam capitula statuimus, ipsaque vestrae sanctitati custodienda, seu confratribus vestris Archiepiscopis per vos transmittenda direximus: & Suffraganeis vestris vt hoc instructis obseruare hortamur.] Hoc namq; anno Adonem sedere coepisse, vel ex eo collige, quod cum annos sexdecim sedisse, peruenisseque ad annum Domini octingentesimum septuagesimum non omnes affirmant, ipsiusque Chronicon illuc vsque conscriptum ostendat: necesse fit ab hoc anno eius Archiepiscopatus exordium incipere numerare. sed de ipsa Romana agamus Synodo hoc anno habita.

Huius

ADVENTIVS THEVTGAUDO METROP.

*fundameto

*Ezech. 3.

LXVII.

b Apud Sur. die 2. Iulij tom. 4.

c Bibl. Floriac. edit. à Io. à Bosco Calest. in sine pag 53.

I I. NICOLAI PAPAE AD ADONEM ARCHIEPISC. VIEN. EPISTOLA.

A Huius autem celebrandae Synodi inde manauit occasio, quod cum tandem certis nuntiis Romam perlatis, & ipsius Ignatij scriptis per Theognostum (quae superius sunt recitata) ad Nicolaum Pontificem datis, ad liquidum cognita explorataque in omnibus haberetur prauaricatio Apostolicae Sedis Legatorum Rodoaldi atque Zachariae Constantinopolim ante annum missorum: vt in eos vindicaret zelus Apostolicus insurrexit. Haud enim eiusmodi scelus erat, vt dissimulari aliquo modo posset, cum multipliciter ab eis peccatum esset, quod limites mandatorum Pontificiorum transgressi essent, inconcessa tentassent, innocentem Ignatium condemnantes, & nefandissimum inuaforem in sede firmantes, ipsique Nicolao Pontifici mentientes, omniaque fraudibus inuoluentes, ne Papa veritatem aliquando rei gestae consequi posset. Quamobrem tanto iudicio dignum parans tribunal, aessorum multiplicium corona cingendum: Concilium conuocat plurimorum Antistitum ex diuersis Italiae prouinciis vocatorum. In eo autem quae sint gesta, sic accipe ex eiusdem Pontificis litteris:

Tunc a conuocato multarum prouincialium Occidentalium regionum sanctissimorum Episcoporum coetu, & collecta sancta Synodo in Ecclesia Dei, vbi beatus Petrus Apostolorum princeps corpore floret, & virtutibus emicat: deinde propter frigidiorum locum in Ecclesia sancti Saluatoris, quae ab auctore vocatur Constantiniana, & quae prima in toto terrarum orbe constructa est: ibique recitatis omnibus scripturis de Greco sermone in Latinum conuersis, tam videlicet nefanda synodo, quae Constantinopoli per Photium celebrata, quae per fatum Leonem Legatum Michaelis Imperatoris Romam missum (de quo superius dictum) Apostolicae Sedi delata est, quam etiam Imperialibus epistolis, in quibus omnibus depositio Ignatij continebatur. Et deductus in medium Zacharias Episcopus

C (quia Rodoaldus propter absentiam haberi ad praesens non poterat) & discussus & diligenter examinatus, inuentus est, in depositione Ignatij, & comunione Photij omnino culpabilis. In quo idem Zacharias tunc Episcopus, nunc autem honore & comunione priuatus, se obnoxium recognoscens, proprio ore, ac proprio scripto, se Constantinopolim à Sede Apostolica directum esse, & quae sibi à nobis agenda fuerant iniuncta neglexisse, ac quae fuerant prohibita peregrisse, confessus est, Ignatium scilicet sine iussione Apostolicae Sedis deponendo, & Photio contra nostri Apostolatus praeeptionem communicando.

Tunc decernente nobiscum sancta Synodo, depositionis & excommunicationis suae sententiam praefatus Zacharias accipiens, in foueam quam alij praeparauit, incidit. alterius, id est, Rodoaldi, examinatione propter absentiam vsque ad aliam Synodum protelata.] de rebus autem in eadem Synodo gestis subiicit mox ista capitula, quorum titulus: Quae autem in eadem venerabili & sancta Synodo, vnanimiter & constanter de fratre & confacerdote nostro Ignatio Patriarcha, vel de inuafore & usurpatore Ecclesiae ipsius Photio, atque fautoribus eius, necnon & de sacris imaginibus statuimus & promulgauimus, haec sunt:

Photius qui ex schismaticorum, & se à sancta comunione participatione auerentium parte esse dignoscitur; & ex saeculari administratione atque militia, & ex foro subito transfusus à Gregorio Syracusano dudum Episcopo in Synodo damnato, & ab Apostolica Sede conuicto Episcopus ordinatus est, & viuente ac superstite confacerdote nostro Ignatio sanctae Ecclesiae Constantinopolitanae Patriarcha, sedem ipsius inuasit, & sponsam, quam à Christo sponso immaculatam custodiendam velut amicus sponsi perceperat, non per ostium, quod Christus est, sed aliunde ex aduerso in ouile Dominicum more furis atque latronis ingrediens, ac sic violentus, rapax & sceleratus adulter, irruit: deinde cum damnatis & anathematizatis, atque cum iis, qui ne sacerdotale officium ante audientiam praesumerent, à praedecessore meo beatae memoriae Benedicto Papa fuerant obligati, quotidie & indifferenter communicans & conuersans, contra fidem promissam, contraque suam professionem, qua pollicitus est, se aduersus iam fatum Patriarcham nullum sinistrum consilium esse facturum, congregauit Concilium, & vna cum sequacibus suis depositis & damnatis, excommunicatis & anathematizatis, & aliis sine sedibus, atque cum his à quibus vel ille irregulariter & illicitè prouectus fuerat, vel quos ipse temerè & indebitè prouexerat, contra eundem fratrem & comministrum nostrum Ignatium depositionem facere, & anathema dicere ausus est. Deinde Apostolicae Sedis Missos, quos pro causa sanctarum imaginum, & pro inquirenda & nobis renuntianda iam fati Patriarchae deiectione, & obinueniendum modum promotionis huius neophyti

III. ROMANVM CONCILIVM IN CAUSA LEGATORVM PRAEVARICATORVM.

IV. Nicol. ep. 7.

RES GESTAE IN ROM. CONCILIO.

V.

VI. CAP. I. SENTENTIA CONTRA PHOTIVM.

destinaueramus, quibus potuit argumentis à nostris mandatis auertere, more Acatij A quondam Constantinopolitani hæretici Patriarchæ præfumpfit. Et ad processionem, quæ cum paribus suis habebatur (sicuti eorum professione patefactum est, & sancto Spiritu reuelante, sanctæ Synodo, quæ à vobis collecta est, claruit) ad damnatorum & schismaticorum communionem, contempta legatione, quæ vel Gentilium more seruari debuit, pertraxit, & in illusionem beati Petri Apostoli, à cuius Sede profecti fuerunt, non solum inefficaces redire fecit, sed etiam impugnatores omnium quæ fuerant mandata monstrauit. Postremò Episcopos, qui ei tamquam adultero & peruasori communicare noluerunt, exilio relegauit. Et sui sceleris complices in eorum subrogare locum non timuit, & vsque hodie Ecclesiam Dei diuersis persecutionibus impugare non desinit, ita vt fratrem & Coepiscopum nostrum Ignatium sanctissimum Patriarcham inauditis pœnis & hostilibus tormentis afficere non quiescat; & omnes quotquot pro B veritate & fide cum eo peristere comprehenderit, quibus præualet modis perdere imprætermisè molitur. Hæc & his similia contra Euangelica, Apostolica, Prophetica, atque canonica instituta afferens: sit Dei omnipotentis, & beatorum Apostolorum principum Petri & Pauli, & omnium simul Sanctorum, atque venerandorum † sex vniuersalium Conciliorum auctoritate, necnon & Spiritus sancti per nos iudicio, omni sacerdotali honore & nomine alienus, & omni clericatus officio prorsus exutus. Ita vt si post notitiam huius sanctionis, quam diuina inspiratione depromptam esse credimus, cum vnanimitate & concordia sanctæ Synodi proculdubid promulgatam, tentauerit in Constantinopolitano throno præsidere, aut sæpessatum venerabilem Coepiscopum nostrum Ignatium, quò minus Ecclesiam sibi commissam sine quauis inquietudine regere possit, impederit; vel si vltèrius ausus fuerit aliquid de sacro ministerio, more sacerdotis C contingere; iuxta præcedentem consuetudinem, nullo modo liceat ei communionis spem aut locum habere satis factionis, sed anathematis vinculis innodatus vnà cum communicatoribus suis atque fautoribus perpetuò, Dei, post nostram mediocritatem, iudicio ac sententia sacrum corpus & sanguinem Domini nostri I E s v Christi, non nisi vicino mortis periculo omnino percipiat. Vt hæc vnusquisque discens, nequaquam de cetero temeraria præsumptione ex laico subitò in Dominicis castris ex insperato quodammodò impetu irrepere audeat, & principatus amore, antè ducatum præstare velit quàm tyronis consummet officium, & ante tentet docere quàm discere, sicut in eadem Constantinopolitana Ecclesia sæpè præsumptum esse comperimus, & rursus contemptis clericis, quorum, vt pote in tam magna vrbe, copiosa multitudo est, quique ab ipsis (vt dixerimus) cunabulis imprætermisso labore in Ecclesia Christi defudant, & indefinentia Domino seruitutis obsequia exhibent, is qui de foris est, alterius ouilis Christi repente principatum arripiat, & nitatur quos esse suos non recognoscit, discerpere, & grex Dominicus incipiat eum extraneum & improuisum omnino contemnere, præfertim cum perpiciat, nihil sibi stipendia profecisse meritorum, & alienum suorum cernat consumere fructus laborum.] hæc in Photium lata sententia.

VII. In qua cum audisti, non nisi sex œcumenicas Synodos prædicari, omissa Septima, Nicæna secunda dicta, cuius tamen decreta recepta in vniuersa Ecclesia essent vsui: vnde id acciderit, accipe atque illud primùm: In reliquis omnibus Ecclesiis patriarchalibus Orientis, Constantinopolitana excepta Ecclesia, sex tantum œcumenicas Synodos in publicis confessionibus & professionibus nominari consueuisse, sicut in decreto Synodali nuper recitato factum legimus: testatur sanè id ipse Photius in Encyclica epistola B ad omnes patriarchales Orientis sedes data, hoc ipso anno inferius suo loco recitanda, cum hoc ipsum ille conatus apud eos est, vt non sex tantum, vt Nicolaus fecisse visus est, sed septem æqua probatione, titulo œcumenico Synodos prædicarent. Sic igitur quod hinc vides Nicolaum fecisse, à ceteris antiquis patriarchalibus sedibus factitatum, testificatione etiam aduersantis Photij, certum atque exploratum habetur. Cuius rei causa, sicut de patriarchalibus illis sedibus ea asseritur, quòd eius Synodi acta (vt ibi habet Photius) ad eas non peruenerint: similem causam de Romana Ecclesia accidisse, Anastasius Bibliothecarius affirmare videtur, nimirum quòd ea quæ eiusdem Synodi extarent Romæ Acta, ita ex Græco malè reddita haberentur, vt probata licet & confirmata ab Hadriano & successoribus eadem Synodus esset: posterius tamen non eodem præconio, nempe titulo œcumenico, fuerint eandem profecuti, quousque fidelioribus adhibitis

† Cur tam Nicolaus hinc, quæ eius successor Hadrianus in epistola ad Carolum Regem sex tantum œcumenicas Synodos nominet, in feriis ab auctore alia occasione dicitur.

VII. CVR SEX ET NON SEPTEM SYNODOS OECVM NICOLAVS NVMERARIT.

A bitis exemplaribus, eadem ex purissimis fontibus Latinitati daretur: quod præstitit ipse Anastasius Bibliothecarius, vt idem præfando demonstrat. Sic igitur Nicolaus, dum tacuit, iudicium suspendit suum, ex dicta causa, numquam tamen negauit œcumenicam esse dicendam. Ceterum in deteriorem partem accipiens rem hanc calumniator Photius, eidem Nicolao (vt videbis) negotium faceffit, quòd non nisi sex tantum reciperet Synodos œcumenicas, cum tamen eam Nicolaus semper ab Ecclesia Romana receptam atque seruata, vniuersaliq; Ecclesiæ seruandam esse propositam, suis redditis litteris edocuerit, vt suo loco plenius apparebit. sed ad Synodum.

Placuit sanctæ Synodo, in Gregorium Syracusanum antea depositum Episcopum malorum horum omnium auctorem iterare sententiam, his verbis:

B Gregorium sanè, qui Syracusanæ Ecclesiæ irregulariter atque Deo contempto præest, ed quòd & ipse ex parte schismaticorum sit: & postquam à Synodo Episcopatus officio priuatus, & à decessore meo sanctæ memoriæ Papa Benedicto obligatus est, & Photium laicum subitò consecrare in Episcopum non formidauit, & de sacro ministerio ausus est multa contingere: iuxta præcedentem consuetudinem sancimus, & iuxta canonicam deliberationem Apostolica auctoritate definimus ac statuimus, omni sacerdotali carere atque priuatum fore ministerio: ita vt nullo modo liceat ei in qualibet Synodo restitutionis spem aut locum habere satisfactionis. Quòd si de reliquo præsumperit in sacro officio, more sacerdotis, quous tempore ministrare, anathema sit. Sed & si contra fratrem & Coepiscopum nostrum Ignatium turbas excitauerit, vel ab eius communionem fideles auerterit, anathema sit. Et omnes communicantes ei ab Ecclesia eiiciantur, sed & ipsi anathema sint.

C Eos verò quos Photius neophytus & Constantinopolitanæ Sedis inuafor in quolibet Ecclesiastico ordine prouexit; quoniam manifestum est, eos in omnibus consecrationis suæ prauitatis consensisse, atque ei post inuasionem communicasse: omni clericali officio priuamus, & Apostolica atque canonica auctoritate & synodali decreto eos penitus sequestramus.] his damnatis, sancta Synodus ad restitutionem Ignatij se conuertit, cuius causa eiusmodi decretum conscripsit:

X. Reuerentissimum & sanctissimum fratrem Coepiscopum nostrum Ignatium sanctæ Constantinopolitanæ Ecclesiæ Patriarcham, qui primò quidem Imperiali violentiæ terrore, proprio throno priuatus est, & postea à Photio adultero præuaricatore ac peruasore sedis Constantinopolitanæ, & ab eius complicitibus excommunicatis videlicet & anathematizatis atque damnatis, & sine Episcopalibus sedibus, & à decessore meo sanctæ recordationis Benedicto Papa obligatis hominibus anathematizatus est; & postremò ab Apostolicæ Sedis Misso contra nostram præceptionem, vt sanctæ Synodo Spiritus sanctus reuelauit, & dudum Zacharias Episcopus, qui vnus de iisdem duobus Legatis extitit, propria confessione manifestauit, infulis est sacerdotalibus despoliatus: auctoritate summi Iudicis Domini nostri I E s v Christi, promulgamus, sancimus, atque decernimus, vnquam nec fuisse nec esse depositum vel anathematizatum, tamquam qui ab Imperiali potentia sit absque vlla canonica auctoritate pulsus Ecclesia, & tamquam qui ab alligatis nullo possit haberi vinculo colligatus, & ab eis qui nullam eum iudicandi potestatem, vel ab Apostolica Sede auctoritatem habuerint, vt nullum sui honoris discrimen pati debuerit. Et idèd illum, id est, eundem fratrem & cõsacerdotem nostrum Ignatium Patriarcham, omni vinculo anathematis ab eo remoto, per potestatem diuina voce in beatissimo Petro collatam, & per auctoritates sacrorum Canonum & Decretalium constitutionum, more sanctorum Patrum prolatarum, pristino honori, pristinaq; dignitati & fedi, pristino gradui & Patriarchio, ac pristinis & pontificalibus infulis atque officiis restituimus, statuimus, & confirmamus. Ita vt quicumque post notitiam huius Apostolicæ atque synodicæ sanctionis, quò minus omnia quæ præmissimus, insignia Pontificatus recipiat, eum impederit, & non in omnibus huic decreto obediit, vel se ab eius communionem separauerit, vel vltèrius contra eum aliquod iudicium perferre tentauerit, absq; Sedis dumtaxat Apostolicæ præmissio consensu: Si quidem clericus fuerit, ab omni clericatus officio coram Deo & hominibus sit alienus, atque perenni pœna, tamquam qui magistrum prodiderit, cum Iuda traditore constringatur: & nisi à praua intentione recesserit, perpetuo anathemate maneat condemnatus. Si verò laicus extiterit ille (quisquis est) huic nostræ constitutioni cõtraire tentans, & eum

V 4 sedem

CAP. II.
DAMNATIO
GREGORII
SYRACUSANI.

IX.
CAP. III.

X.
CAP. IV.
RESTITVTIO
S. IGNATII
Patriarchæ

CHRISTI
863.NICOLAI PAP.
6.LVDOVICI II. IMP. 8.
MICHAEL. III. IMP. 22.

sedem & omnem pristinam dumtaxat dignitatem recipere non permiserit; vel si post A
receptam priorem sedem denuo illū impellere, & à Patriarchio expellere tentauerit, vel
personæ ipsius seu sacerdotali honori aliquam molestiam sine primæ huius Sedis cōsensu
intulerit: omni benedictione paterna priuetur, & maledictione Cham patris Chanaan,
^aqui verecundiam patris sui videns non cooperuit sed intrisit, mulctetur, & cum parricidis
æterna pœna, Domino indicante, percellatur, & nexibus anathematis non nisi respiscens
penitus eruatur.] hæc de restitutione Ignatij Patriarchæ sancta Synodus. quæ ad restitu-
tionem aliorum Episcoporum per Photium damnatorum deueniens ista constituit:

Genes. 9.

XI.
CAP. V.

Eos autem Episcopos, seu cuiuslibet ordinis clericos, qui per iniustam deiectionem fra-
tris & Coepiscopi nostri Ignatij, vel in exilio relegati, vel ministerio & gradu inuidiose pri-
uati sunt: statuimus, vt exilio dissoluto, proprias sedes atque gradus recipiant. Quod si
quisquam huic decreto nostro contraire præsumperit, & vt sedes vel gradus resumant B
impedierit, quousque non obtemperauerit, anathema sit. Sanè si qui ex eis ab aliis crimi-
nantur, decernimus eos antea sedes quidem & proprios gradus recipere; iudicari autem
nisi à Sede Romana non patimur. Sed si quæ præter regulam fortè egisse dicuntur, nostro
eos decreto iudicandos referuari statuimus, iuxta quod & sacri præcipiunt Canones.]
hactenus de iudicio personarum. Post hæc autem ad dogmata sacra transiens hæc de
venerando cultu sacrarum imaginum sancta Synodus omnium consensu decreuit:

XII.
CAP. VI.
ADVERSUS
ICONOCLA-
STAS.

Quod oportet nos maiorum nostrorum statuta immoto mentis intuitu conseruare,
& in omnibus sanctorum Patrum semper dogmata venerari: definimus de sacris vene-
randis imaginibus Domini nostri IESU Christi, eiusque semper Virginis Genitricis Ma-
riæ, omniumque Sanctorum, qui Deo ab Abel iusto placuisse creduntur, quas Ecclesia
sancta in vniuerso orbe diffusa antiquitus accepit: quæque Sedis Apostolicæ Præsules C
pro eis decreuerunt ac statuerunt, illibata persistere atque intemerata manere. Quapro-
pter Ioannem quondam Constantinopolitanum Antistitem & sequaces ipsius, qui eas
frangendas atque calcandas esse, ore polluto asseuerant, quamdiu de his nobiscum non
fenterint, & iuxta sanctissimorum Pontificum Romanorum decreta & aliorum Catho-
licorum Patrum instituta non sapuerint: sancimus eos à Christo, & ab Ecclesia Catho-
lica atque Apostolica esse anathema.] hucusque huius sanctæ Synodi decreta, quæ hoc
anno habita esse (licet Acta ipsa anno careant atque die) ex eo colligitur, quod facta
noseuntur, cum absens esset Rodoaldus legatione fungens in Gallia, & hiemis tempore,
nec ad aliud tempus referri possunt.

XIII.
ENICHEL. EPIS.
70.
SECUNDA
LEGATIO
MICH. IMP.
AD NICOL.
PAP.

Quæ autem hæc sint secuta, ita Nicolaus^b edocet: Reuerso autem Leone à secre-
tis Constantinopolim, Michaël Imperator comperiens per epistolam nostram, quam D
per ipsum transimimus, quod nec depositionem Ignatij, nec promotionem Photij sus-
cepissimus: mox quemdam legatum suum Michaëlem Protospatharium cum epistola
iniuriis plena ad nos direxit: & vt sententiam nostram ad votum ipsius commutaremus,
vehementer hortatus est. At nos iniurias quidem nostras non curantes, licet circa Eccle-
siæ iniurias non tacuissimus, scripsimus epistolam nostram, & hanc Indictione quarta-
decima prædicto Imperatori per iam nominatum Michaëlem Protospatharium Lega-
tum suum direximus, tam videlicet à nostra Ecclesia falsas obiectiones repellere cupien-
tes, quàm ipsum Imperatorem cum sequacibus suis super hoc negotio ad rectum iustitiæ
perducere tramitem anhelantes.] at de illa epistola suo loco dicendum.

XIV.

Quæ autem perpetrata sunt à Photio, vbi audiuit se damnatum à Romano Pontifice,
sic accipe ab Anastasio Bibliothecario in præfatione historica ad Octauam Synodum, E
cùm hæc ait: Cuius Romani Papæ censuræ Photio minimè parente, sacratus Fidelium
catalogus magis inflammatur, & ab eius se communionem cateruatim sequestrat, hor-
rescens quod nec à tanta Sede percussus corrigi consenserit, quippe cùm durior silice et-
iam verbera dura impudenti fronte contemplerit. Quod Photius molestissimè ferens,
acriter indignatur.] & paulo post, quid in illos sit machinatus, subdit his verbis:

XV.
PHOTIUS
PERSEQUI
TUR CA-
THOLICOS.

Alios quidem priuatione bonorum & dignitatum, alios verò proscriptione facul-
tatum damnat: hos exilio longo & carceribus relegat, illos tormentis diuersis afficit,
atque (vt breuiter omnia comprehendantur) nulla profectio, seditus, vel ætas, ab eo
impunita deseritur, nisi consors suæ communionis inuenta: adeo vt communionem
eius declinantium nonnullos, quibusdam exceptis, qui contemplationi operam dan-
tes, clausi habebantur, abstraxerit, alios verò in monte Olympo eremiticam vitam
ducen-

CHRISTI
863.NICOLAI PAP.
6.LVDOVICI II. IMP. 8.
MICHAEL. III. IMP. 22.

Aducentes fugauerit, eorumque tuguria seu speluncas igne perdiderit: quemdam autem
sibi communicare renuentem etiam viuum ex inferiori parte vsque ad dimidium cor-
poris sepelierit.

Et quod horribilius est, conciliabulum, præfidente Michaële, collegit: Falsos homines XVI.
quasi Vicarios orientalium sedium formar, accusatores muneribus armat, & mendaciis
instruit, testes eos adsciscit, quos & accusatores opponit, iudices nonnumquam & in ac-
cusati personam admittit. Excessus quosdam quasi præfati summi Pontificis fingit, eique
impingit; & sicut putabat, damnatione simul & anathemate punit. Cunctis qui aderant,
excepis perpauis & his fautoribus impietatis, clamantibus non esse iustum in summum
& primum Pontificem, & præcipue ab inferiori quolibet sententiam proferti, cum id
nec Canon quisquam admittat, nec aliqua Ecclesiæ consuetudo fieri doceat. Verùm
B. iste falsarius falsorum excessuum aduersus infantem, absentem, & inuictum, mendacem
codicem compilat. Mille circiter Antistitem subscriptiones falsas interserit, sibi nemi-
ne prorsus consentiente vel conscribente ex illa numerosa Episcoporum multitudine,
nisi vno & viginti præsulibus. Vnde iam profusus sancti habitus viri eum fugiunt &
quasi squalorem quemdam declinant; alterum Dioscorum hunc appellantes & præcur-
sorem Antichristi, immò ipsum Antichristum existimantes, quem scilicet, hominem
peccati, filium perditionis Apostolus^a appellasset, qui profectò extolleretur super omne
quod dicitur Deus, aut quod colitur.

PHOTIUS A-
LIVD CON-
CILIABU-
LVM COLLI-
GIT SCHI-
SMATICO-
RYM.QVID IN
ROM. PON-
TIFICEM
INSANYS
AVDET.

2 Theff. 2.

Ceterum construit & aliam technam hic peruersorum dogmatum cultor, & per-
suadet Imperatori, præcipere, neminem testamentum facere, vel per alterius, nisi per
Photij manus suas eleemolynas erogare. Quod non ob aliud adinuenit inuentor,
C. nisi vt dum acciperet & erogaret substantias diuitum, proprias animis curiosis erogasse
putaretur; ac per hoc à cunctis quasi dapsilis & munificus amaretur; simul etiam vt sal-
tem per hoc omnes ei coacti communicarent, quandoquidem conspicerent, nec ipsos
se animarum suarum remedia posse, nisi per manus eius saltem in ipso mortis articulo
positis operari. Præterea & aliud iniquitatis suæ retiaculum, quo mentes simplicium ca-
peret texens; quotquot ad exteriorem ab eo disciplinam instruendi veniebant, proprio
scripto spondere cogebat, se secundum fidem Photij de cetero credituros, quasi duæ fi-
des essent, vna scilicet Christi, altera Photij. & hoc nihilominus callidè molitus, vt com-
munioni suæ quosque, vel quomòdocumque laqueis irretiret, & esset impossibile, se vn-
quam euelli, quem nimirum constaret, tot fixis hætere radicibus, dum his nec aliam fi-
dem nisi quam ipse teneret, habere quoquo modo licuisset. quod maximum scandalum
D mortalibus excitauit, dicentibus: Irane Photius si hæresiarches fuerit, debent filij nostri
aut Fidei Catholicæ desertores esse, aut esse iuramenti vel sui chirographi transgresso-
res: Erant enim inter eos nonnulli clarissimis oriundi natalibus.

XVII.
PHOTIUS
SVBDOLAR
ARTES.

Nam & ante annos aliquot idem Photius duarum vnumquemque hominem ani-
marum consistere prædicabat. Qui cùm à Constantino Philosopho magnæ sanctitatis,
viro fortissimo, eius amico increparus fuisset, dicente, Cur tantum errorem in populum
spargens, tot animas interfecisti? respondit: Non studio quemquam lædendi talia, inquit,
proposui, sed probandi quid Patriarcha Ignatius ageret, si suo tempore quælibet hæresis
per syllogismos philosophorum exorta patesceret, qui scilicet viros exterioris sapientiæ
repulisset. Verùm ignoravi me sub huius fomite propositionis tot animas fore læsurum.
Ad quod ille: O sapientiam mundi, quæ infatuatur & destruitur? Iactasti sagittas in mul-
titudinem copiosæ turbe, & ignorasti quemlibet ex his omnibus vulnerandum? Certè
E omnibus liquet, quia sicut oculi quantumlibet sint aperti, si semel quid palearum intrà
iacuerit, videre vltra non possunt: ita oculi sapientiæ tuæ quantumlibet sunt magni &
paruli, auaritiæ tamen & inuidiæ fumo penitus obcæcati, tramitem iustitiæ videre non
possunt, ac per id verum est quod neminem ictu tuo putasti esse lædendum, cùm sis ob-
cæcatum sensum prædictis aduersus Patriarcham passionibus habens, nec quid miseris
præuideris.] hæc Anastasius.

XVIII.
PHOTIUS DE
DVABVS
ANIMABVS
ERROR.

At quid præter hæc accidit? Cùm Photius in eos quod sibi aduersarentur, adeo ferus
atque crudelis esset: mitis tamen voluit videri atque benignus, & qui apud magistratus
potius pro illis intercederet, quàm supplicium daret. nam audi epistolam ab ipso ad Bar-
dam eundem cum ipso funem trahentem. accepimus eam vnà cum aliis ex bibliotheca
Sfortiana, in Latinum à Petro Morino nostro translata, quæ sic se habet:

XIX.

Pho-

Photius, Bardæ, Patricio, & Curopalata.

Sciebam equidem, vel antequam experire, indignum esse me Pontificali gradu & pastorali munere. Ideoque cum duceret ac traheret, renitebar, ac ægerime ferebam. Atque utinam me mors, antequam comprehenderet ac circumueniret, vel potius ante illam intolerabilem vim, rapuisset. Non enim tot tantorumque malorum fluctus miseram animam quotidie inundantes opprimerent, quorum spes & expectatio (facile enim natura hominum impendentes prospicit difficultates, cum præsertim in eas infesta vis ingruit) tum me valde perturbabat. Itaque percussus & acerbo dolore confectus flebam, deprecabar, omnia potius faciebam, quam iis qui eligebant, ac vim afferebant, assentiebar, transire à me poculum multarum variarumque curarum & tentationum exoptans. Nunc verò ipsæ me res docent, meamque arguunt indignitatem: nec iam meus expectationis est, sed dolor fixus in præcordiis & gemitus, & in præsentibus malis inopia consilij summæque difficultates.

XX. Cum enim sacerdotes, qualescumque tamen sint, vnus casu affligi video, verberari, proscripti, duci in carcerem, usque linguam præcidi (ignosce Domine peccatis nostris) quomodo non præ me beatos iudicabo mortuos? Quomodo non onus hoc impositum existimabo ad redarguenda peccata mea? Homo egens, ab omni ope auxilioque desertus, cuique ne mens quidem sana & integra est (quæ res misericordiam potius quam indignationem mouent) tot simul mala perpeffus est, venditus est, cæsus, in carcerem inclusus, ac ei (quod inconfolabile est) abscissa lingua, idque cum sacerdotio præditus esset, pro quo sæpè precatus sum, pro quo sæpè orauit, pro quo sæpè vanus ego verba feci, quasi nihil paterer. quippe viderunt, sciunt, si verò obliui sunt, Deus non est oblitus. Quæ spes incertis rebus superest, cum in certis, usque quæ sub oculis positæ sunt, aded nihil proficito, aded illudor? Quomodo pro peccatis populi ac nostris deprecans exorabo & placabo, cum vos pro vno precatus, ita decidi, ita repulsus sum? Hæc scripsi sanguine lacrymarum. In te vno situm est, ut aut primam aut postremam hanc epistolam accipias. Ego enim coram Deo dico. Si hoc decretum est, in rationabilibus supplicationibus ac precibus meis, repellere nos ac dimittere: Si nulla neque misero mihi consolatio erit & exhortatio, nec scribam, nec vilo modo molestus ero; sed quiescam, me ipsum considerans, resque meas lamentans. Nam si vnà cum iis, quæ quotidie in nos conflantur, tentationibus & incommodis miseram quoque perdidero animam, omnium hominum sum miserimus.] hucusque Photius, qui sanè cum aduersus lupum gregem Dominicum inuadentem ira mansueret egrit & placide, planè se lupi consortem, non pastorem abigentem baculo lupum ostendit, lupus & ipse ingressus in ouile ouium non nisi a vt furetur & mactet, circumdatus tamen ad decipiendum simplices indumentis ouinis: ex fructibus eius, qualis reuera esset, optimè cognitus. At de eodem Photio alia occasione rursus inferius agendum erit.

Ioan. 10.

XXI. Hoc eodem anno (vt Anastasius est auctor) Ludouicus Imp. Romam ad basilicam Apostolorum dignas Christiano Imperatore misit oblationes. at quanam fuerint, non refert.

XXII. METENSIS SYNODVS DICTA PROSTIBVLVM. Hoc namque anno, quæ fuit indicta anno superiori (vt vidimus) habita est Metensis Synodus in causa repudij Theutpergæ Regine à Lothario Rege facti. De quo primò quæ à Reginone scripta habentur, in medium adducamus. sic enim ait: Quid plura? facta sunt omnia quæ huic commento videbantur esse necessaria. Concilium Metis conuocant. Reginam quasi canonicè euocatam in medio statuunt, testes producunt vnà cum scriptis, quæ valde graua crimina imponebant. inter alia protestati sunt, quòd eadem Theoperga confessa fuisset, semetipsam fratris germani incestuoso cõcubitu esse pollutam. Continud statuta Patrum de incestuosis recitatur. Et non solum à legitimo viro separatur, verum etiam omni copula maritali inhibetur. Pœnitentia iuxta modum culpe indicitur. Et tali nefaria machinatione diu exoptata Regis voluntas adimpleretur. Non multo post interiecto tempore, iterum conuentum synodalem Aquisgrani coadunant. Vbi Rex libellum suæ proclamationis obtulit, vbi continebatur, qualiter in quadam femina Theoperga nomine factiosis perfidorum hominum argumentis fuerat defraudatus: imò non mediocriter repetiuit, quòd iudicio Episcoporum discidij sententiam pertulisset. Quæ si idonea esset coniugali thoro, & pestifera incestus pollutione fœdata non fuisset, nec viuæ vocis confessione publicè condemnata, sponte eam retineret. Porro se

THEUTPERGA DAMNATA. *al. Theutperga

SYNODVS AQVISGRANI HABITA.

incon-

A incontinentem ipse professus est, & sine copula iuuenilis ætatis ardorem ferre non posse. Allatis itaque diuersorum Conciliorum voluminibus, multa de incestuosis replicata sunt. Quibus recitatis, hanc definitiuam sententiam protulerunt; Credimus illam non fuisse idoneam ac legitimam coniugem, neque à Deo præparatam esse vxorem, quæ publica confessione incestuoso fornicationis crimine denotata probatur. Quocirca gloriosa Principi nostro, pro sua in diuino cultu deuotissima assertione, ac victoriosissima Regni tuitione; cui non solum nos, verum etiam canonica auctoritas interdixit incestuosum coniugium, legitimum matrimonium à Deo illi concessum non denegamus, iuxta indulgentiam dicentis Apostoli: ^{1. Cor. 7.} Melius est nubere quam vri. His ita patrat, Vualdrada in publicum procedit, stipata obsequentium multitudine: omnisque regia aula resultat, Vualdradam Reginam esse.] hæc absque Legatis Apostolicæ Sedis, qui postea aduenerrunt, quos diximus, Rodoaldus atque Ioannes, de quibus ita paulò post Regino:

SENTENTIA PRO VUALDRADA.

B In Franciam venientes, pecunia corrupti, magis fauerunt iniquitati quam æquitati. Tandem ad Regem peruenientes, cum ei declarassent legationis suæ causas, tale responsum ab eo acceperunt: Se nihil aliud egisse, nisi quod Episcopi ipsius Regni in generali Synodo sibi agendum præmonstrassent. Dederunt autem iidem Legati consilium Regi, vt illos Episcopos qui illi Synodo præfuerunt, ad Sedem Apostolicam destinaret, qui vt verbis ac scriptis vniuersali Papæ satisfacerent. Legati imminens ditari opibus Romam regressi sunt: nuntiaueruntque Præsuli, quæ in Gallis viderant, & audierant, adiciunt, se nullum sapientem Episcopum in Regno Lotharij inuenisse, qui ad liquidum canonicis esset institutus disciplinis.] hæc omnia Regino, sed malè anno octingentesimo sexagesimo quinto: nam hæc quidem, (quod in primis ad tempus spectat) hoc anno habita esse, ipsius Synodi quæ reperuntur Acta significant, nempe coactam esse Metensem Synodum hoc anno mense Iunij, Indictione vndecima; sicut & Synodum Aquisgranensem antea celebratam ostendimus. Sed quæ hæc secuta sint, rem gestam compendio tractans habet vetus Chronicon Francorum ab auctore huius temporis scriptum, à Pithæo in lucem proditum verbis istis:

XXIII. LEGATI APOST. SED. AVRO CORRUPTI.

C Hoc anno octingentesimo sexagesimo tertio, in Regno quoque Lotharij, pro eo quòd dimissa vxore legitima, alteram duxit, Synodus in Metis congregata est omnium Episcoporum eius præter Hungariorum Traiectensem, quem ægrotudo detinuit. Aderant & Missi Nicolai Romani Pontificis ob eandem causam diligenter inuestigandam directi. In quo negotio ventilato Rex factum suum propter quod arguebatur, consilio & auctoritate Episcoporum se fecisse testatur est. Quod illi non insciantes, quædam assertiones rationum verisimilium, quibus gesta rei qualitate munire nisi sunt, opposuerunt, easque litteris comprehensas, vt Legati Apostolici suggererunt, per Guntharium Agripinæ Colonie, & Theutgaudum Treuirensis Gallie Belgie Archiepiscopos Apostolicæ Sedis Pontifici probandas transmiserunt. Qui conuocato Romanæ Sedis Episcoporum Concilio, & Metensem anathematizauit Synodum, & ad se missos Episcopos deposuit, & communionem priuauit, iuste quidem & canonicè, vt scriptis suis ipse testatur; iniuste verò, sicut illi scriptis & assertionibus firmare conantur. Propterea partis vtriusque scriptorum seriem his Annalibus inserendam esse iudicauit, discernendæ rei veritatem lectoris arbitrio relinquens.]

XXIV. TEMPVS ET ACTA SYNODI MET.

D At in dubium reuocanda non sunt, quæ Synodus iudicauit, & Episcopi qui interfuerunt veniam petentes confessi errorem suum, iuste iudicatum à Romano Pontifice demonstrarunt. Sed & terribili tandem vindicta (vt ostendemus) Deus eos insecutus, quam grauius peccassent, satis perspicue omnibus notum fecit. Anastasius bibliothecarius in Nicolao Papa de his agens, addit eiusmodi delicti Archiepiscoporum complicem fuisse Haganonem Bergomensis Episcopum vnà cum aliis Episcopis, qui Lothario Regi auctores fuerant dimittebdæ Theutpergæ, & in coniugium sumendæ Vualdradæ; sed & dissoluerunt sententiam latam in Engeltrudem, quæ per septem annos reliquerat virum Bosonem Comitum. At præstat antequam ulterius progrediamur, audiamus ista ab Anastasio qui præfens in Vrbe erat, qui cuncta gesta breuiter narrans hæc ait: Ecce superna dirigente clemètia idem Theurgaudus & Guntharius Archiepiscopi Romanam Ecclesiã adeuntes, vestigijs huius Præsulis se sacris præsentari petierunt. Quibus benignè à Præsule præstantissimo susceptis, libellus ei obtulerunt dicentes, se nihil, vel plus vel minus egisse, nisi vt libellus ipse cantabat. Quo diligentissimè scrutato, non pauca in eo reperta sunt

XXV. CERTA ACTA METENSIS SYNODI.

SYNODVS ROMANA.

sunt profani & multis inauditi sermonis turpitudinem habentia, quæ Episcopalem excellentiam ordinem, ipsos sicut phreneticos ligarent Archiepiscopos. Denique conuocata Synodo in Lateranensi postea palatio sub Apostolis, inuenti sunt iidem (vt dictum est) Archiepiscopi, vnde damnationis notam incurrerent, præcipue verò quia auctores se tanti diuortij fuisse clamabant; & sententiam, quam in Engeltrudem vxorem Bosonis, quæ eundem virum suum Bosonem per septenne tempus reliquerat (vtque excommunicata etiam, & à summæ Sedis Pio Papa ligata & anathematizata extiterat, & ad eum reuerti curauerat) communicantes, & conuersantes, cum ea item loquentes, dissoluisse se non negabant, sed altisonè publicabant, & epistolam Pij Pontificis (sicut in illis ab ipsis malè compositis gestis in serinio huius Sedis repositis declaratur) ad libitum falsare, &c.] reliqua inferius suo loco. Eadem habet Regino, qui addit eosdem damnatos Archiepiscopos ab Vrbe recedentes, profectos Beneuentum ad Ludouicum Imp. qui tunc ibi erat, acuisseque in blasphemias linguas suas, eorumque Guntharium auctorem malorum omnium, sprete sententia lata summi Pontificis, non abstinuisse à vetito & interdicto ministerio sacerdotali. Theutgaudum autem abstinuisse narrat. Sed hæc postea, modò reddamus hic epistolam Nicolai Papæ ex ipsa Romana Synodo tunc habita, quæ continet eius Acta, à citato Francorum Annalium auctore ita descriptam:

XXVI. NICOLAI PAP. EPISTOLA AD GERMANIÆ EPISCOPOS. * defunt aliqua * Theutgaudum

Nicolaus seruus seruorum Dei reuerentissimis ac sanctissimis fratribus nostris Archiepiscopis in Regno Ludouici Regis Germaniæ constitutis. Scelus quod Lotharius Rex (si tamen Rex veraciter dici possit; qui nullo salubri regimine corporis appetitus refrenauit: sed lubrica eneruatione magis ipsius illicitis motibus cedit) Theutperga scilicet & Vualdrada commisit, omnibus manifestum est. Sed & dudum Episcopos Theogaudum & Guntharium in tali facto eum habuisse tutores & fautores, penè totus nobis orbis vndique ad Limina seu Sedem Apostolicam confluens referebat, absentibus quoque id scribentibus Apostolatu. Quod nos tanto credere reuimus, quanto de Episcopis tale quid audire nullatenus sperabamus, donec ipsi Romam tempore Concilij venientes, coram nobis & sancta Synodo tales inuenti sunt, quales fuerant à multis sæpè prædicati, ita vt scriptura, quam suis stipulauerat manibus, quamque volebant vt nostro roboraremus chirographo, caperentur, & dum muscipulam innocentibus apponere satagerent, insidiis suis illaqueati sunt ipsi. Sicque completum est, Deo auctore, quod in Prouerbiis legitur: Frustrà iacitur rete ante oculos penatorum. Siquidem ipsi obligati sunt, & ceciderunt: nos verò qui in hoc flagitium falsò cecidisse dicebamus, fauente Domino, cum iustitiæ propugnatoribus surreximus & erecti sumus. Igitur decernente nobiscum sancta Synodo, in præsentia depositi, & ab officio sacerdotali excommunicati, atque à regimine Episcopatus alienati indubitanter existunt. Vnde nostra fraternitas Canonum normam custodiens, & decretorum sanctiones obseruans cauet, ne eos quos nos abieciimus, recipere in sacerdotum catalogo quis præsumat. Depositionis autem sententia, quam in prædictos Theutgaudum & Guntharium protulimus, cum ceteris capitulis quæ sancto Concilio nobiscum sanciente promulgauimus, inferius annexa monstratur. Incipiunt Capitula seu decreta Romanæ Synodi.

* Prou. i. v. psal. 19.

* retinere

XXVII.

CAP. I. ABOLITVS SYNODVS METENSIS.

De Synodo in Metensium vrbe à Theutgaudo & Gunthario Archiepiscopis congregata penitus abolenda. Synodum, quæ nuper, id est, sub piissimo Imperatore Ludouico per Indictionem vndecimam mense Iunio in Merensium vrbe ab Episcopis, qui nostrum præuenerant iudicium, collecta est; quique Apostolicæ Sedis instituta temerè violauerunt, ex tunc & nunc & in æternum iudicamus esse cassatam; & cum Ephesino latrocinio reputatam, Apostolica auctoritate in perpetuum esse sancimus damnandam, nec vocari Synodum, sed tamquam adulteris fauentem, Prostibulum appellari decernimus.

XXVIII.

CAP. II. SENTENTIA CONTRA GUNTHARIUM ET THEUTGAVDUM ARCHIEPISCOPOS. * Engeltrudem * Bosonis

Depositio Theutgaudi & Guntharij Archiepiscoporum. Theutgaudum Treuirensis primatem Belgicæ prouinciæ, & Guntharium Agrippinæ Colonie Episcopos, nunc coram nobis de sancta Synodo sub Gestorum insinuatione, qualiter causam Lotharij Regis, & duarum mulierum eius, Theutpergæ scilicet & Vualdradæ se cognouerint & iudicauerint, scriptum super hoc propriis roboratum manibus offerentes; nihilque se plus vel minus, aut aliter egisse, ore proprio, multis coram positis affirmantes. Sententiam quam à Sede Apostolica in Engeltrudem vxorem Bosonis sanctissimus frater noster Mediolanensis Archiepiscopus Tundo & ceteri Episcopi

scopi nostri perierant emittendam, & nos diuino succensi zelo sub anathematis obtestatione canonicè protuleramus, publicè viua voce se violasse confitentes, in quibus omnibus inuenimus eos Apostolicas atque canonicas sanctiones in pluribus excessisse, & æquitatis normam nequiter temerasse: omni iudicamus sacerdotij officio permanere penitus alienos Spiritus sancti iudicio, & beati Petri per nos auctoritate omni Episcopali ex utraque regimine consistere desinientes. Quòd si iuxta præcedentem consuetudinem tamquam Episcopi, ausi fuerint aliquid de sacro ministerio contingere, nullo modo liceat eis nec in alia Synodo restitutionis spem, aut locum habere satisfactionis. Sed communicantes eis omnes abiici ab Ecclesia, & maximè, si posteaquam didicerint aduersus memoratos prolatam fuisse sententiam, eisdem communicare tentauerint.

De ceteris Episcopis. Ceteri autem Episcopi, qui complices horum, Theutgaudi scilicet & Guntharij, vel sectatores esse feruntur, si cum his coniuncti seditionem, coniurationes, & conspirationes fecerint: Vel si à capite, id est, à Sede beati Petri illis hærendo dissenserint: pari cum eisdem ratione teneantur astricti. Quòd si cum Sede Apostolica, vnde eos principium Episcopatus sumpsisse manifestum est, sapere de cetero per semetipsos, vel missos ad nos Legatos suos cum scriptis suis professi extiterint: nouerint sibi à nobis veniam non negandam, nec amissionem honorum suorum pro retroactis præsumptionibus aut subscriptionibus, quas pro infanis fecerunt gestis, per nos vilo modo formidandam.

XXIX. CAP. III. QUID IN RELIQUOS EPISCOPOS DECRETVM.

De Engeltrude. Engeltrudem filiam quondam Mattefridi Comitis, quæ à Bosone proprio viro relicto, ecce iam per septem circiter annos hac atque illac vagabunda nuper cum facto-ribus suis regulariter anathematizauimus: sed propter contumaciam iterato anathematis vinculo duximus innotandam. Sit igitur à Patre, & Filio, & Spiritu sancto, vno & vero Deo, ab omnibus sanctis Patribus, & ab vniuersa Dei Catholica & Apostolica Ecclesia, & à nobis penitus anathema, cum omnibus complicibus & communicatoribus atque auxiliatoribus suis, ita vt sicut iam decreuimus, si quis ei cõmunicare vel fauere in aliquo præsumperit, si quidem clericus fuerit, in eodem vinculo constrictus, officium clericatus amittat: monachi verò & laici si inobedientes decreto præsentis fuerint, similiter anathematizentur. Sanè si eadem mulier ad virum suum reuersa fuerit, vel ad Apostolicam beati Petri Sedem properans: veniam ei post dignam satisfactionem proculdubiò non negabimus. Verumtamen sub priori vinculo anathematis, quo illam priùs & nunc obligauimus, interim constricta permaneat. Si quis autem eidem Engeltrudi ad Apostolicam B. Petri Sedem Romanam properanti vel occurrenti nescius communicauerit, aut sciens opem inueniendo præstiterit, nullo pro hoc vinculo teneatur innexus. Hæc in Engeltrudem filiam (vt audisti) Mattefridi, dicendi potius, Matfridi, vt est apud Agobardum Archiepiscopum Lugdunensem, qui ad ipsum epistolam dedit, cuius hic est titulus: Ad Matfridum procerem palatij de iniustitiis. Meminit eiusdem & Moduinus siue Modoinus in carmine ad Theodulphum Aurelianensem, & est apud Aldoualdum libro primo Miraculorum. Qui quidem felicissimus in Curia, infelicissimus in filia, quam genuit omnium feminarum scelestissimam Engeltrudem, pergunt Acta:

XXX. CAP. IV. * al Bosone * auctoribus IN ENGELTRVDEM ITERATA SENTENTIA.

De sententiis, antiquis interdictis Sedis Apostolicæ. Si quis dogmata, mandata, interdicta, sanctiones, vel decreta pro Catholica Fide, pro Ecclesiastica disciplina, pro correctione Fidelium, pro emendatione sceleratorum, vel interdictione imminentium vel futurorum malorum à Sede Apostolicæ Præsule salubriter promulgata contempserit, anathema sit. Hæc tamen decreta in Romano Cõcilio. damnatio autem Rodoaldi & Ioannis Legatorum dilata est in ipsorum aduentum. Sciens enim ipse Rodoaldus, Apostolicæ Sedis sententia damnatum fuisse Zachariam Episcopum Anagninum collegam suum, atque ab Episcopatu depositum, malè sibi conscius, & noui criminis perpetratione pauescens, vt alter Cain, vagus & profugus fuit super terram. Quando autem & ipse eandem sententiã damnationis exceperit, suo loco dicturi sumus.

XXXI. CAP. V.

Guntharius autem & Theutgaudus vbi damnationis sententiam acceperunt, vehementi agitati furore, exeuntes ab Vrbe ad Ludouicum Imp. Beneuentum (vt dictum est) perrexerunt, quem innumeris calumniis in Nicolaum iactatis, in eum magnopere commouere, qui & cum ei suis litteris persuadere non posset, vt eos absolutos redderet suis Ecclesiis: in Urbem ipse cum suis se contulit, & indignas Catholico Imperatore

XXXII. QUID DAMNATI EPISCOPI POST CONCILIVM.

CHRISTI
863.NICOLAI PAP.
6.LVDOVICI II. IMP. 8.
MICHAEL III. IMP. 22.

aduersus Nicolaum exercuit contentiones: quem cum adamante duriores esset expertus, re infecta reuersus est Beneuentum. Hæc Rempertus in historia, quam sæpè citauimus, Longobardorum M. S. Qui & testatur (vt suo loco dicturi sumus) ob iniurias in Nicolaum illatas, iusto Dei iudicio factum, vt idem Augustus in manus incidit aduersariorum suorum. sed hæc postea.

XXXIII. Perditissimi autem Episcopi illi duo, cum desperatam restitutionem viderent, schismaticis adhæserunt, quos scirent infensissimo esse odio in Nicolaum, nempe Photio eiusque sectariis. Ad Photium enim miserunt epistolam hanc, quam ad Nicolaum ab ipsis scriptam ex Synodo confinxerunt, calumniis, mendaciis, atque blasphemis referatam, spiritu planè satanico elaboratam, quæ ab eodem veteris Chronici auctore à Pithœo editi sic recitatur:

Nicolao Pontifici Guntharius atque Theutgaudus.
B
Patres Episcopi & fratres Coepiscopi ad te nos direxerunt, & nos sponte iuimus, consulere videlicet, expleta generali legatione, tuum magisterium super his specialiter, quæ pariter, prout nobis visum fuit, & adiucibus notum esse potuit, iudicauimus; auctoritates, rationesque, quas secuti fuimus, scriptis ostendentes, vt tua sapientia, perscrutatis omnibus quid inde sentires, & quid velles, nobis paterno demonstrares affectu, nosque fraterna charitate procurares, & si melius illud tua sanctitas inueniret, vt nos instrueres & doceres, suppliciter obsecrauimus, parati quidquid rectius & probabilius esset, libenter amplecti.

XXIV. Sed nos per tres hebdomadas tuum expectantes responsum, nihil certitudinis, nihilque doctrinæ nobis expressisti. Tantum quodam die in publico dixisti, nos excusabiles apparere & innocentes iuxta assertiones nostri libelli.

XXXV. Ad vltimum autem nos euocati ad tuam præsentiam deducti sumus, nihil aduersitatis suspicantes. Ibi que obseratis ostiis, facta more latrociniali conspiratione, ex clericis & laicis turba collecta & permixta, nos violenter inter tantos opprimere studuisti, longa scilicet intercedente à nostris, à clericis & laicis separatos, atque sine Synodo, atque sine canonico examine, nullo accusante, nullo testificante, nullaque disputationis discretione dirimente, vel auctoritate, vel probatione conuincente, absque nostri oris confessione, absentibus aliis Metropolitanis, & dicecesanis, & Episcopis, & compatribus nostris, extra omnium omnino consensum, tui solius arbitrio & tyrannico furore nosmet damnare voluisti: subicò quadam tibi chartula & improuisè porrecta, lectoris officium assumens, assistente lateri tuo Anastasio olim presbytero ambitus damnato & deposito & anathematizato, cuius scelerato ministerio tuus precipitatur furor.

XXXVI. Ergo tuam prauam sententiam à zelo rectitudinis alienam, iniustam, & irrationabilem, canonicis legibus cõtrariam, nequaquam recipimus, immò cum omni ritu fraterno quasi nefas atque maledictum frustra prolatum contemnimus atque abiicimus, tibi que anathematizatorum & religionis sacræ abiectorum & contempторum fautori & communicatori reuera communicare nolumus, contenti totius Ecclesiæ communionem & fraternam societate, quam tu arroganter, te superexaltans, despicias, teque ab ea elationis tumore indignum faciens, segregas.

XXXVII. Igitur ex tuæ leuitatis temeritate propria tibi met sententia anathematis plagam infixisti, exclamans: Qui præcepta Apostolica non seruat, anathema sit: quæ multipliciter violare & violasse dignosceris, diuinas leges simul & sacros Canones calcans, & quantum in te est, euacuans, prædecessorum tuorum Pontificum vestigia sequi nolens. Nunc ergo qui fraudulentiam tuam & calliditatem experti sumus, indignationem quoque tumidamque potentatum agnoscimus: nihil tibi tuæque superbiæ cedimus, qua nos ad vota nostrorum, quibus fauces inimicorum obruere festinabas, sentientes nos non tuos esse, vt retractas, & extollis, clericos, quos vt fratres & Coepiscopos recognoscere, si elatio permitteret, debueras. Et hæc tibi nostri ordinis non incij, nimum tua improbitate compulsi respondemus, non quasi ad illatam nobis contumeliam prouocati, sed contra tuam iniquitatem Ecclesiastico zelo accensi, nec nostræ vilitatis personam attendentes, sed omnem nostri ordinis vniuersitatem, cui vim inferre conaris, præ oculis habentes. I hucusque epistola schismaticorum, qui mox (vt dictum est) schismaticis illis se coniunxerunt, qui erant sub dominio Orientis Imperatoris, Photij reddidit communicatores, ad quem scribentes, has confictas ex Synodo litteras miser.

Audisti

CHRISTI
863.NICOLAI PAP.
6.LVDOVICI II. IMP. 8.
MICHAEL III. IMP. 22.

A Audisti non dico Archiepiscopos, immò nec homines, sed ipsum satanam suorum feruorum ore loquentem. Sanè quidem, etsi complures insurrexere in Ecclesiam Dei, Gentiles, Iudæi, hæretici, atque schismatici, & rabido ore profecerunt Romanæ Sedis Antifites; nullorum tamen (quod recorder) litteræ extant in Romanum Pontificem ita refractaria, contumeliosa, blasphemæ, mendaces, & arrogantes. Ista euomuit furor, ista vibravit iacula iracundia, & superbiæ tumor in tantam erupit saniem Deo hominibusque graue olentem. Meminit harum litterarum Anastasius Bibliothecarius, earumque auctores non solum nominatos Archiepiscopos fuisse tradit, sed Haganonem Bergomensis Episcopi. ita, sicut in conflatorio vitur plumbum plumbo, mali malis associati in Nicolaum calumniarum & blasphemiarum spicula conuerterunt. nam de his hæc Anastasius, qui aderat:

His, inquit, in Romanæ Synodo ita peractis vnà cum dicto Haganone Episcopo, qui (sicut quidam Episcoporum eidem conangelico Præsuli scribebant) ob sermones imperitos, qui in prænominatis profanis gestis à Theutgaudo ac Gunthario oblati sonabant, Heliud nominatus est, eò quòd ipse Haganon auctor illorum fuerit, & talia cum iisdem Archiepiscopis inconuenientibus mendacibusque loquelis composuerit, Ioanne, de cuius superius memoria textus loquitur, adscito Archiepiscopo Rauennate cum Gregorio germano fratre illius, qui multarum præuaricationum, iuramenti quòd præstiterunt, oblitici obnoxij habebantur. Iidem depositi penitentia lamenta non querentes, & tantum facinus, quod in vxorem Lotharij Regis gesserant, adhuc non condolentes, cum iisdem, Haganone scilicet & Ioanne Rauennate Archiepiscopo, & Gregorio fratre eius, contra Sedem Romanam, immò specialiter contra summum Pontificem & populum illi subditum, à Domino Iesv Christo per beatum Petrum Apostolum Regni cælorum clauigerum, multa nefanda, multa contraria, multaque sacrilega & Christianitatis modum excedentia palàm & clam, fraudulenter atque procaciter operari cœpere, ita vt eorum nequitia montes transiret & maria, & in cælum os suum ponentes, populum Domini crudeliter discernerent, & innocentes animas viperea factione deicerent. Et quibus non sufficiebant mala præterita, noua & inaudita alia deteriora prioribus, diabolo suadente, agere non recusabant. Quia & quod sigillatim vtrisque prohibitum & synodicè secundum qualitatem sceleris interdictum fuerat, audacter contingere præsumperunt, & quæ nunc intentando memini, Deo contempto, heu, proh dolor, peregerunt.] hæc Anastasius.

Ita quidem mens perditorum furore percita dictam epistolam misit ad Photium, & per ipsum ad alias Orientales Ecclesias. Hac igitur, quam multo pretio redemisset, arrepta Photius occasione, mox scripsit ad Patriarcham Alexandrinum epistolam de cogenda aduersus Nicolaum Papam, & Latinam Ecclesiam Synodo oecumenica. ea quidem epistola integra habetur in peruetusto codice, carie pænè consumpto bibliothecæ Vallicellanae in Vrbe; eadem verò in codice Collegij Græcorum Romæ existentis habetur carens sine, decurtata illis; quibus agitur de legatione Episcoporum Latinorum aduersus Nicolaum Pontificem, eademque nomine Sisinnij Patriarchæ Constantinopolitani, ea nimirum ratione, quòd Sisinnius ipsa vsus, ea abstulit, quæ tunc ad rem minime spectare viderentur de accusationibus Latinorum quorundam Episcoporum aduersus Nicolaum Pontificem. Ceterum Photij & non Sisinnij epistolam esse, quæ in ea tractantur de Bulgaris & Ruthenis ad Fidem conuersis; perspicua luce demonstrant. Vtroque autem inspecto codice, summa diligentia eandem in Latinum vertit Federicus Metius, qui in his perquirendis plurimum laborauit. sic se habet eius inscriptio:

Encyclica siue circularis epistola ad Patriarchales sedes Orientis, Alexandriae videlicet & aliarum sedium, &c.

Photius miseratione diuina Archiepiscopus Constantinopoleos nouæ Romæ, & oecumenicus Patriarcha.

Humani generis hostis nondum videtur nostris malis satis contentus, neque fraudibus & inuentionibus suis finem imposuisse, quas ab initio contra nos struere studuit. Sexcentis enim dolis & versutiis ante Domini nostri in carne aduentum homines seduxit, ad absurda & iniqua opera illos deducendo, quibus tyrannidem suam aduersus eos magna vi obtinuit: infinitis præterea artibus & obsequiis supplantare & attrahere illos non destitit, qui sibi obsequuntur. Hinc orti sunt Simones & Marciones, Montani etiam & Manetes; hinc varia & multiformis hæresum pugna aduersus Deum increbuit.

Annal. Eccl. Tom. 10.

X 2

Hinc

XXXVIII
ENCRAN-
DVM SCELVS
SCHISMA-
TICORVM.XXXIX.
CONSQ-
TES SCHI-
SMATIS.XL.
PHOTIVS
INDICIT
SYNOVVM
CONTRA
NICOL.
PAP.XLI.
EPISTOLA
CIRCULA-
RISPHOTII.

Hinc Arius & Macedonius & Nestorius, Eutyches & Dioscorus, & reliqua impietatis caterua, aduersus quos sanctæ & œcumenicæ septem Synodi sunt congregatæ: sacrorū etiam & diuinorum virorum cœtus alij alibi conuenerunt, malos stolones illos gladio spiritus radicitus euellentes, & Ecclesiæ segetem puram germinare facientes. Quibus procul abiectis & silentio & obliuione iam traditis, bona spes & magna piis & religiosis viris oriebatur, numquam amplius nouarum impietatum futuros alios inuentiones, dum in omnibus, quæ malus dæmon, suo more, efficere tentauerat, eius consiliis contrarium euenerit: neque eorum qui synodicè damnati sunt, futuros vniquam aliquos propugnatores & defensores, euersione scilicet & malo illorum edoctos, qui malorum priorum auctores fuerunt, vt nullo pacto amplius ad eorum imitationem alij adducerentur. Et iis quidem spebus pia & religiosa hominum mens acquieuit in hac præcipuè religiosa vrbe, in qua multa quidem feliciter gesta sunt diuina ope, quæ vix sperabamus. Multæ etiam linguæ & nationes, deposita & abiecta priore impietate, communem omnium Creatorem & auctorem nobiscum laudare sunt edoctæ, quasi ab alto & sublimi quodam loco orthodoxiæ fontes hac regia vrbe illis præbentæ, ac puras pietatis aquas in fines orbis terræ largiente, & instar fluuiorum animas dogmatibus irrigante, quæ antea superstitionis flamma iam diu arefactæ & infructuosæ redditæ, doctrinæ pluuiam tandem cum accepissent, Christo fruges iam afferunt in bonam frugem conuersæ.

XLII. Illi enim qui Armeniam incolunt, Iacobitarum impio errore detenti, aduersus veritatis prædicationem audacter antea se obiciebant: ex quo verò numerosa illa & sancta Patrum nostrorum Chalcedone congregata est Synodus, vestris precibus nobis opem ferentibus, veterem illum errorem deponere potuerunt, & Christianam religionem purè amplecti & orthodoxè venerari. Armeniorum gens, inquam, & plaga Eutychem & Seuerum & Dioscorum damnando, Petros etiam illos, *Mogum scilicet & Gnaphaum*, qui aduersus pietatem petras mittebant & iaciebant, Iulianum quoque Halicarnassensem, & vniuersam illam multiformem deformitatem, instar Catholicæ Ecclesiæ damnat & reprobat, & vinculis anathematis insolubilibus illos subiicit.

XLIII. Bulgarorum præterea gens barbara, & Christo antea inimica, ad tantam conuersa est mansuetudinem & Dei cognitionem, vt reiectis dæmonum & maiorum suorum impiis sacris & superstitionibus, & abrenuntiata illa dæmonum adoratione, ad veram Christianam Fidem, præter omnium opinionem mirabiliter sit conuersa. Sed ô iniquum & inuidum facinus & impium concilium! Cum enim istarum rerum narratio & fama, bonorum nuntiorum esset argumentum & occasio: ad mœstitiam nihilominus è vestigio transmutatur lætitia ipsa, gaudio in dolorem & lacrymas conuerso. Gens enim illa cum vix duos annos rectam Christianorum religionem veneraretur, viri quidam impij, & quorum commercium est vitadum (& quonam nomine pius aliquis dicere illos posset?) viri, inquam, è tenebris emergentes, Occidentalis enim plagæ fuerunt genimina (hei mihi quomodo reliqua narrare potero?) isti quidem aduersus gentem illam, Bulgarorum videlicet, nuper ad pietatem informatam, quasi tonitruum quoddam vel terræmotus, vel grandinis impetus, vel potius (vt magis propriè loquamur) singularis ferus, irruentes, vineam Domini dilectam, & nuper plantatam pedibus & dentibus conuersationis videlicet prauæ, malis moribus & dogmatum corruptela, quod ad eorum audaciam pertinet, depradantes depasti sunt. A rectis enim & puris dogmatibus & Christianorum immaculata Fide euellere malis artibus & corrumpere illos procurarunt.

Et primùm quidem ad Sabbatorum ieiunium ipsos impiè transfulerunt. Solet autem vel quælibet parua traditionum præuaricatio, ad vniuersi dogmatis contumeliam & contemptum conuerti. Primam præterea Quadragesimæ hebdomadam ab alio Quadragesimæ ieiunio intercedentes, in lactis potationem, & casei comestionem, & aliarum rerum huiusmodi ingluuiem protraxerunt. Hic illi viam transgressionum aperientes & dilatantes, à recta & regia via alios auerterunt. Sacerdotes etiam legitimis nuptiis honestatos, isti quidem qui multas virgines absque viris mulieres ostendunt, & matres filios alentes, quorum patres videre non licet, hi, inquam, effecerunt, vt Dei verè sacerdotes odio haberentur & vitarentur, malæ messis femina in seipsis disseminantes, & animas quæ nuper germinare cœperant pietatis semen, zizaniorum superfeminatione profanantes. Quia etiam illos, qui à presbyteris Chrismate vncti fuerant, iterum chrismate ipsi non horruerunt. Episcopos seipfos iactitantes, & presbyterorum Chrisma inutile esse, & frustra ab illis

IN ROMANOS STYLVM CONVERTIT.

*Psal. 79.

XLIV. HAEC IN LATINIS PHOTIUS CALVMNIOSE.

A illis confici, portentose docentes. Num reperitur aliquis qui talem vniquam auribus acceperit insipientiam, quam isti mente capti audere non dubitarunt? illos videlicet, qui semel tincti sunt Chrismate, iterum chrismantes, & Christianorum excelsa & diuina mysteria & sacramenta in magnas nugas, & derisum magnum conuertentes. Sed iniquant illorum sapientes & docti, vel potius reuera omnino indocti, & à rebus sacris alieni & imperiti: Non licet sacerdotibus eos, qui sacro Baptismate initiantur & decorantur, Chrismate sanctificare: solis enim Pontificibus hoc datum est. Sed dicant mihi illi, vnde venit hæc lex? & quisnam huius legis conditor? Quive ex Apostolis, vel Patribus, vel Synodis id docuit? Vel vbi & quado congregata est huiusmodi Synodus, & quorumnam calculis confirmata? Non licet sacerdoti eos qui baptizantur, Chrismate confirmare: igitur neque baptizare omnino licet sacerdoti, neque sacrum conficere. Ne verò (licet tu nolis) dimidiatus sit sacerdos, sed integer, neque ad Clerum non sacrum sit reiectus, conficit quidem sacerdos Christi Domini corpus & sanguinem, & eos qui iam sunt initiati sanctificat per ipsa Sacramenta: quomodo verò non itidem sanctificabit, Chrismate vngens qui Baptismate initiatur & perficiuntur? Sacerdos baptizat, baptizandum perficiens: quomodo igitur illius puritati, cuius ipse est auctor, custodiam & confirmationem auferes à sacerdote? neque ministrum illum esse permittes tanti doni? neque in baptizato aliquid sacerdotem perficere asseris? ea videlicet de causa, vt tuus sacerdos vanis nominibus te exornans, te solum principem, te Episcopum ostendat in sella collocatum.

Sed neque hoc tantum impiè agendum illi decreuerunt, verum etiam si quæ est malorum summa & apex, ad hunc deducti sunt. Præter enim absurditates, quas supra recensuimus, sacrum etiam & sanctum Symbolum, quod ab omnibus synodicis & œcumenicis calculis irrefragabilem vim habet & auctoritatem, spuris & falsis quibusdam disceptationibus, & alienis rationibus, & audaciæ quodam excessu adulterare non dubitarunt. O mali dæmonis artes! Spiritum sanctum non ex Patre solum, sed etiam ex Filio procedere, nouiter docentes. Quis vniquam talem vocem ab iis, qui aliàs impiè sunt locuti, prolata audiuit? Quisnam obliquus serpens eorum cordibus hoc instillauit, & iniecit? Quis omnino eorum, qui inter Christianos agunt, ferre posset, in sancta Trinitate duo introducta principia & causas, Filij quidem & Spiritus sancti Patrem causam asserendo, Spiritus verò sancti iterum Filium esse causam, & item in duos Deitatis fontes vnitate Dei diuidendo?] Sequebantur hic in veteri codice argumenta, quibus Photius nifus est impugnare Latinorum sententiam de processione Spiritus sancti à Filio sicut à Patre, quæ omisit, quoniam eadem repetita habentur in alia eiusdem Photij epistola, quæ inferius suo loco ponetur, cum de illis vberius pertractabitur. Tribuuntur autem illa Photio etiam in codice Columensi: sed & Etherianus, qui illa validè confutat, Photij & non Sisinnij esse dicit. pergit autem: Hanc impietatem Episcopi illi tenebrarum (Episcopos siquidem seipfos nuncupabant & iactitabant) cum aliis etiam impiis rebus in Bulgarorum gente disseminarunt. Quorum fama cum primùm ad nostras peruenit aures, mediis visceribus nostris lethale vulnus accepimus, non secus ac si quis suorum viscerum filios oculis suis cerneret à serpētibus & feris dilaniatos & discerptos. Cum enim tot dolores & labores & sudores pro illorum regeneratione & perfectione impenderimus: quod eorum nunc interitum & perditionem videamus, intolerabilem dolorem nobis & calamitatem affert. Fleuimus enim amarè hoc illatum malum, sicut magna læticia fuimus affecti, cum vidimus illos ab antiquo errore liberatos. Sed eos quidem fleuimus, & adhuc fleuimus, & quousque ab huiusmodi errore & lapsu illi reuocentur, non dabimus oculis nostris somnum, neque palpebris nostris dormitationem, donec pro virili ad Domini gregem eos reuocemus. Nouos autem istos apostasiæ præcursores, & aduersarij famulos & ministros, & sexcentorum interituum obnoxios, communes & publicos prædones, & qui teneram illam & nuper ad religionem compactam gentem, tot & tantis disceptationibus dissiparunt, hos inquam deceptores & Dei hostes diuina sententia synodicè condemnauimus: non illam quidem nuper aduersus eos deuenientes, sed iam à Synodis & Apostolicis Canonibus & regulis præscriptam sententiam aduersus eos significantes, & omnibus notam facientes. Solent enim homines non ita præteritis poenitis emendari, sicut præsentibus corrigi, & præteritorum existit confirmatio, præsentium consensio.

Quapropter istos in suo vario & versipelli permanentes errore, ab omni Christianorum

DETEGITVR MAGNA PHOTII IGNORANTIA.

XLV. DE SYMBOLO AVCTO QUERELA.

RVRVSM IN ROMANOS AD BVLGAROS MISSVS.

RVRVSV DE
SABBATI
IEIUNIET
CAELIBATV
CLERICO-
RVV.

^aMatth. 19
^bHebr. 13
^c1. Cor. 7.

XLVII.

^dMatth. 25

XLVIII.

DE RVTE-
NIS AD FI-
DEM CON-
VERSIS.

norum grege & confortio alienos & extorres illos fecimus. Sanctorum enim Apostolorum sexagesimus & quartus Canon illos qui in Sabbato ieiunant, ita percutiens, ait: Si quis clericus fuerit inuenitus, qui Dominica die vel Sabbato ieiunauerit, &c. Necnon sanctæ & œcumenicæ sextæ Synodi quinquagesimus quintus Canon ita decernit: Quoniam didicimus eos qui in Romanorum vrbe existunt, in sancto Quadragesimæ ieiunio Sabbato ieiunare propter ordinem ab Ecclesia traditum: placuit sanctæ Synodo, vt etiam in Romanorum Ecclesia inconcussè Canon ille seruetur, qui dicit: Si quis clericus inuenitus fuerit sancta Dominica ieiunare vel Sabbato, præter vnum & solum Sabbatum, deponatur: si verò laicus, excommunicetur. Quin & quartus Canon Gangrensis Synodi de illis qui nuptias abhorrent & stomachantur, hæc inquit: Si quis decreuerit à sacerdote coniugato non oportere oblationes suscipere, ipso sacrum faciente, sit anathema. Eandem sententiam similiter profert aduersus eosdem sexta Synodus, hoc pacto decernens: Quoniam in Romanorum Ecclesia traditum esse accepimus Canonis loco, eos qui diaconi vel sacerdotij ordinationem obtinere debent, profiteri, quod non amplius cum suis vxoribus iungentur: nos itaque antiquo inherentes Canonis Apostolicæ puritatis & regulæ sacrorum virorum, legitimas nuptias ex nunc confirmari volumus & ratas haberi, nullo pacto illorum cum suis vxoribus coniunctionem dirimentes, neque illos mutua conuersatione decenti tempore priuantes: quapropter si quis inuenitus fuerit dignus vt diaconus vel subdiaconus ordinetur, iste nullo pacto prohibeatur ad huiusmodi gradum ascendere propter vxorem, neque ordinationis tempore ab illo petatur profiteri, vt à legitima cum propria vxore conuersatione absteat, ne hoc pacto cogamur nuptias vituperare, quæ sunt à Deo lege sancitæ, & eius præsentia benedictæ, & Euangelij vox clamat apertè: ^a Quod Deus coniunxit, homo non separet. ^c Cùm etiam Apostolus ^b doceat, venerandas esse in omnibus nuptias & cubile immaculatum. & apertis etiam verbis asserat: ^c Ligatus es vxori, noli querere solutionem: si quis igitur ausus fuerit aduersus Apostolicos Canones aliquem sacris ordinibus initiatum, presbyterum inquam, vel diaconum vel subdiaconum priuare conuersatione & communionem suæ legitimæ vxoris, deponatur. similiter si quis presbyter vel diaconus suam vxorem religionis prætextu eiecerit, excommunicetur. si verò perstiterit, deponatur. Solutio verò primæ hebdomadis Quadragesimæ, & noua vnctio illorum qui baptizati sunt, & Chrismate tincti, neque Canonum auctoritate opus esse arbiror, vt illa damnetur, cùm vel ipsa sola rei narratio omnem impietatis excessum superet, nec non quæ aduersus Spiritum sanctum, vel potius aduersus totam sanctam Trinitatem blasphemia, qua maior nulla esse potest, licet nihil aliud esset eorum quæ dicta sunt, satis erit illa sola ipsos sexcentis subiicere anathematibus.

Harum rerum notitiam & cognitionem iuxta veterem Ecclesiæ morem vestra in Domino fraternitati insinuare, iustum duximus, vosq; hortamur, & precamur, vt prompti commilitones nobis sitis ad tollenda impia ista & Deo inimica capita, & ne relinquatis Patrum ordinem, quem nobis maiores nostri suis actionibus & exemplo seruandum tradiderunt: sed magna cum celeritate & alacritate aliquos vestros Legatos mittatis, qui vestras vices gerentes, pietate & religione & sacerdotio, doctrina etiam & vita perfulgeant, vt hanc recens exortam impietatis istius gangrænam serpentem è medio Ecclesiæ tollamus, & eos qui insanè tantum malum seminare ausi sunt, & inter nuper compactam & nuper institutam Bulgarorum gentem introduxerunt, cum ipsismet radicibus euellamus, & communi omnium sententia in illum ignem coniciamus, quem maledictos expectare, Domini pronuntiant ^d eloquia.

Ita enim impietate procul ablegata, & pietate cõfirmata, bonam spem habemus fore, vt ad traditam sibi Fidem conuertatur Bulgarorum gens nuper Christo initiata, & nuper illuminata. Non enim sola gens ista à priore sua impietate ad Christi fidem cõuersa est, verum etiam quod apud multos sæpenumerò est dictatum, gens illa, quæ crudelitate ac cædibus omnes superat, qui Ruteni dicuntur, quique infinitos populos sibi subiecerunt, & propterea multum elati aduersus Romanum Imperium manus iniecerunt, nihilominus etiam isti puram & immaculatam Christianorum religionem, deposita sua illa Ethnica & impia superstitione, quam antea sequebantur, nostram Fidem susceperunt: subditorum loco & clientum humanè nobiscum se habentes, pro illa sua priore aduersus nos deprædatione, & pro magna illa sua audacia, ita eos Fidei desiderium & zelus

Azelus accendit, vt iterum Paulus clamare videatur: ^a Benedictus Deus in sæcula. Episcopum enim & pastorem receperunt, & Christianorum sacra magno studio & diligentia venerant. Cùm igitur isti clementis Dei gratia, qui vult omnes homines saluos fieri & ad veritatis agnitionem venire, ommissis antiquis suis vanis opinionibus, hoc pacto perspicuam & claram Christianorum Fidem iam susceperint: si fraternitas vestra nobiscum prompto animo assurgat & cooperetur ad excidendos & comburendos huiusmodi stolones: confidimus in Domino IESU Christo vero Deo nostro, quod eius lex etiam atque etiam augebitur, & illud adimplebitur: Quod noscent me omnes à paruo vsque ad magnum ipforum. &c. ^b In omnem terram exiit sonus Apostolicæ doctrinæ, & in fines orbis terræ verba eorum. Oportet igitur eos qui à vobis mittentur, & vestras sacre & venerandæ personæ vices sustinebunt, vt vestra etiam perfulgeant auctoritate, quam vos in Spiritu sancto obtinuistis, & de his capitibus & de aliis similibus ex auctoritate vestra Apostolicæ Sedis absque vilo impedimento loqui valeant & tractare.]Habet quæ sequuntur codex Vallicellanus, quæ desiderantur in codice Collegij Græcorum, e ratione quam diximus superius.

Ex partibus enim Italiæ synodica quædam epistola ad nos allata est, sexcenta continens mala & delicta, quæ aduersus proprium ipsorum Episcopum, illi qui Italiam incolunt conuerunt, sexcentas etiam obestationes cum magna iræ Dei comminatione nobis adhibent, ne ipsos prætermittamus ita miserè perditos, & tanta & adeo graui tyrannide oppressos: sacerdotales præterea leges, & omnes Ecclesiasticas regulas conculcatis narrat. Quæ iam diu quidem à monachis & presbyteris inde aufugientibus ad omnium aures deuenerunt, inter quos Basilius fuit & Zosimus & Metrophanes, & cum ipsis alij multi, qui huiusmodi tyrannidem deplorabant, & ad Ecclesiarum defensionem nos vocabant multis cum lacrymis. Nunc verò (vt superius dixi) diuersæ litteræ diuersorum inde venerunt huiusmodi tragediæ, & sexcentorum malorum plenæ, quarum exempla, iuxta eorum preces & obestationes (ad vniuersas enim patriarchales sedes illas dari cum horrendis obestationibus nos rogarunt, vt ipsamet litteræ cùm legentur, manifestum vobis facient) his nostris litteris adiecimus, vt de his rebus etiam sancta vniuersali Synodo in Domino congregata, quæ placuerint Deo, communi sententia confirmetur, & magna pax Ecclesiæ Christi restitatur. Nec enim solum vestram beatitudinem ad hoc aduocamus, verum etiam alias patriarchales & Apostolicas sedes, ex quibus quidem alij iam adsunt, alij verò breui affuturi expectantur.

Ne igitur vestra in Domino fraternitas, aliqua temporis procrastinatione ceteros fratres supra quàm par est, tempus terere faciat, cùm noueritis quod si quid propter vestri absentiam (quod non deceret) vitiosum sequeretur & mutilatum, nullus alius præterquam vos ipsi huius rei contra vos ipsos damnationem effeceritis: id etiam his litteris adhibendum duximus, vt sanctam & œcumenicam Septimam Synodum aliis sex & generalibus Synodis aggregare & connumerare vniuersæ nostræ Ecclesiæ plenitudini tradatur & manifestetur. Fama enim & rumor quidam ad nos peruenit, quod nullæ Ecclesiæ earum, quæ vestra Apostolicæ subiiciuntur sedi, vsq; ad sextam generalem Synodum annuerant, Septimam præter eas non agnoscunt, licet ea quæ in ipsa sunt decreta, magnam habeant venerationem. Ipsam verò Septimam Synodum in Ecclesia publicare instar aliarum generalium Synodorum nondum nouerunt, quamuis in omnibus æqualem illi dignitatem tribuant. Ipsa etenim Septima Synodus maximam impietatem è medio sustulit. Cui Synodo præfuerunt & simul decreuerunt nonnulli ex quatuor patriarchalibus sedibus. Affuit siquidem (vt patet) ex vestra Apostolica sede Alexandrina Thomas presbyter, & eius socij, ex Ierusalem sede etiam & Antiochena Ioannes & illorum socij; & ab antiqua Roma Petrus religiosissimus primus presbyter, & alter Petrus presbyter monachus & Præpositus venerabilis monasterij S. Sabæ, quod est in Vrbe Roma. Qui cùm omnes simul conuenissent vnà cum nostro magno patre sanctissimo & beatissimo viro Tarasio Archiepiscopo Constantinopolitano, magna illa & generalis Septima Synodus fuit congregata, Iconomachorum impietatem vt deleret & conculcasset. Cuius Acta fortasse non ita facile fuit vt ad vos perferrentur, cùm barbara & alienigena Arabum gens regionem istam vestram occupasset. Quæ de causa multi etiam illorum qui illic degunt, eius Acta licet honori & venerationi habeant, nihilominus quod Septimæ sint Synodi (vt ipsi affirmant) ignorant.

X 4

Oportet

CHRISTI
863.NICOLAI PAP.
6.LVDOVICI II. IMP. 8.
MICHAEL. III. IMP. 22.

LI. Oportet igitur hanc etiam Septimam Synodum (vt diximus) magnam quidem & sanctam & generalem, & vnâ cum aliis sex Synodis, quæ ipsam præcesserunt, simul promulgare, & prædicare. Hoc enim nisi fiat, primùm quidem est magna iniuria afficere Christi Ecclesiam, si tantam Synodum neglexerint, & tantæ portionis coniunctionem & connexionem ab Ecclesia auullerint & dissoluerint. Deinde verò quoniam Iconomachorum, quorum impietas nihilo minor est aliis, certò scio impietatem non abhorre, aperire est illorum ora, vt scilicet dicant, non generali Synodo suam impietatem damnatam fuisse, sed vnus tantùm sedis patriarchalis iudicio & sententia seipfos damnatos pœnas dare. Ne igitur occasionem habeant huiusmodi portenta efficiendi, hac de causa non solum synodis litteris, sed etiam vniuersis Ecclesiasticis historiis & quæstionibus septimam Synodum connumerare oportet, & aliis sex generalibus Synodis illam aggregare, & Septimam post eas statuere. Hæc vos quidem rogamus, & vt fratres decet, fratres hortamur, ea qua par est charitate. Christus verò verus Deus noster primus & magnus Pontifex, qui sponte sua seipsum pro nobis pulchram obtulit victimam, & suum sanguinem pro nobis pretium persoluit, largiatur quidem vestro Pontificali capiti adiacentes barbaras gentes superare. Largiatur etiam vitæ cursum tranquillum & quietum peragere, & cælestem hereditatem cum ineffabili gaudio & lætitia obtinere, vbi est omnium exultantium habitatio, & à qua procul absunt dolor & suspiria & mœstitia in ipso Christo vero Deo nostro, cui gloria & potentia in sæcula. Amen.] hucusque Phorij epistola. Verùm quæ occasione calumniarum Occidentalium schismaticorum in Nicolaum Papam ad Photium missarum hic recitata est, non hoc anno ad Patriarchas, sed post triennium esse data cognoscitur, nempe vt ex ea apparet, post irrogatum sacrilegè in eum ab eodem Photio anathema, de quo suo loco dicemus. Quoniam autem ipso ferme epistolæ exordio mentio habetur de Armenis ex erroribus hæreticorum ad pietatem redditis: hic opportunè ex sancto Nicone, qui fuerint Armenorum errores, adducendi sunt in medium. sic enim ait^b:

^aVide in Bibl.
Margar.
tom. 3.

LII.
ARMENORUM
ERRORES.

Quæ ab Armenis præter rationem fiunt & creduntur, hæc sunt: Dicunt diuinam naturam esse patibilem, & in Aphartodocitarum hæresim inducunt. Trinitatem pati dicunt. Hoc autem etiam non audent apertè dicere, iis tamen quæ faciunt hoc declarant. Tres enim Cruces coniungentes, & vni ligno tamquam iugo affigentes, nominant hoc, Sancta Trinitas. Adiciunt autem sancto atque adeò sanctissimo hymno illud: Qui crucifixus es pro nobis, Petri Fullonis rabiem sequentes, & nobis quidem asserunt, se de Filio hoc adicere: ipsi autem, Deum esse patibilem, apertè sentiunt. Existimant quoque Spiritum esse Patre & Filio minorem, vnde & paulò antè dictarum Crucium mediam minorem statuunt, in Spiritus typum hanc esse reuelantes. Idem & duarum Christi naturarum vnione, confusionem decernunt. In pane quoque mystico vtuntur azymis, & in sanctum calicem aquam non immittunt.] Porro alia ratione, quàm Latini azymo isti pane in sacrificio vtabantur, nempe quòd Iudaizarent, vt ex aliis inferius dicendis apparet, pergit Nicon:

LIII. Et quinto mensis Ianuarij vesperè festum Euangelismi celebrant, tum aliam quoque huius festi consequentiam facientes, tum etiam conueniens Euangelium legentes: manè autem Christi Natalem celebrant, & in diuino sacrificio sancta Theophania. An autem eo Euangelismi die, venerabilissimum Saluatoris nostri Natalem fuisse existimantes hoc festum celebrent, incertum. Manifestum autem est, quòd non sicut nos, carnem Domini in Dei Matris vtero formatam esse existimant. Quomodo enim fieri posset, vt infans vno die perfectus completusque nasceretur? & innumerabiles absurditates ex eo deducuntur. Sin autem existimant post duodecim menses, anno in eundem reuerso, editum esse partum: non tam magis humanam natiuitatem, quàm ab equis & asinis similem introducunt: hæc enim animalia post annum pariunt. In festo autem sanctorum Theophaniorum non oratione, non Euangelio, non hymno, non aliarum scripturarum lectione vtuntur, sed Crucem tantùm in aquam immergentes, hoc sibi sufficere existimant. Circumcisionem autem octo diebus post Theophaniam celebrantes, falluntur, nescientes quòd prius circumcisus, deinde baptizatus est.

LIV. Deinde cum magnus Gregorius, qui fuit magnæ Armeniæ Episcopus, cauisset, Armeniæ Episcopum à nullo esse alio ordinandū, quàm ab illius temporis Cæsareæ Cappadociae Archiepiscopo, vbi ipse quoque ordinatus est, & horrendæ execrationes & anathe-

ma in

CHRISTI
863.NICOLAI PAP.
6.LVDOVICI II. IMP. 8.
MICHAEL. III. IMP. 22.

A ma in eos sit intentatum qui aliter faciunt: hæc quidem illi transgrediuntur, à Syria autem Amerano vniuersalis eorum Episcopus ordinatur. Si autem negant magnum Gregorium hæc constituisse, ostendant nobis eius ad filios constitutiones, & os eis obturabitur. Sin autem adhuc dubitauerint, dicant, si possint, cum in eos sententiam anathematis protulimus, quid ab eis factum nouimus. Quando enim vniuersalis eorum Episcopus non ordinatur ex Canonibus: quomodo qui ab eo ordinantur, fide digni habebuntur?

Porro autem à sacris quoque Euangelis abstulerunt vocem quæ dicit: Et factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis in terram descendens: hoc esse imbecillitatis existimantes, non diuinæ maiestatis. sed etiam historiam, quæ nos docet, quòd mulier ad IESVM tamquam adultera adducta est, cum is autem dixisset: Qui non peccauit, lapidem in eam proiciat, recesserunt omnes, nec à Christo condemnata est, reiciunt; hanc auditionem multis esse perniciosam dicentes. Comedunt autem & in Sabbatis & in Dominicis sanctæ Quadragesimæ oua, caseum, & butyrum, & in primis eorum vniuersalis Episcopus, & est apud eos Canon qui dicit: Si quis butyrum, caseum, & ouum, vino & oleo non æquialere existimet, sit anathema. Septimana quoque τῆς περὶ ἀλάτου carne vescuntur, ieiunantes septimana quæ est ante ἑβδομήκαιον intensis ieiuniis, præter panem & aquam nihil aliud gustantes. Vocant autem hanc septimanam Artziburtzia: nesciunt tamen quid sibi velit vis huius nominis. Sed nonnulli quidem dicunt fuisse hoc cuiusdam Sergij ieiunium, nonnulli verò Niniuitarum, aliqui verò Adami, quando ex paradiso deliciarum eiectus est. Et hinc sine ratione ieiunare conuincuntur.

Quidam autem dicunt, & videtur verum esse quod ab eis dicitur, fuisse quemdam apud eos Episcopum, qui vt batur catulo cui erat cognomen Artziburtzes (id autem præcursor, seu præcessor Latinè interpretatur) præcedebat enim Episcopum in urbem vel vicum ingressurum: quo mortuo septem dierum ieiunium ab Episcopo constitutum est in memoriam luctus qui fuit propter canem. Sacrum autem celebrantes, non solum capiti regem non detrahunt, sed etiam capiti cucullam adiciunt, licet diuinus^a Paulus apertè exclamet, detectos esse debere in oratione.

Venerabiles autem imagines non adorant, sed quod magis est, eorum vniuersalis Episcopus cum reliquis eos qui adorant, anathemate percutit. Nec Crucem adorant, nisi clauum in eam immiserint, & ipsam etiam baptizauerint: postquam autem clauo fixa & baptizata Crux fuerit, & alterum duorum lignorum diuisum & relictum fuerit, relictum scilicet vel transuersum, id solum quod relictum est, adorant. Sed & omnia ferè quæ sunt abolita legalia, adhuc peragunt. Agnum enim magno Dominico sacrificant, & limina inungunt, & eius ossa comburentes, seruant cinerem cum sanguine in signum expiationis: & velum ante altare statuunt, & tintinnabula ipsi & altari appendunt. Quin etiam pro mortuis, ouium & boum sacrificia peragunt, nec defunctum aliter seruandum existimant, nisi terciis & nonis & quadragesimis eius diebus, eiusmodi sacrificia peracta fuerint. Antequam autem huiusmodi sacrificia peragantur, sal benedicientes, dant bestiis in nutrimentum, & super earum etiam capita dicunt quasdam orationes, & eas maciant. Nominant autem hæc sacrificia, Natalitia. Siqui autem aliquid horum negant: eum qui hoc facit, anathematizant.] hucusque Nicon de Armenorum erroribus, quos ad Catholicam Fidem esse conuersos vanè Photius gloriatur. Quando autem id acciderit, & cuius opera, suo loco dicitur.

Iam verò ad Episcopos conciliabuli Metensis redeamus, omnes anathemate à Sede Apostolica obligatos: quorū præcipui aliorum ductores & seductores Theutgaudus atque Guntharius, cum haud leue bellum (vt vidisti) in ipsum Nicolaum Pontificem concitassent, alter eorum, nempe Theutgaudus, ad se reuersus, magna instantia pulsauit diuiores Romanæ Ecclesiæ, vt ab ea reciperetur. Sed quòd sicut nemini verè pœnitenti obferantur eadem ad veniam peccatorum consequendam; ita ad restitutionem honoris pristini in atrocioribus facinoribus referari semper minimè consueuerunt: hoc ipse petens, reiectus foras mœrès mansit semper extortis, dum idem Nicolaus Pontifex vixit. Alter verò maiori in dies auersione à sacris non cessans, obstinatio perseverauit. Reliqui verò condemnati Episcopi, quorum non erat tanta culpa, libellos supplices de his quæ in Metensi conciliabulo peccassent, eidem Pontifici Nicolao offerentes, sunt veniam consecuti, quibusdam acceptis ab Apostolica Sede conditionibus. Id autem in primis præstitisse Aduentium Metensem Episcopum, litteræ ab ipso ad eundem Pontificem

LVI.

LVI.

LVI.

LVI.

LVIII.

DE LANSIS
EPISCOPIS
IN MET.
CONCILIO.

CHRISTI
863.NICOLAI PAP.
6.LVDOVICI II. IMP. 8.
MICHAEL III. IMP. 22.

Pontificem tunc eodem argumento conscriptæ significant. quas obliuione diu sepultas, A nuper industria nostri amantissimi Brouerij suppeditauit ex vetustissimo codice Treuirensi. sic enim se habent:

LIX. Gloriosissimo Dominici gregis pastori, domino & beatissimo Nicolao, summo & vniuersali Papæ, Aduentius humilis Metensium sedis Episcopus nunc & in æternum valere.

PURGATIO
ADVENTII
ET VENIAR
POSTVLA-
TIO.

Christus Dominus Deus proprii sanguinis pretio acquisito gregi solita pietate prospiciens, vobis summi sacerdotij contulit dignitatem, cui inter plurima spiritualium virtutum ornamenta, quibus sanctam Matrem Ecclesiam inimitabili sanctitate condecoratis, sacra etiam prisce auctoritatis dogmata affatim resplendent, quo Christiana plebs efficacissimo tanti patris exemplo feliciter imbuta, vitiatorum monstra deuicare, & auxiliante Deo, æterna poterit præmia comprehendere: immò Ecclesiastici ordinis disciplina vestris temporibus inuiolabilis permanere. Vnde mea paruitas omnelque diuina dignatione mihi crediti multipliciter congaudentes, magnas omnipotenti Deo gratias referimus, deuotis precibus implorantes; vt Deus omnipotens vestri Pontificatus apicem diu incolumem custodire dignetur, ad consolationem sanctæ suæ Ecclesiæ, omniumque Fidelium animarum. Quippe cum inter sæuissimas paganorum pressuras, densissimasque peruersorum Christianorum simulates occuparemur, & per capita humilitatis nostræ Dominici ouilis sollicitudinem gerere optaremus, decreta excellentissimi Apostolatus vestri nobis directa sunt, super quibus responsa dignitati maiestatis vestræ festinantissimè currens præsentialiter dare viua voce desiderarem, nisi longæua senectus me grauidum redderet, & indeficiens corporis ægrotudo frequenter atque inopinatè spiritum exhalare cogeret. Magnum enim, & quasi totius meriti gaudium obtinerem, si ad Limina Apostolorum, vestramque desiderabilem & præminentissimam præsentiam, virium imbecillitas me ire sineret. Sed quia podagrici dolores & veterani mei artus optata denegant, omnipotenti Deo & S. Petro, atque incomparabili clementiæ vestræ magnitudinis, meæ paruitatis quantitatem committo, qui vices Dei teneris, & in reuerentissima summi Principis cathedra, verus Apostolus residetis, vt vestris fouear solaminibus. Si enim fallaciter, quasi fautor vitiatorum in conspectu vestræ mansuetudinis diffamatus existo, si non corpore, mente tamen ad vestra sacra vestigia prouolutus, humiliter peto, vt excusationis meæ causas nullo mendacij fuce obnubilatas, paternæ pietatis affectu recipere non dedignemini, quas capitulatim misericordiæ vestræ pandere studui.

LX.
CAP. I.

In catalogo sacerdotum nequaquam recipio Theutgandum quondam Archiepiscopum, qui depositionis suæ sententiam à vobis prolatam hæcenus patienter ferens, iuxta D præcedentem consuetudinem, nihil omnino de sacro ministerio contingere præsumpsit, sed quasi mitissimus vir incautè se proprio sermone lapsus, atque alterius pertinacissima obstinatione deceptum fateretur, & per humilitatis & obedientiæ viam incedens, à vestra pia largitate locum satisfactionis præstolatur.

LXI.
CAP. II.

Guntharium quondam sacri Palatij Archicappellanum, in Episcoporum numero non suscipio, neque ei vel fautoribus suis communicare præsumo, quoniam vetito vsus est officio, & Apostolicam floccipendere excommunicationem non metuit.

LXII.
CAP. III.

Causam piissimi Regis Hlotharij in præsentia vestrorum Legatorum præfati quondam primates Ecclesiarum, cum alijs Archiepiscopis, eorumque Coepiscopis, de duabus vxoribus in nostra vrbe ventilantes, & magistratus nostri principatum obtinentes, quid de iam dicti nostri Principis querela decreuerint, vestram non later sanctitatem. Ego igitur, teste Deo cum Angelis & Archangelis, arbitratus sum puriter vera manere, quæ plurimorum Consulium stipulatione effabatur. Interea decernentibus tunc temporis præscriptis Archiepiscopis, eorumque Coepiscopis, solus ego, qui esset meritis & ordinatione nouissimus, qui magistrorum auctoritatibus & iudicijs resisterem? & ne fortè in aliquo cõtra decretum Leonis Papæ offenderem *verebat*, qui titulo xxxi. ita scribit: Igitur secundum sanctorum Patrum Canones Spiritu Dei conditos, & totius mundi reuerentia consecratos, Metropolitanos singularum prouinciarum Episcopos ius traditæ sibi antiquæ dignitatis intemeratum habere decernimus. Si enim à regulis præstitutis vlla aut licentia, aut præsumptione disceserunt, ego penitus nesciebam. Vnde & in Antiocheno Concilio cap. ix. ita scribitur: Per singulas regiones Episcopos conuenit nosse Metropolitanum Episcopum sollicitudinem totius prouinciæ gerere: propter quod ad Metropolitum omnes vndi-

CHRISTI
863.NICOLAI PAP.
6.LVDOVICI II. IMP. 8.
MICHAEL III. IMP. 22.

A vndique, qui negotia videntur habere, concurrant, & cetera. Sola quippe plurimorum relatione de iam dicta querela, quæ in primordijs gesta sit, aure, non oculo percepi, quia Episcopus non eram, sed in excubijs templi beati Stephani Protomartyris occupatus, nouissimè in Regno domini Hlotharij Senioris mei expetitus à Clero, & electus à plebe, pastoralis officij curam, Deus nouit, & non vltra ambiens, sed canonicè inuitatus excepi. Et multo amplius, si fieri potest, verbis Archicappellani, ac ceterorum Patrum, qui interfuerunt credulus extiti, quàm mihi metipsi, & si fortè in aliquo simpliciter egi, restat vt ad magistrum veritatis recurram. Nunc ergo proferat singularis sapientia vestra normam in hoc facto, & ecce paratus sum obsecundare edictis vestræ auctoritatis, veluti Deo, in cuius persona cuncta profertis. Vestro enim sancto ac salubri consilio vsus, iugo me obedientiæ humiliter submitto. Nam quamuis quorundam leuitate contra me tumultum detractionis sentiam, nisi de simplicitate nullus me in hac re accusare potest. fidèter enim dico: ^a Ecce in cælo testis meus, & conscius meus in excelsis. Vnde Vas electionis dicit: ^a *Iob 16.* Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ. Hic enim beatus Gregorius ^b *2. Cor. 1.* Papa in epistola Theoctistæ Patriciæ directæ, ita scribit: In omnibus, inquit, quod de nobis extrà dicitur, recurrere ad arcana mentis debemus. Et si omnes vituperent, liber est, quem conscientia non accusat.

Si decretum vestræ auctoritatis iudicio sancti Spiritus ab omni pastoralis officij regimine præfatos Metropolitanos exutos definiuit, propter excessus sanctionum, & absolutionem anathematis à Sede Apostolica emissi super ^{*} Ingelrudem Bosonis vxorem: sciatis verissimè, quia in eius absolutione nequaquam particeps extiti, & postquam illam vera relatione infauisto adulterij genere fauciatam audiui, semper quasi mortiferum venenum abominatus sum. Communionem verò cum excommunicatis nullatenus habere vniuersos moneo, si sacris vti ausi fuerint, sicut Capitulum Antiocheni quartum ostendit, quod communicantes eis ab Ecclesia abiici iubet.

LXIII.
CAP. IV.

^{*}al. Engeltrudem

Secratorem damnatorum, ac seditiosum, vel coniurationis aut conspirationis reum me penitus esse denego: fauentibusque *quibuscumque* nequaquam assentire fateor, sed cum capite, id est, sancta & venerabili Sede beati Petri, cui clauës Regni cælorum misit, in qua etiam petra Christus Rex æternus sanctam ædificauit Ecclesiam, contra quam portæ inferi non præualebunt, canonicè in omnibus me fauere profiteor.

LXIV.
CAP. V.

Porro sanctitas vestræ paternitatis inuiolabiliter censuit, nullo modo pauendam honorum amissionem, pro temeritatibus, & subscriptionibus; atque indulgentiam non esse denegandam, si vobiscum sapere, nostrumque per nosmetipsos, aut per Legatos nostros assensum cum scriptis offerre studeremus. Nouerit præcellentiæ vestræ sanctitas munificentissima, quòd Legatus noster, qui iam vobis fatam professionem ostenderet, & multiplicibus verbis enuclearet, idèd tardauit, quia ceteros confratres nostros huc illucque de diuersis partibus aduocans, vobiscum sentire vnanimiter, & sapere hortatus sum. Eorumque omnium generaliter vnanimitate comperta, quasi præconem Legati nostri in ipso margine præsentis vitæ constitutus, vestræ sanctæ paternitati præmissi, præsentem videlicet litterarum portitorem. Nihil in me ambiguum, nihilque damnable remanere patior, cui viam omnis carnis arripere, proprii corporis resolutio pollicetur. sed in omnipotentis Dei misericordiam valdè confido, quòd mihi peccatori spatium huius calamitosæ vitæ concedere debeat, quousque digna satisfactione purgatus, vestræ paternæ pietatis gratiam petenti redditam intelligam, meque receptum in vestro Deo digno consortio congratuler. Credimus enim, quòd fauente Deo, & Apostolorum omnium Principe, qui in eleëmofynis & ieiunijs & furtiuis orationibus spiritaliter occupati estis, omnibus viribus diuina dispositione præuidere debeatis, ne pro falsidica deceptione viuientia in Christi corpore membra moriantur. Igitur si meis lacrymosis precibus vestra misericordia in aliquo flectitur, per sanctam & indiuiduam Trinitatem humiliter deprecor, vt per latorem præsentium litterarum, si amplius esse non potest, saltem de vestra sancta manu in naufragio vitæ constitutus, illud recipere merear, quod mitis magister vester Christus, quibusdam discipulis hæsitantibus ianuis ^{*} diuinitus apparens, imprecatus est, dicens: *PAX VO B IS.* Excellentiam sanctitatis vestræ assiduis votis & precibus diu incolumem vigere humiliter exoramus.] hæc Aduentius, pro quo etiam Carolus Rex Francorum scripsit litteras commendatitias, quas ex eodem codice Treuirensi hic describemus. sic enim se habent:

LXV.
CAP. VI.

^{*}clausis

San-

LXVI.

Sanctissimo ac reuerentissimo Patri Nicolao, Catholicae & Apostolicae Sedis summo Pontifici & vniuersali Papae, Karolus gratia Dei Rex & spiritalis filius vester.

CAROLVS
FRANC. REX
COMMEN-
DAT AD-
VENTIVM.

Quia sicut deuotio nostra erga sanctam Sedem Apostolicam omniumque Ecclesiarum Matrem atque Magistram, & erga sancti Apostolatus vestri honorem in istis cisalpinis regionibus longè lateque, gratias Deo, cognoscitur; ita & colendae cum summi amoris veneratione paternitatis vestrae benignitas, erga filialem nostram dilectionem non solum nostris beneuolis, sed & amulis auctore Deo certis indiciis, veluti sanctitatem vestram scilicet religionis culmen decet, innotuit. Aduentius Metensium venerabilis Episcopus hunc fratrem nomine Bettonem nobis fidelem, vt credimus, in monasterio Regni nostri ab infantia regulariter educatum, & nostra munificentia, sicut inter nos conuenit, sibi concessum, ad nos misit, petens à nobis vestrae amantissimae Paternitatis pro eo litteras mitti, quas profuturas, & non modicè sibi apud auctoritatem vestram credidit suffragari. Mandauit etiam mihi, quòd professionem suam, subreptionum praeteritarum correctionem, & futurarum cautelam continentem, sicut regulae sanctae praecipunt, manu sua subscriptam, vestro Apostolatui per hunc fratrem vellem dirigere, quatenus & excessuum veniam, & Apostolicae Sedis communionem, & vestri Apostolici vigoris gratiam, valeat obtinere.

LXVII.

DROGOME
TENSIS EPI-
SCOPVS.METENSIS
ECCLESIAE
DIGNITAS,
ET PRAE-
ROGATIVA.
* Angilranus
Quoniam Paul.
Diacon. li. 6.
c. 6. edit. rec.
nimis elatè
vocat Archi-
episcopum ob
ista, credo,
privilegia.

Vnde quoniam venerandus & amantissimus patruus noster Drogo, qui licet in regno fratris nostri Hlotharij quondam Imperatoris post obitum domni & patris nostri degisset, ed quòd sedes in partem Regni ipsius deuenerat, nobis tamen vnicè dulcissima dilectione, & obnixa fidelitate coniunctissimus fuit, eundem venerabilem Aduentium nutritiuit, & domestica familiaritate habuit, & ipse Aduentius nobis fidelis & amicus existit, ac si vestigia sanctissimae paternitatis vestrae deosculantes, cum omni deuotione deposcimus, vt nostra petitione, sicut credit, apud auctoritatem vestram se sentiat adiuuari, ne ipse, & sedes eius in illo, modo quolibet, quod absit, dehonoretur; quae postulatione aui nostri diuinae memoriae Karoli Imperatoris honorari ab Apostolica Sede meruit, vt* Engilramus praedecessor istius, summus cappellanus eius, & Apocrisarius Apostolicae Sedis in istis regionibus aliquamdiu fieret, & postea deprecatione sanctae recordationis, Pij Augusti domini & genitoris nostri, excellenti genio à Sede Apostolica in praefato patruo nostro Drogone venerando Episcopo fuerat honorata, vt vnà cum praedicto ministerio, & Imperatoris & Apostolicae Sedis, etiam vsu pallij potiretur.

LXVIII.

Nam etsi hic vir venerabilis Aduentius, aut principis sui, aut magistrorum superstitione actus, aut fauore ac consensu plurimorum attractus, vel alio quolibet modo subreptus, vel interceptus in aliquo, minus quàm debuerat prouidus extitit: (quoniam, vt Augustinus dicit: Amat Deus confidentibus parcere, & eos qui semetipsos iudicant, non iudicare; cessatque diuina vindicta, si conuersio praecurrat humana;) vestri Apostolatus mitissima & praestabilis cunctis conuersis benignitas, in eo sententiam praedecessoris sui Leonis sequetur, quo dicit: Sedis, inquiens, Apostolicae moderatio hanc temperantiam feruat, vt & seuerius agat cum obduratis, & veniam cupiat praestare correctis; quatenus venia concedatur, si error aboletur. Petimus siquidem, vt istum non modò suum, verum & nostrum Legatum Bettonem religiosum monachum, & litterarum scientia bonique ingenij capacitate, Dei gratia, & sedulo studio imbutum, benignè & familiariter recipiatis, quòd ea quae sibi iniuncta sunt, mansuetudini vestri Apostolatus domestica suggestione valeat enarrare. Deus omnipotens orantem pro nobis sanctitatem vestram æuo longiore conseruare in voluntate sua dignetur, sanctissime & reuerentissime pater in Domino. ¶ His Nicolaus acceptis supplicibus litteris, Aduentio per Theutericum eius Legatum, quem post Bettonem miserat, ista rescripsit:

LXIX.

NICOLAI PAP.
EPISTOLA
AD ADVENTIVM.

Nicolaus Episcopus seruus seruorum Dei, reuerentissimo & sanctissimo Aduentio Episcopo Metensi.

Excusationis tuae litteras per Theutericum religiosum presbyterum tuum suscipientes, quoniam his te in extremitate vitae positum indicasti, mœror nos continuò ingens obrinuit. Sed professio tua, qua te in nullo à Sede Apostolica dissentire manifestas, quamque nobis à te minus, quàm ab aliis sperabamus offerendam, inter mœstissimam meritò laticitiam miscuit. Quoniam licet de exteriori homine, cum ipsius priuamur fraterno solatio, doleamus; de interiori tamen, quem extinctum putabamus, nunc verò per gratiam Dei viuificatum audimus, incomparabiliter exultamus. Quamuis autem probabilem

tua

A tua videatur habere excusatio rationem, teque innocentem comprobetur ostendere, sufficeret tamen etiam, si qua praeteritorum noxa teneris excessuum, satisfactio, quam in articulo mortis, sicut ipse fateris positus, litteris datis Apostolatui nostro, vt decreueramus, ostendis. Cuius rei testis est laros, qui in cruce pendens, in ipso momento mortis iam iamque constitutus, confessus est, &: Hodie mecum eris in paradiso, à IESV audire promeruit. Et Propheta subitanam, gementis salutem demonstrans, a Cum conuersus, inquit, ingenueris, tunc saluus eris. Verumtamen potens est Deus misericorditer operari, vt quae excusationes tuas & obedientiae promissa suscipientes, de immortalis vitae tuae per id fiduciam sumpsimus, percipiamus etiam in hoc temporali cursu, longaeuitate diuinitus tibi concessa, vnde & verbi Dei fructibus multipliciter perfruamur, ac per hoc in Domino gloriemur. Quid autem mirum, si Guntharius dudum Archiepiscopus Apostolicam floccipendere sententiam non meruit, qui diuina praeccepta toties paruipendisse conuincitur? Claret verò, & cunctis manifestè datur intelligi, etiam si nulla alia prauitatis suae praecessissent indicia, qualis ante poenam extitit, qui se post poenam talem exhibuit; & quam debitè percussionem promeruit, qui etiam post vnde magis percussus debeat, minimè admittere recusauit. Eo igitur suadente, nunc Apostolicis institutis inobediens effectus est, qui nuper caelestibus oculis semper obuiasse repertus est, antiquo videlicet aduersario, qui sicut leo rugiens, iuxta primum^b Apostolum, circuit, quarens quem deuoret.

Illud verò quod dicitis, Regibus & Principibus vos esse subiectos, ed quòd dicitur^c Apostolus, Siue Regi tamquam praecellenti: placet. Verumtamen videte, vtrum Reges isti & Principes, quibus vos subiectos esse dicitis, veraciter Reges & Principes sint. Videte si primum se bene regunt, deinde subditum populum. Nam qui sibi nequam est, cui alij bonus erit? Videte si iure principantur: alioquin potius tyranni credendi sunt, quàm Reges habendi, quibus magis resistere, & ex aduerso ascendere, quàm subdi debemus. Alioquin, si talibus subditi & non praelati fuerimus: nos necesse est eorum vitiis faueamus. Ergo Regi quasi praecellenti virtutibus scilicet & non vitiis subditi estote, sed sicut Apostolus ait, propter Deum, & non contra Deum.

Superfluum autem iudico, quod in conuentu Episcoporum Capitula sancti Leonis Papae ac Antiocheni Concilij quidam, vt asseris, legerint. Quoniam si sanctus vir Metropolitanus singularum prouinciarum Episcopos ius traditae sibi antiquitatis dignitatis intermeratum habere decreuit, privilegia tamen huius Sedis non abstulit, & huic diuinitus iura concessa non minuit. Quia sicut ipse scribit ad Anastasium Thessalonicensem, ac per eum ad omnes, inter beatissimos Apostolos in similitudine honoris fuit quaedam discretio potestatis; & cum omnium pars esset electio, vni tamen datum est, vt ceteris praemineret. De qua forma Episcoporum quoque est orta distinctio, & magna ordinatione prouifum est, ne omnes sibi omnia vendicarent, sed essent in singulis prouinciis singuli, quorum inter fratres haberetur prima sententia; & rursus, quidam in maioribus vrbibus constituti, sollicitudinem eius susciperent ampliolem; per quos ad vnam Petri Sedem vniuersalis Ecclesiae cura conflueret, & nihil à suo capite disideret. Itidem ipse alibi, vt de componendis atque compositis relatio sibi plena mittatur, praecipit. Rursus si fateatur Antiochenum Concilium, per singulas regiones conuenit nosse Metropolitanum Episcopum sollicitudinem totius prouinciae gerere, quid praedicit Sedi Apostolicae sollicitudinem habenti non solum vnius prouinciae, sed & totius Ecclesiae? Cum idem Concilium magis Metropolitanus coërceat, refranet, & arctet, dum eos non amplius, quàm suarum prouinciarum dicat sollicitudinem gerere. Quorum enim quis sollicitudinem gerit, & iudicium praetendere necesse est, vt beatus Papa Innocentius ad Maximum Antiochenum scribens: Quorum enim, inquit, & maximè expectat cura praecipue tuum debent mereri iudicium. Ergo quia totius nos Ecclesiae maxima cura praestolatur, nostrum praecipue debet Ecclesia tota proculdubid iudicium promereri.

Sed tandem ad propositum redeamus, & votis tuis, quantum possumus, Deo praestante, misericorditer annuamus. Itaque si Theurgaudum dudum Episcopum, sicut profiteris, in catalogo Episcoporum non recipis, quousque de eo humanius tractemus; & si Guntharium* mytherium sibi vetitum vsurpantem, non solum inter Episcopos non susceperis, sed nec ipsi, nec fautoribus eius communicaueris, & Regi in scelere permanenti Episcopaliter contradixeris, & secundum vires in nullo à Constitutis & sententiis ab Apostolicae Sedis Praesule prolatis deuiaueris, sed de cetero pro Fide Catholica, & correctione

Annal. Eccl. Tom. 10.

Y

rectione

^{*pontificis} rectione Fidelium, ac pro conferendis Pontificis Sedis Apostolicæ priuilegiis nobiscum feneris, nobiscum pro viribus decertaueris, fratres quosque & proximos tuos nobiscum sapere hortatus fueris: Deus omnipotens intercessione Apostolorum principum Petri ac Pauli vincula omnium peccatorum absoluat, & quidquid humanitus, quod in oculis Maiestatis eius displicuit, egisti, tibi miseratus indulgeat, & benedictionis suæ gratia replens ad beatitudinem visionis suæ perducatur.] hæc Nicolai epistola, postquam extant reddita Aduentij litteræ ad eundem Nicolaum pro gratiarum actione de venia impetrata, quas suo loco reddemus.

LXXIII. Sed quid inter hæc accidit? Cum in aliis prouinciis Galliarum, quæ Carolo subiacerent, innotuisset, quid statutum esset in Metensi Concilio, nempe ex Lotharij sententia cuncta esse transacta, Legatosque Apostolicæ Sedis omnia comprobasse, existimantes quidquid Legati fecissent, ex Nicolai qui eos miserat, voluntate confectum esse: scripserunt ad ipsum Pontificem litteras amarissimas, easdemque synodales ex Siluaneensi Concilio, quod collegerant, quibus eum rogauerunt mutare sententiam, & generale Concilium conuocare. Quibus acceptis litteris Nicolaus respondit, sibi non esse opus mutare sententiam cum semper aduersus Lotharium sensisset, litterisque significasset, Legatis suis missis in Gallias datis, quarum exemplar ad eos mitteret, nempe sensisse, ut Lotharius nisi pareret, eiciendo Vualdradam pellicem, alienus fieret à communione totius Ecclesiæ Catholicæ vnâ cum fautoribus suis. Quæ sua constantissima, nec aliquando mutanda sententia, ut per ipsos vniuerso populo innotesceret, sic admonuit eos, dicens: Ne verò simplices, quod ad alteris aliquando cesserimus, falsò nos opinentur: non incongruè nostri super hoc animi votum omnibus fratribus & Coepiscopis nostris intimare, & concionando in Ecclesijs vestris publicè cunctis ad liquidum subditis exponite.] hæc Nicolaus.

LXXIV. Hoc eodem anno, mense Aprilis, Hincmarus surripuit à Nicolao Papa confirmationem Concilij Sueffionensis ante decennium celebrati, itemque confirmationem priuilegiorum Rhemenis Ecclesiæ, cum idem Pontifex Nicolaus dolum nesciens, ipsi annuens ad ipsum ista rescripsit: ^b

^{b Ex codice S. Mariae, super Minerva in Vrbe epist. Nicol. 38.} Nicolaus Episcopus seruus seruorum Dei, reuerentissimo ac sanctissimo confratri nostro Hincmaro Rhemorum Archiepiscopo. Pastoralis sollicitudinis cura constringimur, & loci sublimitate, qua nos superna prouidentia totius domus suæ generalitati præposuit, prouocamur, ut Apostolatus nostri apex in ea tamquam lapis positus angularis ad imitationem ipsius, Fidelibus quidem & humilibus tutissimum & firmissimum refugium, quo cuncti frangantur tumentes hostium fluctus, exhibeat: his autem qui offendunt verbo, nec credentes in quo positi sunt, sit lapis iste offensionis & petra scandali. Proinde quia dilectio tua sequens instituta maiorum, ea quæ possunt aliquam recipere quæstionem, ad nos quasi ad caput & ad apicem Episcopatus referre studuit: quod nos libenter accepimus, quia hinc dilectionem tuam memorem Canonum comprobamus: Synodum illam, quæ à te & ceteris venerabilibus Archiepiscopis atque Episcopis in vrbe Sueffionum anno Incarnationis Dominicæ MCCCLIII. Indictione prima, quinto Kal. Maij fuerat celebrata, & à decessore nostro beatæ memoriæ Benedicto Papa est confirmata; sicut idem sanctæ recordationis Pontifex illam confirmauit, ita & nos eam confirmatam, & irrefragabilem, perpetuoque mansuram, Apostolica auctoritate decernimus, SALVO TAMEN ROMANÆ SEDIS IN OMNIBVS IVSSV ATQUE IVDICIO.

LXXV. Præterea quidem & hoc sancimus, ne quilibet extremorum Durocortorum prouinciæ, regionis Belgicæ regulariter subiectus Ecclesiæ, te contempto, vel potius habita Coepiscoporum ipsius diocesis prouinciali Synodo, impunè audeat seu valeat aliena expectere aut expectare iudicia, aut alienas contra Canones ordinationes suscipere, vel ad alias prouincias irregulariter conuolare; sed ita ut Nicænorum & ceterorum Conciliorum canonicis definitionibus est promulgatum, & beatorum Siricij, Innocentij, Zosimi, Cælestini, Bonifacij, Leonis, Hilarij, Gelasij, Gregorij, ac ceterorum Romanæ Sedis Pontificum constitutionibus est decretum, SALVO IN OMNIBVS NOSTRÆ APOSTOLICÆ SEDIS IVRE, VEL VTI AB IP SO CHRISTO ET SACRIS EST CAVTVM CANONIBVS, cuncti siue in prælatione, siue in subiectione debita ordinem ab Ecclesiasticis regulis traditum obseruantes, Metropolitanæ tuæ auctoritati honestè aut canonicè præcipienti obediant.

Et

A Et hoc promulgamus atque Apostolica auctoritate statuimus, ut te, quem Primatem ipsius prouinciæ sanctæ memoriæ Præsules, prædecessores nostri, Leo scilicet in largitione vsus pallij, & Benedictus priuilegio suæ corroborationis, & ut antecessores eorum tuos prædecessores canonica auctoritate, & antiqua consuetudine pro Metropoli Ecclesiæ Rhemenis genio confirmauerunt, & nos primatu beati Petri Dei voce præcepto pariter confirmamus: nullius vnquam infestatio contra canonica, Apostolicaque decreta siue iudicia opprimat, aut ab Ecclesiâ tibi commissa, virtute vel facultate nudare, aut ante audientiam Romani Pontificis, quia nec regulæ hoc permittunt Ecclesiasticæ, iudicare te, vel condemnare præsumat. Quod & si temerarius quisquam fortè præsumperit, nullius excommunicationis, vel obligationis, seu condemnationis sententia sine decreto Romani Pontificis tenearis astrictus. Sed si à quocumque vel vndecumque fueris compellatus, ut debeas iudicari, Apostolici Papæ iudicio te referuamus, nostra, immò beati Petri Apostoli auctoritate decernimus, nec alterius cuiuscumque viri vel iudicio te subijci excepta potestate Sedis Romani Pontificis, nec ad alterius Primatis prouinciæ Synodum, nisi ex communi placito posse conuocari, mandamus. ITA TAMEN SI IN NVLLO NEGOTIO APOSTOLICÆ SEDIS ROMANÆ IVSIONIBVS INVENTVS PVERIS INOBEDIENS.

Et hoc constituimus, ne quælibet prouincia Metropolitanæ tibi que subiecta, ius secundum Ecclesiasticas constitutiones primatus Ecclesiæ tuæ & tibi debitum, & secundum sacros Canones & decreta Romanorum Pontificum ex antiqua consuetudine traditum ac constitutum, quoquo modo per contemptum conuellere, aut prouinciam diuidere, aut tibi vel Ecclesiæ tuæ quacumque violentia contra eadem canonica Constituta & decreta Romanorum Pontificum pertinaciter inferre præsumat.

C Quæ omnia supra scripta violari à quoquam, cum anathematis interpositione, beatorum Apostolorum Principis auctoritate, & nostra Apostolica sententia prohibemus. Eo dumtaxat tenore & conditione hæc per huius præcepti decretique paginam tibi omnibus vitæ tuæ diebus habenda concedimus, ad tuæque securitatis quietudinem ac decorem valere disponimus, si tam in præsentia, quam semper, dum tamen in vita tua superstes extiteris, in nullo ab Apostolicæ Sedis præceptionibus quoquo modo discrepaueris. Quod si à sanctæ Romanæ Ecclesiæ constitutis, vel ab eius Præsulum iussionibus quolibet tempore inuentus fueris segregatus, eorumque siue per epistolam, siue per verba mandatis obedire neglexeris: huius priuilegij atque præcepti tenor nullius momenti penitus iudicetur, & cuncta quæ in eo continentur, irrita in perpetuum atque inania prorsus existant.

D Si quis autem temerario ausu, magna, paruæve persona contra hoc nostrum Apostolicum decretum agere præsumperit: sciat se anathematis vinculo esse innodatum, & à Regno Dei alienum, & cum omnibus impiis æterni incendij supplicio condemnatum. At verò qui obseruator extiterit præcepti huius, gratiam atque misericordiam, vitamque æternam à misericordissimo Domino Deo nostro consequi mereatur. Scriptum per manum Zachariæ Notarij Regionarij & Scriuarij S. R. E. in mense Aprili Indictione vndecima. Benè valere.

Dara quarto Kal. Maij per manus Tiberij Primicerij sanctæ Sedis Apostolicæ. Imperante piissimo Domino Imperatore Augusto Hludouico à Deo coronato magno pacifico Imp. anno xiv. Indict. xi.]

E His acceptis ab Ecclesiâ Romana per Nicolaum Pontificem priuilegiis, obtentaque confirmatione (ut audisti) Concilij Sueffionensis, Hincmarus iam opere perficere aggreditur, quod conceperat aduersus Rhotaldum Episcopum Sueffionensem, cuius causa Siluaneense Concilium parauit, quod eodem tempore, quo Metense, de quo audisti, est celebratum hoc anno mense Iunij, Indictione vndecima, in Regno Caroli Calui, in quo idem Rhotaldus Sueffionensis Episcopus deponitur, & quantumlibet Sedem Apostolicam appellari, non est auditus, sed in monasterium detrusus, alio in eius locum Episcopo subrogato. Cum & ab ipsa Synodo missa est legatio per Odonem Bellouacorum Episcopum ad Apostolicam Sedem, qua peteret per Nicolaum Pontificem confirmari, quæ ab Episcopis in eadem Synodo acta essent. Quo tempore ad eandem Apostolicam Sedem missus est libellus supplex querelam Rhotaldi ipsius, de his quæ iniuste ab eadem Synodo passus esset. Insuper & alia à vicinis compluribus, tyrannicum factum detestantibus

additæ sunt ad eundem Pontificem querimonie pro Rhotaldo. Hæc omnia, & in iis A
potissimum quæ ad tempus spectant, perspicue demonstrant ipsius Nicolai Papæ litteræ
ad eandem Synodum redditæ. Vt autem totius rei gesta seriem cognoscamus, est hæc
reddendus libellus Rhotaldi ad Sedem Apostolicam appellantis, qui sic se habet: b

LXXXI. Domino meo sanctissimo atque reuerendissimo Nicolao summo Pontifici & vni-
uersali Papæ.

Ego Rhotaldus peccator Sueffionensis Ecclesie, Sedem appellans Apostolicam, irregu-
lariter Episcopatu priuatus calamitatum mearum suggero lugubrem historiam: non tamen
omnia quæ passus sum retexens, quod impossibile forsitan erat, & nimis fastidiosa narra-
tio tuis, piissime Præsul, auribus importuna videretur. Venerabilis igitur Metropolitanus
Hincmarus sanctæ Rhemensis Ecclesie Antistes, quibusdam occasionibus exortis, acri
circa me infestatione certans, diu multis ac variis laboribus meam vexabat exiguitatem. B
Ego autem quantum poteram, illum tolerans, in his ei nequaquam pro suo libitu acquie-
scere volui, quæ sacris perpendebam auctoribus esse contraria. Dumque ad Synodum
iussu gloriosi Regis Caroli pro utilitate sanctæ Dei Ecclesie conuocatum Episcopi conue-
nissimus, & ipse quasi omnium dominus præsidens ac præualens, sententiam in me dam-
nationis violenter ac præcipitanter iaculari acceleraret: hinc ego Apostolicam Sedem &
Apostolicum Præsulem vniuersalis Ecclesie summum prouisorum appellare maturavi.

LXXXII. Cumque mihi hoc denegare non præsumeret, sancta Synodo decernente, ægre tamen
euidus præbebat assensum, dinumeras hos dies, ultra quos omnino non retardare iter.
Inde ego festinato cursu ad nostram ciuitatem reuersus, de instanti itinere moras non pa-
tiebar, quam lætus si ad Apostolorum Limina contendere meruissem, ut ad domini mei
tanti Pontificis & piissimi patris omnium ad se cõfugientium tutissimi defensoris ac pro-
tectoris sacram peruenirem præsentiam. Cumque iam è vicino pacti itineris immineret C
egressus, litteras domino meo Regi & meo Archiepiscopo dirigere curavi, nostram illis
Ecclesiam committens, multumque postulans, ut iuxta suum vtriusque officium eam di-
rigere procurarent, donec de me excellentissimus Romanæ Urbis Præsul finem determi-
naret legitimum, nisi & litteras ad illum olim presbyterum, pro cuius ego regulari depõsi-
tione (nam in stupro fuerat deprehensus & abscessus) à meo iudicabar Metropolitanano, ut
& ipse mecum huc ad tuam, domine Papa, audientiam examinandus adueniret, quarum
exemplaria præ manibus habeo, & si vobis placet, Apostolatui vestro offeram.

LXXXIII. Alia quoque Capitula conscripta cuidam nostro confratri & Coepiscopo transmissi sub
eodem temporis articulo per eandem manus deferens, quæ ut præmissum est, memorato D
Regi & Antistiti destinaueram. In quibus sanè Capitulis mea talis postulatio contineba-
tur, aliis Episcopis, qui meam damnationem participare nolebant, insinuanda, ut ipsi pa-
rati essent sicut fraternitatis amatores & sectatores charitatis, iuxta beatissimi Apostoli
sanctionem, meam defendere & tueri salutem. Sed ille meus vnanimis frater, cui hanc
mei curam committebam, tunc absens fuit.

LXXXIV. Hincmarus autem continuò causam persensit. Adhuc dominus Rex, & idem meus
Prælati in eodem loco manebant, vbi sub vna eademque meæ paruitatis epistola, & illa
Capitula (vni relatum est) perscrutabantur. Moxque Hincmarus ipse Archiepiscopus scri-
ptorum portitorem diligenter iussit inquiri, cur illis non ostēderet apices, quos sigillatim
detulerat. Qui confiteri compulsus, respondendo subiunxit, quia ille, inquit, ad quem
mihi crediti sunt perferendi, non hinc modò apparet. Nec cessauit ille, donec persuaso
Rege, subitò quasi collecta Synodo ex ipsis qui supererant Episcopis, presbyterum intro-
duci fecit inuitum, ipsum videlicet litterarum latorem. E

LXXXV. Coeperunt hinc & inde in medio positum mouere, pulsare, & perurgere, sicut hoc cal-
lidè per insidias argumētatum erat, ut litteras, quas Rhotaldus per eum suo ad Synodum
Metropolitano decreuerat, citius præsentaret. Neque ad Synodum missus sum, ait, nec à
Rhotaldo Episcopo, cuius nec ego sum clericus, litteras accepi, Hincmaro reddendas.
Cumque nullo modo presbyter ipsa vellet Capitula prodere, iubente tamen Rege, coa-
ctus reddidit. Moxque Hincmarus Regem postulauit, ut Trasulphum Abbatem ad me
dirigeret. Qui ad nostram ciuitatem celerrimè perueniens, me iam paratum, ut nostrum
iter arriperem, inuenit. Tunc ipse Abbas in atrio Ecclesie assistens, publica voce in verbo
Regis & Hincmari Archiepiscopi auctoritate prohibere curauit, ut nullus omnino ab ip-
sa ciuitate mecum aggredi iter vellet, ac ire volentem Romam me prosequeretur. Ne-
quaquam

A quaquam ita faciam, ego subintuli, sed sicut primum Romanum appellauit Pontificem,
ita depositus, Deo auxiliante, minimè differam.

Hinc mirabar & stupebam, quid sibi vellet talis immutatio, aut cur me à meo itinere LXXXVI.
retardarent. Sed prius per aliquot dies fama vulgabat, quod Hincmarus Archiepiscopus
dicere volebat, quasi ego aliqua Capitula scribens, renouari mihi iudicium petiueram,
quod certè falsissimum est, cum nec illa Capitula ad eum direxi, neque de aliquo tali iu-
dicio ibi mentionem egi, nec electorum iudicium secundum sacros Canones, aut nomi-
na, aut certè numerum expressi. Testor Dominum creatorem omnium, quia nec in co-
gitatione mihi subrepit, ut appellationem huius eminentissimæ Sedis in aliam aliquo
modo rationem diuerterem. Proh dolor! ablata est migrandi facultas, & circumseptus
custodia, in eadem sum ciuitate retentus. Acceleratur itaque de conuocanda Synodo,
B qua in suburbio nostræ ciuitatis congregata, Rex inclytus à Concilio est inuitatus. Tunc
tres Hincmarus Archiepiscopus Episcopos ad me misit, mandans ad Synodum ipsam ut
sine mora venirem. Quibus ego respondi, quod non mihi ita liceret, neque ego hoc villa-
tenus auerem, ut in præiudicium sanctæ Romanæ Ecclesie omnium Ecclesiarum Ma-
tris, eiusque excellentissimi Rectoris circa posito cuiusque præbeam aliquo modo af-
fensum: ad illam summam auctoritatem sine intermissione appello, cui nullus potest
contradicere, quæ à Domino IESU Christo per beatum Petrum Apostolum tantum
meruit principatum. Iudicium ergo illius, ad quam proclamauit, expeto, nec alibi, nisi Ro-
mæ iudicari consentio, quia præposterus ordo est, inferiorem superiori anteferri.

His auditis, qui missi fuerant, Synodo renuntiauerunt. Iterum secundò & tertio me LXXXVII.
continuatim inuitantes, in eadem inuenerunt ratione persistere. Nouissimè verò indu-
striose persuadebant, suam offerentes fidem, nihil me incòmodi perpeffurum, aut saltem
C domino Regi in proximo loco Synodi locuturus occurrerem. Quod etiam mihi nostri
fratres, Ecclesie nostræ filij iam suadere cœperunt, ut pio Principi meæ paruitatis præ-
berem præsentiam. Anni ego, & ad locum quod me ducebant transiui, sacerdotalibus
vestitus indumentis, secundum Euangelium, *Marci scilicet*, & lignum sanctæ Crucis
circa mea pectora gerens. Cumque me in quoddam diuersorium pro foribus Synodi à
nostris omnibus separatim introduxissent: obnixis precibus postulauit per Leudonem
diaconum, ut dominus Rex locum mihi indulgeret secum loquendi. Qui mox pro sua
pietate ad me indignum venire dignatus est, meque benignè audiuit, sed exaudire non est
permisus. Nam cum illum valde suppliciter anxieque rogarem, ut mihi Romam eundi
libertatem, sicut ipse concesserat, non tolleret, sanctamque Apostolicam Sedem in suis
D priuilegijs honoraret, respondit: hoc ad meum specialiter Metropolitanum, sanctumque
pertinere conuentum: se tantum sacris Episcoporum monitis ac dispositionibus humili-
ter obediturum profitebatur. Et ilicò recedens, in Synodum abiit, ibique resedit.

Rursus tres Episcopos consequenter ad me miserunt, qui multum fortiter, ad Syn- LXXXVIII.
odum ut introirem, hortabantur: meque impellebant nunc blandiendo, nunc minando
me subuerrere volentes. Sed ego toto annisu, iuxta votorum meorum primam intentio-
nem perseuerare contendi. Porro cum me perspicerent suis nolle studiis acquiescere, ob-
seratis ostiis in eadem sum cella inclusus, neque egredi omnino poteram, donec de me
peccatore, sicut quibusdam tunc placuit, desinrent. Meus etenim Archiepiscopus
voluntatis suæ propositum, quantum poterat, implere curauit, factusque est grauis
meus ipse accusator, ipse testis, ipse iudex. Et sicut me absentem prout voluit, culpa-
bat, sic & temerè iudicare nec timuit, nec detrectauit. Sed inter alia quæ mihi menda-
citer obiebat, hoc vnum specialiter ingessit, quod presbyterum, cuius supra feci men-
tionem, iniuste deposuissim: quod procul dubio falsum est, ut multi idonei testes & Epi-
scoporum & ceterorum clericorum siue laicorum & nouerunt & noscunt. quem tamen
ipse iam tribus annis transactis absque meo consensu, seu consultu, in suam receperat
communione, eique sacerdotali officio, quo cum triginta Episcoporum iudicio le-
galiter priuatus erat, citra Canonum statuta fungi præcepit. Illum verò presbyterum,
quem in locum damnati per tres etiam circiter annos substitutum habebam, per violen-
tiam, me ignorante, sibi fecit adduci. nam cum in Dominicorum die ipse presbyter
paratus esset in Ecclesia Missarum solemnè populo celebrare: iussu Archiepiscopi re-
pentè ibi homines affuerunt, qui presbyterum extra basilicam dolosè educentes, subitò
rapuerunt, & infatigabili cursu citius ad eius præsentiam perduxerunt, quem ipse mox

CHRISTI
863.NICOLAI PAP.
6.LVDOVICI II. IMP. 8.
MICHAEL. III. IMP. 22.

excommunicatum in carcerem detrudi iussit, illumque depositum, genitalibus truncatum in meâ parœciâ Ecclesiâ restituit. Hinc quoque mihi contumaciâ & obstinationis imputabat reatum, quoniâ sibi in talibus inobediens existerem; hoc à me exigere volens, ut non quasi cõfrater & Coëpiscopus, sed ut proprius clericus ad sua vota famularer, similiterque propter indebitam appellationem ad Apostolicam Sedem suis obtemperare precibus contemnerem, immò quod ego non opinabar, canonicis institutionibus contrairer.

LXXXIX. Hæc autem & alia pari modo falsa adscribebat, quæ diuina fauete gratia, & misericordia opitulante, quasi fauilla ad nihilum redigentur, & quasi fumus euanescet, te quidem domine clementissime & coangelice Papa cû Apostolorum meritis cooperante & suffragante. Non enim me ipsum à multis meis excuso peccatis, aut de bonis iustifico, cû sciam quam innumera de me dici possint non bona. Verumtamen illa quæ malitiosè ad meam video damnatione esse reperta, Deo teste & iudice, qui iudicaturus est viuos & mortuos,

QVÆ IN
HINCMA-
RYM.

non vera esse pronuntio. Denique sæpè fatus Archiepiscopus meus in Concilio eodem namquam Imperator triumphans, & tamquam summus Ecclesiæ Pontifex decernens, subiugata suo potentatui, & oppressa fratrum humilitate, iam mihi intrepidè, & ut reor, impie iudicium depositionis emisit, paruipendens quòd vlli vltius esset inde rationem redditurus, & quasi hoc nulli debens, & in se ipso confidens. & illud satis innotuit quando me, quia ipsum solum offenderam, nullius posse alterius subleuari auxilio demonstrare conabatur, totumque mihi noceret, quòd aliud sperabam petebamque præsidium.

XC. Et ecce tres Episcopi, quos Hincmarus huiusmodi simplicitatis esse nouerat, sententia excommunicationis, immò conspirationis ab ipso meo damnatore accepta, ad me violenter inclusum properabant: & sicut illis iniunctum fuerat, lacrymosis suspiriis mihi propinabant. Mox ego in terram prouolutus orabam, & adiurabam per nomen æterni Dei, ut ab isto iudicio cessarent; mihique ut assidue petebam, Romam proficiscendi licentiam non abnuerent. Tunc è vestigio tamquam in latronem, more satellitum, homines in me manus coniecerunt, meque rapaciter ad carceralem duxere custodiam. Quantis postea sum affectus iniuriis, ac per diuersa loca distractus, quanto fuerim labore fatigatus; tædetque me, pudetque referre. Ad hoc namque coarctare me satagebant, interdum aliquos honores, id est vnam Abbatiam repromittentes atque spondentes, tantum ut in meam damnationem ego subscriberem.

XCI. Interea ordinatur Episcopus in cathedra viuientis: quamuis ne vnumquam post appellationem Romani Pontificis hoc fiat; sacri Canones euidenter vetare noscuntur. Neque enim, sancte Pater, tua mandata per Apostolicas epistolas debita reuerentia, moreque solemni siue auditu congruo fuerunt obseruata. Denique requirere dignetur vestra sancta * Pastoris sollicitudo atque diligentia, quale mihi immerito testimonium nostra perhibuit Ecclesia, quando vestris venerabilibus Legatis Rodaldo atque Ioanni obuia fuit turba ciuitatis nostræ ac circumiacentis regionis; & quid ab eis expetere magnis clamoribus, multisque precibus circa suum pastorem satagebant, licet à Hilmerado Episcopo meo condicocefano magnis minis atque percussionibus admodum prohiberentur, Regis atque Archiepiscopi mei interdictione denunciata, ne omnino aliquid huiusmodi clamare præsumerent.

XCII. Et nunc ego omnium Episcoporum minimus (qui tamen apud quosdam non Episcopus, sed iuxta paternitatis vestræ beatitudinem, Episcopus vocor) in Domino valde confidens, ad præcellentiam vestri Præfulatus, piissime domine, confugere elegi, & de magnificentissima bonitate vestra auxilium sperans, ad sanctorum Apostolorum sacratissima Limina opem suffragaminis impetraturus, decenter accessi. Ecce iam per dimidium annum ante ianuam Apostolicæ pietatis pulsans assisto, rationem de omnibus, quæ mihi falsò & iniuste sunt obiecta, reddere paratus. nullus est qui in præsentem aliquam aduersus me vocem proferat accusationis. Et quoniam ante vestram dignationem neque me falsum exhibere, neque negotij mei causas exponere, vel preces meas, ut decuerat, scio perorare: restat ut ipsi de me secundum sapientiam calitis vobis donatam misericorditer, quod cœpistis, perficiatis; ne se iactent temeratores propter meam vilitatem & indignitatem Apostolica iura & canonica præualuisse infirmare statuta.] hucusque Rhotaldi appellationis libellus oblatu eius nomine Romano Pontifici Nicolao, cum ipse Romam venire minimè potuisset, qui detineretur in carcere, sed eum misisset, per quem Sedem Apostolicam iugi perseuerantia appellaret.

Cete-

CHRISTI
863.NICOLAI PAP.
6.LVDOVICI II. IMP. 8.
MICHAEL. III. IMP. 22.

A Ceterum ipse Rhotaldus post hæc fuit in exilium missus, atque detrusus in monasterium, ut litteræ Nicolai Papæ ad Hincmarum datæ significant: cum alioqui idem Rhotaldus valdè bonus esset senex, emeritæ militiæ miles, in Ecclesiæ castris magna semper cum laude versatus, ut idem Nicolaus Papa testatur. Quamobrem Hincmarus magnam sibi ex huiusmodi iniquo iudicio notam infamiæ irrogauit, maiorem verò, cum diu multumque, nempe ad triennium vsque (tot enim annis eiusmodi controuersia viguit) refractarius obstiterit ipsi Nicolao Romano Pontifici, sed & maximam inde contraxit labem, dum in eumdem secum trahebat errorem Carolum Regem, & alios, si licuisset, Episcopos, licet apologetica se Hincmarus excusauit, quam recitat Frodoardus, de qua nos agemus inferius suo loco.

Sed, quomodo his tandem omnibus superatis, Nicolaus subleuauerit oppressos, erexit eiectos, reuocarit dispersos, & summo cum honore hominem iustum vnâ cum iustitia postliminiò Apostolica auctoritate restituerit, triumpharit verò de resistentibus veritati Regibus & Archiepiscopis: iam dicturi sumus, rerum gestarum serie ad rationem temporis accommodata, quam prosequamur.

Vbi igitur iudicium Siluanectensis Synodi per missam inde synodalem epistolam per Odonem Bellouacorum Episcopum ad Nicolaum Pontificem pro eius confirmatione innotuisset, & idem qui supra libellus appellationis Rhotaldi Sueffionensis Episcopi eidem redditus esset, accepissetque pariter per eumdem Legatum litteras ab Hincmaro Rhemenfi Archiepiscopo, & alias seorsum à Carolo Rege fauete eidem iudicio synodali collecto Romanæ Ecclesiæ presbyterio, atque vicinis Episcopis, adhibita diligenti totius causæ consultatione, quod consensiens esse sacris Ecclesiæ regulis nouit, ad eandem Synodum Siluanectensem rescripsit epistolam quæ incipit: *Scriptis dilectæ fraternitatis vestræ susceptis, &c.*] Par esset ipsam integram hinc reddere, nisi nimia prolixitate timerem lectorem tædio afficere, qui si eam cupit, eusam cum aliis pluribus eiusdem Pontificis litteris habet: satis sit, eas quæ hæctenus non sunt editæ, recitare.

Porro quod ad præsentem de qua agitur Rhotaldi causam pertinet, negat in primis Nicolauus, se ab ipsis in concilio definita posse, repugnantibus sacris legibus, confirmare, quibus cogatur & penitus eadem irritare, atque casta omnino reddere. Redarguit verò quòd appellanti Rhotaldum Apostolicam Sedem suam appellationem ipsum profecto qui non permiserint, sed eum retruserint in monasterium. Excusationem verò eorum, qua prætexuissent Rhotaldi appellationi non fuisse deferendum, eò quòd aduersarentur ei leges Imperiales, reicit omnino ex sacris regulis, Pontificiisque decretis, quibus caueretur, non vtendum sæcularibus legibus & Imperatoris sanctionibus, cum illis leges Ecclesiasticæ contradicunt. Magis verò redarguit, eò quòd præter ius omne fasque appellatione pendente, alium in sedem Rhotaldi appellantis intruserint contra factorum omnium sancita Canonum.

Significat insuper iisdem litteris Nicolaus, se iam ante eas litteras commonuisse per epistolam eorum Metropolitanum antistitem Hincmarum Rhemensem Archiepiscopum, ut post eam acceptam spatio triginta dierum Rhotaldum sede depositum gradui pristino restitueret, vel ipsum Romam mitteret cum suo Legato, si ipse Hincmarus venire non posset, ut Apostolicæ Sedis iudicio tota causa illa iuste definiretur. Quorum si neutrum ageret, tam ipse, quam ceteri Episcopi, qui Rhotaldi iniustæ depolitioni consentissent, à Missarum celebratione censerentur esse suspensi. Fuit ista Nicolai prima ad Episcopos eius Synodi facta monitio. Cui per hæc ad eandem Synodum redditam epistolam adiecit secundam admonitionem, qua iuberentur omnes eumdem Rhotaldum ab exilio soluere, Romamque dirigere vnâ cum tribus ab ipsis mittendis Episcopis vel eorumdem Vicariis, ad experiendum Sedis Apostolicæ in eadem causa iudicium: adiiciens eandem, si contemnerent obedire, pœnam, qua prohiberentur Missæ sacrificium Deo offerre, triginta dierum pariter spatium ea cuncta implendi præsumens, comminatus pariter, nisi parerent Apostolicæ Sedi, fore ut per eam Concilium cogertur, in quo ipsi ea pati condemnarentur, quæ irrogassent in virum innocentem supplicia, dispendium sedis, & alia; ipsum verò Rhotaldum in locum pristinum collocandum, istaque omnia dirimenda ex sacrarum legum præscripto. hæc de his quæ ad causam Rhotaldi spectare noscuntur. Ad eandem verò Synodum scripsit per eiusdem Synodi Legatum in Gallias redeuntem Odonem Episcopum, cui & alias seorsum ad Hincmarum

XCIII.

^aNicol. ep. 19^bIbidem.^cIdem 32.
HINCMA-
RVS MVL-
TIPLICIBVS
SE MACVLIS
ASPERIT.

XCIV.

^dNic. ep. 31.
DE NICO-
LAIEPIST.
AD CONC.
SILVANE-
CTENSE.

XCV.

XCVI.

PRIMA MO-
NITIONE NIC.
PAP. AD
EPISCOPOS
SYNO DI
SILVAN.SECUNDA
AD ROSDEM
ADMONI-
TIO.

Y 4

ipso-

^aNicol. ep. 28. ipforum Archiepiscopum litteras dedit, quæ pariter extant ^a: est earum exordium: Bea- A titudinis tuæ lectis apicibus, &c.]

XCVII. Scribens igitur ad Hincmarum, vehementer se dolere significat, quod aded suæ ipsius existimationi contraria facta multiplicet, cum primò inconsulta Apostolica Sede damnet Episcopum: secundò eundem appellentem proficisci Romam non sinat: & tertio quod post appellationem, qua pendente nihil debeat innouari, in eius locum alium Episcopum ordinarit. Reicit eum petentem suæ Ecclesiæ priuilegia conseruari, qui opere Sedis Apostolicæ studeat priuilegia infirmare. Monet postremò, hanc secundam esse de restituendo Rhotaldo monitionem, cui si non pareat, fore post tertiam, vt de sui damnatione eiusdem sanctæ Sedis cogatur experiri iudicium. Porro prima epistola, qua & continebatur prima monitio, perperam secundo loco in codice posita legitur, quæ incipit: ^b Sanctitatem vestram, quam semper in virtutum exercitiis conuersantem comperimus, &c.] scripsit & tunc ad Carolum Regem, significans quæ de restituendo Rhotaldo & Romam mittendo Hincmaro suis litteris dederit in mandatis, est epistolæ ad Carolum hoc principium: ^c Nunc laudanda est frequens conuersatio, &c.]

^cNicol. ep. 31. **XCVIII.** Secunda autem monitio de restituendo Rhotaldo per Odonem Legatum Concilij missa, hoc pariter anno contigisse cognoscitur, quando & aliis litteris ^d eisdem congregatos in Concilio Episcopos redarguit, quod collegissent Concilium illud sine Apostolicæ Sedis præcepto, quod nulli fas esse demonstrat, quodque etiam cauillis interentur appellationem ad Sedem Apostolicam obscurare, dum fingerent rursum post appellationem implorasse illorum auxilium: ita subdoli homines malè interpretati sunt, quod legimus in libello Rhotaldi, ipsum antequam venturus Romam proficisceretur, quibusdam Episcopis qui Synodo interfuerant, commendasse res suas, quasi ad ipforum ^e prouocasset iudicium, cum expetiuit auxilium. Quod autem & istæ per Odonem datæ hoc anno fuerint, ex eo possumus certius intelligere, quod eas Hincmarus accepisse ^f scribitur octauo Kal. Iulij.

^eNicol. ep. 41. **XCIX.** At quid post hæc contigerit, vbi litteræ Romani Pontificis per Odonem ad Synodum, ad Hincmarum, Carolum atque Rhotaldum peruenerunt: ex epistola eiusdem ^g Nicolai Pontificis post biennium ad Carolum data possumus intelligere, ait enim: ^h Huius contumaciæ nullus auctor nisi Hincmarus Rhemorum Episcopus extat.] & paulò post eadem pagina loquens de epistola missa pro restitutione Rhotaldi ad ipsum Hincmarum ista subiicit: Hanc frater Hincmarus quid dicam audire, cum videre illam, more Diofcori velatus, neglexerit?] Et rursus inferius eadem pagina agens de litteris illis Nicolaus per eundem Odonem missis ad Synodum ista ait: Denuò frater noster Hincmarus in contumelia nostra versatus, non solum non obedire nobis delegit, verum etiam epistolam nostram, quam ad eum & ad Episcopos, qui in depositione Rhotaldi sibi confenserant, miseramus, apud se per quatuor menses retinens, quæ de Rhotaldo decreuimus, etiam inter hæc diuersis aliis pro eadem hac causa nostris epistolis per nonnullos directis crebrò contemptis agere recusauit. aliis enim litteris Nicolaus tertiam adiecit admonitionem: sed & quartam, verum ista anno sequenti, de qua suo loco erit agendum, cunctaque suis erunt reddenda temporibus.

C. Hic autem primùm considerans Hincmari miserandum casum, atque ruinam admirans & obstupescens, illud cogor exclamare funestum: O liuor omnium virtutum exitium, atque vitiorum cunctorum auctor atque nutritor! Hincmarus iste qui hæcenus ab adolescentia sua visus est florere scientia & sapientia in omnibus Conciliis, præ ceteris ⁱ spectatus ab omnibus, cultus à Regibus super omnes huius sæculi viros, exiltimatione præcellens: vbi semel sui oblitus, fraterno infectus est odio, omnis in eo mox pulchritudo ex virtutibus florens emareuit, & exsiccata penitus excidit, atque omnem simul deformitatem superinduxit, aded vt nihil eo turpius excogitari potuerit. Quid enim aded monstruosum atque portentosum esse possit in mundo, quam in præpositum sibi à Deo caput intumescere, erigere malè & ad malum extorta superbix cornua, ac ventilare contemptu, quem summo opere multiplici nomine colere atque venerari debuisset summum in Ecclesia Catholica positum verticem ac sacræ religionis Antistitem? In ista tandem erupit damna octo annorù spatio natum, concretum, auctumq; odium aduersus fratrem Coepiscopumque Rhotaldum; nullum enim magis quam Hincmarum Nicolaus Papa suggillat litteris suis Encyclicis ad vniuersam Ecclesiã datis, dum ait: ^k Quidam Gallorum

^lNicol. epist. 39. Episcopi

HINC MARI SVPERBIA NIMIS CON TVMACIA.

HINC MARI MISERAN- DVS STATUS DESCRIBI TYR.

A Episcopi zeli & inuidiæ facibus accensi (quia mors, sicut scriptum est, ^a per inuidiam in- ^a Sap. 2. troiuit in orbem terrarum. huic fratri nostro Rhotaldo venerabili viro insultantes, & per octo circiter annos quemadmodum illum proprio priuarent Episcopatu; iudicio meditati sunt, &c.] Per quod in immensum flamma succensa vento furoris impulsæ in quæque vicina transiit: in Nicolaum Pontificem ipsi Rhotaldo defensione iusta coniunctum Hincmari indignatio feruens exarsit: sed in ipsum incensorem (vt in fornace contigit ^b Babylonis) flamma succensa conuertitur, Nicolaum verò splendore magis illustrat. ^b Dan. 3.

Hunc autem quis non miretur tot tantisque fluctibus pænè obrutum, clauum tamen ^c summa prudentia & animi immota tranquillitate & mente intrepida moderantem? vt- ^c CI. NICOLAI PAPAE SPE- CTATA IN TENTATIO- NIBVS VIR- TVS. pote qui fide pollens probè sciret, in eadem esse naui Christum, qui cum vult fluctibus & ventis imperat, nec patitur vllatenus ipsam periclitari nauiculam, in qua licet dormire videatur, vigilare corde fidelis homo non dubitet. Ecce in Oriente schismaticus Photius ^d constans implacabile schisma, vniuersam in suam sententiam (vt vidisti) sedes patriarchales aduersus ipsum Romanum Pontificem adducit. In Ecclesiis verò trans montes positas quos fluctus excitarint Coloniensis & Treuirensis atque Rhemensis præcipui illarum prouinciarum Episcopi, proximè vidimus, atque mirati sumus. Perspeximus etiam enormiter publiceque peccantes Reges, iisdemque malè coniuuentes Episcopos, vt deficientibus propemodum omnibus, vni pro omnibus Nicolao fuerit aduersus Reges & Episcopos insurgendum, & effrenatæ licentiæ Regum se opponere obicem, & eneruatæ Episcoporum ignauitæ defluentis obicere sacerdotalem constantiam. Cum tamen (quod deterius videri potuit) interea tam in Oriente quam in Occidente ipsos suos passus fuerit Legatos è latere proditores, præuicarios & desertores, ita vt externo & domestico ^e bello vexatus, vndique arumnis exagitatus, ab Imperatoribus, Regibus, & Episcopis, in Oriente & Occidente, domi forisque turbatus, iure illud Ieremiæ exclamare potuerit: ^f Væ mihi mater mea, quare genuisti me, virum iræ, virum discordiæ in vniuersa terra?] ^f Ierem. 15. Sed qui dixit ^g Apostolis: Confidite quia ego vici mundum,] eandem de diuino auxilio ^g Iom. 26. certam securitatem, quo cuncta aduersantia superaret, in eius animum iugiter instillans, ad omnia fortiter patienda firmiter roborauit.

B Qui probè sciens ex sancti Ambrosij sententia, pauperes milites Ecclesiæ esse: ex iis ^h validum hoc tempore sibi exercitum comparauit, quibus ingruentes vndique hostes su- ^h CII. NICOLAUS OMNES IN VRBE POSITOS PASCIT PAUPERES. *al. interium perare valeret. At quomodo ista facta sunt, Anastasius post recitata quæ superius dicta sunt ita narrat, reddens singula temporibus suis: Hic ⁱ etenim Christi amicus omnium nomina claudorum, cæcorum, atque ex toto debiliū in Vrbe Roma consistentium ⁱ scripta apud se retinens, quotidianum illis victum ministrare curiosè curabat. Nam reliquis pauperibus gressum & vires habentibus huiuscemodi vt vicissim eos pasceret, sapientem reperit modum, scilicet bullas suo nomine titulas fieri iussit, & has eis dari præcepit, vt quanti prima feria, quanti secunda, quanti tertia, vel ceteris aliis feriis prandere debuissent, per signum bullarum facilius nosceretur. Et in illis quidem bullis, quæ eis datæ sunt, qui prima feria resciri debeant, fecit per singulas duos nodos, & sic per omnes vsque in Sabbatum, vt quot ferix essent, tot essent nodi per singulas bullas, includens in eis ^k nuscas, vbi nodi fiebant, quatenus nullus pauper haberetur in Vrbe, qui vel vno die de sanctis elemosynis non esset refectus.] hæc de pauperum stipe, siue stipendio Ecclesiæ Christi militum Anastasius, qui præsens his cunctis aderat omnium quæ fiebant rerum inspector atque fidelissimus scriptor. quique mox ^k his ista subiicit: Interea Carolus Rex S. Apostolo Petro obtulit purissimo auro & gemmis constructam vestem, habentem gemmas prasinas hyacinthinas & albas. Sanctissimus autem & fulgidissimus Pontifex dolens populum tot oppressum calamitatibus, Dominum tantummodò innumeris inuocabat precibus, & infinitis laudabat præconiis, non tamen Ecclesiarum curam relinquens, sed potius in tribulatione & temporali tentatione decenter adaugens, &c.] hucusque Anastasius. Sed quæ rerum gestarum anni huius sunt reliqua videamus.

C Postquam autem Legatus Synodi Siluanectensis Odo Episcopus dimissus est in Gal- ^l lias cum litteris Nicolai Pontificis ad diuersos, accepit idem Pontifex à Carolo Caluo Rege litteras, quibus inter alia indigno animo se tulisse significauit, quod Balduinum eius filix raptorem profugum Romæ recepisset, atque pro illo preces pariter (vt vidimus) commendatitiis litteris ad ipsum Carolum & Reginam Hermentrudem adhibuisset: quod ^l CIII.

NICOLAUS OMNES IN VRBE POSITOS PASCIT PAUPERES. *al. interium

CHRISTI
863.NICOLAI PAP.
6.LUDOVICI II. IMP. 8.
MICHAEL III. IMP. 22.

NICOLAUS PRO BALDWINO. ²Nicol. ep. 30. ⁶p. 32.

quodd videlicet homo nefarius indignus esset, cui Papa parceret. Similis querela fuit Synodi iam memoratæ^a Siluanectensis. Rescripsit autem ad Regem & ad Synodum Nicolaus, procul abesse, vt ipse absoluerit anathemate quo ligatus erat, Balduinum, immò facinus detestatus, ipsum acerrimè redarguerit, postulantem verò subsidium Apostolorum abiicere non licuerit, idque exemplo prædecessorum: nam in sine epistolæ ista habet ad Carolum: Non planè immemor, quod ante aliquot annos quidam, qui huiusmodi noxam incurrerat, memoratam etiam Sedem adiisset, & cælestis clauigeri eiusdem Vicarij interuentu apud piæ memoriæ Imperatorem Lotharium, non * prodita coniuge, plenissimam indulgentiam simul & gratiam percepisset. Nulli * præterea Regum graue videri debet (quod tamen cum pace vestra dixerimus) conferuo debitum centum denariorum dimittere, qui fortasse à summo Regum & Domino dominorum decem^b millia talentorum sibi relaxari desiderat.] hætenus de Balduini causâ Nicolaus. eodem modo & B iisdem ferè verbis Synodo satisfecit.

CIV. Porro ipsum Balduinum tandem à Carolo receptum fuisse in gratiam, eiusdem Nicolai^c litteræ ad eundem Carolum Regem reddi docent, quibus ipsi Pontifex eo nomine gratias agit. Quod & Hincmari epistola ad Nicolaum Papam, quæ recitatur à Frodoardo^d plenius ostendit, vbi Hincmarus hæc habet: Interim Balduinus & Iuditha leges ciuiles quas elegerant obseruarunt. Similiter Rex noster filius vester huic adesse noluit, sed Reipublicæ ministros & officarios misit, & vt vobis pollicitus fuerat, hos inter se matrimonium contrahere iuxta leges humanas permisit, & Balduinum maximis honoribus affectit, vt postulaueratis.] hæc Hincmarus.

CV. Nicolaus verò eadem epistola ad Rhotaldi causam conuersus, de Hincmaro apud eundem Principem questus est, & quam constanter velit ipse integra illibataque seruari C Sedis Apostolicæ priuilegia, eidem Carolo Regi his verbis significat: Quæ tanta priuilegia, Apostolica Sedis videlicet, vsque ad mortem, ope freti diuina, prædecessorum meorum vestigia sequendo, cassari taliter minimè patiemur. Sed & vos, charissimi, vt ea quibus potestis cultibus veneremini, summopere incitamus. Nam quomodo putatis, si oportunitas exegerit, vt vestro Regno, vestris iussibus, vestri Regni Ecclesiis aliquod præstemus solatium, aut contra aduersarios protectionis clypeum conferamus, si * quanti in Regni vestri partibus est, quoniam illa omnino scindi non possunt, ea vos aliquatenus

* PRIVILEGIA ROM. ECCLES. VNIVERSO CHRISTIANO ORBI PROFERICVA.

minorari sinatis, quibus vii patres vestri omne suarum dignitatum incrementum, omnemque gloriam perceperunt?] alludens planè Nicolaus ad Pipinum & Carolum Magnum, quorum alter regia dignitate, Imperio alter fuisset auctus ex Sedis Apostolicæ priuilegiis: ac proinde subiicit ista: Priuilegia namque Romanæ Ecclesiæ, totius sunt D Christi (vt ita dicamus) remedia Ecclesiæ Catholicæ. Priuilegia, inquam, Petri arma sunt contra omnes impetus prauitatum, & munimenta atque documenta Domini sacerdotum, & omnium prorsus, qui in sublimitate consistunt, immò cunctorum qui ab iisdem potestatibus diuersis afficiuntur incommodis.] hæc & alia Nicolaus, qui ad finem epistolæ eidem Carolo gratulatur de victoria aduersus Northmannos Dei auxilio consecuta. Præliabatur Carolus aduersus Northmannos per suum Comitem Ruodbertum, quem præ excellentia & multiplicitate rerum in bellis fortiter gestarum huius temporis auctor, qui Francorum scripsit Annales, à Pithoco editus, Iudæ comparat Machabæo.

CVI. Hoc eodem anno idem Nicolaus Pontifex amplissimum priuilegium contulit monasterio Corbejæ, quod inter eius^e epistolas Romæ cufas extat, idque cum ad hoc Romam venisset Odo Episcopus Bellouacensis, qui à Carolo Rege missus impetrauit pariter E ab eodem^f Nicolao Papa priuilegium exemptionis monasterio S. Carilephi in eiusdem Regni Caroli constituto pago Cenomanensi. Fauerat ante hæc Nicolaus Rotberto Episcopo Cenomanensi aduersus eosdem monachos ab eius obedientia subducere se conantes, vt indicant tres eiusdem Nicolai breues epistolæ, quas vnà cum nonnullis aliis eiusdem Pontificis à Nicolao Fabro Parisiensi viro præstantissimo acceptas, ne excidant, hic cudendas, & perpetuitati consecrandas curauimus. sic enim se habent:

CVII. Nicolaus Episcopus seruus seruorum Dei, cunctæ congregationi monasterij sancti Karilephi. Fidelium relatione comperimus, quod modum proprium transgredi cupientes, à iure Cenomanicæ vrbs, in cuius diocæsi moramini, vos subtrahere conamini: & sicut nostri Apostolatus arbitratu cognoscimus, ad vestri interitus perditionem, in propria voluntate viuendo,

CHRISTI
863.NICOLAI PAP.
6.LUDOVICI II. IMP. 8.
MICHAEL III. IMP. 22.

A viuendo, animos eleuare videmini. Qua de re, salutem vestrarum desiderantes animarum, auctoritate Apostolica à talibus vos reuocare studuimus. Expressius iubemus, vt non vos proprius libitus ducat, quo animus erigi præualeat: sed ad principalem vestram Ecclesiam, videlicet Cenomanicam, solito more recurrere, eiusque Episcopo obsecundantes, & illam, qua nomine dicimini, vitam implere sat agite, & vestri ordinis ministerium prudenter assumite cum sanctitate. Quod si ista vestrarum arcana * non penetraverint; tunc in conspectu sanctissimorum Episcoporum, qui à Rotberto Cenomanico Præsule conuocati fuerint, causam edicere procurate, vt quod res ducitur plenius digeratur. Nam si illic inter prædictum Cenomanicum Episcopum atque vos regulare iudicium datum non fuerit, tunc incunctanter præcipimus, vt ex vobis tres eligantur, qui cum sæpessato Episcopo, vel eius Legato in nostram Apostolicam veniant præsentiam, B vt omni repulsa occasione nostro examini huius rei gratia appareat, atque canonico calculo finem accipiat. Oprimus vos in Christo benè valere.] Ac rursus de iisdem scribit ad Episcopos in Regno Caroli constitutos, his verbis:

Nicolaus Episcopus seruus seruorum Dei, omnibus reuerentissimis & sanctissimis confratribus nostris Archiepiscopis & Episcopis in regno Karoli gloriosi Regis comorantibus.

Dignum est, vt qui sacerdotali reuerentia decorantur, secundum sanctorum Patrum censuram, æqui moderaminis lance sic cuncta studeant trutinare, quatenus gregum sibi à Domino creditorum septa munire non desinant, & debitam curam adhibere nequam postponant: ne fortè cum segnitia cœperit aboleri, incentori aditus relinquatur, per quem pestifero more in ouile Dominicum ingrediens, oues Dominicas discernere, ac morsu ferino incipiat lacerare. Quod vtique de vobis, fratres, minimè dici volumus, C quin potius commonemus, vt tantæ sollicitudinis operam ad cunctorum subiectorum profectum assumere studeatis: quantum illud audire cupitis, quod Dominus se confitentibus misericorditer repromisit: ^a Euge, inquit, serue bone & fidelis, quia super pauca^{Matth. 25} fuisti fidelis, super multa te constituam, intra in gaudium Domini tui. Idcirco sanctitati vestræ compertum esse volumus, qualiter à primordio constructionis suæ monasterium sancti Carilephi in Cenomania situm, eiusdem Cenomanicæ vrbs iuri, eiusque Præsulis subditum fuerit, & iuxta Canonica instituta, qui eius diocæseos curæ præerat, ipsius etiam sub regimine eiusdem monasterij congregatio degebat. Sed nunc, vt nostris intonuit auribus, monachi ipsius, regulari auctoritate contempta, zelum paternæ traditionis non ducunt, & modum seruare non cupiunt; cum quod non licet, proprio libitu viuere D querunt; & parochiam, in cuius diocæsi consistunt, ius non tenuisse fatentur. Quapropter Apostolicæ auctoritatis apicibus omnium vestrorum reuerentiam commonere decreuimus, vt reuerentiam atque æquæ iustitiæ intercurrente libramine, Dominum præ oculis habentes, hoc extra institutionem sanctorum Patrum fieri non sinatis. Hoc considerantes, atque tenentes, Cenomanicam plebem non patiamini per iudicium sustinere, atque quæ eius sicut inconuenienti calculo discernere ac pertractare, quatenus & vestræ fraternitatis ordo, non violetur, & ipsius Ecclesiæ Præsul sua amittere nequam cogatur. Igitur si ab eodem Cenomanico Præsule ex vobis, qui huiuscemodi questionem discutiunt, iudices electi fuerint, & illa electio in vnum conuenerit, tunc si illuc contentio finis, aliqua emergente difficultate, dirigi non poterit, iubemus, vt vtraque pars in nostram specialem veniat præsentiam, vt litis intentio legali coram nostro pontificio sententia ventiletur, declaretur, atque luce clariùs finiatur. Omnipotens Dominus mentes & corda vestra ad benè agendum semper inclinet, vt bonis operibus inherendo æquitatis atque æquæ iustitiæ culmine videamini sublimari.] idem de his ipsis ad Hincmarum Rhemensem Episcopum, sic cum eo exostulans:

E Nicolaus Episcopus, seruus seruorum Dei, reuerentissimo & sanctissimo confratri nostro Hincmaro Rhemorum Archiepiscopo.

Relatu quorundam audiui, quod tua fraternitas contra Rotbertum Cenomanicæ vrbs Episcopum, pro eo quod monasterium sancti Karilephi ad ius Ecclesiæ sibi commissæ vendicare velit, non parum sit indignata: ita vt animum dilectissimi filij nostri Karoli gloriosi Regis aduersus eum comouerit, & in Synodo, quæ modò dicitur à sanctitate tua colligi, fertur, quod nescio quas insidias, quasi ex alia ratione, illi nitamini præparare, lædere cum magnopere gestientes: quod de tanto viro indignum credere iudicauimus.

mus. Denique si Rotbertus Episcopus petit, quod petere debet, impetret; si verò, quod non debet, postulat, numquam obtineat: verumtamen ob id nil sustineat omnino læsionis. quod tua, frater charissime, studeat sanctitas summo opere præcauere, ne, quod nõ credimus, iniuste, vel obtentu aequitatis, idem Antistes à tua lædatur in aliquo reuerentia: sed si crimen illi obiicitur, sic de eo examinatio præueniat vt iudicium in illum ex nostræ auctoritatis libramine subsequatur. Nam cum vos suspectos habere videatur, indecorum, immò temerarium, vt à vestra sanctitate aliquid patiatur discriminis: sed & deuotissimi filij nostri Karoli pij Regis animum vestra beatitudo circa iam fatum Episcopum placabilem ac mitem reddere nostra vice procuret: quatenus furore deposito, dum Domino auctore, mentem suam ad * nos adhuc obediendum, & circa sæpè designatū Episcopum benignè regere studuerit, quòd verè Rex sit omnibus palàm detur intelligi, & cunctis manifestè ipsius pietas innotescat. Optamus fraternitatem tuam in Christo benè valere.]

^aNicol. ep. 60
61.

*f. nobis ad hoc

IESV CHRISTI NICOLAI PAP.
ANNVS ANNVS
864. 7.

LVDOVICI II. IMP. 9.
MICHAEL. III. IMP. 23.

I. SEQUITUR Christi annus octingentesimus sexagesimusquartus, duodecima Indictione inchoatus, quo Nicolaus Pontifex collecta Romæ Synodo aduersus Rodoaldum Portuensē Episcopum, in Oriente primū, inde in Galliis legatione functum, & vbiq; præuicatore inuentum, vocatum sæpè, refugientem semper, tandem absentem ab Episcopatu deposuit, atque excommunicatione multauit. Porro iudicium huiusmodi cœptum post mensē à sententia quam in Synodo eius collega Zacharias excepit, vt Nicolaus ipse ^b testatur, ad multum temporis spatium est productum. Quomodo autem ista se habuerint, ex ipso Nicolao in epistola ad Orientales egregiè describente audiamus, qui ait:

II. Igitur rediens Rodoaldus à Galliis, vbi non minorem quàm in Constantinopolitana vrbe personam gesserat, & collegam suum Zachariam videlicet tale quid pertulisse cognoscens, quin potiùs conscientia propria stimulatus expauit. Quod nos inuentes, ne quid formidaret, illum admodum sumus hortati, subiungentes dumtaxat examen Synodi, nihil in illum nos esse moturos: sed neque ei sine culpa prolata fore aliquid aduersi ^d latus. Sed quia ^d fugit impius nemine persequente, dum nihil mali & sufficientibus nostris fruere bonis, ante tempus Synodi, ante sui purgationem, Ecclesiam & parochiam propriam deferens, ad alias dioceses, examen vtique subterfugiendo se contulit. In quibus diutiùs eo commorante, Apostolico moderamine freti, canonicam quam merebatur super eum censuram inferre distulimus, ne videlicet ad vindictam faciles videremur esse vel præcipites. Quamobrem destinatis in diuersa loca epistolis, id est, vbi solus illum rumor habitare fatebatur, Missis nostris, videlicet sanctissimis Episcopis, * raptum eum duximus conuocari. Sed ille diuersas tenebras penetrando, vt pote filius noctis & tenebrarum, qui opera lucis & dici semper refugiens, causam suam ad manifestationem iustitiæ solis deduci formidabat, quousque * voluit, nobis obedire despexit.

III. At vbi non reperit tutum suæ tergiuersationis latibulum, tandem aliquando Romam redire ausus est. Et cum nos inter furentium aduersariorum linguas & manus apud beatum Petrum Apostolum degeremus, ipse inasperatus super nos hostis inter hostes irrupit: & vt tunc claret, iterum discessurus, fraudulenter accessit. Quo tamen corpore non mente reuerso, & Synodi tempore propter imminentes hostium oppressiones dilato, rumore crebrescente diffamatur, quod Rodoaldus denuò fugam arripere meditaretur. Quo audito, quia non poteramus sub tam horrendo nauo Ecclesiam, non habentem maculam neque rugam aut aliquid huiusmodi, deserere, quòd minùs illi à falsâ suspitione redderemus exortem, nec poteramus personam in tantis præuicacionibus diffamata, & tam scelerum rore aspersam sine satisfactione in communionem nostram admittere: coram multis fratribus & Episcopis, coramque plurimis filiis sanctæ huius Ecclesiæ admonuimus eum, quatenus, sicut priùs, nullam in partem sine nostra licentia Romana disce-

DE RODOALDI LEGATIONE CONDEMNATIONE.

^bNicol. ep. 15

^cIdem ep. 7.

^dProt. 28.

RODOALDI LATERANAE.

*al. reperit

*al. potuit

QUOMODO ROMAM VENIT RODOALDVS.

A discederet Vrbe: sed in ea residens sine timore suis licenter vtens, & amicos & homines suos liberè possidens, tempus Synodi, qua purgandus esset, intrepidus expectaret; sciens profectò nihil se iniustum ante vel post, præter examen synodicum fore passurum, sed in iustitia, quam haberet, esse mansurum. Insuper etiam sciret, si quoquam à Romana sine licentia nostra discesserit Vrbe: quia tunc esset depositus & excommunicatus.

Sed spretis satisfactionibus nostris atque sententiis in se prolatis, immodè spretis tantorum Patrum constitutionibus, sine licentia nostra propriam Ecclesiam despolians, & lupinis dentibus oues sibi creditas discerpens, ad alias dioceses imminentem Synodum fugiens discessit. Et quia hæc & alia multa obiecta non diluit, vera esse quæ de illo dicebantur, modis omnibus examen subterfugiendo, firmavit. Quapropter conuocata sanctissimorum Episcoporum numerosa & venerabili Synodo, in superius memorata Ecclesia ^{IV.} Saluatoris, quæ appellatur Constantiniana, auctoritate Dei omnipotentis, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum principum, & omnium simul Sanctorum, quorum regulas & decreta multipliciter violauit, necnon & nostri Apostolatus iudicio deposuimus eum, & à corpore & sanguine Christi excommunicauimus: sanctorum scilicet statuta Patrum sequentes, & præcipuè sancti Felicis exemplum, qui Vitalem & Miserum Episcopos deposuit & excommunicauit, eò quòd huic apostaliæ in Constantinopolitana vrbe olim par omnino piaculum perpetrauerant. Quòd si prædictus Rodoaldus dudum Episcopus, nunc autem depositus & excommunicatus de cetero cum anathematizato Photio inuafore Constantinopolitanæ Ecclesiæ mixtus aliquando, & Ignatio fratri & Coepiscopo nostro infestus esset, & Ecclesiam Dei ampliùs cõturbasset, vel si de damnatione sua querimoniam fecisset, anathematizatus foret, ac per hoc ab omni Christianorum cœtu separatus & alienatus, donec nostræ sententiæ sponte se submitteret collegio. Est igitur Rodoaldus nunc depositus & excommunicatus, & si Photio communicauerit, anathematizatus: quem vobis fratres charissimi idè intinamus, vt scire valeatis cum quibus communicamus, & quos à nostra Apostolica & Catholica communionem repellimus, quatenus per hoc secundum sacras regulas, & præcipuè iuxta Nicænum Concilium, qui ab aliis abiiciuntur, ab aliis non recipiantur. Porrigentes ergo Ecclesiæ Dei manus, quos à nobis abiicimus, à vobis repellite, & quos suscipimus, suscipite: quatenus vno animo, & vno ore glorificetur Deus & Pater per IESVM Christum in vnitare Spiritus sancti per omnia sæcula sæculorum. Amen.] hæcenus de Rodoaldi damnatione, quam rursus eadem occasione idem Nicolaus in alia ^a causa pariter narrat.

D Quod verò ad causam Lotharij Regis de diuina vxore legitima & pellice in coniugium accepta spectat, vt eam Nicolaus Pontifex synodali iudicio definiret, scripsit in fine anni huius in Gallias ad Episcopos Regni Caroli atque Lotharij, vt in sequentem annum Romam ad Synodum se conferrent. Verum quòd Apostolicum in ea Synodo timeretur iudicium, tergiuersationes & excusationes sunt à Regibus interpositæ, quibus excusabant Episcopos, quòd ad Synodum venire non possent: quòd indignè tulit ipse Pontifex, vt apparet ex epistola ad ipsos reddita anno sequenti post Synodum Romæ habitam, cum Arsenium Legatum misit in Galliis, quibus & redarguit, quod quisque eorum in excusationem afferebat, quòd non possent conuenire ad Synodum Episcopi, eò quòd ob incursus Northmannorum maior pars eorum in expeditione aduersus eos esset, sic dicens: ^b Reprehensibile denique valdè esse constat, quod subintulisti, dicendo, maiorem partem Episcoporum die noctuq; cum aliis fidelibus tuis contra piratas maritimos inuigilare, ob idque Episcopi impediuntur venire. Cum militum Christi sit Christo seruire, militum verò sæculi sæculo, sicut scriptum est: ^c Nemo militans Deo, implicet se negotiis sæcularibus. Quòd si sæculi milites sæculari militiæ student: quid ad Episcopos & milites Christi, nisi vt vacent orationi? &c.] Sed & ipsi Episcopi diuersas causas prætexentes, litteras excusatorias scripsere ad Nicolaum Pontificem.

Inter alios qui se excusauerunt, fuit Aduentius Metensis Episcopus, cuius hæc litteræ eo argumento conscriptæ ad Nicolaum Pontificem extant in codice Treuirensi sæpè citato: ^{VI.} Gloriosissimo Dominici gregis pastori, omniumque Ecclesiarum Dei in toto orbe terrarum consistentium magistro Nicolao summo Pontifici & vniuersali Papæ, Aduentius humilis Metensium sedis Episcopus, nunc & in æternum feliciter valere.

Apices sanctissimi Apostolatus vestri nostræ paruitati nuper directi omni thesauro pretiosiores: omni melle extitere dulciores, & vt ita dicamus, iam senio fessis, ac multi-

RVR SVM FVGIT RODOALDVS.

SENTENTIA IN RODOALDVM.

^aNicol. ep. 10

NICOLAUS FRVSTRA PARATVS IN CAUSA LOTHARIJ.

^bNicol. ep. 27

^c2. Tim. 2.

CHRISTI
864.NICOLAI PAP.
7.LVDOVICI II. IMP. 9.
MICHAEL. III. IMP. 23.

moda infirmitate grauatīs visceribus, saluberrimum propinauere antidotum. Reuerā, A quia nostris iam periculosis temporibus, diuina clementia Christianæ plebi solita pietate prospiciens vestri Pontificatus excellentissimum apicem tam benignum piumque, immo in omnibus prudētissimè circumspēctum in fundamento sanctæ matris Ecclesiæ collocare dignata est, ineffabiliter congaudemus, omnesque generaliter in auribus æterni Iudicis assiduas fundimus preces, vt vobis multiplices in cælis reddat mercedes, quod non solum postulanti excessuum veniam, & in ipso margine præsentis vitæ constituto absolutionis ac benedictionis optata remedia, sed etiam penè periclitanti Ecclesiæ nostræ tamquam fidissimus remex sanctissimi & Deo digni Apostolatus vestri priuilegium perpetuo munimine porrigere decreuistis. Quid nos paruuli, sed in Christo deuoti filij vestræ sanctæ sollicitudini retribuere poterimus pro tam immensis muneribus, si non sufficiunt preces & vota? saltem vita comite directi nostræ quantitatis Legati humilem & fidelem acceptabit affectionem. de cetero excellentissimi Pontificatus vestri litteras de manibus serenissimorum Regum Hludouici maioris, & Caroli isto tempore suscepimus, directas omnibus Archiepiscopis, eorumque coëpiscopis in Regno gloriosi Regis Hlotharij constitutis, vbi aut Archiepiscopos singularum prouinciarum, aut binos illorum suffraganeos xiv. Kalendas Iunij Romam ad vestram sanctam Synodum euocastis. Nos verò spiritali & reuerendæ præceptioni vestræ modis omnibus parere desiderantes, veluti Deo, in cuius vice & nomine cuncta peragitis, ad nostram recurrimus possibilitatem, & proprii corporis imbecillitatem.

VI I.

Quippe, teste rerum omnium Conditore, vires humilis quasi obedientia pollicetur, importuna denegat ægritudo. Quapropter religiosum presbyterum nostrum Theuterium cum nomine sub peregrino habitu in illius fide vobis direximus, a qui duobus * euentibus in via apparuit, & peregrinus ab ipsis appellatus est: qui si votum nostrum & iter suum prosperè direxerit, his impolitis apicibus vestra Deo amabilis excellentia liquidò cognosceret, quod nostra paruitas à diuinis documentis, & Apostolicis decretis, atque canonicis & paternis regulis, Deo auctore & præduce, exorbitare nullatenus compelleretur. Igitur, quia iuxta Apostolum nouissima hora est, & antiquus hostis in membris suis acrius sæuit, quasi ad sacra vestigia prouoluti humiliter petimus, ne in derogatione ac læsione ordinis nostri almissui Apostolatus vestri aurem vlli accommodare dignemini; vt viuētia, ac fideliter agonizantia in Christi corpore membra vestris se gaudeant foueri solaminibus, immò nutantia sacrosanctis per omnia roborentur edictis. Omnipotens Deus sanctissimi ac præcellentissimi Apostolatus vestri apicem nobis diu incolumem ad consolationem sanctæ matris Ecclesiæ, & omnium fidelium animarum conferuare dignetur. Amen.] Sunt tunc scriptæ aliæ eodem argumento à Ratholdo Episcopo Argentinensi eodem argumento, quæ (vt hinc subiiciuntur) in dicto codice Treurenensi decurratæ leguntur.

VI I I.

Domino verè sanctissimo ac beatissimo Nicolao summo Pontifici & vniuersali Papæ, Ratholdus sanctæ Argentinensis Ecclesiæ, quæ vulgò Scrafburga appellatur, humilis Episcopus, pia orationum vota assiduasque preces.

Igitur quibusdam expeditionibus regalis Imperij occupatus, immò obsessionibus paganorum, nec minùs peruerforum Christianorum simultatibus prægrauatus, meæ excusationis causas, iuxta decreta Deo digni Apostolatus vestri, per Legatum meum vestræ mansuetudini antea dirigere non potui, & teste rerum omnium Conditore, nulla temeritate, nullaq; arrogantia retardante actum est, sed sola impossibilitate, etiam dicta importabili occupatione dimissum. Quocircà si non corpore præsens, mente tamen, quasi ad vestra sacra vestigia prouolutus, indulgentiam peto, ob illius amorem, qui serò confitenti latroni paradysum promisit, & qui per Prophetam clamat: Cùm ingemueris saluus eris.] hucusque in codice.

IX.

Inter hæc verò benè conscij Reges Francorum Ludouicus & Carolus, non propter eam à cœptis celebrandæ Synodi Nicolaum Pontificem destitutum, etiam si Galliarum Episcopi ad illam non venirent, in qua accidere potuisset, vt idem Pontifex Lotharium Regem excommunicaret: ad hoc anteuertendum, omnia quæ possent remedia excogitarunt, atque primum quidem illud, vt Lotharius sponderet, se Romam ad ipsum Pontificem fore profecturum. Insuper ipsos Reges rursus conuenturos esse Lotharium, suafuturoque ea quæ ipsius saluti conducerent. Scripsere ista ipsi Reges ad Nicolaum, vt appa-

CHRISTI
864.NICOLAI PAP.
7.LVDOVICI II. IMP. 9.
MICHAEL. III. IMP. 23.

A apparet ex reddita ad ipsos eiusdem Nicolai epistola missa anno sequenti, cum Arsenium Legatum à latere in Gallias misit, in qua ista leguntur a:

Dicitis enim vos præfatum commonuisse Lotharium, sicut in commonitorio nobis à vobis directo legere præualuissimus. Et eundem sæpè vobis mandasse asseueratis, quod Romam pergere velit, & per nostram dispositionem de causa sui coniugij facere. Sed his dictis opus non accommodatis, quia sæpius de directione commonitorij mentione facta, idem commonitorium absuit, & nobis frustratis, nequaquam comparuit. Quod si habuissimus * certamen nostrum, super his cognosceremus: sed cum illud defuerit, nescimus si labor vester fructuosus fuit. Ipse quidem Lotharius nobis, vt vobis, per Imperiales Legatos mandauit, quod Romam vellet venire; cui interdiximus, & omnino interdiximus, vt iter talis, qualis nunc est, non arripiat, eò quod sancta Romana Ecclesia talem respuat & contemnat, & in hoc perseveret, quod late in toto diffusum est orbe.] & paulò inferius de commonitione per eos iteranda ista habet:

Verumtamen quoniam circa Missam sancti Ioannis, de quo diximus, Lotharium discipulum habetis denuò commone: non molestè tulimus. Forsan omnipotens Deus cor eius ad sibi placita inclinare dignabitur, & de præuaricatore tandem faciet conuertendo dilectum, &c.] isti fuerunt illorum conatus, quibus Nicolaum à ferenda sententia in Lotharium distinerent.

Quæ autem præcedere debeant, antequam se Romam Lotharius conferat ad accipiendam pœnitentiam, iisdem litteris Nicolaus insinuat, dicens, primum recipiendam esse Theutpergam, eamque tutam sacramento reddendam: inde verò si quid contra eam habeat, iuramento purgatio fiat, & sic à Sede Apostolica ex eius discretionem iudicij pœnitentiam accepturum. hæc in causa Lotharij.

C Erat cordi Nicolao etiam causa Rhotaldi Sueffionensis Episcopi, anno superiori (vt audisti) depositi ab Episcopatu opera Hincmari in Concilio Siluanectensi, qui Romanum libellum appellationis ad Nicolaum ipsum miserat, ad quem, eius causam profecturus ad finem vsque, idem Nicolaus, de rebus hæcenus gestis eum consolans, hanc breuem scripsit epistolam, quæ sic se habet b:

Nicolaus seruus seruorum Dei, reuerendissimo ac sanctissimo * Rotardo.

Cognoscat experientia tua, frater charissime, de tuis tribulationibus multum Apostolatum nostrum doluisse, immò dolere. Sed credimus Dei misericordiam tibi proxime affuturam, quæ te & sicut Daniele educat de lacu leonum, & sicut prodigum filium prima induat stola. Quæ autem de te primum Carolo glorioso Regi atque Hincmaro miserimus, nosse te credimus. Nunc autem Metropolitanis & ceteri Episcopi, qui contra te sententiam protulere, nobis multa sub gestorum serie de te, vel contra te intimaue- re, & vt rata essent quæ de te promulgauerunt, nostro flagitauerunt consensu roborari. Sed nos hæc agere distulimus, immò vt reuocaretur Concilium, & iuxta canonicam normam causam tuam in nostro iudicio terminaremus, præcepimus eis, vt te de monasterio educerent, & S. Petri Memoriam pariter aut ipsi, aut vicarij ipsorum tecum venientes honorificè præsentarent. Quod si post lectam à nobis sibi missam epistolam intra triginta dierum spatium nostram nõ curassent constitutionem perficere: post triginta dies à Missarum solemnibus celebrandis (quæ eis fortiter interdiximus) penitus cessarent, quousque nostris definitionibus perfectam obedientiam demonstrarent. Vnde, frater charissime, quia causam tuam sine examine dimittere non possumus, ne præiudicium distinctioni Ecclesiasticæ facere videremur; rursusque quoniam sine præsentia nostra, ne fortè iniuste lædaris, in aliorum iudicio causam tuam discuti ac definiri dubitamus: stude quantum potes, vt cum tibi Rex & Episcopi, quemadmodum statuimus, licentiam dederint Romam properandi: mox vtcumque venire non differas. Quoniam si huc tibi veniendi non tribuerint facultatem: tunc idipsum nobis indicare studeto. Verum quantum audes, quibus potes, & quo modo potes Apostolicam Sedem appellare, & hanc audire velle, manifestare non cesses, si tamen te iniuste læsum nosti, & bonam te habere causam per Dei gratiam arbitraris; quoniam nos diuina clementia solatiante, nullatenus te in finem obliuioni tradi, vita comite, patiemur. Optamus sanctitatem tuam in Christo benè valere. Data quarto Kalendas Maias, Indiæ. x i i.]

At quid post hæc? Multum fuit eidem Nicolao cum eisdem Episcopis Caroli Regis fauore pollentibus concertandum, vixque tandem coacti paruere. Hoc siquidem anno

Annal. Eccl. Tom. 10.

Z 2

Epi-

^a Luc. 24.
^{*} in Emmaus
cautibus

^a Nicol. ep. 27.

^{*} fexamea

X I.

X I I.

X I I I.

NICOLAUS
PROSEQUI-
TUR CAU-
SAM RHO-
TALDI E-
PISCOPI
SUESSION.
^b Cod. S. MA.
^a Via super Mi-
neru. Rom.
^c Nicol. ep. 29.
^d Al. Rhotal-
do, sine Rho-
tado.

X I V.

RHOTALDVS DIMISSVS, SED VENIRE ROMAM IMPEDITVS.

Episcopi illi qui interfuerant Concilio Siluanectensi obediens praeceptis ipsius Nicolai Pontificis, soluerunt vinculis ipsum Rhotaldum Episcopum Sueffionensem, ab ipsis antea depositum, quem & commendarunt cuidam Episcopo eius familiari, de quo ea re litteras scripserunt ad Romanum Pontificem tum Hincmarus tum idem Carolus Rex Francorum, cognomento Caluus, dederuntque eas Guidoni diacono Romam ea de causa misso. Constant haec quidem ex Nicolai ipsius litteris hoc anno datis ad Rhotaldum e carcere liberatum, a quibus & eum monuit, vt si causae iustae consideret, ad eam Romae dicendam accurreret, alioqui si diffideret, aduersariis cederet, nec se vel alios frustra fatigaret. Porro tam Carolus quam Hincmarus suis sunt polliciti litteris Nicolao se missuros Rhotaldum Romam, vt ex dictis Nicolai ad eum datis litteris constat. Verum tantum abest vt id praestiterint, vt Hincmarus eum saepe iter parantem retinuerit, nec eum siuerit proficisci, adeo vt opus fuerit ipsi Nicolao peremptorium terminum Romae eum sistendi praescribere ad Kalendas Maias anni huius, vt demonstrant litterae ipsius Nicolai reddita ad Hincmarum.

XV.

Sed primum agamus de Caroli Regis litteris: illis enim ipse significauit, in fesso se in Rhotaldum animo esse, rogauitque ob id ipsum Pontificem, ne eius susciperet patrocinium. quo etiam argumento & Caroli coniunx Regina Hermentrudis ad eundem Pontificem litteras dedit, rogans pariter vt in ea causa Regi consentiens esse deberet. Reddidit autem ad vtrumque litteras Nicolaus, ad Carolum scilicet, quibus cum eius commendet humilitate, rogat in primis vt indignationem aduersus Rhotaldum animo conceptam diuque nutritam abiciat, atque erga eum se placatum exhibeat, profecturoque Romam cum necessariis subsidiis comiteretur. est epistolae huius exordium: Cum nos tantae humilitatis, &c.] quam autem ad Reginam scripsit, breuiter ipsa sic se habet: Nicolaus Episcopus seruus seruorum Dei, dilectae Hermentrudi gloriose Reginae.

XVI.

Litteras dilectionis vestrae, filia charissima, vt gloriosum Regem Carolum virum vestrum, nostrum autem dilectum filium, in causa Rhotaldi Episcopi exaudiamus, nos hortantes: ecce nunc secundo suscepimus. Pro qua re, mihi crede, multum anxiamur, multumque vndique coarctamur; quoniam nec nos possumus vobis, vt nobiscum de illo vnum sentiantis, id ipsumque velitis, suadere; nec rursus causa talis est, quod sine offensione Dei valeamus vt eumque postponere. Verum, filia (vt cum charitate vestra dicam) si oporteat obedire Deo magis quam hominibus, ipsa potius iudica. Nos autem causam Rhotaldi in virtute Dei non patiemur, vita comite, indiscussam relinquere, praeterquam si ante idem venerabilis vir pristino fuerit honori & dignitati redditus, quando coram nostra speciali praesentia discernenda causa ipsius fuerit praesentata. Quis, rogo, in toto orbe Regni vestri laesus aut laedendus clamaret vnumquam ad sublimitatem vestram, cuius vos vocem postponeretis, & non magis vltione districta ipsius iniurias vindicaretis: & nos quodammodo hortari videmini, vt vocem sanguinis fratris nostri non exaudiamus? Aut quomodo obturabimus aures ad clamores illius, cum vehementer pauemus, ne nostra ob hoc fiat oratio execrabilis, clamemusque; (sicut scriptum est) & non exaudiamur? Certe pro sollicitudine quam circa Ecclesiam Domini retinemus vniuersam, & pro speciali, quam circa cunctos fratres nostros principaliter habemus, etsi numquam vocasset eam, a nobis summa diligentia quaeri, & competenti debuerat studio adiuari.

XVII.

Quod autem scripsistis, quia si exaudiamus filium nostrum, non detrimentum, sed augmentum priuilegii Ecclesiae nostrae generetur: nos certissime credimus, quia priuilegia sanctae Romanae Ecclesiae nullum possunt sustinere detrimentum; nec plantatio quam caelestis Pater plantauit, eradicari; nec fundamenta quae summus posuit Architectus, queant quibuslibet & quantilibet fluctuationibus amoueri. Verumtamen, charissima filia, magnum manet periculum tam eos qui sua desidia ea minui aliquo modo sinunt, quam eos qui sua praesumptione illa violare contendunt. De exaudiendo vero, & non exaudiendo filio nostro Carolo coniuge vestro per Guidonem venerabilem, idoneam vobis (vt remur) misimus rationem. Verum nos quidquid admonendo, vel hortando, vel etiam increpando mittimus ad eius & dilectorum illius salutem, atque ad Regni ipsius incolumitatem proficere non dubitamus, immo, Deo auctore, omnino confidimus. Incolumem serenitatem vestram diuina conseruet Maestas.] haec ad Reginam Nicolaus, a nobis hic descripta, & in exemplum sunt posita, quomodo pro Episcopis aduersus Reges constantes & inflexibiles debeant stare Pontifices, cum iustitia eosdem comiteretur.

Sed

IN GRATIAM REGVM NON LAEFACIENDA ECCLESIAE ROMANAE PRIVILEGIA.

A

Sed videamus quae hoc eodem anno idem Pontifex Nicolaus scripserit ad ipsum Hincmarum Rhemensem Episcopum horum omnium malorum auctorem, cum sistendi Rothaldum Romae ad certam diem, terminum statuit peremptorium. Incipit epistola: Ad fraternitatem tuam.] & paulo post: Miramur praeterea, & aequanimiter ferre non possumus, cur Apostolica nostra monita iam totiens pro confratre nostro Rhotaldo Episcopo vilipendens, spernere non recuses: de quo non solum ter, sed & quater charitati tuae, vt recuperaretur, direximus; & ad vltimum statuimus, vt aut honori pristino redderetur, aut Kalendis Maij, istius duodecimae Indictionis Apostolatu nostro cum Legatis tuis representaretur. Quod non tantum fieri renuisti, sed etiam cum ipse venire vellet, iterque iam ceptum haberet, non est permissus: sed potius coactus retrò reuersus est. In quo datur intelligi, vt fraternitas tua ad hunc casum promptus existeret possit, quando & Apostolica praecipio ad iniuriam beati Petri Apostoli illis in partibus non obseruatur, & a te spernitur & violatur. Si vero erga Apostolicam charitatem nostram beneuolentia tua haberetur: saltem cur in veniendo idem Rhotaldus fuerit impeditus, nobis significasset. Recognosce ergo atque considera, quia bene agere minimè probaris, cum constet, Domino annuente, praedictam Rhotaldi causam in finem indiscussam nequaquam dimittere, sed pro viribus, eò quod ad Sedem Apostolicam appellauerit, ad veri examinis producere nos velle aequitatem. Tu vero frater charissime, omnem inobedientiam deponere, & tam per te, quam per filium nostrum Carolum gloriosum Regem eundem Episcopum, quem a nobis exaudiendum venire iubemus, iterumque praecipimus, ad Apostolicam beati Petri Sedem, cuius membra esse probamini, cum Missis tuis quanto cyus dirigere studeas, si tuam charitatem in integritate firmissimae petrae desideras collocare, vbi Christus domum suam fundauit, &c.]

C

Hincmarus acceptis litteris & arctatis iussionibus Apostolicis, ex parte paruit, ex parte vero adhuc persistit inobediens. mala mens interdum vi flecti, sed dirigi omnino non potest. Etenim fuit Rothaldum Episcopum liberum venire Romam, sed noluit ex praecipio Pontificis suos Legatos mittere, qui aduersus eum causam prosequi possent. Porro aduentum Rothaldi Romam contigisse hoc eodem anno mense Iunio, inde certum ducimus argumentum, quod Nicolaus in iis quas scripsit mense Ianuarij anni sequentis, octo numerat menses ab aduentu ipsius in Urbem.

D

Cum vero iam octo menses agerentur, ex quo Rothaldus Romam veniens expectaret accusatores, nec aliquis esset omnino qui pro Hincmaro & vniuerso illo Concilio quod etiam deposuerat, prosecutorum causam praesens adesset, Nicolaus Pontifex haud diutius passus est, contumacia aduersariorum traduci Romanam Ecclesiam maiestatem: quam obrem ex sacrorum praescripto Canonum ad Rothaldi restitutionem iudicium praeparauit. Quomodo autem id exorsus sit, atque prosecutus fuerit vsque ad finem, ex Anastasio Bibliothecario audiamus, qui praesens aderat, ait enim: Veniente Rothaldo huc Romanam, secundum mandatum beati Papae, ad Urbem, & per nouem circiter menses hic commorante; numquam penitus ex accusantium parte quispiam affuit, qui coram summo Praesule cum eodem Rothaldo contenderet, aut illum accusaret. Tunc in die Vigilium Natiuitatis Domini nostri Iesus Christi, quo secundum olitanam consuetudinem huius Apostolicae Sedis Praesul cum Clero & populo in Basilica Dei Genitricis ad praesepse Missarum officia celebrare consuevit: istuc conueniens cum omnibus Papa benignus, fecit in ambone publicè de Rothaldo sermonem, significans qualiter Sedem Apostolicam appellans depositus fuerit, & in conspectu suo nullus per tot menses accusationi occurrerit. Denique consentiente sibi Episcoporum, presbyterorum, & diaconorum, omniumque conuentu, decreuit, vt dignus esset idem Rothaldus indui sacerdotalibus indumentis; qui a nemine per tot menses accusabatur, & ad Sedem Apostolicae iudicium proclamabat, ne honore suo priuaretur. Ibi vestitus est Episcopali Rothaldus indumento, omni tempore se pollicens suis infestatoribus responsurum.] haec de anni huius rebus gestis in causa Rothaldi Anastasius. Quomodo autem post haec conuocata Synodo plenior facta sit restitutio anno sequenti, ex eodem auctore, suo loco dicitur.

E

Sed iam videamus quae Lotharius Rex litteris Nicolai Papae exagitatus ad Pontificem ipsum rescripserit: licuit eas habere ex codice Treuirensi, quae ab eo tempore quo sunt date, nusquam editae, nusquam summa iacuerit carie sitaeque consumptae. quae sic se habent: Sanctissimo & perbeatissimo vobis Pontifici & vniuersali Papae Nicolao Hlotharius

EVRGATORIA QVA MEMBRATIM RESPONDET NICOLAI LITTERIS.

rius diuina praeueniente clementia Rex, & deuotus filius, ac semel prelibatae filiationis feruentissimus ac fidelissimus persecutor, summæ felicitatis, & presentis prosperitatis pacem & gloriam.

CVRAM APOSTOLICAM CV SVSPICIOSAM AMOLITVR.

Deferente mansuetudinis nostrae Legato vestrae sanctitatis apices, dudum excepimus, quos vti dignum erat cum omni reuerentia gratantes relegimus, & quasi monita spiritalis patris dulciter atque inbianter hausimus. Sed quod in prima fronte significatis perfecta correctionis, atque propositae salutis nostrae per nostras litteras vos indicia praestolasse, per quae certissime scire potuissetis nullum valere in mente vestra remanere de retento inter nos sinistrae suspicionis furore vestigium, & vt è medio remoto, quod ipsam suspensionem gignebat, nil superesset, quod vobis in posterum laborem, aut nostrae animae detrimentum generare quoquo modo potuisset. Ad haec nobis respondere sufficiat, quod omnem finitram suspensionem funditus nos remouere semper parati fuimus, cum nostram praesentiam penè in omnibus nostrae serenitatis apicibus, vestro desiderabili conspectui directis praesentandam, & veraciter examinandam obtulimus. Et quamuis nullus praedecefforum nostrorum, vt recolimus, pro talibus, de quibus nos irremediabiliter calumniamur, tam longinquum expetierit iudicium: nos humiliter ac patienter propter amorem Dei, & reuerentiam Apostolorum Principis, longam sufferentiam, iuxta quod ipse docuit, habere decreuimus: qualiter autem vitare possumus sinistrae suspicionis, & falsae opinionis nequum maligna nostrorum aemulorum cupiditate inuentum, penitus ignoramus. Praesertim cum suspicio sit semper incerta, & veridico testimonio egeat quo certitudinis nomen obtineat. quippe in vestra praesentia, vt praetulimus, nostram mansuetudinem exhibere parati fuimus, sperantes veriori experientia probandum potius, quam de incertis aut dubiis iudicandum. Sed vt sequentia apicum demonstrant, si nutu vestro quandoque ad limina Apostolica profecti fuerimus, vos nolle, sicut ipsi postulauimus, vt inimici nostri nobiscum veniant, ne forte gressu nostrorum altitius improuide supplantentur. Et quod sunt inuisibiles, & non tam corporibus quam animabus insidiari conantur. Quod enim de inuisibilibus & incorporeis inimicis vobis interpretari placuit, hoc totum nos de corporalibus aemulis intelleximus, qui instinctu diaboli, audivissima cupiditate illecti nostram apud vos non cessant laedere mansuetudinem. Et quidem de inuisibilibus hostibus Dei omnipotentis triumphus est imprecandus, & bonorum hominum supplices preces expependae. Nam prudentissima sanxit antiquitas, vt accusatus & accusator electorum iudicium aspectibus praesententur, quia digna ratione colligitur, numquam perfecte absentis accusari personam. Quod vero vestra pia paternitas inuit, quia procedente tempore operatione diabolica morbum regum non minui, sed crescere comperiens, erga curacionem illius deses inueniri noluit, vestrae sanctae circumspeditionis, & caelitus vobis commissae sollicitudinis affectum prudenter eructant. Sed nos illo auxiliante, qui venit quaerere & saluum facere quod perierat, pro viribus quidquid in nobis curandum inuenimus salubri consilio, & sacerdotali antidoto mederi procurabimus.

XXII.

PROFITE- TYR PONTIFICIAE MAIESTATIS TERROREM FERRE SE NON POSSE. 2 Isr. 41.

Denique almissuo Apostolatu vestro dudum scripsimus, quod quasi de paradisiaco sacratissimi vestri pectoris fonte salutis nostrae pocula haurire desideramus. Sed vt verè fateamur, non modicè purum in vestra fidelitate nostri cordis intuitum, & humanae conditionis aciem obnubilat, quod fulgureo vestri Pontificij iubare nos non solum illustrari, verum etiam crebro terri placuit. Vnde attonita nostra mansuetudo, vix tanti fulminis radios ferre valuit, nostrae tamen salutis monita audivissimè excepit, atque abundantissime amplexata est. Recolat, oro, vestra Deo digna paternitas vaticinium Prophetae clamantis: Calamum quassatum non conteret, & linum fumigans non extinguet. Igitur scripta beatitudinis vestrae multiplicia, & vt credimus Spiritu Dei condita reagentes, de thesauro veri patrisfamilias, noua & vetera vberissime processisse perferimus, quae & zelo Dei feruent, & curam animarum modis omnibus redolent, vbi insertum dignoscitur: Missos autem nostros, filii, quomodo tractauisti, aut quomodo in aduentu ipsorum B. Petri reuerentiam, à cuius Sede profecti fuerant, praec oculis habuisti, quandoquidem priores tuae fauere intentioni diuersis argumentis fecisti, vt iniunctae sibi legationis non executores, sed impugnatores inuenti sint, & non bene tractati sint, qui in praerogationis barathrum sunt demersi. Ad haec nos fatemur, quia Missos vestrae paternitatis priores, atque posteriorem, si non per omnia vt debuimus, pro opportunitate tamen temporis, quantum potuimus, benignè tractari decreuimus, quod in praerogationis barathrum

QVERELAE NICOLAI PAPAE REPVNTVR.

barathrum sint demersi, nos ignoramus. Ordinem quippe rei, de qua agebatur, illis per omnia abundantissime, & veraciter replicantes, & ad liquidum exponentes, regij apicis culmen vltra modum praedecefforum nostrorum humiliter ac benignè submissimus, & propter reuerentiam sanctorum Apostolorum, vestraeque Sedis sanctae auctoritatem, iussis illorum paruimus, immò vestris studium obtemperare edictis. Illi autem, nescimus quo pacto, nostrae calumniae terminum dilatare potius ad dispendium atque detrimentum Regni nostri decreuerunt, quam audito veritatis testimonio aurem aliquoties accommodare. Admodum quippe nostram Rempub. toties repetita perturbat calumnia, & dum nos fines Regni nostri paganorum agmina, pugnante pro nobis Christi dextera, conterendo dilatare debueramus, crebrius fit, quod Christiana religio pro minori & minus vtili negotio, maxima atque importabilia dispendia patiatur.

De nostris igitur accusatoribus, & inimicis luculenter rescribentes, qui per vos famam nostram acriter & mendose lesere, super malignos spiritus interpretari libuit, quorum caput Accusator fratrum appellatur. Sed huius capitis membra, testante Scriptura, omnes credimus esse iniquos, mortali adhuc carne circumdatos. Et si iniquorum caput creatorem omnium aggredi tentando non metuit: mirandum non est si nostra fragilitas eundem cum membris suis infestum patitur inimicum & hostem. Vestrae liquidem sanctissimae pollicitationis gratissimum atque charissimum nobis munus exitit, quod nullum regiae dignitatis & nominis consimilem praeferre, aut praepone nostra mansuetudini decernatis, nisi illum in cuius manu sunt omnes potestates, & omnia iura Regnorum, & germanum nostrum Augustissimum Imperatorem. Pro quibus omnibus in obsequio reuerendae Sedis vestrae alacriores ac fideiores esse omnimodis desideramus. Porro illi, qui est Rex Regum, & Dominus dominantium, & Princeps pastorum omnium, nostrae regiae dignitatis iudicium specialiter committimus, in cuius manu sunt, & nos & tempora nostra, & non est potestas nisi ab ipso. Vestram vero Deo dignam paternitatem, atque angelicam sanctimoniam, nos praedecefforum nostrorum Catholicorum Principum modis omnibus veneramus, in omnibus diligimus, & per omnia exaltare & sublimare parati sumus.] haec ad Nicolaum Lotharius ex eodem codice Treuirensi.

Cumque hoc eodem anno, qui Romae damnati fuerant anno superiori Theurgaudus & Guntharius, in Gallias peruenissent, & audisset in Concilio, ore Pontificis Romae ambos damnatos esse, Guntharium scilicet Coloniensem, & Theurgaudum Treuirensis Archiepiscopos, fungentes suo nomine legatione, aegro animo tulit, rescribensque ad ipsum Nicolaum Pontificem, queritur, quod Carolo Regi aduersario suo, sui que Regni cupido nimis aures praestet, & fidem adhibeat. Addit ad postremum de Theurgaudus, quod obediens ipsi Pontifici, numquam ausus sit Missam celebrare: pro quo veniam petit. Ipsae autem Lotharij litterae hoc argumento conscriptae sic se habent ex codice Treuirensi depromptae, haecenus numquam editae.

Domino vere beatissimo & sanctissimo totius sanctae Dei Ecclesiae summo Pontifici, & vniuersali Papae Nicolao, Hlotharius diuina praeueniente clementia Rex summæ felicitatis, ac praesentis prosperitatis . . . & gloriam.

Postquam nobis diuina dignatio sua gratuita clementia Regni gubernacula commisit, more praedecefforum nostrorum Christianissimorum Regum, semper & in omnibus sublimandam beati Petri Apostolorum principis Sedem, vt dignum est, reuerenter dileximus, atque instantè, quantum in nobis, illam exaltare parati sumus, de quo vestro tamquam summo spiritalis patris regimine, semper selubria haurire cupientes, veritatis voce vobis dictum recolimus: Petre amas me, pasce oues meas. Et per Prophetam: Ego pascam oues meas, dicit Dominus Deus, quod perierat requiram, & quod abiectum fuerat, reducam, & quod contractum erat alligabo, & quod infirmum consolidabo. Admodum quippe desideramus citius vobis nostram exhibere praesentiam, vt illud veriori experientia implere possitis, quod idem Propheta post pauca subiunxit: Et iudicabo illas in iudicio, & iustitia. Reuera serenissimum ac deuotissimum circa piam paternitatem vestram, nostrae mentis affectum acriter obnubilat, quod aemulorum nostrorum falsidicis vocibus nimium creduli, vltra quam nobis necesse esset, in nostra derogatione sanctissimi Apostolatus vestri aurem accommodatis, praesertim cum nostra mansuetudo promptissima sit omni deroganti vera & iusta ratione resistere, quod & legati nostri nuper in his partibus directi vobis intimare poterant, si vellent, quia nos data nostris accusatoribus firmitate,

CYRIPAM TRANSVERT AD ACTORES DISSIMULATA CAUSA.

XXIII.

Apoc. 12.

XXIII.

XXV.

STVDIUM HLOTHARI ERGA S. A.

Ioan. 21. Ezec. 34.

EXPOSTVLATORIA.

aditum veniendi concessimus, & rationabilem satisfactionem tamquam in vestra præsentia ex vestro latere directis, explere parati fuimus, nihil nostræ regis dignitati fauentes, sed quasi vnus ex vilioribus personis, sacerdotalibus monitis parentes. Hoc totum nostri æmuli sinistra interpretatione intelligentes, exarserunt in concupiscentia Regni, nobis diuina dignatione iure hereditario concessi: non attendentes Scripturam dicentem^a: Domini est Regnum, & cuiuscumque voluerit dabit illud: neque Apostolum dicentem^b: Non est potestas nisi à Deo. Illius ergo victrici dextera pro nobis, vt credimus; pugnante qui nouit & diripientem, & eum qui diripitur, paruipendimus eorum fucatas similtates, solum modò vt vestri Pontificatus anchora in solidissimo sanctæ matris Ecclesiæ fundamento fixa, nobis humiliter petentibus concedere dignetur, quod in mandatis digito Dei scriptis legitur: *‘Iustè iudica proximo tuo.*

Porro nos in vltimis pænè Regni nostri finibus commorantes, & erga infestationem paganorum laboriosas excubias seruantes, discurrentium relatione comperimus, Theutgaudum Treuirensis, & Guntharium Agrippinensem, à vestra auctoritate excommunicatos, atque oris proprii testimonio canonicè damnatos: quod nos non sine graui mœnore haurientes, decreuimus longanimiter ac patienter ferre nuntiata, & vt olim in pluribus actum est, restitutionis spem habere, & piè refricatis ac retractatis omnibus, locum rationabilis misericordiæ à vestra largitate prætolari. Interea accidit nobis nosse, quòd Guntharius Missarum solemniam antequam ad nos perueniret, celebrare non metuit, & iuxta præcedentem consuetudinem, Episcopale chrisma conficere, & Spiritum paraclatum tradere præsumpsit, quod nos satis ægrè tulimus, & vt hoc non fieret tamquam mortiferum venenum modis omnibus abominamur. Illo autem ad nos veniente, eius Missam audire noluimus, nec in aliquo illi communicare ratum duximus, & iuxta Veritatis vocem, quasi scandalizantem oculum à nobis * inhærere maculam disponimus, quousque sanctissimi Apostolatus vestri finitiuam sententiam de illo rescire valeamus. Epistolam quoque à vestra sanctitate Episcopis diocesanos directam illi transmisiimus, vt ibidem canonicas atque Apostolicas sanctiones liquidò cognoscens, videat quid in posterum illi agendum sit.

De cetero veraciter ac sinceriter vestra paternitas nouerit, quòd Theutgaudus simplicissimus atque innocentissimus vir, vestram humiliter ferens censuram, in nullo de sacro ministerio contingere præsumpsit, magis eligens dehonorationem præfentialiter in oculis hominum pati, quam per inobedientiam ab illius membris secerni, qui caput est humilium, suisq; discipulis ait^d: *Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde; & inuenietis requiem animabus vestris.* Ipse enim, qui superbis resistit, & gratiam præstat humilibus, poterit illum, si innocens est, de supernis misericorditer respicere. Enimuero Legatis nostris Theutgaudo & Gunthario nihil tale * aliquid in sua legatione fieri præcepimus, vnde damnationis notam incurrerent. Sed nec de Engiltrude vxore Bosonis aliquod præiudicium ferre debemus, aut volumus; quam nos comperto, quòd anathematis vinculo esset innodata, Gunthario, quia non in sua parochia erat, commendauimus, monentes, vt de illa suum ministerium faceret, immò illam ex omnibus Regni nostri finibus eliminandam censuimus. Legati enim vestri illam postmodum requirentes, atque in medio statuentes, nos ignoramus quem finem causæ ipsius imposuerint. Episcopi verò diocesanos Treuirensis Metropolis, & Agrippinæ Colonix, nec complices damnatorum, nec fautores vitiorum, nec in aliquo Apostolicorum decretorum contemptores, vel canonicorum dogmatum violatores esse probabuntur, sed sanæ atque Catholicæ Fidei, ac veri Dei cultores. Igitur propter Deum, sanctam & indiuiduam Trinitatem humiliter petimus, vt facile criminosos ad causationem nostram nullatenus admittatis: neque, vt Apostolus docet, omni spiritui credatis, sed probare si ex Deo sit, quia parati sumus, si ratio dictauerit, per nosmetipsos polire, quod æmulatorum inuidia fingit * accidia. Omnipotens Deus sanctissimum Præfulatus vestri apicem æquitatis lance moderatum diu incolumem custodiat. Amen.] hæc Lotharius, vbi in Gallias Theutgaudus ad Lotharium est reuersus, qui legatione functus fuerat pro eo Romæ ad Nicolaum.

In veteri autem Chronico rerum Francorum à Pithæo edito de Gunthario hoc anno ista leguntur: Guntharius Colonix ciuitatis Episcopus pœnitentia ductus, quòd contra domnum Apostolicum iniustæ rationis contentionem inchoauerat: reconciliationis suæ & emendationis gratia Romam profectus, in præsentiam domni Apostolici venit, sed veniam

^a Dan. 2.

^b Rom. 13.

^c Leuit. 19.

XXXVI.

THEUTGAU-
DI ET GUN-
THARII EX-
COMMUNI-
CATIONEM
DEPLORAT.

GVNTHA-
RII TEME-
RITAS AC
CVSATVR.

* inhibere

XXVII.

THEUTGAU-
DI COM-
MENDATIO.

^d Matth. 11.

SUFFRAGA-
NEOS PVR-
GAT TREVI-
RENSIS ET
COLONIX
METROPOL.

*

XXVIII.

nam minimè consecutus est.] illam videlicet per quam peteret restitui ad Episcopatum, è quo sententia synodali depositus fuit; indignum iudicans Nicolaus Papa, vt tot facinororum reus homo, vix dignus qui pœnitens laica communione impertiri deberet, etiam pristinum consequeretur, à quo iustissimè fuerat deiectus, honorem.

Inter tot autem naufragia Episcoporum, & dissensionum eorum magna enituit fides erga Apostolicam Sedem Archiepiscopi Arelatenfis. Reperitur enim, quòd hoc eodem anno Rotlandus Archiepiscopus Arelatenfis memor antiquorum temporum, quibus ante omnes Galliarum Episcopos Archiepiscopi Arelatenfis speciali prerogatiua ab Apostolica Sede honore decoratus esset, cum illi in primis vices suas Romani Pontifices credere consueuerint, & plerisque aliis præceteris priuilegiis insignire (quod & superioribus Tomis sparsim est demonstratum) prædecessorum suorum inhærere vestigiis satius iudicauit, quam ferri aliorum Francorum Episcoporum priuatis studiis in diuersa. Sicque scribens ad ipsum Nicolaum Pontificem laudat in primis quæ ab ipso decreta essent aduersus sacrorum Canonum contemptores, pollicens se inhæsurum semper sanctæ Apostolicæ Sedis decretis, ad quem Nicolaus istam hætenus numquam editam rescripit epistolam acceptam ex codice Antonij Augustini superius sæpè citatæ.

Nicolaus Episcopus Rotlando Archiepiscopo Arelatenfi.

Suscipis sanctitatis tuæ litteris, totis humilitatis dono referis, cunctarumq; virtutum floribus redimitis; multiplices gratiarum cultus omnium bonorum auctori rependimus; tuamq; à multis retrò temporibus erga Sedem Apostolicam agnitam deuotionem plurimum commendamus, atque vt in hoc salubri proposito perseueres, fraternitatem tuam obnixius adhortamur. Sincerum sanctæ conuersationis pedem, quo tendere debeas perspicacius cognoscere poteris, & superuenientia prauorum iacula præuidere & declinare liberius, reuelante Domino, præualebis, si in Apostolicæ Sedis petra, more maiorum, præsidium tuum locaueris, eiusq; Fidei doctrinis vel decretis arctius inhærere contenderis: quam ille sua sacrauit sessione, quem Dominus eius Christus Ecclesiis suis voluit primum & speciale retinere fastigium, quin & cælestis atrij delegit summum constituere ianitorem. quod iam beatitudinem tuam strenuè persequentem, debitis attollimus omnino præconiis non solum in hoc, verum etiam in eo, quòd Apostolatum nostrum ad perseuerantiam cohortaris. In quo enim tam manifestè nostrarum sanctionum & decretorum ostendere te poteris esse custodem, quam in eo quòd & nostram quoque soliditatem supra firmam petram fundatam, vt in his perseueret, studiosius animare procuras?

Quòd autem deprecatur tua fraternitas, vt scrutemur quales prædecessores nostri circa prædecessores tuos antiquitus fuerint; & postulas vt liceat tibi rescripto cognoscere, vtrum fidenter crebrò litteris vel Legatis nos audeas frequentare, & quæque congruentia temporibus opportunis suggerere: sciat beatitudo tua, nos benè cognoscere, quòd prædecessores mei inter alia honoris beneficia prædecessores tuos aded dilexerint, vt eis vices suas in illis partibus retinere cõsenserint, quemadmodum Quinta refert sancta & vniuersalis Synodus. Tu verò si promissa tuæ dilectionis perfeceris, & nobis consentiendo, contra prauos quosque vel circa molestos nobis hæere contenderis, & à decretis nostris deuiare refugeris: noueris te deinde Apostolatus nostri clypeo protegendum, & charitatis ac pietatis brachiis, modis omnibus complectendum; sanctam quoque Ecclesiam diuinitus tibi creditam nostra sollicitudine & vigilantia, auctore Deo, per amplius & perfectius augmentandam. Mittere autem nobis Legatos vel litteras tanto liberè deberis, quanto charitas, qua circa sanctitatem tuam flagramus, (quam latum mandatum Psalmographus nuncupat) intra sinum amplitudinis tuæ omnes recipit, omnes fouet, & protegit proximos suos; quia iuxta^a Apostolum Paulum benigna est, & omnia suffert. Verum à charitate tua vnum hoc necessariò postulamus, scilicet vt cum aliquem ad Apostolicam Sedem miseris, studeat eum tuâ monere fraternitas, quatenus in redeundo non vsquequaque festinus appareat; eò quòd omnium Ecclesiarum Dei (sicut ipse nosti) cura constringimur, & cum vndique ad Sedem Apostolicam multi diuersa quærentes confluant: efficiuntur tardi ad singulos, dum volumus benignitatem & dapilitatem spargere per diuersos. Illud autem valdè placuit, vnde etiam immenso tripudio exultauimus, scilicet, quoniam ab Apostolatu nostro sciscitari quid tua sanctitas sequi debuisset, prudentissimè decreuisti. Verum quamuis multa sint quæ tibi mittere possemus: interim tamen quæ in alia nostri Apostolatus epistola beatitudini tuæ intimamus, solum tuæ solertiæ sint perigli

XXIX.

XXX.

XXXI.

^a 1. Cor. 13.

CHRISTI 864.

NICOLAI PAP. 7.

LVDOVICI II. IMP. 9. MICHAEL. III. IMP. 23.

gili cura sectanda, præcipuoque studio peragenda. si quid deest circa nos, circa Sedem B. Petri, non est aliud signum deuotionis tuæ quam polliceris, nisi obtemperantia & consummatio decretorum & definitionum nostrarum, qui licet indigni, per abundantiam tamen gratiæ, ipsius Vicarij sumus. Dat. mense Maij, die xii. Indiçt. xii. Jhæc Nicolaus.

XXXII. Iam verò quod sumus in fine anni huius, quæ fuerint diuersis Ecclesijs ab eodem Pontifice sacra dona oblata, & in Ecclesiarum restauraciones collata, & alia ad cultum diuinum spectantia ab eodem exhibita his ipsis temporibus, ex Anastasio hinc reddamus. Renouauit (inquit) in basilica Dei Genitricis Mariæ quæ dicitur Cosmedin, Secretarium, ibique pulchri decoris fecit triclinium cum caminatis ad honorem & decorem eius. Pari modo iuxta idem Secretarium porticum renouans, illic construxit atque ædificauit Oratorium in honorem S. Nicolai, & plura dona ibi contulit almus Pontifex. Renouauit etiam ipse pastor benignus cœmeterium sancti Felicis martyris in via Portuensi, necnon & cœmeterium ad Vrtum Pileatum, vbi corpora sanctorum martyrum Abdon & Sennen requieuerunt, iam in ruinis positum, pulchro ac miro restaurauit honore. Via autem Appia in cœmeterio S. Christi martyris Sebastiani in Catacumba, vbi Apostolorum corpora iacere, quod multis annis ruerat, meliori illud fabrica renouans, monasterium fecit, & monachos sub Abbatis regimine, vndecumque potuit aggregauit, victuique, necessaria dari, & stipendia ministrari præcepit.

XXXIII. Huius igitur tempore cum multi ad sanctitatis eius nomen accurrerent: quidam de Anglorum gente Romam venere. Qui in Oratorio B. Gregorij Papæ & Confessoris Christi intra sacram Principis Apostolorum ædem constructo vnâ tabulam argenteam posuere habentem libras . . . Prædictus itidem clementissimus Pontifex in Ecclesia caelestis Regni clauigeri beatiff. Petri Apostoli vela numero quinque de fundato, quæ ad decorem ipsius basilicæ sursum in trabibus intra tantæ ædis vestibulû appenduntur ornata in circuito ho-

loferico optimo fecit, & pro æternæ vitæ contulit palma. Huius beatissimi tēporibus Præfuis tot tantæque diuersarum prouinciarum, cognita luce clariùs doctrina præclari dogmatis eius, ad Sedem Apostolicam consultationes directæ sunt, quantas nūquam penitus reminiscitur à priscis tēporibus peruenisse. Qui præfatus Pontifex sacri verbi pabulo vbertim singulos reficiebat, tradens eis præcepta, iuræque mystica, beatificis illos institutis satiabat, docebat, & ad propria benedictos & eruditos remittebat. Tamen quidquid quoquo modo perperam fieri cognoscebat, arguebat, super aliquos Dei tantum respectu corrigere illud malens, grauibus lamentis & orationibus infinitis rogabat, vt Dominus omnipotens per suâ clementiam tale quid tamquâ non esset, bonis ac præcipuis immutaret exemplis.

XXXIV. Sicuti veniente de insula Sardinia relatione (quod etiam per domesticos suos genere Sardos cognouit) huiuscemodi verbis ei relatum fuit, quod iudices ipsius insulae cum populo gubernationibus suis subiecto cū proximis ac sanguinis sui propinquis incestas & illicitas contraherent copulas, velut temporibus domni Gregorij I V. Papæ facere consueuerant. Tunc mellifluis & præuaricantibus, à sancto Spiritu doctus, terribiles suæ prædicationis, quæ in vniuerso micabat orbe, cōponens apices, Missos etiam strenuos, Paulum Populoniesem Episcopum, & Saxum venerabilem monasterij Ioannis & Pauli Abbatem accersens, misit illuc, vt eandem gentem Sardorum à tanto reuocarent errore. Quibus euntibus, valde quosdam ex iis aduersus disciplinæ monita reperere cōtendentes. Verumtamen secundum præceptionis summi Præfuis auctoritatem Sardos excommunicauere & anathematizauere; adiuuere quousque malum incestarum effugerent copularum, penitentia medicamina requirentes, sicut in epistolis, quas iidem Legati in Sardiniam deportarunt, regesto ipsius Præfuis continetur insertis. Et sic Romam post affluentes prædicationes datas reuersi sunt. J hucusque Anastasius, subiiciens quæ vltimo loco anni huius in causa Rothaldi Romæ sunt facta, à nobis antea enarrata.

IESV CHRISTI ANNVS 865.

NICOLAI PAP. ANNVS 8.

LVDOVICI II. IMP. 10. MICHAEL. III. IMP. 24.

Y. C H R I S T I Redemptoris annus agitur octingentesimus sexagesimus quintus Indictione decimatertia; quo mense Ianuarij Romæ Synodus celebratur, in qua, lata sententia, inter alia Rothaldus Sueffionensis Episcopus in suam Ecclesiam post multos labores

SERVCTV- RAE SACRO- RVM LOCO- RVM A NI- COLAO FAT- CTAE.

CONSULT- TIONES FRE- QVENTES AD NICOL. PAPAM.

SARDI CO- HIBENTVR AB INCESTIS NVPTIIS.

ROTHALDI PLENIOR NVPTIIS

CHRISTI 865.

NICOLAI PAP. 8.

LVDOVICI II. IMP. 10. MICHAEL. III. IMP. 24.

Abores feliciter restituitur. Quomodo autem ista se habuerint, ab Anastasio, qui aderat, audiamus; ipse enim post illa quæ in Vigilijs Natalis diei Domini transacta fuisse in Ecclesia S. Mariæ Ad præsepe tradit, quando videlicet iussus est indui sacerdotalibus indumentis, subiicit ista: Rursum expectatis aliquantis diebus, scilicet vsque ad diem natalitium sanctæ virginis Agnetis, qui est duodecimo Kal. Februarij, & nec sic quisquam affuit aduersus Rothaldum iam restitutum Episcopum aliquid altercans: conueniente beatissimo Præfule cum omnibus in basilicam ipsius virginis foris muros Urbis via Numen-tana, idem Rothaldus Episcopus excusationis & promissionis suæ, qua pollicitus fuit, se omni tempore suis accusatoribus responsum, libellum summo Pontifici tradidit. Qui coram cunctis audientibus iussu est Præfuis recitatus, vbi etiam restitutionis eius forma relecta est. Et post omnium consensum in Ecclesia S. Constantiæ iuxta eandem sanctæ virginis basilicam decreto beatissimi huius Præfuis sæpeditus Rothaldus iam restitutus Episcopus Missarum solemnna solemniter celebrauit.

Sequenti verò die, congregata in domo quæ nuncupatur Leoniana, denuò Synodo, excusatoque ipso (sicut in libellis ab eo recognitis, duobusque quaternionibus insertis atque diuerso tempore missis & oblati, in archiuo huius Sedis repositis continetur) Rothaldo, ne talia sacerdotes & maxime Sedem Apostolicam appellantes vltra discrimina paterentur, sicut prænotatum est, in gradum pristinum restitutus, & ad propriam sedem cum Apostolicis sanctionibus remissus, quatenus vestitus Episcopalibus infulis, si prouocatus fuerit de cetero, suis accusatoribus coram Sedis Apostolicæ Præfule responderet. Cum quo quippe sanctissimus & à Deo conseruandus Præsul, tam pro restitutione illius, quàm pro abolenda Regis Lotharij copula, pro pace etiam & concordia Regum Galliarum conseruanda, Arsenium Episcopum huius almæ Urbis Apocrifarium & Missum illuc destinauit, quatenus reformata pace, sanctæ eos Ecclesiæ sinibus sine refragatione coniungeret: & quædam necessaria in Galliarum Ecclesia ex Apostolica traditione statuta perageret. J hucusque Anastasius, quæ autem inferius subiicit, suo loco dicentur. Porro ipse Nicolaus in epistola ad Episcopos Galliarum nominat Arsenium hunc Legatum, Hortensem Episcopum a vbi que laudatum. ita etiam Ioannes Diaconus huius temporis scriptor in vita S. Gregorij Papæ, dum agit de Iudæis Deo & hominibus, ipsisque Romanis Pontificibus potissimum inuisis, hæc dicens: b Hinc est, quod sicut à maioribus traditur, & nos quoque vsque ad nostra tempora, dum adhuc pubesceremus, oculis nostris conspeximus, consuetudo vetus obrinuit, vt omnes superstitionis illius homines quantumcumque pulcherrima mercimonia detulissent, numquam Pontificalibus alloquiis fruerentur, numquam obtutibus Apostolicis potirentur; sed extra velum longissimæ porticus non quidem in scamnis, sed in marmoreo pavimento sedentes suscepta pretia numerabant; ne videlicet viderentur aliquid de manu Pontificis accepisse. Nam reuerendæ memoriæ Nicolaus Pontifex Arsenium quosdam Hortanæ ciuitatis Episcopum Iudaicas tum primùm pellicias introducere molientem aded auersatus est, vt ei Palatinam processionem veller adimere, nisi superstitionis gentis vestibus adiurando, cum sacerdotibus infulis consuetudinaliter procedere studuisset. J hucusque Ioannes Diaconus, atque hæctenus de Arsenio: prosequamur modò quæ idem Nicolaus Pontifex post illa, quæ sunt superius enarrata ex Anastasio, egerit.

In primis autem Romæ voluit Pontifex promulgatam sententiam pro restitutione Rothaldi his publicis innotescere Apostolicæ Sedis litteris hac ipsa inscriptione notatis: Nicol. ep. 39

E Nicolaus Episcopus seruus seruatorum Dei sanctæ Catholicæ Ecclesiæ Romanæ omnibus Episcopis presbyteris & diaconibus & cuncte in Christo generalitati Romanæ plebis. Notum sit dilectioni vestræ, fratres mei & filij charissimi, quod quidam Gallorum Episcopi zeli & inuidiæ diaboli facibus accensi (quia mors, sicut scriptum est, d per inuidiam diaboli introiuit in orbem terrarum) huic fratri nostro Rothaldo venerabili viro insultantes, & per octo circiter annos, quemadmodum illum proprio priuarent Episcopatu iudicio, meditati sunt. Sed cum diutissime laborantes, nihil discriminis potuissent super eum inducere: nouissimè mundanis potestatibus vsi, depositionis sententiam in eumdem Sedem Apostolicam appellantem immanissime protulerunt, & in minutionem & abolitionem sanctæ Romanæ Ecclesiæ, immò beati Petri Apostolorum principis gradu proprio pulsum carcerali custodiae manciparunt. Vnde istum clamantem vt se adducerent, & ad nostrum illud iudicium, ad quod ante depositionem & postea imprætermisè pro-

SYNODVS IN VATICANO.

ARSENII LEGATIO IN GALLIAS

Ioan. Diac. vit. S. Greg. lib. 4. cap. 5. c.

legendum videtur, vestes abiurando,

III. Nicol. ep. 39

PUBLICATIO SENTENT. RESTITVTIONIS ROTHALDI EPISCOPI.

d Sap. 2. *al. criminis *al. inanis

* Al. octo mens.

^a Bonif. ep. 2.

I V.

V.

CORPVS CANONVM QVOD OLIM FVERIT.

ISIDORVS MERCATOR QVANDO VIXIT ET SCRIPSIT.

^b Hinc. ep. ad Hincmarum Laudunens. Epist. c. 24. ex eod. man.

VI.

prouocauerat, cum suis Vicariis, qui illum, si valeret, accusatione digna appetèrent, destina-
rent: plurimis epistolis eisdem Episcopis iussimus & hortari sumus. Sed ecce dilectissimi
(sicut ipsi scitis) sex * mensibus iam præsentem Rothaldo Romæ apud nos manente: &
nobis accusatores vel Vicarios eorum præstolantibus, nullus qui hunc accusaret, adesse
videtur. In quo fratres quid aliud datur intelligi, nisi quod sanctus Papa dicit Bonifacius:
Quia sicut qui est innocens, vt absoluat quærit, ita iudicium nocens subterfugit? Verum
nos, Deo auctore, beatorumque principis Apostolorum Petri Apostoli fulti suffragio, de-
cessorum quoque nostrorum secuti vestigia, priuilegia Sedis Apostolicæ, quæ illi malè
fregisse probantur, recuperare studentes, iam fatum virum, præsentem videlicet Ro-
thaldum pristino gradui, pristinis officiis, ac pristino Episcopatu restitimus, & per om-
nia eum talem reddimus, qualem illum fuisse constat ante excommunicationem & depo-
sitionis sententiam in eum prolatam, vel quando Sedem Apostolicam appellabat, & cano-
nicè prouocabat.] hucusque publica Nicolai denuntiatio Romæ facta.

Aboluto Romæ Rothaldo, ab ipso Nicolao plures pro ipso in Gallias litteræ scriptæ,
vt reciperetur; inter alias autem famosissima est illa epistola, quam dedit ad Episcopos
Galliarum, qui quæsti fuerant, quòd causæ Episcoporum iudicandæ in Synodis per Co-
episcopos, aduocarentur ad Apostolicam Sedem; necnon etiam suis litteris in dubium
reuocassent, num epistolæ illæ Romanorum antiquorum Pontificum, quæ non essent
infertæ in corpore Canonum, sed ab Isidoro Mercatore in collectione sua descriptæ,
essent in auctoritatem sicut ceteræ accipiendæ.

Hæc autem vt planius fiant, primum quid per Canonum codicem, siue Canonum
corpus intelligi consuevit antiquitus, est declarandum, & de Isidori collectione dicen-
dum quando ipsa Ecclesiis innouerit.

Quod ad primum pertinet, certum est, quòd quæ antiquior est facta Collectio episto-
larum decretalium Romanorum Pontificum atq; Canonum diuersorum Conciliorum,
id sibi nomen vendicasse, vt eiusmodi volumen, liber siue codex Canonum aut corpus
Canonum diceretur, aucta accessione aliarum qui postea vixerunt Romanorum Ponti-
ficum epistolarum, & aliorum quæ postea sunt celebrata Canonum Conciliorum. Quæ
autem antiquior & vberior apparuit Collectio epistolarum Romanorum Pontificum &
Canonum diuersorum Conciliorum, fuit Cresconij, de qua suo loco superius dictum
est, quæ aucta multorum Canonum & epistolarum accessione, in nomen illud transiit,
vt liber Canonum seu corpus Canonum diceretur. Cumque plures aliæ compilatæ fue-
rint Canonum Collectiones: quæ ceteris opulentior edita est ab Isidoro cognomento
Mercatore, continens epistolas antiquorum Romanorum Pontificum incipiens à Cle-
mente, longè recentior fuit, testante id Hincmaro Rhemenfi Archiepiscopo, vt pote quæ
non ante Carolum Magnum ab Hispania in Gallias fuisse delata per Riculfum Archi-
episcopum Moguntinum. Sic enim ait in epistola ad Hincmarum ^b Laudunensem Epi-
scopum: Sicut de libro collectarum epistolarum ab Isidoro, quem de Hispania allatum
Riculfus Moguntinus Episcopus in huiusmodi, sicut & in capitalis regis studiosus obti-
nuit, & istas regiones ex illo repleti fecit. In cuius præfatione Isidorus dicit de Canonibus
Apostolorum, &c.] Qui autem ex dictis epistolis ab Isidoro primum editis collegit
Capitula, eaque intulit in libros Capitulares Regum Francorum, fuit Benedictus Leuita,
qui id de se ipso testatur in præfatione quinti libri eorundem Capitularium, qui scripsit
(vt vidimus) tempore filiorum Ludouici Pij Imperatoris Ludouici, Lotharij, atque Caro-
li, vbi ait: Hæc verò Capitula, quæ in subsequentijs tribus libellis coadunare studui-
mus, in diuersis locis & in diuersis schedulis, sicut in diuersis Synodis & placitis generali-
bus edita erant, sparsim inuenimus, maximè autem in sanctæ Moguntiacensis metropo-
lis Ecclesiæ Scrinio à Riculfo eiusdem sanctæ Sedis Metropolitanano recondita.] merces
illas nimirum (vt audisti ab Hincmaro) Isidori Mercatoris, per eundem Riculfum pri-
mum illatas in Gallias ex Hispania. ne quis calumniari possit ab Ecclesia Romana ali-
quid huiusmodi commentum esse.

Porro eundem Riculfum Moguntinum Episcopum vixisse temporibus Caroli Ma-
gni, eiusdem temporis complura monumenta certam fidem faciunt, atque in primis
testamentum eiusdem Caroli Magni, cui inter alios idem Riculfus subscriptus inueni-
tur, idemque interfuisse inuenitur Concilio Moguntino cui præfuit, habito anno salu-
tis octingentesimo decimotertio, item Vuormatiensî, cuius & mentio habetur in libro
septi-

A septimo ^a Capitularium, vbi pro Riculfo, errore scriptoris, Triculfus nominatus legi-
tur Archiepiscopus Moguntinus. successit hic S. Lullo anno Domini septingentesimo
octogesimo sexto, vt antiqui norant Annales atque Hermannus Contractus, idemque
tertius numeratus à sancto Bonifacio eiusdem Ecclesiæ Archiepiscopo & martyre. Cum
igitur ante Riculfum Isidori Collectionem non nouerint Gallia Hispaniæ proximæ, mi-
nusq; Italia: coniectura est, Isidorum illum haud pridem vixisse atq; scripsisse, eamq; ita
primum vulgatâ esse per Riculfum qui attulit, inde per Benedictum qui intulit in libros
Capitulares, & demum per Hincmarum Iuniorem Episcopum Laudunensem nouissi-
mum vsque ad hæc tempora Collectorem, quem Hincmarus Rhemenfis, qui emunctas
magis nares habuit, in multis redarguit, suggillâs eam, qua vsus est, Isidori Collectionem,
cuius rei causa accusatus est. Nam de eo Frodoardus in historia Rhemenfi capite xvi. in
B sine hæc habet: Deinde quòd Pontificum Romanorum epistolas decretales contemne-
bat accusatus: contra professus & protestatus est, se cum maximo honore has admittere,
tenere & approbare.] hac scilicet occasione ea ipsum inustum nota apparet, quòd se Isi-
dori eam Collectionem minimè in omnibus probare significasset.

Sed & ab ipsa quidem consultò visus est abstinuisse Nicolaus Papa, quippe cum in his
controuersijs frequens esset, in quibus de appellatione ad Sedem Apostolicam agere-
tur, & ex illis epistolis multiplicia suppeterent eademque fortissima testimonia sanctissi-
morum Pontificum, eorundemque martyrum, quorum summa auctoritas in Ecclesia
esse posset: abstinuit tamen ab illis penitus, quas saltem dubias ignellexisse, non dubium
sit, illis tantum vsus, de quibus numquam in Ecclesia Dei fuerat dubitatum, quod illis
aduenticijis, & recens inuentis non egeret Ecclesia, cum eadem aliunde ex germanis,
sinceris, omnino legitimis, securis certisque Romanorum Pontificum epistolis abun-
danter accipere licuisset. Sed & ipse Benedictus Leuita, etsi (vt audisti ab Hincmaro, &
ipse testatus est in suorum præfatione librorum) ex eadem Isidori Collectione accep-
it multa, tamen bene conscius, auctoritatem illarum epistolarum haud adeò constan-
tem, sed nutare admodum, numquam aliquem illarum citauit auctorem, vt fecit in reli-
quis, quarum fides constans esset, Romanorum Pontificum epistolis, Innocentij, Leo-
nis, Gelasij, Symmachi atque Gregorij, citans ac nominans earum auctores: sed & ma-
gna cautela, quòd sciret ex eis accepta haud adeò haberi firma, curauit (vt ipse in fine te-
statur) eadem auctoritate Apostolica confirmari. Qui autem primus excerpta ex eis de-
creta cum titulo edidit Romanorum Pontificum, quorum nomine censerentur, fuit
quem diximus, Hincmarus Laudunensis Episcopus, vt apparet ex epistola seu libro con-
tra ipsum scripto ab Hincmaro Rhemenfi, qui eam Laudunensis lucubrationem acci-
piens, non sine stomachatione legit, quam & in pluribus arguit. Laudunensem verò secuti
sunt alij, vt qui sequenti sæculo scripsit Burchardus, & post ipsum alij, qui nomina ipsa-
rum Romanorum Pontificum singulis capitibus præfixerunt, quod & omnium nouissi-
mus æquè præstitit Gratianus.

At verò ex multis eas reddi suspectas epistolas, quæ dicta sunt secundo Annalium To-
mo, dum de illis singulis mentio facta est, satis est demonstratum, simulque ostensum,
illis non indigere sanctam Romanam Ecclesiam, vt si falsitatis arguantur, suis ipsa desti-
tuatur iuribus & priuilegijs, cum etsi illis careat, ex legitimis germanisque aliorum Pon-
tificum Romanorum epistolis decretalibus satis superque corroborata consistat. Cere-
rum quòd excerpta ex illis capita à Benedicto Leuita primum, vt Canonibus consentien-
tia probata essent, vt ipse testatur; auctoritate Romanorum Pontificum, quod & à po-
sterioribus factum est collectoribus: eadem vsu potius recipi contigerunt, quam constan-
ti ipsarum firmitate. Verum quòd his temporibus, cum recens haberetur earum editio,
nec perfectè in omnibus cognitæ essent nondum admora lucerna Cleanthis, ea ex parte
tantum eas recipiendas negarent, quòd extra corpus Canonum, suo seorsum volumine
positæ haberentur: hanc obiectionem ipsorum magni posse esse momenti Nicolaus con-
siderans, dum reliquæ omnes Romanorum Pontificum extra positæ decretales aboleren-
tur vna ista sententia: rescripsit ad eos epistolam decretalem magni ponderis, quam hæc
describendam magnitudo exigit argumenti, sic enim se habet:

Nicolaus Episcopus seruus seruorum Dei, reuerendissimis & sanctissimis confratri-
bus nostris Archiepiscopis & Episcopis apud Gallias constitutis.

Quamuis singularum Ecclesiarum, quæ propter diuersitatem terrarum multæ esse di-
Annal. Eccl. Tom. 10. Aa cun-

ISIDORI COLLECTIO VVLGATA IN GALLIIS

VII.

ISIDORI COLLECTIO AB ANTIQVIS NON ADEO PROBATA.

VIII.

ISIDORI VLTIMVS SINCERA NOTATA.

IX.

^a Cant. 2. ^b Psal. 12. ^c I. Pet. 2. ^d Heb. 7.

cuatur (cūm vna sit & vnica sponso suo, sicut ipse in Canticis canticorum dicit: ^a Vna est columba mea. & per Psalmistam: ^b Erue de manu canis vnicam meam) Pastor & Episcopus & Pontifex Dominus noster I E S V S Christus, qui hanc creauit & redemit, existat, ita vt ille veraciter ac principaliter ista sit omnia (iuxta quod Fidelibus per primum Apostolum dicitur: Conuersi estis nunc ad pastorem & Episcopum animarū vestrarum: & iuxta quod egregius prædicator de ea loquens: ^d Talis, inquit, decebat, vt nobis esset Pontifex:) subiturus tamen cælos, hanc Apostolis commendauit, ac per eos tamquam hereditario iure, successoribus eorum, nobis scilicet, quos Pastores & Episcopos ac Pontifices super ipsam constituit, eius prouidentia curam indulit. quatenus pro patribus nati filij, & pro eis constituti principes in omnem terram imitatores eorum essemus, sicut & ipsius Christi. Verūm & inter beatissimos Apostolos (sicut & ille magnus Leo scribit) in similitudine honoris fuit quædam discretio potestatis; & cūm omnium par esset deuo-
tio, vni tamen datum est, vt ceteris præemineret. De qua forma Episcoporum quoque est orta distinctio. Et magna ordinatione prouisum est, ne omnes sibi omnia vendica-
rent, sed essent in singulis prouinciis singuli, quorum inter fratres haberetur prima sen-
tentia. & rursus quidam in maioribus vrbibus constituti sollicitudinem eius susciperent
ampliores, per quos ad vnam Petri Sedem vniuersalis Ecclesiæ cura conflueret, & ni-
hil vnquam à capite suo discederet.

X. Quod si quidam ex vobis vllō interiori comprehendissent obrutu, numquam Rothaldum Episcopum Suesſionicæ vrbis sine consensu nostro deposuissent, deprædarentur, & in exilium pulsum, monasteriali custodia manciparent. Nam quomodo non omnes vobis omnia vendicatis, qui iudicia Episcoporum, quæ meritō inter maiora numentur negotia, vestræ deliberationi tribuistis? An modicum vobis esse videtur fratres & Coepiscopos vestros, præter Apostolicæ Sedis consensum, depositioni subiicere? Quod si damnationes Episcoporum non inter maiora negotia dinumeratis, quorum iam causas inter maiora computatis negotia? Quid, rogo, de presbyteris, vel de inferioris gradus clericis agetur, quorum apud nos quoque causa, Chalcedonensis Concilij regulis (cūm ratio exigit) audiri iubetur? Si Episcopos tanta facilitate deponitis: quomodo, rogo, per vos, quorum vel in singulis prouinciis habetur prima sententia, vel qui in maioribus vrbibus constituti sollicitudinem suscipitis ampliores: ad vnam Petri Sedem vniuersalis Ecclesiæ cura confluit, qui de maioribus deponendis Episcopis, nihil ad eius notitiam deferre curatis? An Episcopi de vniuersali Ecclesia non sunt, vt de illis damnandis per vos aliquid ad vnam S. Petri Sedem deferri non curetur? Vel quomodo nil vsquam à suo capite dissi-
det, cūm de iudicandis præcipuis membris Ecclesiæ, id est Episcopis, à capite, id est Sede Apostolica dissentitis? An Sedes Apostolica caput non est?

XI. Frustrā ergo (vt multa præteream) Concilium Sardicense ad Iulium Episcopum inter cetera dixit: Optimum & valdè congruentissimum esse videtur, si ad Caput, id est, ad Petri Apostoli Sedem de singulis quibusque prouinciis referant sacerdotes; & te, Sedem Petri, Caput appellatam, cui de singulis prouinciis Domini referre sacerdotes debent. E contra vos ad eam hanc despiciatis, vt ad eam nihil de maioribus Ecclesiæ negotiis referre curetis; atque Episcopum, inconsulta & contempta illa, deponere præsumatis, & præcipuè Sedem Apostolicam appellatam. Nimis namque absurdum est quod dicitis, Rothaldum, qui ad iudicium Sedis Apostolicæ prouocauit, iterū mutata voce, vestra iudicia postulasse. Quod etiam si ita fuisset, à vestra fuerat fraternitate corrigendus; & quia à maiori ad minoris auctoritatis prouocasset iudicium, emendandus. licet certis non patere possit vllis iudiciis, à nostro illum ad vestra cucurrisse iudicia, quem constat in ipso articulo contra se proferendæ sententiæ, Sedem Apostolicam appellasse; & quod se ab illa iudicari posceret, coram omnibus exclamasse. Equum non foret, si ad nostra se iudicia conuertisset, quamuis et si Sedem Apostolicam nullatenus appellasset, contra tot tamen & tanta vos decretalia efferrī statuta, & Episcopum, inconsultis nobis, deponere nullo modo debuistis. Quod tamen vos (vt seruata vobiscum medullitis charitate dicam) postposuisse dolemus, & diuersorum Sedis Apostolicæ Præsulum decreta in hoc vos contempnisse negotio, non immeritō reprehendimus.

XII. Absit enim, vt cuiuscumque vsque ad vltimum vitæ suæ diem qui in Fide Catholica perseuerauerit, vel decretalia constituta, vel de Ecclesiastica disciplina quælibet exposita, debito cultu & cum summa discretione non amplectamur opuscula, quæ dumtaxat & anti-

DISPOSITIO ECCLESIAE FACTA PER CHRISTVM.

CAUSA EPISCOPORVM SPECTAT AD ROM. ECCLESIAM.

MAIORA IUDICIA AD SED. APOST. DEFERENDA.

A antiquitus sancta Romana Ecclesia conseruans, vobis quoque custodienda mandauit, & penes se in suis archiuis & vetustis ritè monumentis recondita veneratur. Absit vt scripta eorum quoquo modo paruipendenda ducamus, quorum videmus, Deo auctore, sanctam Ecclesiam aut roseo cruore floridam, aut rorifluis sudoribus & salubribus eloquiis adornatam. Si enim ipsorum decreto ceterorum opuscula tractatorum approbantur, vel reprobantur; ita vt quod Sedes Apostolica probat hodie, teneatur acceptum; & quod illa repulit, hactenus inefficax habeatur: quanto potius quæ ipsa pro Catholica Fide, & profanis dogmatibus repellendis, pro variis & multifariis necessitatibus, & Fidelium moribus diuerso tempore scripsit; omni debentur honore præferri, & ab omnibus prorsus in quibuslibet opportunitatibus, discretione, vel dispensatione magistra, reuerenter assumi?

B Quamquam quidam vestrū scripserint, haud illa Decretalia priscorum Pontificum in toto codicis Canonum corpore contineri descripta: cūm ipsi vbi suæ intentioni hæc suffragari suspiciunt, illis indifferenter vtantur; & solum nunc ad imminutionem potestatis Sedis Apostolicæ, & ad suorum augmentum priuilegiorum minū accepta esse perhibeant. Nam nonnulla eorum scripta penes nos habentur, quæ non solum quorumcumque Romanorum Pontificum, verūm etiam priorum decreta in suis causis præferre noscuntur. At nunc vbi suis animis resutare, & priuilegia tantopere nos, vt in sui status incolumitate persistant, elaborare non cessamus, quanto vniuersæ Ecclesiæ profuisse, prodesse, & profutura semper esse probantur. Dignum ergo est, vbi vniuersæ fabricæ moles innititur: ibi firmum validumque habeatur in omnibus fundamentum. Porro si ideò non esse decretales Epistolæ priscorum Pontificum Romanorum admittendas dicunt, quia in codice Canonum non habentur adscriptæ: ergo nec Gregorij sancti, nec vllius alterius, qui ante vel post ipsum fuit, est aliquid institutum vel scriptum recipiendum, eò quod in codice Canonum non habeatur adscriptum: ergo doctrinam eorum & sanctiones de codicibus suis eradant. vt quid vel membranas occupant, postquam non habentur acceptæ?

C Sed quare multūm immoremur, cūm nec ipsas diuinas Scripturas noui & veteris Testamenti iam recipimus, si ista duxerimus dicenda? etiam neutrum horum in codice Ecclesiasticorum Canonum habetur insertum. Sed responsuri sunt isti, qui non ad obediendum potius, quàm ad resistendum semper parati sunt, dicentes, quod inter Canones inueniatur capitulum sancti Papæ Innocentij, cuius auctoritate doceatur, à nobis vtrumque Testamentum iam esse recipiendum, quamquam in ipsis primitiuis Canonibus nullum eorum continetur ex toto insertum. Quibus ad hæc asserendum est: Quoniam si vetus nouumque Testamentum recipienda sunt, non quod codici Canonum ex toto habeantur annexa, sed quod de his recipiendis sancti Papæ Innocentij prolata videretur esse sententia: restat nimirum quod decretales epistolæ Romanorum Pontificum sint recipiendæ, etiam si non Canonum codici compaginata, quoniam inter ipsos Canones, vnum beati Leonis capitulum constat esse permixtum, quo ita omnia decretalia constituta Sedis Apostolicæ custodiri mandantur, vt si quis in illa commiserit, nouerit sibi veniam negari. Ait enim capitulo quinto suorum Decretalium: Ne quid verò sit, quod prætermisum à nobis fortè credatur: omnia decretalia constituta, tam beatæ recordationis Innocentij, quàm omnium decessorum nostrorum, quæ de Ecclesiasticis ordinibus & Canonum promulgata sunt disciplinis, ita vestræ dilectioni custodiri mandamus, vt si quis in illa commiserit, veniam sibi deinceps nouerit denegari. Dicendo verò omnia decretalia constituta, nullum de decretalibus constitutis prætermisit, quod non mandauerit esse custodiendum. Et rursus asserendo omnium decessorum nostrorum, nullum Pontificum Romanorum qui ante se fuerit, excepit, cuius ita non præceperit decretalia constituta ab omnibus custodiri, vt si quis in illa commiserit, veniam sibi deinceps nouerit denegari. Itaque nihil interest, vtrum sint omnia decretalia Sedis Apostolicæ constituta inter Canones Conciliorum immixta, cūm omnia in vno corpore compaginari non possint, & illa eis intersint, quæ firmitatem his quæ defunt, & vigorem suum assignent: præsertim cūm synodalia gesta, itemque ipsi Canones instituti in codice Canonum non habeantur, sed à nobis omni cultu debito venerantur.

E Consonat autem huic beatissimo Papæ Leoni sanctus & facundissimus in Decretis suis Papa Gelasius, ita inquit: Decretales Epistolæ, quas beatissimi Papæ diuersis

ECCLESIA ROMANA PROBAT ET REPROBAT.

XIII.

XIV.

DECRETAL. EPIST. AEQVE OMNES SVSCIPIENDAE.

XV.

temporibus ab Vrbe Roma pro diuersorum Patrum consultatione dederunt, venerabiliter suscipiendas. In quo notandum, quia non dixit: Decretales epistolas quæ inter Canones habentur, nec tantum quas moderni Pontifices ediderunt, sed quas beatissimi Patres diuersis temporibus ab Vrbe Roma dederunt. Dicitis autem diuersis temporibus, etiam illa tempora vir sanctus comprehendit, quæ crebrescentibus paganorum persecutionibus ad Sedem Apostolicam deferri causas Episcoporum difficillimè permittebant.] Ex his vides, Lector, perspicuè satis, Nicolaum de illis loqui epistolis Romanorum Pontificum, quas Isidori Collectio continet, Clementis scilicet & aliorum, qui tempore persecutionis Romanæ Ecclesiæ præfuerunt vsque ad Siluestrum Papam, quas non ob eam causam esse reiciendas optimè docet, quod non sint cum aliis scriptæ in corpore Canonum. Ceterum nec illis ad eger Romanam Ecclesiam ostensus, ex receptis in corpore Canonum epistolis Romanorum Pontificum testimonium petit ad probandum, quod nititur, nimirum grauiores causas iudicio Apostolicæ Sedis definiendas esse: nam audi quæ his subiiciat:

XVI. His ita diuina fauente gratia prælibatis, ostendamus nullam differentiam esse inter ea Decreta, quæ in codice Canonum habentur Sedis Apostolicæ Præfulum, & ea quæ præ multitudine vix per singula voluminum corpora reperiuntur, cum omnia & omnium decessorum suorum Decretalia constituta, atque decretales Epistolas, quas beatissimi Patres diuersis temporibus ab Vrbe Roma dederunt, venerabiliter esse suscipiendas & custodiendas, eximios Præsules, Leonem simul & Gelasium mandasse probauimus. Quamuis & hoc, quod sæpè commemoratus beatus Leo Apostolicæ Sedis Antistes ad Anastasium Thessalonicensem Archiepiscopum scribit, quorundam vestrorum præsumptionem potentissimè feriam, & quod talia negotia nobis inconsultis definire minimè debeatis, manifestè denuntiat. ait enim: Nam cum maiora negotia & difficiliores causarum exitus liberum tibi esset, sub nostræ sententiæ expectatione suspendere, nec ratio tibi, nec necessitas fuit in id quod mensuram tuam excederet. Præsertim (inquit) cum etiam si tale aliquid mereretur: expectandum tibi fuerit, quid ad tua concilia rescriberetur. & paulò post: Sed etiam si quid graue intolerandumque committeret, nostra erat expectanda censura, vt nihil ipse prius decerneret, quam quid placeret, agnosceres. Quod nos quoque de Rothaldo vobis non irrationabilius dicere possumus, quia dum octo ferè annos ventilaueritis, nec ratio vobis, nec necessitas fuit, id quod mensuram vestram excederet, iudicandi. Sed etiam si quid graue intolerandumque committeret, nostra erat expectanda censura, vt nihil prius decerneretis, quam quod nobis placeret, agnosceretis.

*al. feriat.

*al. consulta

XVII. CAVSÆ EPISCOPOR. QVALÉS.

*f. ex diuersis

XVIII.

*1. Tim. 3.

Sed dicitis: Iudicia Episcoporum non esse maiora negotia, nec difficiliores causarum exitus iudicamus. Qui quanto gradus sunt præcipui & in Ecclesia Christi sublimiores, tanto cum de horum statu vel casu agitur, maiora negotia & difficiliores causarum exitus agitari vel haberi creduntur. Ipsi quippe primi in Ecclesia, ipsi arundinem tenentes metantur sanctam Ierusalem; ipsi fabricæ Dei præfunt; ipsi speculatores ciuitatis Dei sunt; ipsi arietes, ipsi pastores gregis Dominici, ipsi columnæ domus summi Regis existunt. An maiora negotia causas inferiorum clericorum esse conijcitis, vt horum causas nobis, & Episcoporum vobis negotia tribuatis? Quamuis & inferioris gradus clericorum causas apud nos, cum tæpus vel res exegerit, esse finiendas, & diuersa proculdubid colligamus, sicut beatus Papa dicit Innocentius: Si quæ autem causæ vel contentiones inter clericos tam superioris ordinis quam inferioris etiam fuerint exortæ, vt secundum Synodum Nicenam, congregatis eiusdem prouinciæ Episcopis, iurgium terminetur, nec alicui liceat (sine præiudicio tamen Romanæ Ecclesiæ) relictis his sacerdotibus, qui in eadem prouincia Dei Ecclesiam nutu diuino gubernant, ad alias conuolare prouincias.

An maiora negotia Metropolitanorum tantum esse fatemini? Sed audite rursus, quod de Episcopis sanctus asseueret Leo: Quibus, inquiens, et si dignitas communis est, ordo tamen generalis est: & re vera vnus de septem Ecclesiæ gradibus est, Metropolitanorum scilicet & reliquorum Episcoporum ordo. & quod dicit Apostolus: Oporteret Episcopum irreprehensibilem esse, non video minus Metropolitanis quam ceteris Episcopis conuenire, nisi fortè Episcopatu se priuet, quisquis Metropolitanorum ad se hoc Apostoli dictum non æstimet pertinere. Vnde nos non minoris numeri, non alterius famæ accusatores testes vel iudices quærimus in negotiis Episcoporum, quam exigimus in causis Metro-

A Metropolitanorum: vnde tam illorum quam istorum negotiorum nobis exitus referuari meritò volumus, & iure decreuimus.

Totius enim Ecclesiæ, Deo auctore, generaliter sollicitudinem gerimus, & omnium vtique qui Ecclesiam faciunt, cura constringimur, atque omnium quorum nos maxima cura expectat, nostrum præcipuè debent promereri iudicium, sicut Innocentius ad Maximum scribens Antiochenum, non scilicet solum Metropolitanorum, sed & omnium omnino sacerdotum, quoniam vniversorum, qui se de ouibus principaliter diuinitus Petro commendatis esse non nesciunt: id est, non solum cunctorum qui de illorum numero sunt, de quibus Dominus Principi Apostolorum dixit: Tu aliquando conuersus confirma fratres tuos: sed etiam qui de his piscibus sunt, qui intra rete, quod ab ipso ad litus trahi specialiter iussu, esse se recognoscunt.

XIX.

Luc. 22.

B Adhuc tamen perturbari propter contentiosos liber. Quænam iudicia, vel quorum esse maiora negotia prædicatis, si Episcoporum causas non inter præcipua computatis negotia? An laicorum & vulgariū populorum iudicia inter maiora negotia ponitis, quos penè quotidie cum vestris & sine vestris epistolis discutiendos & iudicandos suscipimus, & discussos, vel iudicatos vel absolutos dimittimus? Denique aut sæcularium iudicia inter maiora, & Episcoporum inter minora negotia collocabitis; & vobis Episcoporum, & nobis laicorum iudicia referuabitis. Aut certe si Episcoporum iudicia sunt maiora negotia, iuxta Leonem, licitum vobis esse debuit, hæc sub nostræ sententiæ expectatione suspendere. Aut si persona iudicanda tale aliquid mereretur, expectandum vobis fuerat, quid ad vestra consulta rescriberem. Absurdum est enim, vt laicos quosque & minimos qui sunt in Ecclesiis vestris nostro iudicio mittatis iudicandos, & addatis quotidiano labori, & Episcopos eorum qui præcipua Ecclesiæ membra sunt, vestræ subdatis deliberationis iudicio.

XX.

C His verò tandem omiſſis, Deo duce, scitote nos, quod temeritate magistra, perperam à vobis commiſſum est, & quod inconsultis nobis in Rothaldo fratre & Coepiscopo nostro præsumptuose perpetrastis, etiam si numquam Sedem Apostolicam appellasset, contra Dei auctoritatem & beatissimorum Petri & Pauli Principum Apostolorum, seu omnium decessorum meorum, necnon & sanctorum trecentorum decem & octo Patrum, qui apud Nicæam sub Constantino pio Principe conuenerunt, penitus euacuantes & irritum ducentes, præfatum Rothaldum pristino gradui, pristina dignitati, pristino reddidisse profus honoris, ita vt diuina myſteria conficiendi priorem facultatem adeptus, omniq; sacerdotali restitutus officio, sine cuiuslibet contradictione propriæ receptæ profuit Ecclesiæ, à qua inconsultis nobis expulſus est.

XXI.

D Denique cum ante biennium scriptis & verbis instanter egissemus, vt idem Rothaldus aut propria redderet Ecclesiæ, aut certe Romam cum Vicariis vestris & ipsius accusatoribus eum ad examinandum & iudicandum nobis destinaretis, & nihil apud vos impetrare potuissemus, dum modò hoc modo illud ad excusandas excusationes in peccatis obiceretis: tandem aliquando, Deo inspirante, & Nicænæ nobis Synodi decreto suffragante, quo inter cetera præcipitur, vt sua priuilegia seruentur Ecclesiis: ratum duximus iam factum Rothaldum, memores scilicet priuilegiorum Apostolicæ Sedis, vinculis quibus illum ne vteretur officio, nec suæ præſſet Ecclesiæ colligatis, quia nos non censuimus, absoluendum. Neque enim tam stolidus, tam ve potens traditionis terminatæ deuius inueniri, qui ceteris Ecclesiis priuilegia seruari, & solæ Romanæ Ecclesiæ adimi debere perhibeat, quæ omnium Ecclesiarum magistra, mater, & caput est.

XXII.

E Si quis autem tacita forte, non audeat aperta assertionem fateri Romanæ huiusmodi Ecclesiæ priuilegia non fuisse, quibus Sedes Apostolica aliorum ligatorum Præfulum nexus facultatem habuerit dissoluendi, præter quod prisca serum probatione, & nonnullarum recitatione scripturarum conuincitur: testis est B. Gelasius, quem idcirco ad testimonium super his perhibendum produximus, quia hunc non solum vita & doctrina plurimum commendat, verum etiam rem de qua agitur, in paucis astruit & ostendit, nobis videlicet breui sermone propinans, quod de multorum voluminum fontibus haustit. Scribens enim Episcopis per Dardaniam constitutis inter cetera: Nec plane (ait) tacemus, quod cuncta per mundum nouit Ecclesia, quam quorumlibet sententiis ligatorum Pontificum Sedes Petri Apostoli habet resoluiendi, vt pote quæ de omni Ecclesia fas habeat iudicandi. Item idem ad Episcopos Orientales: Post quingentos (inquit) annos constituta

XXIII.

CONVELLIT NON POSSUNT PRIUILEGIA ROM. ECCL.

CHRISTI
865.NICOLAI PAP.
8.LVDOVICI II. IMP. IO.
MICHAEL. III. IMP. 24.

tuta Christi eos velle subuertere, cum triginta annorum lex hominum non possit abrum-
pi, quis ferat? Sanctum Athanasium ideò non damnatum à Synodo Orientis, quia Sedes
ista non conferat, vel sanctum Ioannem Constantinopolitanum, sanctum Flavianum.
Si ergo hac non consentiente sola, ij damnati à Synodo Orientis, non potuerunt esse
damnati: consequens est etiam, quòd qui eadem sola damnante, sine Synodo damnatus
fuerit, damnatus sit. In quo inter cetera notandum est, quia si hos qui post quingentos an-
nos statuta Christi tentabant subuertere, tanta vir sanctus increpatione redarguit, cum
triginta annorum lex hominum non possit abrumpi: quanto magis exprobandi sunt,
qui ea etiam post octingentos & eo amplius annos nituntur euellere?

XXIV.

Quæverò statuta Christi dixerit, inferius declarauit, cum sola Sede Apostolica non con-
sentiente, neminem posse damnari, & ea sola consentiente, qui damnatus fuerit, damna-
rum haberi, exposuit. Statuta itaque Christi dixit, post quingentos annos subuertere, quia
iam quinque centum circiter anni præterierant, quando venerabilis Papa dicit, Sedem
Apostolicam hæc statuta Christi promeruisse. Priuilegia enim sua à Christo Ecclesia Ro-
mana per Petrum consecuta est, & ipsa sunt statuta Christi, quæ quidem tunc post quin-
gentos, nunc post octingentos annos exinanire conantur. Ecclesiæ inquam Romanæ
adeò sunt antiqua & vetera priuilegia, vt Nicæna Synodus (sicut Bonifacius Præsul Apo-
stolicus Episcopis per Thessaliam constitutis scribens ait) non aliquid super eam ausus
est constituere, cum videret nihil supra meritum suum posse confiteri: omnia denique
huic nouerat Domini sermone concessa. si omnia, ergo & Episcoporum iudicia. Perhi-
bente autem B. Bonifacio, quòd Nicæna Synodus super eam (haud dubium quin Ro-
manam Ecclesiam) non ausa sit aliqua constituere, cum videret nihil supra meritum
suum posse confiteri: omnia denique huic nouerat Domini sermone concessa. Et obiur-
gante sancto Gelasio eos, qui constituta Christi volebant subuertere, cum priuilegia Ro-
manæ Sedis moliebantur infringere: manifestè datur intelligi, eadem esse constituta
Christi, quæ sunt omnia illa, quæ huic Ecclesiæ Synodus Nicæna nouerat Domini ser-
mone concessa. A tempore quippe, quo Synodus Nicæna fuerat consummata, nondum
quingenti vsque ad Gelasium anni transierant, vt de Nicæna Synodi statuti tantus vir
dixisse videatur, eos post quingentos annos statuta Christi velle subuertere. Restat ergo
vt illius temporis mentionem fecerit, à quo quingentorum circiter annorum curricula
vsque ad se deuoluta poterant comprehendere. Christus enim priuilegia constituta in Pe-
tro disposita vel firmata Romanæ contulit Ecclesiæ, super quam nihil Synodus quælibet
ausa est meritò constituere, cum sciat illi Domini sermone concessa. Dispensationem
quippe Redemptionis humani generis ante tempora sæcularia Dominus omnipotens pe-
nes se ordinatam custodiens, tempore carnis ostendens, ascensus ad cælos in Apostoli
Petri, per quem & Apostolatus & Episcopatus sumpsit exordium, confessione, curaque
præcipua collocavit, qui tunc per se, & deinceps per suæ sollicitudinis heredes circa hu-
manum genus, quæ sibi Dominus commendauit, non destitit exhibere. Hæc enim ille
& successores eius ex tunc agere non omittunt, modò verbis, modò decretorum suorum
epistolis ab Vrbe Roma diuersis temporibus datis, commissarum sibi ouium prouidentiam
principaliter exercentes.

XXV.

Itaque Rothaldum Episcopum, de quo hætenus nostris contempistis obedire man-
datis, tandem à nobis, immò à Deo, pristino gradui restitutum benignè suscipite, quia
ille Euangelicus filius rediens non solum suscipi meruit, sed & dignus paternis complexi-
bus inuenitur, & annulum fidei recepit, sed & stola circumdatur: per quam quid aliud
quàm sacerdotij declarantur insignia? Nec probabilis exitit apud patrem senior filius,
quod inuiderit recepto, nec tantum meriti habuit apud patrem perseverando, quantum
noxæ contraxit, non recipiendo germanum. Ergo suscipite illum vt fratrem, suscipite in-
quam illum vt mea viscera. Solicitos autem vos pro salute libenter audio. Contra caput
etiam si faciendum est, non libenter admitto. Cui manus porrigenda est, vobiscum por-
rigo. Cui porrigo, mecum porrigite, si cui autem aliquid donastis, & ego. Nam & ego si
quid donauit propter vos in a persona Christi, vt non possideamus à satana: non enim ig-
noramus veritas eius, qui super discessione lætatur. Apostoli verò declaratæ benignita-
tis verba sunt. sic & ea viri beatissimi, Sedis Apostolicæ Præfules Innocentius & Bonifa-
cius sapientissimè replicarunt.

XXVI.

Porrò quisquis contra hoc nostri Apostolatus decretum post notitiam eius se offe-
rens,

A CHRISTO
DATA PRI-
VILEGIA
ROM. ECCL.

a 2. Cor. 2.

CHRISTI
865.NICOLAI PAP.
8.LVDOVICI II. IMP. IO.
MICHAEL. III. IMP. 24.

rens, sepefato Rothaldo Episcopo ad recipiendam & regendam Sueffionice vrbis Eccle-
siam aliquod palam vel occultè præparauerit offendiculum, vel si personæ ipsius quoquo
modo insidiatus extiterit, quinimò si quis vestrum ad Ecclesiam recipiendam illi tam-
quam frater fratri adiutorium non præstiterit, vtpote qui videt fratrem suum necessita-
tem habere, & claudit viscera sua ab eo, & velut is in quo charitas Dei non manet: ab
ipsa charitate, quæ Deus est, & à corpore & sanguine Christi, & à nobis qui membra il-
lius sumus, habeatur omnimodis alienus. Porrò ne iustitiam tegere nostræ tantum vi-
deamur voluntatis arbitrio, ac per hoc æstimemur canonicis legibus contraire: sancimus
atque decernimus, quatenus sæpèdictus Rothaldus venerabilis Episcopus paratus sit om-
nia regulariter poscèri de se (quia Deo propitio nulli parti fauere volumus citra iustitiam)
coram Sedis Apostolicæ Præfule reddere rationem ita dumtaxat, vt secundum maiorum
definitiones, ante omnia quæ prius possederat, integro iure recipiat, adeò vt talis sit in
omnibus, qualis ante sententiam contra se prolatam fuisse dignoscitur. Sicque demum
Ecclesiæ recepta, & Episcopatu libera securitate possessio, proximis & amissis rebus, &
ipsis resumptis viribus, vestitus quoque & spiritalibus armis tectus accusatoribus respon-
deat suis, & vnde impetitur, plenissima studeat hos qui foris atque qui intus sunt, faci-
litate certificare.] hætenus decretalis Nicolai epistola a ad Galliarum Episcopos
pro restitutione Rothaldi, quem recedentem ab Vrbe pluribus aliis voluit, Apostolicis
litteris abire munitum, in primisque ad Regem Carolum scripsit epistolam, qua
vbi maximè est detestatus Hincmari persecutoris contumaciam atque superbiam, de le-
gitimè facta Rothaldi restitutione eum reddidit certiore, atque demum vt faueat ipsi
ad suam Ecclesiam reuertenti primùm rogat, monet, ac nisi faciat excommunicationem
comminatur, sicque rem aggreditur, alludens ad vestem missam paulò antè ad Eccle-
siam S. Petri gemmis ornata: Si enim, inquit, b millia gemmarum & pretiosarum spe-
cierum beato Petro daretis, nec illi tam accepta, nec vobis, quàm si nobis super hoc
obediatis, profutura existerent: nimirum cum illius sit, hominum salutem exquirere,
non cumulos thesaurorum coaceruare. Fauete tandem quæsumus nobis pro crebrò di-
cto viro toties adeuntibus, vt Ecclesiam sibi commissam recipiendi per vos non im-
pedimentum, sed præsidium prorsus inueniat. Ne quæso dicatur de vobis procedente
tempore, quod nunc de Theodorico scripto profertur, qui ante patrimonij vel Ecclesia-
rum, quas amiserat, receptionem, Papam Symmachum, vtpote Arrianus & sceleratissi-
mus Rex cum impugnatoribus suis in disceptationem configere iussit: cum potestati
eius omnia quæ per suggestiones inimicorum suorum amiserat, reddenda ab honorabi-
lium Italarum Episcoporum Concilio iussa fuissent, & legaliter prius statui pristino red-
ditus, tunc veniret ad causam; & si ita rectè videretur, accusantium propositionibus re-
sponderet. Cuius rei documentò, & aliis nonnullis decretis & exemplis imbuti, idipsam
de Rothaldo Episcopo nos quoque decreuimus.

Quapropter obsecramus & obtestamur, vt piis nostris monitis non prauorum homi-
num suasionibus pareatis. Scientes quia si pessimo Regi (quod absit) vos æquiparan-
tes, super hoc nobis negotio concordantes obaudire renuitis: vos procul dubio de
charitate & memoria nostra delectis. Quoniam ita Dei & Apostolorum auctoritate de-
creuimus & statuimus, vt quicumque sæpè memorato Rothaldo Episcopo ad recipien-
dam Ecclesiam sibi commissam, vel ad Episcopale ministerium peragendum aliquate-
nus impedimento fuerit, donec requiescat, & ad illi resistendum conatus deponat: à
sacro sanctis mysteriis & ab Ecclesiæ fieret ingressu remotus, atque ab omni Fidelium
sequesteratus communione.

Præterea vestram nosse volumus experientiam, nostris auribus fuisse, multis referen-
tibus, intimatum, quòd diuersæ res & nonnulla prædia sanctæ Sueffionice Ecclesiæ iuri
competentia ab inuafore ibidem consecrato extiterint pro libitu disposita & in benefi-
cium data, vel etiam, eo iusto Dei iudicio decedente, ab excellentia vestra quibusdam
hominibus æquè in beneficio collocata. Quamobrem etiam & in hoc dilectionem ve-
stram hortamur atque precamur, vt eadem prædia, & ipsas res quæcumque & vbi-
cumque sint, iam factæ Ecclesiæ restitui pia vestra præcipiat eminentia, & vt cuncta iuri eius
reddantur, vestra satagat excellentia: ita vt secundum sacrorum Canonum sanctio-
nes, in potestate Episcopi res omnes Ecclesiæ consistant, & ille secundum timorem Dei
quibus voluerit, & quomodo voluerit dispense: quod tam vestræ pietatis pro amore
Dei

CHRISTI
865.NICOLAI PAP.
8.LUDOVICI II. IMP. IO.
MICHAEL. III. IMP. 24.

Dei & Apostolorum Principis ac nostro fieri satagat industria. Scientes profecto, quia A qui his rebus frui voluerit, & eas præfata Ecclesiæ reddere forte distulerit: nos hunc ab Ecclesiæ finibus anathematis nexibus reddimus irretitum, & sacrosanctis mysteriis sequestretum, veluti profanum eliminamus, & quasi rapacem & impium à contubernio Fidelium procul dubio abiciamus.] hæc tunc Nicolaus ad Carolum.

XXXIX. Scripsit tunc pariter ad Hincmarum Rhemensem Archiepiscopum epistolam acerri-
mis obiurgationibus plenam, quæ incipit: ^a Si coram tuæ prudentiæ oculis vllus esset paternorum Canonum vel Apostolicæ Sedis respectus, numquam Rothaldum, &c.] in qua hanc habet in fine monitionem: Tandem aliquando vnus è duobus, quod vult fraternitas tua, sibi à nobis optione proposita eligat, quia vtrumque Canonicum est, vtrumque ad Sedis Apostolicæ pertinet priuilegium, videlicet, aut quæ de sæpessato fratre & Coepiscopo nostro Rothaldo disposuimus adimplens, in nullo refragatrix, sed executrix inueniatur; aut certè Romam coram nobis seu sancta Romana Ecclesia cum ipso conflictum sumptura & pro hoc altercatura properare sine dilatione maturet. Ita dumtaxat, vt prius ipse Rothaldus cunctis ablatis, sicut statuimus, recuperatis honoribus, & vires longo labore fessas priori valetudine redditas resumens diutius possideat, & suis omnibus perfruatur: Quod si neutrum sine procurata mora fortassis agere voluerit, & resultare his quæ de illo statuimus solito more vltèrius curauerit, ab omni sis sacerdotali dignitate, Dei per nos iudicio & auctoritate Sedis Apostolicæ decreto, sequestratus; ita vt numquam locum satisfactionis, aut ordinis restitutionem opperians.] hæc ad Hincmarum Nicolaus.

XXX. Tunc scripsit idem Pontifex ad ipsam Sueffionensem Ecclesiam, ad quam legitimum suum restituit absolutum Episcopum. est litterarum initium: ^b Sicut piorum parentum est, &c.] quibus iunxit & sacrum diploma restitutionis eiusdem Rothaldi ad ipsum tempore absolutionis datum. nam in fine habet ista: Scripta per manum Petri Notarij Regionarij & Scriuarij S. R. E. mense Ianuarij, Indictione XIII.

XXXI. Interea autem alias litteras dedit ad ipsum Nicolaum Pontificem, antequam Rothaldus peruenisset in Gallias, Rex Carolus, nonnihil de Rothaldo conquestus, quod excubiis pastoralibus prorsus extitisset inutilis. sed ipsum talia iactantem cohibuit Nicolaus, vbi ad eum rescribens hæc ait: ^c Ad extremum, quod silere non possumus, quinimò d' super dictis vestris obitupescimus, de Sueffionica scilicet Ecclesia, de qua filii mi Carole quod loquimini per os alterius loquimini, hæc scilicet: Quia etiam per triginta circiter annos ab infructuosa ficulnea Rothaldo inutiliter occupatur. Miramur cur tantus Rex sua foris verbis cedit, & non magis nobis qualiter de Rothaldo obediat, procurat. Desine ergo fili, & deceptoria verba depelle à corde, incipeque nostris monitis parere, vt excellentissima gloria vestra cum exultatione fructificet; & cum gaudio manipulos colligat. Tamen qualiter de illo sublimitatem vestram oporteat facere, aliis litteris nostris liquidius cognoscere valebitis. Quibus cognitis, credimus, & quod petimus, obtineamus, & quod decreuimus ratum coram oculis Dei & coram nobis esse videatur. Apud nos namque idem Rothaldus fructuosa ficulnea manet: tamen post renouatum iudicium eius si fructuosa est, patenter declarabitur, habitis omnibus secundum quod de illo statuimus. Hanc autem epistolam igitur more solito scribi non fecimus, quia Legatus vester sustinere non poterat, & ob festa Paschalia Scriuarios nostros, eò quod debitis vacabant occupationibus, habere, vt debuimus, non valuimus.] Hæc Nicolaus, significans à se esse scriptam epistolam datam ad Carolum ipsis Paschalibus festis, cum nondum Rothaldus E cum Arsenio venisset in Gallias.

XXXII. At post hæc nihil amplius scriptum esse reperitur contra Rothaldum, quin potius acquiescisse, veniamque pro delicto Episcopos exorasse à Nicolao Papa, inter quos Franco Episcopus magni nominis eius temporis vir, vnus ex his qui interfuerant Concilio Siluaneensi, reatum suum per litteras confessus, quod non contradixit Episcopis iniuste causam Rothaldi iudicantibus. ad quem extat reddita epistola Nicolai, qua se ei confitenti remittere peccatum significat. ^d eadem epistola data decimo quinto Kalend. Octobris Indictione decimaquarta hoc anno iam à mense Septembri inchoata. Acquiescisse penitus iudicio Nicolai Papæ Hincmarum, ipsemet testatur in epistola ad Hincmarum Iuniorum Episcopum Laudunensem, ex qua ista recitat Frodoardus: ^e Quod dicis te audire obloqui de iudicio domini Nicolai Papæ: si de me dicis, mendacium dicis: Nam quod

^e Frod. hist. Rhemens. lib. 3. c. 21.

^d Nic. ep. 45.

VENIAM PETIT.

NICOLAO

PISCOPVS A

FRANCO E

CAROLVM

REDARGUIT

NICOLAVS.

in fine.

Nicol. ep. 27

ROTHALDO

RELA DE

REG. QUE-

CAROLI

XXXI.

CHRISTI
865.NICOLAI PAP.
8.LUDOVICI II. IMP. IO.
MICHAEL. III. IMP. 24.

A quod ille de Rothado seu Vulfado iudicauit, non contradixi, sed sicut ipse præcepit, obedire curavi, &c.]

Sic igitur tandem, serò licet, obtinuit, quod conatus fuerat Nicolaus, scilicet integram restitutionem Rothaldi: nam per eundem Arsenium Legatum à latere (vt audisti) hoc anno missum in suam Ecclesiam nullo obice fuit plenissimè restitutus, quam & tenuit summa pace, iam antea per mortem intruso è medio sublato. Hicque finis iudicij in causa Rothaldi.

At verò ne videamur in tanta controuersia agitata inter tot insignes personas, nempe Archiepiscopos, Episcopos, & Regem ipsum cum Romano Pontifice in causa Rothaldi, ab altera parte propendere, eidemque magis fauere (quod longè longius ab historicorum munere esse debet) tenemur hinc ex debito, quæ in sui excusationem Hincmarus Rhemensis Archiepiscopus ad ipsum scripserit, attexere, quod cuiusque partis ob Lectoris oculos posita iura maneant. In quo quidem non possum non mirari eiusdem Hincmari, si quæ obiicit vera non sunt, ad eò in mentiendo promptam audaciam; vel si vera sunt, siquæ tam iustam (vt scriptis præferet) aduersus Rothaldum causam foueret: cur ad eò refugerit iudicium Apostolicæ Sedis, toties (vt vidisti) interpellatus litteris eiusdem Pontificis: cum vel per nuntium, saltem ea obsignata Episcoporum vel aliorum testimonio ad iudicium tanto tempore Romæ ventilarum mittere, toties requisitus, impigrè debuisset. Verùm quæ ab ipso in Rothaldum grauiora suis ad Nicolaum Papam litteris inferuntur, eò magis mendacij suspecta redduntur, quod ex iis quæ dicta sunt, appareat in dicto sæpiùs synodali conuentu contra eundem Rothaldum, in quo omnia communi conspiratione iudicium & accusatorum aduersus eum sunt actitata, de illis, quæ primo loco ponenda erant, nulla vel leuis saltem ab accusatoribus mentio facta est, vt inter alia quæ ipse in hac sua habet epistola de sacris vasis suæ Ecclesiæ per ipsum dolo malo sublatis, ac distractis, de quibus nullam in tota causa à quoquam delatam querelam audiimus. Sed iam præstat audire ipsam ad Nicolaum Epistolam Apologeticam, in qua inuenies complura obseruatione dignissima, præcipuè verò de cultu exhibendo erga Apostolicam Sedem. titulus autem ipsius epistolæ sic se habet:

Domino vnice singulariterque suspiciendo Patrum Patri, & summa veneratione honorando reuerendissimo Papæ Nicolao Hincmarus, nomine non merito Rhemorum Episcopus, ac plebis Dei famulus.] epistola sic incipit:

Epistola vestra sanctitatis per Odonem Episcopum, &c.] primùm enim agit de causa Ecclesiæ Cenomanensis cur diutius viduata pastore manserit, deinde subiungit quæ in causa Balduini essent acta; quorum nomine etiam idem Hincmarus fuerat ab eodem Pontifice redargutus: tandem verò ad causam Rothaldi descendit. Descripsit cuncta hæc Frodoardus erga suum Hincmarum propensior, nunc primùm ex autographo Rhemensi descripto codice Latine edita, quæ sic se habent:

Denique ^a ad epistolam vestra auctoritatis, ad quam me misistis obedienter audientiam, generaliter omnibus Episcopis Regni domini nostri Caroli Regis gloriosi pro Rothadi causa per Odonem Episcopum transmissam, sicut litteris exiguitati meæ directis sanctitas vestra præcepit, conueni. & simul cum eisdem venerabilibus Episcopis quantum in me fuit, mox antequam Synodus solueretur, vestram iussionem de eodem Rothado, ne aliqua mora vestra præceptionis implendæ, aut de superuentione paganorum, aut de alia qualibet causa interueniret, adimplere curavi, sicut & Legati D. Regis, ac nostri, & litteræ pleniter vestra notum facient sanctitati. Sed quoniam causa interueniente, quam vobis ipsi Legati referent, statim vt præcepimus datis litteris & designatis nostris Vicariis, ad vestram præsentiam cum eodem Rothado ire non potuerunt, & ob id diutius quàm voluissimus immorati fuerunt: interea Leudo Legatus domini nostri Regis à vestra rediens sanctitate pridie Kalend. Decembris, vestras Apostolicas litteras domino Regi nostro filio vestro in ciuitate Antifiodoro detulit. Et quia filius eius atque æquiuocus Karolus, qui patris animum in quibusdam ostenderat, & ob id ad eius præsentiam quorumdam suggestionem aliquantulum venire distulerat, patrem Legatis suis petiit, vt meam paruitatem cum aliis quibusdam suis fidelibus pro eo ad ipsius vestigia deducendo transmitteret, quatenus nostro interuentu patrem placabiliorem inuenire valeret, exiguitatem humilitatis meæ dominus Rex illuc in suum venire seruitium iusserat. Qui mox vt veni, mihi litteras vestras legendas donauit, in quibus licet pro sua dignatione subli-

XXXIII.

XXXIV.

DE HINC-

MARI EPI-

STOLA APO-

LOGETICA.

XXXV.

XXXVI.

DE CAUSA

ROTHADI

SVESSION.

EPISC.

Frodoard.

lib. 3. c. 13.

CHRISTI
865.NICOLAI PAP.
8.LVDOVICI II. IMP. IO.
MICHAEL. III. IMP. 24.

sublimitas vestra humilitatem meam sine ulla meriti prærogatiua benignè tractauerit, & à mea insipientia sapientia vestra scripto supra id quod scio atque intelligo, non tamen absque subinducto * cauerno laudari dedignata non fuerit: tantum in eis videor mihi videre vobis multiloquium meum increfcere. Vnde dignetur sanctitas vestra dignanter suscipere, quod beatus Augustinus de suo multiloquio Domino dominorum audacter non dubitauit dicere, cum se inde apud eum voluit excusabilem reddere inter alia scribens: Loqui multum, non est nimium, si tamen est necessarium.

XXXVII.

Qua de re, sanctissime domine & Pater reuerendissime, æquanimiter sustinete modicum quid insipientiæ meæ, sed & supportate me, si adhuc quædam de Rothadi causa vobis iam sufficienter notissima quasi repetens scribo, cum quo quia vobis placet, cui cuncta bona placent, mittimus Vicarios nostros, non vt accusatores ad configendum, sed vt à Rothado atque à vicinis nostris, qui causam pleniter ac veraciter aut nesciunt, aut scire nolunt, accusati, quod nos in contemptum Sedis Apostolicæ appellatam Rothadam secundum Sardicenses Canones Sedem Apostolicam retinuerimus, sed eum quia ad electorum iudicium de certis capitulis prouocauit, iuxta Carthaginenses & Africanenses Canones, ac decreta beati Gregorij regulariter iudicauimus vestræ summæ auctoritati humiliter intimandum. Absit enim à nobis, vt priuilegium primæ & summæ Sedis sanctæ Romanæ Ecclesiæ Pontificis pro sic paruo pendamus, vt controuersias & iurgia tam superioris quàm inferioris ordinis, quæ Nicæni & ceteri sacrorum Conciliorum Canones, & Innocentij atque aliorum sanctæ Romanæ Sedis Pontificum decreta, in Synodis prouincialibus ac Metropolitanis præcipiunt terminari, ad vestram summam auctoritatem fatigandam ducamus. At si forte de Episcopis causa nata fuerit, vnde certa & expressa in sacris regulis non habemus iudicia, & ob id in prouinciali vel in comprouinciali nequeat examine definiri, ad diuinum oraculum, id est ad Apostolicam Sedem nobis inde est recurrendum. Si etiam de maioribus causis à prouinciali Episcopo ad electorum iudicium non fuerit prouocatum, & in aliqua causa idem Episcopus fuerit iudicatus, id est, à gradu suo in comprouinciali Synodo deiectus, & putat se bonam causam habere, & appellauerit qui deiectus est, & confugerit ad Episcopum Romanæ Ecclesiæ, & voluerit se audiri si iustum putauerit vt renouetur examen, scribendum est ab his qui causam examinarant, post iudicium Episcopale eidem summo Pontifici, & ad illius dispositionem secundum septimum Sardicentis Concilij capitulum renouabitur examen. Nam de Metropolitano per sacras regulas constituto, qui ex antiqua consuetudine ab Apostolica Sede pallium accipit, sicut Leo ad Anastasium, quod & Nicænum Concilium innuit, & ceteri Romanæ Sedis Pontifices in decretis suis ex sacris Canonibus monstrant, ipsius Pontificis etiam ante iudicium est sententia præstolanda.

XXXVIII

Ezech. 40.

Hic enim est, qui secundum Ezechielem Prophetam moratur in a Gazophylacio, quod respicit viam meridianam, excubans in custodiis templi. Et nos Metropolitanus ad comparationem illius sumus qui in ministerio altaris, quod est ante faciem templi, in quo carnes incenduntur, seruimus, & controuersias carnalium in Synodis prouincialibus laborantes dirimimus, & de maioribus ac maiorum causis ad examen summæ Sedis Pontificis post iudicium referre curamus: homines enim sub potestate illius, sub nobis commilitones habemus, & dicimus huic Vade, & vadit, & alij Veni, & venit. Quoniam vt dicit Leo: Et inter beatissimos Apostolos in similitudine honoris fuit quædam discretio potestatis, & cum omnium par esset electio, vni tamen datum est vt ceteris præemineret, de qua forma Episcoporum orta est distinctio, & magna ordinatione prouisum ne omnes sibi omnia vendicarent, sed essent in singulis prouinciis singuli, quorum inter fratres prima haberetur sententia, & per quos ad vnam Petri Sedem vniuersalis Ecclesiæ cura* construeret, & nihil vsquam à suo capite diffideret. qui ergo scit quibusdam se præpositum esse, non molestè ferre debet aliquem sibi esse prælatum, sed obedientiam quam exigit, etiam ipse dependat. quam Rothadus à suis exigere magis quàm sacris regulis fatigit dependere: cum etiam sancti Angeli in cælo legantur suis potioribus obedire. & idè ad hoc peruenit vt deiici promeruerit. quem per plures annos & beneficiis impensis, & munitis atque obsecrationibus per me & per Coepiscopos, ac per quoscumque familiares potui, ad obediendum sacris regulis commoneri curavi. Multoties etiam & per litteras Metropolitanas, & ex Apostolicæ Sedis auctoritate minas ei inculcari curavi, & ex electione Catholicorum quàm grauiter offendebat ei ostendere studui: ad quæ responde-

ECCLIESIA-
STICA HIE-
RARCHIA
BENEDIS-
POSITA.
* al consue-
ret,

CHRISTI
865.NICOLAI PAP.
8.LVDOVICI II. IMP. IO.
MICHAEL. III. IMP. 24.

bat, quia nihil aliud facere sciebam, nisi ei meos libellos tota die ostendere. Vnde à multis & à frequentissimis redargutus fui, cur incorrigibilem & ministerio sacro inutilem, tam diu scienter, contra Dei voluntatem & sacram auctoritatem portarem.

Ego verò, quamuis sepius & Regem & Coepiscopos & vicinos suos, & etiam me multò sepius quasi ex studio ad iracundiam vocare satageret, licet non posset, sciens periculosissimam esse in sacerdote perturbatam & præcipitem iram, præcipitemque proferre sententiam & persecutionum supplere sæuitiam, dissimilitudines morum, contumacias inobedientium, & malignarum tela linguarum, diu illum non sine timore de periculo animarum sibi commissarum portauit, & cum ampliùs portare non debui, ad plurimorum Episcoporum concilium, vt & eos audiret, deduxi, quorum non audire consilium, sed aduersus me postulare maluit iudicium: & ad eius petitionem vt ei satisfacerem, & vel sic erubesceret, & à cœpta se stultitia reuocaret, iudicio me deuinxit, velut iam vestræ sanctitati plenius aliis litteris intimaui, & replicare me pro vestræ auctoritatis satisfactione cogit necessitas, vt cognoscatis, quoniam nihil in eum egi animo inimico, sed zelo diuino quantum in conscientia mea prospicere valeam. Sed & domino Regi ac Episcopis Regni eius, & quam plurimis tam Ecclesiasticis, quàm sæcularibus viris hæc sunt nota quæ dico. Post depositionem illius obtinui vt vnam Abbatiam valde bonam ei dominus Rex & Episcopi consentirent, & omnes nos illi, sicut patri de nostris impendiis seruiremus, quatenus qui in deliciis vitam semper duxerat, non frangeretur, tantum vt seditiosus & molestus Ecclesiæ hui præfuerat esse non decertaret. Cui primùm quidem acquieuit, sed vt dicitur, qui hoc scire se testantur, quidam Episcoporum Regni Lotharij zelo amaro contra nos ducti, quia eorum consiliis de Vualdrada non acquieuimus, & etiam aliqui de Germania, vt quidam dicunt, ad Ludouici sui Regis suasionem, quoniam cum eo non feci, sicut Rothaldus, in fratris sui de Regno expulsionem, persuaferunt eidem Rothaldo, vt non se à seditione mouenda contineret, & ipsi apud vos obtinerent, vt restitueretur. Nunc autem, sicut iussistis, ad vestram præsentiam & dispositionem illum perducere, apud dominum nostrum Regem filium vestrum obtinuimus, credentes quia quod Domino inde placabilius erit, cordi vestro inspirare dignabitur.

De quo quia benignissima dignatio vestra mihi seruo vestro per Leudonem dignata est scribere, vt iuncto mihi integro collegio fratrum, secundum modum ibidem descriptum vestra Apostolica fretus censura studerem illum pristino redintegrare decenter officio: sciat reuerendissima & amantissima colenda dulcissima paternitas vestra hæc me agere nequiuisse pro his quæ continentur in subditis, videlicet, quia cum litteris ad vestram auctoritatem deferendis idem Rothadus iam commissus erat iis qui ad vestram præsentiam illum deducerent, & mihi non erat possibile integrum fratrum collegium conuocare, quoniam vt supra scripsi, diocesi nostra longius eram remotus in filij vestri seruitio, & quoniam sine illorum iudicio, qui in eius depositione fuerant, & quibus inde scripsistis, restitui regulariter non valebat, & Episcopi aliarum prouinciarum per meam conuocationem in multis occupati congregari non poterant. Sed & Coepiscopi Rhemorum prouinciæ ab ipsa Synodo, in qua epistolam sanctitatis vestræ audiui, causa resistendi Northmanis ad suas sedes festinare maturauerunt. Pauci etiam numero Episcopi qui mecum in filij vestri Regis nostri erant obsequio, cum eis benignitatis vestræ commendationem de Rothaldo regi, responderunt, non se scire talem vitam atque intelligentiam taleque studium sacri ministerij in eo fuisse, vt in hoc se miscere auderent, præsertim cum is, qui antea aliquam reuerentiam de deiectione sua habebat, & semper inobediens & sacris regulis, & regis dignitati, & Metropolitanis priuilegio fuerat, nunc effrenatus ad multorum malum exemplum, & plurimorum beneuolentium scandalum deseruire, & negligentius atque perniciosius viuere, voluntatibus suis seruiens, cum libertate deberet.

De eo autem quod benignitas animi vestri pensans, non belluinum sed humanum hominis animum, scripsit, dicens: Fortasse cognoscet delictum suum, & sua sponte in iudicio quo iudicatus est, perseuerare deliget; quod si fecerit, apud Regem Carolum, dilectissimum videlicet filium vestrum agendum est vt liberalitate sua eidem congrua beneficia, quibus sufficienter cum suis sustentari, atque honorificè degere possit, benignæ mentis largiatur effectu: sciat dignatio vestra non illum esse huiusmodi temperantiæ: nam ab eo quod cœpit numquam potuit reuocari. Quæ etiam ego famulus vestræ dominationis meditatatus cum corde meo, & conferens cum fidelissimo filio vestro domino

XXXIX.

XL.

XLI.

CHRISTI
865.NICOLAI PAP.
8.LVDOVICI II. IMP. 10.
MICHAEL III. IMP. 24.

mino meo Rege glorioso in hac causa prouidi, vestrae sapientissimae auctoritati scribere A dignum duxi, quia licet frater vestrae auctoritatis litteris per Leudonem meae exiguitati directis, quarum mentionem fecistis in epistola, quam filio vestro domino Regi nostro misistis, quasque illi relegi, apud eum obtinere possem, ut Missis suis qui Rothadam ad vestram deducendum praesentiam susceperunt, mandaret, quatenus ab arripendo Romam itinere expectarent, donec opportunum tempus Episcopos regionum nostrarum conuocandi adueniret. Quia non erat ratio, ut aliis notificaretur, cur Rothadi transmissio tardaretur, antequam Episcopis vestrae auctoritatis epistola legeretur; poterat fieri ut qui me diuina clementia, & sua benignitate & amoris deuotione colunt, & aliquid aestimant esse, cum nihil sum, cognoscentes meo obtentu id accidisse, in me scandalum parerentur, quasi contemni aut negligi facerem vestram commendationem, qui inter constitutos a vobis dies in epistola per Odonem Episcopum missa ad obediendum vestram B accelerare facerem, quantum potui, iussionem. Et si quando in vnum conuenirent, Episcopos, qui sciunt, & me vna cum eis scire norunt Rothadi negligentem vitam, & diutinam in sacro ministerio inutilitatem, de eius restitutione alloquerer, omnes me exsufflarent, & amentem praedicarent, si etiam Rothado, ut se concederet, quod non super salutis intuitu faceret, beneficia nos impetraturos promitteremus.

XLII.

Quoniam omnes penè in istis prouinciis sciunt, quia secundum Carthaginenses & Africanos Canones, & Decreta beati Gregorij, electorum se commisit iudicio, & amplius quam quingenti interfuerunt diuersi ordinis viri, videntes quando calix aureus cum gemmis a caupone & tabernaria per Missum Regis de illius pignore sumptus, ac delatus fuit in Synodum, & scientes coronas argenteas a Iudæo cui illas dederat sumptas, & facultates Ecclesiasticas ab eo suppressas, & latenter commendatas, indeque receptas C & Ecclesiae redditas, & vascula argentea quae non pauci ponderis a longo tempore in Ecclesia pependerunt, sed & alia, quae sui decessores ac praedecessores ceterique Fideles pro remedio animae suae eidem Ecclesiae obtulerunt, ab eo sine consensu Metropolitanis ac Coepiscoporum, ac presbyterorum, ac diaconorum suae Ecclesiae pro libitu suo donata, cum etiam beatus Gregorius multoties in epistolis suis ex sacris Canonibus scribat: Quaecumque Episcopus post ordinationem Episcopatus acquisierit, omnia esse Ecclesiae, in qua extiterit ordinatus. Vnde constat, quia nec ipse sine oeconomio & conscientia clericorum illa debeat dispensare. Sed & omnes vrbes incolae ac populi, qui cum Rege ac Episcopis ad Synodum conuenerunt, & ut reuera ad spectaculum currentes, eum viderunt vsque ad ostium Synodi venientem, & inde ut maniacum redeuntem, quique sciunt quantam benignitatem Regis & fratrum spernens, qualiter de certis capitulis, vnde sacri Canones expressa decreuerunt iudicia iudicatus, lacrymantibus Rege & Episcopis, dum saxo recessit, putarent nos, qui eum secundum sacros Canones, sicut eos intelleximus, iudicauimus, & postea ut ipsi praecipiant Canones, pro eo Episcopum vestrum qui eiusdem iudicio interfuit prius iudicium vestrum de eo referre, & nunc illum ipsum cum litteris nostris atque Vicariis, sicut iussistis, ad Apostolicam Sedem, quae paternos Canones seruandos confirmat, & confirmatos ac obseruandos sua obseruatione demonstrat, dirigere procurauimus, de vestrae auctoritatis iustitia, & aequitatis libramine dubitare, & ideo ut se concederet, * iocarium ei promittere, sicque nos ut insanos merito denotarent, cum etiam si fieri posset, quod ab illa & prima Sede sancta, ac summo Apostolatu vestro stendum non creditur, ut talis a vobis cognitus, restitutus in ordine nominetur, nulla de cetero nobis conscientia de sibi a vobis commissis animabus esset periculum.

XLIII.

Et cum omnes in istis regionibus sciant, quoniam negligens & contemptor sacrorum Canonum, & quamdiu, quamque patienter atque benigne fuerit toleratus, & a quam inuitis, quia se corrigere noluit, secundum sacras regulas, sicut eas intelleximus, fuerit iudicatus, nullam habere possemus verecundiam de restitutione illius, si foret facta a vestri summi Pontificatus potestate: quia omnes senes cum iunioribus scimus nostras Ecclesias subditas esse Romanae Ecclesiae, & nos Episcopos in primatu B. Petri subiectos esse Romano Pontifici, & ob id salua Fide, quae in illa Ecclesia semper viguit, & Domino cooperante florebit, nobis est vestrae Apostolicae auctoritati obediendum. Nobis quippe cum aliis quibusque scriptum est; ^a quia Iesus erat subditus parentibus suis, nobisque; item scriptum est: ^b Obedite praepositis vestris, & subiaccete eis, & nihil per contentionem, neque

^a Luc. 2.^b Heb. 13.CHRISTI
865.NICOLAI PAP.
8.LVDOVICI II. IMP. 10.
MICHAEL III. IMP. 24.

A que per inanem gloriam. &: ^a Si quis vult contentiosus esse, nos talem consuetudinem non habemus, neque Ecclesia Dei. Propterea locutus cum fidelissimo filio vestro domino meo Rege glorioso illi replicauit, quod saepe inculcaui, quodque libentissime accepit & adimplere cupit; quia sicut Domini est terra & plenitudo eius, orbis terrarum & vniuersi qui habitant in eo, & ipsius est Regnum, & cui voluerit dabit illud: ita ipse super fundamentum Apostolicae petrae suam fundauit Ecclesiam, quam & ante passionem, & post Resurrectionem suam speciali cura & singulari priuilegio beato Petro, & in illo suis commisit Vicariis. Cuius Sedem, suaeque Sedis Pontificem qui honorat, illum honorat qui dixit: ^b Qui accipit si quem misero, me accipit, & ab ipso honorabitur, dicente: ^c Honorantes me honorificabo, & qui contemnant me, erunt ignobiles.

^a 1. Cor. 11.^c Ioan. 13.^b 1. Reg. 2.

Idcirco quia multi sciunt qualiter se ^{*} Rothadi reclamatio habeat, & quidam inde aliter dicunt, & omnes generaliter sciunt, quoniam vestra auctoritas illum cum nostris Vicariis ad suum praecipit destinari iudicium: dignum & iustum est, ut quemcumque Episcopum Romanum Pontifex ad se Romam venire mandauerit, si infirmitas vel grauior quaecumque necessitas vel impossibilitas, sicut sacri praefigunt Canones, eum non detinuerit, ad illum venire studeat; multo magis etiam is, quem pro tali querela ad se quocumque modo clamantem, praesentiae suae iudicat exhibendum. Et quicumque viderit vel audierit, quod Rex & Episcopi Apostolicae Sedis Summum Pontificem promptè obaudiunt & honorant promptius, & humilius eis sui subiecti obediunt. Nam ut B. Gregorius dicit: Sicut languente capite subiecta membra incassum vigent, ita gloria & honore coronato, id est, honorificato ac decorato capite, subiecta membra eius honore atque decore fulgebunt. & Rothado in nullo melius poterat satisfieri, quam si ad vestram praesentiam pergeret, & ei tantum subscriptionibus Episcoporum, qui Deo & vobis mentiri nolunt, & allegationibus tot Vicariorum eorumdem Episcoporum, fuerit illum bonam causam nequaquam habere ostensum. Quamobrem sibi ipsi & non nobis reputare debet, quia sine bona causa se & multos alios fatigauit. Vnde illum vestra discretissima pietas, quae compassionem proximo, & ^{*} rectitudinem debere vitis nouit, suis Apostolicis litteris sufficienter praemonuit. Quisque inter alias foecordias eius duritiae esse dignoscitur, ut cum multoties sine vlllo respectu timoris vel amoris diuini, & absque vlla humana verecundia, per tot annos, & in tantis causis toties sacris Canonibus, & decretis sanctae Sedis Romanae Pontificum, & suae Metropolis priuilegio a synodalibus iudiciis resultauerit, & per tantos annos atque a tantis pertoleratus, a sua stultitia se reuocare contempserit, a Rege & Episcopis multipliciter obsecratus, in hoc adduci non potuit, ut sacris Canonibus & decretis sanctae Sedis Romanae Pontificum, secundum suae Metropolis priuilegia de cetero se obediturus subscriberet, quoniam sine horum obseruatione nemo nostrum potest esse Episcopus, & sic pace fraterna in omnibus frueretur.

XLIV.

^a al. Rothal-

di

^a al. reprehensionem

XLV.

Postea autem sua sponte in libello suae professionis, per quem ad lectorum iudicium prouocauit, haec se obseruasse impudenter professus, qui scientibus cunctis mendaciter Synodo misit, & sic ad iudicium prouocauit, quae se seruaturum ne iudicaretur subscribere detrectauit. quod ideo, sicut postea nobis dixerunt, qui ab ipso audierunt, subscribere noluit, quod & nos praecipimus, ne vinceretur. Sed si in misericordia Rex & Episcopi permaneremus sententia Romam iret, antequam vinceretur. Et quando illuc veniret, his per vestram iussionem, cum a vobis foret nobis nolentibus absolutus, subscriberet; non intelligens, immo intelligere non valens (excœcauit enim eum malitia sua) vestram auctoritatem sapientissime intelligere. Quare Dominus de caelo alloquens Paulum, & dicenti, ^d Quid me iubes Domine facere? non omnia quae agenda illi erant exposuit, sed ad Ananiam, a quo agenda audiret & accepturus erat, illum direxit. sic & ^e Angelus Cornelium, a quo agenda audiret & accepturus erat, illum direxit. sic & ^e Angelus Cornelium, a quo agenda audiret & accepturus erat, illum direxit. sic & ^e Angelus Cornelium, a quo agenda audiret & accepturus erat, illum direxit.

^d Act. 5.^e Act. 10.

testate diceret, profectò doctor mansuetudinis non fuisset. Humili ergo eos ratione placuit, atque in causa reprehensionis suæ humiliter rationem reddidit, & iam testes adhibuit, dicens: Venerunt autem mecum & sex fratres isti. Cuius humilem auctoritatem & mansuetissimam potestatem, & rectissimam prædicationem dicentis, non dominantes in Clero, sed forma facti gregis, secutus beatus Gelasius in Decretis suis ad omnes Episcopos de institutis Ecclesiasticis dicit: Cumque nobis contra salutarium reuerentiam regularum cupiamus temerè nil licere, & cum Sedes Apostolica super his omnibus, fauente Domino, quæ paternis Canonibus sunt præfixa, pio deuotoque itudeat tenere proposito: fatis indignum est quemquam vel Pontificum vel ordinum subsequendum hanc obseruantiam refutare, quam B. Petri Sedem videat & sequi & docere. Satisque conueniens sit, vt corpus Ecclesiæ in hac sibimet obseruatione concordet, quam illic vigere conspiciet, vbi Dominus Ecclesiæ totius posuit principatum.

XLVI. De Barnaba quoque & Saulo dicamus (veraciter Paulus Apostolus non ab homine, neque per hominem, sed per IESVM Christum, & Deum Patrem) qui postquam diutius fructi sunt Apostolorum consortio, non ipsis Apostolis, sed iuxta fidem sacræ historiarum ministrantibus Domino Propheta & doctoribus, qui erant Antiochiæ, dixit Spiritus sanctus: Separate mihi Barnabam & Saulum in opus ministerij ad quod assumpsi eos. Tunc ieiunantes & orantes imponentesque eis manus dimiserunt illos. Et ipsi quidem missi à Spiritu sancto obierunt vocati Apostoli, & insequenti anno, id est, decimoquarto post passionem Domini (licet qui operatus est Petro in Apostolatam Circumcisionis, operatus sit & Paulo inter Gentes tantum) iuxta conductum Iacobi, Cephæ, & Ioannis Gentium magisterium vnà cum Barnaba Paulus accepit. Idem quoque Paulus apud Corinthios negligentibus rectoribus de incestuoso scripsit: Congregatis vobis, & meo spiritu cum virtute Domini nostri IESU Christi tradidi huiusmodi in interitum carnis satanæ, vt spiritus eius saluus sit in die Domini: ipsi enim Corinthiorum rectores illum tradiderunt in interitum carnis satanæ, & Paulus cognito eius opere sua auctoritate cum illis, & completa eius poenitentia, ipsi eum restituerunt, & Paulus sua auctoritate cum illis: Cuius, inquit, aliquid donastis, & ego si quid donauim propter vos in persona Christi. Hinc B. Gregorius: A bono, inquit, vestro non dissentio, meum sit quod ipsi fecistis, cui velut si dicere præsumamus, Quare ita cautè cum discipulis te copulas? Quare vel te discipulorum, vel illos tuis actionibus tam sollicita mente confirmas? Vt non circumueniamur, inquit, à satana. Non enim ignoramus cogitationes eius: id est, ne hoc quod bene mens inchoat, ipse in malitiæ finem vertat. & Innocentius: Nec ad Corinthios Apostoli est declarata benignitas, vt in vno spiritu ductam & reductam sententiam boni semper indifferenter sequantur. Et Leo ex Apostolo: Nemo quod suum est quærat, sed quod alterius, & vnusquisque proximo suo placeat in bonum ad ædificationem. non enim poterit vnitatis nostræ firma esse compago, nisi nos ad inseparabilem soliditatem vinculum charitatis astrinxerit, quoniam sicut in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent; ita multi vnus corpus sumus in Christo, singuli autem alterius membra. Connexio totius corporis vnā sanitatem, vnā pulchritudinem facit. Et hæc quædam annexio totius corporis vnanimitatem requirit, sed præcipuè exigit concordiam sacerdotum.

XLVII. Quibus etsi ordo generalis est, non tamen communis est dignitas omnibus: hæc autem seruata altiori intelligentia circa supradictos sunt acta, & à prædictis docta, vt cognoscatur qualiter iuniores potioribus debeant obedire, & potiores minoribus prouidere, & ordo à Deo dispositus valeat in omnibus & ab omnibus conseruari. Vnde summus Ecclesiæ pastor docet: Si quis ministrat tamquam ex virtute quam ministrat Deus, vt in omnibus honorificetur Deus, qui seruis suis commisit negotia sua, & vnusquisque secundum propriam virtutem, sicut & de Spiritu sancto scriptum est, quod dona diuidit singulis prout vult. Et hinc iuxta Sardicense Concilium summus primæ & sanctæ Sedis Romanæ Pontifex pro examinis renouatione ad se reclamantis & confugientis cum sua clamoratione deiectionis provincialis Episcopi non statim singulariter priuilegio auctoritatis suæ restituit, sed remittere debet eum ad provinciam, vbi causa patrata fuerat, & in qua iuxta Carthagenenses Canones & iura legis Romanæ, causa potest diligenter inquiri, & quo non sit difficile testes producere, veritas inueniri, aut finitimis Episcopis dignetur scribere, aut è latere suo mittere, qui habentes eius auctoritatem, præsentibus cum Episcopis

pis iudicent, & diligenter causam inquisitam definiant; aut dignetur credere Episcopos sufficere, vt negotio terminum possint imponere. Et Innocentius, si quæ causæ vel contentiones inter clericos, tam superioris ordinis, quàm etiam inferioris fuerint exortæ, congregatis secundum Synodum Nicænam eiusdem provincie Episcopis, iurgium præcepit terminari. Et Bonifacius de Maximo scribit, vt ad provinciam venire cogatur, & illic se constituto præsentare iudicio, & quidquid de illo duxerint provincie Episcopi decernendum, cum ad eum relatum foret, scribit: Metropolitanus sui vnaquæque provincia in omnibus rebus ordinationem semper expectet, sicut scriptum est in Nicæno Concilio, vt sicut apud Alexandriam & Urbem Romæ Episcopo paralis mos est, similiter & apud Antiochiam ceterasque provincias suis seruentur priuilegia Ecclesiæ. Vnde bene placuit annis singulis per vnamquamque provinciam bis in anno Concilia celebrari, vt communiter omnibus simul Episcopis congregatis, provincie discutiantur huiusmodi quæstiones.

Et hoc dico non (quod absit) præiudicans summæ Sedis Apostolicæ & sancti Apostolatus vestri potestatem in aliquo, cui in omnibus sum, sicut rectum est, obedire paratus, sed quia summæ auctoritati vestræ obsequium præstare me puto, cum ea qua sentio, aut ad probationem, aut ad correctionem, humiliter sapientiæ magisterij vestri pando, & Rothadi mores vobis intimare procuro, ne mea negligentia, qui eos noui, vos lateant, quatenus certius quod vobis placuerit, de illo vestra auctoritas decernere valeat. Quem si nunc in depositione iudicium nostrorum manere decreuerit: sumus certi de benignitate & modestia ac pietate filij vestri domini nostri Regis Caroli, quoniam quidquid de illo prædicto filio vestro præceperitis, & rationabiliter poterit adimplere, sine vlla retractatione obediet, sed & Coepiscopi nostri de Ecclesiæ suarum stipendiis abundantissimè illi impendent: mea etiam exiguitas, sicut numquam ad retributionem mali propter contemptus & contumelias mihi ab illo illatas prouenire volui, ita quidquid benignitatis poterit, libentissimè, abundantius etiam quàm vnquam fecerim, impendere procurabo. Si verò sine vlla satisfactione tam diutini contemptus sacrorum Canonum, & Sedis Apostolicæ decretorum, ac suæ Metropolis priuilegij, atque synodali iudiciorum, quibus nec obedire, nec se obediendum de cetero profiteri, vel subscribere voluit, & absque professione vel subscriptione suæ correctionis & obedientie coram fratribus suis, quorum multoties regularia spreuerat monita, cum inde pluraliter in Leonis & Gregorij epistolis legatur: si etiam (vt illa prætereamus, quæ ob sacerdotij verecundiam, & opprobrium secularium sequentes Africanum Concilium, nec ad nominationem in Synodum perducere permisimus) paruipens & sine aliqua correctione dimissis eis capitulis, auctoritati vestræ sub fidei ad stipulationem directis, pro quibus fuerat iudicatus ab Episcopis, ad quorum iudicium prouocauerat, secundum expressa sacrorum Canonum, & Apostolicæ Sedis decreta, Cælestino dicente: Quæ enim à nobis res digna seruabitur, si decretalium norma constitutorum pro aliquorum libitu licentia populis præmissa frangatur? mox vestri omnium Ecclesiæ Pontificis cunctorumque Episcoporum patris atque magistri, regulare iudicium ferre conuenit: æquo animo feram.

Credo tamen, diligentissimam discretionem vestram nosse proteruam, contemptum, ac contumaciam subiectorum erga Prælatos suos, & libertatem impunè delinquendi contra Canones sacros, quæ his in nostris regionibus poterunt, vt quibusdam videretur, noxias vires accipere; præsertim cum sapientissimæ auctoritati vestræ constet esse notissimum, demonstrare Sardicense Concilium in septimo suo capitulo, qualiter deiectionis & ad se clamantis Episcopi restitutionis, vel in depositione permanentis executio cum indemitate simpliciter iudicantium, ab Apostolica Sede debeat celebrari. quod & Innocentius & Bonifacius: verum Leo in Decretis, & Gregorius euidentius in epistolis suis ea demonstrant, Carthagenensis Concilij, immò Apostolicæ Sedis, quæ in suis eidem præfedit Vicariis decreta sequentes, videlicet, vt à quibuscumque iudicibus Ecclesiasticis ad alios iudices, vbi est maior auctoritas, fuerit prouocatum, non eis obsit, quorum fuit soluta sententia, si conuinci non poterunt, vel inimico animo iudicasse, vel aliqua cupiditate vel gratia deprauati. Vnde nobis & conscientia testimonium perhibet, & omnibus qui interfuerunt, notum factum fuisse dignoscitur, quoniam illum seruare, quàm iudicare maluimus, si pro sacrorum Canonum neglectu eorum iudicio, per quos Spiritu sancto inspirante promulgati sunt, cum eo quod corrigere nequibamus, damnari pariter non

CHRISTI
865.NICOLAI PAP.
8.LVDOVICI II. IMP. IO.
MICHAEL. III. IMP. 24.

timeremus. Et idcirco nullo inimico animo, nulla cupiditate aut gratia deprauati, flentes illius incorrigibilem fœcordiam, & irreuocabilem pertinaciam, regularia in cum iudicia executi sumus, quæ ab eo suspendere diutius non præsumpsimus. Vestra etiam sapiens & summa auctoritas in decernendo attendet Apostolum^a docentem, quia quorundam peccata manifesta sunt præcedentia ad iudicium, quorundam autem & subsequuntur. quæ sicut exponit B. Ambrosius, ac si posita in balance in iudicio sunt examinanda, vtrum bona opera amplius pensando remuneranda præcedant, & mala facta minima misericorditer dimittenda demonstrent; an malefacta amplius pensando præcedant, vt mereantur damnationis iudicium, & bona paucula suffocent, quia & nos pro modulo nostro non solum in utilitatem, verum & noxiam in Rothado cum factis suis pensauimus, & velut^b ficulneam infructuosam terram rationalem inutiliter diutius occupantem, & etiam post plura tempora pluresque admonitiones quasi cophinos pinguedinis sibi appositos non recipientem, sed sterilem permanentem, non sine dolore cordis succidendam prouidimus.

Et cum hæc ita se habeant, absque dubitatione confido, quia illud quod in prædicto Concilij Carthaginensis capitulo sine vlla interpolatione subsequitur, decretum vestri moderaminis nequaquam præteriet. Sanè, inquit, si ex consensu partium electi fuerint iudices etiam à pauciore numero quam constitutum est, non liceat prouocari: qui numerus constitutus in duodecimo superiori capitulo demonstratus & consensu partium expetitus in diiudicatione Rothadi constat fuisse completus. Quorum etsi iudicium pro quacumque causa fortè rationabiliore & adhuc nobis incognita vestræ summæ auctoritati; quam multa nobis occulta non transeunt, placuerit refragari: quia meum est, mea vobis obediendo committere, & non iudicia vestra discutere, sustinebo, & contra vestram regularem restitutionem, si fortè in agendo ea visa fuerit, in qua vestra disponet auctoritas, qualiter idem vt solet victor & vori compos, quæ sunt Episcopi, de reliquo faciat, non recalcitrabo: ducens pro magno si à diutinis & multis molestiis, quas ab illo & pro illo passus sum, iam tandem aliquando valeam respirare, & nunquam mihi contingat vltremis contra illius inquietudines inutiliter laborare. Et ex hoc non solum ab Ecclesiasticis personis, verum & multo magis etiam à sæcularibus nostra iudicia contemnantur, & pro nihilo ducuntur, dicentibus eis, & ad medium deuocantibus illa quæ mihi vestra auctoritate non sunt adscribenda, vt non animum vestræ dulcedinis in aliquo moueam, quod summo opere cauere desidero, si qui in prouincia vestra, quorum querela illo restituto ad vos valeat peruenire, de maioribus causis de cetero quædam commiserint, sicut de quibusdam rebus frequentius quam in istis retroactis temporibus committantur? Ne à Domino damner silentio, eos commonere studebo, & si corrigere se voluerint, congaudebo: sin autem, eos ad vestrum iudicium prouocabo. qui si ire voluerint, vestra sancta sapientia, quid inde melius viderit, decernere procurabit. si autem ire noluerint, facient quod sibi vrile iudicauerint, me vrinam hinc à diuina damnatione sententia S. Ambrosij liberet, qua dicit: Si, inquiens, quis potestatem non habet, quem scireum, abiicere, aut probare non valet, immunis est; sicque vt puto, quia in multis occupatus, & itineris longitudine, atque in soliditate obstrictus de omnibus antequam insolentium querela ad vos perueniat, ad Apostolicam Sedem referre non valeo, infirmitate grauatus, & gratias Deo, termino iam vicinus, potero præcauere, ne à quocumque sanctitatis vestræ animus erga me moueatur, vt aliqua mihi excommunicatio intentetur. Et licet nouerim iuxta^c Euangelium & Apostolum, redditurum Dominum vniciq; secundum opera eius, testimonium reddente illis conscientia inter se inuicem cogitationum accusantium, aut etiam defendentium in die qua iudicabit occulta prouocabo. & vt Leo dixit: Si quid per seruitutem nostram, videlicet sacerdotalem, bono ordine & gratulando impletur affectu, non ambigamus per Spiritum sanctum nobis fuisse donatum, & quod factus fuit ratum esse non poterit, modis omnibus quantum ipse donauerit, à quo omne donum est perfectum, prouidere studebo, ne à communionem Sedis Apostolicæ, quod absit, quolibet modo extorrem me vltimus dies qui mihi incertus est, & subito venire potest, inueniat. Erit enim quamuis tardius, quam necesse sit, quoniam ego grauis peccator graui carcere corporis diu inclusus teneor merito in multis afflictus, prouidentissimo Domino prouidente, & tempus & persona in Rhemorum Ecclesia, quando & in qua ab Apostolica auctoritate priuilegium integratum sibi ex antiqua consuetudine collatum & confer-

^a *1. Tim. 5.*^b *Luc. 13.*^c *Math. 16.**Rom. 2.*CHRISTI
865.NICOLAI PAP.
8.LVDOVICI II. IMP. IO.
MICHAEL. III. IMP. 24.

A conferuatum habebitur. quæ nunquam excepto Romano Pontifice primatum habuit, nisi quamdiu eiecto sine vilo crimine ab ea suo Pontifice Rigoberto, violentia tyranni Milonis tempore Caroli principis pastore vacans, Bonifacio Apostolicæ Sedis Legato aliquamdiu sicut & Treuirensis Ecclesia commissa fuit, inter quas Rhemensem scilicet & Treuirensis Ecclesias (has enim duas tantum prouincias Belgica regio habet) hæc semper distinctio fuit, sicut in Ecclesiasticis monumentis inuenimus, & vetustissimam consuetudinem semper obtinuisse comperimus, vt ex eisdem Episcopis non loci sed dignitate ordinis prior secundum sacras regulas haberetur qui foret in qualibet istarum Ecclesiarum Metropoli antea ordinatus.

Mihi verò necesse erit me taliter agere, ne toties auctoritatis vestræ epistolas excommunicationes intentantes, & obiurgationes, quas rarè & magna necessitate fiendas in Apostolicorum virorum litteris legimus, ferentes de reliquo accipiam, sicut istis temporibus peccatis meis merentibus, frequenter accipi. quod si sanctitati vestræ placuerit, non vobis opus agere in postmodum erit, donec Apostolica vestra iussio me inobedientem in aliquo contra regulas sacras per contemptum, quod absit, inuenit. Qui enim, quare in Euangelio Dominus Centurionis fidem dicentis: ^a Dic verbo & sanabitur puer meus, intelligit: considerat quam operatorum sit Episcopi, immò sicut in ^b Paulo in se loquentis Christi, quanto magis Pontificis Apostolicæ Sedis, & quam obedienda sit ipse præceptio etiam sine vlla admirationis adiectione cognoscit, quod & scientibus & nescientibus intimare, sapientibus & insipientibus debitores, debemus Episcopi, quibus, si de reliquo verba iniquorum præualuerunt aduersum nos, sicut ^c lætitant proferentes, non erit necesse de prouincialibus Synodis, in quibus hæcenus laborauimus, magnopere laborare, quippe quoniam erit & lex & spes sibi quisque. Quod quidem vestra humilitati nostræ scripsit sublimitas, primò vos commotos esse ad Rothadi causam inquirendam, cura qua pro vniuersis fratribus vestris constringimini: cum debita reuerentia grateranter accipi, intelligens quia in numero fratrum nos qualescumque Metropolitanis computari debemus. Ea propter sic vestræ discretionis prouidendum est, vt Metropolitanis à subiectis Episcopis non irregulariter contemnantur. Deinde (quod perspectissimè scripsistis) secundò, quoniam Sedem Apostolicam Rothadus noscitur appellasse, & ne videamini Ecclesiæ vestræ priuilegiorum detrimenta diebus vestris æquanimiter tolerare; & hoc nihilominus à nobis & ab omnibus est rectissimè suscipiendum, & solertissimè conferuandum. Quod & ego pro modulo meo seruandum esse volui & volo, & fauente Domino, in hac deuotione manebo, sciens priuilegium Metropolitanæ Sedis Rhemorum, cui me diuina dignatio seruire disposuit, in summo priuilegio sanctæ Sedis Romanæ manere, & priuilegium esse Sedis Romanæ, si sua auctoritate priuilegium sibi subiectæ sedis fecerit vigere, & studuerit confirmare.

De eo verò quod tertio loco ad medium deuocastis, scribere aliud nihil præsumpsi, nisi quia causa Rothadi à causis illorum, de quibus scripsistis, est pænè in cunctis dissimilis. De eo quòd tandem Apostolica vestra benignitas indignitati meæ scribere est dignata, vt hæc vobiscum cogitem, & quod de Rothado decernitis approbem, & non ad mei iniuriam id vos egisse aliquantulum autumem: quantum valeo totis medullis cordis cum omni supplicatione & debita ac submissa humilitate immensas gratiarum actiones sancto Apostolatu vestro rependo, cum omni sinceritate animi rescribens, quia sicut mihi scribere dignati estis, ita per omnia credo. Et quia priuilegium vestri summi Pontificatus, vt condecet, & omnes desideramus tam dicatum habemus, quod nemo nostrorum contradixerat in deductione Rothadi, sicut præcepistis ad vestram præsentiam, vt prædonare dignati estis, videre desidero, & visurum me esse confido. quia non aliud, nisi vt sibi monstrauit, quod regulæ sacræ præcipiunt, & mihi petendum, & vobis concedendum postulo, videlicet vt sic Rothado ab auctoritate vestra compassio exhibeatur, vt vigor Ecclesiasticus non dissoluatur; & sic vigor Ecclesiasticus conferuetur, vt debita misericordia & necessaria sufficientia ei non denegetur, quatenus nec ipsius exemplo ad excedendum alij prouocentur, ne quibus in istis regionibus longius ab Apostolica Sede remotis censuræ Ecclesiasticæ moderatio est commissa, hinc, quod absit, conspiciant, vnde aut negligentia aut dissolutione tepescant, vt terminos quos statuerunt Patres transgrediendi materiam se sumere posse dicant, quod sicut intelligimus nos hæcenus seruasse putamus. Vos videbitis quid inde factò melius erit, & vobis in iudicio vestro viden-

Annal. Eccl. Tom. 10.

B b 3

dum

CHRISTI
865.NICOLAI PAP.
8.LUDOVICI II. IMP. IO.
MICHAEL. III. IMP. 24.

dum est quid Deus velit, quoniam iniusta esse non poterunt diuina iudicia, quæ à soliditate confessionis Apostolicæ petrae, aduersus quam portæ inferi, id est, suggestiones vel operationes prauæ non præualebunt, dictante iustitia proferentur. Epistolam quam mihi auctoritas vestra cum obtestatione præcepit Rothado dirigere, dominus noster rex filius vester, mox ut ad eum venit, per Abbatem suum Rothado direxit.

LIII. Rodolphus quoque eiusdem filij vestri domini nostri Regis auunculus, tertio idem nunc elapsi mensis Decembris à Ludouico Germaniæ Rege reuertens, cum valde vesperi à Corte Regis nostri ad mansiones nostras super fluuium Ligerim secus confinium Regni Aquitanie festinaret, misit ad me hominem suum nomine Rodolphum, mandans quia præfatus Rex Ludouicus quemdam hominem Rothadi cum epistolis vestrae sanctitatis manu & fidei suæ commisit, quatenus ita ad præsentiam domini nostri Regis Caroli cum eisdem Episcopis eum perduceret, ut nullum malum ei inferret, & apud dominum nostrum Regem idem homo accusatus, quod fraudatus sit res & thesaurum Ecclesiæ; & post periculum inde commissum fuga lapsus ad Ludouicum Regem perrexit. Vnde idem Rodolphus petiit ut ego illum inde apud dominum nostrum Regem adiuuarem, ut quoniam prædictum hominem in suam fidem acceperat, nullum malum haberet. Cui respondi ut teneret ipsum hominem secum, ne interim vltimum malum pateretur, donec ad Cortem redirem, & quantum possem illum inde adiuuare curarem. Ipsum autem hominem nec tunc nec postea vidi, nec quod abscesserit cum epistolis audiui. quæ idcirco sanctitati vestrae scribere studui, ut si aliquis maleuolorum nostrorum more suo vobis quiddam sinistri ex hoc suggerere voluerit, quid inde verum sit cognoscatis, & erga me vestrum animum non moueatis.

LIV. Rationem denique quam reddidi coram electis iudicibus, de quibus per libellum pro- uocationis fuerat à Rothado impetratus, ipsi venerabiles Episcopi vestrae auctoritati transmittunt. De gestis vero à Rothado post excommunicationem suam in prouinciali Synodo compilatis, quæ per vicinos nostros ad vos in derogatione vestra audiui, Episcopi Rhemorum prouinciae per communes Legatos nostros vestrae sanctitati, quæ sciunt, intimare curarunt. Item post aliquanta de promotione ipsius domini Hincmari ad Episcopatum, quæ iam superius partim prænotata, non curauimus hic iteranda. Denique præfato Ebbone defuncto, Ecclesia, sed & parochia nostra secundum consuetudinem quam ex antiquo habuit, etiam de his qui in Episcopatu vsque ad obitum in eadem Ecclesia non permanserunt, ipsius nomen inter sacrosancta mysteria in Episcoporum catalogo recitare pietatis gratia cœpit, & hæcenus facit. quod ego ne scandalizarem deuotos quasi inuidens salutis fraternæ, maxime autem quiescentis in Domino animæ, qui non pro exorbitatione à Catholicæ Fidei sanitate anathematizatus, sed sua conscientia stimulante primum à seipso, & postea à Synodo, sed & Apostolica Sede damnatus extitit, prohibere sine Apostolicæ sedis auctoritate nequaquam præsumpsi, dicente beato Cælestino Papa: Quia nefas est hæc pati religiosas animas, quarum afflictione, quia membra nostra sunt, nos quoque conuenit macerari. Nunc autem in epistolis sanctitatis vestrae, quas Eugelinus diaconus nobis attulit, inuenimus ut Theutgandum & Guntharium in catalogo Episcoporum non recipiamus, id & Antiochenum Concilium, ut præmissimus, melius ipsi scitis: de eo qui post damnationem iuxta præcedentem consuetudinem Episcopale præsumit ministerium, quod Ebbonem fecisse non dubium est: rescribere mihi dignetur Apostolica auctoritas vestra, vtrum eundem Ebbonem inter Episcopos in sacris Diptychis in Ecclesia nostra nominare permitram, an ne de cetero in Episcoporum catalogo nominetur prohibere debeam, quatenus vestra auctoritate fultus, quid in nostra Ecclesia inde sit obseruandum, sine ambiguitate, decernentibus vobis demonstrarem.] hæcenus ex Hincmari epistola non nihil ex mendis obscura Frodoardus. Reliqua autem quæ subiicit, non spectant ad causam Rothaldi.

L V. Sed ad legationem Arsenij per Nicolaum Pontificem in Gallias adornatam iam red- eamus. Dedit eidem Legato litteras ad Carolum & Ludouicum Reges, exposulans, quod vocatos ad Synodum Episcopos continuisset. Extant ipsæ Pontificis litteræ a causa. Insuper eidem Legato addidit litteras ad Episcopos in Regno Caroli constitutos, redar- guens eos nomine negligentiae, quod segnes se haberent in commonendo Lothario. Epistola sic se habet ex codice Treuirensi accepta:

Nicolaus Episcopus seruus seruorum Dei, reuerentissimis & sanctissimis confratri- bus

^aNico. ep. 27.
^{rom} 3. Rom.
edit.

CHRISTI
865.NICOLAI PAP.
8.LUDOVICI II. IMP. IO.
MICHAEL. III. IMP. 24.

A tribus nostris Archiepiscopis & Episcopis in Regno Hlotharij Regis Ecclesiam Dei gubernantibus.

Sæpè, fratres charissimi, Apostolatus nostri pro causa, si tamen causa * dictanda erit, Regis Hlotharij, sed vti nam Regis, sollicitudinem cognouistis. Quippe & frequentia super hoc negotio scripta nostra vidistis; & in fautoribus ipsius tantum flagitium nos iam vindicasse manifestissime nostis. Sed pro dolor, nobis irremotis laboribus desudantibus, vos licet scripto nobiscum sentire tenereque profiteamini, vtrum tamen laboretis nec ne iam apud virum fatum, & si labor vester aliquid penes illum proficiat, vel cuius culpa, si non proficit, impediatur, nihil nobis omnino significastis. Quamobrem datur intelligi, huiusmodi taciturnitate ideo vos vfos, quoniam quidpiam vilitatis, quod intimare valeatis, penitus non habetis. Quapropter obsecro vos per aduentum Domini nostri IESU Christi, ante cuius conspectum, vel pro legitimis certaminibus coronam, vel pro desidia, quod absit, pœnam percipietis: ut tandem aliquando recogitetis ministerium, quod accepistis; proiciatis desidiâ, pellatis à vobis seruilem amorem, resumatis Episcopalem libertatem, corripatis speculatorum & pastorum officium, & precando, obsecrando, suadendo, modò caduca huius mundi prospera exponendo, modò in æternum mansura gaudia prædicando, iam nominatum Regem frequentius adeatis, & tam ex auctoritate Dei, quàm etiam ex nostri Apostolatus iniuncta vobis præceptione, quousque si non obedierit, hanc quam nunc habetis, adulteram mulierem proiciens, firmitatem permansoriamque demus super eam sententiam; & exhortari eum, & admonere, * omni torpore ac metu repulso curetis, & segnitia vel tardio deposito, quibus hæcenus eratis depressi, hunc constanter arguere, & decenter corripere studeatis, prænuntiantes pariter, & quæ illi ventura sunt, immodè iam imminet, videlicet, qui post nostram ac sanctæ Ecclesiæ in ipsum prolata manifestam sententiam nulla cum eo eritis communione potituri. Nam ut è diuerso colligitur, nostræ communionis cum mœcha sibi sociata, & fautoribus suis, ipse iam dudum factus est exors, quod in epistola, & com monitorio, Rodoaldo tunc Episcopo, & Ioanni dederamus Episcopo legatione fungentibus in eundem ipsum Hlotharium, liquidò poterit inueniri. Ergo fratres estote ut fortissimi milites, ut peruigiles pastores, & venientem lupum à longè inspicite, ac perituro imminet gladium enuntiate. Eruite hunc virum, qui ducitur ad mortem; qui trahitur ad interitum, liberare ne cessetis. Clamare, quasi tuba exaltate voces vestras, & annuntiate illi scelera sua, quibus peccat, & peccare facit Israël. Quod si ille non audierit, ipse in iniquitate sua morietur, sanguis eius super caput eius erit, vos autem animas vestras * liberabitis, tantum ut memores semper illius sententiæ sitis, quam vobis ex Apostolo memoriæ commendandam, nunc Apostolatus noster * difforatur annotat. Si quis, inquit, non obedierit verbo nostro per epistolam, hunc uocare, ut non commisceamini cum eo. Porro hæc & cetera, quæ huic paginæ inseruimus, Arsenio sanctissimo Episcopo Apocrifario & Missio Apostolicæ Sedis, Consiliario nostro, vobiscum secundum voluntatem Dei exequenda commisimus: cui & benignitatem vestram monstrare, & dignam reuerentiam pro amore E. Petri Apostoli, à cuius Sede profectus est, exhibere satagite. Opramus fraternitatem seu sanctitatem vestram in Christo benè valere.] hæcenus Nicolaus.

His & aliis acceptis Arsenius Legatus à Nicolao Pontifice litteris, est profectus in Galliam, vbi humanissime atque honorificentissime exceptus est ab Episcopis Francis in Regno Lotharij constitutis, ut apparet ex litteris Aduentij Metensis Episcopi ad Nicolaum Papam scribentis pro gratiarum actione de venia quam poposcerat impetrata. Extant ipsæ litteræ in superius sæpè citato codice Treuirensi, ex quo, ne pereant, hæc eas describendas esse putauimus, quæ sic se habent:

Sanctissimo ac perbeatissimo atque Angelico domino Nicolao summo Pontifici & vniuersali Papæ Aduentius humilis Metensium sedis Episcopus, nunc & in æternum feliciter valere.

Apices sanctissimi Apostolatus vestri nostræ paruitati nuper directi præclara dispensationis Ecclesiasticæ dogmata affatim propinantes fulgido ac viuido mentis fœnore, principem pastorum vos diligere * deducant, & curam pascendarum ouium ineluctabiliter gerere testantur, quippe corpus Christi, quod est Ecclesia, per illum, & ipso salubriter exornare satagitis, qui vobis in Petro loquitur: Si diligis me, pasce oues meas. Reuerà quia erga commissum gregem perspicacibus excubare vigilis non negligitis, mani- festum

* dicenda
NICOLAI
PAP. MONI-
TORIA AD
EPISCOPOS.

* omnino

^aEzech. 3.
* liberastis,

^b 2. Thef. 3.

LVI.
NICOLAI
PONTIFICIS
EXTIMUM
ET VERISSI-
MVM HLO-
THARII
* declarant,

^c Ioan. 21.

CHRISTI
865.NICOLAI PAP.
8.LVDOVICI II. IMP. IO.
MICHAEL. III. IMP. 24.

festum est, quod claritas superni luminis peruigilem circumfulget pastorem: immò athe-
reo angelicæ visionis, vt credimus, blandimento solatiatur. Quocirca nos cum calico ag-
mine gloriam in excelsis Deo canimus, & de vestra sancta piaque sollicitudine modis om-
nibus gloriamur. Ex quo enim Redemptor omnium carneo velamine tectus mundo re-
splenduit, sancta Mater Ecclesia, probis Doctoribus semper indiguit, sed iuxta quod Vas
electionis euidenter declarat: ^a Nouissimis diebus instant tempora periculosa, quibus ves-
tri Deo digni Apostolatus tuba ^b muros Iericho circumiens elationem mundi, eiusque
cassanda molimina prosternere non cessat. Oportebat itaque vestri Pontificatus excel-
lentissimum apicem benignum piūque, & in omnibus prudētissimè circumspēctum in
Sede beati Petri collocari, vt omnis Christiana plebs, diuina clementia procurante, de
tanto patrono ineffabiliter congaudeat, & omnium Ecclesiarum Dei status vestris salu-
bribus consiliis & auxiliis fulciatur. Igitur nostra paruitas, omnesque generaliter nobis
subiecti in auribus æterni Iudicis assiduas fundimus preces, vt vobis multiplices in cælis
reddat mercedes, quod non solum postulanti excessuum veniam, & in ipso margine
præsentis vitæ constituto, absolutionis ac benedictionis optata remedia, sed etiam penè
periclitanti Ecclesiæ nostræ, tamquam fidissimus remex, eminentissimi Apostolatus vestri
priuilegium, perpetuo munimine porrigere decreuistis. Quid nos paruuli, sed in Christo
deuoti ac fidelissimi obsecutores, vestræ sanctæ sollicitudini retribuere poterimus pro tam
immensis muneribus? Credimus enim quod in oculis diuinæ Maiestatis sufficiunt assi-
duæ preces & vota fidelia, vita verò comite, directi nostræ paruitatis Legati humilem &
fidelem acceptare poterunt affectionem.

LVI II. Porro acriter & multipliciter vestræ sanctitatis apices de taciturnitate & desidia nos
reprehendunt, pro causâ videlicet Senioris nostri gloriosi Regis Hlotharij, quod nulla
tenus ageret vestra dignitas, si gesta rei series & ordo, quantum in nobis est, luculenta
relatione pateret. Reminiscatur, oro, vestra clementia, quod apologiarum nostrarum
litteræ, vestris sanctissimis opatibus perlatae breuiter exposuere, nostram paruitatem ini-
tio istius negotij nullatenus interfuisse. Sed hoc idem in excubiis beati Stephani com-
morantem aure non oculo percepisse, neque vt putatur, postquam erroris caligo deterfa
est, nos aliquando siluimus, sed Euangelica atque Apostolica documenta in auribus præ-
dicti Principis fidenter exposuimus, & iuxta vocem Prophetæ speculantis more pericu-
lum nuntiauimus, atque animam nostram liberauimus. Sed omnipotens Deus suo oc-
culto iudicio vestræ dignitatis prerogatiuam speciali, vt ita dicamus, dono insigniuit, vt
mortale vulnus, quod penè totum Ecclesiæ corpus infecerat, præcellentissimi Apo-
stolatus vestri antidoto mederetur. Vt enim pij certaminis vestri laborem, sanctissimorum
præcessorum vestrorum more ad copiosam pēduceretis victoriam, Arsenium reueren-
tissimum ac sanctissimum Episcopum Apocrisarium, atque fidelissimum Consiliarium à
vestro sancto latere Legatum excepimus, & quasi Angelum Dei gratanter atque inhian-
ter amplexati fuimus, ac pro parte desiderabilis visionis vestræ illo vti decreuimus. Exi-
tit enim nobis ex candelabro Pontificatus vestri lucerna ardens & lucens, illumque in di-
uinis cultibus atque necessariis Ecclesiæ negotiis probum cooperatorem, ac feruentissi-
mum vestræ legationis ^{*} excusatorem esse gauisi sumus. Excusit enim manus suas ab om-
ni munere, & vt de sacro vestri pectoris fonte potauerat, nobis omnibus æquitatis & iu-
stitiæ exempla propinauit. Vnde actum est, quod postposita personarum acceptione diu-
dilatas conijugij similitudo amputauit, & legitimi matrimonij iura delibera-
tione tramite salubriter reformauit. O vtinam Rodoaldus quondam Legatus vester, E
sicut iste, decerasset, & nobis per omnia vestra mandata denudasset!

RODOALDUS
CVLPA.**LIX.**
^{*}quidam

Non enim ^{*} quondam ex nobis tantæ derogationis notam incurrerent, si vestra monita
ex omni parte in nostram præsentiam peruenerint. Quid plura? circa vndecimam ho-
ram laborantes operarij in vinea Domini à iusto patrefamilias denarium percipiunt.
Enimvero quàm laboriosum, quàmve difficile fuerit nobis sæpedito negotio, finem im-
ponere, sanctissimus, ac fidelis Legatus vester sub gestorum serie, & viua voce vestris almi-
fluis auribus abundanter exponere poterit. Qui neque ad dexteram, neque ad sinistram
declinans, commissam sibi legationem sinceriter expleuit. Igitur quia iuxta ^{*} Apostolum,
nouissima hora est, & antiquus hostis in membris suis acrius sæuit, quasi ad vestra sacra
vestigia prouoluti humiliter petimus, ne in derogatione ac latione nostri ordinis, melli-
flui Apostolatus vestri aurem vlli accommodare dignemini, vt viuencia, ac fideliter ago-
nizati-

CHRISTI
865.NICOLAI PAP.
8.LVDOVICI II. IMP. IO.
MICHAEL. III. IMP. 24.

A niantia Christi membra vestris se gaudeant foueri solaminibus, immò nutantia sacro-
sanctis per omnia roborentur edictis. Denique nostræ paruitatis Legatum vestræ digna-
tioni dirigimus, religiosum videlicet presbyterum, & monasterij nostri Abbatem Regima-
rum nomine, quem vt benignè suscipere dignemini, humiliter petimus, & paruulam be-
nedictionem S. Stephani Metensis Ecclesiæ, quam nimio vestro amore succēti dirigimus,
ea affectione suscipiatis, qua mittitur. Ne enim nostri impoliti apices in aliquo fastidium
generarent, aut fortè modum epistolæ excederent, nostræ petitionis causas, si pietas ves-
tra dignatur, iam dicto filio nostro vobis significandas commisimus, cui credere poterit
vestra excellentia, si nostris precibus flectitur. Omnipotens Deus sanctissimi & præcel-
lentissimi Apostolatus vestri apicem nobis diu incolumem conseruare dignetur, ad con-
solationem sanctæ Matris Ecclesiæ, & omnium fidelium animarum. Amen.]

B Qui igitur in Gallias peruenit Arsenius, egregiè functus est munere suo: nam magno-
pere hoc nomine laudatur à Reginone. De eiusdem autem Arsenij legatione hæc habet
temporis huius auctor in Annalibus à Pithæo editis: Anno octingentesimo sexagesimo-
quinto Arsenius Episcopus Nicolai Papæ Legatus ob pacem & concordiam inter Ludo-
uicum & Carolum fratrem eius, necnon Lotharium nepotem eorum renouandam atq;
constituendam missus est in Franciam. Qui apud villam regiam Franconofurt, mense Iu-
nio, à Ludouico Rege honorificè susceptus, & muneribus magnificis honoratus, condi-
doque inter eos placito de supradicta conuentione apud Agrippinam Coloniam ^{*} ha-
bituro, ad Carolum Regem in Galliam pergit. Illic quoque mirificè à Rege susceptus,
regalibusque donis sublimatus, propter dictum placitum Agrippinam (vt diximus) Colo-
niam venit, ibique obuiam ei duo fratres Ludouicus videlicet & Carolus, absente Lotha-
rio nepote eorum, ad conductum placitum conuenerunt, multisque ibidem causis bene dis-
positis cum pace reuertitur Romam.] sed hæc postea. Nam vt idem auctor subiicit,
Theutpergam Reginam à Lothario dimissam, sicut à Nicolao Pontifice iniunctum fue-
rat, eidem restituens, Vualdradam concubinam eius in Italiam duce præcepit. & vt ipse
Lotharius Theutpergam Reginam quemadmodum Rex, legitime sibi coniunctam de-
inceps tractaret, duodecim ex optimatibus eiusdem Regis iuramento firmare coëgit.]
hæc ibi. sed audiamus de his Reginonem, qui ait:

Perueniens in Gallias Arsenius, tanta potestate & auctoritate vsus est, ac si idem sum-
mus Præful aduenisset. Conuocatoque conuentu Episcoporum, Lotharium Regem al-
loquitur, vt vnum è duobus eligat: aut propriæ reconcilietur vxori, abdicato Vualdradæ
pellicis consortio, aut protinus anathematis gladio feriat ipse, omnesque ei in hoc scelere
fauorem præstantes. Hac necessitate compulsus vel constrictus, vellet nollet, Theutper-
gam Reginam in matrimonium recepit, interposito iurifurandi sacramento, se illam ita
in relicto habere, sicut æquitatis iura dicunt, legitimam vxorem esse tenendam, nec
eam à se separaret, nec ipsa viuente, aliam super eam induceret. Post hæc Vualdradam ex
auctoritate Dei & sancti Petri, & verbo domini Apostolici Romam ire iubet, vt pro se
rationem reddere studeat.

Engeltradam vxorem quondam Bosonis Comitæ à Sede Apostolica excommunicatam
esse, omnibus declarauit, quia proprium deseruerat maritum, & Vuangerum suum
vassallum in Gallias secuta fuerat. quam excommunicationem cum omnibus qui aderant
Episcopis renouauit. Post hæc eadem Engeltruda prædicta Arsenio in Vuormatia ciuitate
se repræsentauit, in quo loco præfatus Episcopus Ludouico Regi occurrerat. Iurauit
igitur in præsentia ipsius Missi sacramentum in hunc modum continens:

Ego Engeltrudis filia quondam Matfredi Comitæ, quæ fui vxor Bosonis Comitæ,
vobis domino Arsenio Episcopo Misso & Apocrisario summæ sanctæ Catholicæ atque
Apostolicæ Sedis, & per vos domino meo Nicolao summo Pontifici & vniuersali Papæ
iuro, immò per Patrem & Filium & Spiritum sanctum, & per quatuor Christi Dei Euan-
gelia, quæ ore osculor, & manibus propriis tango, quia amodò relinquam illam mali-
tiam, quam in prænominato Bosone viro meo exercui, & vt ouis quæ perdita fuit, ad san-
ctam Catholicam sub eadem obligatione, qua dominus Nicolaus summus Pontifex &
vniuersalis Papa me obligauit, reuertar Ecclesiam. Et in Italico Regno, aut vobiscum,
aut ante vos, quoquomodo prouideritis, ibo; & quidquid dominus Apostolicus iusserit
& terminauerit, adimplebo, & perficere non recusabo.

Sed tamen horribile iurandum non adimpleuit: siquidem vsque ad Danubij fluentia
cum

LX.
RES GESTAE
PER ARSE-
NIUM LE-
GATVM IN
GALLIIS.

al. habendo,

LXI.

LXII.

LXIII.
ENGELTRU-
DIS IURA-
MENTVM.

LXIV.
cum

CHRISTI
865.NICOLAI PAP.
8.LYDOVICI II. IMP. IO.
MICHAEL. III. IMP. 24.

A cum eodem Arsenio perrexit: ibique ad quempiam consanguineum pro caballorum ad-
miniculo ire condixit, & ad Augustam ciuitatem ad eundem Missum se reuersuram pol-
licita est. Tali occasione gressum torquens ex Alemannia, in Franciam repedauit. Quod
cum supradictus Arsenius cognouisset, epistolam misit omnibus Archiepiscopis & Epi-
scopis, atque omnibus sanctæ Ecclesiæ Fidelibus Galliar, Germaniar, ac Neultriar com-
motantibus, obtestans omnes per auctoritatem Dei omnipotentis, & beatorum princi-
pum Petri & Pauli, ac domini Pontificis & vniuersalis Papæ, vt nullus eam intra paro-
chiam reciperet, sed eam funditus ab omnibus Ecclesiis suis prædicarent excommunica-
tam, & ab omni Christianorum communione sequestratam, insuper & anathematis vin-
culo innodatam, & inter impias & scelerosas damnatam, donec de pestiferis factionibus
suis, atque perpetrato periurio ante domini Apostolici præsentiam dignam acciperet pœ-
nitentiam. his peractis Arsenius Romam reuersus est.] hucusque ex Reginone.

LXV.

B Porro Arsenius vt audiuit Engeltrudem fuga eluisse Apostolicam Sedem, aduersus
eam has ad omnes Episcopos scripsit litteras communitorias, quas ex codice Treuirensi
acceptas in lucem edimus. sic se habent:

Arsenius diuino nutu Episcopus Missus & Apocrisarius summæ sanctæ Catholicæ at-
que Apostolicæ Sedis, & beatorum Apostolorum principum Petri & Pauli vltimus fam-
ulus, & Legatus domini Nicolai Pontificis & vniuersalis Papæ, omnibus Archiepiscopis
& Episcopis, atque omnibus sanctæ Ecclesiæ Dei Fidelibus, Galliar, Germaniar, ac
Neultriar commorantibus.

COMMONI-
TORIUM DE
ENGELTRU-
DIS PERIV-
RIO ET IV-
GA.

C Fraternitatis vestræ omnium dilectionis iam cognouisse credimus industriam, qualia
& quanta nefandissima scelera Engeltrudis quondam Bosonis Comitiss mulier perpetrat-
set, & qualiter per huiusmodi Dominus Nicolaus summus Pontifex & vniuersalis Papa
eam excommunicauit, ac à Christianorum consortio separauit, etiam insuper quousque
dum de peractis malis veram egisset pœnitentiam, anathematis eam vinculo innodauit.
Sed cum nos à beatorum principum Apostolorum, scilicet Petri & Pauli fuisset egressi
Liminibus, & ab eius vique sanctimonio directi fratrum pro pace Regumque concordia
ac Galliarum intra properassemus in finibus, sicut & de ceteris curam agentes, prædictam
etiam Engeltrudem ad sanctæ matris voluimus conuocare Ecclesiæ sinum: sed ipsa in sua
feritate permanens, nequaquam eam ad præfatæ sanctæ matris Ecclesiæ gremium con-
uocare valuimus. Vnde tam in Regno Caroli gloriosi Regis, quam in Hlotharij excom-
municationem, atque anathematizationem domni Apostolici omnibus de ea declarare
studuimus. Sed cum ad Hludouici gloriosi Regis præsentiam apud Vuormatiam reuer-
teremur: tum demum ponere nos gressus est mouere conata. Sed postquam iureiurando
coniurauerit quod ante nos, vel nobiscum pariter Romam venire deberet, & secundum
domni Apostolici præceptionem de peractis malis pœnitentiam ageret, secundum huius

ENGELTRU-
DÆ IVRA-
MENTVM.

D orationis textum promittens. Iurans ergo Engeltruda filia quondam Matrefridi Comi-
tis, quæ fuit vxor Bosonis Comitiss, nobis domino Arsenio Episcopo Misso & Apocrisa-
rio summæ sanctæ Catholicæ atque Apostolicæ Sedis, & per nos domino meo Nicolao
summo Pontifici & vniuersali Papæ, per Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, & hæc
sancta quatuor Christi Dei Euangelia, quæ ore osculor & manibus propriis tango, quia
amodò relinquam illam malitiam, quam in prænominato Bosone viro meo exercui, &
vt ouis, quæ fuit perdita, ad sanctam atque Apostolicam, sub eadem obligatione, qua
dominus Nicolaus summus Pontifex & vniuersalis Papa me obligauit, reuertar Eccle-
siam: & in Italico Regno, aut vobiscum pariter, aut ante vos, quomodo prouideritis ibo,
& quidquid dominus Apostolicus decreuerit, iusserit, vel terminauerit, adimplebo; ac
perficere non recusabo. Deinde nobiscum, vsque ad Danubij transitum veniens, ibique
ad quempiam consanguineum caballorum adminiculo ire condixit, & ad Augustam ad
nos ciuitatem ad prædicti negotij perfectionem redire pollicebatur. Sed his omnibus
relictis, non timuit tentare Spiritum sanctum. & diabolo instigante, in periurij laqueum
est ingressa, & à nostræ salubritatis prædicatione pedem retrorsit, & à tramite veritatis
discessit. Inde obtestamur, & per auctoritatem Dei omnipotentis & beatorum princi-
pum Petri & Pauli, & domini Nicolai summi Pontificis & vniuersalis Papæ, vt nullus
vestrum eam in sua parochia recipiat, sed eam funditus in omnibus Ecclesiis vestris
prædicare excommunicatam, & ab omni communione Christianorum sequestratam
& extraneam; insuper & anathematis vinculo innodatam, & inter impias & scelerosas
manus

CHRISTI
865.NICOLAI PAP.
8.LYDOVICI II. IMP. IO.
MICHAEL. III. IMP. 24.

A manus damnatam, donec de scelerosis factionibus suis atque præfato periurio ante
domini Apostolici præsentiam veram accipiat pœnitentiam. Et si aliqua falsidica scri-
pta, vel etiam verba forte nostræ absolutionis protulerit, ei nullatenus credite. Flagi-
tamus charitatem vestram, vt cum ab vno fuerit perlecta patre, antequam aliquis
eius pellacissimæ morbo contaminetur, ad alterum istam dirigat epistolam.] hæc Ar-
senius Legatus.

B Non prætereundum, quod eidem Arsenio in mandatis datum fuerit ab eodem Nico-
lao Romano Pontifice, vt initum fœdus & confirmatam iuramento pacem inter Franco-
rum Reges, quam firmius posset stabiliret; cuius rei perficiendæ causa idem Nicolaus ad
ipsos Reges seniores iuniorum patruos Carolum & Ludouicum litteras dedit, quæ extant
in editione Romana tomo tertio epistolarum Romanorum Pontificum numero vigesi-
mo quinto, vbi ex titulo leguntur missæ Carolo, in codice autem Treuirensi missæ inscri-
buntur Ludouico. Sed quod ad vtrumque missa eadem epistola videatur, titulus vterque
verus: nam cum filios, & non filium nominet ad quos scribit, non ad vnum ipsorum, sed
ad vtrumque eadem epistola scripta esse cognoscitur. Ipso enim epistolæ exordio hæc le-
guntur: Initium locutionis meæ quam ad vos nunc habeo, * charissime, ecce cum Apo-
stolo Paulo sumit exordium, & vox mea vox illius est, dicens: ^a Filioli, quos iterum par-
turio, donec formetur Christus in vobis.] & inferius: Concipite itaque filij pacem, &
parturite iustitiam.] & post aliqua: Igitur memores filij dilecti estote, &c.] & quod ad
negotium spectat: Liceat (inquit) dilectissimo filio nostro, vestro autem nepoti à Deo
conferendum Imperium suum cum Regno proprij germani quietam possidere tranquilli-
tate, &c.] In fine autem, vt Arsenium Legatum audiant, admonet. est autem ad eos
eiusmodi ipsius Pontificis ad pacem conferuandam digna exhortatio.

C Fœdus quod ad alterutrum pepigistis (*quod fieri contigit anno superiori, vt in nuper ci-*
tatis Annalibus continetur) inuolabili maneat apud vos veritate repositum, & immacula-
teatate vestra sublimitas, insignia fidei cunctis circumquaque nationibus repræsentans.
Parcite gladio, humanum fundere sanguinem formidolosius exhorrescite: cesset ira, se-
dentur odia, sopiantur iurgia, & omnis ex vobis simultas radicitus extirpetur. Quisque
vestrum sua sit sorte contentus, & funiculo hereditatis diuinitus sibi collato pacificè per-
fruat, aliena iura non inuadens, non subtrahens, non conturbans, liceat dilectissimo fi-
lio nostro, vestro autem nepoti à Deo conferuandum Imperium suum, cum Regno pro-
prij germani quietam possidere tranquillitate, & statui eius summa * se charitate consule-
re, & gubernacula ditione debita moderari ad salutem videlicet ac defensionem populi
Christiani, & ad sanctæ matris suæ Romanæ scilicet insignis Ecclesiæ libertatem & subli-
mitatem. Non autem in vobis vanæ gloriæ typus, non supercilij fastus, non alterius vsur-
pandi terminos ambitio, sed iustitia, charitas & concordia regnet, ac summum pax inter
vos teneat omnino fastigium, &c.]

D Eodem quoque modo scripsit ad Episcopos sub Regno eiusdem Caroli constitutos,
quas communes fuisse putamus ad ipsos in Ludouici Regno degentes Antistites. est ea-
rum principium: ^b Studium nostrum semper fuit, &c.] vbi inter alia: Vitia (inquit) no-
biscum expugnatæ, virtutum charismata prædicatæ, discordiam destruite, vnanimita-
tem ædificate, odia extirpate, charitatem plantate, rixas dissipate, pacem euangelizate,
haud talem (quod absit) vnanimitatem vel pacem, quali Iudæorum vsa est in Domini
Saluatoris nece conspirans factiosa caterua, vel Herodes & Pilatus ex inimicis eodem
tempore pepigere: sed talem qualem audire pastores cælestem militiam in Natiuitate
Saluatoris nostri canere: Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ vo-
luntatis, &c.] inferius de conferuando Ludouici Imperio illa istam memoria dignam
breuem habet exhortationem:

E Permittatur ergo præclaro Imperatori quietam ducere vitam atque tranquillam, &
patrius suis nullam præsumptionem monstrantibus, machæræ vsu quam primum à
Petri principis Apostolorum Vicario contra infideles accepit, non cogatur in Christi Fi-
deles conuertere. Liceat inquam ei per hereditaria Regna sibi iure deriuata, & Apostoli-
cæ Sedis auctoritate firmata, & Summi Pontificis manu capiti superimposito diademate
augustissime decorata, cum suis fidelibus piè ac iustissime gubernare. Sinatur omnino à
Deo protectum Imperium suum, quod cum benedictione & sacratissimi olei inunctio-
ne, Sedis Apostolicæ Præfule ministrante percepit, ad exaltationem & quietem huius
sanctæ

LXVI.

LXVII.

DE PACE IN-
TER REGES
FRANCOR.
SERVANDA.*al. securi-
tate

LXVIII.

*Nicol. ep. 26

LXIX.

DE CONSER-
VANDO IM-
PERIO IL-
LAESO MO-
NITIO APO-
STOL. SEDIS.

sanctæ Catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ licenter ac rectissime moderari. Alioquin quisquis contra huius nostræ salutiferæ commonitionis paginam agere fortasse præsumpserit, & aduersus iam fatum filium nostrum Augustum referre tentauerit: nouerit sibi in Deum omnipotentem, cuius imperium terminum nescit, refragaturum, & Apostolatum nostrum vix competens sibi ministerium, reluctaturum, &c.] Porro has scriptas fuisse etiam ad Episcopos in Regno Lotharij constitutos, docet sequens epistola ad Carolum & Ludouicum conscripta, in ipsius exordio. At de Arsenij Legatione litterisque à Nicolao Pontifice scriptis satis.

LXX. Porro magis componendæ pacis causa inter Reges Francorum & Ludouicum Imperatorem, quam inter ipsos Reges, eiusmodi legatio missa videri potest. Siquidem Reges ipsi (vt dictum est) fœdus inierunt anno superiori, quod & firmauerunt hoc ipso anno Kal. Martii in Villa Turissaco, vbi sex leguntur statuta capitula. est autem eius conuentus eiusmodi exordium ex sæpè citato scripto codice:

Anno Incarnationis Dominicæ octingentesimo sexagesimoquinto, Kal. Martij hæc quæ sequuntur Ludouicus & Carolus Reges in Turissaco Villa populo denuntiarunt.] vbi de mutuo amore, concordia & pace multa, vltimum caput ad crimen Lotharij spectans sic se habet:

LXXI. Vos scitis qualiter nepos noster Lotharius per suam iuuentutem, & per leuium hominum consensum & hortamentum, & etiam per eorum fauorem, qui illum saluare debuerant fecit & facit contra illam legem, quam Deus primò in paradiso primis hominibus dedit, & quam in Euangelio per præsentiam carnis cum hominibus habitans renouauit & confirmauit, quæ ad omnes homines pertinet, qui secundum Deum legitime vtuntur coniugio. Vnde & vniuersalis Ecclesia Dei pulsatur, & sacerdotes sunt dehonorati, & populus Christianus sicut mali morbi contagio est maculatus. Propterea quoddam Deus dixit: Diliges proximum tuum sicut teipsum. & sicut scriptum est: Ipse os nostrum & caro nostra est, & populus & Christianitas vnus est: considerauimus vt ad illum Missos nostros mitteremus, & ei tale consilium mandarem, qualiter ipse coram Deo saluus, & coram sæculo honoratus esse valeat, & Ecclesia & Regnum, quod illi ad saluationem commissum est, solidum esse possit, & populus Dei saluus sit, & legem & iustitiam & pacem & tranquillitatem habeat. Quia etiam ipse suos Missos ad nos transmisit quasi consilium quærens: per nostros Missos, vt Deus vbi nos mandauit, quantum nobis Dominus dederit, ei verum & sincerum consilium remandamus, & talem voluntatem nostram esse erga eum sicut nos, dicere illi per eosdem Missos nostros mandamus.] hæcenus ibi.

LXXII. Eodem pariter anno, vt ex Anastasio edocemur, idem Pontifex Nicolaus vendicauit Seufredum Placentinum Episcopum à diaconi sui persecutione. Rem gestam sic describit: Seufredum Placentinæ sedis Antistitem, à sede propria cuiusdam Pauli diaconi perfidia pulsum, per Legatos suos idem Papa sedi suæ restituit, & eundem diaconum, qui sedem illam proprio rectore superstitè præsumpsit inuadere, competenti cum suis sequacibus increpatione corripuit. pro cuius etiam infausta temerariaque præsumptione penitus amputanda, sanctitatis studio iussit, & pro pace Dei Ecclesiæ ipsi iam facto præcepit diacono, vt nec tale quodcumque tentaret peragere, nec eandem sedem Placentinam, siue viueret Seufredus siue moreretur Episcopus, præsumeret repetere vel recipere.] hæc de causa Episcopi Placentini.

LXXIII. Subiicit de ædificiis eodem anno Romæ constructis in vsum pauperum, excubantium ad Limina Apostolorum, aitque: Idem omnium insignis atque præclarus Pontifex, pietate magistra, miseras & necessitates præuidens, cunctis clementer compatendo egenis, celeri subueniebat intuitu, & ad imitationem Domini nostri IESV Christi, qui ad redimendum humanum genus è sublimi descendit ad infima, pro populo labores sustinebat ingentes: quapropter claudorum atque cæcorum, necnon & diuersis pœnis affectorum in porticu beati Petri Apostoli iacentium ad oram Tiberini fluminis ad situm auferendum non posse gressus tendere conspiciens, & diuersarum gentium, quæ vndique pro sceleribus Apostolica limina propriis expetebant, vtilitatem diuinitus attendens, minimè corpori suo parcens, iussit Formam aquæductus, quæ multis antè temporibus ruerat, & ob hoc ad beatum Petrum Apostolum aqua non ducebatur, in meliorem quàm fuerat conamine plurimo reuocari itatum. Ita vt non solum hominibus profuerit

FORMA AQUAE SUBTERRANAE REPARATA IN VSUM PAUPERVM.

SEVEREDVS EPISC. PLACENTINVS SVAE SEDI RESTITVIT.

CONVENTVS TVRSSIACVS.

Gen. 2. Matth. 19.

AD LOTHARIVM REGEM MONTIVM. Matth. 5. Gen. 29.

A fuerit debilibus, sed etiam omnibus Ecclesiam beati Principis Apostolorum adeuntibus præcipuum opus exciterit, sicut & hæcenus in decorem Leonianæ vrbis luculenter conspicitur & habetur.

Nihilominus Ostiensem urbem, quam diuæ memoriæ Gregorius, ne gens iniqua Saracenorum populum Domini in circuitu caperet, aut interimeret, ad salutem multorum construxerat, in ruinis iacentem superna tactus inspiratione, fortiore firmioreque fabrica reedificari iste sanctissimus Præsul iussit, & in melius restaurauit, portisque etiam & turribus fortissimis muniens, promptos ad bella homines collocauit, ita vt nullatenus alienæ gentis incursio de cetero illi posset dominari, & conciuibus eius damna in aliquo, nisi (quod ablit) per desidiam operari.] hucusque de rebus gestis anni huius Anastasius iam ad res Orientales conuertamus orationem.

B Hoc pariter anno Michael Imperator Protopatharium Romam misit Legatum ad Nicolaum Pontificem. Fuit legatio ista non ex more honorifica, dignaque eo qui mitteret, & ad quem mitteretur, Romano Pontifice: sed illiberalis, barbarica, proterua ac contumeliosa, scribente per eam ipso Imperatore litteras ad Nicolaum Papam refertas iurgiis & iniuriis, detractionibus atque blasphemis, quam haud dubium Photius ille, qui ei muneri inseruuit, (fuerat enim ipsi à secretis) iam perduellis, ob schisma Nicolai Pontificis, scripsisse cognoscitur: haud enim Imperator totus in circis eius erat doctrinæ atque peritiæ, vt ita tot tantaque contexere maledicta sciret. Ita quidem etiam est opinatus idem Pontifex Nicolaus, vt nomine Imperatoris, non ab Imperatore eas dixerit esse conscriptas. In epistola enim ab ipso ad eundem Imperatorem vltimo loco missa hæc ait: Præterea non omittendum esse credimus nos commemorare, præterito Anno, per Indictionem videlicet tertiamdecimam epistolam sub nomine vestro conscriptam per Michaelem Protopatharium suscepisse, quæ taptis erat verbis contumeliosis, immò blasphemis resperfa, vt scriptor eius non nisi in gutture colubri calamum tinxisse putetur, & dictatoris labia, pro dictionibus venena fudisse videantur, vt si cuiuspiam simpliciorum cor penetrant, (non enim hæc aures prudentium suscipiunt) continuo necent, nec mirum: tanto enim facilius, quanto mors animæ magis quàm corporis per illum virulentum hauitum admittitur.] hæc ibi Nicolaus de litteris, & tempore quo sunt scriptæ, tertiadecima scilicet Indictione, hoc videlicet anno.

At quid miraris talia à tali prodidisse (si ipse scripsit) Imperatore, quem Græci omnium perditissimum, vira solutissimum, Neroni atque Sardanapali similem, iugiter temulentum, & reipsa cum Mænadibus Bacchi orgia celebrantem, affirmant? qui iratus quid nisi fœtidum ex adeo corrupta anima potuit exhalasse? nam qualis repletio, talis esse solet eructatio. Huic si addas versutissimi hominis malitiæ faces, in quale erumperet incendium? Incendebat istam Photius suis incitamentis vitiorum fornacem, & ipse maiori flamma intus incensus. Memoria tenes Lector ante biennium, anno videlicet Redemptoris octingentesimo sexagesimotertio, Nicolaum Pontificem Romæ habita Synodo Photium intrusum in ordinem redeigisse, atque Ignatium ab eo de sede proiectum in cathedram restituisse, de quæ his per Leonem Legatum Imperatoris tum ad ipsum Photium, tum ad Imperatorem & Episcopos Orientis multiplices dedisse litteras. His itaque, velut tot iaculis furens confossa bestia, rabie rotans dentes, venenum spumans, quibus valet viribus appetit percussorem, sicque in Nicolaum ipsum totus inuehitur: primumque (quod audisti) in ipsum encyclicas ad Orientis Patriarchas aliosque omnes Episcopos litteras scribens, impiis contumeliis atque calumniis confarcinatas, armans omnes in eum, omnes ad vniuersale Concilium prouocauit. At his non contentus, aduersariis scriptis nisus est aggredi Nicolaum. Et quoddam sciret, in Ecclesia Catholica pro nihilo duci schismaticorum atque hæreticorum in Romanam Ecclesiam consuetas fundi blasphemias: ne ipsa hac in parte infirma nutarent, nomine vtitur Imperatoris, velut balista, arcuue fortis, debilis ipse, sine virtute, secundum illud Davidicum: Exacuerunt vt gladium linguas suas, intenderunt arcum rem amaram, vt sagittent in occultis immaculatum, subito sagittabunt eum & non timebunt: firmauerunt sibi sermonem nequam, sed debilem nesciebat esse arcum, nulliusque roboris neque vsus, cuius neruum eneruat mollissima vita, vitiaque velut tinea rodens consumunt. Quis rogo contumeliæ loco ducat, quidquid velut alter Nero, Imp. auriga dicat, & iugiter ebrius vomat, & omni ex parte turpissimus turpiter ex abundantia cordis effutiat (in ore enim fatuorum cor illorum) & qui

LXXIV. OSTIENSIS CIVITAS RESTAVRATA ET MUNITA.

LXXV. LEGATIO IMP. MICHAELIS PER MICHAELM PROTOPATHARIVM.

QUAE LITTERAE SCRIPTAE AD NICOLAVM.

LXXVI. MANASSES IN ANNALIBUS.

IMPROBVS CONATVS PHOTII.

Psalm. 63.

Eccli. 21.

arreptius velur, pessimi dæmonis obfidētis Photium ore loquatur? Vnde æquè etiam A secundùm illud Psalms contigerit: Sagittæ paruulorum factæ sunt plagæ eorum, & infirmatæ sunt contra eos linguæ eorum.] nimirum quodd ex iis Romana Ecclesia nihil lafa sit, nullumque damnum Nicolaus acceperit. in ipsos verò retortæ tamquam ex arcu xreo, ferreæ fiant, quibus confodiantur, emissæ sagittæ.

LXXVII. Non extant ipsæ quidem blasphemæ Michaelis Imperatoris litteræ ad Nicolaum, nam synodalis sententiæ publico decreto fuisse traditas igni, quæ sumus dicturi, significat. Hoc autem anno (vt dictum est) eas datas fuisse, decimatertia Indictione, eiusdem DE TEMPORE DATAE NICOLAI EPISTOLA ANNO SEQUENTI AD EUMDEM SCRIPTA IMPERATOREM, & alia ad Episcopos EPIST. IMP. data ostendunt. Rescripsisse verò Nicolaum hoc item anno, iam stante hieme, iisdem Nicol. ep. 8. datis litteris declaratur, & eo tempore cùm idem sanctissimus Pontifex ægrotaret, ipso c Nicol. ep. 10. interea Legato Michaële Protospathario proteruè agente, vt non expectata bona valetudine Nicolai, egressus ab Vrbe absque litteris in Ostitiam profectus ciuitatem, ibi expectaret tempus opportunum nauigandi. Cùm ipse Pontifex, ne absque litteris suis reuerteretur, eam Constantinopolim scripsit ægrotans epistolam, & licet valdè prolixam, breuior ab ipso est iudicata, respectu eorum omnium quæ scribenda fuissent, si omnibus ab Imperatore contumeliosè conscriptis respondere per singula voluisset. Cùm tamen ipse Christiana imbutus sapientia, quæ in sui iniuriam scripta essent, omnino contempsit, ad ea sola respondens, quæ aduersus Romanam Ecclesiam & sanctos Patres ab eo temerè fuissent procaciterque iactata.

LXXVIII. Equidem Deo plenus summus sacerdos, vti amantissimus pater, benignè admodum, placideque atque modestè egit absque amaro illo zelo & contentione, quam subministrat illa quæ non de sursum est sapientia terrena, animalis & diabolica: prætermittensque innumeras per eum illatas blasphemias, secundùm quod monet Apostolus Petrus, cuius gubernabat Ecclesiam: Non reddentes malum pro malo, nec maledictum pro maledicto, sed è contrario benedicientes, quia in hoc vocati estis, vt benedictionem hereditate possideatis:] sic tantum responderet quantum satisfaciat, Sapiente ita præcipiente: Responde stulto secundùm stultitiam suam, ne sibi sapiens esse videatur.] nam audi ipsum Nicolaum ita sua epistola exordientem, & primùm glorioso titulo honestantem blasphemum Imperatorem:

LXXIX. Nicolaus Episcopus seruus seruorum Dei, piissimo & dilectissimo filio, superatori gentium atque tranquillissimo Imperatori Michaëli à Deo protecto semper Augusto.] ita quidem nihil minuens in titulo Imperatoriæ maiestatis, quod tamen penitus scit deesse in eius vita sceleribus omnibus mancipata. sed attende cùm incipit:]

Proposueramus quidem, antequam Michaël gloriosus Protospatharius Legatus vester Romam veniens, epistolam nobis claritatis vestræ detulisset, talia vobis scripra per Mifos nostros, quæ iam & parata erant, transmitters, qualia gratissimus filius à diligente patre, ac Dei cultores Imperatores à Sedis Apostolicæ Præsulibus soliti erant suscipere. At verò præfato viro perueniente, epistolamque nobis vestræ gloriæ, quæ tota blasphemis, tota erat iniuriis plena, porrigente: mutata est in luctum cithara nostra, & organum nostrum in vocem silentium. Quoniam expectauimus tamquam de bona vite uvas, suscepimus autem labruscas; itaque mutauimus stylum, & ostenso vulnere congrua præuidimus adhibere medicamenta. Igitur ad potentiam vestram inspirante Domino, scripturi, nostræque mentis affectus industriæ vestræ referaturi, necnon & pro sancta Ecclesia Catholica & Apostolica (cuius nos præcipua cura & quotidiana secundùm Apostolum doctrina constringit) apud vos interuenturi, & epistolæ vestræ assertionibus, prout Dominus posse & nosse dederit, responsuri: nihil opportunius, nihil aptius, nihil profectò salubrius arbitramur (licet vos à conuitiis inchoassetis) quam præ omnibus flagitare simpliciter eum per quem Reges regnant, & legum conditores iusta decernunt, & in cuius manu corda sunt Regum, & ex quo regnat omnis qui piè regnat, & imperat omnis qui eidem Regi Regum, & Domino dominantium non repugnat; Dominum videlicet nostrum IESVM Christum, cui omnis rationabilis creatura ministrat, nimirum cui & insensibiles venti & mare imperanti obediunt; quatenus & labia nostra ad annuntiandum laudem suam aperiens, dilatarum quoque os nostrum passu doctrinæ salutaris adimpleat; & quæ per nostri Apostolatus officium auribus vestris exterius dicimus, per se quoque nutu suæ inspirationis interius mentibus vestris inspiret; quia

incaustum

Prout. 21.

Job. 30. Isai. 5.

Nicol. ep. 8.

LXXIX. NICOLAI EPISTOLA AD MICHAËLEM IMPERATOREM.

A incaustum terra cordis vomere nostræ linguæ profcinditur, nisi celestis rosis asperione intrinsecus infundatur. Deus est enim qui incrementum dat, & qui docet hominum scientiam. Putas, Imperator, non benefacimus, quòd ab iniuriis scribentes inchoaueris, nos ab orationibus, vos à conuitiis in nos, immò contra primam & magistræ Ecclesiæ omnium loquentes exordium feceritis, nos in laudibus & in nomine Domini ad potentiam vestram sermonem habituri os aperuerimus?

Vidimus enim gigantem Allophylum contra puerum & citharædum nostrum David furore plenum, & blasphemias eructantem primo impetu populo Dei terrorem non modicum intulisse. sed expecta paululùm, & ecce videbis in nomine Domini percussum, & à iam dicto hymnidico, & laudes & Psalms ac orationes Domini Maieftati humiliter effundente gladio suo prostratum. Et quidem nos iniurias nobis specialiter irrogatas, & maxime pro iustitia laborantibus & à iustitiæ impugnantibus ingestas libenter ferimus. Discipuli enim sumus illius de quo Apostolorum Princeps ait: Qui cum malediceretur non maledicebat, & cùm pateretur non comminabatur. De talibus enim Veritas loquitur: Si patrem familias Beelzebub vocauerunt, quanto magis domesticos eius? & rursum eos, qui propter nomen illius persecutiones & maledicta toleraturi erant, beatos esse pronuntiat, dicens: Beati estis cùm maledixerint vobis, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduersus vos mentientes propter me. Vbi ergo, teste conscientia, Deus in causa est, ibi omnino beatitudo speranda; & ubi mendacium lauit, ibi conuitia nulla timenda. Sicut ergo nos propter Deum etiam à non vera dicentibus iniurias nobis illatas æquanimitè ferimus, ita quoque oportet pietatem vestram sacerdotibus, qualescumque sint, propter eum cui deseruiunt, reuerentiam potius quam iniurias exhibere, &c.] pluribus enim agens, inculcat, quàm graue scelus, & sacrilegium ingens in vniuersa diuina Scriptura monstratur esse, de sacerdotibus Dei malè mereri. Quòd igitur prolixior sit epistola, quam plurimis refecaris, ne Lectori fastidio sumus, ea tantum describemus, quæ magis necessaria, & ad institutum congruentia esse noscuntur, cùm præsertim epistola ipsa tertio cula reperitur in Collectione Conciliorum Colonix atque Vnetiis, Romæ iterum prælo credita.

Post nonnulla ergo quàm sapientissimè ista subiicit: Non ergo quales sint sacerdotes Domini, sed quid de Domino loquantur, est vobis magnopere præuidendum. Nec in Vicariis beati Petri Apostoli vobis est attendendum qui sint, sed quid pro correctione Ecclesiarum, quid pro salute vestra fatagant. Neque enim illos inferiores dicetis Scribis & Phariseis sedentibus super cathedram Moyfi, de quibus Dominus præcepit, dicens: Quaecumque dixerint vobis, facite & obseruate; secundùm opera verò eorum nolite facere. Ergo, Imperator, considera, si illos dixit audiendos qui super cathedram Moyfi sedebant: quanto potius his qui super cathedram Petri resident, esse existimetis obaudiendum? Et ite illorum non opera, sed dicta facere & obseruare iubet, quanto potius horum, quicumque sint ipsi, dicta & monita custodienda sunt & amplectenda? &c.] cùm autem proprias in se illatas contumelias patienter se ferre testetur; in his quæ spectant ad lafam Ecclesiam, quo sit animo, ita declarat: Verumtamen quæ ad Ecclesiæ Romanæ iniuriam, quæ ad ipsius priuilegiarum imutationem, quæ ad Sedis Apostolicæ Præsulum derogationem scripsistis: quanta possumus constantia recundemus, & nullis terroribus, nec vllis detractionibus vestris repressi, quanta possumus virtute destruere vtpote veritatis inimica studebimus.]

Sicque aggreditur Pontifex confutare quod in primis scripsisset, à tempore sextæ Synodi nullum Orientalium Imperatorum communicatorias litteras ad Romanos Pontifices dedisse, nisi ipsum qui tali honore immeritis affecisset. Quàm enim id falsum sit, pluribus docet, cùm tamen si verum esset, illorum potius dedecus & opprobrium arguendum fuisset, quòd per tot annorum curricula perseverauerint hæretici Imperatores. Cùm tamen quamdiu perseverauerunt Catholici, eos Apostolicæ Sedi addictissimos fuisse, pluribus declarat exemplis.

Eam verò fortius retundit audaciam, qua se antea iussisse suis litteris ipsi Romano Pontifici gloriatur. Quòd longè (inquit) abest à piorum Imperatorum affectu; quorum sicut locum tenetis, vti nam ita & pietatem sectemini. quòd longè, inquam, est à Principibus, Sedis Apostolicæ reuerentiam obseruantibus.] manifestat verò patentem veritatem pluribus eius prædecessorum exemplis, quorum nullus imperioso sit eo vsus verbo, iubemus, &c.]

Annal. Eccl. Tom. 10. Cc 2

Annal. Eccl. Tom. 10. Cc 2

1. Cor. 9. Psal. 91.

LXXX. 1. Reg. 17.

CONTEMNENDAE PROPTER CHRISTVM INIURIAE. 1. Petr. 2. Mat. 10.

Matth. 5.

LXXXI. QVALES CUMQUE SINT SACERDOTES DOMINI, SED QUID DE DOMINO LOQUANTUR, EST VOBIS MAGNOPERE PRAEUIDENDUM. NEC IN VICARIIS BEATI PETRI APOSTOLI VOBIS EST ATTENDENDUM QUI SINT, SED QUID PRO CORRECTIONE ECCLESIAE, QUID PRO SALUTE VESTRA FATAGANT.

NON FERENDA IN ECCLESIAM ILLATA MALEDICTA.

LXXXII.

LXXXIII. LONGE AB EST VT IMPERATOR IVHRE POSSIT ROM. PONTIFICI.

bemus, sed potius rogamus, vel petimus humili reuerentia. Vnum verò Mauritium inter Catholicos Imperatores, qui semel eo vsus est verbo, iubemus, in exemplum seuerissimæ à Deo immisissæ vindictæ positum fuisse diximus: recitatis verò Orthodoxorum Imperatorum exemplis, his ita verbis Nicolaus furentem, & quid effutiat nescientem compellat Imperatorem:

LXXXIV. O Imperator, saltem nunc cognoscatis, quàm à piorum Imperatorum pietate in hac re differatis, & quàm vox vestra ab eorum discrepet diuinitus inspirata modestia! Illi quippe, petimus, inuitamus, ac rogamus; ecce spatium ad Sedis Apostolicæ Præsules, sed pari pietate clamant: Vos autem quasi non mansuetudinis & reuerentiæ, sed solius Imperij eorum heredes effecti, & in causa pietatis illos imitari nolentes, præcepisse, iussisse, ac imperasse, vt quosdam subiectorum nostrorum ad vos mitteremus, asseritis, & hoc ipsum vos egisse, nescimus cuius instigationibus fascinati & obliuioni traditi dicitis. Porro factum à vobis nulla recordatione recolimus: nusquam enim nobis tale quid iussisse vos, nisi fallimur, hæcenus reminiscimur; nusquam vos ad tantam circa Sedem beati Petri Apostolorum principis irreuerentiam deuenisse cognoscimus. Reuoluentes enim epistolam, quam tunc per venerabiles Episcopos & Arsam virum gloriosum Spatharium miseratis, nihil iussisse vos nobis, sed potius obsecrasse atq; rogasse vos omnino reperimus. In quo datur intelligi, cum nunc aliter perhibeatis, aut vos oblitos eorum fuisse quæ antea miseratis, aut certè pœnituisse super his quæ humiliter petiueratis.] hæc de his ipse.

LXXXV. Qui nec prætermisit illud redarguere in litteris Imperatoris, quo ipse magnopere Latine linguæ detraxerat. ait enim: In tantam verò furoris abundantiam prorupistis, vt lingue Latinæ iniuriam irrogaretis, hanc in epistola vestra barbaram & Scythicam appellantes, &c.] quod ex imperitia prouenire demonstrans, ait paulo pòst: Iam verò si ideò linguam Latinam barbaram dicitis, quoniam illam non intelligitis: vos considerate, quia ridiculum est, vos appellari Romanorum Imperatores, & tamen linguam non nosse Romanam. Ad extremum autem, si iam sæpè nominatam linguam ideò barbaram nuncupatis, quoniam à translatoribus in Græcam dictionem mutata, barbarissimos generat: non linguæ Latinæ, sed culpa est, vt opinamur, interpretum, qui quando necesse est, non sensum è sensu, sed violenter verbum reddere conantur è verbo, &c.] Sed & ex sacro vsu eius in Ecclesia Constantinopolitana vana & insana ipsum Imperatorem loqui conuincit. nam subdit: Ecce quotidie, immò verò in præcipuis festiuitatibus inter Græcam linguam, veluti quiddam pretiosum, hanc quam barbaram & Scythicam linguam appellatis, miscentes: quasi minus decori vestro faditis, si hac etiam bene ac ex toto intellectu in vestris obsequiis ac officiis non vtamini.] & paulò pòst: Adhuc si pleniter illam execramini; etiam ab Ecclesijs vestris remouere satagite. Illius enim dictione linguæ Constantinopolitana Ecclesia lectionem Apostolicam & Euangelicam in Stationibus fertur primitus recitare, sicque demum Græco sermone propter Græcos vti que ipsas lectiones pronuntiare. Sed quia tantùm hæc impietas Ecclesiæ Constantinopolitanæ hæcenus defuisse putatur: vt tota ibidem nequitia suppleatur, hoc restat à vobis solummodò perficiendum.

LXXXVI. Quòd insuper cognitum ab eo fuisse primatus Ecclesiæ Romanæ per tot autè missas legationes in causa depositionis Ignatij: iam pœnitens, suis his postremis id egit litteris, vt negaret se misisse, quasi maius iudicium interpellaret, sed ob exortam de imaginibus quæstionem: Hanc tergiversationem facile fuit Nicolao Papæ conuincere & redarguere falsitatis ex ipsis litteris Romanæ missis. Ostendit insuper primum de Ignatio iudicium in collecta ab eo Synodo Constantinopoli habitum omni ex parte fuisse inualidum, ob idque dolo quæsitum per Legatos Apostolicæ Sedis iudicium, vt quod corruerit, sua stabilire posset auctoritate. Ostenditque pluribus illud multipliciter inefficax omnino fuisse, idque ex sacris Ecclesiæ regulis in Oecumenicis Concilijs stabilitis, atque vsu rerum plurimis exemplis semper & vbique recepto, quibus primatus Romani Pontificis in causis præsertim Episcoporum semper innouit.

LXXXVII. Et in his quæ spectant ad Constantinopolitanam Ecclesiam post multa subiicit ista: Ceterùm vt calamum ad Constantinopolitanos præfules specialiter extendamus; aut numquam omnino, aut certè vix horum aliquis sine consensu Romani Pontificis reperitur eiectus, qui tamen hæcenus inter depositos annumeretur, & non ab hæreticis, vel tyrannis pulsus, aut interemptus commemoretur. Denique vt ex his paucos commemoremus, nonne Maximus, postquam multùm à Damaso Papa (sicut eius ad diuersos epistolarum missæ

LINGVÆ
LATINÆ
DETRA-
HENS IMP.
REDAR-
GVITVR.

CONCILIUM
CONTRA
IGNATIVM
NULLIUS
ESSE RO-
BORIS.

DE EPISC.
CONST. EIE-
CTIS.

A missæ indicant) laboratum est, Constantinopoli pulsus est: nonne Nestorius? nonne Acacius? nonne Anthimus, Sergius, Pyrrhus, Paulus, Petrus, Sedis Apostolicæ discurrentibus consultationibus ac decretis eiecti sunt? Cur ergo cum ita sit, in solo Ignatio Petri memoriam despiciere ac obliuioni tradere studuistis? nisi quia pro voto cuncta facere voluistis, constituentibus Synodum Ephesinæ Secundæ crudelitate consimilem. Quamuis ibi Alexandrinus erat, qui cum ceteris sibi consociatis Compatriarchis aduersus S. Flavianum agebat: hic verò (vt de Patriarchis omittamus) nec vnus Episcopus ciuitatulae aut quilibet ignota personæ aduersus tantum Pontificem extitit sententiæ promulgator, qui non de Suffraganeis & subiectis eius fuerit.] his & alijs multipliciter redarguit celebratum aduersus Ignatium ab ipsis conciliabulum, de quo satis suo loco superius dictum est. Deinde verò deridens falsum prætextum Imperatoris, asserentis non ob causam depositionis Ignatij, sed ob quæstionem de sacris imaginibus excitatam vocatos esse ab Apostolica Sede Legatos, arguit eum mendacij.

Sed quòd plurima adhuc confutanda remanebant, cur non singula redarguerit, triplicem asserit causam, his verbis: Ad reliqua verò, quæ ex eadem epistola vestra plurima ex parte remanebant, rescribere his pro causis omisimus, quoniam tanta nos Pater celestis secundùm beneplacitum suum ægrotatione quasi filios suos corripuit, vt non solum quæ ad respondendum propositionibus vestris idonea esse perspeximus, valeremus exponere, verùm etiam eadem ipsa, qualiter dictarentur, nulli ægritudine nimia pressi, quiuerimus edicere. Et quia Legatus vester tanta est impatientia vsus, vt antequam nos ex validissima infirmitate respirare aliquantulum cognouisset, nullam moram passus, mox etiam nobis inconsultis Vrbe, quam vos quidem inueteratam, sed Honorius pius Imperator æternam vocat, discesserit; ob nihil aliud, nisi quia tempus hiemis imminebat, & periculum sui vel militum vestrorum qui secum erant, vehementissimè formidabat: apud quem vix obtinere potuimus, vt saltem dum hæc scriberentur (quoniam ad Vrbe reuerti nullo modo voluit) in Ostia positus expectaret. Tertiò quia cum eadem, quæ superfluerunt in ipsa epistola, ad quæ nihil respondimus, sed potius philosophando contempsimus, plena essent omni prauitate atque blasphemia, & contra ipsam dispositionem Dei, qua Ecclesiæ, Sedisque Romanæ priuilegia cunctarum Ecclesiarum priuilegijs sua ineffabili prouidentia prætulit, venena diffunderent: non vestra esse verba (sicut prædiximus) quæ tam perperam sonabant, credidimus; ac pro hoc his, quæ in ambiguum venerant, non potuimus tamquam indubitatis responsa vel apologetica scripta remittere.

Verum tamen vestra fuerunt verba, quæ in despectum B. Petri Apostolorum principis, immò Dei, cuius ordinationi resistitis, sunt scripta, & quasi detrahentia priuilegijs huius sacratissimæ Ecclesiæ missa sunt: fateor non vos studiosè sacras regulas, non venerationum Synodorum Actiones, non piorum Imp. leges, non veraces probabilium viro- rum historias lectitasse, quas tam conati estis in derogationem Ecclesiæ tantæ inutiliter ac incompetentes atque incongruè memorare. Sed rogamus omnipotentem Deum, vt qui suæ cognitionis vobis referauit mysterium, tribuat quoque nosse ad plenum suas dispositiones, quibus sanctæ Ecclesiæ moderatur arcanum, & quæ sint, vel quanta, & qualia priuilegia Ecclesiæ Romanæ, & ex quo ceperint exordium, & quis eius summæ auctoritatis auctor existat, vobis clementer aperiat. Quod si à nobis quæritis scire, vt pote à ministris Christi & dispensatoribus mysteriorum eius, vobis euidentius ostendemus. Si verò nosse paruipenditis, & solum contra priuilegia Ecclesiæ Romanæ nifus vestros erigitis: caueate ne super vos conuertantur. Durum quippe est vobis contra impetum fluminis reluctari, durumque est contra stimulum calcitrare.] taciteque sic comminatur tum excommunicationem, tum etiam priuationem Imperij, qua Gregorius (vt vidimus superiori tomo) ex priuilegio Apostolicæ Sedis spoliavit Leonem Mauricum contemptorem eiusdem Apostolicæ Sedis Imperio Occidentali. subdit verò:

Porro si nos non audieritis: restat vt sitis vos necessariò, quales Dominus noster Iesus Christus hos haberi præcepit, qui Ecclesiam Dei audire contempserint. Præsertim cum Ecclesiæ Romanæ priuilegia Christi ore^a in beato Petro firmata, in Ecclesia ipsa disposita, antiquitus obseruata, & à sanctis vniuersalibus Synodis celebrata, atque à cuncta Ecclesia iugiter venerata, nullatenus possint minui, nullatenus infringi, nullatenus commutari. Quoniam fundamentum quod Deus posuit, humanus non valet amouere conatus; & quod Deus statuit, firmum validumque consistit. Illeque potissimum peccat, qui Dei ordinationem

LXXXVIII
CVR AD
CVNCTA
NON RE-
SPONDEAT
NICOLAUS.

LXXXIX.
ARGVITVR
INSCITIAE
IMP. QVI
NEGLIGIT
ECCL. ROM.
PRIVILE-
GIA.

XC.

Mat. 18.

CHRISTI
865.NICOLAI PAP.
8.LUDOVICI II. IMP. IO.
MICHAEL. III. IMP. 24.PRIVILE-
GIA ECCLIE.
ROM. AE-
TERNA A
DEO.

dinationi resistere tentat. Privilegia, inquam, istius Sedis vel Ecclesie perpetua sunt; diuinitus radicata atque plantata sunt: infringi possunt, transferri non possunt: trahi possunt, euelli non possunt. Quae ante Imperium vestrum fuerunt, & permanent (Deo gratias) haecenus illibata, manebuntque post vos, & quousque Christianum nomen praedicatum fuerit, illa subsistere non cessabunt immutata. Illa igitur privilegia huic sanctae Ecclesiae à Christo donata, à Synodis non donata, sed iam solummodo celebrata, & venerata: per quae non tam honor, quam onus nobis incumbit (licet ipsum honorem non meritis nostris, sed ordinatione gratiae Dei per beatum Petrum & in beato Petro sumus adepti) nos cogunt, nos compellunt, omnem habere sollicitudinem Ecclesiarum Dei, &c.] pluribus de his agens ostendit, non Romanam tantum, sed Antiochenam, atque Alexandrinam opera Petri fundatas Ecclesias, & tum illarum, tum etiam totius Christiani orbis, tamquam vniuersi orbis à Christo Petro crediti, Petri successori curam incumbere ipsi Romano Pontifici.

XCI.

Quod autem idem Imperator mitti ab Vrbe ad se petierit Theognostum Ignatij comministrum & alios quosdam monachos tamquam reos maiestatis: ad hoc responderet ista Nicolaus: Porro scripsit nobis Imperium vestrum, ut Theognostum, qui à fratre & Coepiscopo nostro Ignatio super quasdam prouincias Exarchatus potius accepisse dignoscitur, necnon & alios monachos sibi, tamquam vestrae Augustalis iniuriatores Excellentiae, destinemus. In quo cum tam ipsi iniuriatores vestri non fuerunt: quid aliud nisi in quantapena & quibus tormentis subiiciatur hi, qui ex parte Ignatij, & apud vos in ditione vestra consistunt, liquidius agnoscamus: Quando hi non vtiq; ad epulas, non ad infulas aliquis honoris percipiendas profectò quaeruntur, sed potius ad puniendum, quos fortè nec vidistis, nec cuius moris sint, penitus agnouistis. Denique quidam eorum ab ineunte aetate Romae diuinis obsequiis famulati sunt; & non iustum credimus huiusmodi tormentis fore subdendos. Theognostum autem non de vobis sinistra, sed potius grata praedicare testamur; quam obrem ergo eum quaeratis, ignoramus; nisi fortè quia illinc fugatus, hic apud nos requiem, quemadmodum innumeri Christiani, aliquantulum reperit.

XCII.

MULTITV-
DO EX OM-
NIBVS GEN-
TIBVS RO-
MAE VE-
NIENTIVM.
Act. IO.

Siquidem tanta millia hominum protectioni ac intercessioni beati Apostolorum principis Petri ex omnibus finibus terrae properantium, sese quotidie conferunt, & vsque ad finem vitae suae apud eius Limina semet mansura proponunt, ut praeter illud quo vas è caelo submissum, in quo cunctorum ostensa sunt eidem beato Petro horum omnium rectori animantium genera, Catholicam signat Ecclesiam: ipsa sola Romanorum Vrbs, apud quam ipsius Apostoli corporalis praesentia sedulè veneratur, ipsius vasis cunctas dignoscatur in se continere vniuersorum animalium, quae homines intelliguntur spiritaliter, nationes. Suscepit ergo & continet Romana Ecclesia, quod Deus vniuersalem Ecclesiam suscipere ac continere praecipit. Decentissimum quippe est atque conuenientissimum, ut apud se Petrus, quod ipsi specialiter ostensum atque praecipitum est, exhibeat, sicque demum quod in generali Ecclesia facilius credendum sit, innuat. Sanè intuendum est, quia & hoc vas, in quo omnia genera erant animantium, Petro specialiter ostensum est; & ut ea mactaret, & manducaret, illi soli iustum est; & post resurrectionem

Ioh. 21.

ut rete plenum diuersis piscibus ad litus traheret, à Domino ipsi proprie soli praecipitum est. Ipsum enim, cuius nos, licet immeriti, vicem suscepimus, principaliter & specialiter vniuersalis Ecclesiae curam diuinitus accepisse, etiam nobis tacentibus, credimus quod vestra sapientia iam animaduertat. Putasne ergo, Imperator, iustum esse, ut tradamus aliquem eorum, quos nunc commemorauimus, Principibus, quorum aulas, dignitates, honores & beneficia contempserunt, quorum fortiter indignationes, aut persecutiones sustinuerunt? Nolumus enim, Deo auctore, nec Iudae proditori similes inueniri, nec paganorum excedere profectò nequitiam: ipsi enim nihil tale agere penitus patiuntur, quale vos perpetrare hortamini nos. Denique cum quidam antecessorum vestrorum quemdam venerabilem virum ab Agarenorum Principe multis oblati muneribus sibi mitti poposcerit, non solum minimè impetrauit, verum etiam, ut fertur, ab eo quem quaerebat, pudorem conferentia scripta recepit. Quamuis, Deo gratias, & per principalem beatorum Apostolorum Petri & Pauli, de qua supra partim exposuimus, potestatem & ius habeamus, non solum monachos, verum etiam quoslibet clericos de quacumque diocesi, cum necesse fuerit, ad nos conuocare, atque Ecclesiasticis exigentibus opportunitatibus inuitare. hoc quidem nostrum. Vestrum autem & piorum Imperatorum non est vllum penitus quaerendi monachos ministerium, nisi ad miserandum, & ora-

IMPERATO-
RES NVL-
LVM IVS
HABENT IN
MONACHOS.CHRISTI
865.NICOLAI PAP.
8.LUDOVICI II. IMP. IO.
MICHAEL. III. IMP. 24.

& orationes eorum submissè precandam. Quod si forsitan opinamini, Theognostum apud nos Photio detrahere, Ignatiumque iugiter commendare: scitote veraciter, quia nihil ipse de vtroque loquitur, nisi quod in propatulo est, quod mundus dicit, quod omnis Ecclesia clamat, quod ipsi per innumeros homines Romam ab Alexandria, ab Ierosolymis, à Constantinopoli, à consinibus eius, ab Olympo monte, atque à ceteris mundi partibus aduentantes agnouimus; ad extremum quoque quod nos per Missos vestros & diuersa scripta patenter intelleximus, &c.]

Quod autem demum suis litteris Imperator ad minas conuersus, excidium Vrbs fuerat comminatus, nisi ipsi pareret Nicolaus, ad haec ista animo respondit intrepido: Postremò, nisi correxerimus consilium nostrum, videlicet ut illud iuxta consilium vestrum dirigamus, vel si non effecti similes vobis, sicut ipsi caput, ita nos quoque membra tradamus, interminationibus crebris deterrere nos & minitari videmini, tamquam sicis patriae & Vrbi nostrae vltimum excidium illaturi: quae nos, Christo propitio atque custode (de quo scriptum est: Nisi Dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilant qui custodiunt eam) sicut haecenus non timuimus, nec modò timemus, credentes super sumus eius Angelorum custodiam, immò verò scientes, quod Saluator positus sit in ca murus & antemurale, id est Apostolorum munimentum intercessionum. Neque enim non legimus, aut oblitus sumus minarum Sennacherib Regis Assyriorum, & seruatorum Dei contra urbem Ierusalem & populum eius, quae non minores, nec pauciores minis vestris fuerunt. Et rursus miserationum Domini recordamur, & qualiter centum octoginta quinque millia hominum de castris Assyriorum interierint, & vrbs cum habitantibus suis euaserit, in mente recolimus, & gratias agimus, & spem sumimus, ac fiducialiter de domo Domini, si virtutem ipse donauerit, cultum Baal amouere curabimus, quoniam ipse est nunc qui tunc, ipse & in saecula.

Ergo ne velit minari puluis & vermis. Scriptum est: Quid superbit terra & cinis? Ne velit ampulla in aquis inflari, quia post paucillum, & ecce non est. Quid gloriatur in malitia qui potens est in iniquitate? Quid facturus est? occisurus est (verbi gratia dicamus) hominem? (quoniam amplius non habet quid faciat) & hoc vnus fungus facit malus. O Imperator, in hoc cene redacta est malitia hominis in iniquitate potentis, ut fungo malo comparetur? Heu quam inutilem potentem, heu superuacue gloriantem! Porro vestra potens virtus in Domino potius gloriatur, in bonitate laudetur, in iustitia exaltetur: non minas nobis, non terrores velit incutere. Nescitis enim (secundum Salomonem) quid superuentura pariat dies, & iuxta Psalmographum: Dominus dissipat consilia Gentium, reprobat autem cogitationes populorum, & reprobat consilia Principum.] ita planè accidit, cum qui occidere minatur, occiditur ipse à suis post annum sequentem. pergit: Praesertim cum inter nos & vos non modica sit intercapedo, quae quotidie populos non paucillas vobis iniurias immò discrimina inferentes producit, & de his vos conueniat potius quam de nobis vlcisci: nos enim apici gloriae vestrae non damna, non conuitia, non prorsus vllas (quod absit) iniurias irrogauimus. Verum tamen quamdiu subsistemus, ministerium nostrum honorificabimus. Antecessorum vestigia nostrorum sectabimur, Ecclesiarum cunctarum sollicitudinem baiulabimus in eo, qui nos confortabit Domino Deo nostro IESU CHRISTO.

Quid seuiunt homines? Quid mali fecimus nos? Certè non Cretam inuasimus, non Sicilia exterminauimus: non innumeras Graecis subiectas prouincias obtinuiimus: postremò non Ecclesias Sanctorum, interfectis numerosis hominibus, ac suburbana Constantinopoleos, & quae muris eius penè contigua incendimus. At verò de istis nulla sit vltio, qui pagani sunt, qui alterius fidei sunt, qui inimici Christi sunt, qui veritatis ministris iugiter aduersantur. Ita Nicolaus eiusdem Imperatoris suggillans ignauiam, quae aequè Graecorum historici omnes sunt detestati. Pergit verò: Et nobis qui Dei gratia Christiani sumus, qui ex parentibus Christianis extitimus atque Catholicis, qui vnus eiusdemque fidei dogmata credimus: qui serui vestri vocamur: qui veritatis cultores, quantum possumus esse desideramus, minae tuae tenduntur, terrores promittuntur, etiam nonnullae molestiae irrogantur. Non est iste ordo laudabilis: non est ista commutatio imitabilis, ut qui innumera mala ingerunt, impuniti euadant; & qui nihil mali gesserunt, pro his talia recipiant: & qui Christum blasphemant, dimittantur; & qui Christum celebrant, huiusmodi minis subiiciantur. Sed habemus ad quem respiciamus nos, habemus in quo nos cõsolemur. Fecerunt enim

Cc 4 hoc

^a Mis. 27. hoc & Iudaei, a latronem dimittentes & Saluatorem tenentes: occiforem iustificantes, & A viuificatorem condemnantes: Barabbam liberantes, & Christum morti subdentes.]

XCVI. His ita derisis, Pontifex ad causam Ignatij conuertit iterum stylum, liberaliter offert, licet non teneretur, iterare causam iam ab Apostolica Sede iudicatam; liberaliter, inquam, concedit ac praecipit id ipsum iterari Romae iudicium, vt tam Ignatius quam Photius se eo ad causam dicendam conferrent. Quod si ipsi venire nequeant, id per Vicarios mandat impleri. nam subdit: Porro si venire illi per se nequeunt, primò quidem ipsi cuius rei causa venire non valent, nobis per satisfactorias litteras indicent. Deinde veniant de his qui cum Syracusano Gregorio sunt quotquot voluerint, vices ceterorum tenentes, qui ipsius sunt partis. Mittantur etiam de parte Ignatij Archiepiscopi quidam, Antonius Cyzici, Basilus Thessalonicae, Constantinus Larissae, Theodorus Syracusanorum, Metrophanes Smyrnae, & Paulus Episcopus Ponti Heracleae; Egumeni autem Nicera Chrysopeleos, B Nicolaus Studij, Dositheus Osiy Dij, atq; Lazarus presbyter & monachus, qui dicitur Caazaris. Qui nisi fuerint missi, suspectos vos redderis, quia hos, in quibus certificari possumus, à nostris obutibus subtrahere studiosè curatis. Et ideò neminem ceterarum partium admittemus, nisi fortè quos ex latere vestro destinatos esse, veraciter valeamus cognoscere. Quibus ex vtraque parte conuenientibus, & coram nostra praesentia ac fratrum & Coepiscoporum nostrorum auditis, quid quaestionis inter vtramq; partem emerferit, facilius agnoscamus, & canonicè definiamus, &c.] rursus verò post multa in commendationem iustitiae ab Apostolica Sede ministrandae locutus, ad eundem rursus conuertit sermonem, optans reddere mitem, quem ex litteris nouerat furore commotum, dicens:

XCVII. Nolite indignari, nolite aduersus nos frustra causari, nolite peruersorum hominum verba libenter audire, sed potius nos audite. Nolite minas praetendere: quoniam nec illas (Domino protegente) metuimus, nec per has praecipua vestra, nisi diuinis fuerint iussis ornata, faciemus. Parati autem sumus propter veritatem sanguinem nostrum effundere, siquidem plebem diuinitus nobis commissam nec vobis nec vlli vestrum, proptio Christo, trademus. Vestrum autem est considerare, vtrum quod * meditamini valeatis necne perficere. Cogitate itaque dies antiquos, & annos aeternos in mente habetote. Et quid Imperatores qui persecuti sunt Ecclesiam Dei, & maxime Ecclesiam Romanam, id est Nero, Diocletianus, Constantius, Anastasius, & ceteri moris eorum perturbauerint, & vbi modò iint, attendite diligenter, & quantum sit in Ecclesia Dei execrabilis fama eorum, & nomen detestabile, sapienter aduertite. Quanta autem Dei cultorum Augustorum, qui Ecclesiam Dei exaltauerunt, & praecipue Romanam, Constantini & Constantis, Theodosij quoque maioris & Valentiniani & ceterorum laus in vniuersa Ecclesia D polleat, & eorum praecordia vbique personent, & nomen eorum inter sacra mysteria impraetermissè commemoretur, attentius & sedulè recordamini, sicque nos audire illos imitantes fatagite. Patres enim vestri per gratiam Christi sumus, & vos tamquam charissimos diligimus filios, nec possumus vobis nisi viam veritatis ostendere: terrenam gloriam vestram augeri diuinitus exoptamus. Sed quid peccamus, si caelestem ac aeternam vos capessere nihilominus exoramus?

XCVIII. Quapropter attendat clementia vestra, quantus fuerat erga Sedis Apostolicae reuerentiam antecessorum vestrorum piorum Imperatorum, & praecipue quos longè superius memorauimus, amor & studium, qualiter eam diuersis priuilegijs extulerint, donis ditauerint, beneficijs ampliauerint. Qualiter illam litteris honorauerint, eius votis annuerint, instituta perficienda mandauerint, orationes petiuerint, fidem sectandam decreuerint. E Qualiter etiam legibus suis pro adunandis ei Ecclesijs promulgauerint, pro colligendis Concilijs ac proferendis sententijs non imperauerint, sed precati & hortati solùm extiterint, & quae illi decreuerunt, ipsi conenserint, & quae illi damnauerunt, ipsi respuerint. Sic ergo fili charissime, sic & tua sublimitas non ex parte ingratorum & inobedientium filiorum existens (quod abfit) sed inter ceteros Dei cultores Augustos imitator, quae decreuimus de Constantinopolitana Ecclesia, obedienter attendat, &c.] Post nonnulla autem: Et si cunctis, inquit, generaliter sacerdotibus diuina tractantibus Fidelium conuenit corda submitti: quanto potius Sedis illius Pontifici consensus est adhibendus, quem cunctae Ecclesiae generalis iugiter pietas celebrauit? Vnde clementia vestra euidenter aduertit, numquam quouis penitus humano consilio eleuare se quemquam posse contra illius priuilegium, vel confessionem, quem Christi vox praetulit vniuersis, quem Ecclesia veneranda

INDVLGET
VT IUDICA
TA CAUSA
IGNATI
ITERVM IV
DICETVR
ROMAE.

*al. mina
mini

ADMONI
TIO AB EX
EMPLIS.

QVAM IM
MANE SCE
LVS ROM.
PONTIFICI
NON OBE
DIRE.

Aranda confessa semper est, & habet deuota primatem. Impelli non valent humanis praesumptionibus, quae diuino sunt iudicio constituta.] Et post multa id genus inculcata, clausula tandem epistola, eidem euifmodi contestationem affixit, quod timeret, ne, sicut alia, ab interprete vel alio falsaretur:

Quisquis hanc epistolam nostram Constantinopoli legerit, & Augustissimo filio nostro Michaeli quidquam ex iis quae scripta sunt occultauerit, ne locum apud illum possit inuenire sufficientem, anathema sit. Quisquis etiam interpretatus eam fuerit, & ex ea quidquam mutauerit, vel subtraxerit, vel addiderit, praeter illud quod idioma Graecae dictionis exigit, vel interpretantis scientia intelligendi non tribuit, anathema sit.] Ita sanctissimus Pontifex, quod experimento didicisset, falsatas fuisse missas ante has litteras in Orientem, vt suo loco fufius est demonstratum. At non satis fuit eidem sancto Pontifici contrarijs litteris confutasse blasphemias litteras Imperatoris, sed iudicauit eas omnino dignas incendio, idque ipsi Imperatori faciendum praecipit, quod si negligeret, id Romae solemni ritu à se faciendum esse denuntiat. Sed audiamus ipsum, qui in litteris anno sequenti per suos Legatos ad Imperatorem missis haec habet post multa in detestationem earundem litterarum inculcata:

Deniq; opinati sumus, & nunc nihilominus opinamur, quod pietas vestra tandem aliquando resipiscat, & de Ecclesiae Constantinopolitanae restaurando statu, nobis salubria suadentibus acquiescat, sicq; demum omnia scripta, quae male sunt compilata non solum aduersum nos & hanc sanctam Ecclesiam, verum etiam contra fratrem nostrum & comministrum Ignatium, coram vniuersa Imperij sui multitudine igni tradenda decernat. Alioquin iam cunctis Ecclesiae Fidelibus quae foret Apostolicae Sedis auctoritas, vel quae fabricatoribus mendacij, seu inuentoribus peruersorum dogmatum immineret vitio, profecto patesceret. Impossibile est enim (quamquam nostras nos speciales iniurias curare floccipendamus) vt tantorum ac talium sanctorum Patrum & propugnatorum Catholicae Ecclesiae, ac destrutorum diuersarum haeresum, atque defensorum Orthodoxae Fidei blasphemias equanimiter sustineamus, vel etiam tantae Sedis, siue tam excellentis Ecclesiae Romanae, cui Deo deseruimus auctore, contumelias perferamus.

Verum quamuis & de nobis humiliter sentiamus, nec tamen, conscientia dictante, vera esse quae vos de nobis perhibetis, asseueramus, sed vt diximus, ea postponentes, illa potius quae Iesus v Christi sunt, inuestigamus. Et si male congesta aduersus eius famulos, aduersus eius ordinationes, aduersus eius dispositiones, stabilita priuilegia reperiuntur, nulla patientia toleramus, verum etiam conflatibus tantae peruersitatis dignam vicissitudinem reddere necessariò meditamur: nimirum ne hos quis impunitos intuens, aut nuuc, aut futuro tempore deinceps talia praesumat praestigia falsitatis componere, vel commenta blasphemiarum huiusmodi figmentis contradicere. Quapropter, Imperator sublimissime, diligenter propter Dominum inquirentes atque scrutantes, si vestra illam non fuisse praecipione tam caenosam inueneritis confectam, immò toxicatis syllabis infectam epistolam (vt interim de tot praestigia textentium poena taceamus) quam illi vobis zelo veritatis flagrantibus inuoluere: conuenit saltem huius socia accepta, & palam cunctis igne succensa per Augustales vestros tam nobis quam omnibus, ad quorum notitiam peruenit, destinatos apices competentis satisfactione, à tam peruerso sensu, & tam profanis adinventionibus, quod à sensu vestro non fuerit commentis tradita, vos exhibere prorsus immunes. Iam verò si vobis in multis huiusmodi sollicitudinibus occupatis surreptum est, vt talia scribere mandaretis: ne pigeat clementiam vestram hoc etiam ipsum humiliter confiteri, & legibus vestris, vt huiusmodi scripta nullius habeantur momenti, decernere, ita vt penes quem reperta fuerint, impunito non euadente, ipsius quoque saepe memorata & semper execrandae epistolae vel exemplaris eius apices (intemerratis pro reuerentia manentibus sacris dictionibus) flammeo dedantur igni voranda; vt à sinistra opinionis naeuo, quem ex blasphemij scriptis incurreretis, cauere valeatis: & ingrati filij circa Matrem vestram, ex qua imperandi fastigium vos & patres vestri ordine caelitus disposito, percepistis, nullatenus appareatis.

Sin autem, scitote quoniam postquam in hac vos pertinacia persistere finetenus velle comperimus: primum quidem congregatis cunctarum Occidentalium regionum venerabilibus sacerdotibus, dictatoribus & dispositores, atque praecipitantes tantae fallaciae, seu crudelissimae derogationis Sanctorum vel paternarum traditionum, ab omni Christiana compage

XCIX.
CONTESTA
TIO APPO
SITA LIT
TERIS APO
STOLICIS.

C.
IGNI TRA
DENDA
SCRIPTA
IMP.

CI.

CI I.

CHRISTI
865.NICOLAI PAP.
8.LVDOVICI II. IMP. 10.
MICHAEL. III. IMP. 24.

compagne remotos, Apostolica freti auctoritate diris anathematis vinculis innodabimus: A
necnon & Patrum & prædecessorum meorum secuti vestigia, qui soliti sunt etiam nume-
rosorum Concilia nequiter celebrata cassare pontificum, si qua locia sunt crebrò dictæ
vel exemplaria fortassis epistolæ, quin potius non solùm hæc, sed & omnia scripta, quæ
vel aduersus fratrem & Coëpiscopum nostrum Ignatium iniqua confecta, vel aduersum
nos causam illam canonicè prosequentes furiosè deprompta sunt, perenni damnationi
mandabimus. Deinde verò decernentibus nobiscum & simul considerantibus iisdem
sanctissimis fratribus & Coëpiscopis nostris, ipsam epistolam in stipite, videntibus cun-
ctis, suspensam, vasto supposito foco, ad vituperium vestrum coram omnibus nationi-
bus, quæ penes Memoriam sancti Petri multipliciter inueniuntur, extremæ perditioni
donabimus. Quatenus his ritè patris, discat pius quod amet, & crudelis quod timeat.
Nam tot & talia blasphemiarum commenta, quin potius veracium litterarum depraua- B
tiones audisse & tacuisse, * cohibuisse est.

*al. commi-
nuisse

C III. Quamobrem, venerabilis Imperator, valde mihi, sicut ipse comprehendere poteris,
cauendum est, ne si nos præstigijsorum figmentis minis celeriter obuiauerimus, tam-
quam vera recognita, vel comprobata hæc admisisse, fallaciter apud stolidos æstimemur.
Nec possumus in Ecclesia Dei dissimulando tam spurca relinquere germina, quæ ante-
cessorum nostrorum beatissimorum Pontificum tempore, aut numquam exorta, aut cer-
tè si vnde cumque vel quomodocumque exorta sunt: eorum iudicij ligone, antequam
proficerent, radicibus extirpata sunt. Destrute ergo vos & dissipate illa; alioquin à nobis
fore destruenda, seu funditus dissipanda modo quem prædiximus, antè noscite. Quamuis
antequam nos ista vobis scriberemus, quæ nunc sublimitatem vestram hortamur, hoc
vos facturos esse putarem. Sed quia quod putatum, nullum effectum hactenus habuit: C
idcirco nos salutem vestram illam manere volentes, vt hoc nunc saltem agatis, affectu
paterno monemus. Alioquin, vt iam præfati sumus, sic Deo fauente, de cetero vigilabi-
mus, & studiis quibus possumus, insistemus, vt inter exanimis computentur, qui auctori-
tatem Petri non senserint, immò Dei hanc ordinantis in Petro non intellexerint. Ita vt
nec ista, quæ perniciosè compilata sunt defendere, sed nec his similia scripto tradere, vel
in mente voluere quis vterius audeat. Non enim figmenta, quæ ordinatione Dei resi-
stunt, quæ Euangelicis vocibus contradicunt, quæ sanctorum Patrum definitionibus ob-
Nos tamen inter ista, vix vnum cursorem, religiosum videlicet presbyterum Theodoricum nomine, compendioso itinere cum prosecutione praesentium litterarum ad vestram dirigere potuimus clementiam; praesertim cum in desiderantissimo voto habeamus tales Legatos dirigere, qui vt decet summum Pontificem, multiplices replicent mercedes, quod tam pie ac misericorditer nobis & Ecclesiae nostrae perpetuum munimen porrigere decreuistis. Et mihi in ipso margine praesentis vitae constituto, nullis exigentibus meritis, absolutionis ac benedictionis optata remedia contulistis, more scilicet B veri Samaritani. Igitur Archiepiscopos & Episcopos scripta beatitudinis vestrae acriter ac multipliciter reprehendunt, pro causa videlicet Senioris nostri gloriosi Regis Hlotharij, ibique praecleara dispensationis Ecclesiasticae dogmata admodum propinantes fulgido viuidoque mentis robore, principem pastorem vos diligere declaratis, & curam pascendarum ouium lucidissime gerere testamini; quippe corpus Christi, quod est Ecclesia, per illum & ipso salubriter exornare satagitis, & reuera erga commissum gregem perspicacibus excubare vigilis non negligitis. Vnde manifestum est, quod claritas superni luminis peruigilem circumfulget pastorem, immò, vt credimus, aethereo aneglicae consolationis blandimento solatiatur. Quocirca nos cum caelico agmine Gloriam in excelsis Deo canimus, & de vestra sancta piaque sollicitudine modis omnibus congratulamur, quippe qui eisdem apicibus de excommunicatione Vualdradae multipliciter intimastis, pro eo scilicet C quia impoenitens permanere proponens à vobis salutis suae remedium ad Limina sanctorum Apostolorum veniendo, vt statutum fuerat, minime postulauerit. Eandemque vestrae sanctitatis epistolam, & excommunicationis tenorem, vt ostendere & manifestare studeamus, auctorabiliter praecipistis.

Interea per inseparabilem sanctam Trinitatem nos omnes pariter obsecrantes terribiliter monuistis, vt litteris nostris sine mora per Legatos nostros idoneos directis, vobis veraciter indicemus, si secundum iuramentum praestitum coram Misso vestro, noster Senior cum Theutperga conuerteretur, & si ita illam tractet, quemadmodum Rex legitime sibi coniunctam debet tractare Reginam. Et qui sint illi, qui adulteris, vobiscum sentientes, nullum consentiant praestare fauorem. Hæc itaque vestrae beatitudinis instituta zelo Dei accensa, quia sancta sunt ac salubria, reuerenter hausimus, & lacrymoso mentis D oculo contemplamur: in his plurimum considerantes vestrae sanctissimae auctoritatis robustissimum onus, quod * faustissimum ferentibus praemium largiter, & benè certantibus repositam iustitiae coronam à iusto Iudice reddendam pollicetur. Nobis igitur parvulis, & peccatorum spinis cooperatis erit petra refugium, & in Christi Fide saluabimur. Nos enim tamquam homines faciem solum modò intuemur, & de pia conuersione ac probo studio, simulque emendatiori vita in omnibus congaudemus, assiduis votis exorando, vt de fonte totius bonitatis origines & germina virtutum irrigentur, & vsque ad maturos boni operis fructus aptis perueniant incrementis. Verum noster Senior Hlotharius gloriosissimus Rex saluberrimam & continuam beatissimi Apostolatus vestri admonitionem humiliter atque obedienter excipiens, iuxta decretum excellentiae vestrae, postquam reuerentissimus Legatus vester Arsenius Episcopus & Apocrifarius vestrae sanctae E Sedis à nostris finibus remeavit, nullum omnino accessum ad Vualdradam habuit, sicut multorum fatetur assertio, & multorum testimonium ad stipulatur; & vt nos veriori experientia inuestigare valuimus, in nullo prorsus colloquio per tactum vel visum illa frui voluit, vestris per omnia de illa obediens decretis; memoratamque Vualdradam protinus ipsi in partibus iuxta vestram praecceptionem per internuntios item agere iussit, & modis omnibus satisfactiois, & salutis suae remedia à vestra pia sollicitudine studiosissime ac continuè quaerere praecipit.

Igitur Theutpergam Reginam noster Senior ad praesens ita tractare cernitur, sicut Rex coniuictam sibi debet tractare Reginam, videlicet ad diuinum officium pariter honorificè comitantem, & in mensa * Regina simul coniuientem, atque vt relatio innuit, coniuigalis habitus debitum soluere hilariter praetendit. Mea quippe paruitas illum in familiari soliloquio adiens, ac fidelitatis debitum soluens, iuxta hominis valentiam, nihil

CHRISTI
866.NICOLAI PAP.
9.LVDOVICI II. IMP. II.
MICHAEL. III. IMP. 25.

in illo contra vestrae auctoritatis decreta sinistram inuenire potui, sed pollicetur omnimodis pacifice & humiliter ad vestram se iturum praesentiam, ac deinceps vestris sanctis consiliis ac monitis per omnia parere velle. Qui sunt autem illi, qui vobiscum sentientes, adulteris nullum consentiunt praestare fauorem, solus ille nouit, qui cordis rimatur arcana. Immo sancta Mater Ecclesia, quia probi doctores sunt & veri speculatores, cum principe pastorum Christo euidenter iustificat, & omni laude dignis aeternae beatitudinis praemia promittit.

XXXVI.

Itaque vnusquisque nostrum, siue sit excusabilis, siue inexcusabilis, pro se rationem reddat, quia iuxta vestrae sanctitatis decretum, qui illi agere & intrinsece postposuerit quae iussistis, ipse se obnoxium & fautorem adulterorum palam ostendet. Omnes enim Episcopali ordine constituti omnem iniquitatis viam odio habere cupimus, & continuis votis, vt in bonis crescant, fideliter exoramus. Meam vero quantitatam vobiscum canonicam semper, & in omnibus sentientem multis fateor excessibus praegravatam, ac in Ecclesiastica sollicitudine minus quam necesse esset, idoneam: & vt ita dicam, arumnosae atque calamitose vitae discrimina minus valide ferre valentem, ab omni tamen huius reprehensionis contagione, teste rerum omnium Conditor, profiteor immunem. Neque enim, vt putatur, postquam huius latebrosi erroris caligo deterfa est, ammodum silui, sed Euangelica atque Apostolica documenta fidenter exposui, & iuxta vocem Prophetae, speculantis more periculum nuntiaui. Sed omnipotens Deus suo occulto iudicio vestrae dignitatis prerogatiuam speciali dono insigniuit, vt virus, quod pene totum Ecclesiae corpus infecerat, praecellentissimi Apostolatus vestri antidoto mederetur, vestraeque Deo digni Apostolatus tuba, muros Iericho circumiens, & arcam Dei robustissime ferens, elationem mundi eiusque cassanda molimina increpitando prosterneret.

XXXVII.

Porro tamquam vero ac pio medico, omniumque Ecclesiarum Dei in toto orbe terrarum consistentium magistro, meae imbecillitatis tedium veraciter & humiliter pandere fatius arbitrator, obsecrando, & submisise petendo, vt me in membris Christi vltimum, vobiscum tamen in vinea Christi fideliter laborantem, nullatenus vniquam suspectum habere dignemini vel fautorem vitiorum, sed vobiscum confidenter agonizantem futurum arbitremini, nec placet iam vestrae angelicae serenitati nos omnes aequaliter culpari, qui aut in conspectu cuncta cernentis, vere fatear, auxiliante pastorum Principe, ab huiusmodi nefario nauo me excusabilem reddere nullatenus parvipendo: & nisi vilis litterarum gerulus vestro Deo digno Apostolatu sanctisque obtutibus videretur abiectionis, quocumque modo eligitis, poterit probare quod scribimus. Illum enim, vt praetulimus, non ex voto, neque industria, sed sola hostili expeditione cogente direximus, quem remissioribus vestri eminentissimi apicis pennis non dedigaetur vestra pia paternitas benignè respicere, & eius breuissima in momento audire propter illius amorem, qui leprofos non dedignatus est tangere. Omnipotens Deus tantum tamque clarum nimiumque desideratissimum Pontificem nobis diu conseruare dignetur iacolumem. Amen.] haec Aduentius in excusationem Regis & Episcoporum.

XXXVIII

Sed & quod minaces valde ad ipsum Lotharium Nicolaus Papa litteras scripserat, quibus & Regni iacturam fuerat interminatus: ipse ad eum summissas admodum & officij plenae litteras reddidit, quibus cum se in primis excuset, Cancellarium Regni ad ipsum dirigit, qui praesens ei de omnibus satisfaciatur. Epistola autem ipsa Lotharij ex eodem codice Treuirensi accepta sic se habet:

LOTHARII
EPIST. APO-
LOGETICA
AD NICOL.

Sanctissimo & perbeatissimo summo Pontifici & vniuersali Papae Nicolao, Hlotharius diuina praeuente clementia Rex, summae felicitatis & praesentis prosperitatis pacem & gloriam.

Postquam nobis gratuita misericordia Dei Regni gubernaculum commisit, more praedecessorum nostrorum, Christianissimorum videlicet Principum, semper & in omnibus sublimandam beati Petri Apostolorum principis Sedem, vestrique Pontificij Deo dignum apicem, vt dignam est, reuerenter dileximus, atque instanter illam exaltare, quantum in nobis, paratissimi fuimus; & de vestro tamquam spiritalis patris regimine spiritalia ac salubria inhianter audire desiderauimus: immo quasi de paradisiaco fonte, vitae pocula in posterum haurire parati sumus, quippe puram nostrae mentis aciem, quasi ad aethereum iubar, & totius sanctae Dei Ecclesiae pharum ad custodiam gregis Christi in eminentissimo apice constitutum confidenter & humiliter direximus. Sed quod non

modicè

CHRISTI
866.NICOLAI PAP.
9.LVDOVICI II. IMP. II.
MICHAEL. III. IMP. 25.

A modicè plangimus, vestrae pia paternitatis circumspecta sollicitudo vltra quam nobis necesse esset, amulorum vocibus credula, paternas increpationes nuperrime, & inopinatè excepimus. Reuerà quia meliora sunt vulnera diligentis quam oscula inimici, quidquid nobis à vestra pia paternitate dirigitur, vltra quam credi potest, omni melle dulcius, omni thesauro charius in palato nostrae mentis dulciter saporatur, & in arca nostri pectoris reuerenter amplexamur.

Denique Principem pastorum vos diligere declaratis, & veram pascendarum ouium Christi curam gerere testamini, qui vobis in Petro loquitur: Si diligis me, pasce oues meas. Libenter enim vestra pia monita audimus, & quia Deo placita sunt, nostraeque saluti congrua, desideranter amplectimur: multò magis cupientes vestro documento instrui, & ad meliora prouehi, quam iuxta amulorum diffamationem in prauitate delectari: quod lucidissime claruit, cum coram vestro Legato, vestris parendo iussis, humiliter colla submissimus; confidentes apud vestram paternitatem esse susceptos, cum semper optemus ad vestram dilectionem pertingere, ac deuotis obsequiis ad vestram gratiam propinquare. Siquidem magno desiderio accendimur, ad beatorum Apostolorum Limina & ad vestram charissimam paternitatem nostram praesentiam exhibere; sed variae incommoditates nostram deuotionem hactenus prohibuerunt; sperantes nimiumque volentes, hoc citius, Domino donante, implere.

Interea prudentissima sanxit antiquitas, & sanctorum Patrum Spiritu Dei condita regula euidentissime testantur, quod accusatoris & accusati voces veraciter audiri debeant, vt sub introducto veritatis testimonio, nocens & innocens iusto iudicio examinentur. Quapropter quamuis non corpore, spiritu tamen praesentes, solo tenus ad vestra sacra signa prouoluti humiliter precamur, vt accusatores nostros, qui non manifeste, sed occultè nostram serenitatem, quantum in ipsis est, lacerare in vestris auribus, audivissima cupiditate illecti non cessant, ex diuina & vestra auctoritate accersiri placeat, vt in vestra praesentia rei veritas probabiliter ac legaliter pateat. Quippe non erit difficile vestrae auctoritati, in tanto temporis intervallo accusatores ad rationem inuitare, quos importunos atque infestos in nostra infamia patienter ferre dignamini, & secundum sapientiam vobis caluitus collatam, de incertis ac dubiis longanimiter iusti Iudicis patientiam imitamini.

Interim ergo humiliter vestrae paternitati ac bonae fidei nos committimus, vt nullo modo dubiteris, quoniam quidquid nobis mandare curastis, pro viribus annuente misericordia Dei obseruare decernimus; nec vos aliter omnino à veracibus inuenietis, praeuente misericordia Dei. Nam si fallaces & inuidi aliquo modo vobis aliter significare conantur, & sinistram aliquid falsa interpretatione inuenerint, nequaquam mendosis suspitionibus acquiescatis, quia nos, sicut scribimus, credibilibus ac certis indicis approbamus. Vnde, siquidem vos per idoneos Legatos certificabimus, mittentes illos ex nostro generali Concilio, quod vna cum Episcopis ac reliquis fidelibus nostris, mediante Iulio mense celebrabimus. Nam vti antecessores nostri sanctissimorum praedecessorum vestrorum monitis obedierunt; ita nos etiam coram excellentia Apostolatus vestri nos humiliare, atque in omnibus vestris paternis monitis absentibus, seu praesentibus promptissimo parere cupimus animo. quod olim secundum vestram voluntatem coram Legatis vestris egimus. Perpendite itaque quod nullus coequalium nostrorum vestrae paternitatis vniquam diligentius atque honorificentius tractauerit Missos, quam nos fecimus, dumque spiritus nostros vegetauerit artus, Deo propitio, faciemus.

Quamobrem cernuo lumine vestram affatim deposcimus paternitatem, vt dum nos vobis Missisque vestris, vt ita dicamus, maioribus, seu minoribus, per omnia, super omnes coequales nostros obedire volumus, non aliquem nostri, Deo miserante, consimilem super nos extollere, aut terrae praepone re vestrae libeat paternitati; ne forte ipsi talem contra nos moliri velint causam, quam tolerare non valentes, pro regio munimine, inter nos aliquod scandalum euenire possit. Nam si vestra paternitas aliquid nobis nuntiare decreuerit, Legatos aut certè litteras mittere placeat; praesertim cum numquam vestrae beatitudinis iussa despexerimus; sed modis omnibus veneramur, amplectimur, atque diligimus: nulli prorsus homini subiecti esse volentes nisi Deo & sancto Petro, ac ceteris Sanctis, vestraeque paternitatis culmini, mi pater & domine, in quo, vt praetulimus, post Deum & Sanctos eius nostrae salutis spes multipliciter manet: quodcumque significaueritis, aut per vestros, aut per nostros Legatos, seu per litteras, pro amore Dei

& Apo-

* locus ob-
secutus.

& Apostolica reuerentia libenter obedire volumus propter vos, * nisi quantum, & ipsi A nobis. Scimus nimirum qua intentione, nec latere poterit quorundam inuidia, atque potestas contra nos defudat, omnia argumenta occasioneque inquirens accusandi, atque nocendi. Sed absit à mea Christianitate, ut talis sit nostra intentio, tam praua conscientia, & iniqua studia, sicut à talibus mendosè narratur, quia licet me peccatorem esse recognosciam, tamen prauæ voluntatis fore non permittit bonitas omnipotentis Dei, de cuius misericordia & auxilio nequaquam diffido. Præterea quicumque vobis hoc dixit quod ego, postquam Arsenius à nobis separatus est, cum Vualdrada in aliquo loco conuersatus fuerim, aut postquam ab Italia reuersa est, vllum mutuum accessum, tactum, vel visum inter nos habuerimus, penitus mendacium est.

XLIII. Sed ut experiarur paternitas vestra velle in omnibus nos vestræ obsequi voluntati, hoc ipsum pro vestro beneplacito præfens Legatus noster Grimlandus nomine, ac dilectus B Cancellarius regiar dignitatis coram vobis approbare poterit. Agat igitur vestra sanctitas circa nos, ut credimus cum omni benignitate ac moderatione, ut non nobis aliquando impropere vllus possit, quod vobis nostrum negotium cum tanta fiducia semper commisimus. Optamus sanctissimi Apostolatus vestri sublimissimum apicem semper & in omnibus vigere feliciter.] hætenus Lotharius, quem in omnibus suis epistolis, cum de falsis accusatoribus queritur, certum est intelligere Carolum Caluum patrum suum, quem inhiare vniuersi Francorum Regni monarchiæ, pluribus euidentiore signis ostenderat, quod & post mortem ipsius Lotharij re ipsa omnibus patefecit.

XLIV. Cùm verò Episcopi, qui in eiusdem Lotharij Regno essent, id pensitauerunt, & vanè sperare Carolum in populi & Episcoporum defectione scirent; quàm essent animo constanti erga suum Regem, datis litteris ad Episcopos in Regno Caroli constitutos, C significarunt. Epistola autem illorum ex codice Treuirensi accepta sic se habet:

EPISTOLA
EPISCOPO-
RVM LO-
THARIEN-
SIS REGNI.

Sanctissimis ac venerabilibus in Christo fratribus & Coëpiscopis in regno præstantissimi Principis Karoli habitantibus, vnanime Episcoporum Concilium in Regno gloriosi Regis Hlotharij degentium, copiosam in Saluatoris nostri gratia felicitatem, atque perpetuam salutem.

Nouit vestra veneranda fraternitas, quod annis nuper præteritis, crebrescentibus in hoc Regno tam intrinsecus quàm extrinsecus discordiarum tumultibus, omnis status nostræ Reipublicæ, & omnis pax & securitas pænè in ruinam fuerit sublapsa: vbique luctus & calamitates, vbique dispendia, & vastationes, homicidia quoque & incendia atque innumerabiles scelerum facies inoleuerunt, propter dissensiones, & iniustissimas ambitiones, propter quosdam in populo susurriones, malorumque inuentores, facibus cupiditatis atque inuidiæ stimulis exardescentes. Sed instantibus piæ deuotionis atque ad Dominum precibus, & condolentibus orationum gemitibus, misertus est plebis suæ Dominus, ac tenebras afflictionis conuertit in claritatem exoptatæ vtrumque serenitatis. Quid ergo retribuemus Domino pro tantæ misericordiæ beneficio, nisi condignas gratiarum actiones, ipsius inestimabilem deprecantes clementiam, ut pacem & concordiam, quam in populo suo quantulumcumque florere concessit, auferre non sinat, quatenus electum sibi populum per pacem transitoriam ad æternæ pacis gaudia perducatur? Etenim inimici pacis & impugnatores Christianæ concordie ac securitatis orandum est, ut à laqueis diaboli resipiscant, & viam pacis cognoscant ac firmiter teneant.

XLV. Audiuius enim quod quidam in his partibus vestro Principi nitantur persuadere, ut Regis nostri Regnum quolibet modo acquirat, ipsumque nostrum Principem quasi E despectum, & à suo populo derelictum patrio Regno expellat. Sic & de vestro domino Rege Carolo perfidi & maligni homines voluerunt, confingentes, quod etiam ipsi Episcopi eum deserere, ac Regno expellere voluissent: sed mentita est vox vana sibi. Nam ille Princeps eximus ab Omnipotente subleuatus, & à fidelibus adiutus, non solum Regnum non amisit, sed & suos inimicos iudicio Dei repullos, & confusione plenos inde effugauit.

XLVI. Porro fatemur, quia nostro Regi fideles sumus, & esse cupimus, cui videlicet fidem de manu patris in Regem excepto constanter promissimus. Qui nimirum securi causa fragilitatis ac iuuentutis errauit, quod suæ ætatis hominibus frequenter accidit: hoc totum meliori consilio, ut confidimus, emendare concupiscit, quem nos quoque proculdubio salubriter correctum atque directum magis optamus retinere, & habere Principem,

A pem, quàm amittere, vel deserere. Et si forte sunt aliqui fraude, & infidelitate, siue cupiditate decepti, qui suo Seniori cogitent vel machinentur mala: vobis tamen non conuenit iugum ducere cum infidelibus. Numquid igitur pro nihilo sunt ducenda illa statuta, pacta, & iuramenta, inter ipsos Reges toties confirmata? absit, absit, ut coram Deo & Sanctis eius atque coram omni Ecclesia Catholica tantum offendamus, ut angelis satanæ tale gaudium faciamus. Non ergo iura fidei, atque Christiani sacramenti erga nostrum Seniore & Regem frangere possumus, ne cum mundo æterna supplicia persequamur. Præsertim cùm ipse Rex adolescentia, mobilitate, & astutia hominum aliquando seductus, nunc autem ad meliora conuersus, se totum, Domino præstante, Episcopis decretis, ac salubribus monitis, bonorumque consiliis aptare festinet. Vnde nos omnes in diuina misericordia spem propter tantæ deuotionis auspiciam habentes, ac firmissimè scientes, quod potens sit in ipso iuuenere implere qui operatus est bene velle; vestræ sanctitatis reuerentiam vnanimè admonemus, atque concorditer obsecramus, quatenus noceatis & corrigatis eos cum omni auctoritate, qui scandala & discordiarum semina in Dei moluntur populo. Mementote, domini fratres, quomodo parati fuimus aliquando vnà vobiscum ire contra omnia pericula, & mox facere quicquid vos voluissetis inchoare.

Nolumus itaque vestram latere præstantiam, quia quisquis inceptor malorum, quisquis feminator discordiarum, quisquis Ecclesiasticæ concordie disruptor fuerit, quisquis denique hanc tantulam pacem in his partibus Regni Domini pietate hætenus conseruatam perturbare tentauerit: horrendi anathematis ignominia subiacebit, & induetur sicut deploide confusione, & dies eius abbreviabuntur, atque æternum vix non euadet, nisi citò digna satisfactione semet emendauerit. Bonum nobis videtur, desiderantissimi fratres, ut hæc omnia nullatenus abscondamus, neque fileamus, sed inseparabili atque eluctabili sacerdotali auctoritate, qua ligandi atque soluendi potestatem à summo sacerdote Christo Domino percepimus, freti, anticipemus iniquam quorundam intentionem, malisque votis, ac prauis studiis tota virtute resistamus. Ita ut in his omnibus * aliud repant in nobis, aut sentiant homines, quàm cor vnum & animam vnã, quatenus mala, quæ cogitant, tanto minus iniqui homines se posse implere cognoscant, quanto nos in nullo illicito sibi fauere perspexerint. Proh dolor! cui infelix hominum audacia, quia statim non punitur, semet contra Omnipotentis dispositiones & ordinationes extollit; nec recogitat, quoniam ab ipso, & per ipsum, & in ipso est omnis potestas in cælo & in terra, cuius præcisa & prædestinata nullus mortalium, nec etiam totus mundus immutare potest? Et nunc charissimi, nos omnes vnanimè atque deuotissimè pro pace Ecclesiastica, & Regum nostrorum inuolabili concordia, summopere Altissimi clementiam imploremus, ne clarissimi Principes malignantium consiliis decipiantur; ne, quod absit, à mutua societate ac dilectione, siue consanguinitatis iure exorbitent, indeque ineffabilia mala longè lateque, immò vbique proueniant; sed miserante Deo de illorum pacifica concordia, & quæ sunt noxia euanescent, & omnia profutura succedant. Quod ipse præstare dignetur, qui in Trinitate vnus & omnipotens Deus viuunt & regnat per omnia sæcula sæculorum. Amen.]

Hoc eodem anno Nicolaus Papa indicit Concilium Suesionense in Galliis celebrandum decimoquinto Kal. Septembris, cuius rei gratia has litteras dedit ad Herardum Turonensem Archiepiscopum^a.

XLVIII. Nicolaus Episcopus seruus seruorum Dei, reuerentissimo & sanctissimo confratri nostro Herardo Turonensi Archiepiscopo, seu omnibus venerabilibus Episcopis dioceseos tuæ.

Quorundam à partibus Galliarum ad Limina vel Sedem confluentium Apostolicam relatione didicimus, fratrem nostrum Hincmarum Rhemensem Archiepiscopum quosdam clericos, qui de consecratione fuerant Ebbonis præcessoris sui, propriis gradibus pepulisse. Quorum deiectionem audientes, quia etiam nullo speciali priuilegio ad hanc curandam principaliter incitaremur, oppressis tamen subuenire, & ad exemplum Dominicum elisos erigere, & compeditos soluere nos oportet: operæpretium duximus in Archiuis sanctissimæ Romanæ, cui Deo auctore deseruimus, Ecclesiæ studiosius quærere, & si scripto fortè memoria quælibet apud nos siue de illis, siue de ordinatione ipsorum recondita, diligenter inuestigare; quod & fecimus. Siquidem ex his quibusdam, Domino reuelante, repertis, nihilominus etiam * esse illud, quod nobis ipse misit frater Coëpi-
scopus noster Hincmarus, videlicet in quo præsignati clerici degradati sunt, Acta relegimus,

XLVII.

* nihil aliud

^aEx biblioth.
Fab. Paris.DE CLERICIS AB
HINC MARO
DEPOSITIS.

* f. exemplū

mus, sed his omnibus, id est tam illis monumentis quae penes nos habentur, quam iis quae idem Antistes nobis destinavit, rite collectis, enucleateque recensitis, nondum liquido pater, eosdem clericos regulariter gradu proprio caruisse; verum nos nec hos inter in iustificamus, nec pro hoc quempiam condemnamus, nec facile vocem ipsorum spernimus, nec reuerentiam iam dicti fratris improuide reprehendimus. Illud quidem, ne obturare aures ad clamores pauperum, id est humilium, dignoscatur: hoc verò, ne de incognitis immaturè iudicare quidpiam videamur. Proinde necessariò epistolae nostrae salubribus eundem communem fratrem nostrum hortati sumus affatibus, uti commemoratos viros, Vulfadum scilicet, collegaeque ipsius, clementi animo & tranquilla studeret magnanimitate vocare: depositaque omni funditus animositate, de restitutione ipsorum secum fraternè tractare, atque misericorditer consummare contenderet. Laudabilis quippe iudicauimus, ac coram Domino acceptius esse credidimus, si respectu diuinitatis interrogata conscientia, solus illorum restorationem sine quauis ipse refragatione benignè admitteret; quam si prius renitens, decocta tamen iustitia tum vltus hanc postea sequeretur.

*f. inuitus XLIX.

CONCILIUM SVESIONE INDICITVR.

*f. vobis *f. Hincmaro, & *f. iubentes

Iam verò si hunc flecti ad hos munda conscientia non permittit, praecipimus vos vnà cum ceteris Archiepiscopis & Episcopis Galliarum & Neustriæ, quibus tam è possibilitas est; in idipsum cum praedicto fratre & Coepiscopo nostro Hincmaro & suffraganeis eius apud Sueffonicam urbem pariter conuenire; ad quorum venerandū conuentum Vulfadum quoque cum iam praesignatis paribus suis vos astare proculdubid volumus. Siquidem omnibus tā ipsi crebrò nominato visitati reliquis Archiepiscopis & Episcopis Vulfado & focis eius . . . hoc iubente litteras destinauimus, vbi canonicè per ordinem cuncta quae in eis gesta sunt examinantes & subtilius inuestigantes, si de illorum reformatione iustum quid vel pium censueritis, sine contradictione perficite, & eos in suis ordinibus restituite. Praeterea si disceptantibus & fortassis alia atque alia decernentibus vobis, praefati deiecti Sedem Apostolicam appellauerint, & eius speciali se iudicio damnari vel absolui petierint, praecipimus vt si saepedictus frater & Episcopus noster Hincmarus, vel Vulfadus aut focij eius, ad nos per se venire non possint, Vicarios suos ad hoc negotiū ventilandum & finiendū mox post consummatum Conciliū xv. Kal. Sept. praesentis XIII. Indictionis, auctoritate nostra collectum, eorum praesentatos nobis personas, nullam penitus excusationem praetendentes, vtrique ad Sedem beati Petri transmittant. In quo ne fortè sinistra cogitatio subrepat, dicens eosdem remotos dandos vllam iam vocem proclamationis habere, pro eo quòd anni metas tempus deiectionis eorum excefferit; sciendum nil tale in Canonibus, vbi de appellationibus ad Romanum Praefulem legitur, penitus inueniri. Aliàs autem & istos forsitan ante annum prouocasse durebit.

*f. clericos nullam

*f. clarebit. L.

Denique sicut exempla penes nos inuenta sanctissimae memoriae Quarti Papae Leonis innuunt, Sedem Apostolicam eos appellasse, iam nos incunctanter agnouimus: quamuis longè inter se diuersa sint omnimoda depositio, de qua nunc agitur, & suspensa excommunicatio, cuius vocem promptè vtrique clamantem, & humiliter petentem post annum exaudiendam quaedam regula statuit. Sed ad haec crebrò dictus Antistes dicturus est, Sedis Apostolicae se priuilegia, confirmantia quod ipsius statuta statuerint habere. benè & arguè. Sed si penes illum sunt exemplaria, quae apud nos se iactant fideliter reseruantur, & ea diligenter relegerit; profectò reperiet, quia summa firmitasque ipsorum in Apostolicae Sedis reseruata sit arbitrio potestatis. Nimirum quae sic aliena iura custodit, vt sua non minuat, sic honorem debitum dat, vt suum non tribuat alienis, sicque dilectionem eius textit ab hoste, vt ipse hanc flagrantium exhiberi nequeas nullus ad hostis. nam & arma illi nobis collata ita volumus pro eo sint valida, vt potius pro nobis vbi necesse est, non contra nos firmitatem obtineant. Siquidem etiam ab eo priuilegiorum Apostolicae Sedis decreto non habito, quae sanctitas eius statuit, nos violanda non ducimus, nisi forsàn sacris legibus inueniantur aduersa. Porro scitote nos fratri & Coepiscopo nostro Remigio Lugdunensi Antistiti praecipisse, vt si restitutioni praefatorum Coepiscopus noster Hincmarus contraire solius auctoritatis ausu vereretur ad conculcandum statutum sententia nostra iam designatum Concilium epistolae nostras sibi delatas . . . in Concilio . . . sicut venerari . . . videbuntur roborari . . . Indiè. XIII. Post haec Nicolaus ad omnes Episcopos, qui ad ipsam Synodum Sueffione celebrandam conuenissent, aliam dedit epistolam, qua cuncta quae per Hincmarum aduersus Rhemenfes clericos

si intacta vel sicut iactat

* PRIVILEGIA ALIIS DATA OBESSE NON DEBENT DANII R.E.

gesta

A gesta essent in superiori Concilio itidem Sueffione celebrato, de quo superius dictum est, confutans eum, & conuincens multipliciter, iniqua falsaque fuisse, dissoluit. Epistola quidem magni momenti est qua Concilium confirmatum destruitur, quae sic se habet:

Nicolaus^a Episcopus seruus seruorum Dei, reuerentissimis & sanctissimis confratribus nostris Archiepiscopis & Episcopis, qui per gratiam Dei & decretum nostrum apud Sueffonicam urbem conuenere.

LI. ^aNicol. ep. 46 tom. 3. epist. Rom. Pontif.

Reuerentissimum fratrem & Coepiscopum nostrum Egilonem de vestro sacro Collegio ad Apostolicam peruenientem Sedem magna cum exultatione suscepimus, & de agnita per eum omnium vestrum status incolumitate laetiores effecti, Auctori grates immensas rependimus, illud praecipue bonum ac iucundum arbitantes, quoniam vos fratres sicut corpore ita & mente in vnum cohabitasse comperimus, & in deiectionum fratrum releuatione cor vnum & vnam animam cum spiritu nostro possedisse cognouimus. Spiritus quippe sancti praesentiam testatur congregatio sacerdotum, & in medio sui Dominum habere monstrant, qui in ipsius nomine conueniunt in idipsum. Nos enim clamorem eorumdem spernere clericorum nulla ratio sinit, sed ad vociferationes eorum ad Sedem Apostolicam etiam sub decessoribus meis frequenter emissas, aures obturare paterna charitas non permittit. Portamus quippe onera omnium qui grauatur, quinimò hæc portari in nobis beatus Apostolus Petrus, qui nos in omnibus (vt confidimus) administrationis suae protegit ac tuetur heredes.

Accedit vt etiam, Deo reuelante, Acta Concilij, quod auctore fratre & Coepiscopo nostro Hincmaro praefatos viros segregasse dignoscitur, ab eodem venerabili Antistite nobis dudum transmississe cum Actionibus pro Rothaldo venerabili Episcopo venient in manus, in quibus quanta reprehensionum inueniatur congeries, si voluerimus exhibere per singula, facilius chartae quam verba deficient. Ibi namque falsitas in ipso mox Actionum inuenitur principio. An non falsitas, cum sponte peruenisse deiecti illi ad Ecclesiae ianuam pro sua necessitate scribuntur, qui venisse probantur inuiti? praecipue cum Vulfadus ibidem non fuerit, cuius nomen inter petentium nomina fallaciter extitit recitatum? Ibi ante tempus examinis iam iudicatum, & ante legitimum iudicium condemnatum fuisse dignoscitur. Ibi ante audientiam & ante certum numerum collectorum Episcoporum presbyteri diaconique priuationi ministeriorum suorum subduntur. Ibi Metropolitanus Antistes modò sua iura deponit, modò resumit, modò subesse Synodo, modò praesse, modò quasi accusatus, modò accusator, modò iudex accedit, & pro libitu proprio, vicibus alternantibus, cuncta disponens more cuiusdam Chamæleontis, non semper vnus eiusdemque coloris apparet. Ibi inquam nolentes proclamare coguntur, & tamquam accusatores libellum proclamationis porrigere compelluntur, licet tenorem libelli iuxta morem Gestis frater noster Hincmarus non inseruerit, cum eisdem nonnulla minus etiam necessaria probetur inseruisse. Ibi absens, & vt illic habetur, agrotus additur, & dolor super dolore apponitur, dum absens Vulfadus libello quasi praesens adscribitur, & in lecto iacens, numquamque reclamans, societatem habere cum praesentibus reclamatoribus falsò praetenditur. In quo considerandum, quia si leges Dei etiam de rebus pecuniariis quae extra nos sunt, agrotum respondere non cogunt: quanto minus à Domini sacerdotibus infirmus quilibet compelli ad querimoniam debuit de negotio, quod in eundem ipsum constari dignoscebat, & quod hunc ad depositionis casum impellere probabatur? quo dolore in hoc vita maior vbi quaeso est? Et vt strictim praenè omnia complectamur, ibi sola obedientia subditorum, quam Apostolus praepositis exhiberi iubet, reputatur in culpam, & qui Praelati iudicio temerè non resisterunt, sed humiliter colla supposuere, seuerissimè puniuntur. Ibi qui nulla propria noxa deliquere, haereticorum damnationem tamquam haeretici incidere; & qui misericordiam petiuere, nec iustum iudicium percipere meruere.

LII. MULTIPLICITER ERRATVM IN CONCILIO SVESIONE SVPERIORE.

Sed quid mirum, si textus & finis eiusdem Concilij accepti non sunt, quando in nomine Domini, iuxta morem, inchoatum non est? nam cum Apostolo, ^bOmne quodcumque facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine Domini Iesus v faciendo praecipiente, ritus Ecclesiasticus in colligendis Conciliis id obseruet, & in hoc dumtaxat, abdito permittente diuino iudicio, fuerit praetermissum, constat proculdubid, non eos in nomine Domini congregatos extitisse, ac per hoc eum minime in sui medio habuisse, qui tale Concilium, immò conuenticula sua de sanguinibus, contra ^cPsalmistam, congregauere, ^dPsal. 15.

LIII. ^bCeoff. 3. INVOCATIO NOMINIS DEI NECESSARIA IN CONCILIIS.

CHRISTI
866.NICOLAI PAP.
9.LVDOVICI II. IMP. II.
MICHAEL. III. IMP. 25.

& quoddam animal imitati, non nisi extinctis propriis filiis, posse subsistere, putauere. A

LIV.

Iam verò si idem Concilium ab Apostolica Sede fuisse prætentur approbatum, quemadmodum id versuta fuerit cauillatione ab Apostolica Sede præreptum, fraternitati vestræ breuiter intimamus. Denique frater & Coepiscopus noster Hincmarus de memoratis clericis, Vulfado scilicet & collegis ipsius, quod sibi visum est, consummato, mox prædecessori meo beata recordationis Leoni Præsuli non semel litteras misit, quatenus idem Concilium approbans, auctoritate Apostolica roboraret. Quod ille non solum minimè annuit, verum etiam agere sollicitè renuit, dicens: Idcirco se petitiones eius pro confirmanda Synodo, in qua depositi præfati viri fuerant, suspendisse, eò quod per aliquos ex iis Episcopis qui in Synodo refederant, vt dubitatio foret radicibus euulsa, statuta eiusdem Synodi destinare debuisset, præcipuè cum ibidem Legati Sedis Apostolicæ præsentibus non fuerint. Postremo loco, eò quod si ij quos ille auctoritate Synodi affirmabat depositos, per proprias litteras ad Sedem Apostolicam appellauerint, & vellent sua Apostolica audiri præsentia, & tunc si culpabiles inuenirentur, non renuerent canonicam sustinere censuram. B

LEO RECUSAT PROBARE CONCILIVM SVES-
TIONENSE.

LV.

Sed venerabilis Hincmarus, sciens vtique Concilium illud (vt supra ostensum est) reprehensionibus non paucis respersum, Acta quidem illius per neminem Episcoporum qui his interfuerunt, destinavit: vt tamen firmaretur, denuò precibus agere non cessauit, sed deiectionum iterato clamore crebrescente clericorum: nec sic quod petebatur laudabilis Præsul indulsit. Præcepit autem per alteram suæ sanctionis epistolam, vt idem frater Hincmarus ad Concilium cum illis occurreret; ad quod suum ipse Legatum, Petrum videlicet Episcopum Spoletanum à latere suo direxerat, ad renouandum scilicet iudicium vice sua, & congregatis rursus Episcopis ad depositorum reclamantium, auxiliante Domino, trutinandum ac sopiendum negotium. Ita vt si iisdem deiectionis clericis contigisset, vt in ipsa debuissent depositione persistere, & obedire renuissent, Sedemque Apostolicam iterum expetissent, ne Sedes Apostolicæ dissolueretur priuilegium, illis ad eam veniendi non negaretur licentia; cum quibus præcepit vt frater Hincmarus vel Missus eius veniret, quatenus cum fratribus suis Episcopis æquum de his iudicium conferre potuisset; & vtraque parte conueniente, causas eorum eadem Sedes sancta canonicè definiret. Verum ille qui prius Episcopum, Legatum videlicet Concilij sui Sedis Apostolicæ visioni subtraxerat, etiam suam audientiam ab eo designatæ presentiam subducens, probauit de se illa quæ dicta sunt, videlicet quod tale Concilium statuerit, quale superius strictim monstratum est. C

A LEONE PETRVS LEGATVS MITTITVR.

LVI.

Interea eo voti effectu frustrato, Apostolicæ Sedis Pontifex Leo, qui fratris Hincmari propositum nouerat, ab hac luce subtractus est. Cumque sanctæ memoriæ Benedictus vir Apostolicus ei successisset in ordinem Pontificatus: rursus reuerens Hincmarus arma præparat, & idem summo Præsuli tamquam suarum inexpertis versutarum latentè surripit, & in ipso consecrationis eius principio suadet, vt Concilium quidem ad votum vnus hominis congregatum firmaret. Non tamen ei villo modo surripi, aut suaderi potuit, vt à iustæ definitionis & discretissimæ moderationis tramite vel aliquantulum declinaret. Veruntamen sicut videre est, & ipsi iam forsitan agnouistis, ita per quoddam priuilegium concessum illius Concilij roborauit institutum, vt auctoritatis summam Sedi Apostolicæ reseruaret. Et vt vobis iam scripsimus, ita tribuit honorem alteri, vt sibi quod tribuerat, non demeret. Vnde actum est, vt quod malè petatum fuerat, Spiritu docente Dei, benè sapiens Præsul concederet, & nihil proficeret humana surreptio, vbi pectus tanti Pontificis diuina replebat infusio, nec obesset cuiusdam suasio, vbi Antistitis sancti prudens obuiauit & prudentissima moderatio: dum in ipso priuilegio tenorem præmisit, quod sic decretum est ab eo manenda inconuulsa quæ petebantur, si ita essent per omnia quæ de illa Synodo à fratre nostro Hincmaro ferebantur. Interposuit enim in eo ancipitem sententiam dicens: SI ITA EST, NOSTROQUE, VT SCRIPTIS PRÆSVLATVI INTIMASTI, ET GESTORVM SERIE DEMONSTRASTI, RATAS EASDEM QVIDEM DEFINITIONES APOSTOLICA PROMVLGAMVS FORE AVCTORITATE. licet ipse huius tenoris circumstantiam decollati priuilegij textu excipiens, & nostræ visioni subduxerit, & aliorum notioni subtraxerit. interferens insuper quæ idem summus Pontifex aut numquam aut aliter sanxerat. Ipse namque de memoratis definitionibus dixit: D

CHRISTI
866.NICOLAI PAP.
9.LVDOVICI II. IMP. II.
MICHAEL. III. IMP. 25.

A dixit: RATAS EASDEM APOSTOLICA PROMVLGAMVS FORE AVCTORITATE SEMPERQUE MANERE STATVIMVS, & sequentia quæ ipse quidem aliter posuit. Frater verò Hincmarus quædam addens, plura subtrahens vel commutans, aliter persecutus est.

Sed adhuc & in alio mira fratris Hincmari rursus accedit astutia, & soli proprio voto fauens se immiscet prudentia. Denique cum Apostolicæ & reuerendæ memoriæ decessor noster Papa Benedictus ei priuilegium, de quo nunc diximus, contulisset: ita quæ in eo continentur, firmavit, vt suspendens sententiam his iungeret, Et vt per omnia Sedi Apostolicæ sua priuilegia (sicut iam facti sumus) & auctoritatis propria iura, quæ in hoc & nos quoque secuti sumus, inuolabilia reseruaret: interponens præterea nodos anathematis in eos, quibus prohibendū censuit, ne quilibet contra eadem canonica constituta & decreta Pontificum Romanorum pertinaciter obuiasset, id est ne quis contra illa quæ fratri nostro Hincmaro concesserat, vel quæ Sedi propriæ reseruauerat, agere tentauisset. Sed ille quæ horum suo libitui fauere conspexit, omnium notitiæ patefecit: quæ autem Sedi sunt Apostolicæ reseruata iura, cunctorum notioni subduxit. Testantur hæc exemplaria eiusdem priuilegij, quæ ab eo sunt ad Sedem Apostolicam diuerso tempore missa. Quantū verò talis scriptorum deprauatio ac mutilatio noceat, ipsi iam potestis aduertere, qui in Concilio videntes quædam ipsius constituti, sicuti vestro relatu didicimus, quædam verò non videntes, cceptum circa oppressos pium laborem deterriti minus perfectū deseruisse nunc dignoscere minis, nisi nostris instructi monitis, & nostris itidem confortati litteris inueniremini.

LITTERÆ BENEDICTI PAPAE AB HINC MARO CORRUPTÆ LVII.

Miserat enim sæpè memoratus Anstiles egregiæ recordationis decessori meo per scripta sua, quod iidem clerici ad vicinos Episcopos prouocauerint, contra se libellum proclamationis dederint, iudices ipsi sibi elegerint, & cetera quæ longum est numerare significans. At ille diuinitus inspiratus ei rescribens: SI, inquit, ITA EST NOSTROQUE, VT SCRIPTIS PRÆSVLATVI INTIMASTI ET GESTORVM SERIE DEMONSTRASTI (quod frater Hincmarus de textu penitus erasit) RATAS EASDEM (subauditur definitiones) APOSTOLICA PROMVLGAMVS (non in omnibus, vt ipse addidit) FORE AVCTORITATE SEMPERQUE MANERE STATVIMVS: Deinde subiunctum est, quod ipse longè aliter mutauit scribens: VT INDE QVÆSTIO NVLLIS ALIQVANDO TEMPORIBVS ORIATVR. Nunc autem cum ita non fuisse, tam à nobis, quàm à sancto Concilio vestro extiterit comprobatum quod suggesterat: merito in irritum ductum est, quod contra deiectiones non simpliciter impetrauerat. Sed ad propositum redeamus.

IN QUIBUS ALIIS HINC MARVS DELEQUERIT.

LVIII.

E Igitur tandem aliquando clericis sæpè memoratis, qui semper ad Apostolicam Sedem appellauere, etiam nobis litteris suis pro deiectione sua querimoniam exponentibus: non fuit dissimulandi, non fuit tacendi libertas, quibus maior cunctis Christianæ religionis zelus incumbit. Ac idè primū quidem fratri & Coepiscopo nostro Hincmaro missimus, vti commemoratos, Vulfadam scilicet collegamque ipsius clementi animo studeret ad se reuocare, deposita omni funditus animositate de restitutione ipsorum, sanctè, iustèque tractaret, ac misericorditer consummare contenderet. alioquin ad Concilium vobiscum, quibus & nos quoque pro hoc ipso scripsimus, simul occurreret; quatenus omnes in vnum conuenientes, causas eorumdem clericorum examinaretis, & non aliqua emergente disceptatione, Deo præ oculis habito, definiretis. Si verò quælibet inter partes disceptatio peruenerit ad Sedem Apostolicam, nostrum speciale iudicium personæ vices tenentes vtriusque lateris conuenirent. Quo Dei gratia iuuamine peracto, suscepimus nunc litteras complectendæ dilectionis omnium vestrum, manifestissimè significantes, crebrò memoratos clericos totius consona voce Concilij dignos graduum suorum receptione pronuntiatos. Vbi nulla (sicut iisdem litteris vestris reperimus) disceptatio prouenit, nulla, sicut præfatum fuerat, * varietas, atque alia defendentium accidit: nullus accusator, nullus condemnator repertus est, sed cunctorum vna eademque sententia, atque in restitutione ipsorum definitio claruit, iisdem innoxiiis à cunctorum vnanimitate modis omnibus approbatis. Quamquam vos non egeritis solemniter, minimè, secundum quod decreueramus, Sedi Apostolicæ plena relatione Actionum seriem referantes, adeò vt propemodum ipsius vestri Concilij Gestis incognitis, ad definiendum quid de sæpè dictorum clericorum statu pænè retraheremur, nisi labor prædecessorum nostrorum apud nos in rerum gestarum scripturis inuentus, nos ad hoc tandem perficiendum animasset.

LIX. NICOLIVS SVBVENIT PETENTI- BVS AVXILIVM SEDIS APOST.

* f. iuuante

* veritas,

LX. IN QUIBUS DEFECTUM RINT EPISCOPI IN SYNODO SVSSIONENSI II.

Debuitis enim quidquid de Ebbonis deiectione, relegatione, horum clericorum promotione, & ipsius Ebbonis iterata repulsione, ad aliamque Ecclesiam migratione, vel vnde decumque ibi quidpiam ventilatum est, nobis scripto vnanimiter, plenarie, ac fideliter intimare. Non solum autem nobis intimare, verum etiam monumentis insertum ad plenariorem penes nos notitiam & certitudinem referuare. Sed quia hoc negligentia pretermisum est, saltem nunc omni diligentia procurate, ut quaecumque super hac re scripta tam a nobis prius & nunc, quam a vobis edita reperiuntur, & quid hinc Coepiscopus Hincmarus, & illinc clerici deiectioni, Sedi Apostolicae suggererint atque retulerint, in volumine vnum ordine quo missa sunt, redigantur, & Apostolicae Sedi (ut competens est) vobis eorum exemplaribus referuatis, summo studio dirigatur. Quod cum diligenter actum fuerit, tunc profecto plenè scire possumus, cuncta vos in Concilio strenue peregrisse, & quod hactenus omissum est, hoc ordine, & Christo iuuante, recuperabitur. De mum vero volumus vos esse sollicitos, ut si de cetero tale quid forte contigerit euenire, pro quo conuentum in regionibus vestris fieri sacerdotum praecipiamus: hoc inter cetera nulli penitus obliuioni tradatis, sed post omnia id agere, maiorum more, studiosissimè satagatis.

LXI.

Arridet tamen huic vnanimitatis vestrae sententiae atque definitioni etiam fratris & Coepiscopi nostri Hincmari professio: quia non solum eosdem fratres & antea se minime ab officio suspendisse, vel iudicasse, aut è gradibus eiecisse, siue in repulsione ipsorum subscripsisse, verum etiam & nunc ad Synodum, sicut nos praecipimus, conuenisse, & his quae de restitutione illorum ceteri Antistites consensere, paratissimè annuisse, & obtemperare curare testetur, cuius etiam nomen in epistola synodica (sicut vestra relatio indicat) vna cum nominibus vestris, qui simul conuenisse dignoscimini, pariter ad scriptum inuentum est. Illud tamen videre debuit, quod idem Antistes crebro memoratos clericos ab officio se minime suspendisse vel iudicasse, aut à gradibus eiecisse fateretur, praesertim cum haec non veritate sulca multis esse probantur iudiciis, quae superius summatim tetigimus, & nunc ea vel plura commemorare studio breuitatis omittimus. Nam si ille eos etiam ante omnem audientiam & adhuc cum ad se non accusantes sed misericordiam postulantes accesserint, ab officio suspendi: quid est quod in Actis Concilij sui, quae ipse ad Sedem Apostolicam misit, ab eo suspensi ab officio non fuisse memorantur? Quibus cum tacens nihil ipse responderit, quid aliud nisi vera eos persecutos, silentio suo tribuit patenter intelligi? Et è diuerso, illi super quo querelas suas crebro dicto sanctae memoriae Leoni Papae mittebant? Vel quem, nisi eum suum impulsorem à gradibus propriis & infestum sibi, quem circa se veluti patrem benignum debebant cognoscere, frequenti relatione pandebant? Postremo nisi ille in deiectione ipsorum subscripsit, immò nisi totius depositionis seriem ipse scripsit: quid quod & in subinde memorato priuilegio, quod sibi ab Apostolica Sede roborari petiit, beatae memoriae decessor meus ad eum loquens, quod ipse definitiones illas in Synodo cum ceteris Episcopis collectas, iuxta relationem vtiue suam propriis digitis roborauerit, manifestat? Quod si dicit numquam se in illa Synodo scripsisse: ergo nec decessor noster aliquam ei Synodum priuilegio suo firmavit, quippe cum ipse eam, quam auctoritate Apostolica stabilivit, propriis digitis ipsius roboratam fuisse commemoret.

IN HINC-MARVM NEGANTEM SECLERICOS RHEMENSIS AN OFFICIO SVSPEN-DISSE.

LXII.

Igitur, fratres charissimi, nos in praedictorum clericorum restitutione gradus, omnibus hactenus argumentis recollectis, & omnium vestrum hortatu generali incitante consensu, omnimodam conuenientiam praebere potuisse, agnoscite. Sed quoniam non secundum decretum nostrum eorum examinatio mera & perfecta discussio prouenit, nec promotio, nec abiectione ipsorum in synodali conuentu, qualis fuerit, liquidò reperta est, nec Apostolicae Sedi sufficienti relatu monstrata: idcirco paululum à consummanda restitutione ipsorum interim deliberantium consensum nostrum coercere, necessarium duximus. Verum quia in decernendo & in iudicando, quod canonicè deliberatum est, ac in restituendis saepedictis clericis, atque in omnibus, Deo praeduce, sicut decuit, & ordo poposcit, nostra praecessit auctoritas: conueniens & honestum est iuxta postulationem vestram, ut nostrae firmationis perfecta sequatur integritas, eo dumtaxat ordine, ut frequentius intimati clerici, qui euidentissimè irregulariter ab officio graduum suorum suspensi fuisse noscuntur, & hinc Sedem Apostolicam saepissimè prouocasse nonnullis iudiciis comprobantur: ante omnia pristinis gradibus & officiis reformati consistant; ita ut prioribus redditi gradibus & ordinibus, & quodammodo suis omnibus reue-

RESTITVTOR CLERICI.

A reuerti, vires aduersus impetentes se integras habeant. non enim inermis cum armato rite conflictum inire poterit.

Quibus videlicet gradibus ac officiis fructibus eis, & Coepiscopo nostro Hincmaro licentia sit inter totius huius capedinè anni supradictos exhibere clericos ab ordinibus suis canonicè fuisse deiectionis; ita ut quidquid habet calumniarum persequendi & exequendi, sibi sit omnino facultas. Quod si totius huius anni circuitu dilapso contra eos nullam iustam apud Sedem Apostolicam querimoniam composuerit, nec illos appetere de quocumque vel cuiuscumque reatu, vel excessu seu damnatione studuerit: ipsis quidem deinceps in suis ordinibus permanentibus, nos profecto nulli torpori dabimus operam, nec villo pacto à summa cessabimus diligentia, donec aut ipse nunc illos iniuste comprobet restitutos, aut iuste per se quondam ostendar remotos. Alioquin nos subsequenter exhibere proculdubio conuenit, non solum saepedictos clericos prauidicialiter absque canone ab officio sequestratos, verum etiam ordinatorem eorum, *Ebbonem scilicet*, inconuenienter ac sine consequentia Ecclesiastica, regimine praesulari priuatum, quod planè praeter eum nullus, ut remur, omnino dubitat, nullus profecto non praedicat; quandoquidem & nobis ita claret, quantum autem mare possumus, quemadmodum iis qui illo tempore praesens fuisse memorantur. Porro de eodem Ebbone Adam antiquus Chronographus haec habet: Aliis hoc criminantibus, aliis restè factum astruentibus, veritatem nos in medio relinquimus; praesertim cum à sancto patre nostro Ansgario ea dilectione, quam ab initio secum habuit, usque ad finem habitus fuerit.] haec Adam. pergit Nicolaus:

LXIII. VT HINC-MARVS PROBET EOS IVSTE DEIECTOS.

EBBONIS CAUSA IVSTA OMNIBVS COGNITA.

Illud tamen, charissimi, praetereundum inter cetera fore non duximus, quod (quantum relationis vestrae series innuit) minus cautè quam sanximus, regularia Constituti nostri executi estis edicta. Nos quippe et si appellantium Sedem Apostolicam clericorum, & ad iudicium eius prouocantium causam, propter amouendum à vobis prolixioris laborè itineris, illic audiri, vel etiam definiri statuimus: non tamen quemquam eorum promouendum vel ad eminentiorem ordinem prouehendum indulgimus, quemadmodum nunc factum esse vestro fauore per scripta vestra didicimus. Miramur insuper & quaerimus quanam sit illa summa rei quam vos nostrae auctoritati referuasse praetenditis. at hanc inuenire non possumus. Quam enim nobis summam referuastis negotij, cuius aded finem perducere maturastis, ut nobis inconsultis, etiam pastorem restituti conferri sollicitudinem pateremini? & qui ad eos pristino gradu reformandos, nostrae auctoritatis eguistis: ad promouendum ordinem, responsum nostrum nequaquam praetolari duxistis. Quantumcumque autem filius noster Carolus Rex id à nobis exigat, sed nos vestram charitatem & honorificentiam, quos iam conuenire iusseramus, meritò conseruantes, nullo pacto priusquam rerum nobis exitus per vos patefieret, consensum in hoc praebituros, semper ei rescripsimus. quod fratres saltem ad vicem minime custodientes, laudo vos, in hoc non laudo.

LXIV.

DE ISDEM CLERICIS AD ALTIOREM GRADUM PROVECTIS.

Porro si quispiam Sedem Apostolicam per Sergium sanctae memoriae Papam, Ebbonem quondam Archiepiscopum indignum clericali communione, sanxisse perhiber: noverit, quia talem Sedes Apostolica debuit Ebbonem, donec synodali eius examine causa discuteretur, habere, qualem ab aliis habitum non ignorabat. Statutum quippe in magna & veneranda Nicæna Synodo legerat, ut de his qui communione priuantur, seu ex Clero seu ex laico ordine Episcopis, per vnamquamque prouinciam sententia regularis obtineret, ut ij qui abiiciuntur, ab aliis non recipiantur; requiratur autem ne pusillanimitate aut contemptione, aut aliquolibet vitio examinatio vel diiudicatio proueniret: Apostolica Sedes nihil agere debuit, nisi quod egit, videlicet, ut ab aliis abiectionem, ipsa nequaquam indiscussè susciperet. Praecipue cum praedictus Ebbo non quali pro depositione sua queritans, & legitime restitui volens examine praecedente, Sedem Apostolicam appellauerit, sed (ut codex Episcopalis indicat) à contumacibus suafus; & his vinculis repente, & reconciliari, ab ea pallio decorari quaerens, & quasi Episcopus inter Episcopos, nulla causae suae discussione praueiente, communicari poscens, ad eandem summam Sedem accesserit; à qua iam reprobatus, ab aliis meritò debuit reprobari, donec supplex ab ea sese canonicè posceret adiuuari. Nam constat (ut sanctus Papa scribit Gelatius) vniuscuiusque Synodi constitutum, quod vniuersalis Ecclesiae probauit assensus, nullam magis exequi sedem praeter ceteris oportere, quam primam, quae & vnamquamque Synodum & sua auctoritate confirmat,

LXV.

SERGIVS CVR REPVLERIT EBBONEM.

* f. iun. d. s.

& continuata moderatione custodit, pro suo scilicet principatu: quod beatus Petrus Apostolus Domini voce præceptum, Ecclesia nihilominus subsequente, & tenuit semper & retinet. Verumtamen qualiscumque fuerit, vel quæcumque pertulerit Ebbo à se ordinatis, qui nihil præter humilitatem & obedientiam exhibuere, nullum profus intulit offendiculum: quoniam & beatissimus Leo^a ad Mauros scribens, ita de quodam Maximo præcepit dicens: Maximum quoque licet reprehensibiliter ordinatum, tamen si Donatista iam nõ est, & à spiritu schismaticæ prauitatis alienus est, ab Episcopali, quam quoquo modo adeptus est, non repellimus dignitate. Et Anastasius eiusdem Apostolicæ Sedis Præful, quod mali bona ministrando sibi tantummodò noceant, nec Ecclesiæ Sacramenta commaculent, ad Anastasium Principem scribens, euidentissima ratione demonstrat. Optamus sanctam fraternitatem vestram in Christo nunc & semper valere. Dat. VIII. Idus Decemb. Indictione quintadecima.] est annus Redemptoris octingentesimus sexagesimus sextus.

LXVI.
^bNicol.ep.47

Rescripsit idem Pontifex ad Hincmarum^b litteras eodem argumento, immò totidem fermè verbis, quibus conceptæ sunt recitatæ modò ad Synodum litteræ, addens interdum aliqua in detestationem perpetratæ falsitatis in deprauandis Apostolicis missis à Benedicto Pontifice litteris, quarum exemplar haberetur Romæ vnà cum aliis eiusdem Pontificis monumentis in Archiuis optimè custoditis, vt cum post alia, ait: Nam cum nobis, quos nosti, vtique prisco Ecclesiæ Romanæ more in Regestis exemplaria scriptorum, quæ à Sede dantur Apostolica reseruare, & quos coniciere potuisti, cum tempore decessoris nostri darentur, ea etiam præsentialiter intuitos esse, sic mutilatum & deprauatum idem institutum mittere non formidaueris, quam deprauatum & defraudatum nullam huius experientiam habentibus ad subuersionem vim patientium forsitan exhibuisti. Quam profectò rem magnopere, frater charissime, fugere debuisti, veritus videlicet, si aduersus sæpeditum tibi collatum priuilegium, vel contra principale Sedis Apostolicæ ius agere videreris, saltem ne in aliquo ipse falsarius (quod* absit à sacerdotali verecundia) reperireris.] & post alia multa, quæ breuitatis causa præmittimus, ista quæ maximi noscuntur esse momenti, de causa Ebbonis inferius habet: Dum ipse cum ceteris fratribus & Coëpiscopis tuis in synodica epistola, quam ad Sedem Apostolicam communiter misistis, Ebbonem solam iram Principis in sua qualicumque dicta damnatione incurrisse profitearis.] & paulò post: Per talem enim confessionem, quam Ebbo fecisse prætenditur, nemo canonicæ damnationi subicitur. quod si tu taces, nos silere non possumus, & quod omnes iniustum fatentur, ipse iustum, quantilibet vtaris argumentis, probare non poteris.] & post alia queritur quod missa ab eo epistola, ne conuinceretur ex propriis scriptis, solito sigillo caruerit; atque tandem in fine redarguit eum, quod pallio vteretur vltra præscriptos dies.] hæc Nicolaus & alia, dum acerrima inuectiua Hincmarum proscindit. ipse autem Hincmarus sequenti anno ad eundem Nicolaum apologeticam epistolam reddidit, quam suo loco ponemus.

LXVII. In hac eadem Synodo Sueffionensi lecta est epistola Nicolai Papæ de excommunicatione Guntharij & Theutgaudi Archiepiscoporum, quod constat ex præposita eidem huiusmodi inscriptione his verbis:

Nicolaus Episcopus seruus seruorum Dei, reuerentissimo & sanctissimo confratri nostro Rodulpho Bituricensi Archiepiscopo, seu omnibus venerabilibus fratribus nostris Episcopis diceceseos tuæ.

Nuper, fratres charissimi, vobis scripta, quibus damnationem Theutgaudi & Guntharij dudum Archiepiscoporum vestræ notam fecimus sanctitati, transmisimus; sed vtrum ad vos vsque perlata sint penitus ignoramus. Quapropter quæ habentur in subditis vobis mittenda decreuimus: vt quæ sit Apostolica censura, & quàm iuste in fautores adulterorum commota nostra fuerit auctoritas, experientiam vestram non lateat; quatenus cum Apostolica Sede de his zelo zelati pro domo Domini sentiat: quos etiam ante nostram sententiam damnatione dignos nullo modo dubitaueratis. Ipsi quippe more pseudoprophetarum, de quibus scriptum est, quod viderint & prophetauerint falsa terreno Regi, & post concupiscentias suas eunti fauere studentes, contemplerunt caelestem Regem, ante cuius oculos omne versutiarum patet argumentum: & quasi aranearum tela, omnis callida dissipatur astutia.

LXVIII. Insuper ad maiorem suæ cumulum damnationis, Ingeltrudam vxorem Bosonis, quæ relicto

A relicto viro proprio, eum adultero adultera in eorum diocæsis commorabatur, non solum ad virum suum minimè repedare fecerunt, vel ab omni Christianitatis nomine, vinculis illam anathematis innodandam sequestrauerunt; iuxta quod à sanctæ memoriæ decessore nostro Benedicto Papa, & à nobis per multa fuerant iam tempora monitis & terroribus conuenti, verum etià à nobis cum suis complicibus & fautoribus iam anathematizatæ aded post sibi intimatam sententiam, in ipsam à nobis prolatam, fauere consenserunt, vt in suis illa diocæsis degere, & Ecclesias intrare, & cum Fidelibus in locutione, & cibo ac potu communicare permiserint. Immo vt ipsi coram nobis & sancta Synodo sunt professi, licentiam ei copiamque taliter conuersandi tribuerint, & contra ipsos Nicænos Canones, quam nos abiecimus, ipsi receperint. Quæ nimirum omnia constat illis fuisse prohibita, sicut ad præfatos nostra indicat super hac rem missa præceptio. Itane, fratres, debuit tam immane sine vindicta exilire flagitium, & debuit Apostolica Sedes, solitudinem habens omnium Ecclesiarum, tanti auctores piaculi ad subuersionem Fidelium immunes deserere? Et vbi erit, quod primus eius scssor tertio à legislatore summo audiuit, Pasce oues meas, si tanta desidia eisdem nullo zelo accensum, nulla vtentes virga, à tam voracibus lupis permiserimus discerpi? cū licet indigni pro patribus nati filij, vicem eius agentes, Dei sumus gratia constituti in domo ipsius principes super omnem terram.

Igitur quia vnum damnatorum, Guntharium scilicet, crebrescens fama diuulgat Imperatoris & Regum auribus contra statuta canonica molestiam inferre, & quorundam fratrum corda fallacibus & suasiis decipere verbis, & contra id quod aduersus se actum est, velle impudenti fronte consurgere: nos ei, quia ita est ab Apostolatu nostro, & à sancta Sede definitum, nullo modo communicabimus: quin potius ab omni eum communionem Fidelium cum participibus & fautoribus suis, Dei auctoritate iudicauimus penitus esse alienum. Oportet ergo fraternitatem vestram summo opere præcauere, attentius fore sollicitam, & forte quod absit, homini hærentes peruerso, ab illa petra decidatis, super quam verus Architectus totius domus suæ voluit fundamenta construere, & auctorem prauitatis sequentes, amittatis communionem ipsius, à quo & Episcopatus & Apostolatus sumpsit initium, per quem etiam vos per gratiam Dei non solum Episcopi, verum & Christiani estis effecti. Capiti ergo religionis, id est sanctæ Apostolicæ Sedi hærete: caput autem serpentis, prauæ videlicet suggestiois, antequam cor penetret, in prima fronte conterite.

Cepimus enim vobis, dilectissimi, vulpes, sicut quidam nos fratrum nostrorum hortatus est, quæ demoliebantur in vineis: videte ne vos dormientes reperiat, & pro depasta vinea sua is, qui in ea vos custodes posuit, desiderium vestram iratus percutiat. Quam rogo validitatem vestra poterunt habere iudicia, si nostra quomodolibet infirmantur, de quibus nec retractari licet? vel quod robor consilia vestra obtinere valebunt, si suam perdidit. Sedes Apostolica firmitatem, sine cuius consensu nulla Concilia vel accepta esse leguntur? aut legite sacros Canones, & synodalia gesta reuoluite & videte; quod Sedi Apostolicæ non solum quoslibet Metropolitanos, quorum causa eidem est Sedi semper seruanda; verum etiam Patriarchas, moris fuisse, pro emergentium qualitate damnasse, vel etiam absoluisse, usque semper & fas habuisse de omnibus sacerdotibus iudicare, vt pote cui facultas est in tota Christi Ecclesia leges speciali prærogatiua ponere ac decreta statuere, atque sententias promulgare. Quod vestra reuerentia non nos existimet, quia nostra dicimus, in hoc quidquam præter veritatem dicere, cum Dei potius quam nostra sint, beati Petri meritis Romanæ Sedi collata; & arbitremur, quæ nos hic asserimus, etiam vos nullatenus ignorare, & quæ in præfenti pagina scribimus, vos affatim in Archiuis vestris recondita possidere.

His ita prælibatis, styllum nostræ prosecutionis ad fraternitatem vestram reflectimus, quam vtique nisi tanto amoris cultu diligeremus, nequaquam tanto affectu ad declinandum à prauis, ad sectandam æquitatem incitaremus. Vnde sub diuinæ Maiestatis vos intuitu conuenimus, & coram sanctis Angelis & beatis Apostolis eius meritò interdiximus & attestauimus, vt sinceritatem communionis vestræ, nulla præfatorum, Theutgaudi scilicet & Guntharij, vel fauentium illis, contagione polluat: nec societate ipsorum vel eis communicantium vestram innocentiam corrumpatis: Si tamen nostræ communionis & charitatis participes, sicut nuncusque, inueniri per gratiam Dei desideratis; vel si ipsi resalutare, vel minimè acquiescere his quæ à nobis contra se promulgata sunt, forte præ-

^aIoan. 21.

LXIX.

LXX.

AVTORI-
TAS ROM.
PONT. IN
OMNES.

LXXI.

presumpserint: alioqui scitote vos ab Apostolica Sedis communiione, gratia & pace per-
petua nostrae auctoritatis sententia sequestrandos: immo quod illi experti sunt, sicut olim
decreuimus, vos quoque fore, quod non optamus, penitus incursumos. Verum vt vnum
vos nobiscum sapere & velle liquidius ostendatis; hortamur quatenus binos de collegio
sacerdotali vestrae sanctitatis Legatos, omnium vestrorum vices agentes, circa Kalendas
Nouembris ad Apostolicam Sedem destinare curetis, quod temeratorum, semelque dam-
natorum, & totius mali auctorum recidiua radicitus amputata praesumptione, sanctae Ec-
clesiae ex se bonitas generetur, & diuinae Trinitati debita laus, & gratiarum actionum
sempiterna gloria referatur. Finis.]

LXXII. His omnibus & aliis in Synodo absolutis, scripta est ab Episcopis synodalis episto-
la ad Nicolaum Romanum Pontificem, qua eum de rebus in Synodo gestis certiorum
reddiderunt. sic enim se habet. nimia vetustate ipso sui initio non nihil exesa atque
mendosa.

Reuerendissimo & sanctissimo domino patri ac Papae Nicolao Synodus Sueffone ha-
bita iussu & auctoritate sanctissimi Apostolatus vestri aeternae felicitatis beatitudinem in
Christo.

Conuenimus siquidem vt sacratissimis vestrae paternitatis apicibus nobis iniunctum
est, xv. Kalendarum Septembrium, xiiii. Indictionis, Remigius Lugdunensis, Iro-
charius Burdegalenis, Erardus Turonensis, Vuenilo Rothomagenis, Hegilo Se-
nonensis Archiepiscopi, cum dioecesanis sacerdotibus ad
vbi etiam confrater & Coepiscopus Hincmarus cum suis suffraga
monitis sanctitatis nostrae vnanimitati exhibuit pre
Vulfadus & collegae ipsius, ad idem iuxta Apostolatus vestri inf C
Interea Luitbertum Moguntiacensis Ecclesiae
largitate palliatum pro sanctitatis eius reuerentia & sapientia
interuentu gloriosissimi filij vestri eadem Synodo nobis associari expertuimus
humilitatis nostrae famulatus: vestrae pietatis institutis in causa praescripti fratris, col-
legarumque eius submissis fideliterque intenderet; comperimus fratrem & sacerdo-
torem nostrum Hincmarum, quem salubribus hortari dignati estis affatibus, vt memo-
ratos viros clementi animo, & tranquilla studeret ad se magnanimitate vocare; de-
positaque omni funditus animositate de restitutione ipsorum fratrem tractare, atque
misericorditer consummare contenderet, non procaciter renisum, sed neque animosi-
tate in malevolentiam declinasse, quin paternitatis vestrae piis consiliis effectum pra-
properè exhibere maturaret. Sed quoniam, vt illius ore loquamur, ipse nec suae sedis D
auctoritate, nec comprouincialium suorum solummodo societate, iuxta Nicenos &
Antiochenos Canones eos suspendit ac iudicauit: sed neque deposuit, nec cum iudici-
bus eorum subscripsit, quos constat a Synodo quinque prouinciarum Sueffionum habi-
ta. Cuius vos acta relegisse, & qualiter praesignati clerici degradati fuerint, reperisse,
nobis aperire dignati estis, ne scilicet a pauciori numero eorum inconsiderata & minus
debito prouida fieret restitutio, pro tempore distulisse. & iuxta largitionis nostrae decre-
tum sacrae Synodi professus est se praestolatum esse praesentiam. Ita ad hoc illum prius
flecti munda non permisit conscientia, quoniam quod tantorum virorum statuerat vna-
nimitas, temerè exinaniret vnius sedis auctoritas.

LXXIII. De illorum autem fratrum reformatione, procedente pietatis vestrae libet nomine,
quo oppressis misericorditer subuenire, afflictis opem ferre, & innocentes absolueri, so-
lito & indefectiuo consuetis opere, postposita quantum ex nobis est totius austeritatis &
seueritatis censura, deiectioni illorum fratrum vobiscum compatientes, quos vt vestri
Apostolatus litterae ad gloriosissimum Seniores nostrum Regem Karolum, vestrum
peculiarem filium directae, intimauere, non mediocriter moribus & scientia pollere, &
proficuos Ecclesiae Christi nouimus esse, congregato & deuotissime coadunato vo-
biscum nostro spiritu, quod pium iustumque sentitis, sentimus, quod decernitis exequi-
mur, & quod deliberaueritis, eorum nominibus congratulantes restitutioni efficaciter
nos amplectendum fateamur. Et quia de recuperatione eorum a vestrae sapientiae medela
sumpsit exordium, oportet omnino omnium fore dare totius fidem negotij summam
praesentiae consummari decretis. Pium namque & iustum videtur, vt quos propria im-
portunitas ad subreptionem nitatis vestrae efficacia, & nostra mediocritate
prose-

*f. abramine
*f. in omni-
bus
*

A prosequente ad famulandum in pristinum statum releuando reformet
atque restituat. & quos non procacia obreptionis, sed obedientia inculpabiliter in ade-
ptionem sacrorum graduum, iuxta sincerissimum sagacitatis vestrae intellectum adduxit;
necesse est per misericordiam Domini praesentiae vestrae studiis resarciri, atque visceri-
bus sanctae Matris Ecclesiae ordinabiliter reduniri. Praeterea praesceptionibus
aequo operam dantes, si quid nobis de praesignatis fratribus apex sanctitudinis vestrae edo-
cuit contradictione perficere eos qui in suis ordinibus restituere maturaremus, nisi priui-
legium sanctae Romanae Sedis per reuerendum confratrem Hincmarum Archiepisco-
pum nostrae vnitati prolatis quam de ipsis viris quidam statuunt debita reueren-
tia exhiberetur: quorum summa perfecta & integra firmitas vt daret, & iustum est, in
Apostolicae Sedis reseruata est arbitrio potestatis. Nobis enim in horum fratrum deie-
ctione, non quidem disceptantibus, nec alia atque alia decernentibus, sed vnum idemque
sentientibus, ne imperfectio pro inobedientia deputetur, oramus: sed vt quondam Ioab
obsidens urbem Nabath, Dauid Regi fidissimo, ne cum a me, inquit, vastata, & capta
fuerit, vobis & non nomini meo adscribatur victoria. Ita & nobis in praesentis rei nego-
tio decertantibus, & quaedam differentibus, non tamen terminantibus, solummodo ma-
gisteriali vestro culmini eorum assignetur restitutio, attribuat reformatio, adscriba-
turque reintegratio.

Præuio ergo, vt in omnibus competit, excellentia vestrae decreto, quod in ipsis & de
ipsis depositis fratribus agendum consideremus exemplis praecedentium atque maiorum
institutis edocti, quod etiam copiosius, multoque luminosius celsitudini vestrae claret,
industriae vestrae sincerissimae paternitati submissae humilitatis obsequiis, humiliter inti-
mare curauimus, Papa, inquit, Innocentius, quod de quibusdam obseruatio prior durior
posteriore interueniente misericordia inclinatio est; & S. Leo: Quia sicut quaedam sunt
quae nulla possunt ratione conuelli, ita multa quae aut pro consideratione aptari, aut pro
necessitate rerum oporteat temperari. mirabiliter instituens de virtute omnium matre
atque nutrice discretionem ad condimentum agendarum quarundam definitionem in
utilitate Ecclesiasticorum monumentorum. Et Gelasius: Priscis, inquit, pro sui re-
uerentia manentibus constitutis, quae vbi nulla tum rerum tum temporum perurgeat
& angustia, regulariter conuenit custodiri, hoc proculdubio qui in Ecclesiasticarum
narratur altitudine dignitatum, & in cuius virtute bonis operibus corda ponenda sunt,
gradibus utique distributis; cunctis Dominus noster & rector populis praedicandi &
Christianis, vbi nemo sibi aliquid aestimet imminutum; cum e diuinitus data cu-
iusque gradus perfectione nil deperit, & conuenienter retinendo quod caelesti dispensa-
tione collatum est, pariter nobis & cognoscibilem dominum fieri, & tribuit esse rector-
em. Nam etsi cuidam temporum quantitate moribus aggregati & strenuitate
pensatur positio continetur. quod per relata fuerat aptè curandum dummodo
illa dissimulata subripiant, quorum quod liber mense claruerit merito deriuantibus
insulis, reprobabilem conuincat esse personam. Et si illa nonnumquam sinenda
sunt, quasi ceterarum constet integritas sola nocere non valeant: illa tamen magnopere
praecauenda, quae recipi sine manifesta decoloratione non possunt. Et Africanum Con-
cilium de virginum velatione retractans, ita manere constitutionem prioris Concilij, vbi
nulla perurgeat necessitas decreti, vt non obsit posteriori Concilio certis pro causis ea
quae constituta fuerant immutanti, nec posterius Concilium priori obuiet, vbi nulla illud
perurgeat necessitas immutare.

E Sed & de Donatistis decreuit, vt consentientibus fratribus & Coepiscopis, maxime
autem Apostolica Sede, a quibus inde fuerat definitum, quatenus sciendum vniuf-
cuiusque Episcopi Catholici voluntatem atque consilium qui in eodem loco gubernat
Ecclesiam, si hoc paci Christianae prodesse visum fuerit, in suis honoribus suscipian-
tur, sicut prioribus, eiusdemque diuisionis temporibus factum esse manifestum est. quod
multarum & pæne omnium Africanarum Ecclesiarum, quibus talis error exortus est,
exempla testantur. Sed illud maneat circa eos qui sic transire volunt ad Catholicam, vt
nulla per eos vnitati compensatio procuretur; per quos autem vel omnimodò perfici
vel adiuuari manifestis fraternarum animarum lucris Catholica vnitatis locis quibus
degunt visa fuerit; non eis obsit quod contra honores eorum, quamuis salus nulli
interclusa sit, in transmarino Concilio constitutum est. Vnde manentibus statutis atque
regu-

LXXV.

* regularum Apostolicæ Sedis præiudicio, & iudicantium vllò crimine, quos* mensu-
rum non solum auctoritas Carthaginensis Concilij abominatio defendit, si eorum fue-
rit soluta sententia qui conuinci non possunt vel inimico iudicasse, aut aliqua cupidi-
tate, aut gratia deprauati. Verùm & idem Concilium, & Antiochenum, atque decreta
Sedis Romanæ Pontificum, Innocentij, Zosimi, atque Leonis eos commendant, per
quæ sua confirmare iudicia, quæ fratres & Coëpiscopi nostri in Sueffonica Synodo de
Rhemensis Ecclesiæ filiis ab Ebbone post depositionem suam ordinatis censura Eccle-
siasticæ seueritatis iudicauere. Manente etiam, vt oportet & necesse est, auctoritate priui-
legij domini bene fensionis decreto, si tamen vobis placet, cui bona cuncta pla-
cent, vt auctoritate vestrà sinceritatis præduce immutetur sententia, scien-
dum & mystica Synodus Nicæna in epistola fratribus per Ægyptum & Li-
byam & Pentapolim constitutis directâ, de ordinatis à Meletio Episcopo damnato
decreuit: videlicet vt mystica ordinatione firmati haberent honorem & ministerium, &
proueretur quilibet eorum in honorem Episcopi in Ecclesia defuncti, si visus foret di-
gnus, & eum populus elegerit, cum consensu Alexandrini Episcopi, sub cuius cura præ-
fate regiones debebant: ita & isti pro vestrà liberalissimâ ac piissimâ auctoritatis sanctio-
ne in ordinibus suis recipiantur, & si Episcopos hic locus atque ratio postulaerit, quili-
bet eorum in locum cuiusque defuncti Episcopi, si populus eum elegerit, & dignus in-
uentus fuerit, auctore Domino, regulariter prouehatur.

LXXVI. His denique reuerenter explicitis, defensione nostræ vnanimitatis erga præscriptos
fratres antistitio vestro referuata pro Ecclesiastico vigore ab omnibus immobiliter con-
seruando. quamuis prouidendum, ne hac, quod absit, occasione alij quicumque auctori-
tatem in sacris ordinibus ministrandi vsurpent, qui aut pœnitentiam non acceperunt,
aut contra regulam assumpserunt, vel qui regulariter amiserunt: quamquam si hoc im-
punè fuerit licitum, omnis ordo & vigor Ecclesiasticus non tantum nutabit, quantum
pœnitentia confundetur. Postremò supereminens sublimitatis vestrà sapientia hæc &
alia, quæ intellectus nostri exiguitas non valet attingere, perspicaci indagacione contem-
plabitur, multoquæ sollicitius prouidebit cauenda, nobisque significabit sequenda: vt &
præsentibus medelam, & futuris dignanter impendar custodiam. Apostolatus vestri de-
cus præpollentissimum, ad Ecclesiæ sanctæ sublimitatem & pacem optamus vbique pol-
lere, & perpetua stabilitate ad suffragij nostri munimen atque tutelam vigere. Data
anno Incarnationis Domini nostri IESV Christi DCCCLXVI. anno, regnante glorio-
sissimo Rege Karolo XXVII. VIII. Kalend. Septembris. hæc sunt nomina Episcopo-
rum qui præsentem interfuere Concilio:

LXXVII. Remigius Lugdunensis Archiepiscopus, Irocharius Burd. Arch. Herardus Turon.
Archiep. Guenilo Rot. Archiep. Herilo Senon. Archiep. Luitbertus Mogont. Archiep.
Hincmarus Rhemenf. Archiep. Luido Eduorum Episcopus. Isaac Lingon. Episcopus.
Bernardus Maficon. Episcopus Reudolensis Episcopus. Helias Engolm.
* Arthardus Episcopus. Rotbertus Cenom. Episcopus* Nannatenf. Episcopus. Hilde-
brandus Sag. Episcopus. Ercambertus Baiocaf. Episcopus. Constantien. Epi-
scopus. Bilduinus Ebriacen. Episcopus. Agius Aurelian. Episcopus. Hildegarius Mel-
densis Episcopus. Aneas Parisienf. Episcopus. Gislebertus Carnot. Episcopus. Didericus
Tricass. Episcopus. Abbo Niuern. Episcopus. Rothadus Sueff. Episcopus. Herpuinus
Siluanect. Episcopus. Item Hincmarus Laudunenf. Episcopus. Himfridus Morrimen.
Episcopus. Ercanraus Catalaun. Episcopus. Odo Bellouac. Episcopus. Remelinus No-
uiom. Episcopus. Ioannes Camer. Episcopus. Sigo Auern. Episcopus. Harduicus Vel-
laun. Episcopus. Aldo Lemou. Episcopus.]

LXXVIII. Scripsit item ex eadem Synodo, priuatas tamen litteras, ad eundem Nicolaum Pon-
tificem ipse Hincmarus Archiepiscopus Rhemenf. quæ sic se habent:

Domino sanctissimo & reuerentissimo Patrum patri Nicolao, primæ ac summæ Se-
dis Apostolicæ & vniuersalis Ecclesiæ Papæ, Hincmarus Rhemorum Episcopus, & ve-
stræ sanctissimæ paternitatis deuotissimus famulus.

HINC MARI
EPIST. AD
NICOL.

Decimoquinto Kalend. Septemb. XIII. Indictionis, secundum vestram Apostoli-
cam iussionem ad Sueffonum ciuitatem, cum fratribus ac Coëpiscopis Rhemenf. pro-
uincie Archiepiscopis & Episcopis, illuc ex mandato vestro conuenientibus, occurrere
festinaui. quò etiam dilectum fratrem nostrum Vulfadum venire commonui. Eos etiam
fratres

A fratres nostros de ipsius collegio, qui sub nostra cura degunt, mecum adduxi. quos, sic-
ut mihi scribere dignati estis, iustum quid vel pium sentiens, sine retractatione in suis
ordinibus, consensu ac iudicio Coëpiscoporum Rhemenf. prouincie restituere matura-
rem, si illos ab iisdem gradibus cum eorum tantum iudicio deiecissem.

Sed quoniam Synodi Episcoporum quinque prouinciarum, quorum meo consen- LXXIX.
su expetierunt iudicium, definitione fuere deieci: & sicut melius sapientia vestra
nouit, sacri Canones vsque ad similem excommunicationis vindictam decernunt, vt
ab aliis deieci ab aliis non recipiantur, minimè autem restituantur, sed aut eorundem,
aut maioris Concilij Episcoporum definitiones ac iudicia præstolentur, aliorum opus
in illorum restitutione nullatenus vsurpare præsumpsi, quos meo arbitrio ab officio
non suspendi: & in præfata Synodo quinque prouinciarum, non tantum non iudica-
ui vel deieci, verum nec cum iudicibus eorum subscripsi. Quia mihi commissæ Ec-
clesiæ filij, finitimos Episcopos, iuxta Canones Sardicenses, pro causa sua interpella-
runt: & Africæ prouincie Canones, huiusmodi vicinos Episcopos audire, & inter eos
ac proprium Episcopum adhibitos ab eis Episcopos iubent querimoniam definire.
Vnde humiliter obsecro, ne pro inobedientia mihi reputeris, quoniam eos non statim
restitui; qui ad Synodum, sicut præcepistis, hoc solo meo ausu agere veritus, obedien-
ter occurri, & his quæ fratres & Coëpiscopi nostri, vestrà sanctissimæ paternitatis de-
uotissimi filij, vestra fulti auctoritate, de illorum restitutione decreuerunt, secundum
quod mystica Nicæna Synodus scribens ad diocesim Ecclesiæ Alexandrinæ, de ordi-
natis à Meletio damnato Episcopo, clementi consilio statuit, videlicet, vt mystica or-
dinatione firmati, haberent honorem & ministerium, & proueretur quilibet eo-
rum in honorem Episcopi in Ecclesia defuncti, si visus foret dignus, & eum populus
elegerit, cum consensu Alexandrini Episcopi, sub cuius cura diocesis illa debebat;
concedente quodammodò similia Africano Concilio de Donatistis, quæ non vobis
vt incognita ingeruntur, sed vt notissima inculcantur, sacrorum Canonum & Sedis
Apostolicæ manentibus constitutis, paratissimè annuere, & sollicitus seruare vnitatem
spiritus in vinculo pacis, obtemperare curavi, referuato per omnia sententiæ ac iuris pri-
uilegio eiusdem Apostolicæ Sedis, & salua definitione ac confirmatione expectatæ vestræ
discretionis atque auctoritatis. Et quia, Synodo per hunc venerabilem Archiepiscopum
Egilonem, qui interfuit actionibus, dirigente epistolam omnium nostrum qui adesse po-
tuimus, cum ipso loquentem voce quoniam si eis manum porrigitis, vo-
biscum pariter porrigemus, Vulfado & eius collegis, pro disceptacione diuersa iudi-
cantium, in eadem Synodo omnibus consonanter id ipsum sentientibus, Sedem Apo-
stolicam non fuit necessarium appellare: idcirco huiusmodi Legatum, qui meam vobis
repræsentans personam, cuiuscumque diuersa sententis allegationibus, quæ modò nullæ
sunt, responderet, & vestram exinde definitionem referret, omisi dirigere; quia quæ ver-
bis & scriptis mihi per istum religiosum Archiepiscopum, exinde sequenda atque tenen-
da mandaueritis, pro scire & posse, obedire & conseruare curabo, sicut hactenus ea quæ
inde fuerant statuta & confirmata, seruaui.

Nec causa inobedientiæ Missum meæ subditiõis cum hoc venerando Archiepiscopo LXXX.
omisi transmittere: sed quia sic intellexi in litteris vestrà auctoritatis contineri, Tunc so-
lum, vt verbis earum vtar, si disceptantibus, vel fortassis alia atque alia decernentibus no-
bis, præfati deieci Sedem appellauerint Apostolicam, & eius speciali se iudicio damnari
vel absoluti petierint: si ego, vel si Vulfadus, aut socij eius, ad vos venire per nos non pos-
semus: Vicarios nostros ad hoc negotium ventilandum & finiendum mox post consum-
matum Concilium xv. Kal. Septemb. præsentis XIII. Indictionis, auctoritate vestra col-
lectum, nostras præsentaturos vobis personas, nullam penitus excusacionem prætenden-
tes, vtrique ad Sedem beati Petri mitteremus.

Vnde supplico, vt merear scripto hinc vestram definitionem respicere, quam paratus LXXXI.
sum, vt oportet, obnixius obseruare. Gestorum autem seriem, de omnibus quæ in Con-
cilio relata, examinata atque reperta sunt, quæ sicut veneranda decreta statuunt, discre-
cioni vestrà dirigi præcepistis, vt quæ salubria videbuntur, corroborentur. Si fortè aliqua
superfuit epistolæ synodali, quæ debeant explanari: hic venerandus ac religiosus sanctita-
tis vestrà deuotissimus filius, & vnanimis frater ac confacerdos noster Egilo Archiepisco-
pus, plena fidelique relatione Apostolicæ auctoritati vestrà poterit patefacere: & sicut

ea visu & auditu comperit, ac Episcopallyter contulit, intimare. Sed & de praefatis fratribus nostris, Rhemorum Ecclesiae filiis, ab Ebbone post depositionem suam ordinatis, qui inter canonicos & monachos, vrbanos & parochianos, vna eum Vulfado, apud nos non sunt amplius quam nouem, de quibus sanctissima vestra paternitas mihi scripsit; vt cum deiectionis suae causam venire ad examen optauerint, nulla ex his quilibet indignationem meam sustineat, nullum ad coepta peragenda per suggestionem meam patiatu incommodum, qualiter me antea & postea erga eos egisse in Synodo fratres & Coepiscopi nostri, vna cum eo repererint, sufficienter dignationi vestrae prauelet enarrare. Quorum salubrem ac singularem statum & cupiui, & cupio, & quaesui, & quaero: & quorum deiectioni condolui, & statui eorum congaudeo. De Theutperga etiam Regina, vnde sublimitati vestrae ab humilitate mea mandari rogastis: quia Hlotharium, vel ipsam Theutpergam, postquam Arsenius venerandus Episcopus, & sanctae Romanae Ecclesiae Apocritarius ab Attiniaco palatio domini Karoli Regis gloriosi perrexit, non vidi; certae salubritatis rationem vobis mandare non valeo. Et alia manu:

Dominus omnipotens sanctitatem vestram ad doctrinam, & correctionem sanctae suae Ecclesiae in suo apto seruitio per annorum multa curricula conseruare dignetur, domine sanctissime, & reuerentissime patrum pater in Domino.]

LXXXII. Scripsit tunc pariter ad eundem Pontificem Nicolaum Carolus Rex, extantque ipsae litterae hac inscriptione notatae, quas vna cum aliis nusquam editas accepimus Parisiis ex monumentis Bibliothecae Nicolai Fabri. sic se habent:

Epistola regia ad domnum Apostolicum.

CAROLI REGIS
EPIST.
AD NICOL.

Sanctae paternitatis vestrae reuerenter excepimus apices, quibus nobis clamores & gemitus depositorum ab Hincmaro honorando praefule, Vulfadi scilicet, sociorumque eius, aures vestrae dignationis penetrasse aperuistis. quin etiam nostram filiolitatem, vt eundem venerandum Anulitem ad hoc hortaremur, & admonere pro Domini amore curaremus, summo opere hortari decreuistis, agentes vt eum de ad obtemperandum praecellentiae vestrae, solertia nostra decertaret flectere sin autem, sollicitudine praecauere, ne quibuslibet argumentis, in non obediendo vobis, nos inclinare valeret. Eginus itaque summo studio, secundum paternitatis vestrae rogatum, & reuerenter memoratum Anulitem eodem de negotio alloquentes, sicut deuotum in reliquis, ita etiam quoque paratissimum in hoc ipso ad obediendum vobis & nobis comperimus: ita vt non solum resistere, sed etiam primus parere Apostolatus vestri promptissime praecipionibus festinaret. Quare autem de restitutione memoratorum virorum vestram ad eum denuntiationem cum suffraganeis suis non perfecit, a Synodo praecipione nostra super ipso negotio Suestiones congregata, destinata epistola euidentius declarabit. Quod enim de tuitione eorum sanctitudo vestra quaesuit, & nobis filio vestro significauit, si necesse fore apparuisset, magnopere effecissemus. Sed fauente Deo, idem, de quo agimus, pontifex, benignè statutum vestrum excipiens, vt affectuosus pater cum aliis aggregatis venerabilibus Episcopis, eorum causam mitissima deliberatione definiit, libentissime mansuetudinis vestrae obediens omnimodis epistolaribus affatibus: & quos voto pietatis excellentiae vestrae perspecto, tranquillo, pacifico, atque benigno, vsque ad praesentiam eiusmodi Synodi, vt euidenter comperimus, tractauit animo, in cunctis deinceps, fretus vestri moramini consilio, praescriptos fratres fulcire, pioque solatiari non destitit auxilio. Quod iam consequenter cum reliquis confacerdotibus omnino explere acceleraret, nisi iuxta priuilegium decessoris vestri domini Benedicti, ac vestram summam vobis reseruandam excepti de restitutione docerent sapediatus Antistes altitudini vestrae deuotissimus, & Apostolico constitutionis vestrae decreto, & nostro etiam tui omnimodis gratantissime paruit, nec in aliquo renuere tentauit nostra supplici petitione ampliore munificentiam apud vos se percepisse gratuletur: proindeque vobis sese acceptiorem omnino persentiat.

LXXXIII. Post haec, quia fratrem illum Vulfadam, de quo agitur, vestrae sanctitatis apices exponunt, moribus & scientia penes nos augere comperimus, Bituricensem Ecclesiam, ceu sanctae paternitati vestrae, aliisque litteris significauimus, quia dare absque Apostolatus vestri determinatione distulimus, commendare sibi eandem Ecclesiam cum rebus sibi pertinentibus accelerauimus: scilicet vt in destructione rerum non tantum sauiens valeret quorumlibet prauorum instantia, quaerentium diripere non sua, & vastare crudeliter

A liter aliena. Quare vt in eodem loco illius valere & vigere queat studiositas, citius reuerentia paternitatis vestrae, quid sancto animo vestro de eo, ceterisque fedit, aperire dignetur: efficiatque sublimitas vestra festinatius de ipso quod pro eo ad vos sapius nostra poposcit supplex expetito, domine beatissime, & admodum desideratissime.]

His acceptis litteris Nicolaus, rescripsit ad Carolum ipsum Regem epistolam, qua ^{LXXXIV.} cula extat, quam tu (si libet) consulas. Adiecit alias ad restitutos clericos his verbis: ^{Nicol. ep. 52 Rom. edit.}

Nicolaus Episcopus seruus seruorum Dei venerabilibus clericis, Vulfado scilicet Archiepiscopo, & ceteris qui cum eo dudum depositi, nunc vero decreto Sedis Apostolicae, ac synodali promulgatione restituti, Deo auctore, consistunt.

Diuinae miserationis plenitudinem neminem velle perire, nec de sacro numero gregis sui casu quolibet decidere, nullus qui diuitias bonitatis eius considerari ignorat, cum etiam proprio Filio non pepererit, sed pro nobis omnibus tradiderit illum: cuius ouis qua perierat, pietatis humeris reportatur ad gregem: cuiusque clementiae viscera nos quoque pro modulo nostro sectantes, non passi sumus voces vestras diu contemnere, nec super contritionem ac gemitum vestrum compassionis aures obstruere, nec deiectionem, quam a fratre & Coepiscopo nostro Hincmaro, seu ceteris Episcopis, nullius aequitatis censura pertulistis, sine iterata ventilationis examine praeterire. Ideoque iussimus fratrum & Coepiscoporum nostrorum Galliae, Neustriae, vel Germaniae Synodum celebrari, & causam vestram in eodem venerando Concilio examinari, & aliqua emerfa disceptatione, * denuo praeculis habito, definiti. * quod in gratia iuuamine per acta, suscipimus nunc litteras Synodi, relationem omnium continentes Episcoporum, vos innoxios cunctorum vnanimitate comprobatos, & totius consona voce Concilii, dignos graduum vestrorum receptione pronuntiatos, manifestissime referentes, vbi nulla disceptatio, nulla varietas alia atque alia defendentium, nullus accusator vel condemnator inuentus est: sed cunctorum, vna cum iam dicti fratris & Coepiscopi nostri Hincmari consensu, vna, eademque sententia, atque in restitutione vestra per omnium consonantium similis pronuntiata definitio claruit. Propterea & nos quoque in restitutione vestra & receptione graduum vestrorum conuenientiam prohibuisse cognoscite, & congratulari vobis pro itatu vestro, quemadmodum de abiectione condoluimus, proculdubio credite.

Igitur quoniam in decernendo & in iudicando, quod canonicè deliberatum est, & in restituendis vobis, Domino praeduce, sicut decuit, & ordo poposcit, nostra praecessit auctoritas; conueniens ac honestum est, vt nostrae firmitatis perfecta subsequatur. Gaudemus, & vobis vt & iam facti sumus, congratulamur, & qua de ^{confirmatio}

retera sunt super fratris nostri recuperatione, omnipotentis Dei, & beatorum Apostolorum principum Petri & Pauli, atque per eos nostrae mediocritatis auctoritate roborauimus. & vt secundum beneplacitum Domini, iugi stabilitate faciente, maneant, libenter oramus. Praeterea volumus & hortamur, vt tales de cetero in omnibus vos exhibeatis, vt in nullo ingrati circa beneficia Domini vobis collata reperiamini. Proinde misericordiae ipsius gratias agentes, & * quamquam vos in sinem non deserunt, semper in mentem reducite, humilitatem praeculis semper habentes, & cor vestrum ad menditandum qua aeterna sunt, infatigabiliter erigentes: ante omnia vero sollicitudine praecauentes, ne memores vestrarum sitis iniuriarum; neque succenseatis aduersus eos, qui has vobis intulisse probantur. Fratri autem & Coepiscopo nostro Hincmaro debitam

E humilitatem & competentem reuerentiam exhibete; nec sit vobis aliquo tempore licentia contra eum, pro eo quod ab eo fueritis ab officio suspensi, querimoniam componendi, vel sinistram vicissitudinem retribuendi. Quamquam nos in erectione vestra nullius ruinam quaesiuimus, nec sic vnam partem stabilire voluimus, vt partis alterius dignitatis vel iuris detrimenta fieri pateremur. Fruimini ergo huius nostrae praecipionis decreto, & hoc pro vestro munimine, ac graduum stabilimento contra omnes calumniatores vestros vtimini: vobisque semper existat facultas, in opportunitatibus ad Sedem Apostolicam prouocare, & eius iudicium secundum Canones praestolari. Nolumus tamen vos ignorare, fratri & Coepiscopo nostro Hincmaro dedisse inducias, vt intra spatium anni huius licentiam habeat contra vos de deiectione vestra, si velit, apud nos negotium exequendi: quod idcirco dicimus, vt sollicitos vos reddamus, & qualiter, si necesse fuerit, ei resistatis, ante praesciatis, vt * eius talis vllus iustitiae nostrae reparare

valcatis. Optamus in Christo vos bene valere. Data octavo Idus Decembris Indict. xv.] A Ar de rebus anni huius spectantibus ad Synodum Suesionensem iam satis, reliqua vero anno sequenti.

LXXXVI. Hoc eodem anno Nicolaus Papa, cum audisset Aquitanicas Ecclesias in Gallia di- ram adhuc pari persecutionem a Ducibus eam provinciam tyrannice occupantibus, ad eos litteras scribit, admonens eos ut ab huiusmodi sacrilegis facinoribus cessent, sed & ablata restituant, immo & quae a Regibus in beneficium acceperunt Ecclesiastica bona (quod non licet) reddere debeant. epistola autem sic se habet:

NICOLAI PAPAE EPIST. AD AQUITANOS.

Dilectis omnibus nobilibus atque primoribus ceu cunctis Aquitaniae habitato- ribus.

Solicitudinis, quam pro vniuersis Ecclesiis Dominicis sustinemus, necessitas nos compellit de omnium Fidelium statu impigram gerere providentiam. Quapropter de vobis etiam solerter curam circumferentes, audiimus quosdam vestrorum (quod non optabamus) ita contra Dominum efferi, ut Ecclesias eius & diuersa pia loca depradari non timeant, & res eis pertinentes distrahere non recusent. Quae res valde nos contristauit, & ultra quam dici possit in * nostra maestitia generauit. Et ideo, filij charissimi, curae nobis fuit, ut his vos nostri Pontificatus hortaremur affectibus, ut saluti vestrae providentes, solerter a tanta crudelitate cessetis: quinimmo quae violenter, aut quoquo modo sine lege tulistis, reddentes, tantum * corrigere curetis. Nam quamuis Domini sic terra & plenitudo eius, illae tamen res, quae a piis Principibus atque Fidelibus quibusque hominibus, sacratis locis collatae sunt, specialiter esse Domini sine cunctatione creduntur, dum diuinis cultibus dicatae, ac Domino famulantium vibus existere deputatae cernuntur. Vnde in Dominum proculdubio committunt, & ipsi prauidicium inferre probantur, quicumque has vsurpare, & sibi non legitime vindicare non metuunt. Nimirum qui cum a piis quibusque locis res auferunt, Domino militantium stipendia subtrahunt, & dum subsidium diuino cultui iugiter famulantibus adimunt, laudes Dominicas quodammodo ab ipsis hominum faucibus abstrahunt.

LXXXVII. Quamobrem vos rogamus & obtestamur, ut ab ista tyrannide remoti, sua singulis Domino sacratis locis sine dilatione reddatis: ita ut nihil ex his apud vos retineatis, nisi quae forte propria voluntate rectorum quorundam sacrorum locorum legaliter acquisistis. ita ut etiam illa sub omni integritate restituantis, quae simplicitate vel desidia faciente rectorum venerabilium locorum de aliis, quae sunt semper in vsu & iure perenni sacratis locis collata, vos constar ordine non bono tulisse, & hactenus contra Domini leges illa possidere probamini. Similiter autem & de his hortamur a vobis fieri, quae Reges quomodocumque a sanctis locis aliquo tempore abstulerunt, & vobis in beneficium contulerunt, quod iustum non fuit, nec est; & quisquis haec sibi vindicat, Dominum inde sine dubio habebit iudicem & vltorem. Quod si qualescumque rapaces & violenti, nisi corrigant, si non humano nunc, certe quandoque diuino iudicio districtissime punientur: qua putatis poena multandi sunt qui contra Dominum ipsum magna mala perpetrare, manifestissime comprobantur? Denique non huc ad moderni, non solum minime a piis & Domino dicatis locis * verum etiam ex suis propriis innumera conferebant. adeo ut sancta loca eo cum suis partibus cum Domini auxilio dedicatissimi, & eorum ampliata, quos si in largitionibus imitari non vultis, saltem quae Domini sunt violenter auferre nolite. Si enim de palatio Domini, qui est Rex Regum & Dominus dominatum, ea quae ipsius sunt violenter vsurpat, eius valet non subsequente correctione iudicium, siue poena poterit exire Itaque quoniam horrendum est incidere in manus Domini viuentis, admonemus vos & hortamur, & tamquam diuina praesentia protestamur, ut res Ecclesiarum, quas iniuste retinetis, eisdem sanctis locis sine percunctatione & mora reddatis. & deinceps nec eas, nec alias a piis locis surripere praesumat. Si quis autem vestrum nos audire contempserit, & quae salubriter suadere vobis nitimur, obedienter perficere, ac sine dilationis studio minime obseruare curauerit: omnipotentis Dei & beatorum Apostolorum, praecipue Petri & Pauli auctoritate, quos in nobis cotemnit, simul per eos & nostrae mediocritatis sententia venerandi corporis & pretiosum sanguinis Domini nostri Iesu Christi comunione penitus priuatus existat: si autem resipuerit, & his quae per huius epistolae textum dici-

* fauferebat

A dicimus obedire studuerit, & communionem Christi mysteriorum, & benedictionis gratiam, & salutem consequatur aeternam. Iubeo vos in Christo bene valere. Data mense Decembrio Indictione xv.

Ad postremum autem quae reperta sunt inter Nicolai epistolas a Nicolao Fabro Parisiensi missas vetera monumenta de facta electione Redonensis Episcopi, & decreto eius tunc confecto, & aliis ad eam spectantibus, quamuis corrupta non nihil & corrosa inuenta sint, hic nihilominus (ut se habent) describenda putauimus, quod modus in electione seruatus hoc tempore, innotescat. sunt huiusmodi:

Litterae quas ab ordinatoribus] quibus ista sunt postea LXXXIX. praemissa:

Anno Incarnationis I E S V Christi Domini nostri D C C C L X V I. Indictione decima quinta, anno potentissimi Regis Caroli X X V I I. III. Kalendas Octobris in parochia Turonensi ordinauimus, & ad pontificalem sedem Redonensis Ecclesiae consecrauimus Electranium, electione atque decreto Cleri & plebis eiusdem Ecclesiae.

Nos in Dei nomine Antistites Herardus Turonicae Metropolis, Aetardus Nannentensis, atque Rotbertus Cenomanensis, cum consensu & litteris eeterorum diocesanorum habito, apicibus praemoniti iam dicti gloriosi Regis Karoli, huiusmodi statuto & paternae commonitionis decreto, ipsi viro allato ut canonicis sanctionibus quantum diuina suffragauerit pietas libenter obtemperet, & ab illicitis ordinationibus ut pestem Simoniacae heresis deuitet, abstineat; Concilia quoque sacris praefixa Canonibus certis sibi designata temporibus celebrare procuret, atque matri suae Metropoli debita reuerentia se subicere non negligat, & iuxta sanctissimorum Patrum regulas, nihil nisi quae ad propriam pertinent Ecclesiam, extra eius consensum pertinet. Haec ergo aliaque ad institutionem & informationem fidelis viri fratris & filij nostri Electranij die praefixo, verbo pariter & stylo promulgantes, pontificali hunc insula adornantes, sacraque benedictione more sanctissimae Ecclesiae ditantes, & baculo decorantes, sanctissimae Redonensis Ecclesiae pontificali eum ordine praefecimus, & paternae cathedrali solio sublimantes, confratrem, confacerdotem & conparticipem in regimine & gubernaculo Ecclesiae sanctissimae nobis ex integro in Dei nomine effecimus, manuum quoque * adnotationibus confirmamus.

DECRETUM CLERI ET PLEBIS. Vniuersalis Ecclesiae sacrosanctis Patribus, praecipueque illius diocesis Praesulibus Ecclesia illa, vnanimitas scilicet totius Cleri & plebis submissa deuotionis obsequium in Domino.

Ad aures vestrae beatitudinis peruenisse iam nouimus excessum primi patris & pastoris nostri & qualiter Ecclesia sibi credita praestantissimo pastore sic viduata plurimis terrarum finibus manifestum esse comperimus. Et ideo lacrymabiliter preces vnanimis supplicationis vestrae paternitati mittimus, ut nobis in substituendo pastore morem Patrum & pastorum beatorum Pontificum imitantes, paternum nobis ferre auxilium humiliter poscentibus tum moribus & scien auctoratum comperimus illum gloriosis decubante eiusque seruitus immorantem nobis expetiimus postulauimus habendum, & per Domini misericordiam quaesiuimus Et quum diuina miserante clementia in eiusdem postulationis deuo beneuolum atque concordem praenominatum nostrae humanitati effecit Regem, iuxta hoc quod Scriptura testatur, dicendo, a Cor Regis in manu Domini est, quocumque voluerit verter illud, totius Ecclesiae Cleri scilicet, plebisque in eiusdem praclarissimi viri electione est deuotio vnus idemque assensus, in nullo dissimilis acclamatio, sed sicut nobis vnus est Dominus, vna Fides, vnumque Baptisma, ita & nobis omnibus in supradicti electione, pontificali quoque ordinis consecratione atque substitutione, vnum est per omnia velle, & nullum extraneum appetere: quin totius Ecclesiae voce praesenti decreto concorditer & consonanter Ecclesia * mando virum memoratum, non simplici sed multiplici sermone cordis & corporis deuotione nobis pastorem eligere, eumque idoneum, quantum nostrae fragilitati nosse conceditur, tanto pontificio esse; sicut voce fatemur, ita omnium nostrorum subscriptionibus deuotissime roboramus, & communi annotationis decreto Domini misericordia

præduce diuturnitate temporum nobis pastorem habentem eligimus & optamus: more quoque canonico sub Gestorum serie confirmamus.

XCII. Exemplar quod de parochia ad parochiam conuenit transmitti. Specialis gratiæ redimito confacerdoti egregio illius nomine solo non merito Episcopus illius perennem in Domino felicitatem.

Magistra omnium charitas ita in omnibus omnia possidet, vt & in singulis singula, & in omnibus contineat vniuersa, Apostolo ita dicente: a Omnis omnia factus sum, vt omnes lucrificiam. itemque: b Non quero quod mihi vtile est, sed quod multis, vt salui fiant. Propter inuolabilem igitur compagem eiusdem certum est regulis sanctissimorum Patrum esse statutum, ne quis de ciuitate ad ciuitatem, aut parochia ad parochiam transeat: & propter vnitatem eiusdem sanctissimæ charitatis, quæ non in diffunditur; nec querit quæ sua sunt, sed quæ multorum B eiusdem sacris statuitur regulis, vt serie litterarum commendemur, quicumque necessitate aut vtilitate huiusmodi inconstitutum decurrere dilectionis tenore seruato mittimus beatitudinis nostræ pariter fratre nostro præsentem fratrem illum dictum in gremio nobis Ecclesiæ diuinitus traditæ poris aliquotiens in monitum. quin etiam ad officio sublimatum, quem quia sanctissimæ Ecclesiæ vtilem filium atque perspicuum egregiè quoque perspeximus fructuosum sanctitatis nostræ, ceterorumque fratrum aspiciamus, benignè poscimus suscipiendum tractandum in omnibus atque fauendum clementia ad superioris ordinis vocare delegerit officia. Vbicumque cum Cleri aut plebis consensus, canonico comitante decreto, vocauerit, coadunato nostræ humilitatis ipsum liberè in eo & de eo quæcumque iure canonico exequenda sunt, agere procuretis, & efficaciter nostris postulatis annuentibus, petitionibusque suffragantibus, efficere deceratis. Vt autem gesta sanctissimæ paternitatis vestræ erga eundem fratrem immota esse valeant per succedentia tempora, manu pontificij nostri eisdem apicibus annotanda subiungimus.

XCIII. PROFESSIO FIDEI ORDINANDI.

Interea Fidei professio nulla certior rectorque potest proferri quàm Nicænæ Synodo comperens & consonans, & in nullo à veritate excedens, quæ hic sub breuitate perstringitur.

* Deum Credo in * Dominum Patrem omnipotentem, omnium visibilium & inuisibilium factorem, & in vnum IESVM Christum Dominum & Deum nostrum, natum ex Patre, * Dominum ex Domino, lumen de lumine, omnipotentem de omnipotente, immensum de immenso, inuisibilem de inuisibili, eiusdemque vnigenitum, ex substantia Dei Patris homouision, id est eiusdem cum Patre substantiæ, per quem omnia facta sunt quæ in cælo & in terra subsistunt plenitudine temporum humanos misericors errores, pariterque propitiatus saluti, descendit de sinu Patris, incarnatus, homo factus est, passus & sepultus est, ac die tertia resurrexit, quadragesimo die ad cælos ascendit: Inde venturus est iudicare viuos & mortuos, vt reddat vnicuique secundum opus eius. Credo & in Spiritum sanctum illuminatorem & viuificantem omnium, ex Deo Patre ex Filio æqualiter procedentem; per cuius gratiæ donum in Ecclesiæ sanctæ Catholicæ & Apostolicæ baptisate tribuitur remissio peccatorum: Credo Sanctorum communionem, & verè carnis resurrectionem, vitam quoque cum Angelicis spiritibus & Sanctis omnibus æternam confiteor. Amen.] hæcenus ibi. Jamque ad annum sequentem transeamus.

I. ANNVVS Redemptoris sequitur octingentesimus sexagesimus septimus, Indictione decimaquinta, quo Legati duplicis legationis in Orientem decreti in fine anni superioris à Nicolao Pontifice in Romano Concilio, peruenerunt in Bulgariam. Quam autem

A autem benignè, quamque grato animo, ea quæ ad Bulgaros missa est legatio, suscepta fuerit, primum omnium ex Anastasio videamus, qui ait: Porro à prænominato Rege Bulgarorum Apostolici Missi pia mente, charissimaque deuotione suscepti, cœpere salutariis edocere populum monitis, & à minimo vsque ad maximum sacro fonte, Dei gratia, abluere, omnemque ritum Christianæ Fidei (sicut à sanctissimo Papa instructi fuerant) & consuetudinem Bulgaris tradiderunt.

Gloriosus autem Rex Fidei tanta cœpit flagrare monitis huius pij Patris constantia, vt omnes à suo Regno pellens alienigenas, præfatorum Apostolicorum solummodo prædicatione vsus Missorum, pasuis vitæ æternæ iugiter refici, pia mente decreuerit: vnumque ex eis Formosum vita & moribus Episcopum, sibi dari Archiepiscopum expetierit. I. Vides, Lector, quod & memoria retine, qualis quantusve fuerit Formosus iste, quem B postea (vt auditurus eris) viuentem & mortuum vis tyrannica exagitauit. perguit Anastasius: Tunc iterum idem Rex Legatos suos Romam direxit, & inter alia, beatissimo Papæ idipsum suggerens, ab eius sanctitate pro instructione gentis illius presbyteros postulauit. Ipse verò talibus Papa compertis, valde gauisus est, & infinitas Deo laudes rependens, non paucos numero coram se probauit presbyteros, & quos dignos reperit, prædicationis gratia in Bulgariam direxit, cum quibus Dominicum Triuentem, & Grimoaldum Polymartiensem Episcopos destinauit. Vt quia Formosum ipsum plebem dimittere sibi creditam non oportebat Episcopum: ex his presbyteris ad Archiepiscopatus dignitatem, qui dignus inueniretur, in nomine Domini tandem eligeretur, & Sedi consecrandus Apostolicæ mitteretur.

Inter hæc idem statuit beatissimus Papa, solertissimusque vitiorum corrector & Deicultor, vt penetrantibus ipsam Bulgariam Episcopis, Paulus, cuius superius mentionem fecimus, Populoniensis, ipseque Grimoaldus Episcopi in Bulgaria quidquid ad diuinum ministerium pro institutione gentis illius pertineret, efficerent. Et sæpius dictus Formosus & Dominicus venerabiles Episcopi iterum Constantinopolim pro schismate ibi exorto proficiscerentur.] sed ista postea, licet effectum non sint consecuta: hæc de his quæ spectant ad legationem ad Bulgaros missam.

At quid contigerit aliis Legatis Apostolicæ Sedis cum his simul missis Constantinopolim per Bulgariam, idem Anastasius ita narrat: Sed præfatis Paulo & Formoso Episcopis in Bulgaria morantibus, Donatus reuerendus Episcopus, Leoque presbyter, & Marinus Apostolicæ Sedis diaconus, dum Constantinopolim ire vellent: ecce inter fines Bulgariæ Constantinopolitanorumque, quemdam Theodorum Marcam illam custodientem inuenere, qui eos vltra non dimisit abire. Quin potius innumeris eos denotans iniuriis, aded tantæ Sedis Legatis abusus est, vt etiam equorum in quibus sedebant, capita percereret, diceretque: Imperator noster vos necessarios sanè non habet. Sed idem Imperator Legatis Regis Bulgariæ ita fertur dixisse: Nisi per Bulgariam Missi Sedis Apostolicæ venissent: nec faciem meam, nec Romam diebus vitæ suæ viderent. Illi verò per quadraginta dies illic residentes, vt cognouere, quia hoc Imperator Græcorum fieri iusserat, terga vertere, & Romam hæc eadem nuntiantes, coacti reuersi sunt.] hæc Anastasius.

Porro de non admissis Apostolicæ Sedis Legatis & malè habitis, prolixior est narratio ipsius Nicolai Papæ in epistola ad Hincmarum scripta & alios Episcopos in Regno Caroli constitutos, data hoc anno ab eodem, cum occasione Trecentis Synodi, ab ea & ab Hincmaro missæ sunt synodales epistolæ ad eundem Pontificem Nicolaum, de quibus dicturi, E primùm de ipsa Trecenti Synodo hoc anno iussu eiusdem Nicolai cõuocata dicendum. Celebrata est, inquam, præfens Synodus auctoritate Nicolai Papæ, occasione Sueffionensis Concilij anno superiori, eiusdem Pontificis iussu, vt vidimus, habiti: aded, vt hæc ipsa Synodus quodammodo haberi possit tamquam appendix ad illam, cum in eadem causa versati sint Patres, de ordinatione clericorum Rhemenfium facta ab Ebbone, cum est in eam Ecclesiam restitutus, cuius occasione iussum est ab origine Ebbonis ipsius causam repetere: quod & congregati Trecentis Episcopi egregiè præstitere. Extant primùm litteræ Episcoporum in Regno Caroli & Lotharij cõstitutorum ad Episcopos in Ludouici Regno manentes, quibus eos ad hanc inuitant Synodum, quas egregias quidem nondum editas, ex codice Treuirensi acceptas, quibus infelix præfentis temporum status aperitur, hic describemus. sic enim se habent:

Reuerentissimis atque sanctissimis fratribus omnibus Archiepiscopis & Coepiscopis

in Regno domini & gloriosi Regis Hludouici consistentibus, deuotissimi fratres omnes Archiepiscopi & Coepiscopi ex Regnis dominorum & gloriosissimorum Regum Karoli atque Hlotharij summæ felicitatis gaudium, pacem, & sempiternam in Deo vero beatitudinem.

Claret vestræ prudentiæ, quod periculorum temporum series iam iamque illud tendere cernitur, vt sancta Mater Ecclesia in suis rebus & ordinibus non modica patiatur discrimina. quàm acerba verò scandala, & quàm detestabilia schismata in his Regnis & sanctis Dei Ecclesijs magis magisque crebrescant (quod lugubre dicendum est) cuncti patre sanctæ Matris Ecclesiæ filij acriter sentiant. Hinc fieri videmus Ecclesiarum deprædationes, suarumque rerum rapacissimas mutilationes, pontificum quoque dehonorationes, optimorum conculcationem, subiectorumque importabiles oppressiones, spoliationes, orbationes, captiuitates, & ceteras intolerabiles ærumnas: * potest omnia mala, quæ nobis pro nostris peccatis ab impijs inferuntur paganis. Vnde nos, desideratissimi fratres, grauiter condolentes, hos lacrymabiles vestræ sanctitati direximus apices, humiliter petendo, vt nobis in tantis miseriarum gurgitibus constitutis, veræ charitatis, piæque compassionis auxilium ferre non dedignemini, implentes illud Apostoli dictum: * Si patitur vnum membrum, compatiatur necesse est omnia membra.

QUALIS RE- RVM STA- TVS.

* præter vel post &

* 1. Cor. 12.

IX.

Et quia vnum corpus sanctæ Ecclesiæ per orbem diffuse ab vno pastorum principe regitur, omnium quoque membrorum debet cõmuni ac salubri prouisione tueri. Quippe sancta & inuolabilis Apostolicæ dignitatis antiquitas à Christo Domino nostro in Fide fundata totam Ecclesiæ successione salubribus & felicibus instituit documentis; inter quæ decenter inseruit, bis in anno Concilia celebrari, vt sacræ religionis & canonicæ auctoritatis norma, sanctissimorum Præsulum Concilijs, & Christianissimorum Principum functionibus roborata, in nullo à suæ rectitudinis statu interpolata varietate rerum exorbitaret. Et quia hoc idem rariùs celebratur, non modicè perferit Ecclesia. Reuerà malignorum persecutio admodum sæuiens Ecclesiastica negotia perturbare non cessat. Et ne ad suæ rectitudinis tramitem vilo pacto redire queat, ipsos quoque ministros Christi ab inuicem ditimere satagit. Quid itaque inter hæc agendum est, dilectissimi fratres? aut quò nos vertere oportet? quemque inuocabimus nisi cælorum Principem? quoniam ipse propè est omnibus inuocantibus se in veritate. Ipsum suppliciter obsecramus, vt corda quorumlibet schismaticorum ad meliora conuertat, & suas iustitias in eis ostendat, ne nauis Ecclesiæ procellosis turbinibus fiat submersa: populusque Christianus, immò Ecclesiasticus ordo fiat confusus. Ob quam rem multum, desiderantissimi fratres, ob illius amorem, cuius spiritu totum corpus Ecclesiæ sanctificatur & regitur, vestræ sanctitatis solertiam ad generalem Synodum inuitamus; de generali sanctæ Ecclesiæ utilitate, officio, & seruido studio tractaturi. Quod quidem non temerè ac præsumptuosè expectimus, sed potiùs cum consultu & consensu nostrorum gloriosissimorum Principum Karoli & Hlotharij. Vnde illi feruentissimo zelo pietatis accensi, petitionibus Episcoporum, iuxta canonicam institutionem salubriter acquieuerunt; immò dilectum fratrem nostrum Aduentium sanctæ mediæ matri . . . Ecclesiæ Episcopum Hludouicum Regem, inter cetera legationis verba interpellare sanxerunt, vt & suæ maiestatis consensus vestram sanctitatem ad iam dictum Concilium venire permittat. Credimus enim, quòd Christus Deus noster, in cuius manu corda sunt Regum, eiusdem Principis cor ad suam & nostram, omniumque Fidelium communem saluberrimamque utilitatem vertere debeat, suæque serenitatis consensus, vestram sanctitatem ad statuenda & releuanda Ecclesiastica negotia, in eadem Synodo dirigere non abnuet.

SYNODORVM NECES- SITAS ET UTILITAS.

bp sal. 144.

* Medioma- tricornum ADVENTI VS LEGATVS.

X.

Porro circa diem ix. Kalend. Maiarum eandem Synodum, in loco qui vocatur, Tre- cas, celebrare disponit nostra in commune omnis Ecclesia. Ergo agat vestra sancta vnanimitas, & ad Concilium diuina, vt credimus, dispositione coadunandum, citissimè confluat, concurrentibus etiam nobis: & instantè ac perseueranter de credita nobis pasto- rali cura, auxiliante pastorum principe, decertemus, & si necesse fuerit vsque ad mor- tem agonizemus. Multum equidem præualebit sancta & concurs Episcoporum coadu- natio, quæ cælum diuidit, & aperit, animas ligat, & soluit; quod & præteritis temporibus, multis claruit vicibus. Etenim synodalibus conuentibus, atque decretis totus orbis Chri- sto dicatus & ab hæreticorum vesania, & schismaticorum violentia, & Iudæorum per- fidia, paganorum quoque infestatione factus est immunis & pacatissimus. Multi quippe Reges

A Reges & Principes synodalibus decretis colla subdiderunt. Igitur per illustrium Pontifi- cum instituta multi infideles ab erroribus sunt erepti, & ad viam veritatis atque canoni- cæ disciplinæ dignoscantiam transducti, & ad æternæ pacis gaudia sunt sublimati. Cur ergo nos charissimi & Christo deuoti milites, in nostro agone torpescimus? quare non amulatores legis, præcedentiumque Patrum, vt illorum comparticipes gloriæ efficiamur? Si enim prophetica tuba terribiliter clamat: * Maledictus vir, qui prohibuerit gladium Si enim propheta tuba terribiliter clamat: * Maledictus vir, qui prohibuerit gladium suum à sanguine: vt quid nostra vox & auctoritas, immò pia vnanimitas, ac zeli ardor tepescit, quorum numerositas salus erit Ecclesiæ?

Confidimus enim in Domino, quia si in vnum conglobata fuerit nostra sincera frater- nitas, multiplex Ecclesiæ Dei propagabitur utilitas: adiuuante Domino nostro I E S V Christo, qui suis Fidelibus promissit, dicens: * Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vs- que ad cõsumationem sæculi. Quos etiam inter pressuras constitutos spiritali armauit antidoto, dicens: * Confidite, quia ego vici mundum. Verùm humiliter contestamur ve- stram sanctitatem, per Viuentem in sæcula sæculorum, vt huius epistolæ verba ex affectu veræ charitatis procedentia benignè à vestra sanctitate suscipiantur, & per Legatos ve- stros in manibus omnium Archiepiscoporum & Coepiscoporum fideliter imponantur. Omnipotens Deus desiderabilem sanctitatem vestram virtutum floribus multipliciter insignitam, ad exaltationem sanctæ Dei Ecclesiæ consolari, semperque exaltare digne- tur. Amen. Hactenus de indictione Trecesis Synodi litteræ, in quibus miserandū statum Ecclesiæ Gallicanæ suis coloribus tamquam in tabula expressam imaginem es intuitus.

Celebrata est quidem illa ix. Kal. Nouemb. vt apparet ex synodalibus litteris, quæ scri- ptæ sunt ad Nicolaum Romanum Pontificem, quæ defuncto illo, redditæ sunt eius suc- cessori Hadriano, vt ex eius litteris ad ipsam rescriptis constat: eas autem à nostro Fabro acceptas totas historicas hîc tibi reddimus, hactenus numquam cufas. sic enim se habent:

Reuerentissimo & sanctissimo domino Patri ac vniuersali Papæ Nicolao, Episcopi qui præterito anno per gratiam Dei, & decretū vestrum, apud Suesfonicam urbem cum alijs qui tunc nequieuerunt adesse, ix. Kal. Nou. prima Indictione apud Treces conuenimus.

Seriem rerum gestarum de Ebbonis quondam Rhemorum Archiepiscopi deiectione, sed & de ipsius restitutione; necnon & de fratris Vulfadi ac collegarum eius promo- tione, etiam dicti Ebbonis quondam iterata repulsiōe, ad aliamque Ecclesiam migra- tione, vnde à nobis inuestigari, & vobis remandari iussistis, quia his nemo nostrum in or- dine Episcopali interfuit, nisi frater Rothadus, sicut ex Regum & Episcoporum monu- mentis, atque relationibus eorum, qui interfuerunt, & scriptis suis posteris reliquerunt, breuiter collegimus; vestræ sanctissimæ paternitati & præcellentissimæ auctoritati tran- smittimus, quæ antea colligere, & auctoritati vestræ dirigere necessarium non putauimus, atque ideo ampliora scribere sagacitati vestræ super sedimus.

Nobis tamen in deiectionum fratrum, de quibus scripsistis, restitutione, non quidem disceptantibus, nec alia atque alia decernentibus, sed vnum idemque, secundum traditio- nem maiorum, quam discretioni vestræ intimare curauimus, sentientibus, quos non procacia obnoxios fecit, sed obedientia inculpabiles in adeptionem sacrorum graduum, iuxta sincerissimum sapientiarum vestre intellectum induxit, sine contradictione in suis ordi- nibus restituere maturaremus, nisi priuilegijs sanctæ Romanæ Sedis per reuerendum confratrem nostrum Hincmarum Archiepiscopum nostræ vnanimitati prolatis, quæ de ipsi viris quædam statuerunt, debita reuerentia exhiberetur. Quorum summa, perfecta & integra firmitas, vt claruit, & iustum est, in Apostolicæ Sedis referuata erat arbi- trio potestatis. Quorumque priuilegiarum authenticas chartas, cum saluis sigillis & in- corruptis scripturis, idem confrater & consecrator noster non ad vllam controuersiam, sed ad debitam reuerentiam Sedi Apostolicæ, vt dignum est, exhibendam ostendit, cum gestis Episcoporum quorum vos Acta relegisse, & qualiter præsignati clerici degradati fuerint, reperisse, nobis aperire dignati estis. Nobis quoque in eiusdem rei negotio decer- tantibus, & quædam deflorantibus, non tamen terminantibus, eò vsque causam per- duximus, vt solummodò magisteriali vestro culmini eorum assignaretur restitutio, attri- bueretur reformatio, ad scriberetur redintegratio. Vnde postea vnanimitas nostra in quâ- cumque partem proteruè non declinavit, etsi quidam inenitabili necessitate in aliquo eorum secus quàm scripsimus peragere maturarent. Vrgente quoque deuotissimi filij vestri domini nostri pro Regni totius diffidio regali iussione, egimus siquidem, prout potui-

XI.

Math. 28

Ioan. 16.

XII.

SYNODALIS EPIST. CONC. TRECESIS.

XIII.

potuimus, in succincta collectione de gestis rerum & Episcoporum, ex causa Ebbonis, & ut præcepistis, & ut præsignauimus, vestrae auctoritati transmittimus.

XIV. In Iusto Deo iudice permittente, & inuidia diaboli operante, olim recolendae memoriae Ludouici Pij Augusti filij, factione maleuolorum hominum, sine consilio atque consensu Papae Gregorij, quem Hlotharius, sub obtentu pacificandi eos cum patre, Roma promouerat, & secum vsque * Melifiatum pagum perduxit, patrem Imperio pepulerunt, & sub custodia vsque ad Sueffionis urbem perducere fecerunt, & ut populo credibile posset fieri, quod meritò fuerat à regno expulsus, in eum quaedam crimina conficta fuerunt, pro quibus prætextu publicae poenitentiae ab Ecclesiae liminibus eum excludi, quorundam Episcoporum iudicio, Ebbone, ut dicebatur, in hoc præcipue satagente, obrinuerunt, vsque dum Hlotharius territus conuentu plurimorum fidelium eiusdem Imperatoris, fuga lapsus patrem suum adhuc ab ingressu Ecclesiae sequestratum dimisit, & abscedente illo, qui affuerunt Episcopi, Imperatorem in Ecclesia sancti Dionysij reconciliauerunt, & Ecclesiasticae communioni restituerunt.

XV. Quod Ebbo audiens, pondere perpetratae in Imperatorem actionis, quae illi maxime reputabatur, exterritus, relicta sua prouincia in alteram prouinciam fugam arripuit: ubi aliquamdiu delitescendo se occultare posse putauit, vsquequod euecti videret, quid sibi salubrius agere posset: quod Imperatorem latere non potuit; & fama vulgante, quod contrarias Imperatori partes sequi disponderet, per Rothadum Coepiscopum suum, & per Ercanradum, in cuius Ecclesia latitabat, sed & per alios suos fideles eum ad se Imperator sub custodia deduci præcepit: quem in monasterio sancti Bonifacij vsque ad tempus Synodi seruari præcepit: ad quem anno Incarnationis Domini DCCCXXXV. omnes, qui conuenerant, Episcopi sigillatim libellos de restitutione Imperatoris communi consilio atque consensu ediderunt, quos in corpus vnius voluminis nobis ostensi congestos propriis manibus subscripserunt, cum quibus & Ebbo libellum manu sua Archiepiscopali auctoritate subscriptum edidit, in quo professus fuit, quidquid in ipsius Imperatoris dehonoratione atque Regni priuatione contumeliosè gestum fuerat, nec canonicè, nec iuste factum fuisse. Ceterorum etiam Episcoporum, qui ad eundem conuentum confluxerant, libelli, de obiectis criminibus in Imperatorem, compilati non tantum.

XVI. Et post datos libellos venientes Episcopi cum Imperatore & quamplurimis eius proceribus atque fidelibus in urbem Metensium, in basilica sancti Stephani, inter alia quae tunc ibi fuere acta, Ebbo publicè tam pro Imperatoris placanda offensa, quam pro gratia eius recuperanda, & sua iniuria remouenda, quaedam minùs cautè, pro sui tamen erectione in Imperatoris iustificatione, & in sua denotatione pronuntiauit. Indeque ad Theodonis palatium cum quibus perrexerat, Imperatore regresso, in Episcoporum Synodo Ebbo praesens ab Imperatore praesente est accusatus, quod eum falsò fuerat criminatus, & eisdem falsis criminibus impetum à Regno deicerat, armisque ab eo ablati, nec confessum, nec conuictum, contra regulas Ecclesiasticas ab Ecclesiae aditu ac Christianorum societate eliminauerat. In quo molestissimum in se sentiens dominum Imperatorem, petiit Ebbo secessum, quatenus sine praesentia Imperatoris liceret ei in Synodo Episcoporum suam agere causam. Quod obtinens, conuocauit ad se quosdam Episcopos, & eorum vsus consilio, ut & ipse opprobrium vel periculum imminens de impetitis, vel de impetendis declinaret, & sacerdotalis dignitas insultationem saecularium deuitaret, libellum temperantiae, iuxta decreta Leonis Papae, sicut tunc cautius inuenire poterunt, dictauit, & scribi coram se fecit, ac propria manu subscripsit, eundemque propria ac iudicium suorum vocibus professione attestatum, Synodo in abdicationem sui sponte porrexit. Post cuius libelli recitationem, & Episcoporum, quibus secretius confessus fuerat, responsionem, omnium denuntiatione actum est, ut à pontificali cessaret ministerio. Cuius libelli exemplar Papae Leoni missum, auditu didicimus.

XVII. Sed & vestrae auctoritati in altera scheda, cum his quae eidem libello superaddiderunt Episcopi, dirigimus; quae qualiter regulis sacris conueniant, vestra trutinabit clarissima sapientia. Sicque sine reclamazione manifesta, in Cisalpinis regionibus idem Ebbo per diuersa monasteria comendatione Imperatoris degit vsque ad annum Incarnationis Domini DCCCXLI. & vsque ad obitum ipsius Imperatoris, qui eodem anno XI. Kalend. Iul. contigit. Defuncto eodem Imperatore, Hlotharius ab Italia in Franciam venit, cui ad Vormaciam ciuitatem Ebbo, deducente Bosone Abbate, cui comendatus ad custodiendum

EBBONIS
RESTITV-
TIO.

A dum fuerat, occurrit, eique Hlotharius post aliquot dies per edictum Imperiale, quod in altera scheda vobis mittimus, sedem & diocesim, consentientibus & cooperantibus non paucis Episcopis, sicut ibidè est scriptum, restituit. Karolo denique à Hlothario Sequanam transmissio, Ebbo Rhemorum Ecclesiam recepit & tenuit, atque Episcopale ministerium, suffraganeis Ecclesiae Rhemorum Episcopis praesentibus ac coniuuentibus, agere coepit.

B Et hos fratres de quibus agitur, Vulfadum videlicet & collegas, tempore canonico ordinauit; qui, sicut profitentur, de excommunicatione & restitutione illius tunc aliud nescierunt, nisi quoniam in Ecclesia Rhemeni eum ab Episcopis, sicut ipse dicebat, regulariter restitutum, nullo contradicente solemniter sacrum officium & pacificè per annum circiter celebrare viderent. Et non se ad sacros ordines prouehendos importunè ingesserunt, sed acclamatione & attestatione ipsius Ecclesiae, ut ordinarentur obedierunt; & hoc modo, ut diximus, per illud temporis spatium, Ebbo Rhemensem Ecclesiam tenuit, donec Karolus resumptis viribus & copiis Sequanam transmeauit, & in Belgicam regionem iterum reuersus fuit. quod audiens Ebbo, relicta Rhemeni Ecclesia, ad Hlotharium secessit, & in eius familiaribus obsequiis, vario euentu accedente inter illum & fratres eius, mansit: & in Cisalpinis regionibus Abbatiam sancti Reclami, sed & Abbatiam sancti Columbani in Italia apud eum obtinuit: ubi rerum proprietatem pretio comparauit, & per idem tempus ipsius Imperatoris diuersas legationes in diuersas partes peregit, vsque dum anno Incarnationis Domini octingentesimo quadragesimo quarto vnà cum Dragone Metensium Episcopo sub Sergio Papa Romam adit. Quorum siquidem aduentum molestè Sergius Papa accipiens, quid in eum intulerit, sufficienter epistola sancti Apostolatus vestri nobis missa docuit.

C Demum Roma reuersus, quodam processu temporum legationem in Graeciam à Hlothario sibi iniunctam suscepit, quam exequi detrectauit. Idcirco idem, ab eodem Imperatore Abbatibus ablati, & à se data suprascripta proprietate Hirmingardi Imperatrici, Hludouici largitione Regis Germaniae, in prouincia Moguntina & regione Saxoniae, non longè à vicinitate finium Northmannorum, quibus à Paschali Papa praedicator fuerat destinatus, Episcopium Hildesheim vacans obtinuit. Vbi etiam auctoritate cuiusdam priuilegij nobis ostensi à beato Gregorio Papa sibi collati, coniuente supra memorata sua restitutione, ministerium pontificale finetenus exercuit. Huius quippe exemplar vobis in alia scheda mittimus, quo continetur, in transmigracione alterius parochiae ut Episcopali & praedicatoris licenter fungeretur officio.

D Anno autem Incarnationis Domini DCCCXLV. Karolus Synodum Episcoporum Regni sui apud * Beluagum ciuitatem prouinciae Rhemenis conuocauit: ubi inter cetera Ecclesiae, ac regni negotia necessaria de Rhemeni Ecclesia, quae Folcone Abbate siue presbytero illam diu tenente, & Notbone eidem in eadem succedente, sicut Hlotharius Imperator in epistola Leoni Papae, postquam cum fratre suo rediit in concordiam, directa demonstrat: & Ebbone, ut praemissimus, ad aliam Ecclesiam transmigrato, tanto tempore pastore vacabat, cum eis tractare coepit paterna auctoritate Damiani Papae de Episcopis in statu suo manentibus, & contra regulas transmigrantibus, sed & Africanis Concilij, quodmissis Episcopis quibusdam * resultantibus, Ecclesiae diutino tempore pro fuga Equitij desituta iussit ordinari Episcopum, vnanimi consensu, necessitate cogente, & ratione atque auctoritate suadente, decreuerunt, ut iam post decennium, quam idem Ebbo amotus fuerat, in Rhemeni Ecclesia ordinaretur Episcopus.

E Vnde à Clero & plebe ipsius Metropolis, sed & ab Episcopis eiusdem prouinciae peritus, sicut petitio eorumdem manibus subscripta declarat, & ab Archiepiscopo tunc suo Senonensi & proprio Episcopo Parisiorum, necnon etiam Episcopis Senonensis prouinciae, cum consensu Abbatum sui & fratrum monasterij, in quo degebat, fauente etiam domino Karolo Rege glorioso Episcopis Rhemenis prouinciae, & Clero ac plebi ipsius Metropolis, per canonicas litteras ipsorum subscriptas manibus, quas patenter nobis ostendit, frater Hincmarus est traditus. Sicque de proprio ipsius Ecclesiae Clero effectus, cum decreto canonico eligentium manibus roborato iudicio Metropolitanorum, & eorum qui circumcirca fuerunt, secundum Laodicense Concilium, praesentia & vnanimi consensu omnium suffraganeorum ipsius Metropolis: astante quoque Metropolitanano suo, qui eum consensu Coepiscoporum suorum illis tradiderat, omnibus acclamantibus, nullo resultante, aut obdicente, canonicè & iuxta decreta Sedis Romanae Pontificum, veluti

XVIII.

XIX.

XX.

* Bellouacum

* Conc. Afric.
can. 45.
* Hippo-
nensiū Diar-
thetorum

veluti litteræ nobis ostensæ, quas Africanum Concilium ordinatum ab ordinatoribus suis iubet accipere, monstrant, in ea est ordinatus. Qui iuxta sanctionem Carthaginensis Concilij, quam & auctoritas vestra Apostolicis litteris suis inseruit, quamque sanctus Gregorius in epistola ad Galliarum Episcopos approbavit, mentis & corporis ad obediendum Episcopis & ordinatoribus suis colla supposuit.

XXI. Emenso autem anno post ordinationem eius, Hlotharius Imperator pro contentione Regni, quam erga fratrem suum dominum Karolum habebat, cuius obsequiis præfatus Hincmarus fideliter adhærebat, erga eum commotus, epistolas à Sergio Papa exegit, pro refricando iudicio de Ebbonis abiectione, quasi discordia esset in Rhementi Ecclesia pro eius ordinatione. vnde idem Papa domino Karolo, sed & Guntboldo Archiepiscopo, & eidem Hincmaro litteras misit, vt cum post diem sanctæ Resurrectionis Missos suos in feruitum Imperatoris mitteret, Treuirim cum Episcopis ad hanc discordiam sopiendam conuenire studerent. Qui expectati eiusdem Missi vsque ad conditum terminum (vt ab Episcopis illius temporis comperimus) minimè venerunt, sicut in litteris continetur Hlotharij Imperatoris & Karoli Regis, & Episcoporum Cisalpinarum regionum, quas sanctæ memoriæ prædecessori vestro Leoni directas didicimus, & in Scrinio sanctæ Romanæ Ecclesiæ referuari credimus.

XXII. Hæc sicut vestra iussit auctoritas, quæ de Ebbonis quondam Archiepiscopi, quæ ante triginta & tres circiter annos extitit, abiectione, & post de ipsis restitutione, nec non & de fratris Vulfadi ac collegarum eius promotione, etiam dicti Ebbonis iterata repulsione, ad aliamque Ecclesiam migratione, in eorum qui iam nos ad Dominum præcessere scriptis, verùm & illorum qui interfuerunt veridicis, vt putamus, relationibus comperimus: subiungentes quædam de electione & ordinatione reuerendi fratris & Coepiscopi nostri Hincmari vestræ auctoritati destinauimus. Scripta quoque, quæ huc à vestra auctoritate directa, & vestræ sanctitati remissa relegimus, ordine quo missa vel remissa fuerunt, secundum vestram iussione in volumine isto congesimus. Et si forte alia ex hoc negotio aut à vobis, aut ad vos missa fuerunt, nos tamen non legimus. quæ etiam frater & confacerdos noster Hincmarus nobis vestræ auctoritati mittenda porrexit, secundum quod præcepistis, dicentes inter alia, Quæcumque super hac re scripta à nobis prius, & nunquam à vobis edita reperiuntur, & quid hinc Coepiscopus Hincmarus, & illi deiectioni clerici Sedi Apostolicæ suggererint, atque retulerint, in volumen vnum, ordine quo missa sunt redigantur, & Apostolicæ Sedi vt competens est, vobis eorum exemplaribus referuatis summo studio dirigantur; his subiuncta dirigimus.

XXIII. His itaque pro quantitate intelligentiæ nostræ decursis, summissæ deuotionis obsequio vestri Apostolatus exoramus magnificam beatitudinem; vt sapientissima indagine consideratis vtriusque partis relatis, more beatissimorum prædecessorum vestrorum, quæ de statu sacri pontificalis ordinis ab eis statuta, & impræuaricabili auctoritate firmata sunt, & immota de cetero maneant, mucrone Apostolico quorumcumque Metropolitanorum temeraria presumptione suppressa, quin etiam reliquorum Episcoporum quorumcumque, seu quatorumcumque audaci conniuentia penitus sumpta, priuilegia & decreta seruari innouata constitutione decernatis; ita vt nec vestris, nec futuris temporibus, præter consultum Romani Pontificis, de gradu suo quilibet Episcoporum deiciatur: sicut eorundem sanctorum antecessorum vestrorum multiplicibus decretis & numerosis priuilegiis stabilitum modis mirificis extat: videlicet ne aliqua varietate & vilitate summus ordo diaboli administratione nutare aut irregulariter labefactari sinatur.

XXIV. Domine beatissime & omni orbi Papa celebrande, vestram denique inter hæc sanctissimam & præstantissimam paternitatem, cum omni supplicationis deuotione petimus, vt consulentes laboribus & afflictionibus nostris assiduis, & Ecclesiarum commissarum nobis, fratris & confacerdotis nostri Vulfadi ordinationem, cuius restitutioni & promotioni propitiari dignati fuistis, largitione quoque vsus pallij confirmare & condecorare dignemini: & his omnibus quæstionibus paterna benignitate, incumbente vobis solitudine totius vniuersalis Ecclesiæ, terminum pernecessarium ponere deliberetis. Sacri culminis vestri Apostolatus prosperitatem ad honorem & tutamentum sanctæ suæ Ecclesiæ, Christus Iesus diutius conseruare dignetur.

Hæc sunt nomina Episcoporum, qui huic Trecafinæ Synodo interfuerunt:
Hincmarus Rhemorum Episcopus. Herardus Turonum Episcopus.

Guenilo

A Guenilo Rothomagensis Episcopus. Gislbertus Carnutenis Episcopus.
Frotharius Burdigalensis Episcopus. Ercanraus Catalaunensis Episcopus.
Hegilo Senonensis Episcopus. Ercanbertus Baiocensis Episcopus.
Vulfadus Bituricensis Episcopus. Addo * Belgiacensis Episcopus. *Bellonac.
Rothadus Sueffonum Episcopus. Folcritis Trecafinensis Episcopus.
Actardus Namnetis Episcopus. Liudo Augultodunensis Episcopus.
Hildegarius Meldenis Episcopus. Ioannes Cameracensis Episcopus.
Æneas Parisiensis Episcopus. Hilduinus Ebroicensis Episcopus.
Hincmarus Laudunensis Episcopus. Abbo Niuernensis Episcopus.

Ceterorum Metropolitanorum Episcoporum sigillis hoc volumen præstantiæ vestræ directum supersigillari nobis est visum. Data 1v. Non. Nouembris Indictione prima.

B At non ista tantum, quæ spectabant ad Ebbonem Rhemensem olim Episcopum, acta sunt, occasione restitutionis Rhemensium clericorum factæ anno superiori in Concilio Sueffonensi, sed alia addita sunt, quæ pertinebant ad Hincmarum ipsum Rhemensem Archiepiscopum, Caroli Regis, cuius gratiam demeruerat & in se odium concitauerat, opera exagitatam, vt apparet ex Frodoardo, ex quo pariter intelliges eiusdem Regis temerarium facinus in litteris synodales ab eo præsumptum, simulque legationem ipsius Hincmari, hoc eodem anno, ad Nicolaum Romanum Pontificem missam. At quæ ab eo de rebus Rhemensis Ecclesiæ sunt scripta, sic se habent:

Anno Incarnationis Domini octingentesimo sexagesimo septimo, Synodus prouinciarum Rhemensis, Rothomagensis, Turonensis, Senonensis, Burdigalensis, & Bituricensis in vrbe Trecenti coacta fuit. Vbi quidam Episcopi (vt vsu venit) in gratiam Regis Caroli Vulfado fauentes, insidias & factiones Hincmaro moliri cœperunt, in præiudicium veritatis & auctoritatis sanctorum Canonum. Verùm Hincmarus se ratione & auctoritate defendit, & suffragiorum pluralitate conclusum fuit, ordinem capitulorum controuersorum vna epistola contentorum per Actardum venerabilem Episcopum Nannetensem Romam mittendum esse. Et huius epistolæ tenor similis fuit tenori illius, quam idem Hincmarus mense Iulio præcedente Romam ad eundem Nicolaum Papam per suos clericos peregrinorum, more ob metum insidiarum aduersariorum indutos miserat. Actardus igitur hanc epistolam deferendi à Synodo factam, & Archiepiscoporum, qui huic interfuerunt, sigillis obsignatam suscipiens prouinciam, quibusdam Episcopis comitatus ad Carolum reuersus est, qui ita iusserat.

Sed Carolus, qui fidelitatem & labores, quos per multos annos Hincmarus pro honore & corona illius passus fuerat, obliuioni dederat, hanc epistolam ab Actardo sibi traditam imperauit, & sigilla Archiepiscoporum lacerans, id quod in ipsa Synodo tractatum fuerat, legit. Et quia Hincmarus in ea non fuerat, vt prætendebat, confutatus & condemnatus: alias nomine suo litteras contra Hincmarum Nicolao Papæ dictare fecit, quas suo sigillo obsignauit, & per eundem Actardum cum epistola Synodi Romam transmisit.

Cum autem clerici Hincmari mense Augusto Romam appulissent, Papam Nicolaum iam moribundum, & controuersis Michaëlis & Basilij Imperatorum Græcorum & Episcoporum Orientalium audiendis & refellendis penitus occupatum inuenerunt, quare ibi vsque ad mensem Octobrem sequentem commorati sunt. Nicolaus Papa gratissimum habuit, id quod ad eum Hincmarus scripserat. Et huic notum fecit, quod in omnibus sibi satisfecerat. Similiter suis diplomatibus eidem Hincmaro & aliis Episcopis & Archiepiscopis Regni Caroli significauit, quomodo supradicti Imperatores Græcorum, & Episcopi Orientales sanctam Ecclesiam Romanam, aut potius totam Ecclesiam Latinam calumniant, &c. Subiicit capita illa ab eis obiecta, quæ in dicta epistola Nicolai ad Hincmarum tunc data proximè lecturus eris.

Sed antea necesse est, vt ipsam Hincmari apologeticam epistolam hoc anno per suos clericos (vt audisti) ad ipsum Nicolaum missam mense Iulij, datam mense Augusti legas, quam Dei beneficio adhuc integram repertam ab eodem Fabro acceptam, & nunc primum editam accipe:

Domino sanctissimo & reuerentissimo patrum patri, Nicolao, primæ ac summæ Sedis Apostolicæ & vniuersali Papæ, Hincmarus Episcopus, & vestræ sanctissimæ paternitatis deuotissimus famulus.

Litteras sanctissimæ paternitatis & præcellentissimæ auctoritatis vestræ, XIII. Kal. Iunij.

* f. accipi
* j. directis

Iunij. * In quibus scilicet litteris generaliter ad Episcopos, qui in Synodo, vestra auctoritate congregata apud Sueffones praterito anno fuerunt, * tantas & tales increpationes indignitati meae a dignitate vestra illatas inueni, sicut peccata mea merentur, quibus ad omnia respondere, & humilitati meae praesumptuosum, & sublimitati vestrae constat incongruum. Praesertim cum post multa pusillitatem meam resouentes mihi scribere dignati fueritis, dicentes: Haec ne nos arbitreris ad discrimen quodlibet tuae sanctitatis vel dignitatis exaggerasse, cum meliora esse vulnera diligentis, quam fraudulenta. odientis oscula non nescias.

xxx. Ceterum quoniam propter multas & maximas, ac paene continuas infestationes paganorum atque falsorum Christianorum, quas patimur continue, laborantibus antea Episcopis regionum nostrarum in vnum conuenire non licuit, vt nobis vestrae sanctitatis epistola communiter missa relegeretur: & sicut iussistis quaecumque super hac re, de qua agitur, scripta iam a vobis prius, & nunc, quam a nobis edita reperiuntur: & quid inde humilitas mea, & illi deiectioni clerici Sedi Apostolicae suggererimus, vel retulerimus, in volumen vnum, ordine quo missa sunt, redigerentur, & Apostolicae Sedi, vt competens est, eorum nobis exemplaribus referuatis, summo studio dirigerentur: nunc in aliqua Regni parte aliquatulum de paganorum infestatione respirantes, sed aliarum anxietatum gemitibus laborantes, & adhuc grauiora, quae imminet, metuentes, & fratres ac Coepiscopi nostri, deuotissimi filij vestri, quae iussistis, videlicet de Ebbonis deiectione, & de ipsius restitutione, ac fratris Vulfadi ac collegarum eius promotione, & de praefata Ebbonis iterata repulsione, atque ad aliam Ecclesiam migratione; sed & quae de ordinatione mea compererunt, exequi fideli studio procurant: & humilis mea seruitus, de quibus indignitati meae vestra scripsit dignatio, omni humilitate & puritate conscripta, his quae auctoritati vestrae collecta dirigunt, subiungenda & suggerenda, atque perferenda secundum vestram praeeptionem eis porrexit.

xxxI. De dilecto scilicet fratre nostro Vulfado, & eius collegis, de quibus mihi summa dignitatis vestrae auctoritas, quod sibi placuit scripsit, nihil aliud sanctitati vestrae scribere praesumo, nisi quod increpationes vestras non negligenter sed diligenter suscipio, & praeeptiones obedienter obaudio: & quia illis sufficere debet praestabilis auctoritatis vestrae benignitas, & mihi abundanter sufficiet, si satisfactionem humilitatis meae suscipientes, credere dignati fueritis, me vobis simpliciter ac veraciter inde scripsisse. Nam secundum ordinatorum meorum praeeptionem, qui in Ebbonis deiectione fuerunt, & mihi necdum duobus exactis mensibus post ordinationem meam, in Synodo apud Meldas ciuitatem habita praeeperunt, eatenus ignorant, quod Ebbo post deiectionem suam aliquos in Rhemenſi Ecclesia ordinauerit, vt eis mecum vsque ad diligentiore tractatum ministrare non permitterem egi, & hoc ipsum eidem fratribus, decernente Carthaginensi Concilio, vt ordinatis Episcopis vel clericis prius ab ordinatoribus suis placita Conciliorum auribus eorum inculcentur, ne se aliquid contra statuta Concilij fecisse poeniteant, per Pardulum tunc diaconum Rhemenſis Ecclesiae, qui interfuit Synodo, mandauerunt. Ab eadem autem Synodo Pardulus mecum Rhemis reuersus eidem fratribus, qui nobiscum erant, & de quibus agebatur, hoc quod mihi praeeperunt Episcopi, retulit. & vt non in gradibus, quos ab Ebbone post depositionem suam acceperant, ministrarent, vsque ad diligentiore tractatum obseruarent, praeecepit. ipse quippe Vulfadus mecum non erat; sed post plures euolutos menses, si rite remeior, antequam ferè anni spatium completeretur, de alia prouincia ad me veniens cum benignitate est & cum liberalitate susceptus, & honorabiliter habitus, vsquequod domino nostro Regi Karolo, ipso petente, illum commendauit.

xxxII. Defuncto autem Ebbone, anno Incarnationis Dominicae DCCCLII. Indictione xiv. XIII. Kal. Aprilis, quia praefati fratres nostri ab eo ordinati, qui mecum erant, post annos circiter octo sua ob officio suspensionis, anno scilicet Incarnationis Dominicae DCCCLIII. me petierunt, eidem fratribus ad Synodum ire permisi. Et his qui indiguerunt, subsidium necessarium, vt ad ipsum Concilium sine difficultate ire possent, ministrari praeecepi. vbi eos non iudicauit, neque deieci, nec etiam cum iudicibus eorum subscripsi, sicut norunt qui interfuerunt, vt ipsa Episcopalia Gesta quae authentica cum subscriptionibus Episcoporum, qui eis subscriperunt, sine mea subscriptione praterito anno in Synodo vestra auctoritate apud Sueffiones habita ostendi, demonstrant. Et quoniam

A

B

C

D

E

A Canones posteriores anterioribus iubent deferre, praecipientibus eisdem Episcopis cum eorum litteris, quarum exemplar habemus, & quas in Romano Scrinio inueniri posse existimo, cum meis pro eorum petitione litteris, & cum aliis petitionibus meis, ad Sedem Apostolicam domino Leoni Papae pro confirmandis eorum Gestis, quae non scripsi, me direxisse non denego: in quibus Gestis veram praefatorum fratrum persecutionem, aduersum me silentio non firmaui. Vnde ex communi consensu secundum Canones, sicut eos intelleximus, iudices postulauit: quorum sententiam sequendam vidi, vsquequod maioris auctoritatis aliter exinde definitionem acciperem. Recepta autem domini Papae Leonis excusatoria epistola, cur eadem Gesta non confirmauerit, dices? Inter cetera causas, pro quibus hoc vsque ad tempus suspendimus, charitati vestrae dicemus.

Prima igitur haec est, quia sicut ab Episcopis praenominata Synodus vtiliter ventilata B siue sopita est: ita per aliquos ex eis, vt dubitatio foret radicatus euulsa, statuta vestrae Synodi destinare debuistis, nesciens quia nos Metropolitanis in istis regionibus non habemus potestatem, vt sine consensu vel iussione Regis aut nos ipsi ire, aut Coepiscopos nostros quouquam longius possimus dirigere. Subiunxit autem idem Pontifex in suis Apostolicis litteris dicens: Alia autem iuxta votum vestri desiderij id nos perficere minimè permittit, eod quod Legati Sedis Apostolicae praesentes ibidem non fuerunt, neque Imperialis epistola nobis talis est praesentata, quae hoc quod expetendum missilis, specialiter indicare potuisset. Quarta scilicet causa haec est: quia hi, quos depositos charitas vestra auctoritate Synodi fore affirmat, per proprias litteras Sedem Apostolicam * appellati sunt, & volunt iterum vestra se Apostolica audiri praesentia. & tunc si culpabiles inuenti fuerint, non se abnuunt canonicam sustinere censuram. Et postquam has litteras domini C Papae Leonis accepi, sicut mihi innotuit dominus Hlotharius, petente quodam Episcopo Regni sui, qui adhuc viuit, per Petrum Aretinum Episcopum, praefato domino Papae mandauit, vt Gesta Episcoporum de eisdem clericis non firmaret.

Quae cum ad Fratres & Coepiscopos nostros retuli, rogantibus eis apud Hlotharium Imperatorem, epistolam exinde, ipso ex animo largiente, per Missos meos obtinui, vbi inter cetera ita scriptum habetur: Sed ad nostras petitiones exequendas & obtinendas, Petrum venerabilem & dilectissimum nobis Spoletianum Episcopum, viua voce, nostra vice executorem instruximus, & alium Petrum venerabilem aequè & amantissimum Episcopum Aretinum litteris commonuimus, & alios fideles vestros atque nostros similiter inde monuimus, & reliqua: sicque cum ista epistola, & cum legatione Imperatoris, per praefatum venerabilem Episcopum Missos meos cum litteris, quarum D exemplar habeo, de petitione Episcoporum, & de aliis meis petitionibus Romam direxi: quibus in via nuntius venit de obitu Papae Leonis. Peruenientes autem Romam cum fratris litteris, & interuenientibus praedictis Episcopis, dominus nomine & gratia Benedictus, mihi quod nobis priuilegium inde direxit. Synodum autem pro praedictis clericis aut à Petro Spoletiano, aut ab alio aliquo in istis regionibus, nec fama, nec veritate, ex Apostolica auctoritate congregatam, congregari iussam, sicut & per alios in istis partibus rescire potestis, numquam audiui, nisi illam, quae anno praterito vestrae auctoritatis iussione extitit congregata; in qua eorum restitutioni secundum traditionem maiorum paratissimè annui, quam, posteaquam litteras vestrae auctoritatis inde suscepi, salubrem ac regularem cupiui. Et idcirco ab ipsis, qui eos destituerunt, vel non à minori numero vna cum meo consensu eos restitui peroptaui.

E Et propterea inde vsque ad Synodum expectaui, & plenius à Sede Apostolica vestra auctoritate firmandam cupiui; cuius arbitrio potestatis referuata erat summa firmitas priuilegiorum Apostolicae Sedis. sicut & vestrae epistolae nobis directae continent, & in epistola synodali, cuius exemplar habemus, sanctae auctoritati vestrae directa communi consensu scripsimus. in qua nullam mentionem de quacumque Ebbonis deiectione habuimus. Sed & litteris meae exiguitatis simplici mente inserui, inter cetera dicens. quia Synodo per hunc venerabilem Archiepiscopum Egilonem, qui interfuit Actionibus, dirigente epistolam omnium, qui adesse potuimus cum ipso voce loquentem; quoniam si eis manum porrigitis, vobiscum pariter porrigimus. Item post aliquanta: Quae verbis & scriptis mihi per istum religiosum Archiepiscopum exinde sequenda atque tenenda mandaueritis, pro scire & posse obedire & conseruare curabo. Quam epistolam idcirco, vt veraciter vobis confitear, sigillatam non misi, quia Synodus epistolam à se directam

xxxIII. REGIS TYRANNIS IN EPISCOPOS.

* appellati

xxxIV.

xxxv.

non sigillavit: ducens incongruum, ut cum Archiepiscopus de ipsa Synodo, qui eidem, A
vestris ad eam vocatus Apostolicis litteris, interfuit, ad vos mittebatur, quasi incredulo
epistola sigillata committeretur, & quod Synodus non egit, ego agere, ne scandalum
cuiquam generarem, non praesumpsi.

XXXVI. Sanctitas igitur vestra charitate, quae omnia credit, repleta veraciter mihi credat, quia
simpliciter & absque ullo dolo in restitutione praedictorum fratrum, postquam vestram
dispositionem inde rescivi, ex benevola mente consensu, & simpliciter ac sine ullo dolo
scripsi, quae vestrae sanctitati transmissi. A quo consensu modo quolibet postea non deterri,
nisi veluti in praefatis litteris vobis scripti, dicens: Reservato per omnia sententiae ac iuris
privilegio Apostolicae sedis, & salva definitione ac confirmatione expectatissimae discre-
tionis atque auctoritatis. Nunc autem suscepta definitione de illorum restitutione, quam
vestra, sicut decuit, & ordo poposcit, summa auctoritas praecessit, & subsequente synodali B
consensu, vestra praefata confirmatione corroboravit: numquam vel nusquam exinde que-
rimoniam contra quemcumque molior, vel dispono, permitto, vel cupio habere, remo-
uere, excitare, siue conferere: nec meditatus sum, ex quo litteras super his vestrae benigni-
tatis accepi, a consensu in Synodo contra ipsius definitionem & vestram confirmatio-
nem aliquid removere ex tunc in postmodum usque in sempiternum.

XXXVII. Quia enim nullo crimine proprio denotati, nescientes Ebboneum damnatum, creden-
tes videlicet eum canonicè restitutum, non importunè ad ordinationem, sicut ipsi di-
cunt, & non est qui contradicat, se ingesserunt, sed electi & vocati obedierunt, iubente
Apostolo, ^a ut ipsum dicamus omnes: & ad ipsum ex hac causa dicendum, quid testi-
monium ex praedecessorum vestrorum decretis a vestra auctoritate positum dicatur, con-
venientius non occurrit. sicut secundum excellentiam sapientiae vestrae domino Regi C
Karolo scripsistis, si nolent obedire volenti eos ad maiorem gradum prouehere, omnes
illos veluti procaciter renitentes reprehenderent, & tamquam contumaces circa sacros
canones damnarentur, veluti in epistola Episcopis, qui per gratiam Domini & decretum
vestrum apud Sueffionis urbem conuenerunt, directam intimastis, qualicumque fuerit
quicumque pertulerit Ebbo, a se ordinatis, qui nihil praeter humilitatem & obedientiam
exhibuerunt, nullum prorsus intulit offendiculum, quoniam & beatissimus Leo ad
Mavros scribens, ita de quodam Maximo praecipit dicens: Maximum quoque, licet
reprehensibiliter ordinatum, tamen si Donatista iam non est, & schismatica prauitatis
alienus est, ab Episcopali, quam quoquo modo adeptus est, non repellimus dignitate, &
Anastasius eiusdem Apostolicae Sedis Praeful, quod mali bona ministrando sibi tantum-
modo noceant, nec Ecclesiae Sacramenta commaculent, ad Anastasium Principem scri- D
bens, euidentissima ratione demonstrat. Cui sane pio sensui, sicut in eorum decretis cum
additamento conditionum legimus (ut alter libellum Fidei Sedi Apostolicae dirigat;
alterius vero, quia reus est sibi tantum & non aliis personae nocentis, nomen specialiter
in Ecclesia taceatur) iuxta quemdam modum non inconuenienter coaptari posse vide-
tur, quod Augustinus scripsit, de cuius sensu ac verbis Anastasius Papa in praefata epistola
hinc quaedam assumpsit.

XXXVIII. Si quem forte, inquit, ^b coegerit extrema necessitas, ubi Catholicum, per quem ac-
cipiat, non inuenerit, & in animo pace Catholica custodita, per aliquem extra unitatem
Catholicam positum acceperit, quod erat in ipsa Catholica unitate accepturus, si sta-
tim etiam de hac vita migraverit, non eum nisi Catholicum deputamus: si autem fuerit
a corporali morte liberatus, cum se Catholicae congregationi etiam praesentia corporali E
reddiderit, unde numquam corde discesserat, non solum non improbamus, quod fecit,
sed etiam securissimè, verissimeque laudamus, quia praesentem Deum credidit cordi
suo, ubi unitatem seruabat.

XXXIX. Exemplar denique privilegij sanctae memoriae Benedicti, sine vlla mutilatione, vel
adiectione, seu immutatione, per venerabilem fratrem & Coepiscopum nostrum Odo-
nem sanctissimae paternitati vestrae transmissi. de quo & in epistola a me per illum vobis
directa, inter alia, si placet, potestis relegere, ubi scriptum habetur: Mitterem, inquam,
ipsam authenticam privilegij chartam, quam beatae recordationis praedecessor vester do-
minus Benedictus mihi sua auctoritate direxit: sed timui ne mihi inde aliquid sinistri in
via contingeret, & solatio, quod inde aduersus insurgentium impetus habeo, fierem
destitutus. Vestra vero dignatio in Scrinio sanctae Romanae Ecclesiae ex more exemplar
illius

A illius potest requirere, & vtrum ita se habeat, euidenter agnoscere, in quo si vestrae sancti-
tati placet, necesse est nobis, ut quaedam superaddatis, quae hic frater ac filius noster, iuxta
quod necessitates nostras cognoscit, vestrae suggeret sanctitati. Quia sicut sanctus Augu-
stinus dicit, Necesse est ut ad noua morborum genera noua quaerantur medicamento-
rum experimenta. Sed & de Synodo apud Sueffiones habita, de qua factione cuiusdam
clerici nostri, qui a nobis negligentis suis territus aufugerat, quiddam ibi sub dubita-
tione est positum, hic frater ac filius noster vobis rei veritatem potest narrare, qui eidem
Synodo interfuit, & adhuc in nomine Abbatis subscripsit.

Haec sunt verba mea in epistola sanctae paternitati vestrae directae: nam si inde, quod XL.
ibi est positum, *SITAE* ST, erassem, superflue, quod quiddam ibi sub quadam dubi-
tatione esset positum, scriberem; & si aliquid ibi adderem, mutarem, vel demerem, ut
B in Scrinio S. R. E. exemplar illius requireretur, & vtrum ita se haberet, agnosceretur, scri-
bere non audeam. Ceterum si quocumque modo, quacumque occasione, a quocum-
que aliter ad vos delatum fuerit, tamen ego per praefatum venerabilem Episcopum no-
strum, sicut se habet, exemplar ipsius privilegij vobis direxi, quod si vobis non fuerit ta-
dium reservato in Romano Scrinio illud quod per eum mihi conferre, verum inuenietis.
Sed & illum ipsum privilegij tomum, & non exemplar Synodo vestra auctoritate con-
gregatae, cum privilegio vestrae sanctitatis, ostendi, & incorruptas scripturas atque sigilla
monstravi: & ex integro coram filio vestro domino Rege Karolo, audientibus omnibus
Episcopis, & qui Synodo interfuerunt, relegi feci. Vnde in epistola Synodi vestrae au-
thoritati directae, scriptum inter cetera habetur ad locum: In suis ordinibus restituere
matutarem quinque praedictos fratres, nisi privilegij sanctae Romanae Sedis, per reue-
rendum fratrem nostrum Hincmarum Archiepiscopum nostrae vnanimitati prolatis,
C quae de ipsis viris quaedam statuerunt, debita reuerentia exhiberetur: quorum sum-
ma perfecta & integra firmitas, ut claret, & iustum est, in Apostolicae Sedis reservata est
arbitrio potestatis. Quod Synodus Episcoporum vobis non scriberet, si integra privile-
gia eis non ostendissem.

De eo quod benignissima & sanctissima paternitas vestra mihi est dignata scribere XLI.
(sicut praemisit, & in vestra sanctitate ac piissima paternitate confido) ut non arbitrarer
ad discrimen quodlibet, quae mihi mandata sunt, exaggerasse, cum meliora esse vulne-
ra diligentis, quam fraudulenta odientis oscula non nesciam, sed ne aded in privile-
giorum meorum defensionem, vel elationem, immoderatus erigar, ut Apostolicae Se-
dis iura quodammodo temere tetigisse videar: veraciter fateor, hoc numquam in cor
D meum ascendit, qui semper & Apostolicae Sedi, & eius rectoribus, postquam me nosse
potui, pro meo scire & posse, fidelis & deuotus & humilis, & subiectus extiti, sum, &
adiuuante Domino permanebo. Privilegia autem Sedis Apostolicae non ideo petij, ut
mihi non sufficeret quod sacri Canones & decreta Sedis Romanae Pontificum cuique
metropolitani sedi concedunt, & nec alia, vel amplius, quam Ecclesiae Rhemorum collatum
est ex antiquo, mihi largiri specialiter petij, neque appeto; sed quia non solum dioce-
sis, verum & parochia mea inter duo Regna, sub duobus Regibus habetur diuisa; & res
mihi commissae Ecclesiae sub multorum Principum potestate coniacere videntur, de
quibus aut parum aut nihil utilitatis Ecclesia nostra potest habere; quia veteres consti-
tutiones quasi iam pro vili habentur apud quosdam: his nouis decretis carnales & ani-
males homines territi, quiddam reuerentius contra Ecclesiam indignitati meae commis-
E sam agerent. De quibus privilegiis, quorum defensionem mihi non arrego, sed nec de
aliis quibuscumque est unde inflari valeam, vel efferri, qui si iustus fuero, ^a non leuabo ^{10b} 10.
caput, saturatus afflictione & miseria.

Postremo de pallio a mea praesumptione non certis temporibus & iuxta morem aliis XLII.
Metropolitanis definitis vso, inde vestrae sanctitatis auribus intimatum esse, indignitati
meae scripsistis: auctoritati vestrae veraciter fateor, quod & in istis regionibus per alios,
si vobis placuerit, rescire valebitis, quia nisi in die Natalis Dominici, & in Resurrectionis
eius, vix in toto anno eodem pallio vtor; quoniam de illorum numero peccatis meis
exigentibus factus sum, de quibus scriptum est, Impedimenta seculi fecerunt eos miseros.
Raro in decretis festiuitatibus, quo pallio vti Metropolitanis conceditur, in sede mea,
propter multas occupationes & necessitates Ecclesiae & Regni, esse mihi permittitur. Et
nisi quando in eadem sede sum, in decretis festiuitatibus, non solum non toties sicut mihi

concessum est, verum vix aut numquam eodem pallio vtor. Pro cuius vsu apud Sedem Apostolicam nil petij, nisi sicut decessores ac prædecessores mei eo vti & in Episcopi ordinatione solebant: non enim vsu pallij esse meæ dignitatis puto, sed genij sedis Metropolis esse cognosco; dicente magno Leone Papa: Quoniam etli diuersa nonnumquam sunt merita præsulum, tamen iura permanent sedium: & cum multi sint sancti Episcopi, qui eodem pallio non vtuntur, non nescio, quia si sine virtutibus, quas, exponente beato Gregorio, pallium signat, pallio vtor, etli excellentiorem ceteris Rhemorum prouinciæ sedibus Metropolitaram sedem pallij vsus demonstrat in oculis hominum, non tamen maiorem me facit in oculis Domini. Et veraciter confiteor sanctæ vestræ paternitati, quia si Episcopus ordinatus non essem, non solum pallij vsu non quaererem (quoniam scio sine ordinatione Episcopali, fide recta & operibus bonis per Dei gratiam vitam æternam me potius acquirere in isto sæculo) sed cognoscens illud, sicut modò cognosco, Episcopalem ordinem non subirem, si vitare valerem; sed & nunc iam, quia inultè non valet deserui, nec otia periculo careant nec labores: sufficit mihi anima mea pro spolio. Ego enim multis afflictus infirmitatibus, & ætate grauatus, ac iniurijs fatigatus iam delibor, & tempus meæ resolutionis instat.

22. Tim. 4.

XLIII.

Quapropter licet alius ab amicis meis Cifalpinis in partibus Romanis (vt à multis iactatur) confingar: ad aliud me oportet tendere, & de alijs cogitare, quàm alicui pompæ ac ostentationi, minimè autem in Ecclesiastico ministerio ex vsu pallij applaudere, aut modo quolibet inferuire. Hæc autem, de quibus clarissimæ sanctitati & famosissimæ sapientiæ vestræ scripsi, non ad vllam controuersiam vel cõtumacem resultationem (quod absit) protuli; sed animatus veridica sententiæ vestræ, immò diuina auctoritate, quam mihi scribere dignati fuistis, dicentes, Quia veritas liberet, mendacium verò perdat, C humiliter veritatis narrationem suggesti.

XLIV.

Tandem meæ seruituti à vestra dignatione remandari depono de fratribus nostris, Rhemensis Ecclesiæ filijs, auctoritate vestra in suis ordinibus restitutus, quoniam venerandus Archiepiscopus Egilo ex vestra auctoritate eis præcepit, vt in suis gradibus ministrarent, & ad altiores ascendere non præsumerent, vturum debeam eos ad altiores gradus prouehere, si confratres ac comministri nostri illos elegerint: quoniam eorum animos mea incuria lædere nolo: & ne contra vestram iussuionem ac dispositionem agam, modis omnibus deuitare cupio, qui Apostolicæ Sedis decretis in omnibus parere desidero. Dominus omnipotens sanctitatem vestram, ad doctrinam & correctionem sanctæ Ecclesiæ, in suo apto seruitio, per annorum multa curricula conseruare dignetur, domine sanctissime & reuerentissime Patrum pater in Domino.] hæcenus Hincmari ad Nicolaum epistola, quem accepisse Hincmari excusationem Frodoardus affirmat.

XLV.

Noua enim ab Orientalibus in Latinos (vt audisti) excitata prælia, ab alijs leuioribus desistere Nicolaum Pontificem suaferunt. Qui ad Francos Episcopos, præcipue verò ad Hincmarum ceteris doctrina præstantem scripsit epistolam, totam planè historicam, quæ cuncta hæcenus transacta cum Orientalibus in causa Photij inualoris ordine temporis narrat, & demum quæ tunc ab Imperatoribus, Photio agente, in Latinos omnes odio immenso essent illata, recenset. Quæ quidem epistola dimidiata tantùm habetur edita in Romana editione vltimo loco inter reliquas Nicolai epistolas: nos verò quæ desunt vsque ad finem à Nicolao, Fabro Parisiis accepta hinc tibi reddemus. sic se habet:

XLVI.

Nic. ep. 70.

Nicolaus^b Episcopus seruus seruorum Dei, reuerentissimis & sanctissimis Hincmaro & ceteris fratribus nostris Archiepiscopis & Episcopis in regno Caroli gloriosi Regis Ecclesiis constitutas regentibus.

Omnium nos portare onera qui grauantur, immò hæc in nobis portare beatissimum Petrum, qui nos administrationis suæ protegit ac tuetur heredes, fraternitas vestra liquiddò nouit. Verumtamen inter alia quæ nos immensis laboribus inferunt, illa nos præcipue commouere videntur, quæ nobis, immò vniuersæ Occidue parti à Græcorum Imperatoribus Michaële & Basilio, & ab iis qui sibi parent, nequiter ingeruntur. Hi enim odio & inuidia contra nos inflammati, quæ inferius annotabimus, nobis quasi crimina hæreseos impingere moliantur. Odio quidem, quia Photij adulteri & inualoris Ecclesiæ Constantinopolitanæ, atque neophyti à depositis & anathematizatis factam promotionem non approbauerimus, fratris scilicet & comministri Ignatij eiusdem Ecclesiæ Patriarchæ deiectionem, vt pote à subiectionis, & ab Imperiali potetia factam nullo suscipiente assensu.

Inui-

A Inuidia verò, quia Regem Bulgarorum Michaëlem nomine cum gente sua, Christi Fide suscepta, à Sede beati Petri institutores & doctrinam expetiisse, audierunt. Volentes quippe & nimium anhelantes, eosdem Bulgaros à beati Petri subiectione subducere, suoque Imperio sub prætextu Christianæ religionis callidè subiugare, talia de sancta Romana Ecclesia non habente maculam neque rugam, aut aliquid huiusmodi prædicant, quatenus illi, vt pote adhuc in Fide rudes, hæc audientes, nos quasi noxios, & diuersarum hæreseon squalore respersos vitent, deiecent, atque penitus deserant.

Denique cum clamor maiorum, qui in Constantinopolitana Ecclesia tum per eosdem Principes, tum per eos qui illi siue metu, siue affectu ad votum parent, multiplicatus & consummatus esset, nostrisque auribus increfcens, immensum cordi dolorem incuteret, etiam ipsis petentibus & obnixè precantibus, ad hæc inquirenda & nobis referenda, Missos nostros Rodoaldum scilicet & Zachariam tunc Episcopos, Constantinopolim destinauimus. Qui illuc peruenientes, Patriarcham Ignatium damnando, & Photium communionem sua firmando, contra edictum nostrum factioni consenserunt Gregorum. Cum autem patratio nefario scelere, Romam reuersi fuissent, missus est etiam ab Imperatore Michaële cum ipsis ad nos prius Legatus nomine Leo à secretis. Quorum aduentu cognoscentes, tam ipsum Ignatium iniuste depositum, quàm Photium moechum irregulariter in sede Constantinopolitana firmatum, molestissimè tulimus, scribentesque nostram summæ auctoritatis epistolam eidem Leoni à secretis Imperatori per Indictionem decimam hanc deferendam contulimus, per quam videlicet nos nec illam damnationem, nec talem promotionem, vt pote vttramque iniquè patratam, admissuros fore prædiximus, & ratione competentem firmauimus.

C Deinde bis factò Concilio, & lectis profanis Gestis, quæ prædictus Leo à secretis detulerat: vbi præfata depositionis fratris & Coepiscopi nostri Ignatij tenor continebatur; inuenti sunt iidem Missi nostri tam in damnatione Ignatij, quàm in communionem Photij omnino culpabiles. Vnde nos Ecclesiam nostram sine omni volentes macula (sicut semper) subsistere, ne videlicet in ea, illis impunitis remanentibus, vel tenuis subsannandi oriretur occasio, aut nos eorum prauitanti consensisse videremur: vturumque damnauimus, & excommunicationi submissimus; damnationem verò Ignatij & promotionem Photij penitus respuimus & condemnauimus. Reuerso autem Leone à secretis Constantinopolim, Michaël Imperator comperiens per epistolam nostram, quam per ipsum transmisissemus, quòd nec depositionem Ignatij, nec promotionem Photij suscepissemus: mox quemdam Legatum, nomine Michaëlem Protospatharium cum epistola iniurijs plena ad nos direxit, & vt sententiam nostram ad votum ipsius commutarem, vehementer hortatus est.

At nos iniurias quidem nostras non curantes, licet circa Ecclesiæ iniurias non tacuissemus: scripsimus epistolam nostram, & hanc per Indictionem quartamdecimam prædicto Imperatori per iam nominatum Michaëlem Protospatharium Legatum suum direximus, tam videlicet à nostra Ecclesia falsas obiectiones repellere cupientes, quàm ipsum Imperatorem cum sequacibus suis super hoc negotio ad rectum iustitiæ perducere tramitem anhelantes. Sed vt plenius hæc tam ipsi Imperatori, quàm alijs Fidelibus intimari potuissent, conuocatis quibusdam è vicinis locis fratribus & Coepiscopis nostris, de his quòd nobis canonice visum est, prædecessorum nostrorum secuti vestigia, decreuimus & ordinauimus, quòd etiam sanctitati vestræ post modicum, Deo fauente, plenius intimare disponimus. Quo ritè, sicut arbitramur, ordinato, quætere cepimus opportunitatem, qua freti, Missos Apostolicæ Sedis etiam adhuc Constantinopolim cum exhortatorijs epistolis destinaremus, qui & pro salute ipsorum competentibus eos monitis adificarent, & quæ fuerit de illis Apostolicæ Sedis prolata sententia, manifestè denuntiarent, iuxta quòd & magna Synodus Nicæna de his qui abiiciuntur, sanxisse dignoscitur.

Videbatur enim nobis iter nauale satis difficile, & propter eorundem Græcorum expertas insidias valde cauendum. Cum in his itaque anxietatibus vndique coactoremur, & ingentibus premeremur angustiis: ecce subito Legati iam fati Regis Bulgarorum nobis adesse nuntiantur. Vnde quis est, qui dicere possit, quanto gaudio & quanta exultatione simus repleti, edò quòd & salubrem eorum conuersionem per diuitias bonitatis eius cogouimus; & quia illos doctrinam beati Petri Apostoli, Sedisque eius exquisisse eius cogouimus; & quia illos doctrinam beati Petri Apostoli, Sedisque eius exquisisse eius cogouimus; quod licet longè positi corpore, nobis tamen facti sunt fide præsentis; sed & quia

G g 4

quia

quia per eorum Regnum facilem ac terrenum Missis nostris ad terram Græcorum accessum patere perspeximus.

LII. Ordinatis igitur tam quæ Bulgarorum gentis congruere fidei rudimentis agnouimus: quam quæ Constantinopolim mittere disposueramus, Missos quoque nostros cum Legatis iam nominati Regis per ipsius transituros regionem direximus. Quos Imperatores Græcorum non solum recipere minimè consensere, verum etiam vehementer auersati Bulgaros, animos commouere, eò quod per suam eos terram transire permiserint, nihil aliud proculdubio inuenientes, nisi quod eos, si per sibi subiectas regiones transiissent, illis periculis traderent, quibus prædictæ vrbis hæretici Principes sæpe Sedis Apostolicæ Legatos pro causa Fidei, vel correctionis Ecclesiasticæ destinatos tradidisse leguntur.

LIII. Præterea cum Bulgarorum Rege demorantibus, & ad urbem Constantinopolitanam iisdem nostris accedere Missis conantibus: iidem Imperatores epistolam suam ipsi Regi Bulgarorum transmisere: quam ille accipiens, nobis per Legatos nostros deferri deuotamente decreuit. Accipientibus itaque nobis, & perscrutantibus tandem cum aliis scriptis epistolam, non hanc sæpe memorati Principes dictantes, nisi in lacu blasphemix tinxisse calamum, & luto erroris vsi pro atramento fuisse, proculdubio potuere. Conantur enim tam nostrum specialiter, quam omnem generaliter, quæ lingua Latina vitur, Ecclesiam reprehendere, quod ieiunamus in Sabbatis, quod Spiritum sanctum non ex Patre procedere fateamur.] Apud Frodoardum, qui ista recenset, ita legitur, Quod Spiritum sanctum à Patre & Filio procedere dicimus.] pergit Nicolaus.

LIII. Dicunt præterea, nos abominari nuptias, quia presbyteros fortiri coniuges prohibemus. Et infimulare tentant, quoniam eosdem presbyteros chrismate linire baptizatorum frontes prohibemus. Quod chrisma nos ex aqua fluminis conficere, fallaciter arbitrantur. Reprehendere nihilo minus moluntur, quod octo hebdomadibus ante Pascha à carniis, & septem hebdomadibus à casei & ouorum estu, more suo, non cessamus. Mentiuntur quoque, nos, sicuti per alia ipsorum scripta indicatur, agnum in Pascha more Iudæorum super altare cum Dominico corpore benedicere & offerre. Quin & reprehendere fatagunt, quod penes nos clerici barbas suas radere non abnuunt. Et quia diaconus, non sumpto presbyteratus officio, apud nos Episcopus ordinatur, cum ipsi etiam illum, quem Patriarcham suum nominant, à laico subito tonsuratum ac monachum factum saltu ad Episcopatus apicem Imperiali fauore & brachio prouehere (vt ipsi putant) minimè formidant. Et adhuc (quod est grauius) à Missis nostris contra omnem regulam & præter omnem consuetudinem libellum fidei, si se ab illis recipi vellent, exigere moliebantur, in quo tam ista capitula, quam ea tenentes anathematizarent. Necnon & epistolas canonicas ab eo, quem suum Oecumenicum Patriarcham appellant, dandas improbè requirebant.

LIV. His igitur (explolis ceteris curis) vos fratres summopere conuenit desudare. & quia communia hæc sunt opprobria, quæ vniuersali Ecclesiæ in ea dumtaxat parte, quæ Latina vti dignoscitur lingua (sicut prætulimus) ingeruntur: communiter omnes qui diuino sacerdotio illustrati videmini, decertare debetis, quò paternæ traditiones tantæ derogationi non pateant. sed quæ prauis quique consueta contemptione tam mentientes quam errantes maculare gestiunt: manu communi defensionis ab omni næuo blasphemix funditus eruantur. Ridiculum est enim, & satis abominabile dedecus, vt temporibus nostris vel falsò infimulari sanctam Dei Ecclesiam permittamus, vel eas traditiones, quas antiquitus à patribus nostris suscepimus, prohibitu semper errantium infringi patiamur.

LV. Quapropter necesse est, vt eorum conatibus resistamus, & falsis illorum iaculis veritatis clypeum opponamus. Quod nos quidem, opitulante superna potentia, prout valeamus, agere non omitemus. Nec cum oportunitas cælitus datur, contra illos pro Ecclesia Christi tacebimus, sed magnopere conuenit, vt & vestra quoque fraternitas morem secuta maiorum, concertans nobiscum, & vniuersim collaborans in talibus inueniatur. Siquidem (nisi mente recessit) numquam Hesperix regiones, vt de aliis mundi plagis interim taceamus, à Sede beati Petri in huiusmodi quæstionibus dissonantes inuentæ sunt. Vnde vnusquisque vestrum, qui Metropolitana iura sortitus est, iunctis tibi fratribus & Coëpiscopis suis, qui sub se sunt, de his diligentem curam suscipiat, & quid inuidis eorum detractionibus opponi necesse sit, rimari studeat, & inuenire summopere gestiat, atque

A atque inuentum nobis ocyus transmittere minimè paruipendat, quatenus id nos quoque aduersus eorum vesaniam cum ceteris assertionibus nostris deinde mittere valeamus. Non enim in nobis tum inuisibilis hostis sic concordiam . . .] hucusque in editione Romana, reliqua autem quæ desunt, ex codice Fabri (vti superius dictum est) ^{Epist. 70.} suppleuntur ab vltimo versu ita correcto.

Nihil enim in nobis tam visibilis quam inuisibilis hostis, sicut concordiam, exhortescit. Idèd mutua studia nostra prouocemus, & contra communes hostes non quasi hac vel illac palantes, sed tamquam castrorum acies ordinati reperiamur: sicque fit vt dum nos vestram vniuersitatem ad communem incitamus conflictum, & vos nostris certaminibus interestis, vt & nos vestram sanctimoniam debito mentis affectu diligere fraterneque venerari cernamur, & vos in nullo à capite, id est, à Sede Petri dissidere noscaminii. Quanto autem liuore, quantaque vecordia iam designati Græcorum Principes eorumque satellites aduersus nos, pro eo quod suis nolimus parere illicitis animositatibus, animati sint, in eo manifestè datur intelligi, quod aut falsa sunt quæ nobis impingere vnanimiter, aut certè iam à prisco tempore, sine cuiusquam contradictione in Ecclesia Romana, immò in tota Occidentali parte hætenus custodita, & cum floruerint etiam apud ipsos magni Doctores Ecclesiæ, nullus tamen eorum de his reprehensionem fecit, nisi hi, qui non zelo iustitiæ feruidi, sed zelo inuidiæ perculsi, Ecclesiæ lacerare traditiones anhelant, præcipuè cum de ieiunio Sabbati tempore sancti Siluestri Confessoris Christi sit satis discussum, & disputatum: atque vt celebraretur per omnia definitum, nullusque post hæc ausu temerario contra illud statutum venire, aut saltem mutine præsumperit: cum potius è diuerso Sedis Apostolicæ institutio, & Ecclesiæ Romanæ sequens obseruantia eiusdem salutiferi constituti executrix fuisse hucusque reperitur.

Præterea de processione Spiritus sancti quis nesciat illustres viros & præcipuè Latinos nonnulla scripsisse, quorum sulti auctoritatibus istorum oppidò sanè respondere possemus insanix, si vel illis nos reprehendendi, vel nobis eis contentiosa fauce gannientibus rationem reddendi consuetudo quælibet extitisset? Sed quid mirum si hoc isti prætentunt, cum etiam gloriantur atque perhibeant, quando de Romana Vrbe Imperatores Constantinopolim sunt translati, tunc & primatum Romanæ Sedis ad Constantinopolitanam Ecclesiam transmigrasse, & cum dignitatibus regis etiam Ecclesiæ Romanæ privilegia translata fuisse: ita vt eiusdem inuasor Ecclesiæ Photius etiam ipse se in scriptis suis Archiepiscopum atque vniuersalem Patriarcham appellet.

D Videte ergo fratres, si hæc Ecclesiæ Christi non præiudicent, videte si tolerabilia valeant aestimari, considerate si debeant illi Ecclesiæ Romanæ huiusmodi derogationes vel detractiones ingerere, cum ipsa ex quo coepit Christiana religio dilatari, quæ semel in Petro patrono ac institutore suscepit immutilata tenuerit, & incorrupta per alia climata mundi docuerit, nec apparuerit quisquam per tot saltem *seculorum* curricula, qui eius traditionibus derogauerit, aut obuiare præsumperit, licet, vt prætulimus, in Ecclesia crebrò magni Doctores effulserint: nec visa sit vnquam Ecclesia (vt non dicam Constantinopolitanam, quæ longe post instituta est) cuius hæc doctrinam vel auctoritatem secuta sit, cum ipsa potius alias Ecclesias instituerit, atque nonnullas traditiones contulerit; adeò vt quemadmodum Bonifacius Sedis Apostolicæ Præful testatur, institutio vniuersalis nascentis Ecclesiæ, de beati Petri sumpserit honore principium, in quo regimen eius & summa consistit.

E Perpendite ergo, fratres, si hæc vitia sint Ecclesiæ Dei, si hæc congrua videantur eius ordinationibus: perpendite rogo, si Sedis Apostolicæ Missos à visione sua excludere, vel eos aut epistolas nostras spernere debuerint, & vbi sit aliquando gestum, quæso, memorare contendite: alioquin contra tantum laborare contemptum, nobiscum tota virtute curate. Nam si huiusmodi mos in Ecclesia Christi fuerit exortus, videlicet vt Legati seu litteræ singularum Ecclesiarum vel personarum ab his quibus mittuntur, minimè suscipiantur: quis locus restet salutis, nos penitus ignoramus; præsertim cum per Legatorum & epistolarum destinatarum interuentionem, ad fidem nonnullos conuersos, & ab errore multis reuocatos, & ad pacem ceterasque correctiones plurimos vel reddidisse vel accessisse noscimus. Et certè si hoc licitum esse posset, nullus profectò nobis tranquillioris vitam ducere valuisset. Nimirum quos quotidiana vndique veniens, an-

nunte Christo, frequentia, non modicè reddit sollicitos, nec paucis constituit subinde sudoribus fatigatos.

LX. Perpendite nihilominus, si à Legatis nostris libellus exigi debuit, aut quæ huic exempla præcesserint, cum nec scripto insertum, nec memoriæ commendatum tale quid inueniri credatur. Numquid nos alicuius nouitatis inuentores exitimus? numquid alia nisi quæ ad salutem ipsorum & ad communem Ecclesiæ statum pertinebant transmissimus? Numquid nos hæretici aliquando fuimus? Nam licet nos peccatores quidem esse non denegemus: quorumlibet tamen errorum fæce polluto, Deo gratias, minimè recognoscimus, quemadmodum illi qui numquam sine schismate, numquam prorsus ab errore reperiuntur extranei. Libellos autem nos ab illis & exigere & suscipere, non autem illos à nostris requirere solere, consuetudo hucusque custodita demonstrat. Cum enim Christi munere, propter primatum Ecclesiæ Romanæ in beato Petro concessum nemini sit de Sedis Apostolicæ iudicio iudicare, aut illius sententiam retractare permissum: constat nimirum eos ab his nullum ius possidere libellos exigendi, quos habere fas iudicandi, nullo habetur Canone, nullo probatur exemplo. Potiorum enim est ab inferioribus, non inferiorum à potioribus violenter exigere rationem, aut extortam elicere satisfactionem. *Commendatius autem epistolas (etiam si tale quid antiqua consuetudo fieri à nobis efflagitasset) dandas Photio nullo modo mitteremus: quippe quem non ceterarum nostrarum communionem in Ecclesia Constantinopolitana stabilidum, sed nostræ sententiæ iam mucrone percussam, ab ea penitus decreueramus tamquam adulterum propellendum. Verum pro his, & his similibus causis canonicè discutiendis, & ritè definiendis, tam vestram, quam aliorum fratrum & Coëpiscoporum nostrorum reuerendam ad nos conuenire vellemus præsentiam, nisi vos diuersæ mundi calamitates & quotidianæ pressuræ id gerere veruissent. Sed quæ nobiscum ageritis præsentem, hortamur agite saltem absentes, qui tamen dum intra sinum charitatis, quam latum mandatum *Psalmista nuncupat, vos circumplectentes semper intuemur quasi præsentem, terrarum profectò spatium numquam potestis haberi visibus nostris absentes.

*Commendatius

*Psalm. 118.

LXI. Verumtamen huc veniendo non recusetis laborem arripere, nec iussa terreni Principis, nec vlla impedimenta sæculi pium studium vestrum à communi hac Ecclesiastici negotij meditatione, seu necessaria sollicitudine cohibere quoquo modo valeant; alioqui vestram ad nos fraternitatem conuocandi, & pariter de huiusmodi quæstionibus tractandi nobis erit omnino necessitas, ut videlicet iuxta pristinam consuetudinem nobiscum in idipsum apud sanctum Petrum conuenientes, communes Ecclesiæ contumelias repellamus, qui commune sacerdotij culmen in Christi Ecclesia singuli secundum suorum qualitate privilegiorum promeruisse dignoscimur; præcipuè cum non solum propter huiusmodi generalis Ecclesiæ negotium, sed etiam pro specialis huius Sedis exorta causa prædecessores vestri vnà cum prædecessoribus nostris hinc soliti sint non immeritò conuenire. Nam mirandum quamobrem iidem Imperatores ita scruiant, ita commoueantur, ita in conuitia nostra prorumpant, cum si benè gesserunt, eos non nobis comminari, sed de bono gratias auctori referre, & in seipsis gloriam habere, & Missos vel legationem nostram non respicere, sed vtpote suis benè gestis congratulantes libenter admittere, & nobis congrua responsa dirigere, profectò decuerit. Si verò malè operati sunt, ut quid non corrigi potius & meliorari fatagunt, sed indignanter anhelant, & in tot contumelias aduersus ordinationes Dei & Ecclesiæ traditiones insiliunt? quamuis non tam indignati, quam deterriti fuisse videantur; conscientia namque remordente intellexerunt, pro iudicanda canonicè sui obligatione nos illas in partes misisse: quamobrem huiusmodi consilio vsi sunt, quò videlicet Legati nostri nullatenus admitterentur, scilicet ne per illos vel de recuperato fratre & Coëpiscopo nostro Ignatio, vel de damnato Photio inuasore Sedis Apostolicæ sententia penitus sint diffamati; nec rursus iidem tamquam fautores tantæ peruersitatis, ac per hoc obligati manifestius quòd essent excommunicati sciri eorum attestazione, aut scriptorum nostrorum serie potuissent. Vnde quis non videat eos idcirco de nobis illa derogationum verba depromere, ut suæ quoque prauitatis acta possent contegere, & ided velle nostra suis præstigijs obscurare, ut sua valeant tenebrarum opera longè lateque clarificare.

LXII. Nam quis stylus sufficiat exarare, quanta & qualia, priusquam Missi nostri illuc directi fuissent,

A fuissent, vel etiam post reuersionem eorum tam per Legatos quam per litteras suas, ut de nostris specialiter omittamus, de beati Petri principis Apostolorum laudibus, de sede eius vel Ecclesiæ Romanæ priuilegiis nobis præconia destinari? Cum autem eosdem Apostolicæ Sedis Missos in suam nequitiam traduxissent, & instar quarundam prostitutarum libidines suas ipsis conuiuentibus expleuissent, primò quidem conati sunt nos iteratis laudibus effertentes, & versutis blandisque lenocinijs adentes, ad suos inflectere pessimos actus, ut his à se perpetratis nostro consensu firmitatem tribueremus, supra modum hortati sunt & deprecari. At ubi nos inspiratione diuina, quæ acta sunt perperam commissa fuisse comperientes, ea non solum iustitia magistra, ut iam diximus, non approbauimus; sed & damnauimus: protinus illi, versa sententia, plectrum linguæ in derogationes & blasphemias acuerunt, & tamquam suimet obliti, contraria his quæ primitus profecuti fuerant, tractauerunt. Et quia, Deo auctore, de nobis quid specialiter impetere, non inuenerunt: traditionibus paternis diuinis testimonijs roboratis detrahere curauerunt, & quod agere maiores eorum minimè præsumperunt, isti etiam quæ antiquitas Romana suscepit, cum numerosis hanc sequentibus Ecclesijs generaliter accusare & blasphemare ore polluto minimè timuerunt. Quin & priuilegijs Apostolicæ Sedis, quorum valetudine sua quoque roborari poposcerant, quia suis malignitatibus non fauimus, conuitari & derogare vice tergiversatoria multifariè studuerunt.

Porrò autem quia nos Apostolicæ Sedis auctoritatem, Deo gratias, non ignorantes, hæc haenus quodammodò singulariter eorum prauitatem, nullo solatio vestro, more prius muniti, constantia summa repressimus, actus suos illi non nisi nobis displicere, non nisi nos execrari, fallaciter arbitrantur. Quamobrem fieri potest, ut hæc sua venenosa graminis semina per alias mundi partes dispergant, & simpliciorum piorumque Fidelium corda suis illicitis vocibus incuruent, adeò, ut, sicut ipsi gloriantur, ad Alexandrinum & Ierosolymitanum Patriarchas iam miserint, eos videlicet, ut in deiectione Ignatij Patriarchæ, & in promotione inuasoris Photij sibi consentiant, adhortantes. in quo non nos eorum concordiam fortasse contra statuta seu traditiones Apostolicæ Sedis improuidè conglutinatam, Deo adiuuante, pauemus: sed ne suasionibus illectos prauorum, eos ad suum ipsorum discrimen contingat ab æquitate decidere, condolemus. sunt quippe diris & continuis Agarenorum pressuris attriti, ac per hoc euenire valet, ut vel decepti, vel pro sui releuatione sibi plurima tribuere spondentibus Constantinopolitanis Principibus, quod & gementes dicimus, assentire cogantur.

Quapropter venerabilis indultia vestra talem se de cetero exhibeat, necesse est, ut sole clariùs hanc à Sede Petri in nullo dissidere, quin potius cum illa in cunctis sentire iidem hostes cognoscant, ita ut Præfulatui nostro scripta diuinitus inspirata sapientia vestra, reprehendendo, & forti prorsus inuectione feriando tantam eorundem Imperatorum vesaniam, mittat, quæ nos suscipientes rursus ea cum alijs assertionibus nostris ad ipsorum quoque demeritum confutandam mittere valeamus. Ita ut cum vnus pariter idemque nos hostes sentire cognouerint, nec iniurias à se nobis illatas vlcisçi solummodo, nos affectare, mendaciter adstruant, nimirum cum aduersus se monomachiam aggredi quodammodo nos intuentur. Et per hoc quòd sint & alij Christi dilectores, & eorum peruersitates odientes, liquidò comprehendant, & ora loquentium iniqua penitus obstruantur, ita ut, Christo duce, vna mente & ore ac brachio quasi strenui propugnatores, phalanges hostium premere ac debellare communi studio reperiamur, eorumque perniciosam factionem, ipso auxiliante, concertatione funditus interrupisse comperiamur, & tam inuentores mendaciorum, quam fabricatores peruersorum dogmatum paternis definitionibus ac veracium assertionum clypeis in nomine Domini nostri IESU Christi triumphare ac superare per omnia dignoscamur. Optamus fraternitatem vestram nunc & semper benè valere.

Tua verò, frater Hinemare, pietas cum hanc epistolam legerit, maximè curet, ut ad alios Archiepiscopos, qui in Regno filij nostri Karoli gloriosi Regis consistunt, defertur, ac id sum mopere agere studeat, & ut de his singuli in diocesis suis vnà cum suffraganeis suis, in cuiuscumque Regno sint constituti, conuenienter tractare, & nobis quæ euenierint, suggerere curent, eos incitare non negligat. Ita ut eorum omnium quæ præsentis epistolæ circumstantia continet, tu & strenuus executor illis existas, & apud nos verax & prudens scriptorum tuorum serie relator inueniaris. Dat. decim. Kal. Nou. Indi.

LXV. Hæc resque ad finem reuertitur Erodardus in hist. Rhenif. cap. 15.

CHRISTI
867.NICOLAI PAP.
10.LVDOVICI II. IMP. 12.
MICHAEL. III. IMP. 26.

Indictione prima.] à qua die vsque ad ipsius Nicolai obitum viginti & vnus dies numerantur, secundum Anastasium, qui vult eum defunctum decimo tertio Nouembris: vt planè possit intelligi, haud diu post ipsum sanctissimum Pontificem in ægritudinem eam incidisse, ex qua, magno totius Ecclesiæ damno è vita sublatus est. Nam Frodoardus in historia Ecclesiæ Rhementis, inquit: Hincmarus hanc accepit epistolam, quam multus astantibus Episcopis ante Regem legit, qui tunc in suo palatio Corbenio erat. & iuxta mandatum Nicolai Papæ, hanc ad alios Archiepiscopos citissimè deferri curauit. Interim Nicolaus Papa decimotertio die mensis Decemb. è viuis excessit, &c.] Anastasius autem decimotertio Nouembris defunctum asserit.

LXVI.

Sed quid pro Latinis aduersus Græcos in Galliis fuerit elaboratū, ex eodem Frodoardo aliqua ex parte consequi possumus, qui dum relegit epistolas ab Hincmaro cōscriptas, hæc habet: Item de responsionibus ad obiecta Græcorum, quæ Odo Bellouacensis Episcopus colligens descripserat, & domino Hincmaro miserat. Vnde gratias Deo Rex egit, quia seipsum instructum sensit ab eis, quos vno spiritu potatos inuenit, & quid de his videatur sibi simul conferendum esse significat.] & inferius de iisdem: Subiungit quoque de libello ipsius Odonis contra obiectiones Græcorum, quædam se in eo memorans annorasse, quæ retractanda & corrigenda forent.] hæc ipse. ex quibus intelligas, tum Odonem Bellouacensem, tum Hincmarum Rhementem aduersus eandem Græcorum obiectiones plurimum laborasse. porro eas lucubrations nescimus editas.

LXVII.

At ne penitus relinquamus intacta decem illa capita, quæ à Græcis obiecta Nicolaus ipse testatur: ea hic obiter breuiterque saltem attingamus, atque in primis,

REFELLVNTUR
BREVITER
GRÆCORVM
CAUSAM

1 Quod ad Sabbati ieiunium, vetus fuit ista inter Latinos atque Græcos controuersia ab ipso fermè exordio nascentis Ecclesiæ, post obitum videlicet Apostolorum. tu vero consulas quæ fusiùs primo. tomo Annalium scripta sunt.

2 Quod Spiritum sanctum à Patre procedere negarit omnino Latina Ecclesia, aperiens mendacium est. Quod autem dixerit à Patre & Filio procedere, sincerissima veritas est, à maioribus omnibus, à Damaso incipiendo, Romanis Pontificibus & aliis asserta.

3 Quod custodiens in sacris Ordinibus cælibatum Occidentalis Ecclesia damnet nuptias, manifesta calumnia est. Nam clericorum cælibatum antiquissimum fuisse in Ecclesia tam Occidentali quàm Orientali, à temporibus Apostolorum seruatum, suo loco superius euidentissimè demonstratum est; ac pariter declaratum quàm desuperint Græci à tempore sextæ Synodi, commentitiis appolitis canonibus coniugium sacerdotum ministrorum admittentes.

4 Quod alicubi concessum presbyteris, vt baptizatorum frontes liniant chrismate, ex magna causa sit dispensatum: in contrarium planè esse vsu, ostenditur.

5 Quod vtatur Ecclesia Occidentis aqua pro chrismate, omnium testificatione est manifesta calumnia.

6 Quod in Quadragesima caseo vel ouis omnes Occidentales vtantur Ecclesiæ, calumnia est, cum in Italia numquam in vsu fuerit; trans montes tamen id ex magna causa alicubi appareret esse concessum. Sed in his diuersarum Ecclesiarum tam in Oriente quàm in Occidente absque scrupulo læsæ Catholicæ Fidei, diuersas fuisse consuetudines, ex antiquis Theologis superius est fusiùs disputatum.

7 Quod super altare vnà cum corpore Christi offeratur agnus, tempore Paschatis, est manifesta calumnia.

8 Quod clerici Occidentales barbas radant, ridenda potiùs quàm confutanda schismaticorum insania, de quo pristino vsu ab exordio Ecclesiæ nascentis Romæ recepto, suo loco superius pluribus est pertractatum.

9 Quod diaconi non suscepto presbyteratu transeant ad Episcopatum: calumniam esse, Canones Occidentalis Ecclesiæ manifestant.

10 Quod libellus Fidei exigere ab illis à Legatis Apostolicæ Sedis: quod cum numquam antea vsurpatum sit, pro monstro haberi debet, sicut vt ab eorum Patriarcha ad Christi fideles decretales scriberentur epistolæ.] hæc obiter.

LXVIII.

Porro de hac epistola Nicolai sit mentio in antiquis Francorum Annalibus à Pithæo editis: de quæ eodem tempore scripta de condemnatis ab Apostolica Sede Gunthario & Theutgaudo Episcopis, ea occasione, quo ad suas sedes idem Pontifex

eos

CHRISTI
867.NICOLAI PAP.
10.LVDOVICI II. IMP. 12.
MICHAEL. III. IMP. 26.

A eos restituere noluisse. hæc enim ibi leguntur: Nicolaus Papa Romanus Episcopis Germaniæ duas destinauit epistolas, vnã de factionibus Græcorum, alteram de Theutgaudi & Guntharij Episcoporum depositione, in qua refert, eos septem capitalia crimina commisisse, & ad pristina dignitatis restitutionem nequaquam recipere posse commemorat.] hæc ibi. Exigebat autem ista ab ipso Nicolao necessitas, vt quia suis litteris vsque in Orientem missis duo illi damnati Episcopi iniuste conquesti essent in Nicolaum, iniuste se ab eo esse damnatos: oportuit vt per ipsum vniuerso innosceret orbi, sententiam in eos latam fuisse iustissimam, ostendens quot quantorumque criminum iidem auctores fuissent.

Demum quod ad Photij criminationes in Ecclesiam Romanam obiectas pertinet, non præmittendum, quod eunuchus corrodens dente canino quæcumque obuia posset, contra Romanam Ecclesiam rationem barbarum obiecit ipse eunuchus glaber, non aliud responsum accepturus, quàm quod Demonaxis in Luciano: Perridiculum, inquit, hoc mihi visum est, si tu à barba philosophantes iudicandos esse existimas, ipse barbam non habens.]

Quid Momus iste prætermisit, vt in Occidentalem Ecclesiam quauis occasione inueheretur? ad hoc venundatus, vt alter Achab, vt faceret malum, primus auctor, vt dum scissionem ab Ecclesia Romana procurat, pessumdaret, & in præceptis ageret Constantinopolitanam Ecclesiam. Ipse siquidem primus, qui, quod nullus prædecessorum, quantumlibet cerebrosus, etiam si hæreticus fuerit, eidem Romanæ Ecclesiæ infensissimus ausus est facere, eandem Ecclesiam, immò omnes Occidentales hæretis nomine suggillare, quod assererent Spiritum sanctum à Patre Filioque procedere.

Non enim recens ista per Romanos Pontifices suis epistolis innotuerunt in Oriente, sed ante quingentos annos reperiuntur annuntiata litteris primùm Damasi Papæ, qui vires dedit (quod dictum est suo loco superius) vt Constantinopolitanum Concilium sub Nestario, Oecumenicum diceretur, per quod Spiritus sancti est defensa Diuinitas, & per Symbolum prædicata. Id quidem ipse habet in Anathematismis appositis ad epistolam datam ad Paulinum Antiochenum Episcopum à Theodoreto dolo malo falsatam, vt qui contra Cyrillum Alexandrinum negauit Spiritum sanctum à Filio etiam procedere. Porro legitima lectio eorum scriptorum Damasi, posita habetur in omnium antiquissima Cresconiana Collectione alibi superius recitata his verbis: Spiritus sanctus non est

Patris tantummodò, aut Filij tantummodò Spiritus. Scriptum est: Si quis dilexerit mundum, non est Spiritus Patris in illo. Item scriptum est: Qui autem Spiritum Christi non

habet, hic non est eius. Nominato itaque Patre & Filio, intelligitur Spiritus sanctus, de quo Filius in Euangelio dicit: Quia Spiritus sanctus à Patre procedit. & De meo accipiet, & annuntiabit vobis.] hæc Damasi apud Cresconium purissima atque simplicissima lectio, per quam Spiritum sanctum à Patre Filioque procedere, ex necessaria assumptione, deductum est. Sed & locum Damasi è Græcorum fontibus, quos reperit limpissimos, nec impostorum pede turbatos citat Gennadius Patriarcha Constantinopolitanus his verbis: Damasus sanctissimus Romæ Præses, qui tempore secundæ Synodi Constantinopolitane vixit, in confessione Catholicæ Fidei, quam Papa huc misit ad Paulinum Antiochiæ Episcopum, hæc habet: Credimus in vnum verum Deum, Patrem & Filium & Spiritum sanctum, factorem visibilem & inuisibilem, per quem omnia creata sunt in celo & in terra, hunc vnum Deum, & hanc vnã esse diuini nominis Trinitatem, Patrem, qui Filius non est, sed habet Filium qui non est vtique Pater, Filium, qui non est Pater, sed Filius Dei natura est. Spiritum verò paraclitum neque Patrem esse, neque Filium, sed ex Patre procedentem et Filio.] Subiicit his idem Gennadius testimonia Leonis Papæ atque Hormisdæ eadem affirmantium, & aliorum qui liberè ea scripsisse ad Orientales reperiuntur, diuersis quidem temporibus, cum nec ab aliquo eorum licet in Romanam Ecclesiam infensissimo adeò contradictum est, vt sit ausus vel Romano Pontifici, vel alicui Occidentalium id profitemi, & constanter asseueranti impingere crimen hæresis, & meditatus fuerit ea de causa à Romana Ecclesia scissionem. Immo boni consulere, & in saniorum sensum interpretari consueuerunt id quod de eadem Spiritus sancti processione à Patre Filioque à Romano Pontifice assertum alicubi inuenissent, vt fecisse constat sanctum Maximum virum doctissimum, & ob defensionem Catholicæ Fidei martyrem, qui claruit tempore

Annal. Eccl. Tom. 10.

H h

sancti

sancti Martini Papæ & martyris, anno Redemptoris sexcentesimo quinquagesimo, sub Heraclio Constante Imperatore, cuius de ea re sententias grauiissimas in epistola ad Marinum conscripta, qui pugnant aduersus Græcos, citare consuevere vnâ cum aliis sanctissimis antiquis Græcorum Patribus, qui id ipsum de processione Spiritus sancti à Patre & Filio professi esse inueniuntur, quorum catalogum expressum habes in Concilio Florentino, & in aliis pluribus Theologis, qui eodem argumento scripsere commentarios pro Latinis aduersus Græcos, quorum est numerus pêne infinitus, vt eos singulos recensere sit onerosum atque superfluum.

LXXII. Quod autem ad Maximum spectat, & eius locum citari consuetum in epistola ad Marinum (vt rem quàm diligenter agamus) sciendum, quòd duæ eodem titulo reperiuntur eius epistolæ, quarum altera ad Marinum presbyterum, altera ad Marinum diaconum, ambæ dogmaticæ, quorum tria vetustissima inueniuntur Romæ exemplaria, in Collegio Græcorum vnum, aliud in Columnensi bibliotheca, atq; tertium in Vaticana emendatius. In ea igitur quæ scripta est ad Marinum diaconum epistola, inter alia quæ ibi tractantur dogmatica, recensentur querelæ Græcorum aduersus Romanam Ecclesiam, quarum altera erat, quòd Romanus Pontifex scripsisset, Spiritum sanctum à Patre Filioq; procedere; altera qua calumniabantur Græci, eundem dixisse, Christum in quantum hominem non caruisse originali peccato. ex illa enim id ipsi eliciebant sententia, quòd Christum dixisset (vt maiores nostri) secundum Diuinitatem consubstantialiam Patri, secundum humanitatem consubstantialiam nobis. Sed petiti Romani, statim omnem ea de re declarantes vocem, abstulere calumniam. Ait ergo Maximus in dicta epistola ad Marinum diaconum, à Metio nostro modò scientie ac pietatis ergò à S.D.N. Clemente VIII. creato Episcopo Thermularum apud Samnites ciuitatis Latinitati tradita.

LXXIII. De litteris verò sanctissimi Papæ, qui nunc Ecclesiam regit, non in tot capitibus, quot vos scribitis, illi qui regiam incolunt urbem, Constantinopolim scilicet, eas susceperunt, sed duobus tantum, quorum alterum est Theologicum, quòd videlicet dicat sanctissimus Papa, Spiritum sanctum etiam à Filio procedere; alterum verò de diuina Incarnatione, quòd scilicet scripserit idem sanctissimus Papa, Christum Dominum quatenus homo est, ab originali peccato non esse immunem.] eliciebant ista illi, ex dicta voce adeò absolutè prolata, non quòd ista dixisset Pontifex, vt ex inferius dicendis apparet. Respondet Maximus de his quæ pro defensione dictorum Romani afferrent, dicens: Et quod ad primum quidem, attulerunt Romani auctoritates suorum Patrum sibi suffragantes, necnon Cyrillum Alexandrinum in sacris illis commentariis, quæ in Euangelistam Ioannem conscripsit, quibus nullo pacto Spiritus sancti Filium esse causam, seipsos affirmare ostenderunt. Vnam enim nouerunt Filij & Spiritus sancti esse causam, Patrem videlicet, Filij quidem generatione, Spiritus verò sancti spiratione, sed vt per ipsum Filium procedere dicentes Spiritum sanctum, declarant etiam, vt hoc pacto essentia connectionem & identitatem & immutabilitatem indicarent.] ne scilicet duo esse principia asserere viderentur. pergit Maximus:

LXXIV. Quod ad secundum verò, nulla opus est apologia vel excusatione. Quænam enim in huiusmodi rebus potest oriri dubitatio etiã illis, qui pro ingenij sui perueritate occasionem dubitandi querere in omnibus consueuerunt? Rem tamen disertis verbis declarauerunt, dicentes, Christum Dominum nullo pacto peccatum habuisse, neque mente quidem, qua videtur Adamus primum deliquisse; neque alicuius mali actionem vel operationem ex mente per corpus procedentem omnino in Christo Domino vquam fuisse. Et isti quidem, Romani videlicet, hæc inquirunt de illis quæ sine causa ipsis obiciuntur. Illi verò, regia scilicet urbis, de iis quibus iustissimè ipsi accusantur, nullam hucusque excusationem attulerunt, &c.] In fine verò qui cupit amicum saluum, vt in conuulsè Ecclesiæ Romanæ iunctus persistat: verbis his persuadet, quàm elegantissimè ista subiiciens:

LXXV. Omnes termini terræ, & quicumque vbique terrarum Christum Dominum paramente & Orthodoxa fide consentent, quasi ad solem æterni luminis, ad sanctissimam Romanorum Ecclesiam, & eius confessionem & Fidem intenti respiciunt, ex ipsa rutilantem splendorem recipientes spiritualium & sanctorum dogmatum, quemadmodum sex illæ sanctæ Synodi sacre, & à Deo dilectæ disertis verbis & magna cum religione exposuerunt, apertissimè pronuntiantes fidei Symbolum. Ab initio enim aduentus Incarnati Verbi vniuersæ vbique terrarum Christianorum Ecclesiæ à sancta Romanorum Eccle-

LXXII. DE GRÆCORUM IN LATINOS OBJECTIO. NIEVS.

LXXIII. QUID LATINI DE PROCESS. SPIRITUS SANCTI.

LXXIV. EXPLODITVR TVRPIS CALVMNIA GRÆCOR. IN LATINOS.

LXXV. ROMANÆ ECCLESIAE DIGNA PRAECOGNIA.

A Ecclesia originem habuerunt, & fundamentum solum & maximum, contra quod nullo pacto portæ inferi præualebunt, iuxta ipsiusmet Saluatoris nostri promissionem, vt habet scilicet clauis Orthodoxæ in ipsum Fidei & confessionis, & aperiat illis qui ad ipsam Romanam Ecclesiam cum pietate accedunt, veram & realem & solam pietatem quarentes: & claudat è contrâ & obstruat omne os hæreticum, quod loquitur iniquitatem in cælum, &c.] hæc Maximus philosophus Christianus, Theologus sua ætate præcipuus, mitissimus corde, humillimus mente, vt sua ipsius scripta actaque testantur, atque martyrij titulo insuper egregiè insignitus.

At cum locus Maximi in Florentino Concilio Oecumenico citaretur, & Græci schismatici tanti viri præfocati auctoritate, respirare non possent, eò diuertere necessitas eos compulit, vt negarint eam epistolam esse Maximi, quam non Latini codices, sed Græci, iidemque plures eadem sententia absque vlla penitus discrepantia continerent. Verum cum negare non possent Maximi esse epistolam, iidem conuerterunt in Latinos dicta Maximi, quòd negassent Filium esse causam processionis Spiritus sancti, cum Bessarion pro Latinis certamen suscepit, & sententiam Maximi egregiè declarauit in ea quam tunc pro vnione habuit orationem. Sed hæc à nobis ea de causa sunt allata, non vt de quæstione hic disputemus, magis autem vt ostenderemus, neminem ante Photium vertisse probro Apostolicæ Sedi, vt adscriberet loco hæresis, si quando ea de processione Spiritus sancti à Patre & Filio suis litteris fuit professi, sed vel se recepisse illa, silentio demonstrare, vel in bonum sensum illa diducerent, & excusarent; vel si non reciperent, non tamen vt hæresim condemnauerint, seque ea de causa ab Ecclesia Romana absciderint.

Primus infelix Photius (ista sit illi loco gloriæ columna ignominia sculpta) primus inquam extitit auctor, vt eius prætextu se ab Ecclesia Romana seiungi, ac penitus segregari professus sit, à qua se non recipi sciret ob sedis alienæ inuasionem, & alia innumera scelera perpetrata: vt erubescant eius in schismate sectatores tali auctore, quem (vt audisti) crimina immanissima dedecorarunt. Qui vbi semel id profiteri scriptis litteris cœpit: quæ reliqua fuerunt, erigendo sibi cathedram contra cathedram, angelum apostatam imitatus, par solium, immò alius contra sanctam Apostolicam Sedem sibi constituendum putauit; vt non solum illud vsurparit quod Romanæ Ecclesiæ est solius, vt Oecumenicus diceretur, sed & à Legatis Sedis Apostolicæ Fidei professionem exigeret, & epistolas ipse canonicas scriberet, quod spectat tantum ad Romanum Pontificem. Apostatantis primum angeli superbia est, & blasphemia in Deum pariter, dum institutum diuinitus in Ecclesia, & seruatum semper in hoc tempus hierarchicum ordinem euuoluit inuasor alienæ sedis, atque falsarius (vt est demonstratum) auertere ausus sit atque subuertere, homo, sententia Nicolai, innumerabilium repertus præuaricationum obnoxius, Imperatorum tantum auxilio fretus. Ita quidem Principes terræ, potentes iniquitate, aduersus Romanam Ecclesiam cum Photio insaniuerunt.

At quid? Qui expectauit & dissimulauit peccata hominum propter pœnitentiam, atq; diu siluit patiens; iam exurgit indignans, arguit in furore, percutit in ira sua Deus ipse (vt Propheta ait) æmulator & vlciscens Dominus, vlciscens Dominus & habens furorem, vlciscens Dominus in hostes suos, & irascens ipse inimicis suis.] Siluit & expectauit: sed vbi à nuntiis pacis ab eis non receptis puluis excussus est de ipsorum pedibus in testimonium contra illos: sicut olim percussus per Moysen puluis Ægypti in cladem conuersus est Pharaonis; ita excussus de eorum pedibus puluis, conuersus est in Regum interitum. Sic Deus præiudicio iudicium declarauit, Quòd non recipientibus (vt dixit) pacis nuntios, tolerabilius esset terræ Sodomorum, & Gomorrhæorum in die iudicij. Et qui in remunerando incipit à nouissimo, in puniendo ecce exorditur à primo.

Meminisse debes, quæ superius dicta sunt, nimirum malorum omnium primum auctorem Bardam Cæsarem Theodoræ Augustæ fratrem fuisse, dum sanctissimum virum Ignatium Patriarcham sentiens suis sceleribus aduersarium, eum è throno submouendum curauit, Photiumque subrogandum in locum eius. In hunc ergo primum dignum fuit, ab irato numine iacula vibrari vindictæ: Michaëlem verò Imperatorem haud diu post eadem experiri. Sed quomodo id acciderit, ex Græcis historicis, eorumque antiquiori Ioanne Cuiusdam dicamus.

Atque primum quod ad tempus spectat, in hunc vsque annum Bardam creatum iam Cæsarem vixisse, litteræ Nicolai Papæ ad eum scriptæ in fine anni superioris ostendunt.

Math. 16.

LXXVI. ANTIQVITAS DOGMATIS.

LXXVII. PHOTIVS AVCTOR SCHISMATIS.

Nicol. ep. 13

LXXVIII. IRA DEI ADVERSVS SCHISMATICOS PRINCIPES. Nabum 1. d. Math. 10. Exodi 8.

Math. 10. Ibid. 20.

LXXX.

CHRISTI
867.NICOLAI PAP.
IO.LVDOVICI II. IMP. 12.
MICHAEL. III. IMP. 26.PETRUM
APOST. VI.
TOREM EX
PERIVNTVR
SCHYSMA
TICI PRIN
CIPES.

Quodd autem non ob aliud quam ob iniurias illatas (vt audisti) in Apostolicam Sedem, A
fuccessoremq; principis Apostolorum Petri meruerint Bardas atque Michael Imp. diuini-
nicus missam, eam q; durissimam subire vindictam: haud obscuris fuit manifestatum in-
diciis, nec alicui alceri quam ipsi Bardæ, ne reuocari posset in dubium, quod de se ipse, &
contra se ipsum confessus esset. Audi igitur ex multis testibus primò Curopalatem: Signa,
inquit primùm, Bardæ interitum portendentia hæc fuere, crinitarum stellarum exortus,
somnia portentosa vitio. Si quidem sibi visus est in somnis iste, ad magnum templum
cum Michaële Imp. accedere, quasi panegyris celebraretur. Vt igitur eò peruenere, & in-
tra sacrum templum processere, existimabat se videre quosdã albis vestibus indutos præ-
euntes, qui ipsum ducebant ad cancellos altaris, nihilq; aliud conspexit quam in throno
Patriarchæ sedentem quemdam senem, quem Petrum esse arbitratus est principem Apo-
stolorum, ad cuius pedes abiectus B. Ignatius volubatur, malorum quæ sustinuerat, vlti-
tionem requirens. Illum verò vni eorum qui aderant, gladium dedisse, dixisseque hoc:
Deo iniustum (ita Bardam Cæsarem appellantem) in sinistro loco constitutum frustatum
concide, impiumq; filium (hoc nomine Michaëlem Imperatorem indicantem) numera
in iis qui sunt in dextera parte, sed simile supplicium sume, & somnium ita se habuit. An
verò euenierint quæ visa sunt, in sequentibus declarabimus.] hucusque Curopalates, ea-
dem Cedrenus & Glycas Græci auctores. Sed omnibus his præferendus est Nicetas, qui
res gestas ab Ignatio scriptis est prosecutus, utpote qui hoc ipso tempore vixit, & quæ præ-
oculis habuit scripsit, & quomodo ista patrefacta sunt indicat, vt tanta res omni genere
probationum & testium consignetur. Accedat igitur Nicetas, & vt res gesta est, recen-
seat, addatque ab aliis prætermissa. Ipse quidem tamquam de re seria magnique momen-
ti, nec casu vel somniorum leuitati tribuenda, sed quæ diuinæ prouidentia adscribi de-
beat agens, ista suæ narrationi præmittit, sic exordiens:

LXXXI

Ego verò non silentio præteribo Bardæ Cæsaris insomnium. Licet enim horum plu-
rima ex diuersis cogitationibus & exercitiis ortum habent; multa tamen etiam à dæmoni-
bus ingeruntur dormientibus, sed & ab Angelis diuino nutu aliquando immittuntur,
præcipue verò Principibus & Imperatoribus, licet pietate vacent. Spiritus enim prophe-
tæ, vel vt illis ipsis, vel eorum subditis aliquam afferat vtilitatem, operari non desunt,
quemadmodum in ^a Pharaone, & ^b Nabuchodonosor didicimus. Ita & Bardas iste Cæ-
sar Philotheum illum aliquando Logothetam & amicum satis fidum ad se accitum * si-
milis valdè perturbato homini & anhelanti videbatur, & O Philothee, inquit, visio-
nem vidi, quæ mihi omnia contriuit ossa, & omnes nervos mihi dissoluit. Videbar enim
hac nocte, ac si processio fieret, ad magnam Ecclesiam vnà cum Imperatore ingredi, & D
in omnibus fenestris tum superioribus, tum inferioribus imagines videre Archangelo-
rum versus tabernaculum respicientes. Et cum prope ambonem essemus, duo quasi cubi-
cularij mihi visi sunt, quorum alter cum Imperatorem vinctum accepisset & dextror-
sum traheret, extra conuentum eiciebat, quasi reum & damnatum. Alter verò eodem
pacto sinistrorsum me expellebat. Et cum statim circumcirca respicerem: video in
adytis sedentem virum quemdam senem in omnibus similem imagini principis Aposto-
lorum Petri, cui astabant duo terribiles viri, qui præpositorum vices gerere videbantur.
Video etiam ad genua senis sedentis Ignatium procumbentem, & multis lacrymis ita cir-
cumfusum, vt etiam ille miseratione motus ingemuerit. Ignatius verò clamabat: Clau-
ger Regni cælorum, & Petra in qua Christus Deus suam firmavit Ecclesiam, si nosti
quodd iniuria affectus sim, consolare senectutem meam multa mala passam. Ille verò ad E
Ignatium: Ostende, inquit, eum qui te iniuria affecit, & Deus faciet vnà cum tentatio-
ne prouentum. Et conuersus Ignatius dextera manu me ostendit, inquit: Hic me ma-
ximè omnium offendit, & necdum iniuriis me afficere desinit. Ille igitur qui in throno
erat, nuru significauit ei qui à dextris astabat, & valdè paruo gladio euaginato, dixit, vt
ab omnibus audiri posset: Assume Bardam istum execrandum, & extra ante atrium Ec-
clesiæ illum membratim concide quamprimùm. Itaq; tractus ego ad necem, vidi præter-
eà, quodd manum vibrans aduersus Imperatorem dixit illi: Impie fili expecta parum per.
Et ita me ipsum membratim concisum deinde instar hepatis vidi.] hucusque de terribili
visione Nicetas, subiicit verò ista: Hæc quidem Cæsar perterritus simul & plorans nar-
rabat. Cui ille: Parce, inquit, domine illi seni miserissimo, & Dei tribunal ante oculos ha-
bens, neque iuste, neque iniuste quidquam mali illi facias.] At non ita stultus, qui me-
moria

^a Gen. 41.
^b Dan. 2.
* falloguensS. PETRVS
VETOR IN
BARDAM.CHRISTI
867.NICOLAI PAP.
IO.LVDOVICI II. IMP. 12.
MICHAEL. III. IMP. 26.

moria tenens, Ignatium contra se suis precibus iram Dei concitare, & clamare vindi-
ctam, ne id faceret, auertere eum à precibus hoc modo conatur, & ne quid moliantur noui
contra Imperium, custodiri præcepit. Quæ omnia Nicetas sic narrare pergit:

Ille autem nec ita voluit intelligere, vt beneficeret, obliuioni potius terribilem illam LXXXII
comminationem tradens, festinabat suas iniquitates adimplere, vt desuper sibi ipsi iu-
stam Dei iram prouocaret. Quamprimùm enim ipso Quadragesimæ principio Leonem
illum, Pitademen nuncupatum, Photij affinem cum milicibus ad insulam mittit, quibus
præcepit, vt ita Ignatium obseruarent, vt nullo pacto ei liceret neque Sacrum facere, ne-
que aliquem ad illum ingredi nec egredi permitterent. Tribus autem mensibus hæc cu-
stodia circa illum seruabatur. quibus peractis, insomnij secuta est executio,] nempe Bardæ
obtruncatio, quæ à Curopalate sic describitur:

Nuper contra Cretenles Bardas omnibus copiis cum Michaële Imp. instructus erat. LXXXIII.
Cumque ad Dei Genitricis templum viatorum accessisset, ingressus est cum facibus vt
Syntacterium (est genus quoddam precum) absolueret. Vbi igitur adytis appropinquauit,
repentè ab ipsius humeris delapsa chlamys, effecit vt iste grauiora pericula perentiret. Et
pridie quam ab vrbe profecturus esset, siue per se, siue futuro rei euentu impulsus, coactis
in vnum amicis, conuiuioq; exceptis, vt suæ amicitia memores essent, petebat: & legata
tamquam è vita iam iam discessurus, præbuit. Postquam igitur ad Cretam profecti sunt,
& regionem Thracensium inuasere, & occupato quodam loco, qui Topos dicebatur,
eius ministri contentione studioque adhibito castra posuere. Hic nescio quomodo, siue
consultò, siue inscitia, Imperatoris tentoria locauerunt in loco plano, & in supereminente
colle Cæsaris tabernaculum tetendere. Quod vt lucrum eam occasionem rati qui Mi-
chaëli addicti pro eo propugnabant, Cæsari factum obiciebant, & contra ipsum consilia
excitabant. Attramen illos perturbabat & segniore ad incœpta facienda reddebat Cæsaris
potentior vis, cuius filius Antigonus Domestici Scholarum imperium obrinebat, reli-
quique duces ipsi obtemperabant, & Sabbatius Logotheta Dromi eius gener ob filiam
quam duxerat vxorem, sine vlla controuersia ei fauere credebatur.

Verùm Sabbatius ab Imperatore deceptus, imprudens soceri necem patrauit, quippe LXXXIV.
cui & non alij signum cædis commissum fuit. Nuper enim exierat cognitis causis, & si-
gnum necis dedit, Cruce in ore suo impressa. Verum tamen coniurati distulere, cum præ-
sentes cernerent Cæsaris sodales. Quod veritus Michaël, ne aliqua ratione deprehensus,
in seipsum gladium attraheret, per fidelem quemdam pollicitationibus homines confi-
dere iubebat. Et periculum certè euitasset & propulisset Cæsar ob coniuratos metu per-
culosos atque perterritos, nisi Basilus qui mox Imperator fuit, quique præfectus regij cu-
biculi tunc erat, ad facinus sese accinxisset. Hic enim merum abiicere coniuratos persua-
dens, ad rem confirmabat. Igitur homines gladiis strictis in se confertim inuadentes Bar-
das conspiciat, sibi moriendum sensit, seq; ad Imperatoris pedes abiicit. Verùm ipsum
inde abstractum frustatim concidunt. Deinde genitalia ipsius membra hastæ appensa per
exercitum traducunt. Ingens autem turba concitata est, quæ Imperatori periculum in-
tentaret. Quam quidem vigilantissimus præfectus Constantinus cum multis in medium
confestim accurrens, sedauit, cum laudibus Imperatorem celebrans, iusta nece occisum
Bardam pronuntiasset. Atque ita Bardas periit. Et hac ratione illa contra Cretenles sus-
cepta provincia dissoluta est.] hætenus de nece Bardæ, quem nuper suis litteris Nicolaus
iure (vt vidimus) exaltata cedro mox cedendæ comparauit, vt secundum illud Dauidi-
cum accideret illi: ^a Vidi impium superexaltatum & eleuatum sicut cedros Libani, trans-
iit & ecce non erat.] & quod de impio pariter dictum est: ^b Videbunt oculi eius interfe-
ctionem suam, & de furore Omnipotentis biber.] eueniret ipsi.

Quod ad tempus necis Bardæ Cæsaris, error irrepsit in Curopalaten, dum hæc facta di- LXXXV.
cat decimaquarta Indictione, cum hoc accidisse anno decimaquinta Indictione, & non
antea, ex epistolis Nicolai datis anno superiori ad eos possumus intelligere, & ex iis quæ
Nicetas in Ignatio scribit. Cum insuper idem Curopalates asserat, occisum Bardam pri-
ma die mensis Aprilis, aduersari Nicetas non nihil videtur, cum numeret tres menses ab
exordio Quadragesimæ vsque ad necem Bardæ.

Sed quas post obitum Bardæ Photius res nouas sit aggressus, audiamus Nicetam ipsum, LXXXVI.
qui hæc de his habet, suam sic prosecutus historiam: Cum enim Michaël Imperator in
Cretam cum exercitu properaret, & Bardas ipse vnà cum illo isset vsque ad eum locum qui

LXXXII
QVID DE-
MYM IN
S. IGNAT.
BARDAS.LXXXIII.
EXPEDITIO
IN CRETAM
INSVLAM.LXXXIV.
BARDAS
CÆSARIS
MISERAN-
DVS INTER-
ITVS.^a Psal. 36.
^b Job 21.TEMPVS NE-
CIS BARDAS
CÆSARIS.

CHRISTI
867.NICOLAI PAP.
10.LVDOVICI II. IMP. 12.
MICHAEL. III. IMP. 26.PRO TEM-
PORE MV-
TATVR
PHOTIVS.

LXXXVII

PHOTIVS
CONCILIA-
BVLVM CON-
GREGAT.

LXXXVIII

TENTAT
PHOTIVS
OCCIDEN-
TALES IM-
PERATORES
CONTRA
NICOL. PAP.

LXXXIX.

PHOTII
DIVERSE
CONATVS.

XC.

Hortorum dicitur, ibi extremas dedit pœnas, occasione quidem quod Imperatori infidias strueret, diuina iustitia ipsum oppressit, ut entibus miser membratim concideretur, & ita turpem mortem nancisceretur, ut ab ipso Photio sui amantissimo conuictis lacesseretur. Hic enim cum magnis beneficiis ab illo fuisset affectus, & patriarchalem dignitatem adeptus, magno dum viueret illi erat honori, & quasi protector vitæ suæ omni laude celebrabatur. Cum verò mortuus fuit, palinodiam cecinit, & hunc tamquam sexcentis peccatis obnoxium, & diris deuouendum, talique morte dignum prædicabat. Ita magnus ille sophista Photius pro tempore & rerum occasione mutabatur, pro Principum voluntate se vertens. Qui enim defectu Fidei à diuina voluntate & consilio procul abest; & in hominibus spem suam collocat, quoniam fragili fundamento sua mente nititur, infidus erga omnes, & parum securus esse deprehenditur, dum illis qui exaltantur adhaeret & adulatur; contra verò eos qui despiciuntur, maledictis insequitur, & vnum tantum ineat, ut potentibus placeat, ne eorum potentia infensus, à suo statu cadat.

Tunc igitur Imperator ad regiam urbem quam primum reuertitur. & cum esset Penrecoste, Basilium Patricium & excubitorum stemmate ornans, Imperatorem illum proclamatur. Photius verò versutus multa aduersus Nicolaum Papam dolose scribens; cum nihil aliud aduersus eum efficere posset, persuadet Michaëli Imperatori multis rationibus Synodum congregare, & Nicolaum damnare, atque omnes qui cum illo communicarent, ut hoc pacto pro ea damnatione, quam Nicolaus aduersus eum miserat, vices redderet. Congregatis igitur generosus ille Photius omnibus suis Episcopis; & quibusdam fordidis hominibus & turpibus, necnon quasi Legatis quibusdam Patriarcharum Orientalium in medium adductis, & facta pseudosynodo, Nicolaum Papam, nulla ratione, anathemate (ut ipse putabat) damnauit.

Magnis etiam muneribus, præcipue Regem Franciæ Doliechum (sic Græci Ludouicum appellant) & Engilbernam eius uxorem sibi propitios reddens, eos Imperatores in vrbe Constantinopolitana se proclamaturum pollicebatur, si ipsi opem ferrent in hac re adeo absurda & iniusta, ut sanctum illum virum Nicolaum ab Ecclesia vi eicerent. Talia pollicitus est Photius, nominaturum se eos Imperatores Constantinopoli, eò quod Imperatores Orientales non reciperent Occidentales vocari Imperatores. pergit Nicetas: Qui cum hoc illis polliceretur, verbo citius infans Photius omnia frustra tentabat. Hinc subscriptiones fiebant, & clamores, canonicorum hominum, & politicorum, necnon Metropolitaram omnia erant plena, & omnia iis quæ in scena sunt, turpiora & magis deridenda. quæ enim illi à puero infusa erat mentis elatio, ad superbiam & insaniam maximam illum euexerat, & absque timore & verècundia hæc audere non dubitabat. Hæc igitur manu Zachariæ Surdi illius tale quid machinatur (hic autem ab ipso Photio Chalcedonensis Metropoli fuerat consecratus) necnon Theodorus, qui e Caria Laodiceam fuerat translatus, illi præfatus fuit. Per hos Photius iniusta & iniqua sua quæque in pseudosynodo habita ad Italiam mittit.

Interea infuso illo odio aduersus Ignatium Photius agebatur, & eius familiares quoscumque potuerat suffurando, & varia spe dignitatum alliciendo, per eos innocentis Ignatij calcaneum obseruabat. Longè autem in sua spe aberrabat; omni enim calumnia superior erat beatus ille, & propterea operibus manuum suarum iniqua agere Photius deprehendebatur. Qui cum reuera magis tutum Imperium futurum, & esse longius duraturum diceret, aliquando coram Michaële aduersus Basilium calumnias struebat, aliquando verò contra, hoc pacto amborum gratiam aucupando, quod amborum amicitiam simulando, non in veritate eos colebat; at arbitratus quod alter illorum Imperatorum cum Imperio solus remaneret, eum sibi familiaritate par esset deuincere. Hæc autem non satis placebant Basilio. Detecta enim illius prauitate, licet philosophum, doctum scilicet & sapientem virum eundem Photium ipse Imperator existimaret, tamen habebat odio.] hucusque Nicetas.

At quid tandem hoc eodem anno blasphemio contigerit Imperatori, iam videamus. Qui vnà cum Barda Cæsare ab Apostolorum principe Petro (cuius Sedem Apostolicam & sedentem in ea Nicolaum blasphemis circumfererat) in throno sedente sententiam mortis acceperat, eodem anno, vindice ira Dei, eam ipsam experiri compellitur. Quomodo autem id acciderit, idem Ciropalates sic narrat:

Reuerso Byzantium Imperatore, hæc ipsa res ad Imperium Basilium perduxit. Nam Michaël

CHRISTI
867.NICOLAI PAP.
10.LVDOVICI II. IMP. 12.
MICHAEL. III. IMP. 26.

Michaël nulla legitima suscepta prole, cum solus Rempub. administrare non posset, ipsum sibi filium adoptatum Magiltri militum dignitate exornandū curauit. Et paulò post ipsi in magno templo diadema imposuit.] quod contigisse inferius tradit, die vigesima sexta Maij, sed malè, Indictione decimaquarta, ut patet ex iis quæ superius dicta sunt. pergit verò Ciropalates: Hic Imperij compos factus, Imperatorem Michaëlem conabatur quàm longissimè à prauis & execrandis facinoribus abducere; sed non intelligebat, ipsum sibi hac ratione necem moliri. Siquidem non ferens Michaël obiurgationes, ac de medio Basilium tollere cogitans, quasi suæ esset voluntati impedimento: Basilium quemdam regij dromonis remigem in medium adductum purpuram induit, eiq; diadema imponit. Cumque eum manu duxisset in Senatum, talia verba exorsus est: Iam pridem oportebat, amici, virum hunc ad illustria Imperij ornamenta perducere potius quàm Basilium, cuius nunc me pœnitet. Adest enim ei primum forma digna Imperio, deinde cognata corona, omniaque dignitati conueniunt. Hoc factum est. Atque hæc oratio principium & causa fuit, cur ille funditus periret.

Aliud præterea euenit. Nam cum Michaël se vino ingurgitare consueuisset, quo tempore ebrius erat, absurda multa fieri imperabat: alij enim aures amputari, alij nares, alij caput: quæ fieri Basilius vetabat, non tam aliis quàm sibi ipsi metuens. Ut igitur ipsum sibi ob stare Michaël nouit, contra ipsum tales molitur infidias. Cuidam præcepit, ut hastam iaciat, verbo contra feram, sed re contra Basilium, idque planum factum est. Nam moriturus is qui iustus fuerat id facere, rem confessus fuit. Iecit igitur hic hastam, sed aberrauit, atque Basilius seruatus est. Seruatus autem studuit potius aliquid committere quàm ipse pati. & ita Michaël occiditur ad palatia diui Mamantis, anno sexmillesimo septuagesimo tertio, hora noctis tertia.] hucusque Ciropalates. Sed quomodo necatus sit, Zonaras ita rem narrat:

Basilius de inferenda necè Michaëli consilio cum aliis communicato: cum denuò Michaël vino in cœna obrutus torperet, manuque ductus in cubiculum Regiæ, quæ est ad diui Mamantis, somno profundissimo oppressus iaceret: egressus primum claustra cubiculi Imperatorij confregit, ne fores à cubiculariis claudi possent, deinde cum coniuratis aduenit. Iis autem qui ante cubiculum excubabant, pauci adeo, percussores aditu prohibere conantibus, orto tumultu Imperator experrectus, quidam cum stricto gladio insecutus manus sustulit, quibus illi ambabus resectis, ad ceteros rediit. At Michaël cum ex vino titubans, ebrietate impediendo, fugere non posset, miserabiliter eiulans iacebat. In quem alius quidam ex Basiliensis adhuc viuere conspicatus insiliit, enseque ita in eius pectus adegit, ut ventre etiam traiecto, intestina elaberentur.] hæc Zonaras. Ita planè impletum quod præostensum fuerat, vlciscente Petro Apostolorum coryphæo in blasphemum Imperatorem, factumque est, quod Isaias Propheta alia occasione prædixerat: ^a Cum feceris Domine iudicia tua in terra, iustitiam discent habitatores orbis.] & secundum illud Dauidicum: ^b Cognoscetur Dominus iudicia faciens.] & impletum quod dixit in Euangelio: ^c At non faciet Deus vindictam electorum suorum, clamantium ad se die ac nocte, & patientiam habebit in illis? Dico vobis quia citò faciet vindictam illorum.] Quis enim ista considerans, pariter non intelligat, vigilare Dominum super Ecclesiam suam, & manifestis indicis declarare, quæ sit illa quam sibi desponsauit Christus non habentem maculam neque rugam?

Sed de Michaële satis, nisi quod de eo omnes æquè illud produnt, quod quamuis vitam duxerit dissolutam, non tamen prorsus nihil laudabile egerit. Nam obtulit magno templo poculum, quod discopoterium dicitur, & polycandyla prioribus plurima præstantiora. His addas oblationes sacrorum donorum Romam missas ad basilicam S. Petri, cum mentis sanioris esset, ut suo loco superius dictum est. Ceterum non laudi, sed vitio adscriptum, & prodigalitati non liberalitati tributum, quod pro aurigarum filiis, quos in sacro Baptismate suscipere consuevit, Fiscum exhausserit, tribuens singulis auri libras centum, octoginta, vel ad minus quinquaginta, ut patet ex Ciropalate, qui eius tempore hoc laude dignum accidisse tradit, quod omnes Græcorum historici æquè affirmant. ait enim ipse: Loca verò intra Euxinum Pontum, omnemque ipsius maritimam regionem exercitus Rhos prædabatur ac percurrerat. Sunt autem Rhos gens Scythica ad Arctoum Taurum habitans, effera & agrestis, ipsique Constantinopoli graue intentauit periculum. Sed tamen haud multò post diuinam experti iram domum rediere. Quorum legatio

Hh 4

Con.

BASILIUS
CREATVR
IMPERA-
TOR.XCI.
MICHAEL
IMP. OCCI-
DITVR A
BASILIO.

XCII.

QUOMODO
OCCISVS.^a Is. 26.
^b Psal. 9.
^c Luc. 18.

XCIII.

^{*} al. Rhos
lanorum, vel
Rhorum

Constantinopolim cum venisset, petiit, & supplicavit, ut sacrum sibi Baptisma impertiretur, quod impetratum est.] hæc Curopalates. eademque Zonaras, Cedrenus, & alij. at de his alibi. Sed ad Basilium transeuntes reliqua videamus, quæ Nicetas in Ignatio hoc anno ab Imperatore Basilio acta narrat. ait enim:

XCIV. Interea paulò post Michaël à B. Mamante martyre interficitur (id ea de causa quòd in eius domo Michaël est occisus) pro sua insania & nequitia iustas luens pœnas, cum quindecim annos & menses octo vnà cum matre regnasset, nouem verò solus expletis atq; decimo inchoato, & multa mala aduersus Ecclesiam cum patrasset, tandem moritur. Erat initium primæ Indictionis vigesimaquarta mensis Septembris, cum Basilius ad palatium euectus, Imperator proclamatur. Qui quamprimum misit Chalcedonem, vt Zachariam & socios reuocaret ab ineundo itinere,] ne scilicet Romam irent, quò à Photio & pseudosynodo destinati erant ad Nicolaum Romanum Pontificem, ad eius anathema perferendum, sic Deus intercessit, vt hæc tam nefanda Romæ nec audirentur quidem. pergit Nicetas per singulos dies, quæ sunt tunc temporis gesta ita recensens:

Postera, inquit, die à nece Michaëlis post sui acclamationem, Photium à Patriarchali deiicit sede, & illum in monasterium quoddam nuncupatum * Humbra deportari præcepit.] O iudicia Dei, vt a David testatur, vera & iustificata in semetipsa, & quidem dulciora super mel & fauum! Qui enim ante paucos dies pro tribunali sedens Photius tyrannus, ausus fuit tamquam Iupiter tonans (vt loquar more Gentium) fulmine iaculari omnium sublimissimam arcem Ecclesiæ Dei, inferre inquam anathema in ipsum Ecclesiæ Hierarcham Romanum Pontificem Nicolaum: deponitur ipse à throno, quem potentia seculari iam antea inuasisset, & relegatur in monasterium. sed quid diebus sequentibus actum sit, videamus. Postridie Eliam illustrissimum regij exercitus Drungarium, vnà cum regio dromone, nauis scilicet Imperatoria, ad sanctissimum mittit Patriarcham Ignatium, vt ipsum ab Insula ad urbem cum debito honore reducendum curaret. & interea in patria domo, quæ dicitur Magnaura, illum statuit.

XCVI. Vt verò omnis iniquitas, quæ contra sanctum illum Ignatium fuerat perpetrata, manifestior fieret, Deus qui comprehendit sapientes in astutia eorum, & consilia prauorum dissipat, in Basilij Imperatoris animum consilium ingerit, vt mittat ad Phorium, & omnia scripta, quæ à Patriarchio discedens acceperat, absque vlla temporis mora vt mitteret, ei præciperet. Ille verò iureiurando affirmabat, licet falsò, nihil tale se inde accepisse propter festinationem recedendi. Dum verò hæc à Photio Præposito Bahanæ dicerentur, ipsius Photij famuli magna cum festinatione septem saccos scripturarum plenos plumbeo sigillo signatos ad Calamonem illi propinquum locum transtulerunt, occultandi causa. D Quod cum famuli Præpositi vidissent, & ab eorum manibus illos abstulissent, ad Imperatorem attulerunt. Quibus apertis, inueniunt duos libros auro & argento deforis bracteatos, & serico reectos, intus verò litteris valde pulchris & ornatis descriptos. Quorum alter continebat septem Actiones synodicas, quæ numquam extiterunt, nec actæ sunt, aduersus Ignatium, sed tantum diabolico consilio frustra sunt machinatæ. & singularum Actionum huiusmodi initio hæc quæ sequuntur depicta habebantur, opera videlicet Syracusani illius Gregorij cognomento Asbesthe: erat enim bonus ille vir pingendi peritus, puto pro additamento suorum malorum. Et depictus ibi erat Ignatius. O rabiem intolerabilem! ò insaniam omnem excessum superantem!

XCVII. In prima quidem Actione Ignatium depinxit, qui trahebatur & vapulabat. Supra verò illius caput ita scripsit, DIABOLVS. Non horruisti blasphemix excessum? Sed ne miremini. Si enim patrem familias Beelzebub vocauit, quid facere debebat familiaribus eius?

In secunda iterum Actione Ignatium depinxerat spuris conspurcatum, magna vi tractum, cuius inscriptio talis erat: PRINCIPIVM PECCATI.

In tertia verò Actione eundem Ignatium exauctoratum pinxerat, & eius inscriptio hæc erat: FILIVS INIQUITATIS.

In quarta itidem Actione eundem Ignatium anathemate atque exilio damnatum posuit, & inscriptio erat: SIMON MAGVS.

In principio deinde quintæ Actionis vinculis Ignatium circumdatum pinxerat, & vinculum, cuius erat inscriptio: EXTOLLENS SE SVPER OMNE QVOD DICITVR DEVS.

In sexta verò Actione depinxit Ignatium damnationi traditum, & eius inscriptio: ABOMINATIO DESOLATIONIS.

AVSSI AD FIDEM CONVERSI.

BASILIVS SOLVS IMPERANS QVID PRO ECCLESIA CONTRA PHOTIVM.

XCIV. * Psal. 81.

PHOTIVS RELEGATVR, IGNATIVS RESTITVTIVR.

SCRIPTA A PHOTIO SVBLATA.

QVÆ DEPICTA IN CODICE SYNODALI. Math. 10.

A In septima tandem & extrema Actione depinxit Ignatium protractum, vt illi caput amputaretur, & eius inscriptio talis: ANTICHRISTVS.

Hæc quidem ego, ingenuè fateor, ore proferre vereor, & in memoriam reuocare. & hac de causa silentio omnino præterissim, nisi viderem eos qui talia patrarunt, & eorum domesticos non solum ea non occultare, sed potius illis gloriari, quinimodò, sanctitatis nomen Photio tribuere. Verax est ille qui dixit: Impius quando venerit in profundum malorum, contemnit.] hucusque Nicetas.

Vidisti, Lector, antiquum inuentum diaboli, vt infamissimis istiusmodi stigmatibus delusi, ludibrio exponerent sanctos viros, Dei amicos, iustitiæ cultores, sacros Dei ministros. Attamen licet visus sit in profundum venisse Photius peccatorum: haud tamen infimum illum attigit locum, quò ruentes peruenerunt miserrimi nostri temporis Nouatores. Siquidem Photius, licet in eiusmodi imaginibus conatus sit infamare nomen Ignatij: haud tamen ausus est talia pro arbitrio fingere & pingere de summo Pontifice Nicolao, quamuis hoste infensissimo, & quem furore percitus non fuerit veritus excommunicare, reueritus in eo pontificiam maiestatem: contra verò leuissimi & sordidissimi Nouatores eiusmodi imaginibus Romanæ Pontifices pingere, & dehonestare inscriptionibus in contumeliam Romanæ Ecclesiæ his temporibus consueuerint, nec solum pingere, sed cadere, ære conflare, aliisve modis repræsentare mille ignominia notis expressos, pro arbitrio quorumlibet perditissimorum homuncionum, qui vanissimè putent, illos sic posse credi, vt fingunt, & insanis inuentis inferri præiudicium veritati, ita laruis istis seducetes simplices & vecordes. De his enim illud occinèdum Dauidicum: Velut somnium surgentium Domine in ciuitate tua imagines ipsorum ad nihilum rediges.]

Stat verò, stabitque in æternum imago illa, quam Christus verborum suorum notis indelebilibus reliquit expressam in Petra, qua cernitur super Christi cathedram sedens Petrus, vel loco Petri successor Petri eiusmodi elogio inscripta diuinitus: TV ES PETRVS, ET SVPER HANC PETRAM ÆDIFICABO ECCLESIAM MEAM, ET PORTÆ INFERI NON PRÆVALEBUNT ADVERSVS EAM.] sed ad Nicetam redeamus qui pergit:

Aduent tamen Photio dedecus, & additæ sunt contumeliæ. Iurauerunt cum timore Domini, & gloria potentix illius, illi omnes, qui Actionum illarum impiarum scriptis dum legerentur interfuerunt, quinquaginta duo apertissima & omnibus perspicua falsa Capitula scripta fuisse, impio quodam potius & infano consilio contra beatum illum Ignatium prolata. Et singulorum capitum in fine reliquerat spatium versus vnus non scriptum. Idque ea de causa, vt si quem aliquando inueniret sui similem, & laqueo dignum, muneribus & dignitatibus illum decipere posset, & haberet locum, in quo illi mendacio posset subscribere. hæc quidem habebat alter librorum diaboli.

Alter verò synodica acta aduersus Nicolaum Papam Romanum, omnem videlicet calumniam, & absurdam blasphemiam ad condemnationem sancti illius viri, & anathematissimum impiè & prauè conflatum, dignum potius ipso & operibus eius à dæmone suggestis. Hæc autem omnia audax ille Syracusanus Gregorius ad amussim cum descripsisset, Zachariæ & Theodoro prædictis præbuit Photius, multis cum encomiis & magnificis muneribus ad Regem Franciæ, vt Papam Nicolaum tamquam throno depositum eiiceret. Alios verò duos apud se detinuit. Hos igitur quatuor libros cum accepisset Imperator, & Senatui atque Ecclesiæ cum manifestasset: ita Phorij totam machinam & pessimam conscientiam vniuersæ Reipublicæ manifestam reddidit. Omnes homines cum hoc viderent, stupore perterriti sunt, non solum pro sophistæ illius Phorij praua mente & garrulitate, verum etiam pro excessu longanimitatis & patientiæ Dei. Sed hos quidem libros deinde cum attulissent in Synodum, & in conspectu etiam ipsius artificis Phorij exprobrassent, tandem igni tradiderunt.] Sed hæc postea, tempore Octauæ Oecumenicæ Synodi, vt suo loco patebit.

Quòd verò ad Ignatij restitutionem spectat, ista Nicetas subiicit: Tunc verò Imperator Basilius Patriarcham Ignatium cum ad se aduocasset, & multis laudibus eum exornasset (dies enim Dominicus erat & vigesima tertiam Nouembris) vt quo tempore primum electus fuit, & postquam Dei auxilio & bonitate nouem totos annos perfectum certamen pro virtute certauit, eodem tempore restitueretur Ecclesiæ, voluit. Et ita lucerna lucidior accensa quam antea super candelabrum collocatur, & pastor agnouit oues suas, & à suis ouibus

NOVATORES AVDACISSIMI OMNIUM HAERETICORVM.

Psal. 72.

Math. 16.

XCIX.

FALSA SCRIPTA PHOTII

C.

QVÆ SCRIPSIT PHOTIVS IN NICOLAVM.

CI.

IN SVVM THRONVM IGNATIVS RESTITVTVS.

quibus apertius agnoscitur. Cum igitur vniuersa ciuitas exultaret pro eius ascensu, atque illum deduceret atque sequeretur cum exultatione: ipse quidem per Sanctam puteum (ita locus nominatus) ad superiorem partem ascendit. Dum vero ingrederetur per dexteram portam magnae Ecclesiae, illi obuiam fit vniuersus Patriciorum ordo, illum venerans & cum honore suscipiens. Et in fine, ut moris est, Sacrum conficiebatur. Dignum autem est, ne quod in introitu contigit, omittamus. Alij enim astabant, alij vero venerabantur: Sacerdos autem cum Sacrum faceret in adytis clamauit: Gratias agamus Domino. Et populus continuò respondit: Dignum & iustum est. Et ita facer ille Ignatius, cum prospero euentu sedem suam recepisset, & Ecclesiae gubernacula suscepisset, suspendit à sacris non solum Photium, & ab illo ordinatos, verum etiam omnes qui cum eo communicauerat. hucusque Nicetas. quae autem subiicit de legatione missa Romam ad Nicolaum Pontificem, contigerunt anno sequenti, agemus de ea suo loco.

CII. BASILII IMPERAT. SOLVS.

Luitprand. lib. I. cap. I.

CIII.

BASILII FOENITENTIA DE OCTISO MICHAELIS.

CIV.

Extincto itaque Michaeli Imperatore, Basilius ab eo antea in collegam assumptus solus imperat. Fuit Macedo, genere ignobili, licet ex Arfacidarum antiqua stirpe progenitum adulantes alij prodiderint. Huic Michael concubinam suam Eudociam in matrimonium collocauit. Phorius vero Imperialem coronam solemniter, cum Michael iuberet, eius capiti imposuerat. Quae autem ad Imperium de eo vaticinia praecesserunt, auctores Graeci narrant. Sed quae cum solus imperare coepit, primum ipsi contigerunt, sic accipe à Luitprando Ticinensi: Paruo, inquit, transacto tempore, huic Dominus noster Iesus Christus per visionem apparuit, domini huius Imperatoris, cuius hic necis excitat auctor, dexteram tenens, eumque ita conueniens: Vt quid interfecisti Regem, hoc est, dominum tuum Imperatorem? Expergefactus itaque, tanti se reum nouit esse reatus; moxque ad se rediens, quid super hoc faceret, cogitabat.

Confortatus itaque hac Domini nostri Iesu Christi per Prophetam salubri & verè acceptabili promissione: In quacumque die peccator ingemuerit, saluus erit: cum lacrymis & gemitibus se peccatorem, se reum, se sanguinis innocentis effusorem esse confitebatur. Bono autem accepto consilio, amicos sibi de mammona iniquitatis effecit, ut quos hic temporalibus subsidijs consolaretur, eorum precibus ab aeterno gehennae incendio liberaretur. Fabricauit autem pretioso & mirabili opere iuxta palatium, Orientem versus, Ecclesiam quam vnan, id est Nouam, vocant, in honorem summi & caelestis militiae Principis Archangeli Michaelis, qui Graece ἀρχαγγελος, appellatur. hanc Luitprandus. Subiicit Zonaras: Basilius die festo magnam Ecclesiam ingressus, ut incruentae victimae particeps esset, à Photio Patriarcha est prohibitus, eum homicidam appellante: ob quam causam iratus, indicto Concilio, Photium Ecclesia eiecit, quasi S. Ignatius contra leges à Barda Caesare sede Pontificia deiectus esset. hanc Zonaras schismaticus fauens schismatico, nouam & inauditam fingens causam Photij eiectionis. Non enim probatur quod ait expulsus Photium quod homicidij Imperatorem redarguisset, sed potius quod à Nicolao Pontifice iam tertio damnatus esset. Ita scriptae epistolae Pontificiae, ita Acta Synodi Octauae, ita Nicetas, ac denique ceteri omnes testantur veteres Graecorum historici, ut de his nulla possit oriri dubitatio. Zonaras enim longè post ista tempora vixit: & ipse schismaticus, Photio fauit auctori schismatis, laudans eum, & occultans crimina ipsius toto caelo patentia. Verior namque de his erit historia, quae proditur ex epistolis.

Sic igitur à Deo electus Basilius Imperator, simulac extincto Michaeli, liberatus est natus habenas Imperij, utpote ad hoc diuinitus institutus, ut humiles exalter, deprimatque superbos: mox, ut audisti, in deiectionem inuasoris alienae sedis Photij, & restitutionem sanctissimi à Deo instituti Patriarchae Ignatij, omnem adhibuit diligentiam, atque erutis, quas schismatici obruerant, litteris Nicolai Romani Pontificis, iisdemque cognitis, ex earum praescripto confessum sanctum Ignatium in suum pristinum restituit thronum, & Photium impudentem cessare praecipit. Ita summa Dei prouidentia factum, ut aduersantibus, ut vidisti, schismaticis Imperator succederet, qui sedulo executioni sponte mandaret, quae Romanus Pontifex sua sententia statuisset; qui etiam statim de his ipsis litteras dedit ad eundem Nicolaum Pontificem, cuius hoc totum esse muneris sciret. Quod verò eadem litterae missae primum an eidem Pontifici redditae essent, dubitasset: rursum eodem argumento alias addidit, datas hoc anno, vndecima die mensis Decembris, quae Dei beneficio integrè haecenus seruatae leguntur in Actione tertia Octauae Oecumenicae Synodi, atque sic se habent:

Extat to. 3. epist. Decret. Pont. pa. 271.

A In nomine Patris & Filij & sancti Spiritus vnus & solus & veri Dei, Basilius fidelis Imperator Romanorum Nicolao sanctissimo Papae, & spiritali patri nostro.

Qualiter se habet nostrae mentis voluntas super Ecclesiasticis negotijs nostris, o diuinum & sacrum, atque instar Aaron, reuerendum caput, in priori epistola innotuimus. Nescientes autem si sanctis vestris & secundum Moysen Deo gratissimis sit posita palmis (multae namque in longinquo itinere impediens accidunt causae) necessarium conspeximus, primum quae in eadem continebantur epistola, in breui commemorare, & nunc quae defuerunt supplere. Habebat itaque, in quibus malis Ecclesiam nostram, quando Imperij diuinis orationibus vestris gubernacula suscepimus, inuenerimus malè iacentem, insanabiliter languentem, legitimo Rectore denudatam, tyrannide detentam, alieni patris seruituti subiectam, omnia instar ancillae patientem, magis quam more Regine quidquam gerentem. Haec sunt quae illa significabat epistola.

Et quaedam à nobis agenda fore, visa sunt; quaedam verò paternae sanctitati vestrae penitus relinquenda. Verum nobis nihil amplius debere fieri visum est, nisi ut Photius quidem à sede remoueretur, & secum quiescere hortaremur, quippe qui multa contra veritatem, & contra sacrorum Pontificum verticem commouit: in tantum enim rabies illius profecit. At verò Ignatius sanctissimus & spiritalis pater noster, qui clarè iniurias & tyrannidem pertulit, secundum iudicium & iustificationem, quae in diuersis epistolis vestris inuenta est (quamquam per easdem litteras vix nunc omnibus manifestum constituimus: sic enim ipsae litterae obrutae, ut nullatenus quibusdam ostensa fuerint ab his qui ante nos principatum tenuerunt) per aequam & iustam veritatem ad proprium thronum reuocaretur.

Reliquis autem finem imponendum, imò verò & haec eadem approbandum, atque horum sequentia terminandum, spiritali sanctitati vestrae dimissimus. Videlicet de his sacerdotibus qui ex vtraque parte peccauerunt, & antè à sanctissimo Patriarcha Ignatio consecrati secundum scripturae suae confessionem, in veritate minimè permanserunt: quamquam qui à Photio viro impudenti manus impositionem susceperunt, necnon & de his summis sacerdotibus, & sacerdotibus atque Abbatibus, qui diuersimodè scripserunt: quorum quidem alij vi vel tyrannide, alij verò simplicitate & leuitate, quidam verò seductione & versutijs, quidam verò muneribus & honoribus diuersimodè decepti sunt. pauci vero superiores laqueo illius prorsus effecti sunt, imò verò dicendum est, quia penè omnes sacrati tam priores quam posteriores qui sub nobis sunt, malè, & non, ut oportebat, tractati sunt. De quibus decretum & iudicium mittere paternam sanctitatem vestram, praescribentes poposcimus, & nunc expetimus. Addentes huic epistolae pro his qui ceciderunt, benignissimam postulationem, & maximè de his qui poenitentiae locum requirunt, & ad legitimum summum sacerdotem recurrunt. quatenus non Ecclesiae nostrae summis sacerdotibus, & sacerdotibus qui sub omni regimine nostro consistunt, commune occurrat naufragium, propemodum vniuersis illis de falsis & impotabilibus gustantibus iniquitatis reumatibus.

Super his itaque postulamus compatentissimum sacerdotium tuum, ut manum porrigat humanitatis, & eorum dispenset salutem, qui proprium dumtaxat peccatum pronuntiant, & veniam accipere de eo qui malè ac iniquiter ab ipsis molestatus est, à summo sanctissimo sacerdote deposcunt: eos enim qui permanent in malitia, & nolunt aduersitatis semitam repedare, nullus modus vel ratio à condemnatione liberabit.

Vt autem manifesta etiam his, qui ex sorte sunt Photij, vestra diuina & Apostolica fiat sententia: tam de sanctissimo patre nostro & Patriarcha Ignatio, quam de miserrimo Photio destinati sunt ab amabili Christo Imperio nostro ad paternam sanctitatem vestram ab vtraque parte Apocrifarij. A sanctissimo quidem Patriarcha Ignatio Ioannes Metropolita Sylei, à Photio verò Petrus Metropolita Sardis. cum quibus à diuinitus munito Imperio nostro missus est Basilius Spatharius. Quos volumus ut paterna sanctitas vestra suscipiat, & in conspectu Episcoporum, qui ex vtraque parte directi sunt, quae videbuntur sanctitati tuae, Ecclesiasticis legibus atque Canonibus de summis sacerdotibus, & sacerdotibus sanciat. Cum hisque mittat nobis reuerendissimos Apocrifarios, ut certificetur expressius & purius sanctissima Ecclesia nostra, cuius voluntatis sanctitas tua super vtrisque consistat. Ita pater spiritalis, & diuinitus honorande summe Pontifex, accelera pro Ecclesiae nostrae correctione & conflictu contra iustitiam, atque veritatis satisfaci-

CV. BASILII EPIST. AD NICOLAVM ROM. PONT.

CVI. DE IGNATIO RESTITVTO

CVII.

CONSULT. DE HIS QUI PHOTIO ADHAESERVNT.

CVIII.

CIX. DE LEGATIS MISSIS AD NICOLAVM ROM. PONT.

nem, multam nobis congeriem bonorum donare, id est vnitatem mundam, compagem A spiritualem ab omni contentione & schismate liberam, Ecclesiam in Christo vnam, & ouile vni obsecundans pastori, cuius tu minister ac immolator existis verissimus. Saluto sanctum & desiderabile mihi caput quasi labiis per litteras. Vale. Misit est mense Decembrio, die vndecimo.] haecenus Basilij Imp. ad Nicolaum Papam epistola.

CX. Recitantur in eadem octaua Synodo etiam litterae viri sanctissimi Ignatij Patriarchae per eosdem Legatos ad eundem Nicolaum Pontificem datae, quas ob dignitatem argumenti atque personae hic tibi pariter describendas, congruum esse putauimus. sic enim se habent: a

Obau. Syn. ob. Act. 3. IGNATIUS LITTERAE AD NICOLAUM PAPA.

Domino honorabili dilecto fratri & comministro Nicolao sanctissimo senioris Romae, Ignatius misericordia Dei Archiepiscopus Constantinopoleos nouae Romae.

VNVS MEDICVS VNIVERSALIS IN ECCLESIA PAPA.

Eorum vulnerum atque liuorum, qui in membris hominum consistunt, multos medicos protulit ars; hanc quidem passionem alio accipiente, & alteram altero, & per experientiam amputante, & medicante: eorum vero quae in membris sunt Christi & Dei Saluatoris omnium nostrum Capitis & Sponsi Catholicae & Apostolicae Ecclesiae, vnum & singularem praecellentem, atque Catholicissimum medicum ipse princeps summus, & fortissimus sermo, & ordinator & curator, & solus ex toto magister Dominus omnium produxit, videlicet tuam fraternitatem & paternam almitatem. Propter quae dicit Petro magno & summo Apostolorum: b Tu es Petrus, & super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam, & portae inferi non praeualebunt aduersus eam. & iterum: Tibi dabo clauis Regni caelorum, & quaecumque ligaueris super terram, erunt ligata & in caelis, & quodcumque solueris super terram, solutum erit & in caelis. Tales enim beatas voces non secundum quamdam vtique sortem Apostolorum Principi solum circumscripsit C & destinavit, sed per eum ad omnes qui post illum, secundum ipsum efficiendi erant summi pastores, & diuini sacri Pontifices, seniori Romae transmisit. Er idem ab olim & pristino tempore in exortis haereticis & praeuicationibus eradicatores & interemptores malorum zizaniorum, & tabefactorum & penitus insanabiliter aegrotantium membrorum multoties facti sunt eorum qui sanctitatem & summam paternitatem tuam illic praecesserunt, successores scilicet Principis Apostolorum, & illius zelum in fide quae secundum Christum est imitantes; & nunc nostris temporibus beatitudo tua digne tractauit datam sibi a Christo potestatem.

Matth. 16.

CXI. QUID DE PHOTIO IGNATIUS.

Et quemadmodum quis peritus belli & optimus Praetor, sanctissime & amantissime frater noster, omnibus potentior & omnia vincentem veritatem, tamquam quaedam valde fortia & inexpugnabilia proponens arma, huius aemulum deiecisti, & cum Christo D & per Christum mundum vicisti, & eum qui diuina furatus est, & dispoliauit aliena, & per fenestram in atrium ouium more latronis intrauit, & praedatus est animas multorum, deinde etiam se arroganter extulit, & ceruices erexit contra Dominum omnipotentem, & in tantum iactanter elatus est, vt conuentum sine subsistentia, & sine persona fingeret contra irreprehensibile & diuinitissimum & sacrum Pontificium tuum, quemadmodum fabula hippocentaurus & tragelaphos: quod etiam ad Principem latenter misit. Huiusmodi ergo non sanctum operatorem atque omni opere malo repletum, videlicet eum qui secundum antiphraeos tropum Photius nominatur, opere manus Pontificalis & Apostolicae potestatis tuae a communi Ecclesiae rescacasti corpore, & summo te Petro aequiparans, tamquam nouum Ananiam sententia potentium verborum tuorum occidisti, & priuatione spiritualis vitae, vt alterum Simonem per anathema morti transmisisti, & nos E qui iniuriam passi sumus, sicut iustissimus, & fratrum amantissimus iuste iustificasti, & Ecclesiae, quae apud nos est, & proprio throno, propter quae fatigasti atque scripsisti, vt pote Apostolicae & summae potestatis susceptor, digne ac rationabiliter restituisisti, & fluctum qui hic inerat dissipasti, & tranquillitatem Ecclesiae contulisti.

CXII.

A Deo quippe prouectus & a Christo dilectissimus & mansuetissimus & iustissimus noster Imperator voto & consilio & decreto & iudicio tuae sanctitatis, fauens olim, etiam nunc alacriter obediens, vt filius vester proprius ac fidelissimus, vtique quae digna sunt exhibuit, & multa tribulatione fessam nostram senectutem, adhuc etiam omnes qui pro iustitia Dei multas & varias tribulationes sustinuerunt, Imperialissima prudentia vltus, animauit & consolatus est. Pro quibus omnibus gratificas laudes atque voces referentes, super omnia Deo & tuae beatitudini missus debite Ioannem reuerendissimum & sanctissimum Metropolitanum Sylei, virum Dei cultorem, & diuino intellectu repletum, qui etiam per totos nouem annos pro verbo veritatis cum nobis ipsis persecutionem, & mala cetera passus est, & Petrum Deo amantissimum Episcopum Troadae, qui eadem & ipse passus est, & pariter decertauit, cum regali homine rationem simul vobis posituros pro nobis, & quae epistolae desunt, viua voce adimpleturos & manifestaturos, qualem & quantam dilectionem habeat effectu humilitas nostra circa fraternam sanctitatem vestram, simul autem & de ceteris Ecclesiasticis ordinibus accepturos quae Deo placeant, & vestro intellectui & sapientiae & potestati distinctiones & dispositiones.

Duplex est enim sacerdotalis catalogi consecratio: nam quidam a nobis hanc susceperunt, quidam vero ab iniquo & interfectore Photio. Multi quidem de nostra consecratione, gratia Dei confortati, restiterunt ei fortissime, per nullum modum in inhonorantiam & contumeliam nostram, & in eam quam putant depositionem communicantes, sed & multas & varias tribulationes & angustias & dira exilia & custodias perperientes: quos praecipue suscipiens & tua beatitudo, scio quod supremis extollat honoribus, vt certatores veraciter pietatis. Plures autem propria chirographa transgressi sunt & ceciderunt, & pro temporis & vtilitatis suae causa in omnibus Photij temeritatibus & malignis actibus ab initio vsque ad finem sectatores, & communicatores, & cooperatores effecti sunt, frequenter contra nos subscribentes, licet non voluntarie, sed vim & tyrannidem passi. Sunt autem apud eos qui contra veritatem postea in rabiem versi, & quemadmodum quaedam satanae operatione furentes, validissimam etiam contra nos ostenderunt insaniam. Primum igitur de huiusmodi imploramus dari dispositionem. Deinde de his qui ab illo manus impositionem ceperunt, & secundum ea etiam ipsi similiter per omnia frustra nequiter egerunt. Insuper de presbyteris, qui ex nostra consecratione consistentes, semel ei communicauerunt, vel fortasse bis & ter ex arcta angustia, non tamen subscripserunt iniustitiae chirographo, & rursus recesserunt, & vsque in praesens voluntarie vacant. Adhuc etiam de his qui cum communione etiam subscriptionem gesserunt: mox autem otium complexi sunt. Et super eos etiam de his qui manus quidem impositionem a Photio & voluntarie & non voluntarie susceperunt, reuerenti tamen, sacerdotio prorsus nullo functi sunt.

Porro manus impositionem ab eo accepit Caesariae Cappadociae Archiepiscopus reuerentissimus & perseverantissimus Paulus post concilium vanitatis, quod contra humilitatem nostram tenuit prius. In secunda vero Synodo reproborum, vt dicit Propheta, viriliter valde propugnans ob veritatem & triumphans & diuulgans eorum interfectricem mentem, & nullo tempore vel modo contra humilitatem nostram subscribens, sed ob id ipsum multa passus, & multimodas necessitates sustinens, alio quodam meliori scilicet affectu dignus habebitur a fraternitate vestra.

Haec igitur sunt capitula, pro quibus exposcimus solutionem & ordinationem in scriptis miti humilitati nostrae, insuper autem, & Vicarios vestrae beatitudinis Episcopos dignos & rationabiles, vt cum eis bene & rationabiliter disponamus Ecclesiam quae apud nos est, quam prouidentia Dei per intercessionem summi Petri, & instantiam & intercessionem vestram recipimus: & accipiant negotia finem vtilem & congruentissimum ad gloriam Dei & vestrae fraternitatis, Christi que imitricis beatissimae paternitatis.] hucusque Ignatij patriarchae epistola ad Nicolaum Pontificem data vt superior, vndecima Decembris, & quidem secundum Frodoardum biduo ante obitum Nicolai: nam ipsum defunctum affirmat die decimatertia Decembris: sicque redditae sunt successori ipsius, quae ad Nicolaum scriptae fuere, vt Octauae Synodi Acta declarant, in quibus eadem recitatae & asseruatae, vt panegyris se habent, quibus ab Imperatore maxime pio & Patriarcha sanctissimo laudes tanti Pontificis celebrantur.

Sed quae aliae eiusdem Nicolai fuerint res gestae anni huius ante obitum, videamus: cum Theutperga Regina inuisa Lothario, ab eoque pessime habita, imminentem sibi mortem timeret: quam citam ab eo profectionem curabat, quam tamen absque auctoritate Nicolai Papae, qui eam redire praeeperat, non est ausa tentare. Colore igitur Romanam proficiscendi, ab eo recedendi occasionem honestam captans, Legatos praemittit ad Nicolaum cum litteris, quibus ab eo Romam veniendi licentiam postulauit, sed ex Lotharij viri sui, immo infelicitissimi hostis consilio, quin potius minantis iussione, iisdem litteris atque Legatis eidem Romano Pontifici significare coacta est, se sponte cedere regiae

CXIII.

CONSULTATIO DE LAPSIDIS.

CXIV.

CXV.

CXVI.

THEUTPERGA REGINA A LOTHARIO MALE HABETUR.

giæ dignitati, in quam introduceretur Vualdrada tanquam legitima Lotharij coniux. A Quæ audiens Nicolaus, omnia hæc ipsam à Lothario coactam scripsisse cognoscens, hæc ad eam rescripsit redditis ad ipsam litteris: a Quis ignorat hæc te multis pressuris subactam deponere, & innumeris malis attritam profere, cum etiam (vt prædiximus) omnes religiosi & clari Galliarum & Germaniæ viri hæc ita se habere, frequenti relatione testentur? aded vt te nobis hæc scripturam fore, multo ante tempus cognouerimus. Sed his ommissis hortamur, ac vehementer admonemus, vt ipsa tibi manus non inferas, nec mortis fomitem generes.

CXVII. Melius quippe tibi est, vt veritatem loquentem alius te occidat, quam tu te ipsam mendacium dicens interimas. Sta igitur intrepida atque constans, & mortem quam quoquo modo semel experiri debes, præcipue pro veritate sustinere non paueas.] Moneo postremò ne occasione Romam veniendi à viro discedat, recepturo post eius discesum Vualdradam, & ipsam in via vitæ discrimen subituram. Hæc Nicolaus ad eam hoc anno Indictione decimaquinta, nono Kal. Februarij. Sed & scribens ad Lotharium b a- quæ prohibuit ne ipsa Romam veniret.

CXVIII. Sequenti verò die, nempe octauo Kal. Februarij idem Pontifex c litteras dedit ad omnes Episcopos sub Regno Lotharij constitutos, quos redarguit, quod rerum temporalium amittendi timore, segnes fuerint hætenus in corrigendo Lothario, de quibus anno superiori dictum est. Eadem porrò die & Indictione d ad Carolum Regem Francorum Lotharij patruum scripsit, dolens quod Lothario conuiueat de abiicienda atque perdenda Regina Theutperga à Rege adulterij rea coacta, damnans consilium de iudicio per monomachiam definiendo, rogat vt eam à periculo liberans mortis apud se recipiat.

CXIX. Direxit (inquit Regino) eodem tempore etiam Lothario Regi idem reuerendissimus Pontifex epistolam ita incipientem: e Audito reuertente Misso nostro, correctionis tuæ (vt ita dicamus) initio, &c.] integra extat inter ceteras Romæ cufas epistolas Nicolai, quam tu consulas.

CXX. In primis autem ipsum Lotharium Regem redarguit, quod Theutpergam variè vexasset, compulissetq; iurare, nò ipsam, sed Vualdradam legitimam ipsius uxorem esse, inanem ostendens eiusmodi adinventionem, cum sententia Sedis Apostolicæ definitum esset, eam esse legitimam ipsius uxore. Abstrahitq; eum ab omni spe ducendi pellicem in uxorem, cum nec defuncta uxore, id ipsi licere, leges Ecclesiæ doceant. Vualdradam excommunicatam ipsi denuntiat, cuius consortio ne eiusdem pœnæ fiat particeps admonet. sed & eadem sententia ipsum fore plectendum, nisi pareat, comminatur. His datis litteris, quibus comminatio excommunicationis missa est, magnus timor inuasit omnes Francorum Episcopos, ne Rex ab eodem Pontifice excommunicationis sententia plecteretur, cuius rei gratia tunc Aduentius Metensis Episcopus, has ad Coepiscopum Hartonem litteras dedit, quas acceptas è codice Treuirensi hic recitamus, sic se habent:

CXXI. Reuerentissimo ac dilectissimo Fratri & Coepiscopo Hartoni, Aduentius humilis plebis Dei famulus, in Domino I E S V Christo sempiternæ felicitatis gloriam.

De duabus partibus nobis scire euenit, id est ex Regno Caroli, & ex Regno Hludouici maioris, quod dominus Nicolaus Apostolicus præfixam atque immutabilem sententiam in suis scriptis directam habeat in istis partibus super causam domini ac Senioris nostri Hlotharij Regis; ita videlicet, vt si in vigilia Purificationis sanctæ Mariæ Vualdradam non dimiserit, à liminibus Ecclesiæ debeat esse exclusus. Vnde nos, quasi mortali angustia vallati, & nimio tædio affecti, vestræ charæ fraternitati hos lacrymosos direximus apices, propter Deum precando, & propter illam fidem, quam illi debetis, vt nullo modo omittatis, nisi statim, & absque vlla mora in suam præsentiam venire studeatis, eiq; imminens periculum, quasi verus speculator, per omnia exponatis, dicendo, quomodo nullas illi moras præterdit, aut saluationis, aut fortè, quod absit, damnationis sententia. Nos verò saluberrimum putamus esse consilium, & ex diuino adiutorio, modis omnibus accelerandum, vt noster Senior festinato itinere, duos dies ante festiuitatem sanctæ Mariæ in * Floriking, aut in alio loco, vbicumque voluerit, si amplius non potest, saltem tres Episcopos habeat, quos sua dominatio elegerit, & in illorum præsentia, secretè de retroactis culpis in conspectu Episcoporum humiliter veniam petat, & inter lacrymosa suspiria emendationem promittat in posterum.

CXXII. His itaque gestis, videtur mihi vile consilium, vt in præsentia eorumdem Episcoporum

a Nicol. ep. 48

b Nico. ep. 51

c Nicol. ep. 49

NICOLAVS PAPA SOLI CIVIS PRO THEVTPERGA.

d Nico. ep. 50

e Nico. ep. 51

CXXI.

CONSILIVM SYGGERIT HLOTHARIVM AD POENITENTIAM REVOCANDI.

* Floriking. 8^{ed}.

rum accepta indulgentia, Deo dignam sponsonem faciat, quod in antea de suo coniugio legitimo, cum suorum fidelium, in illorum scilicet, qui illi puriter fideles sunt, consilio atque auxilio, debeat iterari. Sicque, vt mihi videtur, absque omni periculo animæ suæ, & à Deo sibi concessi Regni immoratione, Ecclesiam sancti Arnulphi liber ac securus, in Purificatione sanctæ Mariæ, eandem sanctam festiuitatem celebraturus, introeat. Alioquin se ipsum, & nos omnes, qui illi secundum Deum, & secundum seculum fideles sumus, ad irrecuperabilem perditionem, vt verisimile cernitur, perduceret. De publico enim adulterio nullatenus erit illi formidandum, cum Dominus per Prophetam clamet: Cum ingemuerit peccator, saluus erit, non reiterans vias suas. Hi ergo apices sub sigillo confessionis mittuntur, ita videlicet, vt propter Deum vobis sit, ne vllus mortalium præter vos, & nostrum Seniore, si voluerit, vllatenus videat. Ergo agat vestra fraternitas, ne dilectissimus atque amantissimus dominus noster, & nos cum illo infeliciter pereamus. Oramus dilectam fraternitatem vestram valere feliciter.] hæc Aduentius Metensis Episcopus.

Verum aliud consilium Lotharius iniit, quod excommunicationem comminatum effugeret, nempe vt suum ad Nicolaum Romam aduentum litteris præmissis eidem nuntiaret, interimque Episcoporum ad eundem legationem decerneret, vt sic eum spe bona iudicaret, scripsitq; blandas ad ipsum litteras has, quibus & auxilium contra Sarracenos, si opus sit, pollicetur. sunt & ipsæ acceptæ ex codice Treuirensi, quæ sic se habent:

Domino verè sanctissimo ac beatissimo, totiusque Dei Ecclesiæ roseo pij Regis Christi sanguine acquisitæ Summo Pontifici & vniuersali Papæ Nicolao, Hlotharius diuina propitiante clementia Rex ac deuotissimus filius vester, sempiternam cum gaudio, prosperitatis, & felicitatis gloriam, fideleque seruitium.

Rex Regum & princeps Pastorum Christus, qui sacerdotalem & regiam dignitatem in ministerio nostræ redemptionis in seipso vniuit, quique sui ouilis curam B. Petro Apostolorum principi tuendam commisit, ille nos salubribus edictis instituit, vt Apostolatus vestri sacratissimum apicem diuinitus in fundamento Ecclesiæ sublimatum fideliter diligamus, & humiliter veneremur. Hinc est, quod nostræ mansuetudinis affectus, circa vestram celsitudinem veræ charitatis igne inflammatur, & à multis iam retrò diebus, nos ad vestram præsentiam desiderabiliter inuitare non cessat. Quapropter hos vestræ eminentissimæ paternitati direximus apices, vt de vestra optabili sospitate celerius rescire possimus, quæ omnium gemmarum nitore pretiosior, omniq; thesauro charior nostro amplextur in corpore. Et quia nos hoc idem de vestra sanitate incunctanter credimus, satius vobis intimandum decreuimus, quod diuina opitulante clementia, nostra mansuetudo optimè viget, fideliumque nostrorum generalitas in necessariis Reipub. negotiis, opitulante Christo, salubribus proficit incrementis, immò prosperitatis successum ab ipso bonorum omnium largitore profuturum humiliter ac fideliter prætolamur. Regnum quoque nobis diuina pietate commissum, ab omni paganorum infestatione, aliorumque inimicorum depredatione, dextera omnipotentis Dei pro nobis pugnantè, & auxiliantibus meritis beati Petri Apostoli, vestrisque precibus almissi suffragantibus, hætenus cum omni integritate tutum manere cognoscite.

Porrò vestræ sanctitatis nouerit pia paternitas, quod isto tempore feruentissimum desiderium habemus causa orationis Apostolorum Limina visitare, vestramque diu desideratam faciem cernere, & sacra dulciter amplexari vestigia, & iam secundo ac tertio nostri itineris apparatus sub certa deliberatione repetitum habemus, quod in voto manet implere desiderantes. Verum si aliqua, quod absit, periculosorum temporum varietas votum nostrum interceperit, Legatos nostros * Gutfridum dilectissimum auunculum * Luitfridum nostrum, & Vualtarium fidelem nostrum, necnon & Theutgaudum venerabilem Archiepiscopum, atque * Attonem Coepiscopum ad vestram præsentiam destinare procurabimus, vt per illos liquidò cognoscat vestra celsitudo, quam fideles vobis per omnia existimus nos & fideles nostri, & quam fideliter vestris salubribus consiliis, & spiritualibus monitis parere desideramus. Reuerà sicut spiritualis ac deuotissimus filius reuerentissimo patri, atque vniuersali Papæ debet, quippe nos & venerabiles Episcopi atque fideles nostri, si non corpore, corde tamen ad vestra sacra vestigia prouoluti, humiliter petimus, vt si aliquis inimicorum nostrorum ex nostra parte, quiddam sinistram mendoso falsitatis elogio vestris sanctissimis auribus significare præsumperit, quasi serpentinum

B

C

D

E

CXXIII.

STVDIVM PRAESE FERT S. A. ADEVNDI.

CXXIV.

* Hartonem, pura Viridunensis Ecclesiæ.

tinum virus, Apostolica abominetur auctoritas. Et quidem nostri Episcopi veritatis discipuli, magistri erroris esse non possunt, qui Orthodoxi Patris Catholicæ & Apostolicæ Fidei veri probabuntur esse cultores.

CX XV.
ECCLESIAE
ROMANAE
ADVERSUS
PAGANOS
AVXILIVM
OFFERT.

Inter ista verò ratum esse duximus inferendum, quòd si aliqua incurfus paganorum fines beati Petri vobis cælitus commissos adire tentauerit, aut fortè terminos augustissimi Imperatoris atque amantissimi germani nostri Hludouici, prout nuperrima atque infauista relatione comperimus, irrumperè præsumpserit, illud nobis absque vlla dilatione ocyus significari deposcimus, quia quolibet postposito rerum temporalium damno, atque paruipenso perituri discriminè Regni pro amore & timore Dei, & beatorum Apostolorum Sanctorumque omnium reuerentia, simulque vestra sanctissima paternitate, quam præ omnibus mortalibus diligere ac venerari decreuimus, nos ac fideles nostros morti ac periculo tradere parati sumus, scientes esse scriptum: Timere non debemus B mortem, quæ sine dubio perducit ad vitam.

CXXVI.

Igitur quibus valemus votis, Domini misericordiam imploramus, vt nostram mansuetudinem vestræ excellentissimæ almitati tandem repræsentet incolumem; quatenus verior experientia Apostolatus vestri puriter cognoscat, vtrum prolata à veritatis fonte emanauerint. Omnipotens Deus nostri memorem summum vestri sanctissimi Pontificatus apicem prosperis successibus feliciter insignitum ad custodiam gregis conseruare & exaltare dignetur, gloriosissime ac præstantissime Pater.] hæc ipse. At Nicolaus prohibuit eius Romam aduentum, quem sciret non ad pœnitentiam, sed ad dilationem prætendi. Verus fuit Lotharij artificium, vt cum siue à patris Regibus, siue à Romano Pontifice arctaretur ab adultera omnino recedere, ille se Romam velle proficisci, & de sua causa agere coram Pontifice affirmaret. testatur id Nicolai epistola ^a ante legationem Arsenij data. Sic igitur ab eo sæpè deceptus, ne Romam veniat interdicit; cum & interim non cessaret alia via ipsius omnibus modis procurare salutem, scribens de his ad Ludouicum ^b Regem Germaniæ de eius emendatione procuranda.

^aNicol. ep. 27

^bNico. ep. 53

CXXVII.
CAROLVS
ET LVDVICVS
PRO LI-
BERANDO
LOTHARIO
COEVT.

Occasio etiam prætexendi Romam aduentus & illa præcessit, quòd eodem anno Carolus & Ludouicus fratres simul, Nicolai Papæ monitu conuenientes, sollicitè de Lotharij nepotis sui nondum resipiscantis scandalo consulentes decessere, vt ipse Carolus patruus ad eum adiuncto sibi Episcopo proficisci deberet, quòd eum coram efficacius hortari posset, vt in omnibus parere deberet monitis Apostolicæ Sedis. Cum igitur ad eum Carolus cum Episcopo peruenisset, & quæ sibi & fratri in optatis essent aperuisset: ille quidem ex more promissionibus multis, facturum se quæcumque Pontifex iuberet, eidem satisfaciens, Romam ad eum venturum esse promisit. De quibus omnibus per suum Legatum Ludouicus ipsum Romanum Pontificem Nicolaum reddidit certiorum. Qui his acceptis, ad eundem Ludouicum litteras ^c reddidit hoc anno quarto Kalend. Nouembris, prima Indictione inchoata, quibus significauit eludere solere Lotharium Apostolicam Sedem promissionibus suis, vtpote cum multa promittat, nihil præstet, sed pollicitis contraria agat, vtpote qui legitimam coniugem Theutpergam immenso odio persequens pessime habeat; V Valdradam verò Ticino, quòd peruenerat, reuocasset in Gallias, cuius & nutu cuncta parageret. Ob idque, quòd scilicet inobediens esset Apostolicæ Sedi, ne Romam veniat, omnino prohibuerit. Nam in ea epistola ad Ludouicum hæc inter alia habet:

^cNic. ep. 55

CXXVIII
PROHIBET
NICOLAVS
VENIRE LO-
THARIVM
ROMAM.

Adhuc ad nos se properare velle demonstrat, cum ne id sine nostra licentia præsumeret, nos ei sæpè districtius iniunxerimus & prohibuerimus. Verum quamobrem Lotharius Romam proficisci gestiat, miramur, si vestram latere potuit prudentiam. Itaque impleat prius quæ præmisimus; totius occasionis vel sinistrae suspicionis fomitem à se procul abiciat, immò verò à nostris mentibus amputet: & tunc si ei sit huc veniendum, à nobis est sollicitè prouidendum. Siquidem etiam si cuncta, quæ nos ei supra memorauimus iniunxisse, penitus adimpleta potuisset ostendere: nec sic ei contra interdictum nostrum iter Romam fuerat properandum; quanto minus nunc, quando toties à nobis admonitus, nihil de eis consummasse conuincitur. Igitur dilectio vestra illum nunc venire Romanam prohibeat: alioquin, mihi credite, si contra propositum nostrum fortè præsumpserit: minimè ea qua cupit honestate vel hic suscipietur, vel hinc profectò regredietur, &c.] hæc & alia plura Nicolaus de Lothario, questus etiam quòd in sede Treuirensi & Coloniensi, è quibus exciderant Guntharius & Theutgaudus, nullum alium patiatur ordinari Episco-

A Episcopum, spem habens illos in easdem Ecclesias fore restituendos, pro quibus & frustra itidem Rex Ludouicus ^a rogasset. scripsit ista Nicolaus ad Ludouicum hoc eodem anno tertio Kal. Nouemb. prima iam Indictione inchoata. Pridie verò Kal. scripsit ad Episcopos sub Ludouici Regno constitutos, quos nimium sollicitos pro restitutione eorumdem damnatorum Episcoporum redarguit, totamque rerum gestarum seriem pandit, ostendens eos omnino restitutione indignos, indignumque Apostolica Sede, vt sententiam semel magna deliberatione prolatam, contra consuetudinem mutet. Nam inter alia, Cesset itaque, inquit, vestræ fraternitatis nos super hoc pulsare solertia, & quòd fieri non potest, tandem aliquando desinat. Nam Sedes Apostolicæ sententia tanta semper consilij moderatione concipitur, tanta patientiæ maturitate decoquitur, tantaque postmodum deliberationis grauitate profertur, vt retractatione non egeat, vel immutari necessarium ducat, &c.] sed quem finem tandem tragœdia ista habuerit, dicemus anno sequenti, modò autem quæ sunt reliqua eiusdem Regis rerum gestarum anni huius prosequamur.

B At non hic finis Lotharij Regis iniquitatum, sed hoc eodem anno, enormia alia prioribus peccata coniunxit, auferens bona Helletrudis filia: Lotharij Imperatoris viduæ relictae Berengarij Comitis, quæ talia passa ad pauperum patronum, viduarumque protectorem Nicolaum Pontificem confugit. qui pro ipsa ad Carolum Regem litteras dedit, vt apud Lotharium intercederet, ageretque vt ablata restitueret. Porro has ab eo esse datas litteras, hoc vltimo Nicolai tempore, cum pro excommunicato ipse Lotharius haberetur, ex iisdem apparet, quas nunquam adhuc editas, hic describendas esse, ne pereant, existimamus, sic enim se habent ^b:

C Nicolaus Episcopus seruus seruorum Dei, dilecto filio Karolo glorioso Regi. Litteris scilicet suis, de Helletrude Berengarij Comitis quondam relicta, nobis pernontuit, Hlotharij videlicet Regis pressuris annihilatam, eiusdemque præiudicia fore perpessam. Apostolatus nostro hæc ^a atque alia suggestit, quo eidem Hlothario Apostolicis excellentissimo Regi, nostram dirigeremus epistolam, quatenus vobis succurrentibus atque fouentibus, ipsa proculdubio vidua ad perfectam de suis rebus perueniret iustitiam: quoniam non solum prædia à genitore suo Hlothario Imperatore per testamentum largita sustulit, sed etiam proprietates eius à parentibus suis sibi, præfata Helletrudi, dimissas colludiosè furripuit, eisdemque sanctæ Dei Ecclesiæ infideles Northmannos paganos beneficiâli more sanè donauit. Nos verò iam dicto Hlothario nepoti vestro Apostolicas litteras mittere nequiuimus: quia pro nefariis & incertis negotiis ab illo abolendis, plandè vobis auditis, excommunicatum habemus.

D Sed excellentiæ vestræ ineffabili dilectione colendæ, poscendo, dilectissime fili, dirigimus, vt pro reuerentia Apostolorum Principum, ad quos quasi refugium faciens, rogauit ipsa scripto iustitiam, & pro eo quòd iure agnationis, siue maioris natu vos à talibus illum decet coercere illicitis, super his per vestrum Missum, aut epistolam, tam ex nostra sanctione iubendo, quàm ex vestra parte rogando, seu legum auctoritate monendo, iam expedito Regi mittere ^c studetote. Et si vos fortè vnà cum fratre vestro Hludouico glorioso Rege coniuncti, eundem nepotem vestrum quæque pro causa sororis suæ, vt credimus, fueritis allocuturi quæ sumus affati, vt huius crebrò fatæ viduæ Helletrudis causam tam de propriis, quàm de beneficiis, per testamentum à iam dicto Hlothario Augusto quondam concessis, nulla officiente occasione ratione, vsque ad finem perducatis, vt cum Deo fauente, à priore nœuo fuerit correctus illius feminæ causa, hæc restituar, & vt ne adiciat iniquitatem super iniquitatem in Regno suo, sed faciat iustitiam suam abundare. quoniam quidem Regum examina decet omnibus subuenire, præcipuè viduis, quarum Iudex Christus est.

E Itaque huius instar epistolæ epistolam de hac causa nunc, ceu vobis, aut secus, Hludouico fratri vestro ^a immò direximus. Dolemus oppidè, pro talibus, eminentissime Rex, prædia Christifidelium quoquo modo tollentibus, & Christi Regis infidelibus beneficiâli more donantibus. Interea rogamus vt quidquid perfectionis consultu super his vestra perfecit excellentia, scriptis per singula Apostolatus nostro non dedigneret vestra intimare regalis magnitudo. Excellentiam vestram nunc & semper benè valere optamus in Christo.] hucusque Nicolai epistola de Lotharij delictis, atque de rebus hoc anno ad eum spectantibus iam satis.

^aAnnal. Eccl. Tom. 10.

li 3

Ad

^aNicol. ep. 56

SENTENTIAE
SEDIS
APOSTOLICAE

CXXIX.

^bEx cod. bib. S. Mariae super Miner.

CXXIX.

^cItaque

^dIllicitis

CXXXI.

^eal. studetote.

CXXXII.

CXXXIII. Ad postremum autem non pratermittendum, ex antiquo usu perseverasse, ut pro gra- A
rioribus delictis expiandis Fideles ad Romanum Pontificem se conferrent: quod sub
Nicolao Pontifice dum frequentatur, inter alios infelix pater trium filiorum necator ac-
currit, de quo ad suum Episcopum ista Pastor omnium scripsit:

CXXXIV. Nicolaus a Episcopus servus servorum Dei, reuerentissimo & sanctissimo Ronolardo
Episcopo.

^aEx Biblioth Nicol. Fabri Paris. ^bEpistola poeniten- tialis Ni- colai Pap. Dominici gregis curam caelesti dogmate plenam ita conuenit Episcopis obseruare, qua-
tenus pro suscepti ouilis neglectu aliquod periculum non incurrant. Vndique etenim ven-
ientes admodum plurimi, suorum facinoros proditores, quantum dolorem inferant
pectori nostro, plus singultu reminiscimur, quam calamo scribi queat. Inter quos videlicet
istum Cumarum ad Apostolorum Limina festinasse cognoscite, & poenitentia mod-
um, pro perpetrato trium filiorum homicidio sibi impositum manifestasse. Quorum qua-
dam temperauimus, ed quod suffragia Apostolorum Principis, nutritoris nostri, postula-
re deuote festinauit. Nam eundem ad beati Archangeli oraculum ire volentem, instanta
temporis reuocauit: atque constitutionis sibi impositae modum continentem episto-
lam vestrae sanctitati deferendam Apostolica sollicitudo transmisit. In ea igitur, hoc est in
ista, ita statutum est; vt triennio ante fores Ecclesiae pro peccatis suis oraturus consistat; &
deinde inter auditores permaneat quadriennio; vt septem annorum curricula absque
communione Dominici corporis & sanguinis ducat: ita quidem, vt in omnibus die-
bus vitae suae carnem non manducet; & in isto septennio vinum non sumat, nisi die-
bus Dominicis, & festiuitatum: ab inde quinquennio tribus diebus per septimanam a
vino abstineat, vt duodecim annis quantitas poenitentiae extendatur. Liceat itaq; illi vx-
orem propriam non deserere, ne forte incidat in adulterium, & pro occasione vnus deli-
cti, praecipitur fragilitate carnis in peius. Concessimus etenim ei calceatum ad vos per-
uenire: ac deinde triennio discalceatum ire debere; & vestimentis secundum qualitatem
temporis, & aetris temperiem indui, atque lacte perfrui.

CXXXV. Ceterum vero ita actus ipsius discernentes, per omnia considerate atq; disponite, quate-
nus & Euangelica misericordia in illo agnoscat, & canonica auctoritas conseruetur. at-
tamen permittimus eum caseum sumere, atque possessionem suam habere; & post septi-
mum annum, vsque ad diem mortis perseveret in iam dicta poenitentia, atque arma, nisi
contra paganos, non ferat. optamus sanctitatem vestram in Christo bene valere.] haec
Nicolaus. relata sunt ista ab luone ^b in suum librum Decretorum.

CXXXVI. Hoc eodem anno, qui vltimus Nicolai numeratur, contigit per SS. viros Cyrillum at-
que Methodium Orientales monachos deferri Chersona Romam corpus S. Clementis D
Papae, de quo ex Leone ^c Ostiense in primis ista narrantur:

^bIno par. 10. c. 33. ^c Corpvs S. Clemen- tis Romam delatum. ^d Apud Cata- tal. Sanctior. lib. 10. c. 98. Leo Episcopus Ostiensis tradit, quod tempore Michaëlis Imp. Constantinopolitani
quidam Philippus sacerdos Chersonam veniens, de his quae narrantur in historia S. Cle-
mentis, de maris aperitione habitatores interrogauit. Qui nihil de hoc scire professi sunt,
ed quod aduenae magis quam indigenae erant. Siquidem miraculum illud iam dudum ob
habitantium culpam cessauerat, & ab incurfu barbarorum templum illud destructum
erat, & arca cum corpore marinis fluctibus obruta. Tunc assumpto Episcopo Georgiae
ciuitatis cum Clero & populo accesserunt ad Insulam, in qua putabant esse Martyris cor-
pus. Vbi diuina reuelatione fodientes, corpus inuenerunt, & anchoram cum qua fuerat
in mare proiectum. Quod Chersonam reportantes, ibidem sepelierunt. Tempore vero
Nicolai Papae Primi, corpus ipsum a S. Cyrillo Slauorum Episcopo inde sublatum, &
Romam delatum, atque in Ecclesia eius nomine fabricata reconditum est, vbi requiescit, E
miraculis clarens.] haecenus ex Leone Ostiense. Porro Cyrillus atq; Methodius manse-
runt Romae vsque ad creationem Hadriani Nicolai successoris, a quo ambo missi sunt ad
praedicandum Euangelium Slauis, quorum linguam didicerant, de quorum Apostolatu
ab Hadriano collato meminit Ioannes Papa VI II. in suis epistolis, de quibus inferius
suo loco agendum erit. Porro ista de translatione corporis S. Clementis Romam, deq;
eorundem Apostolatu plures sunt assertores, & testantur ista etiā Ecclesiastica monumen-
ta, nempe Romanum Martyrologium, vbi in Notis alios id asseretes citauimus auctores.

CXXXVII. Interea vero dum ista Romae geruntur, Constantinopoli, vt dictum est, cuncta muta-
ri contigit, de quibus Anastasius haec summam recenset ante obitum ipsius Nicolai
Pontificis. Dum haec (inquit) agerentur, Dei iudicio, Michaëlem Imperatorem Graeco-
rum

A rum vitio digna percudit & nefanda caede perimit: Imperante autem Basilio Constanti-
nopoli, quoniam voluit Dominus ipsius sancti Pontificis iuges labores, quos pro sancta
Constantinopolitana passus fuit Ecclesia, cum sine boni operis consummare; sicut fama
se habet, Photius neophytus & inuasor vt moechus pellitur; & iuxta decretum Sedis
Apostolicae Patriarcha Ignatius redditur throno. Neque enim hic diuinorum executor
operum piissimus & Catholicus Papa, quae sua sunt, sed ea quae Dei sunt, primo loco po-
suit & quaesuit, & cum adiutorio sancti Petri bella Domini summo dispensationis libra-
mine spiritualiter praelari curauit. Praelatos siquidem quosque, ne subditos laederent,
magna prouisione moderans, vt pater commonuit, & vsusubiecti Praelatis subessent, iux-
ta vnus cuiusque priuilegia pastoraliter quoque decreuit. Cuius qui studium vult agno-
scere, in epistolis suis, quas bene libratas per mundi partes direxit, luce clarius inueni-
re valebit.] ita quidem ex his, quae causa habentur numero septuaginta, ^a iudicare licet,
& aliis, quas hinc inde summo labore collegimus, atque fragmentis, quae apud Gratia-
num, siue apud alios Canonum & Decretorum veteres Collectores descripta reperiu-
ntur, quae simul in collectione ^b Conciliorum per titulos viginti disposita, edita habes. per-
git vero Anastasius quae sunt reliqua vsque ad eius obitum dicens: Animam suam in ma-
nibus suis posuit, qui nulla nisi caelestia cogitabat: qui ieiuniis, vigiliis & orationibus nocte
ac die vacans, nec requiem corpori, nec membra dabat sopori. Nam si cuncta, quae Chri-
sti gratia plenus, virtutibus atque fide sanctitatis opera gessit, & moribus vitaeque docuit
& impleuit, chartis inferere volumus: prius fortasse membrana quam sermo deficiet.
Tamen antequam ad finem vitae illius stylum conuertamus, primum ea quae sanctis lo-
cis obrulit, reddamus.]

C Sed antequam ista ac reliqua de Nicolao, quae spectant ad eius munificentiam de do-
nis collatis diuersis Ecclesiis, agamus: non pratermittendum errare eos, qui putarunt ^c,
adifectionem illam Symbolo inditam, F I L I O Q V E esse primum in Ecclesia Romana ab
ipso Nicolao Pontifice factam, id ex epistola Photij elicentes, nimirum: quod ad Nico-
laum inter alios Photius scripsit aduersus eos qui dicerent Spiritum sanctum sicut a Pa-
tre, ita etiam a Filio procedere. Quod igitur tunc regebat Ecclesiam Nicolaus, creditus
est ipse auctor, vt quatuor illae syllabae Symbolo intexerentur. At hi ab eodem ipso Pho-
tio redarguuntur erroris, dum in epistola inferius recitanda post Ioannem Papam Octa-
uum scripta, ipse testetur a nemine Romanorum Pontificum vsque ad illa tempora ali-
quid additum Symbolo. Cum ergo ab eodem Photio contrarium asserente corrigantur
hi, nihil est, vt ad haec confutanda diutius immoremur. Nicolaus igitur etsi eadem cum
suis praedecessoribus sentiret de Spiritu sancti processione, a Patre Filioque manante: ne
quidquam tamen id Symbolo Fidei adiectum voluit, quod sciret a Leone Tertio praede-
cessore Pontifice id recusatum Legatis Caroli Magni Imperatoris. Qua autem argente
occasione id postea factum oportuit, suo loco dicitur.

C Sed redeamus ad Anastasium, de Nicolao ista subiicientem: Hic igitur egregius Pa-
pa ob amorem principis Apostolorum Petri Apostoli nutritoris sui fecit in basilica eius
pannos tam scilicet de stauraci quam de fundato vel aliis pulchris variisque coloribus nu-
mero quatuor. Qui trabes maiores in presbyterium respicientes omnes in gyro comple-
uit, luculenter ornans, decusque augens, tres mirae magnitudinis. Vbi etiam, quod nul-
lus post deuastationem Sarraceporum agere nisus est, arcum fecit argenteum, & melio-
rem quam olim fuerat, super excelso rem trabem, quae est ante Ciborium, in medio po-
suit pensantem libras & tres imagines argenteas, in quarum vna figuram Do-
mini Saluatoris, in duabus vero Angelorum sculpsit effigies, ac illis nouem libras auri de-
aurans superposuit. Earum vna pensat libras octoginta, alia septuaginta, tertia similiter li-
bras septuaginta. Fecitque Crucem auratam vnam, pretiosis gemmis ornatam, pensan-
tem libras & in summitate eiusdem arcus locauit. Vbi pro amplitudine deco-
ris eius atque speciminis appendit coronam auream vnam, Cruces argenteas duas, cali-
ces argenteos duos, * Stauos argenteos duos. Porro in purpureis marmoribus, quae ante
corpus beati Petri Apostoli regulas argenti retinent, duas Cruces argenteas offerens po-
suit pensantes libras

In Patriarchio siquidem Lateranensi domum pulcherrimam nimisque decoram fieri
iussit, & Oratorium sanctae Dei Genitricis illic construens, vestes, & competentes orna-
tus pro aeternae vitae amore ipse beatissimus Pontifex obrulit. multaque loca Sanctorum
casu

NICOLAI VIRTUTES.

^a Tom. 3. ep. Rom. Pont. Roman. edit.

^b To. 2. Conc. vet. edit. Col. & Venet. tom. 3.

CXXXVII. ^c De his agit Pithaeus in libello hist. controuer. de process. Spir. sancti.

CXXXIX. ORNAMENTA ECCLESIAE NOVIS- SIME COL- LATA.

* f. cyphos

CXLI.

CHRISTI 867. NICOLAI PAP. IO. LVDOVICI II. IMP. 12. BASIL. MACED. IMP. I.

casu ad ima delata renouauit, & diuersis Ecclesijs diuersa contulit, & commoda luculenter adauxit. In Ciborio Constantinianæ basilicæ quatuor pannos de fundato obtulit, sicut & in Ciborio sancti Petri fecit. Et in Ecclesia Doctoris Gentium similiter fecit. Et in Ecclesia Dei Genitricis Ad præsepe. Et in Ecclesia S. Laurentij foris muros quatuor pariter pannos pro Ciborio obtulit.

CXLI. Huius itidem beati Pontificis temporibus tanta vbertas & victualium copia exitit, vt omnem memoriam famis decessoris sui factæ diebus hæc obliuioni traderet abundantia. Hic fecit ordinationem vnã per mensem Martij, creauit presbyteros septem, diaconos quatuor, Episcopos per diuersa loca numero sexaginta quinque. Postquam autem Sedem Apostolicam victoriosissimè vt verus Dei athleta catholicè & principaliter rexit, ex hac luce, Idibus Nouembris, Indictione prima, migravit ad Dominum. Porro quid dicam, cum non solum eius exitum diuersæ hominum nationes plena ratione vtentes, verum etiam, quantum ad intemperiem aëris, ipsa mundi elementa diu fleuerunt, & in tristitia permanerunt? Quo defuncto, corpus eius sepultum est ante fores basilicæ S. Petri Apostoli.] impleuit in Sede annos nouem, menses sex, dies viginti, ita secundum Anastasium, res ab eo præclare gestas prosequentem, temporis huius auctorem. Ceterum quod ad diem obitus spectat, apud Frodoardum (nisi sit error in codice) obiisse Nicolaum ponitur Idibus Decembris, laudatissimus si quis alius Romanorum Pontificum, nam audi Regionis elogium litteris planè aureis exarandum:

OBITVS NICOLAI PAP. ET TEMPVS SEDIS.

^b Frod. hist. Rbom. c. 15.

CXLII. NICOLAI PAPAE DIGNVM PRAECONIVM.

CXLIII.

^c Ioan. Diacon. in vita S. Gregorij lib. 4. in fine.

CXLIV. HADRIANI SVCCEDIT NICOLAO.

CXLV. PRIMORDIA HADRIANI.

Post beatum Gregorium vsque in præsens, nullus Praeful in Romana vrbe pontificali honore sublimatus Nicolao videtur æquiparandus. Regibus & tyrannis imperauit, eisque ac si dominus orbis terrarum auctoritate præfuit. Episcopis & sacerdotibus religiosus, ac Domini mandata obseruantibus humilis, blandus, pius, mansuetus apparuit. Irreligiosis & à recto tramite exorbitantibus terribilis atque austeritate plenus exitit, vt merito credatur alter Elias, Deo suscitante, nostris temporibus surrexisset, & si non corpore, tamen spiritu & virtute.] hæc Regino.

Porro Ioannes Diaconus ^b huius temporis scriptor, ipsum Nicolaum in caelum receptum in gloria Sanctorum vnã cum sancto Gregorio apparentem per visum, est testis. Quem & successor eius Hadrianus summis est laudibus profecutus, eumque nouum Eliam, nouum Phineem, suo colloquio habito cum Orientalibus nuncupauit, & quibus alijs potuit laudibus exornauit, vt suo loco dicetur. Eius sepulchrum ante fores Vaticanæ basilicæ positum, eiusmodi fuit epitaphio insignitum, quod malè Nicolao Secundo in aliquo exemplari deprauato tribuitur: Primo enim & non Secundo emendatior codex inscriptum retinet, quod hæc tibi scribendum curauimus, licet longè impar sit musa meritis tanti viri:

*Conditur hoc antro sacra substantia carnis
Præfulis egregij Nicolai, dogmate sancto
Qui fulsit cunctis, mundumq; repleuit & Urbem.
Intactis vituit membris, castosq; pudore.
Quæ docuit verbis, actusq; peregit opimè.
Siderea plenus mansit doctusq; Sophia
Calorum claris quæ seruat Regna triumphis
Vt regnet solius procerum per secula natus.]*

Post obitum Nicolai vsque ad successoris ipsius Hadriani consecrationem mensis interuenisse reperitur auctoritate Anastasij Bibliothecarij: etenim Idibus Nouembris Nicolaus mortuus asseritur; Hadrianus consecratus decimonono Kal. Ianuarij ponitur. de cuius electione hæc ipse, quem collectorem potius quàm scriptorem vitarum præteritorum Pontificum Romanorum affirmamus.

Hadrianus natione Romanus ex patre Talaro, postea Episcopo, regionis tertiæ, sedit annos quinque. Hic ex proximitatis genealogia beatæ recordationis Stephani IV. & Sergij iunioris Pontificum descendens, dum miris polleret actibus, à venerandæ memoriæ Gregorio Quarto Apostolicæ Sedis Præfule Subdiaconi sortitus est ministerium. Deinde verò in Lateranenſe Patriarchium familiariter assumptus, laudabiliter conuersatus, ad regendum titulum sancti Marci Confessoris Christi atque Pontificis presbyter ordinatus, tam inculpabiliter degit, tam viriliter ministravit, vt non tantum sicut factus presbyter, sed sicut futurus Pontifex, reuerenter ab omnibus coleretur: siquidem in eo erat

A

B

C

D

E

iii

CHRISTI 867. NICOLAI PAP. IO. LVDOVICI II. IMP. 12. BASIL. MACED. IMP. I.

A in Christo, eiusque Genitrice (apud cuius Præsepe iugibus orationibus incumbere) tanta fiducia, vt benefaciens non deficeret; nec quidquam discriminis, cuncta quæ habere poterat largiens, incurere formidaret.

Nam cum die quadam inter presbyteros suos à sanctissimo Papa Sergio consuetudinaliter denariis quadraginta perceptis, domus suæ portas reuertens ingredi vellet, ac præ multitudinem peregrinorum, quæ ibi fiducialiter solito more, velut ad horreum commune confluerat, omnino nequiret: misericordia motus Equestris suo retulit, nil sine tantis fratribus in tantillis denariis sibi esse commune. Cumque ille neque tertiæ parti pauperum singulos denarios posse sufficere intulisset: Virtute, inquit, Christi qui de quinque panibus, & duobus piscibus quinque millia hominum satiauit, non singulis singulos, sed ternos singulis denarios erogabo. Hæc dicens, forinsecus portæ subiens, ac de manu Equestris sui suscipiens, peregrinis cunctis egredientibus ternos sigillatim denarios erogauit. In qua redundatione cum miraretur Equester non solum non defecisse denarios, quinimodò fuisse super: liberalis presbyter qui supererant, domum se recipiens, multitudini familiæ suæ ternos nihilominus personatim nummos largitus est. At cum sex identidem superessent: Vides, inquit, quàm largus & quàm suavis sit omnipotentissimus Dominus, qui quadragenariam quantitatem nummorum & fratribus nostris per ternos distribuit, & mihi ternos, & tibi ternos æqua forte seruaui?

Erat præterea tantæ hospitalitatis & largitatis, vt non immeritò beato Iob in his valeat comparari. Non despiciebat inter eundem eum qui non haberet indumentum, sed de suis ouium calefaciebat velleribus: nec buccellam quidem suam solus, nam hanc cum pupillis & egenis comedebat, quippe qui oculus esse cæco, & pes probabatur existere claudo. Et vt scriptis virtutum eius multiplicitas referatur: pater erat pauperum, & cordis vidua consolator. Ostium eius viatoribus patebat, nec clausa erat domus ipsius quidpiam postulantibus. Adè vt ab omni clericali gradu, ab omni senatorio & populari concordissimo cœtu, sicut post mortem Quarti Papæ Leonis, ita post obitum Tertij Benedicti Pontificis subire summum Pontificium, nisi ipse diuersis argumentis & exquisitis excusationibus verecundè subterfugeret, cogeretur.

Sed dum Apostolicæ memoriæ sanctissimus Papa Nicolaus rebus excessisset humanis, & iste in præsens tertio quintum & vigesimum annum transigeret, omnes Urbis Romanæ conciuēs, simul & hi, quos extrinsecus tunc adesse contigerat, tam pauperes quàm diuites, tam clericalis ordo, quàm cunctum populi vulgus, omnis scilicet ætatis, professionis, & sexus, contemptis omnibus eius excusationibus, Hadrianum desiderant, Hadrianum dari sibi Præfulem ac pastorem exoptant, nullusque in totius Urbis amplissimo spatio repertus est, nisi vel se, vel suum quemque prouehi voluisset, qui non Hadrianum prouehi ad hoc culmen medullitus exoptaret. Proceres verò, licet solito in duas partes viderentur esse diuisi, vna tamen mente, pari que circa hunc flagrabant ardore: quoniam causam diuisionis eorum nec nisi nimius in tantum virum faciebat charitatis affectus, dum sic alterutra pars sibi præferri gestiret, vt si hunc altera pars deligeret, pars altera penitus dubitaret, nec erat vlla parti alteri retinendi voluntas, nisi quia opinabatur eam sua in alium vota dirigere.

Præsertim cum multi monachorum, plerique religiosorum sacerdotum, ac fidelium laicorum, celitus emissis visionibus, à multo iam tempore Hadrianum futurum Pontificem non solum non dubitarent, verum etiam apertis vocibus proclamarent. Inter quos, quidam Hadrianum in Sede Apostolica pallio humeris obducto reclinatum viderat: alij eum Apostolicis infulis Missas celebrare: nonnulli more Apostolico in basilica Lateranensi bis aureos erogare: plerique, in equo, cuius sessione sanctissimus Papa Nicolaus ad sanctum Petrum pergens, vsus fuerat, cum cum pontificali pallio impositum præcedentibus exiomatibus, & subsequenti bus reliquis turbis, in Urbem redire, Patriarchiumque subire conspexerant. Verum vbi micantibus indicijs hunc eundem vtraque pars deligere claruit: tanta in eum vnitas & animorum & corporum fuit, vt vnum in eis erga eundem dominum sacerdotem cor & vnus spiritus inesse omnibus videretur, ita vt lapis angularis (salua reuerentia IESU Christi Domini nostri) quodammodò possit vocari, quoniam per ostensiones, immò prouectionem suam soluens inimicitias cordium fecit vtraque vnum.

Collectis igitur omnibus tam Episcopis cum vniuerso Clero, quàm primoribus Urbis cum obsecundantibus sibi populis, ab Ecclesia sanctæ Dei Genitricis semperque Vir-

CXLVI. HADRIANI LIBERALITATIS INGENS EXEMPLVM.

CXLVII. ^a Iob 31.

CXLVIII. AETAS HADRIANI ANN. LXXV. CONCORDIA ANIMORVM IN ELECTIONE HADRIANI.

CXLIX. PRAEDICATIONES DE PONTIFICATV HADRIANI.

CL. ^b Dist. 63. c. 29. & add.

CVR LEGATI IMP. NON VOCATI AD ELECT. ROMANIPONTIFICIS.

CLL.

ginis Mariæ, quæ appellatur Ad præsepe, rapitur, trahitur, & ad Lateranense Patriarchium certatim à procerum ac plebis multitudine deportatur. Quod audientes, tum Missi Principis molestè tulere, indignati scilicet, quòd dum præsentès essent, non fuerunt inuitati, nec optarè à se futuri Præfulis electioni interesse meruerunt. Qui accepta ratione, quòd non causa contemptus Augusti, sed futuri temporis prospectu omisium hoc fuerit, ne videlicet Legatis Principum in electione Romanorum Præfulum expectandi mos per huiusmodi fomitem inoleceret: omnem indignationem medullitus sedauerunt, & ad saluandum electum etiam ipsi humiliter accesserunt.

Cumque Patriarchium Lateranense ascenderent atque descenderent: tantis clamoribus vniuersæ plebis, vt sibi diu desideratus vir ad consecrandum duceretur clamantis, obsessi sunt, vt nullus eorum loquentis secum collegæ sui verba posset audire. Erant enim singuli circa consecrandum Pontificem tanta dilectionis efficacia possessi, vt tale non vidisse, neque visuros esse existimarent. Denique omnes hunc certatim coram eisdem Legatis rapere, ac anxie nitentur portare, nisi blanditiis Senatorum & conuiuiis aliquantulum sedarentur. Quorum omnium vnanimitatis desiderium audiens Ludovicus Christianissimus Imperator, cognoscens etiam qualiter in eo decretum suis subscriptionibus roborauerunt, valde gauisus est, & vt tantus Dei famulus, cunctisque gentibus, videlicet tam Romanis quàm diuersis aduenis desideratus, vt Christiana plebs præficeretur, medullitus exoptauit, & mox imperialem scribens epistolam, cunctos Romanos quod dignum tanto prælegissent officio Præfulum collaudauit. Per quam videlicet & innouit; nulli quidpiam præmij fore pro consecratione ipsius quoquo modo pollicendum, cum ipse ad hanc non suorum suggestione, sed Romanorum potius vnanimitate commotus cuperet peruenire: maxime cum reddi quæ ablata fuerant, non auferre ab Ecclesia Romana vel diuipere quidpiam, se diceret anhelare.

CLII. CONSECRATIONE HADRIANI.

*Gauensem,

Itaque Sabbato peractis ritè orationibus, vigiliis, & eleemosynis, Dominico secundum morem idem venerabilis sacerdos ab vniuersitate ad Ecclesiam S. Petri Apostolorum principis ductus nonodecimo Kalendarum Ianuariarum Indictione prima, anno præfati Augusti decimonono, ex quo cepit regnare cum patre, per Episcopos reuerentissimos, scilicet Petrum *Gauensem, Leonem Siluæ Candidæ, deinde tertio loco Donatum Ostiensem, quia Episcopus Albanensis obierat, Formosus verò Portuensis à beatissimo Papa Nicolao ad prædicationem & instructionem Bulgarorum destinatus extiterat; benedictionem Summi Pontificis, ad consolationem videlicet multorum sanctæ Dei Ecclesiæ filiorum, qui factiosorum tyrannide liberius solito sæuiente, inter vnius decessionem & alterius substitutionem Pontificis, diuersis agebantur exiliis, variisque afficiebantur incommodis, suscipere meruit in nomine Domini.

CLIII. EXCOMMUNICATI COMMUNICANT.

Siquidem ad celebritatem Missæ ipsius tam incredibilis extitit multitudo, vt certatim de manu eius omnibus communicare nitentibus, Theurgaudus Treuitorum Archiepiscopus, & Zacharias Anagninus Episcopus, qui à domno Nicolao sacerdotio denudati, etiam communionem caruerant, simulque Anastasius, qui dudum à Leone Benedictoque Pontificibus presbyterio denudatus, inter laicos communicare solitus erat, Ecclesiasticam communionem sub congrua satisfactione receperunt.

CLIV. CONSVETUDO DE XENIIS VENDENDIS ABROGATVR.

Igitur mox ad Patriarchium Lateranense reuersus est, consuetudinemque diuersorum xeniorum hinc inde confluentium, retentis solum quæ vibus Missarum sufficerent, de reliquis pretia capientem exclusit, dicens: non esse pium, quod gratis accepimus, pretio vendidare, & chariores habere rationabilibus fratribus irrationabiles numeros, pro quibus Christi pretiosus effusus est cruor; sed paruipendantur, obsecro, hæc pudenda pretiorum commercia. Et vt quod gratis accepimus, gratis etiam iuxta præceptum Domini largiamur, oblationes Christi cum eius hospitibus & inopibus partiamur, propter quos has nobis tribui diuinitus scimus.]

CLV. DVX SPOLETINVS IN VADIT VRBEM ET DE PRAEADATVR.

Inter tot læta atque felicia, tristia admodum atque luctuosa admixta sunt, quæ apud eumdem Anastasium ita descripta leguntur: Lampertus Vuitonis filius Dux Spoletanus tempore consecrationis huius venerandi Pontificis, Romanam Urbem præter consuetudinem sicut tyrannus intrauit, non rebellantem, sicut victor, satellitibus suis ad prædandam distribuit: maiorum domus multis muneribus vendidit: nullis monasteriis, Ecclesiis nullis pepercit, quinimmo nobilissimi generis puellas tam intra Urbem, quàm extra suis satellitibus indifferenter diuipiendas concessit. Propter quæ apud Augustos piissimos Roma-

A Romanorum querimoniis pragrauarus, Ducatum perdidit, iram Principum & inuidiam penè cunctorum Gallorum, tamquam re vera Sedis Apostolicæ hostis adiudicatus incurrit. Mox Pontifex tanta tyrannide liberatus Histaldum, Vualterium, Gilpianum, Odonem & Theupertum cum cunctis aliis raptoribus & prædonibus, quousque raptus redderent, sibi que legaliter satisfacerent, omni Ecclesiastica communione priuauit. Sed Theupertus quæ rapuerat haud difficulter reddere studuit; Histaldus verò vir deuotus, belloque fortissimus ad Præfulum se percutientem tota humilitate conuersus est, eius gratiam, secundum omnem Romanorum libitum satisfacturus, accipiens: spem quoque recuperandæ communionis frequenter accepit, quam nimirum recipere valeret, nisi coniurationem Lampertorum postea conficius cum viris excommunicatis ac rebellibus fugiens Beneuentum petere maluisset.] hæc de his ibi.

B Vbi autem innotuisset in Galliis obitus Nicolai, Lotharius Rex mox has litteras ad eius successorem Hadrianum scripsit, rogans vt quod à Nicolao obtinere non potuit, ab eo impetraret suum Romam aduentum. Recitantur à Reginone ipse litteræ ad Hadrianum, sed ex parte tantum: verum eas integras accipe ex codice Treuirensi his verbis:

Sanctissimo & perbeatissimo Hadriano Summo Pontifici & vniuersali Papæ, Hlotharius diuina præueniente clementia Rex, æternæ beatitudinis & præsentis prosperitatis pacem & gloriam.

Infausta relatio, & in ambiguo hactenus manens, vt ita dicamus, acriter nostræ serenitatis transuerberauit aures intimando, quòd beatæ memoriæ domnus Nicolaus vniuersalis Papa ab hac lacrymarum valle, vocante Christo, decesserit, cum Sanctis, vt credimus, inestimabiliter coronandus. Vnde nostræ mansuetudinis affectio admodum ingemiscens, gemino dolore concutitur, videlicet quòd Mater omnium Ecclesiarum Dei, sancta & Apostolica Ecclesia, tali ac tanto caruit Patre, atque in cælesti Ierusalem lucerna ardens & lucens nostris periculosis temporibus à tenebrosis malefidis

C * Dei sinibus sit remota. Nec differt, vt omnis Christiana religio de tanto Pontifice doleat, & omnis ordo Ecclesiasticus de prudentissimo ac sanctissimo Papa ingemiscat. Reuerà nos potius dessemus, qui causas nostræ calumniæ insolentes, & fraudulentas æmulorum nostrorum querimonias, tam benigno Patri æquitatis & iustitiæ lance ponderandas ac determinandas ad tempus & in parte commisimus. Sed quod lugubriter replicamus, plus apud sanctitatem illius valere nostrorum inimicorum insidiarum & simulatæ deceptiones, quàm nostra simplex & pura defensio: quippe patienter atque æquanimitè vltra sufferentiam omnium prædecessorum nostrorum, nostram regiam dignitatem, ac diuinitus attributam potestatem reuerentiæ illius, immò potius Apostolorum Principis, humiliter submissimus, & vltra quàm credi possit, suis paternis monitis fidenter paruimus, ac Missorum suorum varia & multiplicia hortamenta seclando propter amorem Dei, & reuerentiam Sanctorum, in aliquibus à nostro regio themate, secus quàm oportet in parte exorbitauimus. Igitur sperantes, & modis omnibus credentes, in sanctissimo Pontifice fidem nostræ tuitionis auxilium ponimus. Sed nescimus quibus suggestionibus, aut certè superfluis promissionibus actum est, quòd insperata dilatio, multiplices peperit simultates, atque ob hoc nostra Respublica non modicam vsquequaque pertulit lesionem. Nos autem litteris & verbis indefinenter proclamantes, & diuersis legationibus eadem repetentes, humiliter postulauimus, vt nos & accusatores nostri iuxta diuinas & humanas leges, sui Pontifici audientiam mereremur, vt ratio docet, nostram præsentiam exhibendo. Sed toties repulsi etiam tandem multipliciter coacti, iudicium ac refugium nostrum, in illa collocauimus petra, de qua Psalmista confidens aiebat: a Montes excelsi ceruis, petra refugium erinacis.

D * diei

E Porro illud potissimum nostræ mentis aciem obnubilauit, quòd nos ab ipsa sancta Sede repellimur, quorum progenitores & atavi illam sanctam Matrem Ecclesiam, diuino auxilio piè ac fideliter patrocinantès protexerè. Et quidem vltra quàm fari possit, congratulamur, quòd Bulgaros, & alia paganorum feritas ad Limina sanctorum Apostolorum inuitatur, immò quòd sancta Ecclesia, iuxta vaticinium b Prophetæ, dilatat locum b Isr. 54. rentorij sui, & longos facit funiculos suos, ac pelles tabernaculorum suorum extendit. Sed non modicè contristamur, quòd tam crebrò illuc anhelando audientia prædecessoris vestri potiri non valuimus. Sed his omisissis, ad nostræ mentis propositum, & vestri Deo digni Apostolatus excellentiam redeamus, & vti dignum est, Gloriam in excelsis Deo

CLVI.

LOTHARI REGIS EPISTOLA AD HADRIANVM.

* diei

CLVII.

b Isr. 54.

Deo resonemus, qui roseo proprii sanguinis pretio acquisito gregi misericordissima dignatione prospiciens, vestri Pontificij iubar, sua electione in Sede sanctæ Matris Ecclesiæ collocavit, ad nostram & totius Christianæ plebis salutem.

CLVIII. Et quia omnipotens Deus princeps pastorum, in illa sancta Sede, vestri Pontificatus apicem sublimavit, nostræ serenitatis salubre auxilium, ad defensionem, statum, atque honorem Pontificatus vestri, more prædecessorum nostrorum, in omnibus exhibere parati sumus. Et teste rerum omnium conditore, nullus Catholicorum Regum, nullus Christianorum Principum deuotior vestræ sanctitati, & promptior vestræ utilitati esse desiderat, quam nostra * exiguitas. Nam si tempus arripserit, & auxiliante diuina clementia scandala sopita conquieuerint, quæ similitate & suggestione æmulum nostrorum, membrorum videlicet satanæ, enormiter emertere, vestrum multipliciter desideramus conspectum, & vestris Deo dignis animari colloquiis, atque melliflua benedictione potiri. Denique almifluam paternitatem vestram humiliter precamur, vt nullum regis dignitatis & nominis nobis consimilem præferre quoquo modo, aut præponere nostræ mansuetudini decernatis, neque etiam apices beatitudinis vestræ nobis porrigendos, per aliquem dirigere placeat, nisi aut per nostrum Legatum, aut certe per vestrum à vestro sancto latere destinatum, vel per nuntium augustissimi germani nostri Hludouici Imperatoris: quia, vt verè fateamur, non modica simulas hæcenus istis in partibus per huiusmodi factum orta noscitur, & nisi in posterum cautè præuisum fuerit, quoddam poterit generare discrimen.

CLIX. Interea modis omnibus obsecramus, vt de vestra optabili prosperitate litteris vestris celsitudinem nostram certam reddentes, charæ filiationis munus nobis impertiri dignemini, & vestris almifluis precibus nostram apud Dominum commendabilem atque venabilem exhibeatis serenitatem, quatenus tanti patris piis precibus suffulti, creditum nobis regimen, Christo opitulante, gubernare valeamus. Omnipotens Deus vestri Pontificij splendissimum iubar, atque angelicam sanctimoniam diu nobis incolumem conseruare dignetur. Amen.]

CLX. Porro Hadrianus ad eum primò scribens, has dedit litteras commonitorias, quas à Fabro cum aliis accepimus, quæ nunc primùm editæ sic se habent:

Quia beato Petro Apostolorum principi Dominus noster oues suas, totam videlicet Ecclesiam pretioso iam sanguine suo redemptam, post passionis vincula, post clauorum vulnera, & Crucis ludibria, atque Resurrectionis gloriam tertid commendat, dicens: ^a Pafce oues meas, pafce agnos meos: nos vice vtique Apostolatus illius, Domino in omnibus cooperante, fungentes, in virga æquitatis & iustitiæ, in longanimitate benignæ humilitatis & patientiæ, gregem Domini pabulo spiritalis vitæ pascendum, & cura solerti cultodiendum, diuina suscepimus voluntate. Nos nostri Apostolatus septiformis Spiritus gratia, * plenum pro Regni tui stabilitate, felicitateque perpetua, sempiterna nempe vera animæ salute, qua nunc & in æternum beatè securiterque fruatis, ò inclyte Rex Lothari, viribus indefessis aperientes, excellentiam tuam paterno monemus affectu, & iure Apostolico exhortamur, quatenus malorum hominum consiliis relictis, & mortiferis persuasionibus omnimodò spretis, aurem cordis tui cælesti sanè clauigero B. Petro in nobis loquenti aperias, omniq; animositate, & inclyta mundi dilectione procul abiecta, ea quæ iustitiæ ac rectitudini maximè congruunt prædicantes, toto desiderio audias, euidentiq; proficias deuoto affectu, quia non auditores, sed factores legis Deus fore iustos approbat. Vnde Sedis Apostolicæ salubrem admonitionem & correctionem, venerabili sinceraq; mente suscipere stude.

CLXI. Duo igitur à te carnis deuictio illecebra dudum commissæ videntur illicita, quæ ab antecessore nostro piæ memoriæ Papa Nicolao censura fuerant emendata canonica. Vnum videlicet nefarium Theutpergæ legitimæ vxoris coniugis tuæ diuortium: alterum verò scelestissimum VValdradæ mœchæ concubitum, quod non solum lex omnis diuina reprobatur, condemnat, & fieri omnimodis vetat, sed etiam mundana prohibent iura: de quibus nos iterùm rescribere nullatenus studeremus, nisi vos à iustitiæ tramite per incentiuum carnis proculdubidè deuiasste, bonumq; coniunctionis legitimæ vinculum dissoluisse, & ad illicitum ac pristinum stuprum incongruis reuerti velle occasionibus agnosceremus. Theutperga itaque illustrissima Regina coniux vestra, sanctorum Apostolorum Petri & Pauli ad Limina veniens, menteq; deuota orationis desiderium complens,

A plens, nostram faciem contemplari, causasq; suæ necessitatis nobis ore proprio exponere quaesuit. Quæ cum à nobis pro amore Dei & vestro, & ab omni nostra Ecclesiâ honorificè sicut oportebat, suscepta fuisset: dixit se propter quædam corporis sui infirmitatem, & quia non legitimo vobis antea fuerat coniuncta connubio, à vestro velle separari consortio, & ob amorem Dei, sæculi dignitatem & gloriam abicere, ac sub leui iugo Christi ceruicem cordis submittere. Quibus profectò auditis, & Domino auxiliante diligenter consideratis, non modico fuimus turbati stupore, quod se pro talibus à vobis quæreret separare, cum scriptû sit, dicens Domino: A Deo iungitur mulier viro: & iterùm: ^a Quod Deus iunxit, homo non sepat. Et cum ipsa, sicut dixit Apostolus, sui corporis non habeat potestatem, sed vos, cui Domini est voluntate legitimo matrimonio regaliq; thoro coniuncta, cui sanè, quamuis cum vestræ voluntatis consensu atque licentia, hoc supplici nimis prece deposceret, nostrum in tali voluntatis suæ desiderio consensum nullo modo præbuimus. Licentiam verò illi reuertendi ad magnitudinis vestræ consortium, iuraq; matrimonij regalia illibata custodiendi præcepimus.

Super his autem, quibus se à vobis quærit disjungere, tam repenti sine multorum fratrum nostrorum consilio, & ingenti examine, finitiuam nunc proferre sententiam, aut consensus nostri immaturam dare licentiam iure distulimus. Deo autem nobis salutis opem vitamq; præbente, tam pro his, quam etiam pro aliis Ecclesiasticis causis Synodum facientes, & talia subtili examine indagantes, vt secundum Dominum salui esse possitis, idonea satis intentione deliberabimus coram Deo Saluatore nostro, atque finiemus. Propter quod excellentiam tuam Apostolicis monemus alloquiis, & hortamur in Domino, ne aurem nobilitatis tuæ consiliis impiorum & veritati repugnantium verbis inclines, sed potiùs Dominicis & Apostolicis præbens gratanter præceptis, tandem Theutpergam nobilissimam Reginam coniugem tuam dilectionis amore, in coniugale consortium lætus recipias, & pro amore Dei & sancti Petri & nostro simul, honore digno eam retinere sicuti corporis proprii membrum dilectum procures. Quod si ob itineris longitudinem & asperitatem, vel aliquam carnis incommoditatem, ad vos vsque ipsa peruenire distulerit, elegeritve in aliquo proprietatis suæ loco sibi vtili magis consistere, interim donec Synodus vt prædiximus fiat, salua & incolumis sub vestra regali tuitione atque defensione secura permaneat: habeatq; in potestate sua ipsas Abbatis, quas ei dare ipse ore proprio promissisti, de quarum sumptibus atque redditibus necessaria possit habere stipendia, dignaque subsidia: sin verò quilibet vestrum ei aliquam fuerit molitus contrarietatem inferre, aut periculosè præsumpserit nocere: sciat se à nobis perpetui anathematis vinculo esse proculdubidè innodandum, & ab omni Christianorum consortio separandum. Te autem, si talibus consensum præbueris, omnimodis excommunicandum.] hæc Hadrianus.

Scriptit etiam Hadrianus ad Hincmarum Rhemensem Archiepiscopum, vt cum Lothario ageret, vt ab omni se culpæ suspitione liberaret, quod Hincmarus egregiè præstitit. Litterarum enim Hincmari ad Lotharium cum meminit Frodoardus, hæc ait: ^b Idem venerabilis Hincmarus & ad Lotharium Gallie Regem scribit, qui se, relicta propria vxore, cuidam femine copulauerat, dans ei consilium & admonens, vt eam à presentia sua omnimodè remoueret, significans se domini Hadriani Papæ litteras & mandata super hæc suscepisse, & vt idem Rex in hac causa ipsius Papæ præcepta conseruet, suggerere curet.] & paulò inferiùs de litteris ab Hincmaro ad Hadrianum Pontificem nullis hæc habet: ^c Scripsit etiam quædam ad Hadrianum Papam, qui Romanus Pontifex nonnulla ei dirigere se scripta commemorat, cui etiam mittens epistolam suam per Actardum Nannentensem Episcopum laudibus plenam, delegauit, vt eius vice in istis partibus super Lotharij causa fungeretur, quatenus, quod inde Nicolaus Papa decreuerat, seruarietur.]

Fuit præterea curæ hoc primo eius Episcopatus ingressu cetera promouere negotia quæ inchoauerat Nicolaus, & inter alia monere Francos de obiectionibus à Græcis in Latinos cõscriptis, de his (vt ille fecerat) scribens ad Francorum Episcopos, ait enim hæc Frodoardus: ^d Item idem Hincmarus cum aliis Rhemenfis diocesis Episcopis scripsit de Græcorum adinventionibus, quas contra canonicas statuere regulas conabantur, pro quibus tam ad ipsum, quam ad ceteros huius Regni Archiepiscopos dominus Hadrianus Papa litteras dederat. Insuper & alia sæpenumerò pro diuersis negotiis ad eum scripta direxit.] Idem rursus Hadrianus, vt mentiri conuincerentur, qui dicerent, se rescindere quæ à

Nicolao Papa gesta essent, rursus ad Hincmarum scripsit, significans se predecessorum vestigiis insistere, eaque sectari, quae ab eis statuta fuissent. nam audi quae Frodoardus inferius de his ait: Dominus Hadrianus, ei, nempe Hincmaro, suae auctoritatis litteras miserat, quibus significauit, se certamina, quae Sedes Apostolica per antecessores suos Benedictum & Nicolaum in hac causa certauerat, sequi, monens eum, ut quod super hoc negotio gestum sit, nullatenus eneruari consentiat, intimans qualiter excommunicata fuerat VValdrada.] Cum igitur inflexibilem Hadriani animum sicut & predecessoris Nicolai Lotharius cognouisset: eum decipere in suum damnum simulatione decreuit, cuius rei gratia ad Urbem aduentum adornat, deque his antea (ut audisti) eundem Hadrianum Pontificem reddidit certiore.

CLXV. Quid autem Hadrianus Pontifex cum ista accepisset, ad ipsum Lotharium rescripsit, Regino his verbis significat, cum de his agit: Ad haec superscriptus Papa rescripsit, Sedem S. Petri semper paratam esse dignam satisfactionem recipere; nec quod diuinae humanaeque leges iuste decernunt, unquam repulisse. Itaque si immunem ab obiectis se sciret, cum omni fiducia Sedem Apostolicam oportere adire, ut expetitam benedictionem perciperet. Si culpam autem recognosceret: nihilominus absque haesitatione venire festinaret, eodigna poenitentiae remedia suscepturus.] haec de responsione Hadriani Pontificis Regino, haud tamen in his secuti vestigia predecessoris, qui (ut vidimus) ab accessu ad Urbem vetauerat Regem, nugis atque fallacis traducentem Romanae Ecclesiae maiestatem, ob id indignum ratus, qui reciperetur ab ea, nisi antea eiusdem Sedis Apostolicae iussis obtemperasset. Cuius rei causa, atque etiam quoddam excommunicatos a Nicolao Episcopos non recipiendos ad communionem vsque ad horam mortis, pariter (ut vidimus) recepisset, magnam sibi Hadrianus concitauit inuidiam bonorum omnium, maximè verò Orientalium Romae degentium, ex omnibus enim sedibus Patriarchalibus erant illic delecti viri sanctissimi. Apocrifarij fungentes munere, praeter innumeram multitudinem eorum, qui causa Photij Constantinopoli fugerant, in Vrbe degentes extortes, omnesque mirifici cultores nominis Nicolai, cuius egregias virtutes & admiranda facinora proximè contemplati fuissent. Vnde accidit ut iidem animo ab Hadriano magnopere essent abalienati, non sine periculo futuri schismatis. Quantum verò eidem Hadriano fuerit laborandum, ut hos sibi conciliaret, atque in officio contineret, dicturi sumus suo loco, anno sequenti.

IN HADRIANVM CONFLATA INVIDIA.

I. ANNVS incipit Redemptoris octingentesimus sexagesimus octauus Indictione prima, quo Basilius Imperator filium suum Constantinum in Imperio collegam assumit. Ex hoc enim tempore pater & filius simul inscribuntur Imperatores, sed patris, quod praecedat annum, Imperium. Quo pariter anno Hadrianus Papa bene coepta a predecessore suo Nicolao prosequenda curauit, atque primum designatam ab eo legationem ad Bulgaros institutam dimisit, de quibus haec apud Anastasium: E vestigio etiam Dominicum & Grimoaldum Episcopos, quos decessor suus sanctae recordationis Papa Nicolaus in Bulgarorum patriam ire praecerat, & a se in ipso articulo sui discessus absoluerat, quiq; videntes tanti Patris obitum ire distulerant: eadem fungentes legatione direxit, & quasdam epistolarum, quas ille mittendas delegarat, ut se eiusdem voluntatis & studij fore ostenderet, suo nomine titulari praecipiens, in quantum tempestas fluctuosi temporis permittebat, piissimi Patris votum pius heres expleuit.

II. His ab Vrbe dimissis, continuè exules, Gaudericum videlicet Velitrensem, Stephanum Nepesinum Episcopos, & Ioannem cognomento Simonidem, quos procacissima fallitas serenissimo Augusto inculans, domo patriaq; proscripserat, ab Augusta mansuetudine multis epistolarum documentis requirere studuit, dicens: Se bonum Ecclesiae pastorem videri non posse, nisi oues, quas fideles sanctae Ecclesiae infidelis vir per suam surreptionem proscripserat, recepisset. Qua religiosa suggestione laetificatus Augustus vnà cum Christianissima coniuge, non solum eos, propter quos summus Pontifex miserat, honorificè ad

LEGATIO AD BVLGAROS.

Obiana Synod. Act. 8 in princip.

A ad Urbem remisit; verumetiam quoscumque priuata similitudine tamquam reos Imperatoriae maiestatis in ergastulis quibuslibet truserat, ut reuenterentur, praecipit.

Itemque ut in omnibus intelligeretur, velle se vestigiis predecessoris insistere: Absoluit, inquit, post haec summus Pontifex basilicam Nicolaitanam, quam sanctissimus Papa Nicolaus a fundamentis adeò luculenter cum tribus aqueductibus fabricatis extruxerat, ut omnes Lateranenses basilicas, sui pulchritudine superaret, & iuxta notam predecessoris sui picturis variis decorauit. Cuius ipse conuersationis exempla sic solertissime sequebatur, ut ab hostibus sancti Nicolai, qui in omnibus eius Acta penitus infringere nitentur, Nicolaitanus & scriberetur & publicè diceretur.] verum inconstans vulgus his contraria iactare tunc coepit, cum scilicet (subdit Anastasius) hostium nonnullos parturientes iniustitiam, conceptum dolorem effusuros esse cognoscens, penes se veluti zizania inter frumenta vsque ad maturitatis tempus dispensatoriè retinebat, rumore fallaciter exurgente, creditus est; quia omnia decessoris sui Acta, quae ille zelo diuino sanxerat, hostes verò eius ad proprios libitus infamabant, voluisset infringere.] huiusmodi autem spargendi rumoris ea occasio visa est praecessisse, quod mox Theutgandum a Nicolao excommunicatum, nec restitutum, licet saepe (ut vidimus) pulsasset fores Ecclesiae, Hadrianus communionis manu sua participem effecisset; quodque Lothario Regi (ut diximus) aduentum in Urbem, quem Nicolaus denegauit, aperuisset. His accessit, quod intercedente apud eundem Hadrianum Ludouico Imp. idem Pontifex VValdradam poenitentiam simulantem absolendam curauit, ad quam ex codice Nicolai Fabri has accipe datas ab Hadriano Pontifice litteras:

III. HADRIANVS DICTVS NICOLAITANVS.

Nemo planè dubitat, nullum facinus esse, quod Ecclesia data sibi diuinitus potestate, ab eo desistentibus non possit absoluere, & poenitentibus relaxare, cui dicitur: Quae cumque dimiseritis super terram, dimissa erunt & in caelis: & quaecumque solueritis super terram, soluta erunt & in caelis. in quibuscumque omnia sunt, quantacumque & qualiacumque sint. quod etiam in sententia tua rationabiliter obseruandum est, qua licet fueris obligata, quia tamen sicut multorum, sed praecipue dilectissimi filij nostri Ludouici clementissimi Augusti, cui fides in omnibus adhibenda est, relatione didicimus, a nexu, quo renebaris obstricta, respicuisse diceris, & ab obstinatione, qua videbaris annexa, discessisse narraris: pietatis tibi viscera noueris Apostolicae Sedis aperta, & tam vinculis anathematis & excommunicationis exutam, quam cunctorum Christianorum, Dei, & beatorum primorum Apostolorum auctoritate, societati redditam, atque communionem te gaudere reductam, ita ut deinceps Ecclesiam ingrediendi & orandi, conuiuandique, seu cum ceteris Christianis loquendi sit tibi, auctore Deo, data licentia, praefati dumtaxat Regis societati propter antiqui hostis versutias, nullo pacto penitus adhaerendi. Quod tamen beneficium, quamquam hoc moderatio flagitaret Ecclesiastica, quae sicut incorrectis inflexibilis, ita correctis semper debet esse flexibilis, instantiam precum, & incomparabilem dilectionem desiderabilis & spiritualis filij nostri iam memorati, & iugiter memorandi Augusti, tam tibi celeriter impetrasse cognosce. Cuius scilicet postulatio, sicut non nisi iusta creditur, ita quoquo modo postponenda non ducitur.

IV. Matth. 18. DE RESTITVTIONE VVALDRADAE HADR. EPISTOLA.

Verum tu sic te de cetero stude munit, ut donum solutionis, quod in terra percipere cerneris, in caelo Deo auctore, veraciter capere merearis: nam si te coram humanis oculis absoluendam exhibes, & coram Dei conspectibus obligata consistis, nec modo cares, nec veniam impetras, quinimò & pro simulatione potiori nexu ligaberis. Etenim diuino fertur oraculo, quia homo videt in faciem, Deus autem cor intuetur. Ergo ne delecteris in infimis, sed superna cordis intueri semper obrutibus: caduca sunt quae cernuntur, quae verò non videntur, aeterna consistunt. Noli rogo pro terrenis caelestia, pro visibilibus gaudiis perdere gaudia, quae quidem nec cogitari sufficiunt. Nullus tibi blandiatur: qui enim te beatificant, ipsi te decipiunt. Denique quantiscumque velaminibus iustitia & veritas occultetur, quandoque tamen splendorem foras suae claritatis emitter: nec poterit omnino diutius nubilo serena defensionis obduci. Quod faciente Deo, tam Sedis Apostolicae studio, quam rectissimi Principis, charissimi videlicet filij nostri, cui numquam tortitudo quaelibet aliquo modo placuit, sed nec placere quoquo modo poterit, sollicitudine, radios suos ut solis candor extendet.] haec ad VValdradam Hadrianus, qui & de eadem ad Episcopos in Regno Ludouici positos has dedit litteras:

V. ADMONITIO AD VVALDRADAM. I. Reg. 17. 2. Cor. 4.

Hadrianus Episcopus seruus seruorum Dei reuerendissimis & sanctissimis confratribus Annal. Eccl. Tom. 10. K k 2 bus

Ex Nicol. Fab. Epistol. ut supra. VI.

DE POENITENTIA ET ABSOLVTIONE VVALEDRADAE EPISTOLA.

bus nostris Archiepiscopis & Episcopis in Regno Hludouici gloriosi Regis constitutis. A Sicut obstinatis & incorrigibilibus debetur vindicta; ita a conuersis atque correctis amouenda est ultio, & adhibenda curatio. Quapropter nos VValdradae, quae multorum, vt refertur, attestacione, a pristinis & illicitis affectibus ad saluterum correctionis iter conuersa est, remedia miserationis Apostolicae Sedis exhibere consensisse, illamque vinculo excommunicationis vel anathematis auctoritate Dei & Principum Apostolorum absoluisse cognoscite: ita vt deinceps Domini Ecclesiam ingrediendi & orandi, conuiuandi que, seu cum ceteris Christianis loquendi, sit ei, auctore Deo, concessa licentia. Cui VValdradae videlicet competentia monita destinauimus, & quae conueniebant, litteris inculcanda prauidimus, quarum scilicet litterarum textum sibi vestra fraternitas exhiberi summopere postulet. Et quoniam ita conuenit, a vobis exigendum & agnosendum decernimus: quatenus per hoc scire valeat vestra sanctitas Apostolicae Sedis austeritatis & mansuetudinis, remissionis & refranationis indicia, & moderatissimae discretionis prorsus insignia. Optamus sanctitatem vestram in Christo bene valere. Data pridie Idus Febr. Indiēt. prima.]

VII.

Quod autem ista contra Nicolai instituta ab Hadriano facta visa sunt multis, quid ex his acciderit, Anastasius Bibliothecarius subiicit verbis istis: Vnde accidit, vt omnium Occidentalium regionum Episcopi solemnes ac honorificas litteras emittentes, religiosam eius memoriam, vt p̄tore Orthodoxae & vere philosophiae Pontificis excolendam, summo Pontifici iugiter inculcarent. A cuius videlicet sanctissimi Hadriani Papae collegio, cum per dies aliquot quidam Graecorum & aliarum gentium seruorum Dei per id tempus Romae morantium se clanculo suspendissent: sexta feria Septuagesimae idem summus Antistes eos secundum consuetudinem, refectionis gratia, solito plures numero conuocauit. Quorum omnium manibus per semet humiliter aquam fudit, cibos apposuit, pocula ministravit. Et quod nullum Pontificum ante se fecisse nouerat, vt eos promptiores ad prandium redderet, cum illis discubuit. Et canticis spiritualibus ibi per totum spatium iugiter concrepantium Deum laudans, dum surrexit ab epulis, in faciem suam coram omnibus procidit, dicens: Rogo vos & suppliciter obsecro, patres, fratres, & filij, vt fundatis Domino pro sancta Catholica Ecclesia preces: oretis pro Christianissimo filio nostro Ludouico Imp. Augusto, vt ei Dominus omnipotens ad nostram perpetuam pacem Sarracenorum subditam faciat nationem. Oretis etiam pro me fragili & imbecilli, vt det mihi Christus virtutem tantam Ecclesiae suae multitudinem in sanctitate & iustitia recitandi, qui commisit B. Petro Apostolo cunctos regere quos redemit, quatenus qui curarum saecularium puluere caligans, plerumque spiritualia minus luculenter intueor, vestra mihi oratio, quae tanto purior, quanto ab inquinamento saeculi remotior extat, diuinitus suffragetur. D

VIII.

Cumque illi pro se magis illum oportere preces fundere clamarent, qui tanto acceptior apud Dominum haberetur, quanto solus pro omnibus in labore feruentior: interna miseratione commotus, cum lacrymis ait: Quia pro valde bonis orare, gratiarum actiones Domino persolvere est: peto vt dominum patrem, decessoremque meum sanctissimum & Orthodoxum Papam Nicolaum in vestris orationibus communem habentes, grates Domino referatis, qui eum, Ecclesiam suam miseratus, elegit, & ad excludendum mundi tumidissimos strepitus, sicut os suae protectionis armauit, & gladio spiritualis potentiae roborauit. Quo audito cuncti famuli Domini, videlicet Ierosolymitani, Antiocheni, Alexandrini, ac Constantinopolitani, quorum aliqui legationibus mundi Principumungebantur, diuino stupore attoniti, in vocem clarissimam prorupere, dicentes: Deo gratias, Deo gratias, te talem Ecclesiae suae praeficiendum disponenti, qui noscitis, tui patris & decessoris reuerentiam pra oculis possidens, gregem Dominicum in virga & baculo pascere, testamentumque Patrum non conuellere, sed implere. Deo gratias, Deo gratias, qui in Sede sui Apostoli non posuit apostaticum Papam. Qui domus suae fundamenta posuit non super arenam, sed super firmissimam petram. Qui te succedere fecit sanctissimo Papae Nicolao, non ab eius decretis abscedere. Eia cesset inuidia: mendax fama recedat. Domino nostro Hadriano a Deo decreto summo Pontifici & vniuersali Papae vita, dictum est ter.

IX.

ACCLAMATIONES DE NICOLAO PAPA.

Cumque manu silentium innuisset summus Praesul, intonuit, dicens: Reuerentissimo, sanctissimo, & Orthodoxo domno Nicolao a Deo decreto summo Pontifici & vniuersali Papae sempiterna memoria, dictum est ter. Nouo Eliae vita perennis, & immarcescibilis

bilis gloria, dictum est ter. Nouo Phinees aeterni sacerdotij infulas merenti salus aeterna, dictum est ter. Sequacibus eius pax & gratia, dictum est ter.] hucusque ibi. Ita sanctissimus Pontifex satisfaciendum Orientalibus Orthodoxis existimauit de falsa opinione, quam falsa pariter relatione conceperant de irritandis ab eo rebus gestis Nicolai praedecessoris, tanti ponderis esse iudicans, praedecessoris memoriam integram conseruare.

Quod autem verbis est pollicitus Hadrianus, ipsa re praestitit, litterisque professus est, x. quas hoc anno, quarto Nonas Februarij rescripsit ad Synodum Trecentem, ex qua legatio Romam missa fuit vna cum litteris ad Nicolaum Papam. Cum enim Legati Episcopi Nicolaum Pontificem defunctum inuenissent, easdem litteras reddiderunt eius successori Hadriano, qui his acceptis, has, quas subiicimus, reddidit ad Synodum litteras. Accepimus eas & alias eiusdem Hadriani epistolas haecenus nunquam editas opportunè B Parisiis missas a nostro Nicolao Fabro, cui hoc nomine iugis in chartis nostris gratiarum actio perseueret. sic enim se habent:

Hadrianus Episcopus seruus seruorum Dei, sanctae & in Christo diligendae Synodo apud Trecentas collectae. x i.

HADRIANI PAP. EPIST. AD SYNOD. TRECENTENSEM.

Legationis vestrae scripta beatae memoriae decessori meo Papae Nicolao missa, nos iam in Sede illius diuina dignatione locati suscepimus, proimprissimamque obedientiam vestram, quam in colligendis gestis, secundum definitionem praenominati sanctissimi Praesulis exhibuistis, laudauimus. Et licet ad seriem rerum gestarum luce clarius agnosendam non sufficiant quae tam de Ebbonis deiectione, quam de his, quae postmodum acta vnanimitas vestra descripsit, & nonnulla relationi vestrae desint, eorum quae super his gestis sunt, quaeque iam memoratus & semper memorandus Pontifex Apostolicae Sedi voluit ex integro referari: pium tamen laborem vestrae sanctitatis & studium, non solum laudabile, sed & longe lateque praedicabile iudicauit. Innocentia quippe iam nunc fratris & Coepiscopi nostri Vulfadi & collegarum eius, quam quidam emergens casus per non breuis temporis intercapedinem obumbrauerat, retractatione & refricatione vestrae, sacrae & Apostolicae Sedis auctoritate frequenter adunatae, solertiae, ecce Deo gratias, venit ad lucem, & iustitiae suae radios ad omnium omnino certitudinem foras quasi solis splendor extendit.

Ideoque nos vestrum iudicium ac vestram sententiam, quam Apostolicae Sedis censura, sicut exegit ordo praecessit, approbamus, admittimus & corroboramus, atque postulacioni vestrae, cui quidquam negari difficillimum est, annuentes, ad pleniorum confirmationem usum pallij iam dicto fratri nostro Vulfado Bituricensi Antistiti, secundum priorem consuetudinem ad genium & decus Ecclesiae sibi commissa, & instructionem ipsius concedimus. Quod etiam saepe memoratus decessor noster iam dudum libenter annueret, si quae nunc misistis ipse reciperet, vel si is qui hoc suscipere conabatur, a Bituricensi missus probaretur Ecclesia. Sed quod ille non egit, ecce nos agimus. Quin potius quod ille perficere deliberauerat, nos ecce Deo auctore suppluimus. Non quippe est diuersitas operis, vbi est vna eademque concordia voluntatis: praesertim cum debeamus ei in labore succedere, cui successimus in honore. Nimirum qui sumus, vt Psalmista canit, Pro patribus nati filij, & constituti, quamuis longe meritis imparis, super omniem vniuersalis sanctae Ecclesiae terram. x i i.

PALLIUM CONCEDIT VULFADO BITURIC. EPISCOPO.

Precamur autem & obsecramus in Domino, vt sicut nos vnanimis fraternitatis vestrae precibus annuimus, & assensum de cetero non solum in hoc, sed & in omnibus praebere disponimus; ita quoque vos meis nunc votis satisfacere procurantes, crebro dictum Apostolicae recordationis Papam Nicolaum in codicibus vel dipychis Ecclesiarum vestrarum scribi, & nomen eius inter sacra Missarum solemnina impraetermissè recitari faciatis. Ita vt aliis quoque fratribus, & diceceleon vestrarum sacerdotibus id ipsum agere praecipiat. Nihilominus verò suadere vestrae dilectioni curamus & admonemus, vt tam Graecis Principibus, quam omnibus omnino clericali fungentibus ordine, contra personam vel acta, seu decreta ipsius agere vel decernere quidquam tentantibus, tam verbo quam scripto viriliter obuietis, ac validissime resistatis. Scientes praeterea quia quaeque hic aduersus eius personam vel decreta gererentur, me his numquam praebiturum fore consensum. Nec ei a quibuscumque vel quomodocumque fiant, meum interesse mentis, vel definitionis aut dispositionis affectum. Quamquam si quilibet Apostolicae Sedis misericordiam humiliter postulauerint, circa hos praemissa satisfactione,

NICOLAI PAP. CONSECRANDA MEMORIA.

mitius agere nullo modo velimus inflexibiles apparere. Tantum ne huiusmodi homines sic innocentiam suam asserere studeant, ut in accusationem tanti Pontificis, maximeque in Dei iudicio collocati, quoquo modo prorumpere audeant, praecipue cum illum, dum aduixit, nemo impetere praesumpserit, vel eum de iniusto iudicio arguere, vel tenuiter ausus extiterit. Nisi forte hunc quis humiliter . . . cui illa factio non factioe nondum curata iure remittere non consensit . . .

XIV. Estote igitur circa haec vigiles, estote fortes, & ista omnibus vel ultra Alpes constitutis Episcopis nuntiantes, ut & ipsi quoque super his solliciti & intenti propugnatoribus, sint salutaribus monitis incitati. Quoniam si Sedis Apostolicae Praesul, vel ipsius decreta detestationi, vel abdicationi habentur, nullius vestrum vel nostrum ultra institutum firmum aut stabile permanere valebit. Quin potius & dogmatibus, quae de sancta & indiuidua Trinitate a Praesulibus Sedis Apostolicae promulgantur, nonnulla posse fieri detrimenda, si praecedentium quorumque, & maxime primae Sedis Pontificum statuta, vel vlli (quod dici nefas est) quin & ipso auditu prorsus horrendum, a subsequentibus quibusque, immo & inferioribus abolitioni cuidam vel damnationi subiciantur, vel impiae temeritatis ausu saltem soli derogationi prodantur. Sanctam fraternitatem vestram optamus nunc & semper in Christo bene valere. Data 1 v. Non. Febr. Indictione prima.] haec ad Synodum. Decem autem interlapsis diebus, idem Hadrianus litteras suas ad Ludouicum Germaniae Regem scripsit, pridie Idus Februarias, quibus eum ad pacem hortatur, commendans plurimum Ludouici Imperatoris pietatem & bellicum robur in Sarracenis debellandis, monetque ne quid, quod ad eiusdem Ludouici Imperatoris Regnum spectet, contingere audeat. sic enim se habent:

XV. Hadrianus Episcopus seruus seruorum Dei, dilecto filio Hludouico glorioso Regi. Inter exordia diuinitus ordinati, licet in indigno ministro, Pontificatus mei pacis studium praeter ceteris virtutibus praedicandi, suadendique mihi necessitas non inconuenienter incumbit. Nimirum cum etiam in ipsius Dominicae Natiuitatis principio caelestis exercitus militiae visae sint, quae clamarent, Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonae voluntatis. Vbi profecto solerter intuemum est, quia sicut tunc pastores, qui super gregem suum praeter ceteris vigilauerunt, tanti tripudij videre praeter ceteris gaudia meruerunt: ita nos nunc proculdubio caelestium bonorum laetitiam adipisci merebimur, si super oues Dominicas solliciti vigilemus, ne videlicet has vel per insidias odij seu discordiae vorax lupus inuadat, nec per cupiditatem audax ille leo deglutiat, qui docente Apostolorum Principe, circuit quaerens quem deuoret. ideoque fili charissime, opportune impertune suadeo, admono, & instanter adhortor, ut pacis & dilectionis vinculum, quae maior est omnibus virtutibus & holocaustomatibus insolubiliter . . . & in inuicem obseruare gloria tua contendat, & inter subiectos medullitus custodiri semper admoneat: in hoc enim Regni vestri status poterit incolumis manere, & vos neminem concutientes, a nullo concuti dignoscimini.

XVI. Praeterea nolumus ignorare celsitudinem tuam, dilectissimum & spirituale filium nostrum Hludouicum aequissimum, & a Deo protectum Imperatorem, non aduersus sanctae religionis filios pugnare, siue contra Fidei Christianae domesticos, sed aduersus filios Belial, & aduersus Christi nominis inimicos, pro Ecclesiae sanctae, & praecipue nostra securitate, proque Fidelium liberatione multorum, qui penes iam finetenus apud Samnium periclitabantur; ita ut etiam fines nostros infestantes iam iamque Sarracenos inuaderet, egressus a summo sublimitatis proprio folio, & a pacatissimae quietis suae fundamine, nec corpori parcat, nec artibus, nec algoribus, nec denique vllis euentibus cedit, sed omnia incommoda, omnia discrimina pro Christi nomine tolerans, nihil est quod pro Christianorum ereptione recuset arripere: nihil est quod pro Fidelium quiete ac pace declinet assumere. Denique non modicam Ecclesiae sanctae quietem per eum diuina iam pietas operata est, nec modice paganorum vires fortitudine superna prostratae sunt. Si quidem saepius eosdem tamquam mures de cauernis suis egressos, ad sua latibula terga vertere compulit, & brachia contra nostros exerta potenti virtute, resoluit. Quin & nobis omnibus qui longae sumus, & qui propere, magnae securitatis praesidium condonauit, dum scilicet nonnullos eorum prostrauit, nonnullos etiam ab eorum superstitioso ritu conuertens, Christi Fidei & vere religionis itinera sectari perdocuit.

XVII. Qua de re ratum ducimus vestram commonere magnopere celsitudinem, quo non vestris

HADRIANI EPISTOLA AD LVDOVICUM GERMANICUM REGEM. Luc. 2.

1. Pet. 5.

XVI. LAUDES LVDOVICI IMPERATORIS

A vestris motibus, non aliorum suggestionibus incitati, quidquam quae illius sunt, concutere praesumatis. Non solum autem quae illius sunt, verum etiam quae fratris ipsius, Hlotharij videlicet gloriosi Regis consistunt, nullo commouere patiamini prorsus instinctu. Qui enim tangit ea quae fratris eius sunt, ille quae ipsius sunt, tangit, & qui illum liuore victus commouet, hunc proculdubio commouere dignoscitur. Quamobrem suademus, & dilectionem vestram his apicibus cohortamur, ut iniquis suasionibus non cedatis, nec sinistra machinantibus aures accommodetis. Sed vnusquisque vestrum suo iure contentus, quae alterius sunt vsurpare non tentet, nec inuadere quocumque modo nitatur, quod inualum non modicum potest inuasori generare sine dubitatione discrimen. Prouideat ergo prudentia vestra ne iam fato desiderabilissimo filio nostro semper Augusto causam Dei exequenti, & hereditatem Domini vindicanti, ac ipsius bella praestanti quodlibet offendiculum praepararetur . . . sanctae Dei Ecclesiae quauis ex parte impediatur, vel profectus Fidelium excludatur: sed potius tela paganorum acies paueant, & iacula vestra, hi qui sine Deo sunt, acuta reperiant. Quin penitus secundum Apostolum non sit vobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, id est homines, sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiae in caelestibus. Alioquin manum Apostolicae Sedis cum eodem piissimo Principe fortiter esse cognoscite, & arma nostra illi munimina validissima, conferentia summo agoni, Deo nobis concertante, & beatorum Principum Apostolorum intercessione cooperante, praeparata sine cunctatione praenoscite. Optamus gloriam vestram nunc & semper in Christo bene valere dilectissime fili. Data pridie Idus Febr. Indictione prima.] Ita Hadrianus inter Christianos Principes arbiter, & custos pacis.

C His quoque diebus Hadrianus commendatum litteris duarum Synodorum Trecentis & Sueffionensis Actardum Nannetensis Ecclesiae Episcopum a Northmannis sua spoliatum Ecclesia, & a Britannis eadem pessumdata, multa perpeffum, virum pietate insignem & doctrina eminentem, cum Romam venisset, dignae excepit, eumque ut haberet vnde viueret, prouidit, atque etiam pallio exornauit. de quo multa praecordia habet in litteris scriptis ad Synodum Sueffionensem, quae ex codice sumpta Nicolai Fabri, hic describuntur:

Reuerendissimis & sanctissimis confratribus & Coepiscopis nostris, qui praeterito anno apud Sueffonicam urbem conuenerunt.

D Inter cetera quae Apostolicae Sedis auctoritate in idipsum conuenientes de fratre iam & Coepiscopo nostro Vulfado & collegis ipsius praeterito anno synodice definitis, & iam Apostolicae Sedi causam venerabilis fratris nostri * Actardi Nanneticae quondam urbis Episcopi, seu tribulationes exposuistis: simul etiam hunc mirifice commendantes, quod illi a tanta Sede subueniretur, vnanimiter ac magnopere postulastis. Quorum relationem siue suggestionem tanto gratanter tantoque libentius nos iam Deo auctore illius Sedis, licet immerito, moderamine potiti suscepimus, quanto hanc ex fraternae dilectionis affectu prodiitile luce clariius intelleximus. Praecipue cum ei vobiscum praedecessorum meorum Leonis scilicet & Nicolai sanctissimorum Praesulum recensita scripta non parvipendendum perhibeant testimonium. Igitur illi omnium qui in Concilio Trecentino inuenti sunt legatione fungenti, & instantius pro hoc satagenti, pallium fratri & Coepiscopo nostro Vulfado sanctae Bituricensis Ecclesiae, sicuti iam per alia scripta significauimus, deferendum commisimus.

E Sed quia idem reuerendus Antistes, ut vestra relatio manifestat, a propria Ecclesia diutino iam tempore paganorum persecutione propulsus, hac illacque peregre proficiscitur, huc atque illuc multus iam festus arumnis vagabundus incedens, valde dolemus, & ei fraternam vincit charitate compatimur, maxime cum Apostolice dictum sit: Qui viderit fratrem suum necessitatem habere, & clauerit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo? Illud sane praecipue flentes, quod tanta scientiae tantaque morum probitatis viro sub huiusmodi praetextu vagante, maximum dispendium hominibus generetur, dum scilicet vitialis quae per hunc Ecclesiae Christi prouenire poterat, tantis iam temporibus excludatur. Qua de re secuti praedecessorum Patrum instituta & Apostolicae Sedis exempla Pontificum, praecipueque beati Papae Gregorij, qui circa huiusmodi quae nos nunc erga praefatum Antistitem, Deo fauente statimus, saepe statuisse dignoscitur: decernimus hunc sanctissimum crebro dictum fratrem nostrum & Coepiscopum Actardum

Ephes. 6.

XVII.

XIX. HADRIANI PAP. EPISC. AD EPISCOPOS GALL. Actardi

XX.

1. Io. 3.

Ecclesie, quae forte suo fuerit viduata rectore, penitus incardinari, quatenus in ea constitutus, & officia Episcopalia quae per impositionem manus accepit exerceat, & pastorale ministerium solemniter agens, oues Dominicas sapientie sibi diuinitus attributae sale condiant, & lucrum Deo ac conditori suo sine quolibet impedimento reportet. Si tamen eius Ecclesia, ut ipsius & Metropolitanus proprii ac multorum Antistitum, necnon litterarum vestrarum circumstantia innuit, funditus diruta, & per nonnulla curricula iam in solitudinem redacta esse dignoscitur, paganis videlicet non solum transitum, sed & iam stationem ibidem facientibus, ac per hoc depopulatis vndique locis habitatore carentibus, sublatis etiam a Britonibus sibi quae remanserant rebus, nec ei minorem quam sua fuerat, dari volumus. Cum, licet hoc ipse minimè postulet, ne videlicet alicuius ambitionis fama notetur, etiam si se Metropolis fortassis obtulerit, conueniat consequi potiorum: nimirum qui inter cetera virtutum suarum insignia barbarorum rabiem saepe perpessus, Christumque confessus, iam nunc Deo iure dicere debeat: a Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo consolationes tuae latificauerunt animam meam.

Psal. 93.

XXI.

Pro cuius rei obtinendo profusus effectu, dilecto filio nostro Karolo glorioso Regi preces direximus, & ecce vestram vnam charitatem, quod pietatis huius operis fauorem & studium curetis, indeficiens prestare, praesentibus hortamur affatibus. Et ut nostram vultis erga vos in opportunitatibus esse beneuolentiam, ita vestra erga hunc fratrem, cui manum porrigimus, nobiscumque manum porrigentium, donec quod decreuimus effectu capiat, propitissima pateat industria. Siquidem & nos illius multiplici miseriae & diutinae peregrinationi atque continuo moerori compatientes, decus illi pallij solo miserationis affectu contulimus, quod non aliter illi nec cuiuslibet absque Metropolitanis concederemus, nisi multoties hunc exilio male vincula passum, etiam ad capitale sententiam frequenter tractum fuisse comperissemus, & nisi hoc ipse suis tantis arctatus detrimentis, quin potius meritis pro celerrimae consolationis solatio meruisset: ut scilicet habeat pro exilio & catena pallij ornamenta. nam de Ecclesia cui cardinandus est perpetuum institutum, sed ad suum specialem certique temporis usum. Siquidem indignum ducimus, quemquam ad Apostolicam Sedem, vbi semper Catholicis subuenitur, accedere tribulatum, & non ex quauis parte consolatum recedere. Debet enim nostra compatiendi abundantia aliorum suppleri inopia, quod valeat esse moerens cum moerentibus, & cum gaudentibus gaudens, & consolatus iam queat Deo auctore consolari eos qui in omni pressura sunt, per IESUM Christum Dominum nostrum.] Datam putamus septima Martij hac Indictione prima, ut sequens pro eodem ad Carolum Regem, eodem argumento conscripta, a quo pro ipso litteras commendatitias acceperat, cum & confirmationem Actorum synodalium contra Ebbonem Rhemensis olim Episcopum postulasset. Hadriani igitur ad Carolum epistola sic se habet ab eodem Nicolao Fabro accepta:

* non ad Ecclesiam cui incardinandus est perpetuum

XXII.

Dilecto filio Karolo glorioso Regi. Actardus venerabilis quondam Nanneticae urbis Episcopus ad Apostolica perueniens limina vestrae celsitudinis epistolam detulit, quam quidem vos sanctae memoriae decessori meo Papae Nicolao destinastis, sed nos iam vice illius in Apostolica Sede dignatione ac miseratione diuinam magnitudinis ordinati suscepimus. Vnde quae ab illo fragilitata sunt, nos pro viribus indigni licet heredes supplere, & opitulante Christo forte tamquam non ingrati filij paternum debitum persolvere maturauimus. Quamdiu enim merita beati Petri Apostoli Deo cui omnia viuunt, non moriuntur: nequaquam fidei suae vel felicitudinis heredes deficient, nec deerunt profusus qui regulam, quam circa Dominum feruentissimae charitatis ostendit, pro quantitate virum, proque capacitate diuinitus collati domi sequantur. Ipse namque quidquid ab indignis ministris negligenter agitur, supplet; ipse locum quem olim delibatione proprii corporis Domino consecrauit quicumque vel qualicumque Vicarius extet, suae tantum claritatis lumine hodieque indeficienter illustrat. Cui etsi defunt merita successoris, sed adsunt beneficia decessoris, ac primi Sedis eiusdem fessoris.

* flagitata PETRI MERITA FLVUNT IN SVCCESSORIS QVOSCVMQVE.

XXIII.

Itaque de Ebbonis quondam Rhemensis Archiepiscopi qualicumque restitutionis negotio benignitatis vestrae litteris satis edocti, obedientiam & studium, quod hinc iuxta definitionem Apostolicae Sedis exhibuistis, approbauimus, & auctori a quo cuncta bona procedunt, immensas gratiarum actiones persoluimus. Verum illa si essent quae Apostolica Sedes de Ebbone ad liquidum inuenire satagebat, restituendis a fratre & Coepiscopo nostro Hinc-

A Hincmaro olim deiectis clericis possent aliquid generare discriminis. At verò cum nec idem Ebbo erroris alicuius defensionem, quo haereticus quis efficitur, dederit operam, nec iam memorati clerici aliud in hoc nisi humilitatem & obedientiam exhibuerint, illa quae de Ebbone dici possunt, quia ut opinamur, nihil ad vtilitatem proficiunt, iam iamque silentio contegantur. Maximè cum & ipse & omnes Episcopi praeter Rothaldum, qui causae illius notitiam habuere, decesserint, & praeter longitudine temporis ad liquidum sine dubio, quae tunc acta super hoc sunt negotio, sciri non possint: atque de his qui ad Dominum migrauerunt, nobis facere iudicia non liceat. cum enim in manu iudicij Dei constant, si humanis definitionibus quidquam de his tribuatur, non solum praesumptionis, sed & damnationis est prorsus indicium. Ille quippe Ebbo suo iam Domino aut stat, aut cecidit. Quòd si stat, quis hunc conetur deicere: si verò ceciderit, quis nitatur erigere? Nisi forte B is qui sua iudicia diuino iudicio preponere impietate meritate deliberat. Relinquantur huiusmodi Dei cunctarum intentionum scrutatoris iudicio: nimirum qui secundum Apostolum est constitutus Iudex a Deo viuorum & mortuorum, qui que iuxta fidei nostrae stabile fundamentum iudicaturus est viuos & mortuos.

* impia te-meritate

* A. H. 10.

Præterea non modicas gratias vestrae benignitati referimus, quoniam prolatis restituendis clericis, quibus Apostolicam Sedem manum porrigere senit, ipsa quoque ad laudem Dei & reuerentiam Principum Apostolorum, necnon & honorem Sedis ipsorum manum porrigere alacri studio procurauit. Quamobrem postulantibus iam vobis ut primus eorum Vulfadus scilicet frater & Coepiscopus noster pallij vsu more successorum suorum nostrae auctoritatis largitione decorari potuisset, merito condescensionis aures accommodauimus. Et quoniam in restituendis his cum Sedis Apostolicae studiis concordatis & concertatis, ad percipiendum quoque quod deerat vestram flocci pendere dilectionem satis inconueniens duximus. Quin memores nihilominus pietatis vestrae gratias rependimus, quoniam tanta compassionis viscera circa praedictum fratrem nostrum & Coepiscopum Actardum, sicut ex relatione ipsius, & ex epistolae vestrae pio affectu datur intelligi, exhibere contenditis, ut dolorum & ærumnarum ipsius maximam partem vos gestare luce clarius innotescat.

XXIV. VULFADO PALLIUM CONCESSVM. * praedecessorum

Verum nos votis excellentiae vestrae consonantes, non ducimus tantum virum & Ecclesiae Christi pernecessarium debere inuolui miseriis, vel tantis grauari, cum sit etiam aetatis maturitate maceratus, incommodis, praesertim cum & scientia non contemnenda polleat, & hunc vestri Regni Ecclesiarum praesulum relatio non paruipendenda commendet. Qua de re si eius Ecclesia, ut ipsius & Metropolitanus proprii ac multorum Antistitum, necnon & litterarum vestrarum circumstantia innuit, funditus diruta, & per nonnulla curricula iam in solitudinem redacta esse dignoscitur, paganis videlicet non solum transitum, sed etiam stationem ibidem facientibus, ac per hoc depopulatis vndique locis habitatore carentibus, sublatis etiam a Britonibus si quae remanserant rebus, aliam vacantem dumtaxat concedendam decreuimus. Cuius decreti necessario instituto libenter more solito praeter pro Christi dilectione fauorem. Nec ei minorem, quam sua fuerat, dari volumus, cum licet hoc ipse minimè postulet, ne videlicet alicuius ambitionis fama notetur, conueniet consequi. Nimirum qui inter cetera virtutum suarum insignia barbarorum rabiem saepe perpessus, Christum confiteri non solum coram hominibus, verum etiam coram paganis & infidelibus non erubuit. Ei ergo cuiuscumque sint numeri merito possunt oues Christi committi, qui ipsum Christum etiam inter gladios & vincula diuersaque pericula praedicare non reuuit. Vnde & nos illius multiplici miseriae & diutinae peregrinationi atque continuo moerori compatientes, decus illi pallij, solo miserationis affectu contulimus, quod non aliter illi nec cuiuslibet absque Metropolitanis concederemus, nisi multoties hunc exilia, mare, vincula passum, etiam ad capitale sententiam frequenter tractum fuisse comperissemus, & nisi hoc ipse suis tantis ac talibus detrimentis, quin potius meritis pro celerrimae consolationis solatio meruisset, ut scilicet habeat pro exilio & catena pallij ornamenta, non ad Ecclesiae, cui incardinandus est, perpetuum institutum, sed ad suum specialem certique temporis usum.

XXV.

Pociatur igitur tanti decoris ornatu, qui inter sacerdotum infulas praecipuum tenere locum dignoscitur, quatenus etiam per hoc insigne vestra excellens admonetur industria, & huius sacraei muneris reuerentia pium cor vestrum sollicitius ac salubrius vigeat, Hinc-

XXVI.

BENIGNI-
TAS HADR.
PAPAE.* Luc. 2.
*XXVII.
AD HINC-
MARVM HA-
DRIANVS.
* VI

XXVIII.

b Exodi 28.
c Lenti. 3.d Iob 1.
e Ezech. 1.

XXIX.

f Prou. 14.

XXX.

geatur, quo tantarum virtutum quoque fauore, vocantis etiam si se Metropolis obtulerit Ecclesiae moderamina consequatur, ad excludenda videlicet cuncta contra se infecta obitacula, & peragenda diuinitus sibi collata Episcopalia ministeria. Siquidem indignum ducimus, quemquam ad Apostolicam Sedem, vbi semper Catholicis subuenitur, tributum accedere, & non consolatum recedere; praesertim cum quemdam Romanorum Principum etiam a fide Christi extraneum non debere quempiam ab Imperatore tristem discedere, perhibuisse quaedam fateantur historiae: debet enim nostra compatiendi abundantia aliorum suppleri inopia, quod valeat esse merens cum merentibus, & cum gaudentibus gaudens, & non in scabellum pedum, in personarum acceptione. . . . Sed consolatur quae ad iam Deo auctore consolari eos qui in omni pressura sunt, per IESVM Christum Dominum nostrum. Optamus gloriam vestram nunc & semper in Christo bene valere, dilectissime fili. Dat. VII. Mart. Indict. prima.] Quo pariter tempore, nempe pridie eius diei, idem Hadrianus Papa de eodem Actardo, sed prius de causa Lotharij ad Hincmarum Rhemensem Archiepiscopum ita scripsit:

Reuerendissimo & sanctissimo confratri nostro Hincmaro Archiepiscopo Rhemenfi. Licet frequens sanctitatis tuae fama, quae nunquam nisi cum laude semper existit, te nobis dudum fecerit manifestum: tamen * ad virtutum probabilitatemque morum tuorum praedicamenta liquidius agnosceremus, fratrum nostrorum, videlicet Arsenij venerabilis Apocrifarij Sedis nostrae, quin & Actardi sanctissimorum Praesulum, necnon & dilectissimi filij mei sanctae Sedis Apostolicae Bibliothecarij fecit Anastasij multis praconis plena, delectabilisque relatio.

Qua de re sic animam meam tuae dilectionis ardorem concepisse cognosce, tamquam si millies mutuis frueremur alloquiis. Habeto ergo nostrae repromissionis pignus, & in nobis, vt in nostris antecessoribus, fiducia tota prorsus innitere. Propterea sanctitas tua bene nouit, quanta Sedes habuerit Apostolica in causa Hlotharij Regis certamina, & per Praesules suos, Benedictum scilicet & Nicolaum, quos hinc labores assumpserit. Vnde nos habentes eundem spiritum, quem & iidem Patres nostri habuisse probati sunt, eadem hinc qui sequimur, & decernimus. Quamobrem tuae fraternitatis industriam specialiter admonemus, vt quod super hoc olim negotio gessisti studium, nullatenus enervari consentias. Sed vice nostra fretus coram Regibus & praesidibus de testimoniis Domini loqui non cesses, ita vt quod auctore Deo destructum est, nullis dolose reaedificari machinantium valeat argumentis. In quo videlicet pietatis opere, quia de Regibus idem dilectus filius noster Karolus, de sacerdotibus vero tu potissimum Sedi Apostolicae sedule laboranti concurriftis, & concertastis: tuam proprie cohortamur insignem solertiam, quod & ipsa prauis viriliter obuiet, & praedictum piissimum Regem, vt consummet bonum quod inchoauerat, indesinenter commoneat: quatenus & variarum virtutum vestrarum tunica vsque ^b ad talos pertingat, & sacrificium boni veltri operis Deo cum cauda ^c oblatum holocaustum effici mereatur: necnon & illud de vobis dicatur, quod de Iob sancto, dum a diuinis non cessaret obsequiis, scriptis asseritur: videlicet vbi non legitur quod sic fecit Iob per aliquot dies, sed sic faciebat ^d Iob cunctis diebus: Nam & ^e sancta animalia non post se, sed ante se gradi visa sunt cum incederent.

Porro Actardum venerabilem Episcopum fraternae charitatis vlnis amplectere, & in opportunitatibus pro beatorum Principum Apostolorum amore semper auxiliari memento. Verum non haec ideò dicimus, quasi te ille sibi compassum & miserum fuisse non praedicet, sed vt quod tunc vsque proximè fecisti charitatis intuitu, nunc etiam primorum perficias Apostolorum, ad quorum Limina festinauit, ac praesidium postulauit dilectionis affectu. Insta igitur opportunè, importunè, & quia propria caret, apud dilectissimum iam fatum filium nostrum excellentissimum Regem Karolum nostra vice impetrare studeto, vt suo quoque fauore vacans ei Episcopalis, etiam si se Metropolis obtulerit, Ecclesia tribuatur. Fortis enim Domini bos ipse, auctore Deo consistit, & ideò segites ei ad trituram proculdubio committi debent. Nam scriptum est, ^f vbi plurimae segetes, ibi manifesta fortitudo bouum. Optamus fraternitatem tuam nunc & semper in Christo bene valere. Dat. VII. Idus Martij, Indictione prima.] eadem quoque die sic ad Archiepiscoporum Turonensem pro eodem:

Hadrianus Episcopus seruus seruorum Dei Erardo Archiepiscopo Turonico. Miseras & diras calamitates Actardi communis fratris & Coepiscopi, non est exponendi

A nendi tuae reuerentiae vlla necessitas. quippe cum ipsa utpote in his sociis & penè semper contigua, earum liquidius nobis experientiam habeat; vt sicuti de sanctimonia sua credendum est, immò vt ipso Antistite referente comperimus, eius continuis ærumnis non modicè compassa sit & misera. Verum quia nostris sapè & apud dilectionem tuam litteris adiuuari, & Apostolorum Principum, quorum praesidia tanto labore tantoque studio requisit, amoris intuitu sibi quamdam proprie voluit consolationem conferri: charitatem tuam his hortamur & deprecamur apicibus, vt inter alia beneficiorum tuorum sibi collatorum insignia, monasterium illud, quod olim in dicecesi tua tenuisse dignoscitur, tua nunc consequatur, ob amorem iam memoratorum Apostolorum, largiente beneuolentia; quatenus qui suis valde destitutus esse comperitur: hic saltem alicuius sustentationis adipisci queat suae vitae subsidium; quod te negaturum profecto non credimus, si quàm sit à fratre frater adiuuandus intenta mente consideres; si quàm sit indignum, vt quod à benignitate tua intuitu tantorum Apostolorum dilectionis deposcitur, petitor minimè consequatur, solerti, sicut decet, perpendet industria.

De his verò, quae de Ecclesia tua vel dicecescos priuilegijs idem venerabilis Actardus praecipue suggestit, Salomoni Duci & populo Britannorum sufficienter descripsimus, quod etiam in exemplari, quod secum idem Antistes deferet, experientia tua quibit agnoscere, nihilque quod contra rationem postulabunt, si fortassis ad nos eorum aliqui venerint, agnosceris eos à nobis, opitulante Domino, fore penitus adepturos. Optamus fraternitatem tuam in Christo bene valere. Dat. VIII. Idus Martij, Indictione prima.] Sequitur in eodem codice priuilegium eidem Actardo concessum, cum pallium tribuit, quod sic se habet:

Hadrianus Episcopus seruus seruorum Dei, reuerentissimo ac sanctissimo Actardo sanctae Ecclesiae Nannetiae diebus vitae suae tantummodò.

Si secundum diuinæ pietatis viscera circa neminem consistit reprehensibilis quantacumque miseria; quanto potius erga illos exhibenda est totius charitatis affectio, qui circa diuinum cultum irprehensibiles apparentes, diuersarum dein tentationum exercitia pertulerunt, nec tamen in tentationibus, Christo propitio, defecerunt: Qua de re benedicimus Deo Patri Domini nostri IESV CHRISTI, Deo scilicet totius consolationis, ^a qui consolatur nos in omni tribulatione nostra, vt possimus & ipsi consolari eos, qui in omni pressura sunt. Tibique frater Actarde, qui dira fatigatus & diuturna captiuitatis miseria confectus, nec inter cuneos barbarorum, nec inter enses infidelium defecisti; quin etiam Dei prouidentia mirabiliter erutus & liberatus, circumquaque peregrinando, procul à propria Ecclesia, procul à notis & proximis, propter eorundem rabiem barbarorum, & continuam Britonum oppressionem, quibus heu nimium vicinus esse nosceris, & penè peius ab eis, quàm à piratis infecutionem pateris, curriculis iam multis incedis: decus pallij pro Dei solius amore, quem inter furentium paganorum manus & gladios confessus es, prauidimus concedendum: quo videlicet pallio, cum fueris auctore Deo nostroque decreto aliquem vacantem adeptus Episcopatum, scias à nobis te eidem stabiliter incardinatum, vel si contigerit forsan in proprio, certis valeas vti temporibus. Quod non aliter tibi nec cui-libet absque Metropolitans concederemus, nisi multoties exilia, mare, vincula passo, etiam ad capitalem sententiam frequenter tracto, teste tuo Metropolitanano, qui id nobis litteris innouit, & tibi spem in sede propria non superesse significauit, hoc tua ^a acellerrimae consolationis solatia tanta exigenter detrimenta, quin potius merita. Vt videlicet habeas pro exilio & catena, pallij ornamenta, non in tua Ecclesia perenne decretum, sed ad tuum, certo tempore, vitaeque praesentis specialiter usum.

Vtere igitur, annuente Deo, pallio à nobis tibi solo miserationis & consolationis affectu collato: & nisi Sedis Apostolicae Praesulibus ingratus extiteris, praenotato tenore illius dum vixeris ornare decore. Quod tamen fraternitati tuae ad Missarum solemniam tantum celebranda concedimus: In die dumtaxat sanctae & venerandae Domini nostri IESV CHRISTI Resurrectionis ac Natiuitatis seu Ascensionis Domini, & in Assumptione beatae Dei Genitricis semper Virginis Mariae, seu in Nataliis beatissimorum Apostolorum, siue in Natiuitate sancti Ioannis Baptistae, necnon & natali sancti Christi Confessoris Martini die, pariterque in solemnitate Ecclesiae tuae die, verum etiam & in ordinationis tuae natalitio concedimus die, sicuti à beatissimo praedecessore nostro Gregorio huius Apostolicae Sedis Praesule sancitum est. In secretario verò induere tua fraternitas pallium

pallium debeat, & ita ad Missarum solemniam proficisci, & nihil sibi amplius ausu temerarie presumptionis arrogare; ne dum in exteriori habitu inordinate aliquid arripitur, ordinate etiam quæ licere poterant amittantur.

XXXIV Si quid autem de rebus Nanneticæ dioceseos tam à depopulatione nefandæ gentis Northmannicæ, quàm à Bitannorum subreptione remanet, ad tuam decernimus pertinere sollicitudinem. porro censemus, Apostolicæque institutionis auctoritate definimus, ut nullus Metropolitanorum Antistitem, vel ceterorum Episcoporum in controversia criminis, si Sedem appellaueris Apostolicam, vel eius speciali experieris audiri vel discuti fortassis examine, præsumat de te proferre non nostro præmissa decreto iudicium, sed Apostolicæ Sedis tantum referueris examinandus vel iudicandus incunctanter arbitrio. Cuius videlicet decreto vel largitate vacanti Ecclesiæ incardinatus ac palliatus esse dignosceris. Scriptum per manum Zachariæ notarij, regionarij & scriuarij sanctæ Romanæ Ecclesiæ in mense Februario, Indictione prima. Benè vale. v. Kal. Mart. per manus Anastasij Bibliothecarij sanctæ summæ Sedis Apostolicæ, imp. domino piissimo PP. Augusto Ludouico magno Imperatore anno nonodecimo, & post Consulatum eius anno xviii. Indictione prima.] ita numerans à tempore quo cum patre, ut dictum est, suo regnare cœpit. Quod ad hanc Actardi legationem spectat, non prætermittendum, quòd eidem recedenti ab Vrbe Actardo Anastasius Bibliothecarius dedit litteras ad Hincmarum Rhemensem Archiepiscopum, simulque sacra pignora, benedictionis nomine, quibus acceptis Hincmarus reddidit ei litteras, misitque munuscula, sicque mutuis his inter se certantes officiis, arcto simul sunt inter se amicitie vinculo colligati. De his enim agit. Frodoardus, qui relegens Hincmari epistolas, hæc inter alia habet: Scripsit, inquit, Anastasio venerabili Abbati & Bibliothecario sanctæ Romanæ Ecclesiæ, gratiarum referens actiones pro benedictionibus sanctissimis ab eo sibi per Actardum Episcopum directis, suas eidem quoque Abbati mittens munerum benedictiones, quædam etiam opuscula * suo labore confecta ipsi delegans. Necnon pro beneficiis sibi ab eo collatis, & ut suggestionem suam domino Papæ acceptabilem faciat, scripsit; & de memoria benedictionis, quam dirigebat. Et Gregorio scripsit eiusdem Romanæ Ecclesiæ Nomenclarii & Apocrifario, asserens, quòd præfatus Anastasius multa bonitatis insignia sibi suis litteris intimauerit, & quòd magnam fiduciam in ipsius habere posset amicitia, sinceriter mandauerit; ynde & petit, ut idem Gregorius inter fideles amicos suos se tenere dignetur.] hæc Frodoardus. Porro Anastasium apud Hadrianum Papam iam ante pro ipso Hincmaro egisse, eidemque ipsum plurimum commendasse, concilia seque amicitiam, littere nuper recitata ipsius Hadriani ad Hincmarum factis ostendunt.

ANASTASII
CVM HINC-
MARO NE-
CESSITUDO.
* Frod. lib. 3.
cap. 23.

* Summo

XXXV.
LEGATIO
BASILLII
IMP. AD
HADRIAN.

Inter hæc autem vbiannotuit Constantinopoli, Hadrianum subrogatum in locum Nicolai Papæ defuncti, idem Imperator Basilius ad eum legationem adornat, mittitque Euthymium Spatharium Legatum ad ipsum iam creatum Pontificem: cum tamen & illa legatio pariter decreta anno superiore à Basilio Imp. ad Nicolaum Papam hoc anno peruenit ad eundem Hadrianum, de qua ista apud Anastasium, à nece Bardæ & Michaëlis rem breuiter recensentem. His compositis, postquam Michaël Græcorum Imp. Bardam Cæsarem Photij fautorem suum, sicut perhibent, interitum machinantem peremit, Basilius sibi adoptans, Imperatorem constituit. Cumque nobilis Imperator Basilius à Catholicis tamquam qui eis semper fauerit, summo studio coleretur, Michaël à spadonibus suis, dubium an Basilij voluntate peremptus est, moxque Basilius rerum potitus primò quidem non se fuisse conscium nec Michaëlis, ut fertur, omnibus satisfecit. Tum vero secundum Romanæ Ecclesiæ constitutum peruasorem Phorium depulit, & Ignatium Patriarcham, populo annitente, Patriarchio restituit. Ac ex vtraque parte, Ignatij scilicet Patriarchæ, Photijque Neophyti, Legatos Romam per suum Spatharium Basilius nomine, destinavit, qui præfente summo Antistite alternatim confingerent, & iustitia suffragante, aut iustificarent Phorium, aut perpetuò condemnarent. Sed diuino iudicio discretissimam partem Photij pelagus sorbuit, & simplicissimam partem Ignatij cum Legato Imperiali saluam seruauit.] hæc Anastasius, qui in præfatione historica in Octauam Synodum de his agens, mentionemque nauis hominum Photij recensens, hæc ait: Sed Petrus Metropoli Sardenis, qui contra Ignatium vnà cum sociis à Photio mittebatur, licet noua nauis, & quam ipse sibi elegerat, veheretur, naufragium sibi & mortis periculum pertulit; & qui nauem Christi, hoc est Ecclesiam sciderat, nauis suæ scissionem non

A non inconuenienter incurrit.] idem in Hadriano hæc quæ sequuntur: Nullusque ex Photij neophyti parte nisi monachus, Methodius nomine solus euasit, qui postmodum neque Photium pro cuius parte venerat, neque Ignatium contra quem, neque vniuersalis Ecclesiæ, ad quam venerat, iura suscipiens, tertio conuentus, tertio perfidiæ denotatus, semel anathematizatus abscessit.

METHODIUS
EXCOMMUNICATVS.

At verò Basilius Legatus Imperatoris, & Ioannes Metropoli Cæsareæ Cappadociæ, qui Nicolao fuerant destinati, huic sanctissimo Hadriano Papæ cum Episcopis & proceribus in secretario sanctæ Mariæ Maioris iuxta morem sanctæ Sedis Apostolicæ residenti se satis humiliter præsentarunt, dona & epistolas obtulerunt. Quibus susceptis, sanctæ Romanæ Ecclesiæ, cuius * conamine Constantinopolitana Ecclesia de schismate purgata surrexerat, multiplices gratias reruler. At post innumera laudum præconia concordia voce dixere: Deuotissimus vester filius Imperator Basilius, & Patriarcha munere vestro restitutus Ignatius, dum Ecclesia Constantinopolitana per interuentum vestrum inuasorem Phorium pepulissent: in archiuo eius librum summa fassitate congestum contra ingenium sanctæ Romanæ Ecclesiæ, sanctissimi que Papæ Nicolai reperere: quem bullatum, quasi verè contagium, à sua vrbe penitus pepulere, vobisque vtpote summo capiti, cui Christus cælo terraque soluendi atque ligandi potestatem tribuit, remiserunt. Quem precamur suscipientes rimamini, & fraudulentiam, quam insonibus Constantinopolitanis nos ter versipellis Photius inferre potuit, ex eo quòd in hanc sanctam Romanam Ecclesiam non habentem maculam neque rugam, aut aliquid huiuscemodi, audacem linguam exacuit, prorsus aduertite. Et quid Ecclesiæ Dei de hoc latrocinio sit sentiendum, quod sub nomine Concilij furtim ab eo confectum est, palam omnibus promulgate.

XXXVI.

* al. certamine,
iunamine

SCRIPTA
PHOTII AD
HADRIAN.
PERLATA.

C Vtrarumque partium consensu electus Pontifex annuens respondit: Contra Sedem Apostolicam, Pontificemque ipsius quam Photius vocem non habuit, sententiam fortè præcipitare potuit, iudicium verò librare non potuit, qui à Sede Apostolica bis iudicatus, bisque damnatus est. Et quia vires suas Photius transcendens, in sanctissimum Pontificem nostrum Nicolaum falsa garrire non timuit: * os suum nimirum in cælum posuit, & linguam suam, ut in terram pertransiret, exeruit. Ideoque conciliabuli ipsius librum perferendum admittimus, ut auctor illius & fabricator mendacij & inuentor peruersorum dogmatum tertio iudicetur.

XXXVII.

CVM DELE-
STATIONE
ACCIPITVR
VOLVMENTUM
PHOTII.
* Psal. 72.

Egressus Metropoli librum exhibuit, & in terram præcipitavit, imprecatoriè illi dicens: Tu maledictus Constantinopolis, sis Romæ iterum maledictus. Te minister diaboli Photius, nouus Simon, mendacij compilator aptauit. Te minister Christi Nicolaus, nouus Petrus, veritatis amator attriuit. Et Spatharius calce suo, enseque librum percutiens, nihilominus ait: Credo quòd in hoc opusculo diabolus habitat, quia per os complicitis sui Photij ea quæ per se dicere nequit, eructat. Nam & subscriptionem Basilij nostri Imperatoris post subscriptionem Michaëlis, quem ebriosissimum scribere noctu suauis, falsissimè continet, quæ eius non esse, restituitio Ignatij declarauit, & satisfactio nostra (si vobis placuerit iureiuratio firmabit. Neque enim vnus semper Catholici Basilij nomen non potuit falsò suis feralibus commentis inferere, qui mutato caractere potuit multorum absentium Episcoporum nomina cum paucis complicitibus suis describere, quorum videlicet Episcoporum vniuersitas tam immunis est huius inscriptionis, quàm tenoris ignara. Siquidem nullus Constantinopolitanorum quando illud conciliabulum collectum fuisset, quia vera non fuit, agnouit. Sed quia Constantinopolim comprouinciales, veluti regiam ciuitatem pro diuersis negotiis, instar istius Vrbs ascendunt: pernicatissimus Photius mendacium suum veritatis medicamento (sicut ei à primæuo fuerat institutum) liniuit, dum in locum quorundam schismaticorum Episcoporum ciues quidem aliquorum illorum, sed transfugas (vt fama vulgatum est) muneribus excæcatos subscribere fecit. Inde est quòd subscriptionum istius videntur diuersi characteres, & quidam eorum acutiori penna, quidam grossa, nonnulli verò decrepitem simulantes grossiori manu membranam inquinantes describunt; vt videlicet fraude presentium simplicitati absentium illudatur, & illud credat facilius vniuersitas esse verissimum, quod dissimilibus litteris fecerit falsitas esse diuersum. At vos ilicò subscriptionum multitudinem, librum referantes, videbitis, fraudem verò, nisi Constantinopolim (vt omnis illa Ecclesia deprecatur) miseritis, minimè cognoscetis.

XXXVIII.

EXHIBITIO
CONCILIABULI
PHOTII
FACTA.

EXCVSATIO
BASILLII
IMP. DESUB-
SCRIPTIONE.

XXXIX. Tunc summus Pontifex vtriusque linguæ peritis librum scrutandum per aliquot die-
rum spatium decreuit, & omnia quæ in eo continerentur coram Synodo fideliter pro-
palare. Qui vbi strenuè perscrutatus est venerabilis Pontifex, annuente omni senato-
rio popularique conuentu, apud sanctissimum Petrum Apostolum, in defensionem suæ
Ecclesiæ decessorisque sui sacrum Concilium conuocauit. Et primum quidem per Leg-
atos Constantinopoleos rei veritate luculenter audita, decessoris sui huiusmodi litte-
ras relegens, sinistram ipsius famam purgavit. Deinde Photium cum suo conciliabu-
lo, complicibusque suis tertio anathemate percutit. Ad extremum verò ceterorum
subscriptionibus sententiis roboratis, pro foribus graduum nefandi dogmatis librum,
cunctorum pedibus conculcatum exussit. Quem nimirum rogos vt fomentum quod-
dam ignis & cepit, & penè antequam semiillum credi potuisset, cum magno fœctore,
piceoque odore consumpsit. & cum fortè focus inundatione pluuiæ naturaliter debuisset
extingui, ad pluuiam quasi ad olei guttas flamma conualuit, & in laudes Dei, sancti-
ssimique Papæ Nicolai, simulque Hadriani summi Pontificis miraculi stupor tam La-
tinorum quàm Græcorum corda resoluit. J Addit idem Anastasius in præfatione histo-
rica ad Octauam Synodum, pariter in hac Synodo iussim, vt quod factum est Romæ de
inflammatione scriptorum Photij, pariter Constantinopoli fieri deberet, si quæ ibi exem-
plaria reperiri possent.

XI. Sic igitur quod faciendum Michaëli Imperatori Nicolaus antè præceperat, vt scriptæ
ab eo blasphemæ in Apostolicam Sedem igni darentur, cum ille facere contempserit,
Deus voluit vt per eius successorem Basilium eadem missæ Romam publicè Synodali
iudicio, magnâ suâ gloriâ, Sedisque Apostolicæ honore, laudeque eiusdem Pontificis
Nicolai, cælo testante, populo acclamante, orbe Christiano gaudente perscruteretur.
In Photij enim illo volumine insertas fuisse illas blasphemias Michaëlis epistolas quis
poterit dubitare? Quod igitur ipse mentitas subscriptiones in Romanam Ecclesiam,
eiusque Pontificem tanto studio, tantaque fraude, vt vidisti, mendicare conatus est:
blasphemia illa quoque scripta Imperatoris eodem argumento in sua officina infla-
re minimè prætermisisse credendus. in his autem peragendis, præsens insumptus est an-
nus. Quomodo autem recenti hieme Legati à Basilio Imperatore & ab Ignatio Patriar-
cha missi, sequenti anno vnâ cum Apostolicæ Sedis Legatis Constantinopolim dimissi
sint, suo loco dicturi sumus.

XLI. Porro eodem hoc anno, antequam ista conficerentur, occasione redeuntis Constans-
tinopolim Theognosti olim Exarchi, inde ob pietatem extorris, Romæ ad septennium
vsque incolæ, Hadrianus Pontifex litteras ad Basilium Imp. dedit, quæ inter hæc Actis
Octauæ Synodi, hîc vt loco proprio sunt recitandæ. sic enim se habent: ^a

Hadrianus Episcopus seruus seruorum Dei, dilectissimo filio & Christianissimo Im-
peratori Basilio à Deo protecto semper Augusto.

Quoniam, tranquillissime Imperator, audisti vocem Dei per Apostolicæ Sedis offi-
cium tibi delatam, & honorasti eximios eius Apostolos, & restituisi Ecclesiæ Constans-
tinopolitanæ throno proprium pastorem, repellens adulterum: benedictus sis ab omni-
potente Deo, & videas subiectionem inimicorum, & temporis longitudinem, ac in so-
lio tuo de lumbis tuis heredem, ac in futuro vitam perpetuam, si tamen ab his quæ be-
nè cœpisti, non discesseris, sed vsque ad finem in eis perseveraueris, ô spiritualis & di-
lectissime fili; licet vobis quolibet modo agentibus, à decretis sanctæ memoriæ præcipui
decessoris mei Papæ Nicolai, quæ de Photij depositione & recuperatione Ignatij fra-
tris & confacerdotis nostri promulgauit, numquam quoquo modo discedamus. Tanto
enim volumus illius decretis concordare, quanto ipse cum hæc ageret, diuinis præcep-
tis concordare studebat. Nam & hoc necessarium est, vt custodiens prædecessorum
meorum decreta, doceam post decessum meum & mea quoque ab his qui post me fue-
rint, nullo modo violanda.

XLII. Postquam autem cognoscimus, quod misericors Deus Imperium vestrum simul &
affectum ad hoc erexerit, vt dispersa congreget, & quæ ceciderant erigat, & contrita
resolidet: fiducialiter possumus (Deo gratias) deposcere, vt hi qui abiecti sunt, ab Im-
perio vestro recipiantur, & hi qui dispersi, congregentur. Quapropter prudentissi-
mum virum Theognostum honorabilissimum Exarchum vestræ fiduciæ remittentes
commendamus, qui legatione tam pro fratre & comministro nostro Ignatio, quàm
pro

DE THEO-
GNO-
STO
EXARCHO.

Octau. Syn.
a. Act. 7.

HADRIANI
EPISTOLA
AD BASI-
LIUM IMP.

MICHAELIS
IMP. LITTE-
RAE SIMVL
INCENSÆ.

XXXIX.
CONGILIUM
IN CAUSA
PHOTII VO-
LYMINIS.

A pro ceteris contribulatis sanctus, per septennium apud Principis Apostolorum Limina,
& peregrinus & incolæ vixit, & eorum Confessionibus memoriam vestram assidue com-
mendauit; & à die aduentus sui vsque ad præsens pietatis vestræ præconia enarrare, &
Ecclesiæ manifestare vulnera, & eorum medelam exigere non destitit. Nunc verò quo-
niam iste vnus ex illis est, qui postquam lupus factus est pastor, continuè dispersi, & à
vobis piè omnia regentibus iterum congregati sunt, reuocetur & ipse petimus, & in
mandra Fidelium omnium à clementia vestra locetur, & inter latantes pios filios pater-
no affectu post longæ captiuitatis reuersionem connumerari mereatur, & ob amo-
rem Dei & protectorum vestrorum Principum Apostolorum honorem, à quorum re-
gimine proficiscitur, mansuetudinibus vestræ auxilia sentiat, & post turbationem sere-
nitatem, post tempestatem tranquillitatem, post multa aduersa, optatæ prosperitatis
affectum; quatenus qui per patronorum vestrorum intercessionem, Principum videlicet
Apostolorum Sedem remittitur, & quorum Principatum pro Ecclesia vestra, quæ
valde fluctuat, die ac nocte interpellare per multa curricula non cessauit: à misericor-
de Deo, quem in famulis eius honoratis, & hîc vobis felicitas continua, & inimico-
rum subiectio, & in futuro æterna gloria & infinita præmia, insuper & Regnum cæleste
cum sempiterna vita præstetur. Optamus Imperium vestrum à Christo & nunc & sem-
per valere, ô spiritualis & dilectæ filii. Data Kal. Augusti, Indictione prima. J hæc ad
Imperatorem Hadrianus.

Quod autem (vt vidimus) rumore sparso eundem Hadrianum Acta Nicolai Papæ
casta redditorum, & Ignatius Patriarcha substiterat, nec ex more litteras ad ipsum mi-
serat: hac de causa ad eum Hadrianus ipse rescribens, illum eo nomine reprehendit. lit-
teræ sic se habent: ^a

Hadrianus Episcopus seruus seruorum Dei honorabilissimo fratri & confacerdoti no-
stro Ignatio sanctissimo Patriarchæ Constantinopolitano.

Conuenerat sanctitatem tuam, licet nos ad sui adiutorium primum minimè prouoca-
uerit, saltem nunc super restitutione sua, quæ facta dicitur, lætificare nos anhelans, pro-
prias nobis litteras destinare. Verum licet hoc minùs studuerit agere, saltem gratiam di-
uinæ miserationis, quæ in te mirabiliter operata est, non taceres: Secretum enim Regis
(secundum quod ab Angelo Tobie ^b dicitur) celare bonum est; opera verò Dei enarrare
mirificum. Verumtamen consolatur nos conscientia, quæ non tantum nos, quantum
Apostolicæ memoriæ decessorem meum beatissimum Papam Nicolaum non tam pro
te, quàm pro charitatis custodia decertasse testatur. ^c Si enim qui diligunt nos, tantum
dilexerimus, quam mercedem habebimus? At quoniam frater noster es, si viderimus ^d te
necessitatem habere, & clausurimus viscera nostra à te, quomodo charitas Dei manet in
nobis? Igitur scito, quia in his, quæ decessor meus sanctæ memoriæ Papa Nicolaus pro
persona tua & his qui tecum in tribulationibus non defecerunt, insuper & pro Ecclesia
Constantinopolitana plurimum laborans, statuit & definiuit: & nos similiter manemus
& permanebimus: & sicut ipse ad horam mortis suæ vsque tam pro te, quàm pro his qui
tecum sunt, in præfata Ecclesia nequidquam cessauit procurans, ita & nos, auctore Deo,
vsque ad finem in opere pietatis huius nulli torpori dabimus operam. Debemus enim ip-
sius sequi laborem, cui gratia Dei successimus in honore.

Præterea communem filium Theognostum reuerendissimum Exarchum & dilectum
nobis, ecce ad vos transmisi. Qui ex persequentibus æmulatoribus tuis illinc nu-
dus saluatus, quin & mutato habitu vix huc pertingens, vitam lucratus est; deinde apud
Memorias Apostolorum per septem ferme annorum curricula, vt hospes & aduena de-
moratus non tantum propriam miseriam, quantum sanctitatis tuæ pressurâ, & Constans-
tinopolitanæ Ecclesiæ calamitates penè incessanter dessebat, ita vt non solum antè iam
dictum decessorem meum, sed & me postea nocte & die indeficenter erigere, & pro
statu tantæ Ecclesiæ & erectione, nostra crebris suasionum stimulis latera percutere, &
quemadmodum Angelus quondam, ^e Surge Petre, accipe fortitudinem ad saluandas
gentes, per singulos dies nobis dicere non cessaret, quousque auditum, Deo præstan-
te, suscepit, quod ardentem semper in pectore baiulabat. Qua de re, frater dilectissime,
sanctitati tuæ hunc commendantes, rogamus & deprecamur, quatenus circa se sen-
tiat beneficii tui propositum; & sicut vestræ factus est communicator passionis, ita sit
& consolationis: etenim dignus est operarius mercede sua. Non autem solum vt fami-
lia-

Annal. Eccl. Tom. 10.

L1 2

milia-

XLIII.

Ex Act. 7.
Oct. Synod.

HADRIANI
EPISTOLA
AD IGNA-
TIUM.

Tob. 12.

Math. 5.
1. Ioan. 3.

XLIV.
COMMEN-
DAT THEO-
GNO-
STVM.

Act. 12.

miliaris noster factus, sed vt à Sede Principis Apostolorum susceptus, hic debet ob amorem eius non qualemcumque in conspectu sanctitatis vestrae gratiam inuenire. At verò si ad Apostolicam Sedem quosdam mittere disposueris: hunc specialiter volumus præ ceteris mitteri, vt de prosperitate tua, quemadmodum & optamus, gratificari, & dispositionem & ordinem & causam Ecclesie Constantinopolitanæ, secundum diligentiam, quam de omnibus nos Ecclesiasticis negotiis certissime scire velle cognoscit, Apostolatu nostro referre maturet.

XLV. Commendamus autem sanctitati vestrae Euthymium gloriosissimum Spatharium, qui Romam Imperialem ferens legationem, primus nobis & Ecclesie nostræ de fraternitate vestra annuntiavit, & diuinam circa te misericordiam, & sanctitatis tuæ recuperationem innotescens, omnes gratulabundos effecit. Pro quo rogamus, vt & iste sentiat in opportunitate præsidium vestrum, & effectu amoris nostri protectionis vestrae solamina consequatur. Optamus tuam sanctitatem & nunc & semper bene valere, dilectissime frater & comminister. Data Kal. Augusti, Indictione prima.] hæc Hadrianus.

XLVI. At quid inter hæc Photius ita (vt audisti) humi depressus? Apicorum infidam fidem accusat, queritur, lamentatur, tamquam si iniuste pateretur vt innocens, & non de alieno sed de suo esset throno depositus: lingua non hæret, calamo non parcat, vtroque polens, vtroque procax. Inter alia autem reperitur questus esse de Ioanne Patricio Sacellario, cuius tunc apud Imperatorem Basilium summa erat gratia cum potentia. ad hunc ista ipse Laconice, sed salibus Atticis aspersa simul scripsit:

PHOTIUS AD IOANNEM PATRICIUM EPISTOLA. Velim quidem mihi adiungere amicum, quo nec vllum assequar superbiorum & excelsorum beneficiorum; nec mihi timeam, nequando aduersans, tamquam ventus ea simul abstrahat, quæ amissurum me, ne in fornix quidem putaueram. Vnde igitur ad hanc decidi voluntatem? Facta tua, qui aliquando diligebas, huc nos adduxerunt.] hæc ad eum Photius. Quam quidem epistolam vnà cum aliis pluribus acceptam ex Sfortiana Bibliotheca Petrus Morinus in Latinum vertit.

XLVII. His autem acceptis à Photio litteris Ioannes Patricius, hominis admiratus audaciam, frontemq; perfrictam, dum alteri tribueret quod sua ipsius culpa accideret, vt sede pelleretur, quam inuadens diu mala fide vt fur & latro possederat: amariore ad eum litteras reddidit, quibus eius suggillauit audaciam, ac repressit superbiam atq; temeritatem, quòd cum esset eunuchus, ausus esset sedem alterius inuadere & possidere. quæ sic se habent:

IOANNIS PATRICII AD PHOTIUM EPISTOLA. Ioannes Patricius Sacellarius Angariorum Photio. Attidi quidam te comparant, gallum vocantes Græcorum sophistæ. Nostri verè sapientes in Gynæceo te clausum collocant, eunuchum te esse non ignorantes, & hoc nomine appellantes. Vnde igitur tu, neglectis a vtiusque generis legibus, ad Ecclesie Dei sacramenta prosiliisti, sursum atque deorsum omnia euergens, vt tuam corruptam & infructuosam & inutilem conditionem in Ecclesiam Christi secundissimam, & multorum filiorum matrem intrudere contenderis? Sed certò scio, quòd inferis ipsis & inferorum portis per ea quæ perperam agis, turpiorem & inuerecundiorum te ipsum demonstrasti. Quod verò tu imbellis: nos & qui nobiscum est numerus & sanctus chorus, tuo licet malo & graui dolore, te confundemus & arguemus, etiam si tecum sumas opificem illum omnium malorum cum suis inferorum portis, quarum vna es tu fortasse, dum totum videlicet os tuum & linguam, vocemque tuam ipsi es largitus; vniuersam tamen eius cohortem ignauam & imbecilem contra suam Ecclesiam Christus ipse, qui veritas est, demonstrabit. Quousque igitur non desistes turpiter agere, & in cælum insanie tuæ sagittas cum magna amentia iaculari? Quibus rebus vel dæmoniis ipsis tuis sociis risum moues: contra verò Sanctis pro tuo interitu mœstitiam præbes, & tuum genus nunc longè magis quàm antea exosum & execrandum tua reddis prauitate.] hucusque ipsius Ioannis Patricij ad Photium epistola à Federico Merio Episcopo Thermularum Latinitati donata, quam nescio quomodo inuerso titulo cusam videbis inter alias Photij epistolas vnà cum ipsius Bibliotheca, nempe vt à Photio data habeatur Ioanni Patricio, cum ex argumento ipsius & persona Photij eunuchi non ab ipso, sed ad ipsum ab eodem Ioanne fuisse scriptam, nemo iure poterit dubitare.

XLVIII. At quid ipse his stimulis cruentatus? num quieuit? minimè gentium. Sed licet sciret durum esse contra stimulum calcitrare, non destitit tamen, aculeatas reddens litteras, quibus

A quibus inurens ipsi notam arreptæ tyrannidis, cum Basilio Imperatori studuisset; atque eius ruinam pariter vaticinans, ita breuiter sed acutè admodum scripsit:

Photius Ioanni Patricio & Sacellario. Admodum pulchrè quidem ac intelligenter se habere videtur vetus prouerbiu: In arborem, quæ vocatur tyrannis, multos ascendisse, neminem verò descendisse, sed inde corruisse omnes. Quod si ita est: quid tibi places, & exultas? Qui ne quidem in eius ramis, grauis omnibus, arrogans ac tumens, sed in foliis insipienter veheris.] hæc ad Ioannem Patricium & Sacellarium Photius, quam quidem epistolam pariter ex Bibliotheca Sfortiana vnà cum aliis acceptam Morinus conuertit in Latinum. At modò de Photio nobis satis, ad ipsum iterum reuersuris anno sequenti.

XLIX. Contigit hoc anno, mense Iulij, Lotharij Francorum Regis aduentus in Vrbe, antea (vt vidimus anno superiori) suis litteris ab Hadriano Pontifice impetratus. quæ autem transacta sint inter ipsum & Hadrianum, Regino ita describit: Lotharius Romam profectus est. Quòd cum perueneret, ab Hadriano Pontifice honorificè susceptus est. Qui ab eodem Pontifice seiscitatus, si monita pij Patris domini Nicolai cum omni vigilantia hætenus obseruata haberet, & præstitum iuramentum inuoluto fœdere custoditum? Qui ab illo deceptus, qui in veritate non stetit, qui non solum mendax est, sed etiam pater omnis mendacij, respondit, se ita omnia obseruasse, ac si diuinitus sibi essent imperata. Cumque proceres & optimates qui cum eo venerant, eadem testificarentur, nec vlla opposita persona inueniretur, qui aduersus regiam auctoritatem legitimum auderet controuersia inire certamen: vniuersalis Papa talia prosequitur: Si vestre testificationis verbis veritas suffragatur: cum omni alacritate mentis omnipotenti Deo multiplices gratiarum actiones referimus. Restat ergo, sili charissime, vt ad Confessionem sancti Petri accedas. Ibi Deo propitio hostiam salutarem pro tua non tam corporis quàm animæ incolumitate immolabimus; ex qua nobiscum te participare oportet, vt per hanc participationem membris Christi, vnde abscissus esse videbaris, merearis incorporari.

Finitis igitur Missarum solemnibus, iuuitat summus Pontifex eundem Regem ad mensam Christi; acceptoque in manibus corpore & sanguine Domini, ita eum alloquitur: Si innoxium te recognoscis à prohibito: atque interdicto tibi à Nicolao adulterij scelere, & hoc fixa mente statutum habes, vt numquam diebus vitæ tuæ Vualdradæ pellicis tuæ dudum à te repudiata misceris nefario concubitu: fiducialiter accede, & Sacramentum salutis aternæ tibi ad remissionem peccatorum profuturum percipe. Sin autem tua conscientia te accusat, teque lethali vulnere sauciatum proclamat, aut iterum redire, mente disponis in mœchiæ volutabrum: nequaquam sumere præsumas, ne fortè ad iudicium & condemnationem tibi adueniat, quod Fidelibus ad remedium præparauit diuina prouidentia.

Qui mente captus, obduratus & obcecatus, absque retractatione communionem corporis & sanguinis Domini de manu Pontificis sumpsit, non expauescens illam sententiam, quæ dicit: ^aHorribile est incidere in manus Dei viuentis. ^b Qui enim manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit. Deinde conuersus idem Præsul ad sequaces & fautores Regis, vnicuique communionem obtulit in hæc verba: Si domino & Regi tuo Lothario in obiecto adulterij crimine fauorem non præstitisti, neq; consensum tribuisti, & Vualdradæ & aliis ab hac Sede Apostolica excommunicatis non communicasti: corpus & sanguis Domini nostri IESU Christi prosit tibi in vitam aternam. Igitur quisquis se læsum sciens, ausu temerario communionem sub tali contestatione porrectam sumere præsumpsit, diuino iudicio percussus ab hac luce subtractus est antequam subsequenti anni rediret principium: perpauca qui se à communionem subtraxerunt, vix mortis periculum euaserunt. Porro Lotharius Roma egressus, morbo corripitur, & Placentiam ciuitatem perueniens, diem clausit extremum sexto Idus Augusti. Tanta autem strages in præfati Regis populo facta est, vt non peste petiisse, sed hostili gladio corruisse virtus & nobilitas totius Regni videretur, quæ eo tempore tantæ fecunditatis erat, vt in morem densarum segetum pullulans, veluti quoddam examen Imperij fines impleuerit.] hucusque tragedia Lotharij Regis infelicissimi à Reginone recitata, sed malè anno sequenti, errore ponens obitum Nicolai anno præfati. Subdit verò, eodem quoque tempore contigisse in Italia obitum Theurgaudi Episcopi Treuirensis, de quo nos superius, & Guntharij Colonienfis Episcopi à Nicolao anathemate condemnatorum. De obitu & sepultura

^a *Aim. lib. 5. c. 21.* tura Lotharij, paulò dilucidius habet Aimoinus hæc paucis ^a verbis: Lotharius autem A Roma lætus promouens, vsque Lucam ciuitatem venit, vbi febre corripitur, grassante clade in suos, quos sub oculis suis coaceruatum mori conspiciebat; sed iudicium Dei intelligere nolens, vsque Placentiam octauo Idus Augusti peruenit, ibique Dominica die superdiurnans circa horam nonam inopinatè exanimis penè effectus est, & obmutescens, in crastinum hora diei secunda moritur, & à paucis suororum, qui à clade remanserant, in quodam monasteriolo secus ipsam ciuitatem terræ mandatur.] hæc ipse, qui subiicit de thesauro erogato pro anima ipsius.

LII. ^b *Iob. 4.* Hic ecce finis Deum mendacis eludentium, Sedemq; Apostolicam fraudibus traducuntium Principum, vt planè acciderit illis secundum illud: ^b Vidi eos qui operantur iniquitatem, & seminant dolos, & metunt eos, flante Deo periisse, & spiritu iræ eius consumptos.] Ita de Rege ipso, & Principibus ministris ipsi pariter adulantibus, vltore numine, pœnas dantibus: etenim secundum illud Prouerbiorum sacrorum euenerat: ^c Princeps qui libenter audit verba mendacij, omnes ministros habet impios.]

LIII. ^d *Ioan. Diacon. Vir. S. Greg. lib. 4. c. 94.* ^e *Proph. 29.* Quod autem audisti, hoc anno inter alios, quos diuina vindicta tetigit, defunctum in Italia Theurgaudum Treuirensis Archiepiscopum: audi quæso, quæ de ipso scripserit Ioannes Diaconus huius temporis auctor, qui præsens cuncta perspexit: ^d Alio quoque, inquit, tempore, Theurgaudus quondam Treuirensis Episcopus, qui cum Gunthario Agrippinæ Colonie Episcopo à reuerendæ memoriæ Nicolao fuerat sacerdotali priuatus officio, liberalitate Hadriani Pontificis in eodem monasterio sancti Gregorij ad Cluuum Scauri mansionem suscepit. Cui beatus Gregorius in somnis apparens, maximum terrorem, quod de suo monasterio egrederetur, incussit. Ille perpendens, visum fuisse phantasticum, oratione facta, rursus dormire cepit, cui Gregorius Pontificali habitu redimitus apparens: Nonne (inquit) dixi tibi, vt à monasterio meo, quod in rebus propriis per inuocationem S. Andreæ Apostoli Domino dedicaui, recederes, quia diuersorum fieri nullo modo licuisset? Cumque Theurgaudus hospitandi ibi licentiam suscepisse se à Pontifice respondisset, Gregorius ait: Et tu qui petisti, & ille qui dedit, vtrique contra Deum fecistis, cuius vindictam citius incurres.

LIIII. ^f *THEVTGAV. DVS VNA CVM SVIS MORITVR.* Euigilans Theurgaudus, intremuit, & facta oratione, sopori se reddere voluit, cum repente venientium sonitum audiens, vehementer expauit, seque dormire simulauit. Appropinquans ergo Gregorius, sanctum Andream Apostolum per dexteram tenens, præcepit subdiacono qui se præibat cum lumine, dicens: Corripe illum. Qui dum correptus in lectulo clausis oculis refedisset, Gregorius ait: Aspice in nos, intuitus in eos Theurgaudus, magis intremuit, eumque sibi taliter comminantem audiuit: Quia secundò communitus, verbis oris mei credere noluisti, & me tua inobedientia adeò prouocasti, vt hunc Apostolum Dei huc fatigare studuerim: scitò cognoscens, quia nisi hodie ab hoc monasterio meo recesseris, futura hebdomada cum tuis omnibus vita priuaberis. Si verò recesseris, ab hac quidem momentanea sententia liberaberis; sed neque tu, neque aliquis hinc tecum degentium suam patriam reuidebit. Mox Theurgaudus lectulo se proripuit, & primò suis, deinde monasterij monachis, postremò quibuscumque potuit, somnium reuelauit. Et quia aliud hospitium citius à Pontifice impetrare non potuit, apud Sabinos concedens, eodem anno cum suis omnibus vita priuatus est.] hucusque Ioannes Diaconus de sine Theurgaudi, cui etiam Hadrianus ignouit, Deus non ita; quem diuturnæ contumaciæ voluit hinc pœnam luiffe.

LIV. ^g *THEVTGAV. DVS VNA CVM SVIS MORITVR.* Idem autem Hadrianus Pontifex, audita morte Lotharij fratris Ludouici Imp. ne que ipsi Ludouico legitimo successori deberetur hereditas, ab aliis inuaderetur, rempe à Carolo vel Ludouico Regibus eius patris, scripsit epistolam ad Principes in Regno Lotharij constitutos, hortans eos fideles esse debere Ludouico Imperatori, cui ex legitima successione Regnum competat, quæ sic se habet à Fabro vnà cum aliis accepta:

Hadrianus Episcopus seruus seruorum Dei omnibus primatibus & gloriosis Comitibus consistentibus in Regno domini Hlotharij quondam magni Imperatoris & genitoris domini Hludouici Imperatoris.

Perfectæ proculdubio charitatis est bonum, secundum Apostolum, gaudere cum gaudentibus, & flere cum flentibus. Vnde quia Hlotharius quondam Rex vester diuina de hoc sæculo iussione migravit: vos de obitu ipsius valde tristes effectos & lugubri doloris ingentis amaritudine vt pote viros fideles repletos esse, cognoscimus; carnalique affectu

eius

A eius nunc transitum flere. noster non minùs Apostolicus animus vobis compatiens & condolens, non solum pro actione illius Regni atque salute, sed etiam pro præsentis consolatione vestra, pro pace, concordia & vnitatem, quam vos ex toto corde sequi & fidei omnino deuotione complecti, ceu Christi membra nullam habentia maculam, quæ instantem aut futuram mortis perniciem vobis possit inferre, incunctanter oportet, flebilibus Dominum precibus precari sumus, & quotidie suppliciter exoramus, vt & illi qui carnali obiit conditione, vitam perpetuam, & vobis misericordiæ largitate consolationis, pacis, & vnanimitatis affectum & desiderium inspirare donareque dignetur. Quoniam ipse est qui nos paterno amore virga iustitiæ corripit, ac purgationis mœrore affligit, & ipse nos in omni tribulatione nostra clementer consolari dignatur, vt possimus sustinere, numquamque deficere.

B Quamobrem filij charissimi Apostolicæ Sedis magisterio plurimum debentes nos qui per supernam gratiam Apostolorum Principis fungimur vice, omniumque Ecclesiarum Dei curam & sollicitudinem nobis à Domino præ ceteris delegatam habentes, antequam antiquus noster aduersarius mentes vestras occultis & impiis nequitia suæ versutis corumpat, & morbo insanabili fauciet, armis præcincti diuinis occurrere, salubribusque vos informare præceptis debemus: quibus humiliter obedientes, sicut omnes qui ab initio Deo placuerunt, salui esse possitis, dicente Domino in Euangelio: ^a Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Quapropter charitatem vestram, charissimi in Domino filij, Apostolica tuba monemus, & cælesti magisterio exoramus, vt pro Regni stabilitate vos nunc in ea fide mentisque sinceritate generaliter omnes satagatis consistere circa dilectissimum & spiritalem filium nostrum domnum Hludouicum Imperatorem Augustum, quam circa diuæ memoriæ quondam Hlotharium Imperatorem patrem illius mundo pectore conseruastis, vt nullus mortalium, cuiuscumque sit dignitatis & gloriæ, vos ab Apostolicæ Sedis præcepto monituque salubri possit, modis aut argumentis quibuslibet reuocare, vel à via veritatis in obliquum deflectere, nec vllius præcepta magis quam beati Petri Apostoli, per os nostrum prolata, vobisque vtiliora iuendis percipere auribus studeatis. Quoniam ipsi & paterno & hereditario iure secundum legem & rationem hoc Regnum debetur, & per paternæ hereditatis successione summoperè pertinet: quippe cum eum præfatus genitor illius quondam Imperator constituerit Imperatorem, Regni que totius heredem præ ceteris sublimauerit natis, sicut Isaac quondam Iacob filio suo benedicens, dominum ^b illum Esau constituit; ^c Gen. 27.

C ita & huic ceteris prælato totum omnino est à patre concessum Imperium. Quin ipse adhuc viuens, Imperiali voluit & consentit vnà vobiscum ab Apostolica Sede diademate coronari, sceproque potiri sine dubio Augustali permisit. Ideoque nobilitatem vestram monemus & obtestamur in Domino, vt nullatenus ab eodem vos spiritali filio nostro Augusto, quibuslibet promissionibus vel minis alicuius separare diuidereque tenteris: sed illi quam diu superna vixerit voluntate, in omnibus veluti proprio Seniori, proprio Imperatori, iustoque heredi Regni obedire, fidemque illæsam more solito conseruare, studioque sagaci semper attendite, vt Dei omnipotentis & sancti Petri gratiam nostramque plenariam habere mereamini benedictionem, & Apostolicæ communionis confortium.

Nam quem ex vobis contraria tentare nitentem, atque Apostolicæ Sedis monitis in contemptum beati Petri Apostoli cælestis Regni clauigeri spretis, ad aliam se partem conferre cognouerimus: velut infidelem & Ecclesiasticæ paci & saluti contrarium à nostri Apostolatus communionem non solum alienum habebimus, sed etiam anathematis vinculo, iure meritoque alligare omnino curabimus: & nos secundum Apostolicæ priuilegium dignitatis & potestatis, ipsum excellentissimum ac spiritualem filium nostrum dominum Hludouicum Imperatorem Augustum, Regni huius prouinciæ, scilicet Gallie totius Regem dominum & Imperatorem, sicuti iam olim à Deo præordinatum esse constat, & ab antecessoribus nostris sacris Pontificibus statutum multis videtur indicis, habemus, & quousque supererit ipse, eum habere studebimus. Quod sanè Regnum si tyrannus aliquis contra diuinam & Apostolicam voluntatem inuadere præsumperit, Apostolicæ sine mora sustinebit vltionis censuram. Optamus nobilitatem vestram vnanimi deuotione consistere, & in insolubili charitatis vinculo manere coniunctos.] hucusque

L I 4

litte-

LVI.

Ioan. 14.

Gen. 27.

LVI.

EXCOMMUNICATI-
ONEM MINA-
TUR HA-
DRIANVS
PAPA.

litteræ Hadriani Pontificis ad Regni proceres, qui inobedientes Pontifici descuerunt à Ludouico Imperatore legitimo sui fratris successore, & adhæserunt Carolo Caluo eiusdem Lotharij defuncti Regis patruo, cuius rei causa plurimum fuit ipsi Pontifici declamandum aduersus eiusdem Regni Lotharij inuasores, vt ex eiusdem Hadriani Papæ litteris apparet, quæ datæ habentur anno sequenti, quas suo loco pro integra veritate historię consequenda inferius recitabimus.

I. LEGATIO A PAPA MISSA CONST.

SEQUITUR Christi Redemptoris annus octingentesimus sexagesimus nonus, Indictione secunda inchoatus, quo Hadrianus Papa ad celebrandam Synodum Oecumenicam Legatos Constantinopolim mittit. De his enim hæc apud Anastasium in Hadriano: Post hæc cum epistolis decessoris sui, sicut ab eo fuerant ordinati, Donatum Episcopum Ostiensem, & Marinum diaconum Constantinopolim destinauit: quibus eiusdem epistolas suo tantum nomine titulas, sed & commonitorium dedit; his autem & Stephanum Nepefinum Episcopum sociavit; eisque præcepit, vt omne scandalum Ecclesiæ Constantinopolitanæ solerter sopirent, & segregatis à Methodio & Ignatio sub satisfactione libelli, quem de scrinio susceperant, proprias Ecclesias redderent: Photianis verò sub eadem & strictiori satisfactione communicarent quidem, sed sacerdotium vsque ad reciduiam Apostolicæ Sedis sententiam, manente sanctissimi Nicolai Papæ iudicio, protelarent.] sed reddamus hęc appositæ epistolam Hadriani Pontificis ad Basilium Imperatorem de cogenda Synodo per eosdem Legatos missam ex Actis eiusdem Synodi Octauæ acceptam, quæ sic se habet:

2 Synod. Off. Act. I.

II.

EPISTOLA HADRIANI AD BASIL. IMP. PRO SYNODO. 10b 9.

Hadrianus Episcopus seruus seruorum Dei, Deo amabili & piissimo Imperatori Basilio Augusto Christianissimo & desiderabilissimo filio. Legationis excellentiæ tuæ præstantissimos gerulos ad antecessorem meum Apostolicæ recordationis Papam Nicolauum destinatos, nos licet indigni suscepimus, innumerasque laudes, & gratiarum actiones tota mente, totaque profus intentione Deo persoluimus. Nimirum qui facit magna & inscrutabilia; quorum non est numerus; quiq; omnia iura Regnorum, omniumq; continens potestatem, his tuum diebus suscitauit cælitus protectum Imperium, per quod Apostolica Sedes, ipso auctore, coeptum pro Ecclesia Constantinopolitana pietatis opus cõsummaret, & eius iam iamq; remouens funditus casum, instauraret tandem aliquando gratulabunda, qui malè ceciderat, statum, & mercenario, quinimò lupo rapace non parcente gregi penitus sequestrato, rectorem ei redderet proprium, & pastorem reformaret legitimum. Igitur, o quam vobis est illa laudabilis, & ab omnibus veneranda; quam, inquam, est Sedes Apostolica laudabilis, & meritò à cunctis mortalibus efferenda, quæ semper Catholicis subuenire consuevit; quæ semper gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus non cessauit.

III. COMMENTATIO REVM GESTARVM A BASILIO IMP.

4 Ecd. 7.

Sed & tu, felix Imperator, & multis præconiis dignus, qui verborum semina diuinorum, non vt ager petris, aut spinis, aut vepribus occupatus, sed vt terra bona, corde bono suscipiens, fructum multiplicem attulisti, & quasi verus Ecclesiastes, mox perceptis habentis Imperij, Ecclesiæ paci consulere magis quam ad ceteras res humanas attendere procurasti, ac per id alter quodammodò Salomon, id est, Pacificus, temporibus nostris apparuisti; audisti quippe verba Dei Patris tui, & non dimisisti legem Matris tuæ. Adeò vt quæ decessori tuo pro ea suggerebantur, ipse feceris. Et quia, secundum Scripturam, nemo est qui possit corrigere, quem Deus despexerit: eo incorrecto diuina permissione deficiente, ipse correctiones eiusdem Ecclesiæ operari satagis. Intellexisti enim, vt litteræ tuæ mansuetudinis innuunt, quibus vulneribus fauciat, te cælitus consecuto Imperium, quæ apud vos est, manebat Ecclesia, & quòd hæc Sedes huiuscemodi mederi posset vulneribus, magistris Fidei nostræ scrutatis, liquidò didicisti, atque idèd hæc curare cupiens, Apostolicæ Sedis decreti remedium sanissimè requisisti; cuius nimirum medicamenti Ecclesia Constantinopolitana, sæpè præsulibus eius languentibus, infirmata pristinam sospitatem vigoremque resumpsit. Nam quibusdam ipsorum nonnumquam

A quam errantibus, quibusdam verò imminenti persecutionis iniuriam sustinentibus hæc semper subuenire non desistit, illis scilicet tramitem directionis ostendens, istis pietatis manum semper extendens.

Itaque, fili charissime, venerabilis semper Auguste, noueris quidquid erga sanctissimum fratrem & Coepiscopum nostrum Ignatium, vel circa schismaticum Photium, diuinitus inspiratum, & iustitiæ zeli succensum te litteris intimas peregisse: nobis & vniuersæ Occidentalium Ecclesiæ per omnia placuisse, præsertim cum nihil egeris, præter quod Apostolica Sedes cum totius Hesperię præsulibus iam dudum agendum decreuit, & nulla mora interueniente, perficiendo mandauit. Quæ videlicet cum his omnibus propter id cælitus protecto Imperio tuo grates multifarias reddunt, & humillimæ obedientiæ tuæ præconiâ laudibus eximiis indagare non desinunt. Porò de sacerdotibus, vel ceteris, qui contra pacem Ecclesiæ facientes, vnitatem eius scindere præsumperunt, & in fratrem & Coepiscopum nostrum multifariam commississe probantur, super quibus etiam decretum ab Apostolica Sede clementia tua more præcorum Principum postulat: sciat dilectio tua, quia sicut diuerso modo deliquisse referuntur, ita diuersis definitionibus subici non inconuenienter oportere, perpendimus. Quorum tamen differentias Apostolicæ Sedis Legatis, vnâ cum fratre & comministro nostro Ignatio conuenientibus, quemadmodum nobis desuper datum est, moderandas commisimus.

I V. PROBANTUR RES GESTAE AB IMP.

* al. inclamare

Verum quia pietas tua cum Ecclesiastica misericordia nos circa illos ad id quod humanius est, exhortatur: nolumus ignorare, quoniam vltra quam dici possit, hinc, fateor, mœrore comprimimur, immensoque dolore constringimur, eos nimirum non solum beatæ memoriæ decessoris mei Papæ Nicolai, quibus & ipse subscripsi, iustis sanctionibus creberimè percellentibus, verum etiam sanctorum Patrum regulis seuerissimè, seu quodammodò peremptoriè punientibus. Verum tamen propter pacem facilius obtinendam, propterque tantam multitudinem, si tamen resipuerint, misericorditer liberandam (vt cum S. Gelasio Papa dicamus) necessaria rerum dispensatione constringimur, & Apostolicæ Sedis moderamine conuenimur, sic canonum paternorum decreta librare, & retro præsulum, decessorumque nostrorum præcepta metiri, vt quæ præsentium necessitas temporum restaurandis Ecclesiis relaxanda deposcit, adhibita consideratione diligenti, quantum potest fieri, temperemus; quod & nos æqua possumus pro lucrandis fratribus ratione prosequi, & temporum necessitati consulendo penitus imitari: Photij dumtaxat ordinationem ab huius moderamine pietatis interim profus excipientes, eamque passim, & præter examen nullatenus admittentes. Dicit enim altisona Ecclesiæ tuba, sanctus videlicet Sedis Apostolicæ Papæ Leo (cuius sententiam, quidquid vbique Catholicum est, velut cæleste miratur, celebrat, & veneratur oraculum) Cum sæpè quæstio de malè accepto honore nascatur, quis ambigat, nequaquam istis esse tribuendum, quod non doceatur fuisse collatum? Neque enim inter Photium mœchum & Maximum Cynicum à Synodo secunda damnatum, vel inter ordinationes huius & illius distinctionis aliquid esse coniciamus. Atque idèd pari sine constringi debere videretur, qui par habuisse cum eo principium, modis omnibus comprobatur. Sic quidem, & iuxta quod præfatus magniloquus Pontifex vniuersis per Cæsariensem Mauritaniam constitutis Episcopis scribit: Difficile est, vt bono peragantur exitu, quæ malo sunt inchoata principio. & infra: Non in cuiuspiam persona ergo prætermittendum est, inquit, quod institutis generalibus continetur; nec putandus honor ille legitimus, qui fuerit contra diuinæ legis præcepta collatus. Et certè fidelissimus & prudentissimus vir Basilius Imperialis Spatharius, preces vestras nobis pro his in perceptis ordinibus recipiendis multiplices detulit, & adèd constans & continuus penes nos in precibus persistit, vt si non legitime recipi posse quodammodò viderentur, ipsius (vt ita dicamus) insolentia victi, recipiendos esse profectò statueremus. Verum & circa hos post reuersionem Missorum nostrorum, postque rerum gestarum nobis expositas differentias, & indagatas liquidius personarum, culparum, & prouectionum qualitates atque distantias, si quid miserationis impetrandum, docente Deo, apud quem omnia possibilia sunt, nobis fuerit referatum: non erimus penitus inflexibiles; nimirum qui semper ad omne bonum cupimus existere suauisibiles.

V.

NECESSARIA DISPENSATIO.

Volumus ergo per vestrę pietatis industriam, illic numerosum celebrari Concilium, cui

LEONIS MAGNI DIGNA LAVS.

PHOTIVS MAXIMO CYNICO ET DIOSCORO COMPARATVS.

V I. cui

DE CONGRE
GANDO CON
CILIO ET
COMBUREN-
DIS PHOTII
SCRIPTIS.

cui nostri quoque Missi præfidentes, & culparum personarumque differentias liquidò cognoscentes, iuxta quod in mandatis acceperunt, singulorum liberè discretionem exerceant. In quo videlicet sacrato cœtu execrando vanitates concilij, quod aduersus Sedis huius actum est prorsus iniuriam, cuncta decernimus exemplaria prorsus à possessoribus suis ablata, in mediumque delata, contemplantibus cunctis, igne cremari: nec superesse apud quemlibet ex his omnibus saltem iota vnum, vel vnum apicem, nisi fortè quis totius clericatus, immò totius nominis Christiani dignitate, anathemate percussus, carere voluerit. Non enim nos tam detestandum collegium nisi Ariminensi sub Constantio, vel Ephesino à Dioscuro congregato Latrocinio comparandum decernimus. Accendatur igitur circa protectorum tuorum reuerentiam, beatorum videlicet Apostolorum Principum, fili charissime, tuæ zelus pietatis, & tantorum ficta commenta præstigiatorum remanere nullo modo penes aliquem patitur, sed si quisquam hæc defendere, vel occultare, sibi que in posterum seruare tentauerit: tua publicis legibus promulget multiplex sapientia, quid huiusmodi persona post Imperiale debeat editum redargutionis incurrere, vel quantum conueniat si non correctionis, saltem * correctionis incidere. quatenus per hoc pura conscientia cum Psalmista de cetero canere valeas: ^a Odiui congregationes malignorum, & cum impiis non sedebo: lauabo inter innocentes manus meas, &c.

* Locus de-
prauius.

* Psal. 25.

VII.
VT DECRETA
AB APOSTOL.
SEDE SVB-
SCRIPTIO-
NE EPISCO-
POR. ROBO-
RENTVR.VIII.
DE MONA-
CHIS ROMA
PROFECTIS
SINE LI-
CENTIA.IX.
HORTATVR
IMPERATO-
REM AD
PERSEVE-
RANTIAM.X.
COMMEN-
DANTVR
LEGATI A-
POSTOLICAE
SEDIS.

Insuper exhortamur, & salubri suadere studio procuramus Imperatoris instantiæ vestrae annexa sententiarum capitula, vt quæ synodicè in Ecclesia Dei, vbi sanctum corpus Apostolorum Petri principis requiescit, pro abominandis profanis conciliis Constantinopoli à Photio, tam aduersus Sedis Apostolicæ reuerentiam, quam contra fratris & comministri mei Ignatij pontificium congregatis communi consonantia promulgauimus, apud vos in Synodo cunctorum subscriptione roborentur, & in singularum archiepis Ecclesiarum prouidè recondantur.

Porro diuinitus protectum Imperium tuum precamur, vt Basilium, Perrum, Zosimum, & alterum Basilium, qui scelerum suorum conscij, & cupiditatis ardore succensi, propositum deseruerunt, & sine commendatiis litteris Constantinopolim properauerunt, ad nos per præfentes Apostolicæ Sedis Missos remittat, quatenus dum professionem & loca, quæ propter Deum primitus elegerunt repetierint, & tibi caeleste præconium conferatur, & illis suarum lucrum animarum, diuinitate propitia, concedatur. alias autem si sanctorum Patrum regulæ calcari minimum vel contèni tentantur, eos impune profectò nullus penes se retinere prorsus audebit. Apud nos quidem à rudimentis abactati, & sanctæ sunt conuersationis habitum consecuti, quin & in monasteriis nostris officium presbyteratus adepti. Interim tamen eos, quòd sunt excommunicati, donec ad nos redierint, tamquam sacrorum violatores Canonum, cognoscere volumus.

His ita prælatis, obsecramus diuinitus redimitum tranquillitatis tuæ caput, in cœptæ pietatis opere circa fratrem & sacerdotem meum Ignatium persistere, atq; à decretis Apostolicæ Sedis in nullo quoquo modo deuiare, sed promulgationibus eius archius hærens, à proposito noli recedere; & quousque vnitas fiat Ecclesiæ, nulli stude quæsumus delictæ cedere: nemini quippe profuit vniquam, bonum cœpisse, & minime consummasse. Quamobrem vt Regnum, quod temporaliter assecutus es, perenniter adipiscaris, coronamque pro corruptibili capias incorruptam: hoc pietatis opus perficere satage, perfectumque coram summo agonothea Christo repræsentare decerta.

Postremò dilectos fratres meos, Donatum scilicet sanctæ Ecclesiæ Ostiensis, & Stephanum sanctæ Nepefinæ Ecclesiæ reuerendissimos & sanctissimos Episcopos, atque filium meum Marinum Apostolicæ Sedis diaconum, consiliarios nostros, tuæ commendantes pietati, precamur, vt eos ob amorem præcipuorum Apostolorum Petri & Pauli, à quorum Sede mittuntur, benignè suscipias, & tamquam nobismetipsis aures credulitatis accommodes, familiaritatis videlicet tuæ fiduciam illis impendens, & præfatos in eis eximios intercessores tuos Apostolos reuerenter attendens. Quos vt celeriter ad nos remittas, obnixè deposcimus. Cupimus enim tam de sanctæ Ecclesiæ reintegrato statu, quam de incolumitatis tuæ concessio diuinitus dono semper in Domino gratulari, ac per hoc hortamur & deprecamur, vt apud vos nullam eos moram sustinere facias, sed tuæ benignitatis solatio freti, velociter de omnibus quæ illic secundùm Deum geruntur, nos aduentu suo constituant lætiores.

Com.

Commendamus etiam clementiæ tuæ tam reuerendissimum & sanctissimum fratrem nostrum Ioannem Metropolitanum Sylei, qui à fratre & Coëpiscopo nostro Ignatio ad Sedem Apostolicam directus est, quàm etiam gloriosum & spectabilem virum Basilium Imperialem Spatharium, qui cum eo à Deo conseruando tranquillitatis tuæ Imperio destinatus est: qui tanta postquam illinc profecti sunt, offendicula (vt didicimus) pertulerunt, vt properantes nullum periculis, quæ Paulus in Epistolis suis dinumerat, euasisse videantur. Quapropter dignis sunt vicissitudinibus à pietate vestra remunerandi, qui pro Ecclesia Christi, proque iniuncta sibi à pietate tua legationis consummatione tot & talia subire promptissimè conseruerunt.

Alterum verò nominatum in scriptis tuis Metropolitanam, Domino dispensante, non vidimus: quia enim, sicut iste à reuerendo Patriarcha Ignatio, ita seorsum ille à Photio tyranno mittebatur, volens Deus ostendere, non in duo Ecclesiam suam fore scindendam (quod videlicet malum Ieroboam quondam in Israël Rex impius egit) nolens etiam nos auctoris huiusmodi schismatis nec ipsam quoque visionem percipere: antequam ad nos perueniret, iusto iudicio suo, pelagus cooperuit eum. Et qui populum Dei diuiserat, diuisa est super eum aqua, deuenitque in profundum quasi lapis.

Verùm si fortè mouetur à Deo redimitum Imperium vestrum, quia præfati Legati penes nos diutissimè morati sunt: precamur, & obnixè flagitamus, non eis imputetur, nisi qui vt dimitterentur, non horis, non momentis, non denique clamantes atque pulsantes vllis interuallis parcere consentiebant, sed instantibus & irremotis laboribus, & sollicitudinibus omnium Ecclesiarum Dei, quas secundùm Apostolum circumferimus, adscribatur. Non enim requies vlla nobis, non otium fuit à die peruentiois eorum, nunc videlicet Ecclesiæ, quæ apud vos est, causam tractantibus; nunc aliarum quoque partium mundi negotia * more perpeti disponentibus. Præsertim cum ad hanc solam controuersiam, qua pro Ecclesiæ Constantinopolitanæ commotione petimur, dignè modificandam, licet prolixum fuerit ipsum tempus, non sufficere crederetur re vera, quam interitus & omni diligentia nos oportebat examinare, ac eorum quoque qui longè sunt fratrum & Coëpiscoporum nostrorum super hoc consensus, immò consilia præstolari: Salus enim, teste Salomone, vbi multa consilia. Non enim in aliquem horum hinc indignetur vestra tranquillitas; quos non propriæ voluntatis impediuit aliqua tarditas: sed multiplex prohibuit numerosarum Ecclesiarum per industriam nostram subleuandarum properare necessitas. Piissimum Imperium vestrum gratia superna custodiat, eique omnium infidelium gentium ferocitates ad exultationem sanctæ Ecclesiæ, potenti virtute subternat.] hætenus Hadriani Papæ ad Basilium Imperatorem epistola. cui licet non inhæreat mensis & dies quibus data est, tamen ex eiusdem Pontificis epistola eidem Legatis tunc data ad Ignatium Patriarcham, quæ scripta habetur quarto Idus Iunij, Indictione secunda, vtique eadem ipsam scriptam esse die, possumus intelligere. Verùm eam ad Ignatium ab eodem Pontifice datam hinc breuitatis causa scribere prætermittimus, habetur intexta & ipsa Actis ipsius ^d Octauæ Synodi, estque eius exordium: Nec scriptura pandere, nec profectò lingua sufficit enarrare.] est eiusdem argumenti cuius nuper recitata, scripta ad Basilium Imperatorem.

Acceptis ergo ab Hadriano Pontifice litteris Legati, ab Vrbe egressi, cum Legatis Imperatoris & Ignatij Patriarchæ proficiscuntur Constantinopolim. quomodo autem excepti sint, quæ apud Anastasium leguntur, ostendunt, quæ hic describenda sunt. ait auctor: Itaque multorum anfractu laboriosos circuitus penetrantes, tandem Christo præduce, Theffalonicam veniunt, in quam Basilium Imperator Eustachium Spatharium Candidatum cum suæ salutationis officio sanctæ Romanæ Ecclesiæ Legatis obuiam destinavit. Qui eos admodum honorificè per contingentia itineris loca ducens Syllambriam, posuit, à Sifinnio Imperiali Protospathario, & Theognosto Patriarchali Egu- meno, qui Romæ apud sanctissimum Papam Nicolaum pro restituendo Ignatio sedulus intercessor extiterat, cum quadraginta equis de stabulo Imperiali, & totius mensæ argenteo apparatus, officialibus qui sibi ad omne libitum famularentur excepti, ad Castrum Rotundum, in quo est Ecclesia miræ magnitudinis, sancti Ioannis Euangelistæ nomine Deo dicata, fauore Augustali sabbato mansionem suscipiunt. Et Dominica, quæ quintadecima dies Septembris erat, per Indictionem tertiam, mensis initio, more Græcorum inchoatam, singulos equos cum sellis aureis deuotione Imperatoria capientes, obuia-

XI.

XII.
DE MERSIO-
NE LEGATI
A PHOTIO
MISSI.

* 3. Reg. II.

XIII.
EXCVSATIO
DE MORA
LEGATO-
RVM.

* 2. Cor. 6.

* al. motu

* Proh. II.

* Off. Synod.
Act. 3.

XIV.

* QUOMODO
LEGATI SE-
DIS APO-
STOLICAE
EXCEPTI.

obuiatis omnibus scholis, videlicet Spathariorum, Candidatorum, Stratorum, Mandatorum, ceterorumq; palatinorum ordinum cum omnibus clericorum planetatis ordinibus ad portam Auream veniunt: ibi à Paulo librorum custode, & Ioseph vasorum custode, simulq; Basilio Sacellario Ecclesiasticis induti vestibus salutati cum Syncellis Patriarchæ Constantinopoleos solènter procedunt. Omnis populus cum cereis & lampadibus prosequitur, sicq; ad Irenes palatium descendentes, in domo quæ dicitur Magnaura, à Ioanne à Secretis Spatharioque Candidato, & Strategio Spathario Candidato, qui subministracionis gratia fuerant deputati, laudabiliter suscipiuntur: per quos Imperialia mandata suscipiunt deuotissimè proculdubid suggesta, ne fortè molestè ducerent, quòd Imperiali natalitio imminente, in crastinum suscipi non valerent.

XV. Quo feliciter celebrato, misit Imperator in occursum ipsorum omnes ordines palatinos. Quibus præcedentibus ante Imperatorem in chrysotriclinio ipsis continuò assurgentem salutabundi conueniunt, Apostolicas epistolas Imperatori offerunt. Quas Imperator per semetipsum suscipiens, osculatur. De statu Romanæ Ecclesiæ, salute domni Hadriani summi Pontificis, deq; omni clericorum, Senatorumque ordine ordinabiliter perferatur, Legatosque amabiliter osculatus, Ignatio Patriarchæ iussionem Apostolicam perlaturus absoluit.

XVI. Cùm verò sequenti die ad Imperatorem redeunt, taliter Imperator eos alloquitur: Sanctæ Constantinopolitanæ Ecclesiæ per ambitionem peruicacissimi Photij diuersis schismaticorum fluctibus laceratæ, sancta omnium Ecclesiarum Dei Mater Ecclesia Romana, sanctissimi domni & vniuersalis Papæ Nicolai, sicut in eis litteris, quarum auctoritate præsens Pater noster Ignatius, qui violenter fuerat à Photianis expulsus, sedi propriæ nuper, iuuante Domino, restitutus est, potest luculenter intelligi, fida prouisione consuluit. Quapropter nos cum omnibus Orientalibus Patriarchis, Metropolitibus atque Episcopis, censuram sanctæ Matris nostræ Romanæ Ecclesiæ per biennium præsolantes, propter Dominum petimus, vt Dei negotium viriliter peragatur, & tandem aliquando auctoritate vestri sacri Collegij tam pestiferæ Photianæ terguersationis scandala pellantur, quatenus vnitas & tranquillitas optata diutius, iuxta decretum sanctissimi Papæ Nicolai restaurentur.

Legati sanctæ Sedis Apostolicæ responderunt: Et nos idèd venimus, idèd missi sumus. Sed neminem Orientalium vestrorum (vt nostra Synodo statutum est) suscipere possumus, nisi oblato libello, cuius formam de scrinio sanctæ Sedis Apostolicæ sumplimus, nobis fuerit satisfactum.

XVII. Imperator & Patriarcha dixerunt: Quia nouum hoc & inauditum de libello proferendo asseritis, necesse est, vt tenoris illius formam videamus. Nec mora, libelli forma prolata est, & de Latino in Græcum conuersa omnium notitiæ declaratur.] reliqua autem quæ sequuntur ad Synodi Acta pertinet. Sic igitur cùm ita benignè & honorificè Legati Apostolicæ Sedis excepti fuissent, quæ spectare viderentur Synodum curauere, quam nò ante mensè Octobris inchoare potuerunt. extant eius Acta diligenter excepta, quæ hîc à nobis non per singula quæque verba sunt describenda, sed summam reddenda. In primis legitur ei præfixa præfatio, qua infelix Photius iure perstringitur, dum arbor infructuosa falce Apostolica succidenda vocatur, nec non simulator, hypocrita, raptor, lupus, grassator, quiq; demum per antiphrasim Photius nominetur, non secus ac princeps tenebrarum Lucifer appellatur pessimus omnium dæmon: commendatur etiam zelus Nicolai Pontificis aduersus eum, cuius rei causa alter Elias sit nominatus. Eiusmodi igitur præfatione præmissa, in ipsa Synodo celebranda, in primis, more maiorum, tempus ita describitur, diuino implorato primùm auxilio:

XVIIII. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen. Anno tertio Consulatus amicorum Christi & piissimorum Imperatorum nostrorum Basilij & Constantini perpetuorum Augustorum, Indictione tertia, mense Octobris, die quinta, feria quarta, præpositis pretiosis & viuificis lignis sanctæ Crucis, & intemeratis salutis nostræ Euangelis in dextris partibus catechumenorum nominatissimi templi S. Sophiæ.] hæc quæ ad tempus atque locum Synodi celebrata. Quod autem ad personas præter nominatos Apostolicæ Sedis Legatos & Ignatium Patriarcham, recensentur interfuisse qui tenerent locum patriarcharum Antiochæ & Ierosolymorum, pariter Imperator vnà cum pluribus Patriciis viris clarissimis. Quibus confidentibus, ingredi iussi sunt Episco-

BASILIUS VENERATVR LITTERAS APOSTOLICAS.

QVID IMP. AD LEGATOS.

MVNVS LEGATORVM.

QVID PRÆFATIO OCTAVÆ SYNODI CONTINEAT

XVIIII. ACTIO I. DE TEMPORE, LOCO, ET PERSONA SYNO-

A Episcopi qui numquam desierunt ab Ignatio gloriosi Confessores eius causa multa perpelli, omnes numero duodecim, & non amplius. Ex quibus planè considerare licet magnam atque miserandum Orientalis Ecclesiæ naufragium, in qua ij tantùm sint inuenti perstantes fortes in fide legitimi Patriarchæ Ignatij, ceteris Photij execranda communione polluti: cùm tamen annumeratis iis qui recantantes palinodiam Synodo subscripserunt, in fine recensentur interfuisse huic Synodo centum & duo Episcopi. ita Nicetas. Iussi igitur hi sedere, laudati primùm; & vbi omnes ordine consedisent, iussa est legi eiusdem Imperatoris Basilij exhortatio ad Synodum, qua monuit eos omnes, quæ recta sunt iudicare, quod nominatum Epanagnoticum est.

His peractis rogati sunt Apostolicæ Sedis Legati, mandatum eius à quo missi essent, ostendere. Tunc ad hæc ipsi: Hoc nos non inuenimus in vniuersali Synodo factum, vt Vicarij senioris Romæ à quolibet perpendantur, vt talem existimationem habeant.] tunc Bahanes famosissimus Patricius & Præpositus (gerebat hic in Synodo munus iudicis cognitoris) dixit: Er nos non propter inhonorantiam Apostolici throni hoc dicimus, sed quia anteriores vestri ascendentes Missi Rodoldus & Zacharias deceperunt nos, alia in mandatis habentes, & alia facientes. Quibus persuasi Legati, obtulerunt legendas Hadriani Papæ litteras ad Imperatorem datas, quibus quæ Legatis ipsis mandata essent, continerentur. quæ primùm Latino sermone, vt scriptæ erant, lectæ sunt à Marino diacono Sedis Apostolicæ vno ex Legatis, quæ à regio interprete translata Græcè auditæ sunt legi. quibus lectis ab Ignatio Patriarcha & reliquis Episcopis Deo pro tanto beneficio per Romanum Pontificem impertito, gratiæ redditæ sunt. Post hæc ab Apostolicæ Sedis Legatis iussæ sunt legi Legatorum Patriarchalium sedium Orientis litteræ, quas ab ipsarum Patriarchis acceperunt. Pro Patriarcha Antiocheno (quòd sedes illa vacaret) satisfecit qui aderat Elias Tyri Episcopus, tenens locum Patriarchæ, sede vacante. Venerunt hi ante fermè biennium, vt in Actione quinta inferius enarratur. Lectæ verò sunt litteræ Theodosij Ierosolymorum Patriarchæ ad Patriarcham Constantinopolitanum redditæ, quarum est exordium: Honorabilissimis & cultu dignissimis litteris, &c.] ex quibus quædam quæ pertinent ad præsentem statum eius Ecclesiæ intelligendum, hîc describenda sunt.

Significatur enim ex illis, Ierosolymorum Ecclesiam sub Sarracenorum iugo positam hoc tempore pace frui, non sine tamen trepidatione, ne aliqua leui occasione ab hoste Christianæ religionis arrepta perturbaretur. De pace autem docet his verbis: Nostri autem vtrique, sanctissime, causam ob quam neque scribere neque mittere potuimus ad vos, ne fortè fieremus penes potestatem quæ nos tenet, existimationis malæ vel suspicionis. Etenim multam beneuolentiam & compassionem ostendunt in nos, licentiam nobis præbentes ædificandi Ecclesias nostras, & tenendi sine prohibitione mores nostros, iustè agentes, & in nullo nobis iniuriam vel violentiam inferentes.] Et pauld post, quo prætextu vel colore miserit Legatos ad Synodum, ita declarat: Nostri autem vtrique, sanctissime, quia multa temeritate & ausu hos transmittimus præcipitanter & audacter ad ereptionem quasi quorundam Sarracenorum apud vos in custodia consistentium. Precamur igitur & rogamus, vt loquaris ad aures à Deo coronati piissimi domini nostri, quòd donet nobis quotquot voluerit magnifica eius dominatio Sarracenos, ad satisfactionem nostrorum, & insuspectam representationem meorum, quinimodò & salutem nostram, & regmen omnium nostrùm. Si enim tam ab Imperiali, quàm à vestra prouidentia non fuerit hoc taliter ordinatum, pauor non modicus erit in omnimodam perditionem nostram, cùm opportunitatem inuenerint.] Sed quæ idem ad eundem Ignatium munera mittat, ex eadem eius epistola sic accipe:

Interea sperans penes sacratissimam & solertissimam affectionem tuam impetrare quæ cordi sunt: poderem & superhumerali cum mitra, pontificalem stolam sancti Iacobi Apostoli & fratris Domini primi Archiepiscoporum, Ierosolymorum scilicet, qua antecessores mei Patriarchæ circumamicti, semper in Sancta Sanctorum ingrediebantur sacerdotio fungentes, videlicet sanctam memoriam Vitæ, Resurrectionis scilicet, & sanctum coluere, qua & ego indutus sum eandem gerens, tuo desiderabili & honorando mihi capiti, ex amore & dilectionis copia transmisi, quatenus sanctifica suauiate, ac tactu sanctorum locorum, vt pote dignus perfruaris. Simul autem & sacrum vas Cymiliorum sanctæ Resurrectionis, craterem argenteum cum imaginibus interfati-

XIX. MANDATVM HAVD SOLITI OSTEN- DERE LEGATI APOST. SEDIS.

XX. STATVS ECCLESIAE IEROSOLYMORVM.

XXI. MVNERA PATRIARCHA IEROSOL. AD IGNAT.

CHRISTI
869.HADRIANI PAP. II.
2.LVDOVICI II. IMP. 14.
BASIL. MACED. IMP. 3.

lem transmissi.] hæc munera missa sunt per Eliam Syncellum Legatum, vna cum Thoma Archiepiscopo Tyri.

XXII. Post hæc autem missus est à Legatis Apostolicæ Sedis legi libellus, cui subscribere tenerentur, qui ex schismaticis recipi in Ecclesiam vellent, & Hadriano Papæ, aut loco ipsius Legatis offerrent, in quo cum totus fermè cardo huius versetur Synodi, hic eum describendum putauimus, sic enim se habet:

LIBELLVS
OBLATVS
SYNODO A
LEGATIS
APOST. SEDIS
PRO
RECIP. LA-
PIS.
Heb. II.
Matth. 16.

In nomine Patris & Filij & Spiritus sancti. Imperantibus dominis piissimis & perpetuis Augustis Basilio & Constantino eius filio à Deo coronatis pacificis magnis Imperatoribus anno tertio, mense Octobrio, Indictione tertia.

Prima salus est, rectæ Fidei regulam custodire, deinde à Constitutis Dei & Patrum nullatenus deuiare. Vnum quippe horum ad Fidem pertinet, alterum ad opus bonum. sicut enim scriptum est: ^a Sine Fide impossibile est placere Deo. sic rursum legitur: ^B des sine operibus mortua est. Et quia non potest Domini nostri IESV Christi pratermitti sententia dicentis: ^b Tu es Petrus; & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam; hæc quæ dicta sunt, rerum probantur effectibus: quia in Sede Apostolica immaculata est semper Catholica seruata religio, & sancta celebrata doctrina. Ab huius ergo Fide atque doctrina separari minimè cupientes, & Patrum, & præcipuè sanctorum Sedis Apostolicæ Præsulum sequentes in omnibus Constituta: anathematizamus omnes hæreses simul cum Iconomachis: anathematizamus etiam Photium, qui contra sacras regulas; & sanctorum Pontificum Romanorum sacra decreta repenti de curiali administratione, secularique militia sublatus, superstite Ignatio Patriarcha, in Constantinopolitana est peruersorie, immò tyrannicè à quibusdam schismaticis vel anathematizatis atque depositis institutus Ecclesia, donec Sedis Apostolicæ sanctioni obediens perferuerans, eius sententiam tam de se, quàm de Patriarcha nostro Ignatio spreuerit, & conciliabuli acta, quod se auctore contra Sedis Apostolicæ reuerentiam congregatum est, anathematizare distulerit.

XXIII. Sequimur autem sanctam Synodum & amplectimur, quam beatæ recordationis Papa Nicolaus, cui & ipse, domine coangelice summe Pontifex Hadriane subscripsisti, ante sacratissimum Petri Apostolorum eximij corpus celebravit. Simul & quam tu ibi super ipsum nuper egisti, & omnia quæ in his statuta sunt secundum decreti vestri moderationem, venerabiliter conseruabimus, recipientes quos recipiunt, & damnantes omnes, qui in illis damnati sunt, & præcipuè iam dictum Photium & Gregorium Syracusanum, parricidas videlicet, qui contra spiritalem patrem suum linguas exerere minimè formidarunt; itemque perseverantes in schismate sequaces eorum, nec non & qui in illorum communionis societate permanerint, communionis omnes gratia cum ipsis dignos, si tamen vobis obediunt, iudicantes. Etenim quorum se quis communioni miscuit, ipsorum similem meruit in iustificatione vel damnatione sententiam. Synagogas verò malignantium, immò speluncam latronum, & conuenticula sanguinum, & fabricatorum mendacij, atque inuentorum peruersorum dogmatum, quæ sub Michaële Imperatore bis contra beatissimum Patriarcham Ignatium, & semel aduersus Sedis Apostolicæ principatum factiosè conspirauerunt, insolubilibus anathematis nexibus innodamus, & defendentes ea, vel ipsa gesta ipsorum celantes, & non potius si hæc inuenerint concremant, & anathematizantes, vsque ad satisfactionem & obedientiam, dignos eadem anathematis sententia iudicamus.

XXIV. Porro de venerabilissimo Ignatio Patriarcha nostro, & de his qui ex parte ipsius sunt, quod auctoritas Apostolicæ Sedis vestræ decreuit, tota mente sequimur, & religiosa deuotione veneramus, atque pro nosse & posse nostro pia intentione ac spiritali conspectu defendimus. Quoniam, sicut prædiximus, sequentes in omnibus Apostolicam Sedem, & obseruantes eius omnia constituta, speramus vt in vna communione, quam Sedes Apostolica prædicat, esse mereamur, in qua est integra & vera Christianæ religionis soliditas, promittentes etiam sequestratos à communione Ecclesiæ Catholicæ, id est, non consentientes Sedi Apostolicæ eorum nomina inter sacra non esse recitanda mysteria. Hanc autem professionem meam ego ille Episcopus sanctæ illius Ecclesiæ manu propria scripsi, & tibi sanctissimo ac ter beato & coangelico domino summo Pontifici & vniuersali Papæ Hadriano per Legatos tuos, Donatum videlicet & Stephanum sanctissimos Episcopos atque Marinum sanctæ Catholicæ & Apostolicæ Romanæ Ecclesiæ diaconum

CHRISTI
869.HADRIANI PAP. II.
2.LVDOVICI II. IMP. 14.
BASIL. MACED. IMP. 3.

A num obtuli mense illo, die illo, Indictione quarta. *Subscriptio.* Ego ille Episcopus sanctæ illius Ecclesiæ huic professionis meæ libello facto à me beatissimo Hadriano summo Pontifici & vniuersali Papæ subscripsi, & testes qui subscriberent rogavi.] Sequebatur in Codice & subscriptio formata pro testibus, omniaque à Legatis tradita Græcè scripta, vt quid profiterentur, planius intelligerent.

Porro non ignorandum, libellum istum non ab Hadriano Pontifice primum, sed ab eius prædecessore Nicolao factum & missum Constantinopolim in remedium lapsorum: sed quoniam tunc sedente Photio non fuit admissus, modò fuit Roma ab Hadriano iterum missus. At verò non solum Episcopi, sed & reliqui sacerdotes & clerici & monachi per chirographum & subscriptionem huiusmodi recepti sunt, vt Anastasius Bibliothecarius, qui interfuit, in margine posuit in Latina à se elaborata eiusdem Octauæ Synodi versione.

LECTO libello, & rogata de eo Synodi totius sententia, omnium vna voce ipse laudatus atque probatus est. Lectaque est definitio Legatorum Antiochenæ & Ierosolymitanæ Ecclesiarum ante Legatorum Apostolicæ Sedis aduentum habita Constantinopoli, cum morantes diu venire ab Vrbe Legatos haud diutius expectare haberent in animo, cum iam (vt Anastasius ait) annum integrum illic morati essent, & discessionem pararent. Porro eorum definitio non alia fuit, nisi vt in omnibus obediretur Nicolai Papæ decretis. Quibus omnibus à plena Synodo comprobatis; ab eodem Patricio Bahane rogatio facta est, vt edissereret Apostolicæ Sedis Legati, quomodo Nicolaus Papa absentem Photium condemnasset. Satisfecerunt Legati, recensentesque res gestas ab expulsionem Ignatij vsque ad Romanum Concilium, omnia rectè riteque & auctoritate legitima facta esse monstrarunt. Pariterque rogati Legati sedium Patriarchalium, cur venientes Constantinopolim, Photium non conuenerint, sed vt execrabilem habuerint: responderunt & probauerunt, quòd numquam ab vlla Patriarchalium sedium Orientalium eum receptum certò scirent, sed & damnatum à Romano Pontifice. Ex quorum responsione redargutum est falsitatis ipsum conciliabulum Photij aduersus Romanum Pontificem Nicolaum, cui mentitus fuit interfuisse & subscripsisse Legatos sedium Patriarchalium Orientis. His absolutis, secuta sunt acclamationes in Synodis fieri consuetæ, & primæ Actioni finis impositus est.

Die septima eiusdem mensis Octobris itidem Indictionis tertiæ iidem qui supra Patres; iisdem sacris ritibus ad locum Synodi conuenerunt, vbi auditi sunt pro foribus stare quamplurimi Episcopi, qui olim vel à sancto Methodio vel ab Ignatio ordinati, lapsi descuissent ab eodem Ignatio secuti Photium alienæ sedis inuasorem: iussi sunt ingredi, & legi ab eis oblatus libellus, in quo ipso fermè exordio, ista de Photio dolentes se subdole supplantatos: Erat, aiunt, vir alia quidem loquens, & alia cogitans, & operam dans mendacio, semper proponebat bona, deueniebat autem ad mala, & erat potens ad superandum & decipiendum, vt non sit factus talis nec fiet vllus hominum. Vnde cum talis esset, supplantauit nos, &c.] innumera alia addentes in detestationem diabolo similis hominis. dicentes pariter ab eodem Photio mendaciter assertum, sedes Patriarchales cum ipso sentire in depositione Ignatij Patriarchæ. sicut etiam cum in Nicolaum Papam iaculatus esset anathema, mentitus est, sedes Patriarchales ab ipso stare: sed quòd in eos, qui ipsius mendacium detexerunt, haud mediocrem exercuerit crudelitatem, flagris, exiliis, proscriptionibus, atque carceribus, aliisque pœnis superius suo loco & tempore recensitis eos subiiciens.

Quibus auditis, & interrogatis, an libellos oblatos ab Ecclesia Romana Synodo offerri vellent, libenter consenterunt. Impositique sunt illi super lignum sanctæ Crucis & sanctæ Dei quatuor Euangelia, vnde sumentes illi & eorum Patriarchæ Ignatio offerentes: ab illo ex consensu Synodi superhumeralibus ipsis impositis, recepti sunt in Ecclesiam. Simili modo qui post hos ad pœnitentiam secuti sunt presbyteri, & diaconi, pariter eodem modo ab Ignatio Patriarcha Ecclesiæ reconciliati sunt, redditis eis orariis, tamquam insignibus. Post hos vltimo loco subdiaconi etiam pœnitentes recepti sunt: omnes (vt continet eorum libellus) rogantes admitti per intercessionem sanctissimæ Dei Genitricis Mariæ, & sanctorum Apostolorum, & sanctissimi ac beatissimi Papæ Nicolai. ita planè mox post obitum Orientales coluerunt eum vt Sanctum cum Sanctis à Deo receptum in cælum.

Annal. Eccl. Tom. 10.

M m 2

Qui

CHRISTI HADRIANI PAP. II. LVDOVICI II. IMP. 14.
869. 2. BASIL. MACED. IMP. 3.

XXIX. Qui omnes ita à sancta Synodo simul iudicati sunt venia digni, vt tamen aliquam A
deberent subire ob lapsum pœnam, in hunc modum ab ipsa præscriptam:

POENITENTIA LAPSORVM.

Sit remedium & salutem animæ ferens ac valdè discretum epitimium, nempe pœna Ecclesiastica ita dicta sacerdotum videlicet: si quidem carnibus vescuntur, abstinere à carne, caseo & ouo. Hi verò qui carnes non comedunt, abstinere à caseo, ouo, & piscibus quarta feria, & parasceue, legumina & olera comedere cum oleo & pauco vino, facereque genuflexiones quinquaginta per singulos dies, & dicere Kyrie eleison centies, & Domine peccaui centies, & Domine ignosce mihi peccatori centies; recensereque sextum Psalmum, & trigésimumseptimum. Hæc tibi mando custodire vsque ad Christi Natiuitatem. Non autem habeas potestatem ministrandi nec agendi quoquo modo, quæ sacerdotum sunt. Et tunc in Natalis magni Dei & Saluatoris nostri IESU CHRISTI recipies sacerdotium tuum; & mecum eris sacerdotio fungens, & ministrans immortalis B
æternò Deo.] ista est epitimiæ forma, qua perlecta, consuetis acclamationibus finis impositus est secundæ Actioni.

XXX. Tertia Actio habita legitur vndecima mensis Octobris, iis qui supra præsentibus, & præmissis sacris ritibus inchoata. Vbi cum alij lapsi Episcopi, immò Archiepiscopi nolissent libellum à Romano Pontifice missum ad satisfactionem suscipere, à Synodo non sunt recepti: fuerunt hi Theodulus Metropolitanus Ancyræ, & Nicephorus Metropolitanus Nicææ ingenio refractario. Post hæc verò iussione Apostolicæ Sedis Legatorum iussæ sunt legi epistolæ Basilij Imp. & Ignatij Patriarchæ vltima ad Nicolaum Pontificem, necnon Hadriani Romani Pontificis ad Ignatium. quibus lectis, & collaudatis, secutis consuetis acclamationibus, finis Actioni huic impositus est.

XXXI. Conuenerunt rursus Patres ad eundem sacrum confesum decimatertia eiusdem mensis Octobris, cum duo ex parte Photij pseudoepiscopi Zacharias atque Theophilus in- C
troniissi sunt, vterque ex illis quatuor, qui vnà cum Barfa Legato Michaëlis Imperatoris legatione functi sunt nomine Photij ad Nicolaum Romanum Pontificem. Hi enim cum mendaciter iactarent, tum ipsos, tum Photium à Nicolao Papa receptos, vt audirentur à Synodo; Senatores qui aderant expetierunt, vt etiam Photius ipse si vellet audiri deberet: repugnantibus autem Apostolicæ Sedis Legatis, vtpote quòd sententia Romanorū Pontificum condemnati audiri iterum non deberent: ex indulgentia tamen iussi sunt in Synodum ingredi, & vltimo loco stare. Qui cum ab ipsis Legatis, præcipue verò à Marino diacono, qui præsens fuit, auditi sunt dicere à Nicolao Pontifice Photium receptum: redarguti manifesti mendacij, litteris insuper Nicolai iidem conuicti sunt, cum patefactum est, Photium numquam à Nicolao receptum, sed sæpius condemnatum. Quibus D
lectis, & Legatis Patriarchalium Ecclesiarum interrogatis, an ab illis Photius fuerit aliquando receptus: negantibus illis omnino; foras missi sunt illi cum dedecore mendaciorum opifices pseudoepiscopi Theophilus & Zacharias. Tunc & Metrophanes Smyrnen- sis Archiepiscopus coram omnibus testatus est, se ea de causa seductum à Photio, quòd ille scelestus assereret, receptum se à Romano Pontifice & omnibus Patriarchis. Sed quo prætextu isti se cum Nicolao Pontifice communicasse iactarent, in fine Actionis eiusdem redditur manifestum: nimirum quòd Romanæ esse Ecclesiæ consuetudinis dicerent, nullum peregrinum Episcopum permitti in sancti Petri basilicam introire, nisi Fidei libello prius oblato: cum hoc ipsi fecissent, satisfactum putarunt, vt dici possent communicasse cum Nicolao Pontifice. Immò & cum alium dedissent libellum, quo declararent, atque iurarent secuturos se Apostolicæ Sedis iudicium: nec sic (vt suo loco audisti E
superius) admissi sunt cum alijs Episcopis ad communionem, eò quòd ab eo missi essent, qui thronum inuasisset alienum. Peractis his, finis impositus est cum acclamationibus ex more, quartæ Actioni.

XXXII. Post hæc autem decimanona eius mensis Octobris, eadem tertia Indictione, rursus ex instituto coeunt Patres ritu solemnium, cum Photius ipse præcepto Imperatoris, iussus est inuitus accedere. Quem vt laicum, per laicos vocari voluerunt Apostolicæ Sedis Legati, non per Episcopos. Quibus Photius se inuitum est contestatus adduci, & silentium seruaturum, illud Dauidicum malè vsurpans: ^a Dixi, Custodiam vias meas, vt non delinquam in lingua mea: Posui ori meo custodiam, cum confisteret peccator aduersum me.] Ad quem sancta Synodus hæc scriptis denuntiari mandauit ingredi detrectantem: Quia opera tenebrarum habens in temetipso, formidasti sanctam & vniuersalem Synodum, quæ

PHOTIUS VOCATUS AD SYNOD. a Psal. 38.

CHRISTI HADRIANI PAP. II. LVDOVICI II. IMP. 14.
869. 2. BASIL. MACED. IMP. 3.

A quæ in lumine veritatis est congregata, ne manifestareris diuulgatus per eam, quemadmodum sanctum perhibet Euangelium: ^a Quia omnis qui praua agit, odit lucem, vt non arguantur opera eius. Sed scriptum est: ^b In camo & fræno maxillas eorum constrin- ^cge qui non approximant ad te. ^d 10. m. 3. ^e Psal. 31.

Quibus auditis Photius, rursus vim contestatus, est introductus, & in medio constitutus, iussuque S. R. E. Legatorum interrogatus, si suscipiat constituta sanctorum Patrum? Non respondit. Et à Legatis ipsis quæsitus, si reciperet constituta Romanorum Pontificum; nec verbum vllum respondit: sed vt ille, qui sine veste nuptiali inter alios conuiuas inuentus compellatur obmutuit, præ confusione conticuit, vafreque verba repressit. Etenim si ea recipere dixisset, quibus se sciret esse damnatum, contra seipsum manifestè sententiam promulgasset. Sed cum affirmare in damnum suum non acquieuit, tamen nec ausus est negare, & ea se non recipere profiteri, quod probrosum adeò B
sciret sibi fore, & ab alijs detestandum. Sed vafes ille, Christi imitationem prætexens, ea ausus est velare turpitudinem suam de affectato silentio, affirmans se Christi exemplo tacere, cum iudicaretur. Sic infelix vel silentio, vel compositis & comparatis ex diuina Scriptura verbis Synodum se eludere posse existimauit, elusus ipse atque confusus, cum ibi contra se recitatas audiuit epistolas Nicolai, cuius voluntate se Patriarchatum consecutum esse, mentitus fuerat, sicut de communicatione aliarum sedium Patriarchalium falsò olim fuerat gloriatus, testimonio earundem sedium Legatorum ibi in Synodo redargutus, numquam ab eis fuisse receptus. Cum igitur sic vndique conuictus ille & condemnatus haberetur, tempus tamen ad resipiscendum à Synodo benignè impertitum est, sed ipse recusauit accipere. Quo foras eiecto, absoluta est cum solitis acclamationibus Actio quinta.

C Sexta verò celebrata est vigésimaquinta mensis Octobris, cui interesse voluit Imperator, atque primùm perorauit in ea Metrophanes Metropolitanus Episcopus Smyrnæ, cuius absoluta oratione, Legati Apostolici ab Imperatore petierunt non retractari, sed executioni mandari quæ contra Photium tyrannum definita fuissent. relectæ sunt litteræ Nicolai damnationem Photij continentes; idemq; asseruerunt duarum Patriarchalium sedium Legati, iterum coram Imperatore testantes, numquam ab ipsis Photium fuisse receptum. Admissis autem in Synodum Episcopis qui erant ex parte Photij, auditis litteris Nicolai & alijs propositis contra Photium à ceteris Patriarchis, interrogans Imperator Episcopos Photij si acquiescerent adèd manifesto atque toto cælo patenti iudicio totius orbis Ecclesiæ comprobato: negantibus illis, atque petentibus licere sibi defendere Photium: ex eis vnus Zacharias nomine Chalcedonenis Episcopus prolixa oratione, sed vacua ratione conatus est Photij damnati sæpius causam tueri, in qua vbi putaret quòd cardo totius controuersie moueretur, probare in primis conatus est, iustam fuisse Ignatij depositionem, vt quoquo modo post eum potuisset Photius subrogari: sed nequidquam hostis inuenit, quod in Ignatium effutiret. Porro eidem satisfecit, respondens omnibus, & redarguens singula ab eo proposita vana argumenta Metrophanes Metropolitanus Episcopus Smyrnæ. Cum verò nec sic ille cederet veritati, nec monitioni acquiesceret Imperatoris, exprobrante eo adhuc ipsis Photij Episcopis, eos, sicut ipsum, ex laicis & curialibus ab eo ordinatos, ex Patricijs videlicet, Protospatharijs, Spatharijs & Stabularijs esse creatos Episcopos: illis verò nihilominus resistentibus, & abutentibus tanta Imperatoris clementia: Legati Apostolicæ Sedis represserunt hominem iam excommunicatum in Synodo loqui præsumentem, hoc nec ipsi, nec eius similibus excommunicatis licere, post sententiam latam; sed tantum oblatum si velint accipere libellum ab Ecclesia Romana, & sic veniam petere. Negantibus omnino ipsis, Imperator eos hortatus est ad poenitentiam, benignitate prouocans ad resipiscenciam, qua oratione inter alia multa perpetua digna memoria, habuit exhortationem istam aureis exarandum litteris ad perditissimos illos pseudoepiscopos Photianos.

Vos quoque qui curatione indigetis, ac medela opus habetis, pretiosa membra Christi, etsi nescio quomodo à malo dæmone detenti, à capite separati estis: Vitæ vera, quæ propter contentionem importunam, immò verò iniustam in amaritudinem conuersa es: Amici & proximi nostri, etsi propter odium irrationabile ex aduerso appropinquant & stantes, ac vnitatem respicientes. Suscipite admonitionis sermonem (non autem confundor dicere) etiam desprecationis. In id enim nos adduxit misericordia, quam circa

Annal. Eccl. Tom. 10.

M m 3

VOS

XXXV. ENHORTATIO BASILII IMP. AD PHOTIANOS.

vos habemus. Scrutamini intima conscientiae vestrae, & inuenietis vos male ab Ecclesia esse distinctos. Nouissima hora est, & iudex pro foribus est, fratres: ne praecipue ab eius Ecclesia sequestrati, & longe ab illius gloria proiciamur. Nihil turpe ducamus passionem manifestare, & vulnus ostendere, ac locum poenitentiae & medicinae requirere, atque intra atrium saluantium fieri, ne confusionem, obedientiam arbitrando, confusionis aeternae sumamus experimentum. Qualis autem haec est confusio, fratres, procidere Deo, & veniam expetere? Deo enim prociunt, qui Ecclesiae & spiritualibus istis Patribus prociunt. Confusio quidem re vera est & maximus pudor, immo vero in Deum dimissio, nolle vnumquemque proprium confiteri peccatum, & humiliari propter Christum, & lucrari & se, & multos.

XXXVI. Si autem omnino hoc confusionem arbitramini: Ego, cui Imperij superposita est corona, forma vobis efficiar huius optimae humilitatis: Ego qui imperitus & insipiens sum, bonum initium ero vestrum, qui sapientes estis in scientia clari: Ego qui in peccatis voluntatus sum, primus vobis typus sum, qui mundi estis, & virtuti operam datis. Ego primus memet super pauimentum proicio, purpuram & diadema paruipendens: ascendite ad genas meas, & super oculos meos incedite, nec reputetis magnum, Imperatoris calcare scapulas: nec reueramini pedibus tangere verticem, cui superimponitur à Deo donata corona: omnia pati promptum habeo, & agere promptius, quae vobis quidem confusionem, mihi autem gloriam, & maximam claritatem conferre videntur. Neque enim in hoc curam gero gloriae meae, tantum ut videam communionem, vnitatem, & vnam Ecclesiarum festiuitatem, tantum ne animae detrimentum patiar, & gaudeat super me ille omnium inimicus diabolus, captiuum sumens. quod mihi desiderandum est, tantum spei meae lampas insperate non extinguatur, per quam festinabam communi illustrati laetitia simul & gaudio.

XXXVII. Nescio quod erat satagendum & efficiendum & non feci; vel quos proponendos admonitionis & deprecationis sermones, & non proposui. Vos de cetero videbitis. Innocens enim sum à perdicione vestra. Si vero & ad magnum & horrendum illud Iudicium futurae diei vos remittitis, quasi pro vobis rationem duros: noscite quia bene noui, quia nullus vobis iustitiae sermo siue hic adest, siue illic aderit, nisi quantum in hac controversia inuentum extiterit. Verum si vultis ante illud Iudicium, conscientiae vestrae interrogare iudicium: discetis amplius nihil quam quod ab Imperio nostro dicitur. Deponite igitur contentiones, fratres, & resumite amorem fraternitatis: fugite dissensionem, & vnitatem amplectimini: odium auertite, & dilectionem in sinum recipite: state cum probabilibus & capiti compaginamini. Recipite per parentiam diuinae communionis gratiam. & nihil ob saecularia sitis solliciti. Sunt enim apud compatiensissimum Imperium nostrum susceptionum modi diuersi, per quos consolabimur, & incessanter quae secundum saeculum vobis opportuna fuerint, faciemus. Rursus multimode decertabimus, obsecrantes, rogantes, & omne ingenium commouentes ad spirituales Patres nostros & Patriarchas, ut dispensent quid eorum quae insunt animo vestro; tantum ne temere contra salutem vestram agatis.

XXXVIII. Non enim est tempus ad poenitentiam & receptionem acceptius. qui namque hodie ligare & soluere Ecclesiae negotia possunt, praesto sunt. Dimitte importune tempus explorare, & rerum immutationem expectare, quae etsi fiet aliquando, nihil vobis conferet. Etenim etsi alia tempus immutauerit, hoc commouere non poterit. Nam si actio vnus viri vestri nil rationabile habens, cum tota erronea esset, tantum aeternae operata est, ut hunc vix ac difficile dissoluere quierimus: actionem dic mihi, & iudicium quatuor Patriarchalium sedium quis dissoluere poterit? Ad quem enim confugietis, solutionem obligamenti petentes? Ad Romanum Praefulem? sed finetenus vos condemnauit. Ad Antiochenum? sed consentaneus Romano, & consonus factus est. Ad Ierosolymitanum, vel Alexandrinum? sed & illi vestrae damnationi consenserunt. At si & thronum aliquando Constantinopolitanum: ille qui cuncta violat, vobis commiserit, & per vosmetipsos conuenire volueritis, quis vos sequetur?

XXXIX. Hic velim antequam ulterius progrediamur, Lector obserues, & memoriae mandes, quod ait Imperator, non nisi per eum qui cuncta violat, prauum intelligentem daemone, accidere posse, ut Photius iterum Constantinopolitanum thronum accipiat: ut cum id factum suo loco cognoueris, operatorem intelligas. Etenim secundum illud Prouerbio-

rum: ^a Diuiniatio in labiis Regis, in iudicio non errabit os eius.] haec ab Imperatore futura nesciente, propheticè esse dicta declarauerunt euenta. pergit Imperator:

XL. Vel quomodo aperire oculos & aspicere quempiam poteritis, impugnati ab omnibus sacerdotibus & Patriarchalibus sedibus? Ne ergo, fratres, ipsi vos tempus salutis vestrae despicientes, perdat: neque enim talem inuenietis aliquando. Sed importunas contentiones & obstinationes deserentes, communi medela occurrere, & medicinae remedium sumite, ac adhaere spirituali capiti vestro, & Ecclesiae Dei communicatores estote, ut ex crimine exuamini, & Deum propitium habeatis, & Ecclesiam laxificetis, Imperiumque nostrum exultare, & spiritualiter festiuitatem celebrare faciatis, atque Rempublicam vniuersam gaudio magno ac tripudio repleatis, atque in communi omnes benedicamus Domino gloriae nostrae, & Principi pacis, & auctori dispersa congreganti & bene coaptanti, intercessionibus sanctissimae dominae nostrae Dei Genitricis, Dominum videntium Angelorum, & omnium Sanctorum. Amen.] hucusque Imperatoris ad schismaticos exhortatio. quo nomine collaudatus est ab vniuersa Synodo, & magna admiratione accepta eius erga lapsos pietas & misericordia.

At quid illi ad quos sermo, schismatici? Nihil praeterea, nisi (quod est in ^b Psalmo) sicut aspidis surda & obturantis aures suas, quae non exaudiet vocem incantantium & venesci incantantis sapienter,] eorum malicia petrea, immo ferrea frangi non potuit malleo verbi Dei, Imperatoris licet manu suscepto. Qui nec vinci eorundem pertinacia passus, adhuc decem dies ad respiciendum ipsis dari voluit. Quibus peractis, finem accepit Actio sexta, acclamante, ut aliis saepe factum, Concilio vniuerso.

Rursus autem conuenere Patres ac simul Imperator cum magistratibus vndetrigesima die Octobris ad praescriptum Synodi locum, decem diebus elapsis Photio ad respiciendum datis, cum iterum Photius intronit ad iudicium synodale iubetur: Cum (inquit Acta) introductus esset Photius baculo innixus, & cum eo Gregorius dudum Syracusanus, Marinus Deo amicissimus Vicarius dixit: Tollite baculum de manu eius: signum est enim dignitatis pastoralis, quod hic habere nullatenus debet, quia lupus est & non pastor.] eo dempto, iubetur ab ipsis Apostolicae Sedis Legatis rogari Photius, si poeniteat & paratus sit offerre libellum. Cum ille perucax Legatos ipsos potius poenitere debere respondit. quare maxime est redargutus à Legatis duarum sedium Patriarchalium. Posthaec autem intronitii sunt Episcopi partis Photij, rogati que de libello poenitentiae dando, magis obstinati quam vnquam antea sunt reperti, adeo ut Imperator his eos verbis statuit compellendos: Dicite vnde estis? De caelo estis? an de terra in qua nos degimus? Et ostendite ab hac hora: Quis siue haeresis mota est, siue schisma emerit in qualibet parte, & sensit aliquis extra quatuor Patriarchia, & saluatus est? & audio vos hodie. Quatuor Patriarchia, immo vero quinque condemnatione condemnant vos. Quid vobis videtur ad haec? est qui adiuet vos? dicite.] At illi stulte prouocantes ad Canones, Synodi iudicium conati sunt subterfugere.

Tunc Apostolicae Sedis Legati repetitum à Romano Pontifice Nicolao iudicium recitari voluerunt, quo secundo eundem Photium condemnauit: missum Constantinopolim per epistolam ad Archiepiscopos & Episcopos & Clerum Constantinopolitanae Ecclesiae, quae incipit: Ea quae nuper Constantinopoli gesta sunt, &c.] postea vero iussi sunt legere epistolas Hadriani superius recitatas, quibus confirmat ipsius Nicolai praedecessoris contra Photium Acta. Inde vero recitatae sunt res gestae in Concilio Romano sub eodem Pontifice Hadriano, in quo nouissimum Photij conciliabulum contra Nicolaum Pontificem damnatum est igni comburendum, similiter & Photius & omnes qui subscriperunt. erant Acta illa tribus distincta allocutionibus Hadriani ad idem Concilium habitis. Inde vero lecta est à Niceta Archidiacono Legatorum Sedis Apostolicae admonitio ad Synodum contra Photium eiusque participes, petens ut contra Photium eiusque sectarios executioni mandentur. postea vero secuta est declamatio Ignatij Patriarchae ad Synodum facta contra eundem Photium, Dei beneficia facta in se recollendo, cum post tot passiones & perturbationes Deus respexerit sua misericordia in ipsum. sic enim est exorsus: Fratres & filij dilecti, rogo vos ego humilis Pontifex vester considerare & conspiciere, completum esse maxime nunc eloquium Scripturae, quod habet: ^c Aspiciat ad antiquas generationes, & videte, Quis credidit Domino & confusus est? Vel quis permansit in timore illius & desepit eum?] & post nonnulla conuersus ad

CHRISTI
869.HADRIANI PAP. II.
2.LVDOVICI II. IMP. 14.
BASIL. MACED. IMP. 3.

^a *Psal.* 51. Photium: Ecce, inquit, homo qui non posuit Deum adiutorem suum, sed speravit in multitudine diuitiarum suarum, & præualuit in vanitate sua, &c.] absoluta autem huiusmodi cum gratiarum actione proclamatione, per Stephanum Archidiaconum in fine huius Actionis eiusmodi anathematismi in Photium altantem sunt recitati, & (vt addit Anastasius in notis) ex Romano Concilio sub Hadriano.

XLIIII. Photio Curiali & Inuafori Anathema. Photio seculari & forensi Anathema. Photio neophyto & tyranno Anathema. Photio schismatico & damnato Anathema. Photio mæcho & parricidæ Anathema. Fabricatori mendaciorum Anathema. Inuentori peruersorum dogmatum Anathema. Photio nouo Maximo Cynico Anathema. Nouo Dioscoro Anathema. Nouo Iudæ Anathema. Omnibus sequacibus & fautoribus eius Anathema. Gregorio dudum Episcopo Syracusano Anathema. Eulapio deposito & schismatico Anathema.

XLV. Hæc secutæ sunt acclamationes plenissimæ dictæ Imperatori, Imperatrici, Romanis Pontificibus Nicolao & Hadriano. Nicolao in hæc verba: Nicolai beatissimi Papæ Romani æterna memoria. Noui Phinees æterna memoria. Noui Danielis æterna memoria. Noui Martini æterna memoria.] & Hadriano eius successori sic acclamatum: Hadriano sanctissimo Papæ Romano multi anni. Interemptori noui Simonis multos annos. Percutienti nouum mendacem Ananiam multos annos.] sed & Ignatio acclamatum & Legatis Apostolicæ Sedis atque ceterarum sedium Patriarchis.

XLVI. Notat in margine Anastasius, in Græco codice eiusdem Synodi Græcè scriptos Iambos hos reperiri:

*Photius qui pridem insuperabilem Petram
Fraudibus malignis conturbauit insipienter,
Pellitur nunc ut atrocissima fera
A thalamo casto & venerabilibus repletis.
Satanae pessimo miserrimisque tenebris
Bene promissus & passus aigne
A iudicibus rectè sententibus atque sanctis,
Doctissimo videlicet Nicolao
Hadrianoq; diuino Papa Romano
Et Ignatio martyrium passo
Et tribus reliquis sedibus Orientis
Orthodoxis & sapientibus valde.]*

XLVII. Hic non prætermittendum, quod habet Nicetas in Vita Ignatij, Episcopos subscribentes damnationi Photij, in maiorem hominis detestationem (quod factum legimus in damnatione Pyrrhi pseudopatriarchæ Monothelitæ) intinxisse calamum in sacrum sanguinem Christi: ait enim: Subscribunt autem huiusmodi damnationi non simplici atramento facto chirographo, sed horrendum dictu (vt ab his qui id norunt, accepi) ipso videlicet Saluatoris sanguine calamum tingentes ita damnarunt Photium.] hæc Nicetas: verum nihil de his in Actis, quæ integra extant.

XLVIII. Collecta est post hæc rursus Synodus, quinta Nouembris, eadem tertia Indictione, iis ritibus quibus antea, præsentem etiam Imperatore, qui rogationem proposuit de incendendis chirographis omnibus, quæ ab omni hominum genere Photius extorssisset, simulque omnibus eiusdem scriptis contra Nicolaum voluminibus: cui assentientibus Apostolicæ Sedis Legatis & aliis omnibus: Tunc (habent Acta) iubente Basilio Christi amico & magno Imperatore positum est in medio Synodi vas æneum plenum igne, & delati sunt in marsupio à Theophylacto reuerendissimo diacono & Referendario omnes tomi chirographorum, qui exacti sunt à Photio ab omni sacro catalogo & omni ordine clericorum tam magnæ Ecclesiæ, quam earum quæ foris sunt, quamque etiam in magnis & paruis & omnibus senatoriæ dignitatis, & cunctis aliis tam illustribus, quamque ignobilibus, atque his qui in omni arte ac disciplina & diuerso studio esse videbantur, vtique ad pellarios & pisces vendentes, & lignarios & acus facientes. Insuper & libri qui fide conseripti sunt contra beatissimum Nicolaum Papam, & Gestorum relationes ac Synodi, quæ contra sanctissimum Patriarcham Ignatium factæ sunt à Photio. Et accipiens Georgius reuerendissimus Orphanotrophus singulos libellos & tomos, tribuit hominibus vtrorumque scriniorum Vicariorum, qui miserunt omnia in ignem, & cremata sunt, & redacta in nihilum.

COMPVSTA
SCRIPTA
PHOTII.

Post

CHRISTI
869.HADRIANI PAP. II.
2.LVDOVICI II. IMP. 14.
BASIL. MACED. IMP. 3.

A Post hæc autem introducti in Synodum Petrus & Basilius, quos Photius finxerat in suo conciliabulo attulisse libellos ab Vrbe Roma aduersus Nicolaum Pontificem, qui interrogati, negauerunt omnino. Sed & falsarius ille qui in eodem conciliabulo supposuerat Leontium quemdam subscribentem tamquam Apocrifarium Patriarchæ Alexandrini: introductus iste in medium, & negavit omnino se fuisse Apocrifarium vel subscripsisse, sed tantum ab eodem Patriarcha litteras accepisse ad Imperatorem. His detectis Photij subdolis imposturis, à Legatis Apostolicæ Sedis iussus est legi Canon Concilij Romani sub Martino Papa aduersus huiusmodi impostores, vt non recipiantur ad pœnitentiam nisi in fine vitæ.

His absolutis, introducti sunt Iconomachi, quorum caput Theodorus, Christianus dictus, qui negavit se colere imagines sacras. & quod non inueniretur esse Christi præceptum: Responsum est, esse præceptum Christi intelligendum, quod ab vniuersa Catholica Ecclesia est definitum. Illo autem in impietate perseverante, duo alij Iconomachi, Nicetas clericus & Theophilus laicus pœnitentes ad Ecclesiam rediere: quos Imperator ad osculum suscepit. Et prolatis in Iconomachos anathematismis, reperitisque iterum iisdem in Photium, collaudato ex more acclamationibus Imperatore, & vniuersa Synodo, finis impostus est octauæ Actioni, eidem vltimæ anni huius dictæ die quinta Nouembris: reliquæ autem duæ aliæ Actiones sequenti anno sunt celebratæ, quæ ne discrimine temporis, ab aliis diuise in volumine remanerent, cum eadem omnes sint vnius eiusdem Concilij Actiones, hic eas superioribus iungere, conueniens magis & opportunum visum est.

Sequenti igitur anno Redemptoris octingentesimo septuagesimo duodecima mensis Februarij, in constitutum locum, in quo aliæ habitæ sunt eiusdem Concilij superiores Actiones, conuenere Patres. Vbi cærimonis consueto ritu præmissis, ad rerum gerendarum tractationem deuenientes, primum omnium in sanctam Synodum introire iussus est Legatus qui nuper aduererat missus à Patriarcha Alexandrino Michaële. Qui autem functus est legatione Ioseph nomine, Archidiaconus erat eius Ecclesiæ: qui vbi in sanctam Synodum ingressus est, suæ legationis protulit legendas litteras, quibus probè cognitis, inuentus est re vera esse Legatus. Idemque percognitis, quæ in Synodo octo Actionibus acta essent, omnia rata habuit & confirmauit.

Post hæc introductis falsis testibus, qui suafione Photij, & compulsionem Michaëlis Imperatoris contra Ignatium falsum dixerant testimonium, primus fuit Theodorus Protospatharius, qui auditus est, inde Leo Consul, & post hos alij nobiles magistratus, qui Michaëlis Imperatoris iussu confessi sunt contra Ignatium falsa iurasse; quorum hæc nomina, Eustachius regius Spatharius candidatus, Constantinus regius Spatharius, Basilius regius Mandator, Photius Spatharius & factus Chartularius militaris Logothesis, Paulus regius Scriba, Christophorus regius Spatharius & Secundus vulgi Prætorum, Anastasius dudum diaconus, Marianus Vestitor & factus Epoptes, Constantinus Chartularius, Arlabir regius Candidatus functus prima legatione à Michaële ad Nicolaum Pontificem, & Constantinus regius Protospatharius: omnes hi iurati testes falsi contra Ignatium, vt iure deponi videretur, coram plena Synodo confessi sunt, & pœnitentiam à Legatis Sedis Apostolicæ & vniuersa Synodo acceperunt, quæ ab iisdem ita decreta fuit, ibidemque descripta verbis istis:

Definimus & promulgamus hos per septem annos epitimum habere: esse illos duobus annis extra Ecclesiam, & aliis duobus intra Ecclesiam audire diuinas Scripturas vtique ad catechumenos, non tamen villo modo communicare, sed abstinere à carnibus & vino quatuor annis præter Dominicis dies & Dominicis festiuitates, & aliis tribus annis stare cum Fidelibus, & mereri diuinam communionem in solis Dominicis solemnitatibus cum eleemosynis, orationibus, atque ieiuniis, ita vt tribus diebus hebdomadæ, secunda videlicet, quarta, & sexta feria abstineant à carnibus & vino.] Qui accipientes eiusmodi iustissimam, vt fatebantur, constitutam pœnitentiam; perierunt vt ob diuturnitatem temporis facultatem concederent Ignatio Patriarchæ dispensandi, moderandi scilicet, pro causa. Qui annuentes concesserunt eidem Patriarchæ super oues suas pro rationis arbitrio dispensare. Quod autem alij plures ordinis senatorij eiusdem criminis falsi iuramenti rei essent, sed non adessent, in aliam Actionem eorum cognitio est dilata.

Post

XLIX.

L.
ICONOMACHIA
AVDITI IN SYNODO.L I.
IX. ACTIO
OCTAVAE
SYNODI.LII.
FALSI TESTES
CONFESSI
PœNITENTIAM
SYSCIPIVNT.LIII.
SENTENTIA
LEGAVORVM
IN FALSO
TESTES.

LIV. QVID IN ILLVSORES RERV SA CRARYM. Post hæc autem suggestum est ab Apostolicæ Sedis Legatis sanctæ Synodo de sacerdotij illuforibus laicis, qui in vrbe Constantinopolitana sacerdotibus indumentis progredi consueuissent, & sacra facere tempore Michaëlis Imp. etiam cum Photius Patriarcham ageret, quorum tres ad Synodum sunt perducti, videlicet Marinus Spatharius candidatus, Basilus Spatharius, & Gregorius Spatharius. Qui interrogati confessi sunt, eos id fecisse Imperatore iubente, mittenteq; ad eos stolam sacerdotalem ob ludum, non ad ipsos solum, sed alios plures Spatharios, indutos sacerdotibus vestibus sacris, vno ex illis Patriarchæ formam exprimente, & orationem super ceteros dante, & sacra miscente. Qui ad pœnitentiam reseruari sunt, dandam illis in futura sessione.

L.V. PHOTII INFAMIAE TITVL. Porro inter alia crimini inuenitur datum Photio, quod ista sciens, non abstulerit, ob idque Compatriarcham mimi appellauerunt eum, cum aliis infamiæ titulis in Synodo hac eadem Actione à Patribus conclamatis, qui in notis Anastasij sic reperiuntur B expressi: Photium scissionibus mundum replentem, duas verò fides impie habentem, animas autem duas mortalium dicentem, & Imperium multipliciter incidentem, & Patriarcham primarium deponentem, alienumque thronum inuadentem, mœchiam rursus omnibus exprimentem, ignobilemque populum aduocantem, subscribere inuitos minitantem, Compatriarcham mimi exilentem, pauperum clericorum & orphanorum res consumentem, & infantes punientem, Fideliumque fidem in maledictionem exponentem, & Nicolai fidem proiciantem, & Sacharium in vicis inuenientem, huius verò socios ex semitis congregantem, & scandalum omnibus excitantem: inimicum Dei dixerimus impiè agentem.] hæc apud Anastasium in fine Actionis huius de Photio à Patribus conclamata.

LVI. DE FALSIS LEGATIS. Antequam autem hæc ipsa Actio absolueretur, iussi sunt Synodum ingredi falsi Vicarij seu Legati, quibus Photius contra Nicolaum Pontificem vsus est: fuerunt hi Leontius, Georgius, & Sergius, quorum Leontius à Photio confictus est esse Legatus missus à Patriarcha Alexandrino, Georgius & Sergius simulati esse missi Vicarij à Patriarcha Antiocheno. Qui palam falsitatem sunt confessi, admirante & detestante sancta Synodo eiusdem Photij multiplicem & immensam iniquitatem, finisque est impostus Actioni.

LVII. LEGATIO A LVDOVICO IMP. AD BASILIVM AVGVS. Inter hæc autem antequam Synodus absolueretur, peruenit Constantinopolim legatio missa à Ludouico Imperatore Occidentalis orbis pro coniugio ineundo inter eius filiam atque Basilij primogenitum. Functi sunt hac legatione Anastasius Bibliothecarius Apostolicæ Sedis, Suppo Comes consobrinus Augultæ, & Euerardus præpositus mensæ ipsius Imperatoris. habet horum nomina idem ipse Anastasius notata in exordio decimæ Actionis, qui & meminit legationis huius in præfatione ad Octauam Synodum istis verbis: Igitur cum hæc celebraretur venerabilis Synodus, accidit me famulum vestrum (Ioannem Papam alloquitur) missum ab Ludouico piissimo Imperatore cum duobus aliis viris insignibus interesse ferentem legationem ab Apostolicis meritis decorato præfularu vestro causa nuptialis commercij, quod efficiendum ex filio Imperatoris Basilij & genita præfati Dei cultoris, augeri ab vtraque parte sperabatur simul & putabatur. In tam enim pio negotio, & quod ad vtriusque Imperij vnitatem, immò totius Christi Ecclesiæ libertatem pertinere proculdubio credebatur, præcipue summi Pontificis nostri quærebarur assensus. Dei ergo nutu actum est, vt tanti negotij cum loci seruatoribus Apostolicæ Sedis, Legatis ipsis, & ipse sine gauderem, & inueniens fructum, cum exultatione portarem manipulos, qui per septennium pro eo indefesse laboraueram, & per totum orbem verborum semina, sedulo scribendo sparseram.] hæc idcirco Anastasius, quod in fine venit Oecumenici Concilij, & interfuit vltimæ huius Synodi Actioni. Meminit huius legationis ^a Aimoinus in gestis Francorum, atque Basilium classsem ante hæc direxisse in Adriaticum mare opem laturam Ludouico Imperatori in Apulia aduersus Sarracenos bellum gerenti.

LVIII. LEGATIO BVLGARORVM CON STANTINOPOLIM. Quo etiam tempore ex Vrbe reuerso Petro Legato Regis Bulgarorum absque petitionis effectu: decernit idem Rex Legatos Constantinopolim, qui, (vt habet Anastasius in historica sua præfatione ad Octauam Synodum) admissi sunt in Synodo considerare vnà cum Legatis nominatis Ludouici Imperatoris. Quid autem absoluta Synodo inter Legatos Pontificis & Græcos præsentibus Patriarchalium sedium Legatis actum sit in Bulgarorum causa, inferius dicemus hoc eodem anno post absolutam Octauam Synodum.

Cœpta

A Cœpta est autem decima & vltima eiusdem Octauæ Synodi Actio, die vltima Februarij, feria tertia, in qua præter nominatos sæpius ibidem magistratus, presentes fuerunt Legati Ludouici Imperatoris, & qui à Bulgarorum Rege missi fuerant, quorū nomina idem qui interfuit Anastasius in notis seu scholiis ad dictam Synodum à se additis, ita recenset: Hic similiter confederunt in dextera parte gloriosissimi Principes & Apocrisarij perspicui Ludouici Imperatoris Italorum atque Francorum, videlicet Anastasius Deo amabilis Bibliothecarius Romæ, Suppo primus Contofanariorum, & consobrinus vxoris eius, & Euerardus præpositus mensæ ipsius, similiter gloriosissimi iudices Michaëlis sublimissimi Principis Bulgaria, Stasfzero, Nesundicus, Vagartus, Iluestrannatabam, Prastit, Zifunas, Campsis, & Alexius Sampihunol.] Quod autem in vita Hadriani nominatur Petrus eiusdem Regis Bulgarorum Legatus missus Constantinopolim, vel seorsum ab his missus B est, vel vnus ex iis qui Bulgarico nomine scripti leguntur.

Quod autem pertinet ad res hac Actione gestas, primum omnium iussi sunt legi Canones à Patribus constituti omnes numero viginti septem; quibus in primis Constantinopolitanæ Ecclesiæ opportunitatibus consultum est; nimirum de perpetuo conseruandis que à sanctissimis Romanis Pontificibus pro Ignatio contra ^a Photium definita essent. ^b c. 3. Vt ^b cultus sacrarum Imaginum firmus conlisteret. Vt ^c quæ collata sunt Photio, & ipse in alios contulit sacra ministeria, nullius sint efficaciz. Ne ^d quis laicus in Episcopalem ^e c. 4. prouehatur dignitatem, nisi in ordine Lectoratus annum vnum, duos in Subdiaconatu, ^d c. 5. in Diaconatu tres, in Presbyteratu autem quatuor annos exegerit. Vt ^e cunctæ res gestæ ^e c. 6. per Photium, potissimum in Nicolaum Romanum Pontificem nullius sint roboris. Ne ^f sacras imagines anathematizati pingere audeant. Ne ^g chirographa ab Episcopis exigantur, ^f c. 7. nisi ex more tempore consecrationis; hac enim arte Photius suam roborauit tyrannidem. Vt ^h extorta per Photium huiusmodi chirographa nullius sint roboris. Itemque ^h c. 9. ne ⁱ quis ante sententiam separeretur à communionem proprii Patriarchæ. Anathematizati ⁱ c. 10. etiam ibi ^k sunt omnes cum Photio credentes duas in vno corpore esse animas. ^k c. 11.

Statutum est etiam istud admodum Ecclesiæ Dei proficuum, ne fauore Principum elegantur Episcopi. Sunt ista Canonis verba: ^l c. 12.

Apostolicis & Synodicis Canonibus promotiones & consecrationes Episcoporum, ex potentatu & præceptione Principum factas penitus interdicens concordantes, definitum & sententiam nos quoque proferimus, vt si quis Episcopus per versutiam vel tyrannidem Principum huiusmodi dignitatis consecrationem suscepit, deponatur omnimodis: vtpote qui non ex voluntate Dei, & ritu ac decreto Ecclesiastico, sed ex voluntate carnalis sensus, & ex hominibus, & per homines, Dei donum possidere voluit, vel consensit.]

Vt ^m non nisi qui in eadem Ecclesia militarunt, ad maiores gradus promoueantur, & non alij aliunde petiti. ^m c. 13.

Ne ⁿ promoti ad Episcopatum indecentia obsequia exhibeant magistratibus, nimirum ne obuiam prodeant procul ab Ecclesiis suis: non se demittant ab equis vel mulis, vel procidant & adorent eos; nec intrent ad Principes hora prandij, vbi indebita persoluant obsequia. Sed veneratione digni habeantur, & qui liberè errantes Principes valeant redarguere. ⁿ c. 14. REPREHEN DVNTVR EPISCOPI ADVLANTES PRINCIPIBVS.

Vetantur omnes decimoquinto Canone alienare cymilia Ecclesiæ, ornamenta scilicet, possessiones vendere vel dare in emphyteusim.

E Decimosexto Canone vehementer prohibetur sacrilegus ille vsus à Michaële Imp. introductus, quo laici lusus causa sacra indumenta gestarent sacerdotum, de quo sæpè superius, grauissimis pœnis eius criminis reos afficientes.

Decimosseptimus sancitur Canon, quo Patriarcharum iura in conuocandis Metropolitanis illibata seruari vult; execraturq; sancta Synodus omnes dicentes, inualidas esse Synodos, quibus non interfit persona Principis, monens, vt non interfint nisi Conciliis Oecumenicis Principes. sunt hæc Canonis verba: Illud autem tamquam perosum quiddam ab auribus nostris repulimus, quod à quibusdam imperitis dicitur, non posse Synodum absque principali præsentia celebrari. Cum nusquam sacri Canones conuenire sæculares Principes in Conciliis sanxerunt. Vnde nec interfuisse illos Synodis, exceptis Conciliis vniuersalibus, inuenimus. Neque enim fas est sæculares Principes spectatores fieri rerum, quæ sacerdotibus Dei nonnumquam eueniunt.]

Inde

a c. 18. Inde a statutum, vt priuilegia Ecclesiarum conferuentur. Vtque visitationes Ecclesia- rum absque omni auaritiæ suspicione b peragantur. Idem c ne sibi ius dicat Episcopus in rebus Ecclesiasticis.

c. 20. LXIV. Vigefimus primus autem sancitus est Canon de exhibendo honore & reuerentia omnibus Patriarchis, præcipuè verò Romanæ Ecclesiæ summo Pontifici. De quo speciatim ista: Neminem debere conscriptiones contra sanctissimum Papam senioris Romæ, ac verba complicare atque componere, sub occasione quasi diffamatorum quorundam criminum, quod nuper Phorius fecit, & antè Dioscorus. Quisquis autem tanta iactantia & audacia vsus fuerit, vt secundum Photium vel Dioscorum in scriptis vel sine scriptis iniurias quasdam contra Sedem Petri principis Apostolorum moueat: æqualem & eandem quam illi condemnationem recipiat.] & paulò post de eodem Romano Episcopo hæc: Porro si Synodus vniuersalis fuerit congregata, & facta fuerit etiam de sancta B Romanorum Ecclesia quæuis ambiguitas & controuersia: oportet venerabiliter & cum conuenienti reuerentia de proposta quæstione sciscitari, & solutionem accipere, & aut proficere, * aut profectum facere; non tamen audacter sententiam dicere contra summos senioris Romæ Pontifices.] sed & qui sequitur Canon vigefimus secundus Dei Ecclesiæ proficius multum cessit, qui sic se habet: d

Indicarem Romanam Ecclesiam nulli liceat synodum. d. Diff. 63. cap. 1. 2. LXV. Promotiones & consecrationes Episcoporum concordans prioribus Conciliis electione ac decreto Episcoporum collegij fieri sancta hæc & vniuersalis Synodus definiuit, & statuit, atque iure promulgat, neminem laicorum Principum vel potentum semet inferere electioni vel promotioni Patriarchæ vel Metropolitanæ, aut cuiuslibet Episcopi, &c.] idque sub anathemate prohibetur. Insuper statutum, e ad rebus & personis & lacris actionibus alienæ diocesis quemlibet abstinere debere. Item f illud, ne Archiepiscopi per alios suas Ecclesias curent Episcopos suffraganeos. Ne qui g hætenus adherentes Photio Episcopi consecrati à Methodio siue Ignatio, etiam si respiciant, spem ullam habeant restitutionis Episcopatus. Insuper h vt beneficium appellationis ad maiores sedes sit cuique clerico liberum. Vltimo i verò loco definitum, ne Episcopi pallio vtantur nisi loco & tempore congruo, & ne monachi ad Episcopatum assumpti monasticum habitum deponant.

LXVI. His statutis & comprobatis, facta commemoratione septem aliorum Oecumenicorum Conciliorum præcedentium, & confirmatione ipsorum adhibita, damnatisque hæresibus omnibus, & que in aliquibus locis, iisdem temporibus, Manichæorum vigerent de phantastica & non vera carne Domini nostri I E S V Christi, & his affinis, Iconomachis, simulque repetitis cum detestatione Photij impiis facinoribus, eodemque cum fautoribus suis anathemati tradito, finis Synodo felicissimus omnium consensu est impositus, Basilio Imperatore nouissimè consensum omnium explorante: quem secutæ sunt exclamationes consuetæ, & anathema in Photium & eius socios iteratum. Lectaque demum Imperatoris gratiarum actio cum exhortatione ad Episcopos vt gregem Dei curent. Et inter alia, vt saltem diebus Dominicis ministrant illi verbum Dei, & errantes omnes reuocent ab errore.

LXVII. Ad laicos autem idem Basilius habuit admonitionem istam in plena Synodo, dignam Imperatore maximè pio, quam ob dignitatem argumenti & maiestatem eius illa tractantis, hic ad Synodi finem attexere æquum existimauimus. sic enim se habet:

De vobis autem laicis tam qui in dignitatibus, quàm qui absolute conuersamini quid amplius dicam, quàm quia nullo modo nobis licet de Ecclesiasticis causis sermonem emouere, neque penitus resistere integritati Ecclesiæ, & vniuersali Synodo aduersari? Hoc enim inuestigare & quærere, Patriarcharum, Pontificum & sacerdotum est, qui regiminis officium sortiti sunt, qui sanctificandi, qui soluendi & ligandi potestatem habent, qui Ecclesiasticas & cælestes adepti sunt clauis: non nostrum, qui pasci debemus, qui sanctificari, hoc est benedici, qui ligari vel à ligamento solui egemus. Quantæcumque enim religionis & sapientiæ laicus existat, ouis vocari non desinet. Rursumque quantumcumque Episcopus sit * reuerentia plenus, & nudus omni virtute, donec Antistes est, & veritatis verbum rectè prædicauerit, pastoris nominationis & dignitatis damna non patitur. Quæ ergo nobis ratio est in ordine ouium constitutis, pastores verborum subtilitate discutendi, & ea quæ super nos sunt quærendi & ambiendi? oportet nos cum timore & fide sincera hos audire, & à facie eorum vereri; cum sint ministri Domini omnipotentis, & eius formam

INDICARE ROMANAM ECCLESIAM NULLI LICET SYNODUM.

PRINCIPES NON SE IMMISCEANT PROMOT. EPISC.

c. 23. c. 24. c. 25. c. 26. c. 27.

BASILII AD LAICOS ADMONITIO DIGNA CHRISTIANO IMP.

* Irreuerentia

A formam possideant, & nihil amplius quàm quæ nostri ordinis sunt, requirere. Nunc autem (vt videmus) aded multos malitia in insaniam accendit, vt obliuiscen-

tes proprii ordinis, & quod pedes sint, minimè cogitantes, legem ponere velint oculis, non vt natura se haber, sed vt ipsi cupiunt: & singuli ad accusandum quidem maiores existunt semper promptissimi, ad corrigendum autem quid eorum in quibus accusantur & criminantur, pigerrimi.] hæc ad laicos, quod nimirum Bardas Patricius & Michael Imperator immiscendo se Ecclesiasticis negotiis, Ecclesiam Orientalem in maximum discrimen adduxerint. pergit: Sed moneo & horror omnes, qui tales sunt, vt maledictum, & alternum odium auerentes, & iudicare iudices desinentes, attendant sibi, & secundum diuinam voluntatem conuersari contendant. Nam non quiescet supernum iudicium, sed contra diffidentes diuinus furor stillabit, & vltionem iustam opere ostendet. Oramus autem super omnia sanctum Deum, omnes melioratos & secundum beneplacentem sibi voluntatem clarescentes, non solum à diuina ira intentatos mansuros, sed & æterna bona consecuturos orationibus & intercessionibus sanctissimæ Domine nostræ Dei Genitricis & omnium Sanctorum, & precibus & obsecrationibus sanctæ huius & vniuersalis Synodi. Amen.]

Post hæc autem cum subscribenda Synodus esset, iubentibus Apostolicæ Sedis Legatis, vt primo loco subscriberent Basilius & filij Imperatores: non acquieuit ipse, sed vt ipsi in aliquo satisfaceret, post subscriptionem omnium Legatorum cunctarum Patriarchalium sedium subscriptionem suam apposuit ante reliquos Episcopos cum additamento signi sanctissimæ Crucis, quod etiam & Episcopi omnes ex more fecerunt, vt quæ suo loco inferius dicturi sumus ostendent. Ipsi verò tunc subscripserunt Imperatores litteris phœnicæis ex cinnabrio ex more. Erat quidem magistratus in Imperio, cui cura Caniculi, cuius mentio fit in Synodi Actis, Christophori scilicet præpositi Caniculi qui dictus Proto à secretis. porro vocem, Caniculi, exponit Anastasius in scholiis ad Octauam Synodum, atramentum, siue potius rubramentum, ex quo Imperatores litteras phœnicæas exararent subscribendo. Qui autem post Imperatores subscripti numerantur Episcopi, non nisi centum & vnus sunt. vbi Anastasius hæc notat in margine: Non te, inquit, scandalizet subscribentium paucitas, quia dum Photius diu tyrannidem exercuisset, & pænè omnes à piis decessoribus suis sacratos deposuisset, & in loca eorum fautores suos tantummodò prouexisset, quorum nullus in hac Synodo receptus est: isti soli ex priorum Patriarcharum consecratione superstites sunt inuenti. Verùm quotquot sub Nicolao & Hadriano sanctissimis Pontificibus Episcopi fuerunt, huic Synodo consenserunt, licet hæc paucitas illi gregi, pro sui iustitia comparatur, cui a Dominus dicit: Nolite timere puillus grex, &c.] hæc ipse qui interfuit Anastasius.

Ita planè sancta quæ in Spiritu sancto congregata est Synodus, pura atque sincera, non affectans numerosam Episcoporum subscriptionem, vt Photius, qui quæ voluit & quot voluit apposuit suis conuenticulis mentita nomina Episcoporum, prout superius demonstratum est. Porro hæc de eadem Synodo Anastasius habet in historica præfatione ad Octauam Synodum scripta ad Ioannem Papam: Nuncupanda est, inquit, sine vlla contradictione, SYNODVS VNIVERSALIS OCTAVA, vt & appellatio, quam cum aliis Conciliis sortita est, non celetur, & nomen proprium, quod singulariter possidet, non veletur.] hæc ipse.

Sic igitur Synodus ista, Octaua ordine, Oecumenica iure dicta, & vt Oecumenica comprobata inter alias Oecumenicas est annumerata, aded vt in Fidei professionibus fieri ex more solitis, sicut aliæ septem superiores ista etiam poneretur, Octaua cognominata, quam Orthodoxi omnes profiteri deberent. Immo (vt omitamus de reliquis dicere Fidei professionem emittere consuetis) illud constat, quod etiam ipsi Romani Pontifices in eorum ordinatione profitebantur vnà cum aliis Synodis Oecumenicis, hanc quoque dictam Octauam Constantinopolitanam Oecumenicam se recipere, vt patet ex solemnem Fidei professione ab eis recitari solita cum in Pontificem electi essent iam conficiendi, quæ sic se habet:

In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Amen. Ego N. sanctæ Romanæ Ecclesiæ Diaconus vel Presbyter aut Episcopus Cardinalis electus, vt fiam per Dei gratiam huius sanctæ Apostolicæ Sedis humilis minister, profiteor tibi beate Petre Apostolorum princeps, cui clauis Regni cælestis ad ligandum atque soluendum in cælo & in terra Crea-

LXVIII.

LXIX. SYBSCRITIO IMP. ET SOCIOR.

DE PAUCITATE EPISCOPORVM CAUSA ASSERTIVK.

Luc. 12.

LXX.

SYNODVS VNIVERSALIS OCTAVA

LXXI.

Ex cod. Anton. Augustini m. s. a. ex Diurno, ut asserit, accepta libro.

LXXII. PROFESSIO PONTIFICIA.

tor & Redemptor Dominus noster tradidit, inquit: Quæcumque ligaueris super terram, erunt ligata & in cælis; & quæcumque solueris super terram, erunt soluta & in cælis: sanctæque tuæ Ecclesiæ, quam hodie tuo præsidio regendam suscipio, quod quamdiu in hac misera vita constitutus fuero, ipsam non deseram, non relinquam, non abnegabo, non abdicabo aliquatenus, nec ex quacumque causa, cuiuscumque metus vel periculi occasione dimittam; nec me segregabo ab ipsa, sed veræ Fidei rectitudinem, quam Christo auctore tradente per beatissimum tuum coepostolum Paulum, & per discipulos successores vestros usque ad exiguitatem meam prolatam in tua sancta Ecclesia reperi, totis conatibus usque ad sanguinem custodire, tam de sanctæ & indiuiduæ Trinitatis mysterio, quæ vnus est Deus, quam de dispensatione, quæ secundum carnem facta est vniuersali Filij Dei Domini nostri IESU Christi. Et de ceteris Ecclesiæ dogmatibus sicut in vniuersalibus Conciliis & Constitutionibus Apostolicorum Pontificum, probatissimorumque Ecclesiæ Doctorum scriptis sunt commendata, id est quæ ad rectitudinem nostræ vestræque Orthodoxæ Fidei à te traditionem recipiunt, conseruare, sanctaque octo vniuersalia Concilia, id est Nicænum, Constantinopolitanum, & Ephesinum Primum, Chalcedonense, Quintum quoque, & Sextum item Constantinopolitanum, & Septimum item Nicænum, Octauum quoque item Constantinopolitanum usque ad vnum apicem immutata seruare, & pari honore & veneratione digna habere: Et quæ prædicauerunt, & statuerunt, omnimodè sequi prædicare: Quæque condemnauerunt, condemnare ore & corde.

LXXIII. Diligentius autem & viuacius quamdiu vixero, omnia decreta canonica prædecessorum Apostolicorum nostrorum Pontificum, quæcumque ipsi synodaliter statuerunt, & probata sunt, confirmare, & indimuta seruare, & sicut ab eis statuta sunt, in sui vigoris stabilitate custodire: Quæque vel quoscumque condemnauerunt, vel abdicauerunt, simili sententia condemnare, vel abdicare. Disciplinam & ritum Ecclesiæ sicut inuenimus à sanctis prædecessoribus meis canonicè traditum, quamdiu vita in istis comes fuerit, illibata custodire, & indimutas res Ecclesiæ conseruare, neque alienare seu in feudum, censum, vel emphyteusim dare quomodolibet ex quacumque causa; & vt indimuta custodiantur, operam dare. Nihil de traditione, quam à probatissimis prædecessoribus meis canonicè traditam & seruata reperi, diminuerè vel mutare, aut aliquam nouitatem admittere; sed seruentur, vt eorum verè discipulus & sequipeda totis mentis meæ conatibus quæ tradita canonicè comperio, seruare & venerari. Si qua verò emerferint contra canonicam disciplinam, communicatione filiorum meorum sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, cum quorum consilio, directione & rememoratione ministerium meum geram & peragam, emendare, aut patienter (excepta Fidei & Christianæ religionis graui offensione) tua & beatissimi tui Coepostoli Pauli procurante intercessione, tolerare, sacrosque Canones & sacrorum Pontificum Constituta, vt diuina & caelestia mandata, Deo auxiliante, custodire. vtpote Deo & tibi sciens me redditurum de omnibus quæ profiteor, & quamdiu vixero, egero, vel obliuiscar, districtam in diuino iudicio rationem. Cuius sanctissimæ Sedi diuina dignatione, te patrocinante, præsideo, & vicem intercessionibus tuis adimpleo. Eris autem mihi in illa terribili die hæc conanti, & diligenter seruare curanti propitius. Adiutorium quoque vt præbeas, obsecro in hac corruptibili vita constituto, vt irreprehensibilis appaream ante conspectum Iudicis omnium Domini nostri IESU Christi, dum terribiliter de commissis aduenerit iudicare, vt faciat me dexteræ Patris participem, & inter Fideles discipulos & successores tuos esse consortem. Hanc autem professionem meam per Notarium & Scriuarium sanctæ Romanæ Ecclesiæ me iubente scriptam, propria manu subscripsi, & tibi Apostole Petre & Apostolorum omnium Principi pura mente & deuota conscientia super sanctum corpus tuum, & altare tuum sinceriter offero. Actum, &c.] hætenus professio Pontificia.

LXXIV. Quod audisti, Lector, Octo Synodos Oecumenicas recipi ab omnibus Romanæ Ecclesiæ thronum conscensuris, ipsamque Octauam Synodum Oecumenicam, Constantinopolitanam dici, nec aliam quam hanc quæ sub Hadriano Secundo est celebrata: hinc valde miramur, cur Concilium Florentinum, Octaua Synodus Oecumenica dicta & inscripta in ipsius Actis typis excusis habeatur. Pace dictum sit Iuliani Cardinalis, qui in disputatione habita cum Marco Ephesino Sessione sexta Ferrariæ, eidem nimis visus

A visus est indulgere ista dicenti de Octaua hac, de qua agimus Synodo, cum ea carens Iulianus & à Græcis eamdem perens Ephesinus hæc attulit in excusationem: Concilium illud inter generalia connumerandum non est, quandoquidem non modò non susceptum, verum etiam antiquatum fuisse constat. Ioannis enim & Hadriani summorum Pontificum tempore conuocatum fuit, ac Photium Constantinopolitanum Antistitem condemnauit. Is deinde Ioannes aliud Concilium habuit, quod item appellauit Octauum, quod Acta ipsius Concilij, quod vos Octauum fuisse dicitis, improbavit, Photiumque restituit. In quo planè Concilio inter alia fuerat decretum, vt hæc eadem Symboli additio tolleretur, quod vos non ignorare putamus. Si quidem igitur ipsius Concilij Acta reprobata videntur: non est congruum rationi, vt de his aliqua mentio fiat, cum alterum Octauum Concilium sequi potius deberemus. Propterea tempore ex eo in Constantinopolitana Ecclesia hucusque solet ita celebrari: Quæcumque in sanctos Patriarchas Ignatium & Photium scripta vel dicta sunt, anathema sunt. Hucusque Marcus Ephesius veteratoria arte Latinos exuens tanto Concilio Oecumenico, ipsa inquam Octaua Synodo solemnè ritu sub Hadriano Pontifice Constantinopoli celebrata, turpiter mentiens quidem & multipliciter, vt ex iis quæ superius sunt dicta, & quæ suo loco in Ioanne Papa dicentur, quilibet facillè poterit intelligere. Procul enim abest, vt Octaua Synodus sub Hadriano abrogata fuerit à Ioanne Romano Pontifice: longèque longius à vero discrepat, vt Ioannes Synodum Photianam damnantem Octauam eamdem legitimam esse & Oecumenicam Synodum comprobarit: falsum quod ait, quod Oecumenica eadem Octaua Synodus sub Ioanne etiam Pontifice fuerit congregata, quam inchoaram & absolutam vidimus sub Hadriano. Rursum quas citat litteras Ioannis contra Octauam Synodum, eas falsas fuisse à Photio, ex testificatione eiusdem Ioannis litterarum luce meridiana clarius suo loco demonstratur, vt de his nulli prorsus possit esse aliqua dubitatio.

Præterea non fuit iuris ac potestatis Ecclesiæ Constantinopolitanæ, anathemati tradere quæcumque transacta sunt inter Ignatium Patriarcham atque Photium, cum ea publica fuerint, & quæ pro Ignatio contra Photium facta sunt, eadem auctoritate Romanorum Pontificum habita, atque comprobata fuisse noscantur. Ad postremum cum ambos Ignatium atque Photium nominet Patriarchas atque Sanctos: eum necessariò mentitum oportuit in alterutro, cum de Patriarchatu pugnantibus inuicem usque ad mortem, planè dicendum est, quod si legitimus Patriarcha fuit dum vixit Ignatius, Photius tunc temporis esse non potuerit. Sed & si sanctus fuit Ignatius, quem iure meritoque tam Orientalis quam Occidentalis Ecclesia inter Sanctos allegit: necesse est dicere, vt eius persecutor acerbissimus Photius in anathemate diem claudens extremum, Sanctus neuiquam dici possit, sed maledictus, reprobus inter damnatos & excommunicatos annumerandus. Tanta ista cum potuisset atque debuisset in plena Synodo contra Marcum respondendo Iulianus afferre, & insultantem Græcum, retundens mendacia veritate, perstringere & cohibere, & loquacem elinguem reddere, procacemque reprimere: ista omnia prætermittens, puto ignoratione rerum gestarum, ista tantum Marco, omnibusque simul Græcis respondit: Hoc autem metu vos libero, præstantissimi Patres: nam nihil de ipso Concilio, Octauo scilicet recitabitur. sed quoniam in eo volumine nonnulla Sexti Septimi que Concilij Acta sunt scripta: idcirco ea videre vellemus: nam de Octauo Concilio nobis curæ non est.] hætenus Iulianus, atque ea Actione de Octaua Synodo posthac silentium.

Sic ipse quasi per transitum (vt dici solet) rem agens, cuncta quæ obicienda erant in Marcum, omittens, ad præcipuam quæstionem, cuius causa Synodus illa fuerat conuocata, se contulit. Ceterum res tanta, ipsa Octaua Oecumenica Synodus, mea sententia minime sic fuerat relinquenda Ephesij dicacitate prostrata, attrita mendaciis atque penitus condemnata. cum alioqui non leuioris fuerit culpe, caruisse tunc ibi Latinos in tanto Patrum conuentu ipsa legitima Octaua æquè Oecumenica Synodo, quam Græcè scriptam, & Latinitati à se donatam Anastasius Bibliothecarius in S. R. E. archiuum intulisset, & iam ex autographo descripta complura exemplaria essent in diuersis Bibliothecis recondita, vt opus non esset à Græcis schismaticis illa petere, vel negatam ita relinquere indeferam, cum Iulianus vnà simul telum & clypeum visus sit abiicisse tanta iactura Catholicæ Ecclesiæ, quæ iam per ipsum non stetit, quin dispendiū passa sit Synodi Octauæ Oecumenicæ.

^a Conc. Flor.
^{Act. 6. in}
^{princip.}
MARCI E-
PHESENSI
MENS SVB-
DOLA.

MENDACIA
MARCI E-
PHESENSI.

LXXV.

MARCVS E-
PHESENSIS
REDAR-
GVITVR.

LXXVI.

IULIANI
INCVRIA
IN RE TAN-
TA.

menicæ, eiusdemque germanæ atque legitimæ. At in sequenti sessione, quod Iulianus A inconsideratè prodegerat, Andreas Colossensis Episcopus vir doctissimus æquè ac maxime pius restituit, qui omnino negavit per Ioannem VII I. abolitam esse Octauam Synodum Oecumenicam sub Hadriano I. Romano Pontifice habitam.

LXXVII. Cùm autem hoc statu de Octaua Synodo, Oecumenica comprobata, & numquam rescissa monstrata Acta illa Concilij Florentini remansissent: magna interpretis temeritate & audacia sicut & imperitia factum est (fuit is Abrahamus Cretenfis) vt eidem Concilio Florentino inditum illud sit nomen, vt Octaua Synodus nominetur, cùm id factum decreto ipsius Synodi dici non possit, sicut nec debuit; cùm nulla ratio sublit, vt illa dici queat Octaua, eum locum in ordine numeri vendicante sibi hac ipsa legitima Octaua eademque Oecumenica celebrata sub Hadriano, dicta iure Constantinopolitana Octaua, quam (vt audisti) vnà cum aliis Oecumenicis profiteri solerent omnes electi Romani Pontifices consecrandi: vt antiquata nullo modo dici possit, quæ per singulos successores Romanos Pontifices solemni ritu, professione Fidei innouaretur. Cùm igitur nec in Florentinæ Synodi decretis, vel Actis, nec in Eugenij Papæ diplomatis de ipsa datis, Concilium illud Octauum vt dicatur, cautum aliquo modo inueniatur, interpretis Abrahami explodenda omnino penitusque temeritas est, qui eidem Octauæ Synodi nomen perperam indidit: cùm alioqui, et si hæc de qua agimus Octaua Synodus (quod dicere sacrilegium est) fuisset abolita, adhuc tamen nec Florentino Concilio illa nota numeri competere, vt dicatur Octauum, cùm plures aliæ ante ipsum celebratæ inueniantur Synodi Oecumenicæ. Aboleatur igitur (iterum clamo) aboleatur omnino nomenclatura mendax à Cretense mendace præsumptæ Latinis tradita, & inconsideratè descripta, cusaque ofcitantia Collectoris. Sed iam quæ absolutam Synodum sint secuta, videamus.

LXXVIII. Post Synodum quasi appendix positæ sunt epistolæ ex Synodo vel ob Synodum ab aliis tunc datæ, de quibus ista Anastasius in præfatione historica ad eandem Octauam Synodum: Sanè epistolæ tam Synodi quàm Patriarchæ Ignatij & Imperatorum ad Romanum Pontificem missæ, quæ in codicis Actionum ipsius Synodi calce habentur insertæ, reuerenti sunt cultu recipiendæ: nam à totius Synodi consensu, dum adhuc ageretur, decretæ sunt & expositæ.] hæc ipse. Est autem omnium prima Encyclica ad omnes Christi fideles, cuius est exordium: Exultate Deo adiutori nostro, Iubilate Deo Iacob, &c.] qua cunctæ in Synodo res gestæ narrantur. Alia item ex Synodo scripta epistola ad Hadrianum Romanum Pontificem, quæ incipit: Opportunum est cum sapientissimo Salomone nunc & nos clamare, &c.] qua commendatur Hadriani studium in Synodo Oecumenica colligenda. Ad finem verò, vt eam confirmet, his verbis exorat: Igitur libenter oppidò & gratanter, imitatrice Dei sanctitate vestra omnium nostrum conuentum & vniuersalis huius atque Catholicæ Synodi consensum ac consonantiam recipiente, prædica eam magis ac magis, veluti propriam, & sollicitius confirma coangelicis præceptionibus & admonitionibus vestris, vt per sapientissimum magisterium vestrum etiam aliis vniuersis Ecclesiis personet & suscipiatur veritatis verbum & iustitiæ decretum. Ora pro nobis, sanctissime: Christus te custodiat ad consolationem nostram & statum Ecclesiarum in longitudinem dierum.] eademque missæ sunt ad alios Patriarchas. Duæ reliquæ in eodem codice, quæ sequuntur, post discessionem Legatorum datæ reperiuntur, agemus de illis inferius suo loco.

LXXIX. Porro de Octaua Synodo accipe delirium a Aimoini ita dicentis, dum de ipsa paucis agit: In qua Synodo de imaginibus adorandis aliter quàm Orthodoxi Doctores antè definierant, statuerunt, & quædam pro favore Romani Pontificis, qui eorum votis de imaginibus adorandis annuit, & quædam contra antiquos Canones, & contra ipsam suam Synodum constituerunt, sicut qui eandem Synodum legerit, patenter inueniet:] hæc ipse. Ex quibus planè qualis ipse fuerit, cuiusve dogmatis, manifestatur, nempe ex Gallis illis vnus, qui negabant cultum sanctorum imaginum, de quibus & Anastasius in præfatione ad eandem Octauam Synodum meminit, quos nos superiori tomo abundè fatis confutauimus. Porro in hac Octaua Synodo nihil præterea de cultu sacrarum imaginum esse decretum, quàm quod in pluribus Romanis Conciliis & in Oecumenico Nicæno secundo statutum fuerat, certum est. Sed quid post hæc?

LXXX. Quòd autem vbi vetus æmulatio semel in corde hominum radices fixit, pax licet benè plantata, difficillimè coalescat: ad turbanda quæ benè composita sunt, pacis hostis diabo-

REDARGVTUR APPOSITVS TITVLVS CONCILII FLORENTINO.

EPISTOLAE EX SYNODO SCRIPTAE.

LXXIX. a. Aim. lib. 5. c. 18. AIMOINI ERROR CONFUTATVR.

A diabolus quæcumque valuit fomenta vndique ad incendium comparauit. Vetus æmulatio Orientis Imperatoris in Occidentis Imperatorem concepta, semper aucta, numquam euulsa, eò progressa est, vt eius gloriam nec pati posset audire, prout subsequens narratio declarabit de his quæ acciderunt ante factam subscriptionem, quæ Actis synodalibus inserta non sunt. Nimirum quòd cùm peticum esset, vt oblata ab Anastasio Legato epistola Hadriani in Synodo legeretur, inuenti sunt in ea esse corrasa versus illi, in quibus Ludouici Imperatoris laudes prædicabantur. Quapropter (inquit idem Anastasius in Hadriano) epistolam Sedis Apostolicæ fraudulenter corrasam summis clamoribus conquerebantur Legati Apostolicæ Sedis, fatentes se nullo modo synodalibus actio-nibus subscripturos, nisi totius epistolæ integritas Gestis synodicis iungeretur. Hoc modo Romanis certantibus, Græcis verò non esse in Synodo de laude Imperatoris, sed de solius Dei tractandum, altisonè respondentibus, nomenque Imperiale nostro Casari penitus inuidentibus, ad hoc vsque peruentum est, vt interposita conditione voluntatis Apostolicæ, definitis sententiis minus finitè subscriberent: Ita legentes: Ego ille vicem agens domini mei Hadriani summi Pontificis & vniuersalis Papæ omnia quæ superioribus leguntur, huic sanctæ & vniuersali Synodo præsidens vsque ad voluntatem eiusdem eximij Præfulis promulgavi, & manu propria subscripsi.] ita quidem ad finem Actionis decimæ tres Legati Apostolici reperiuntur eidem Octauæ Synodo subscripsisse. Ex qua pariter Græcorum illiberali actione creduntur turbata, quò minus cœpta fœdera nuptiarum ulterius progredierentur, imò turbarentur omnino. Laudanda prudentia Legatorum, qui eo modo & paci publicæ ex synodali illo conuentu formandæ consuluerunt, & benè æstimationi Romani Pontificis prospexerunt. hæc inquam antequam Synodus absolueretur. Postquam autem est absoluta, quæ sunt oborta scandala ex Græcorum versutia, diligenter attende.

C Post diem tertium (inquit idem auctor Anastasius in vita Hadriani) quo sacratissima Synodus in suis subscriptionibus omnino in codice consummata, redactaque ad omnem elegantiam in Ecclesiæ sanctæ Sophiæ fuerat: ab Imperatore in domo quadam Vicarij Patriarcharum, videlicet Apostolicæ Sedis, Alexandrini, Antiocheni, & Ierosolymitani, simulque Patriarcha Ignatius, vbi cum aliquibus residebat, conuocati, sedere iubentur, quò eas, quas Princeps Bulgarorum ei litteras cum donis per Petrum aliosque direxerat, audirent. Quorum legationem, Imperatore potissimum annuente, suscipiunt. Sicque post salutationem Petrus Bulgarorum Legatus exorditur: Domnus Michaël Princeps Bulgarorum audiens quòd pro vtilitate sanctæ Dei Ecclesiæ ex diuersis partibus auctoritate Sedis Apostolicæ conueneritis, gratanter accepit: vobisque qui ex Sede Apostolica missi estis, quia in vestro transitu vestris eum litteris visitare dignati estis, multiplices gratias agit. Legati sanctæ Romanæ Ecclesiæ responderunt: Nos quia vos filios sanctæ Romanæ Ecclesiæ nouimus, in salutos præterire neque debuimus neque voluimus, quos nimirum sancta Sedes Apostolica, vt propria membra complectitur. Bulgarorum Legati dixerunt: Vsque hodie pagani fuimus, & nuper ad gratiam Christianitatis accessimus: ideoque ne in aliquo errare videamur, cui Ecclesiæ subdi debemus, à vobis qui vices summorum Patriarcharum geritis, nosse desideramus.

E Legati Ecclesiæ Romanæ responderunt: Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, cui per te, ô Petre, tuus Senior & beato Apostolorum principi Petro cum omni gentis sue populo se tradidit, à cuius successore, videlicet egregio Papa Nicolao & præcepta viuendi, & Episcopos & presbyteros suscipere meruit: vos pertinuisse & pertinere debere, etiam in eo monitris, quòd postulatos nostros sacerdotes & suscepistis, & deuotione congrua retinetis. Bulgarorum Legati dixerunt: A sancta Romana Ecclesia sacerdotes nos petiisse, suscepisse, hætenusque habere nos confitemur, & eis in omnibus obedire decernimus. Verùm vtrum Romanæ an Constantinopolitanæ Ecclesiæ rationabiliter subdi debeamus, cum his Patriarcharum Vicariis definit. Legati sanctæ Romanæ Ecclesiæ responderunt: Propter quæ sancta Sedes Apostolica cum Orientalibus definienda mandauerat, Domino iuuantè, finiuius. Causa autem vestra non secus quàm iam definita est definienda. Quia nihil in mandatis accepimus, nihil vel definimus, vel in præiudicium sanctæ Romanæ Ecclesiæ definiendum censemus. Quinimò quia omnis vestra patria nostris sacerdotibus vbique plena est: nulli vos nisi sanctæ Romanæ Ecclesiæ pertinere debere, definitiua sententia, quantum ex nobis est, promulgamus.

LAUDES OCCIDENTALIS IMP. ORIENTALES NON ADMITTUNT.

LXXXI.

LEGATIO REGIS BULGARORVM CORAM LEGATIS AVDITA.

LXXXII.

CONTENTIO EXCITATA DE BULGARORVM.

LXXXIII. Vicarij Orientalium Patriarcharum Bulgaris dixerunt: Quando vos illam patriam cepistis, cuius potestate subdita erat? Et vtrum Latinos an Græcos sacerdotes habuit, dicite. Legati Bulgarorum dixerunt: Nos illam patriam à Græcorum potestate armis euicimus, in qua non Latinos, sed Græcos sacerdotes reperimus. Vicarij Orientalium responderunt: Si Græcos sacerdotes ibi reperistis: manifestum est, quia ex ordinatione Constantinopoleos illa patria fuit. Legati sanctæ Romanæ Ecclesiæ responderunt: Sicut Bulgariæ nobis diuerso modo pertinere ordinationem nos dicentes, mendacium non loquimur: ita nimirum eandem Bulgariam ex Græcorum Regno fuisse, numquam negamus. Sed intueri vos decet, quia aliud ordinant iura sedium, aliud patiuntur diuisiones Regnorum. Nos de diuisione Regnorum non agimus, sed de iure sedium loquimur. Vicarij Orientalium Patriarcharum dixerunt: Illud quod vobis diuerso modo Bulgariam pertinere dicitis, addiscere volumus. Legati sanctæ Romanæ Ecclesiæ responderunt: Sedes Apostolica iuxta quod in Decretalibus sanctissimorum Romanorum Præsulum doceri poteritis, vtramque Epirum, nouam videlicet, veteremque, totamque Thessaliam & Dardaniam, in qua & Dardania ciuitas hodie demonstratur, cuius nunc patria ab his Bulgaris Bulgaria nuncupatur, antiquitus canonicè ordinauit & obtinuit. Ac per hoc ordinationem, quam tunc paganorum Bulgarorum irruptione amiserat, non à Constantinopolitana Ecclesia, vt modò fingitur, abstulit, sed ab iis factis modò Christianis recepit. Secundo modo, quia Bulgari, qui iure gentili sibi patriam subiugantes, ecce per quorundam annos retinent, quod ceperunt, Sedes Apostolicæ semet (vt superius diximus) patrocinio ordinationique specialiter committentes, nobis debent, nec immeritò, subiici, quos vitronea voluntate magistròs elegerunt. Tertio modo, quia eosdem Bulgaros sancta Sedes Apostolica iussu quondam sanctissimi Papæ domini Nicolai, tam per aliquos nostrum qui hic sumus, illic multas Ecclesias dedicantes, sacerdotes creauimus, quam per Paulum, Dominicum, Leopardum ac Formosum venerabiles Episcopos, sed & Grimoaldum Coepiscopum nostrum, quem hæcenus isti Bulgari cum multis nostris sacerdotibus, in conspectu nostro habere facti sunt: à diuersis erroribus ad Catholicæ Fidei veritatem, multo sudore, Christi gratia præduce transferens, ecce vltra triennium tenuit & tenet, ordinat & disponit. Ideoque consequens non est, vt sine conscientia Romani Pontificis Ecclesia Romana, de quibus præsentialiter vestita cernitur, spoliatur.

LXXXIV. Vicarij Orientalium Patriarcharum dixerunt: At quem istorum modorum modò dispensare velitis, edicite. Legati sanctæ Romanæ Ecclesiæ responderunt: Sancta Sedes Apostolica vos, quia re vera inferiores estis, super sua causa iudices nec elegit, nec per nos eligit, utpote quæ in omni Ecclesia sola specialiter fas habeat iudicandi: sed neque nobis de hac causa sententiam proferre commisit. Quapropter & quod ab ea faciendum non suscepimus, eius cognitionis iudicio, quæ librorum multiplicitate ad defensionem sui multa proferre præuallet, ex integro referuamus; à qua omnis vestra sententia tanta facilitate respicitur, quanta leuitate profertur.

LXXXV. Vicarij Orientalium Patriarcharum dixerunt: Satis indecens est, vt vobis, qui Græcorum Imperium detrectantes, Francorum scederibus inhæretis, in Regno nostri Principis ordinandi iura seruentur. Quapropter Bulgarorum patriam, quam ex Græcorum potestate dudum fuisse, & Græcos sacerdotes habuisse comperimus: sanctæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ, à qua per paganismum recesserat, nunc per Christianismum restitui iudicamus.

LXXXVI. Legati sanctæ Romanæ Ecclesiæ reclamantes dixerunt: Sententiam, quam non electi, neque admissi, siue timore, seu gratia, vel quidquid illud est modò præcipitalis, potius quam protulistis: auctoritate Spiritus sancti vsque ad definitionem sanctæ Sedes Apostolicæ omnino rescindimus, ita vt nullo modo vel nomen habere sententiæ mereatur. Teque reum Patriarcham Ignatium auctoritate sanctorum Apostolorum Principum, coram Deo suisque Angelis omnibus præsentibus contestamur, vt secundum hanc epistolam sanctissimi retractoris tui domini Hadriani summi Pontificis, quam tibi ecce offerimus, industria tua, ab omni Bulgariæ ordinatione immunem te, nullum tuorum illuc mittendo, custodias; ne sancta Sedes Apostolica, quæ tibi tua restituit, per te sua perdere videatur. quin potius si (quod non credimus) iustam te habere querimoniam æstimas, sanctæ Romanæ Ecclesiæ retractoris tui solemnitè suggerere non omittas. Tunc Patriarcha Ignatius Apostolicam epistolam suscipiens, licet magnopere admonitus eam legere distu-

LXXXIII. VICARIJ ORIENTAL. SEDIUM LA. B. ORANT PRO GRAE. CIS CONTRA SEDEM APO. STOLICAM.

RECVSATVR LEGATORVM ORIENTAL. PRAESVMPTVM IVDICIVM.

PRÆCIPITATA NVLLO IURE SENTENTIA.

LXXXVI. LEGATI SEDIS APOST. REIICIUNT LEGATORVM ORIENTALIVM SENTENTIAM.

A distulisset, respondit: Absit à me, vt ego his præsumptionibus contra decorem Sedis Apostolicæ implicer: qui nec iuueniliter ago, vt mihi subripi valeat; nec ita seniliter deliro, vt quod in aliis reprehendere debeo, ipse committam. Hoc sine collocutio illa finita est. Sed Imperialis commotio licet spem fronte simularet, argumentum suscepit.] hæc in rebus gestis Hadriani Anastasius qui aderat.

Accesserunt ad ista, quòd Græca calliditate, ex improviso ita conuenti Apostolicæ Sedis Legati, carentes interprete, coacti sunt vt eo tunc vno tantum qui aderat interprete Imperatoris, qui vt voluit, & quæ voluit Legatis Orientalium sedium, vel Bulgariæ Regi interpretaretur. Est de his iusta querela ipsius Anastasij Bibliothecarij, qui (vt dictum est) tunc aderat cum alijs Legatis Ludouici Imperatoris pro nuptijs contrahendis. Ipse igitur in sæpè citata historica præfatione ad Octauam Synodum ista ait post multa de Bulgarorum conuersione ad fidem per Apostolicæ Sedis Legatos, de admirabili studio Regis Bulgarorum erga Romanam Ecclesiam: In tantum autem pietas venerat Principis, & abundans circa beatum Petrum veneratione affectus, vt quadam die manu propria capillos suos apprehenderet, & contemplantibus cunctis se Romanis Missis tradiderit, dicens: Omnes primates & cuncti populi * Vulgarum terræ cognoscant, ab hodierno die me seruum fore post Deum beati Petri & eius Vicarij] At superius, cum de Longobardis est actum, dictum est summæ fidei pignus fuisse inter barbaros illos, suos capillos mittere, cuius rei hic certum vides exemplum. pergit Anastasius.

Quæ Græci de die in diem audientes, inuidet, & tantæ gloriæ auidi, vt eum possent à Romana Sede auertere, diuersa requirunt ingenia, munera post munera numerosa mittentes, & sophistica ei argumenta creberrimè proponentes. At ille vt columna mansit immobilis, donec eorumdem Græcorum fraude deciperetur, senbentium ei atque dicentium, quòd de patria illa, vel vtrum Romano, an Constantinopolitano Pontifici subditebeat, inter Vicarios Romanos, Patriarchamque Ignatium Constantinopoli disceptatio fuisset canonicè ventilata, & conuictis Romanis Orientis sedium Lociferuatores iudicauerint Vulgarum diocesim illi vrbi fore subiiciendam, cui ante aduentum Vulgarum subdebatur, cum alia sit in mundanis negotijs, alia in Ecclesiasticis dispositio iuris. Et quamuis regio illa antea fuerit Græcis subdita: nullum tamen in ea sibi ius vendicare legitime poterant, quam armis olim amissam, per tot tempora bellando recipere non valuerunt. Quamuis & prius quàm Græcis fuisset subdita, Romanos hanc possedisse pateat, nec illam Græci, vt supra monstratum est, tenuisse memorentur, nisi dum sceptris * Romanicis potirentur. Quamquam etsi huic Græci Principes regioni, quantum ad Remp. attinet, dominati sint: non tamen præiudicasse possunt Dei Ecclesiæ iuri, quæ quantumlibet illi cum diuersis nationibus conflitantes, siue victi, siue victores extiterint, non nouit nisi charitatem & pacem. Vnde quidam magistrorum eius exclamat: Qui videtur contentiosus esse, nos talem consuetudinem non habemus neque Ecclesia Dei. Licet hoc ipsum si Lociferuatores Orientis decreuerint, nullis certis probetur indicijs.

Quamuis enim Romani Lociferuatores & Vulgarum Missi cum Imperatore seu Patriarcha, necnon Orientis Lociferuatoribus conuenissent: his tamen omnibus in vno conclaui positis, nulli deforis venienti patebat aditus, nisi cum vel Imperator, vel Patriarcha forsitan permisisset. Vnde factum est, vt quidquid Romani assererent, nec Orientis Lociferuatores, nec Vulgares intelligerent. Et rursus quidquid Orientales Legati dicerent, nec Romani Lociferuatores, nec Vulgarum Missi cognoscerent, dum videlicet nullus adesset, nisi vnus Imperatoris interpres, qui nec Romanorum nec Orientalium Lociferuatorum voces aliter audebat edere, nisi vt iam Imperator ad subuersionem Vulgarum quoddam scriptum Græcis verbis & litteris exaratum contineret: quasi Lociferuatores Orientis inter Lociferuatores Romanos & Patriarcham Ignatium arbitri existentes, iudicauerint, Vulgarum patriam, quæ in Illyrico constituta est, diocesi Constantinopolitanæ subiiciendam, cum ab olim in vtraque Epiro, Dardania, Dacia, Thessalia, & ceteris in Illyrico sitis prouincijs semper Sedes Apostolicæ dispositio facta clareat, sicut diuersæ historie, vel Pontificum Romanorum, & à Damaso Papa per eandem prouincias missæ testantur epistolæ, & has Græcorum Principibus sola ira fauentibus sibi, Constantinopolitanis præsulibus, causa dumtaxat, quam superius annotauimus, extortas ab Apostolica Sede, subegerint. Super quibus recipiendis idem Apostolica Sedes nullam reperitur fecisse querelam, quoniam mox has (vt prædictum est) sæpè memorata

IGNATIUS PATRIARCHAE ENCVSATIO.

LXXXVII.

BVLGARORVM REG. STVDIVM ERGA SED. APOST. *al. Bulgarorum

LXXXVIII. INVIDIA GRAECOR. B. LGARI A ROMANIS DISTINGU. TENTATI.

LXXXIX.

ANTE SVB. DOLA VNI INTERPRETI CAUSA COMMISSA BVLGARICA.

Vulgarum natio adit, & sibi iure potestatis omnia vendicat. At ubi religio redit, confestim & dicecelesos fas Sedi propriæ reformatur.

XC.

NVLIVM ESSE POTVIT IN BVLGARICA CAVSA IVDICIUM

Hæc cum Romani & his similia Lociferuatores summatim Græcorum locutiones aduertentes affererent, etiam hoc profecuti sunt, dicentes: Omnibus liquet, neque nos neque Lociferuatores Orientalium sedium causa vindicandarum quarumlibet dicecesum veniendi Constantinopolim inuitatos, sed controuersiam, pro qua disponenda & definienda, vel ab ipsis Imperatoribus expetiti, vel à Præsulibus nostris destinati sumus, Deo auctore, sanè dissoluimus, & propria singuli subscriptione signauimus. Super dicecesi autem Illyrici, quam Sedes Apostolica iure præfco, & in præsentiarum sibi à possessoribus eius reddito, nunc quæta retentione possidet, & regulariter vtitur, eadem principalis Sedes neque pulsata est, neque vt pro ea mitteret altercandum villo modo prouocata; sed neque nos personas Aduocatorum vel Assessorum eius assumimus, neque quid illa si adesset, responderet obiectis agnoscimus: quippe qui nihil hinc ab ea in mādatis accepimus, ac per hoc disceptare non iussi, quidquam non possumus. Verum nec Lociferuatores Orientis iudicium se personas assumpturos in controuersis, in quibus ab vtraque non sunt parte iudices appellati vel electi, conuicimus, præsertim cum Apostolus prohibeat: Mediator, inquiens, vnus non est: & sacri Canones non quorumcumque, sed electorum iudicium sententiam minimè spernendam edoceant: & quidam probabilium Patrum dicat: Iustus mediator non est, qui sic vnā partem audit, vt alteri parti nil referuet. Hæc Anastasius, qui cur in præfatione ad Octauam Synodum ista intexerit, sui instituti afferens rationem, mox subiicit:

Gal. 3.

XCI.

PECULIARE GRAECIS ESSE FALSARE SYNODOS

Hæc itaque diximus, intentos reddere studiosos curantes, ne fortè processu temporis quidquam de subiicienda Constantinopolitanæ dicecesi Vulgarum terra, statutum vel definitum ab Vniuersali & Octaua putent Synodo, vel Actionum illius codici à Græcis hinc aliquid adici præsumatur. Nam familiaris est illis ista præsumptio, & singularis quodammodò ambitionis indicium: siquidem in secunda Synodo contra statuta magne Nicæne Synodi, & sanctorum decreta Præsulum Romanorum, Alexandrinæ priuilegia sedis Constantinopolitano contulerit Pontifici. Et quædam penes illos reperiuntur capitula regularum, quæ illi quidem dicunt Tertie existere Synodi, cum apud Latinos nec in vetustissimis inueniantur editionibus. In Quartæ quoque Synodi quibusdā codicibus, quodam de priuilegiis Constantinopoleos ostendunt capitulum, quod inter Canones eiusdem Synodi ab vniuersa Ecclesia veneratos, nec Latinitas, nec alia lingua sub sole recipere comprobatur; quodque licet ab Anatolio & Imperatore, vel fautoribus eorum post omnia Gesta Synodi & prolatos Canones, in absentia Romanorum Lociferuatorū clam depromptum extiterit: mox ibi ipsum ab iisdem Lociferuatoribus est repulsum, & à Sede Apostolica, quæ vt eadem Synodus fieret sola decreuit, solaque ius habuit eos recipiendi, quos synodica decreta perculerunt, non solum non admisit, verum etiam continuò respuit; quodque Anatolius vel Imperator, quia vt firmaretur à Sede Apostolica, cui tunc Magnus præsidebat Leo, impetrare non potuit, in eius positum potestate confessus est. Nihilominus & alia ostendunt regularū numerosa & præsumptuosa satis capitula prisca traditioni penè omnia valdè contraria, quæ à Sexta, perhibent falsò, Synodo promulgata; cum Sexta Synodus nullam protulerit præter Fidei regulam: sed quas eius asseuerant regulas, longè post Sextam Synodum ab ipsis constat esse penes se priuatimque depromptas. Porro in Septimæ Synodi codice (quia sæpè contra Canones Constantinopolitani & Neophyti Antistites prouehuntur, & eo tempore Tarasius ex laicis Patriarcha fuerat ordinatus) ita epistolam beatæ recordationis Papæ Hadriani existimant transcribendam, vt nihil in ea ex his, quæ ad prædictum Præfulem, vel contra Neophytos idem sanctissimus Pontifex scripserat, vel scriptum vel translaturum Græcè reperiatur. Sic igitur, sic Græci accepta occasione celebratorum Vniuersalium Conciliorum, frequenter egisse clarescunt, & nunc minuendo, nunc addendo, vel mutando, nunc in absentia sociorum, nunc in abscondito angulorum, nunc extra Synodum, nunc post Synodum astutia sua, immò fraude communibus sanctionibus abutuntur, & ad suos libitus cuncta quæ sibi visa fuerant, etiam violenter inflectunt.

XCI I. LATINA VERSIO SINCERA.

Itaque quidquid in Latino Actionum Octauæ Synodi codice reperitur, ab omni est fuco falsitatis extraneum. Quidquid verò amplius, siue de dicecesi Vulgarica, siue aliunde in Græco eiusdem Synodi codice forsitan inuenietur: totum est mendacij venenis infectum.

A festum. Denique disceptatio, quam coram Imperatore, Vicariis, & Vulgaribus tantum super Vulgarum terra supra fuisse significauimus actam: post Synodum consummatam, Canonesque viginti prolatos, atque septem tantum Capitulis terminum Fidei depromptum, & omnia hæc in quinque codicibus scripta, siue compacta, & omnium subscriptionibus roborata, sed & ipsos codices plumbea bulla munitos, atque sigillatim Lociferuatoribus traditos Patriarchalibus sedibus deferendos, effecta est. Ne ergo Græcorum sueta astutia, quin potius dolositas etiam circa præsentem Synodum agat: hæc me admonendi causa dixisse sufficiat. Ceterum bene noui, quod iuxta Proverbiatorem, Frustrà iactetur rete ante oculos pennatorum. Vnde quisquis sapientiæ ac prudentiæ pennis ad alta sustollitur, omnes insidiarum muscipulas, quæ à Græcis in infimis tendi poterunt, alto contemplationis saltu transcendet. Hucusque Anastasius, qui (vt ipse in sua præfatione superius testatur) eadem ex Græco in Latinum versione Octauæ Synodi à se elaborata dum esset hoc anno Constantinopoli (ita bene merens de Vniuersali Ecclesia) sua planè diligentia nobis ipsam Synodum sinceram, in nullo corruptam seruaui.

Quæ insuper in eadem præfatione de sui instituti ratione in translatione à se facta habeat, accipe: Interpretans igitur hanc sanctam Synodum verbum è verbo, quantum idioma Latinum permisit excerpti: nonnumquam verò, manente sensu, compunctionem Græcam in Latinam necessariò commutauit: rara præterea interpreti doctiori enucleanda seruaui: quædam etiam sicut mihi nota erant, nimirum qui tam Romæ, quam Byzantij positus in cunctis his sollicitè laborauit, scholiis in marginibus codicis exarata annotauit, vel etiam, sicut mihi visum est, explanauit. Sanè & hoc notandum, quia quædam Scripturarum, quæ super his à Sede Apostolica Constantinopolim missæ sunt, deficientibus vrbis eiusdem interpretibus, non ex toto rectè translata in Græcitatem inueni, quorum ipse nonnulla, & quantum angustia illic morandi permisit temporis, emendauit, partim verò, vt reperi, hactenus incorrecta reliquit, &c. Hæc de studio Anastasij, dum esset Constantinopoli. Vidimus in Columnensi bibliotheca ipsius Anastasij membraneum codicem autographum versionis Octauæ Synodi cum ipsius scholiis in margine affixis, quæ non sine magno labore legi possunt, ob nimiam codicis vetustatem, habitum ex monasterio Auellanæ, cui præfuit Petrus Damiani, cum eremum coluit, eodemque vsi sumus.

XCIII. RATIO ANASTASII IN INTERPRETATIONE SERVATA.

Audisti iam quæ Græcorum inuidia contra Romanam Ecclesiam ab Imp. Basilio sunt perterritata, non absque immensa ingratitude nota, duas nimirum dolosas captiones, alteram in abradendo ab epistolis Hadriani Papæ laudes Ludouici Imp. alteram in abripiendo è dicecesi Romanæ Ecclesiæ gentem Bulgarorum. Attende adhuc tertiam turpiorum nequitiam eiusdem dolosa arte pariter fabricatam. Hanc primùm accipe ab eodem Anastasio, qui res gestas Hadriani Papæ conscripsit hoc ipso tempore: His, inquit, expletis, quidam Græcorum Imperatore cœueniunt, Constantinopolitanam Ecclesiam per oblatos libellos in potestatem Romanam redactam flebiliter conqueruntur, & dubitate subscriptionum, omnia quæ in Synodo decreta fuerant, reuoluenda, cunctaque recidiis erroribus confundenda fatentur. Et nisi libellos reciperent, libertatem pristinam se non posse recipere fingunt. Illic quidam libellorum à custodibus (quoniam excellentiorum Episcoporum libellos Legati sanctæ Romanæ Ecclesiæ futurorum præscij prorsus occuluerant) defraudantur. At pro hoc incredibiliter consternati ipsi Legati Apostolicæ Sedis, Supponis Archiministri & Anastasij disertissimi, sanctæ Sedis Apostolicæ Bibliothecarij fidelissimi auxilijs innituntur. Quibus, diuerso modo non sine magno labore, periculis imminentibus, libellos quidem vix tandem recipiunt; sed Imperatoris iram pro nimia suæ districtione fidei vehementer incurrunt. Hæc ibi Anastasius Bibliothecarius, qui tunc (vt dictum est sæpè) causa legationis nuptiarum Constantinopoli his omnibus præfens interfuit: & in translatione eiusdem Octauæ Synodi à se celebrata, inter nonnulla quæ in suo volumine in margine posuit, vel declarationis obscurarum vocum causa, vel historice veritatis illustrandæ quam descripsit (quæ habet nuper citatus vetustissimus codex Columnensis, qui fuit dignæ memoriæ Cardinalis Sirleri) vbi in prima Actione libellus à Legatis Sedis Apostolicæ legendus proditur, hæc in margine annotauit, quæ plurimum conferunt ad veritatem historicam consequendam.

XCIV.

DE LIBELLIS POENITENTIAM SUBLATIS AB IMP. BASILIO.

Notandum est (inquit) & memoriæ commendandum, quoniam libelli huius tenorem beatæ recordationis Nicolaus Papa exposuit. Sed quia tunc à præuaricatoribus non est

XC V.

est

DE LIBEL-
LIS OBLA-
TIS.

est admissus, rursus ab Hadriano Papa, mutato nomine Pontificis, Constantinopolim A
est transfusus, secundum cuius formam omnes Archiepiscopi & Metropolitanam & ceteri
Episcopi Constantinopolitanæ dioceseos, necnon etiam omnes clericos, vel in hono-
rem, vel in communionem consequendam, chirographum Sedi Apostolicæ Græcè scri-
ptum fecere, & tam propriæ manus scripto, quàm testium à se rogatorum testimonio &
subscriptione roborauere, nomina & tempus signantes, quo singuli chirographum suum
scribebant, & Sedis Apostolicæ Legatis porrigebant, ita ut nullus Antistitem vel reli-
quorum clericorum fuerit conuentu receptus, qui non secundum exemplar huius codi-
cilli chirographum scripsit, & Missis Sedis Apostolicæ, Ecclesiæ Romanæ nomine de-
ferendum porrexit.

XCVI. Verum postquam omnes chirographa sua fecerunt, & testibus roborata tradiderunt:
furrexerunt quidam eorum, & ad sanctissimum Patriarcham Ignatium atq; ad Basilium B
pium Imperatorem accedentes, secretò dixerunt, non bene factum fuisse, quòd Eccle-
siam Constantinopolitanam tanta subiectione Romanæ subdi Ecclesiæ permiserint; ita
ut hanc ei tamquam dominæ ancillam tradiderint. Quibus verbis Imperator commo-
tus, iussit primoribus, qui Vicariorum Apostolicæ Sedis obsequio deputati erant, ut cum
illi ad aliquam Ecclesiam cum suis pergerent, ipsi mansionem eorum ingressi, chirogra-
pha illa latenter auferrent. Nam eos palam scandalizare, penitus recufabat. Cum ergo
Vicarij, Donatus scilicet & Stephanus Episcopi, atque Marinus diaconus ad colloca-
tionem Patriarchæ perrexissent: custodes fures facti, penetrantes domum, quamdam
partem clanculò ex numerosis illis chirographis abstulere. Quo illi reuerſi comperto, ta-
liter inter alia Imperatori loquentes, dixerunt: Nos quidem Romam ob amissa chirogra-
pha redire non audebimus: tu tamen inchoatæ pro Ecclesiæ statu pietatis nihil omnino C
mercedis lucraberis.] hæc illi pergit Anastasius, hæc de se dicens:

CUSTODES
VRANIVR
OBLATOS
LIBELLOS.

XCVII. Nos autem qui pro causa nuptialis contractus inter vtrumque Imperatorem efficien-
di aderamus, his ei verbis dicta transfusimus: Non decet Imperatoriam potestatem, aut
ea facere quæ destruenda sunt, vel destruere quæ non destruenda consistunt. Cum ergo
consensu tuo chirographa facta fuerint, si malè consentisti, palam pœnitentiam age, &
quod fecisti, non clam, sed palam destrue. Iam verò si bene fecisti, consentiendo ut Sedi
Apostolicæ pro futura cautela fierent ab Episcopis chirographa: quamobrem ea, pœni-
tens, de bono * sublata regi consentis? Iam verò si fateris, quòd non voto tuo factum
fuerit, ut auferrentur chirographa: respondemus: Tum liquidò patebit, voto tuo non
fuisse tantum piaculum commissum, cum hos distringens, quos Vicariis pro custodia
dedisti, quæ ablata sunt, eos reddere iure coegeris. Neque enim alij debent restituere, D
vel corrigere si quid Vicarij perdiderunt, vel si quid sinistra perpeſsi sunt, nisi illi, qui hos
cum suis omnibus ad custodiendum reuerenter, & saluandum * inſegnitè Imperatoria
pietate receperunt.

* idem quod
incunctanter

XCVIII. At verò Imperator, his auditis, accersit Vicarios, & eis omnia chirographa reddi-
dit, ita ut nec vnum saltem deesse putaretur, dicens: Ego quidè ut magistrum Ecclesiasti-
corum negotiorum Sedem Apostolicam per meos Legatos adj, & idè vestram præsen-
tiam prætolatus sum, ut vestro decreto & solertia Ecclesiæ nostra remedia sanitatis reci-
peret, & nos non nostris motibus, sed vestræ sententiæ pareremus. Ergo chirographa
quæ à nostris sacerdotibus ac cunctis clericis salubriter exegistis, recipite, & spiritali Pa-
tri nostro sanctissimo Papæ repræsentate. Ita ut si quis eorum per abrupta vitiorum, vel
deuia prauitatum solito incedere more tentauerit: his quodammodò ab eis refrænetur, E
& talibus locis ad rectum iustitiæ tramitem reuocetur.

XCIX. Quo facto, Vicarij gauisi, libellos accèptos cautè nobis deferendos tradiderunt, qui
videlicet, ut remeandi ad patriam iter arripuisse reperti sumus, quia Dyrrachio nauigio
venimus Sipontum, deinde terreno itinere Beneuentum, post hæc Romam eisdem li-
bellos portantes: Missi verò Sedis Apostolicæ Dyrrachio simili modo nauim ingressi,
Anconam petebant. Sed in Sclauenorum piratas incurrentes, omnia quæ possidere vide-
bantur, penitus amiserunt, simul & codicem Actionum præsentis Synodi. Verum ego qui
Romanæ Bibliothecæ curam gerebam, studium habui à Constantinopoli mecum ipsius
Synodi codicem deferendi, delatumque summo Pontifici repræsentavi. Ac per hoc fa-
ctum est, ut Sedes Apostolica, Deo auctore, codicem Synodi per nos susciperet, & libel-
los Missis quidem à nobis redditos, sed per nos saluatos haberet, quos nimirum si Missi
peries

LEGATI IN
PIRATAS
INCVR-
RVNT.

A penes se retinuisſent, ut codicem Synodi & cetera scripta, hos proculdubio perdidit-
ſent.] hucusque Anastasius.

Quando autem Legati Constantinopoli disceſſerint, etsi haud liquet, tamen tempo-
ris eorum aduentus Romam habita ratione, non nisi autumnò inde recessisse, intelligere
possumus. De tempore enim peruentiois Romam hæc in vita Hadriani, siue ab ipſo
Anastasio, siue ab alio scripta leguntur: Post dies aliquot nauigantes, in Sclauorum de-
ducti manus, proli dolor, inciderunt. Bonis omnibus, ac authentico, in quo subscrip-
tiones omnium fuerunt, denudati sunt; ipsique capite plexi essent, nisi ab his qui ex illis au-
fugerant, timeretur: tandem Apostolicis, Imperialibusque litteris ab exilio liberati, vnde-
cimo Kalendarum Ianuariarum die, Indictione quarta Romam reuerſi, omnia quæ su-
perius diximus, coram summo Pontifice & proceribus retulere, nihil aliud scripturarum,
quàm librum Actionis Ignatij, & libellos quos à Sclauis receperant, ceu & reliquos libel-
los, quos Supponis Archiministri Imp. & Anastasij prudentissimi Bibliothecarij sanctæ
Sedis Apostolicæ huius præſcientiæ sollicitudine saluos, & exemplar amissæ Synodi, quod
sibi scribendum impetrauerat, Ecclesiæ Romana suscepit.] hæc de his ibi. Ceterum in
Hadriani Papæ epistola ad Basilium Imperatorem data anno sequenti, nequaquam ex
litteris Imperatoris, sed diuinò tantum auxilio liberatos Legatos asseritur. Immo non si-
ne magna Imperatoris culpa in tantum discrimen incurrisse Legatos, idem Hadrianus si-
gnificat. reddemus eas suo loco, anno sequenti.

Sic igitur huiusmodi periclitatio Legatorum quartum numeratur scelus & imma-
ne piaculum hoc eodem anno patrarum post restitutionem Patriarchæ Ignatij, & red-
ditam pacem Ecclesiæ Orientis tanto labore partam. Talem vicem rependit ingratiſsi-
mus Imperator Basilium, in Deum infidelis exiltens, atque in Sedem Apostolicam seruili
animo, ac penitus illiberali, ne dixerim (quod etiam iure dici potuit) inimico; cum pro
debitis, omnibus legibus, gratiarum actionibus, & obsequiis beneficiorum, oblitus citò,
citius & concitatus ad malum, talia tantaque nefanda Apostolicæ Sedi perſoluerit, quæ
adè de vniuerso eius Imperio bene meruerit, atque periclitanti illi Ecclesiæ optimè
consuluerit, ut planè cum omne superauerit barbaricum scelus ingratiſſimum facinus, sit ex-
clamandum cuique compoti rationis: * Obtusescite cæli super hoc,] & erubescite om-
nes mente sana, & ratione pollentes, ut compos rationis id potuerit humana creatura
committere! adè ut hac ex parte Hadriano Pontifici magis fuerit laudandus Michaël
prædeceſſor, quàm eius succellor Basilium Imperator, cum & deteriora mala pari coacti
sint Apostolicæ Sedis Legati Romam victores remeantes, quàm qui cum damnatione
Phorij, Constantinopolim missi sunt.

Porrò & Græci historici Basilium Imp. ingratiſſimum conclamant ex alio eiusmodi
facto ipsius. Ait enim Zonaras: Cum venatum exisset, in ceruum incidit inuisitata ma-
gnitudine, elata in altum cornua gestantem, quem persequendo assecutus, cum stricto
gladio percussurus esset, bellua se defendit, & ramo vno cornuum zonæ Imperatoris in-
fixo, illum sublimem fert cornibus suspensum, ac forsan ita periisset, nisi à quodam ense
diſſecta zona fuisset ereptus. Cui mercedem salutis suæ præclaram reddidit ille capitis ob-
truncationem, speciosa causa quaesita, quòd ensẽ contra Imperatorem strinxisset: nec
reputauit, pro Imperatore potius strinxisse, & remuneratione, magnisque præmiis esse
dignum.] hæc Zonaras ad suggillandam summam Imperatoris ingratiſſitudinem.

Ad postremum autem, ne quid ad Synodum Octauam hanc spectans relinquamus in-
tactum, sciendum præterea est, quòd eadẽ sancta Synodus triplices aduersarios, ubi con-
summata est sensit infestos, Phorianos in primis, & Catholicos duplicis generis, quorum
alteri dicerent, seuerè nimis cum lapsis actum esse, exigendo ab eis chirographum, atque
seueram nimis pœnitentiam iniungendo; alteri his omnino contrarij, qui indignantes
asserent, indulgentem nimis fuisse Synodum, recipiendo lapsos Episcopos cum hono-
ribus ac dignitatibus quas ante lapsum habuerant, idque cedere in ruinam Ecclesiæ, eiusque
maximum detrimentum, eò quòd in eam ingredi permissi essent lupi vice pastorum. In-
ter alios qui de his conquesti sunt, fuit Nicetas ille, qui res à sancto Ignatio Patriarcha
Constantinopolitano gestas conscripsit, ut apparet ex iisdem eius scriptis in fine. Sed vetus
ista fuit altercatio in Ecclesiæ Dei, & ut plurimum vicit pars illa, quæ visa est ad misericor-
diam esse proliuor.] Hactenus de rebus ad Synodum Octauam spectantibus, quæ (ut
superius dictum est) hoc anno cœpta, in sequentem est propagata.

Ex

C I.
SYMMA IM-
PERATORIS
DEPLORA-
TVR INGRA-
TITVDO.

* Ierem. 2.

C II.
EXEMPLVM
HOMINIS
INGRATIS-
SIMI.

C III.

CHRISTI HADRIANI PAP. II. LVDOVICI II. IMP. 14. 869. 2. BASIL. MACED. IMP. 3.

CHRISTI HADRIANI PAP. II. LVDOVICI II. IMP. 14. 869. 2. BASIL. MACED. IMP. 3.

CIV. Vnde con- PTARVINA GRAECO- RVM. Luc. 23. Isa. 5.

Ex quibus certè habes, quod vehementer admireris, quorsum aduersum Romanam Ecclesiam progressus sit Graecorum furor, haud dico schismaticorum, sed Orthodoxorum gloriae Latinorum inuidencium. Quòd si ista a sunt in viridi ligno, in arido quid fiet? Vt non mireris Lector, si maledictio per Isaiam in synagogam praedicta, etiam iusto Dei iudicio reciderit super nobilem illam Graecorum Ecclesiam, de qua etiam apposite illud: Quid est, quod potui facere vineae meae, & non feci?] & in poenam id quod subiicitur: Ecce nunc ostendam vobis quid faciam vineae meae. Auferam sepe eius, & erit in direptionem: diruam maceriam eius, & erit in conculcationem. Et ponam eam desertam, & non putabitur, & non fodietur, & ascendent vepres & spinæ, & nubibus mandabo ne pluuant super eam imbrem.] Mentiar, nisi hæc ipsa sit praesens ipsorum Ecclesiae facies, quæ ab oculis intuentium excutiant lacrymas praecomiseratione eiusdem, qui si ad tantorum malorum originem contemplandam altius attollat oculos, vnde tanta ruina principium duxerit, aperta luce perspiciet. Etenim iuxta Euangelicum illud: Si lumen quod in te est, tenebrae sunt: ipsa tenebrae quales erunt? Si, inquam, ipsorum Orthodoxi, & ab Ecclesia Latina beneficiis iugiter affecti, aded ab Ecclesia Romana auersi sunt cogniti: quales in ipsam essent futuri schismatici?

Matth. 6.

C V.

Ecce ipsa verè Oecumenica, eademque pura, sincera, atque legitima Octaua Synodus, Graecorum Orthodoxorum precibus, litteris, legationibus à Romano Pontifice petita, rogata, atque tandem obtenta, celebrata ipsa, laudata, praedicata, accepta subscripta, & (vt vidisti) feliciter sicut fideliter absoluta, & laudabiliter consummata atque perfecta, sed ipsorum (vt intellexisti) nequitia statim in discrimen adducta, periclitari coepit, iam tantum passa naufragium, vt ab iisdem Graecis penitus euauerit, aded vt ignorent omnino etiam quæ vere fuerit Octaua Synodus Oecumenica, cuius loco spuriam illam sancilegamq; à Photio celebratam octauam & oecumenicam nominent, ac venerentur, & laudent, atque vt quid sacrosanctum custodiant: vt videas ex his, quæ sit spes curationis eorum, qui accipiant venenum loco medicamenti, & ipsam medicinam existiment esse venenum. vt illis conueniat propheticum illud oraculum: Væ qui dicitis malum bonum, & bonum malum, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras: ponentes amarum dulce, & dulce amarum: Væ qui sapientes estis in oculis vestris, & coram vobismetipsis prudentes.] Quibus & dicendum, vt deuiis: Interrogate de semitis antiquis, quæ sit via bona, & ambulate in ea.] Quæ, inquam, vera sit atque legitima Octaua Synodus, & eam, vt pote celebratam coram S. Ignatio Constantinopolitano Patriarcha (quem & iure Sanctum colitis, & nos vobiscum veneramur eundem) cognoscite, recipite, & custodite, quam verò scitis octauam sub Photio celebratam, falsò oecumenicam nominatam, rescissam, anathemate condemnatam, abiicite, & execramini: nam secundum Euangelicum illud: Numquid colligunt ex spinis vas, aut de tribulis ficus?] minimè gentium. sed de pseudo-synodo illa habita per Photium, & falsò oecumenica dicta, suo loco inferius dicendum erit. simulque monendum de Latino Collectore Canonum, qui ex reiecta pseudo-synodo sententiam quamdam descripsit. Iam verò ad ea quæ anni huius rerum gestarum sunt reliqua conuertamus orationem.

PSEVDOSYNODVM PHOTII LOCOCO OECUMENICAE OCTAVAE ACCEPERVNT GRAECI. Jerem. 6.

Matth. 7.

CVI. REDITVS LEGATORVM BVLGARORVM A D. HADRIANVM PAPAM.

Hoc anno Legati Apostolicæ Sedis missi ad Bulgarorum conuersionem Romam reuersi sunt, & cum iis legatio ab eorum Rege missa est ad Romanum Pontificem. Quomodo ista se habuerint, quæ sunt apud Anastasium in Hadriano sic accipias: Superiore tempore Formosus & Paulus Populoniensis venerabiles Episcopi, qui cum ceteris, iussu sanctissimi Papæ Nicolai, causa praedicationis destinati fuerant, remeantes, de Christianismo Bulgarorum, & eorum omnimoda subiectione, qua specialiter S. R. E. deuotissime colla submiserant, Sedem Apostolicam recrearunt: & Michaëlis Bulgarici Regis Legatum, Petrum nomine, summo Pontifici praesentarunt. Qui Legatus cum donis regalibus regias quoque litteras obtulit, summum Praesulem summopere deprecantes, vt aut Marinum sibi benè conpertum diaconum, Archiepiscopum consecratum remitteret, aut aliquem ex Cardinalibus presbyteris dumtaxat suæ Ecclesiae, virum sapientem, probatum, atque Archiepiscopatu dignissimum Bulgaris eligendum dirigeret: quem post approbationem eorundem, denuò remeantem Archiepiscopali ministerio sublimaret. Sed Marino Constantinopolitano Missaticum deuotissime (vt diximus) obtinente, sortitò summus Pontifex Siluestrum quemdam subdiaconum Bulgaris eligendum direxit, quem cū Leopardo Anconitano misit & Dominicum Treuirensis Episcopum. Cum illi

PETRI LEGATIO A REGE BVLGARORVM A D. HADRIANVM PAPAM.

al. obeunte, Triuicent-fem

A

B

C

D

E

BVLGARORVM PENTIONES NON AVDTAE.

CVII.

Aim. cap. 5. cap. 24. HADRIANI PAP. LEGATIO ET GOMINATIO AD CAROLVM.

CVIII. HADRIANI PAP. EPIST. AD PRINCEPEM REGNI.

LVDOVICI IMP. LAVDATA VIRTVTIS.

CIX.

DE REGNO INIVSTE PERVASO.

A illi essent litteris pro Marino Archiepiscopo ordinando, aut Formoso Portuensi Episcopo remittendo importunissime deprecantes, quem remittentibus Bulgaris, magna sub velocitate Papa receperat. Quibus inter nonnulla rescriptis, vt quemcumque nominatum deuotio regalis exprimeret, eum sine dubio Pontificalis prouisio Bulgaris Archiepiscopum commodaret, Marino exceptis atque Formoso.] Cum autem nec de remeando in Bulgariam Formoso Portuensi Episcopo, nec Marinum quem perierat, Rex obtinere potuisset: Petrus post longas moras reuersus est in Bulgariam. Quæ verò hæc secula sint, dicentur suo loco anno sequenti.

Eodem anno cum Carolus senior, cognomento Caluus, Rex Francorum occupasset Lotharij nepotis iam defuncti Regnum, ex postulante Ludouico Imp. frequentibusque legationibus apud fratrem agente, interpellanteque Sedis Apostolicæ auctoritatem: ab Hadriano Pontifice decernitur ad eundem Carolum legatio, de qua ista apud Aimoinum: Carolus Legatos Hadriani Papæ Paulum & Leonem Episcopos suscepit cum epistolis missis sibi & praesulibus ac Regni primoribus in his Galliarum partium regionibus consistentibus, in quibus continebatur, vt Regnum quondam Lotharij, quod Ludouico Imp. spiritali filio eius hereditario iure debebatur, & quod ad eum post mortem ipsius Lotharij rediit, vel homines in eo degentes mortalium nullus inuaderet, nullus commoueret, nullus ad se conaretur inflectere. Quod si quis praesumeret, non solum per suæ auctoritatis ministerium infirmaretur, verum etiam vinculis anathematis obligatus, nomine Christianitatis priuatus, cum diabolo omnino locaretur, & si quis de Episcopis tam nefarie temeritatis auctorem vel tacendo fugeret, vel non resistendo consentiret, non iam pastoris, sed mercenarij nomine se nouerit fore censendum: & quia non pertinere ad eum quidquam de ouibus, nec pertinere ad eum consequenter de pastoralibus dignitatibus. Cum quibus Episcopis & nuntius Ludouici Imp. venit, nomine Boderardus, de his nihilominus satagens.] hæc de legatione Apostolica Aimoinus. Quas verò per Legatos litteras allatas tradit, praeter illas ad Carolum Regem datas nobis incognitas, reliquas vnà cum pluribus aliis Hadriani Papæ litteris Parisiis à nostro Nicolao Fabro opportunè missis, hic tibi describendas curauimus. sic enim se habent:

Hadrianus Episcopus seruus seruorum Dei omnibus gloriosis Ducibus, Comitibus, & ceteris primoribus in Regno Karoli excellentissimi Regis constitutis.

Omnes quidem virtutes Christi cultoribus sectandæ sunt, sed nulla vtilius quàm pax cum dilectione mutua inter omnes, & maximè inter sublimiores personas, custoditur & colitur. Quanto enim quis sublimior, tantum ad mores suos quosque trahendum constat esse facilius. Ideoque his praesentibus opportunè ac importunè moneo, suadeo & exhortor apicibus, quò pacis bonum in omnes, sed praecipuè inter sublimiores mundi Principes edificare & construere satagatis. In hoc enim dilecti filij mei Regis vestri Regnum totum poterit incolome permanere, si neminem ille concutiens, à nullo concutatur. Non autem ignorare vos credo, qualiter desiderabilissimus & spiritalis filius meus Hludouicus piissimus & à Deo protectus Imperator, non vt quidam aduersus sanctæ religionis filios, non contra Fidei Christianæ domesticos, sed aduersus filios Belial, aduersus Christi nominis inimicos, praecipuè pro nostra securitate, proque multorum liberatione Fidelium, qui sinetenus apud Samnium & circumquaque regiones iam iamque periclitantur, ita vt etiam fines nostros infestatio propemodum Sarracenorum inuaderet, egressus à summo sublimitatis propriae solio, & à pacatissimo requiei suæ fundamine, non corpori parcat, non artibus, non algoribus, non denique vllis euentibus cedat; sed omnia incommoda, omnia discrimina pro Christi nomine tolerans, nihil est quod pro Christianorum exemptione recuset arripere, nihil est quod pro Fidelium quiete ac pace declinet assumere.

Denique non modicam Ecclesiae sanctæ quietem per eum diuina pietas operata est, nec modicè paganorum vires fortitudine superna prostratae sunt: siquidem saepius hostes tamquam mures cauernis suis egressos ad sua latibula terga vertere compulsi, & brachia contra nostros exerta potentis virtute dissoluit. Quin & nobis omnibus qui longè fuimus & qui propè, magna securitatis praesidia contulit, dum scilicet, nonnullos eorum prostrauit, nonnullos etiam ab eorum superstitione conuertens, Christi Fidei & veræ religionis itinera sectari perdocuit. Qua de re ratum ducimus vestram commone dilectionem, quò praefato glorioso Regi vestro, & filijs eius suggerere satagat, & prudenti consilio suadere

dere contendat: quatenus nec suis motibus, nec aliorum suasionibus impulsus, quidquam quæ tanti principis, & tam pij Augusti sunt, inuadere vel sollicitare consentiat, eorum videlicet, quæ cum sint in Regno gloriosæ memoriæ Hlotharij quondam Regis germani sui, ad se, suffragantibus cunctis legibus, non tam pro fraterna successione, quam pro paterna dispositione hereditario iure pertinere probantur. Qui enim concutit fines & sollicitat homines qui sub moderamine quondam iam nominati Regis erant, illa quæ Dei sunt, & Ecclesiæ vtilitati conueniunt, concutit, & qui hunc auaritia victus commouet, magnum proculdubid Ecclesiæ dispergit augmentum.

CX. Iniquum præterea est, quod fratres tibi mutuo pro integra inter se ac nepotes suos custodienda parte Regnorum, quam singuli distincta sorte perceperant, iuramentis spoponderant, impia preuaricatione violetur, vel cuiusquam cupidinis fomite temeretur: cum potius pio conueniat affectu fratrem fratri, ac patruos nepotibus, totius præsidium conferre iuuantibus, & secundum promissam inuicem iuramento fidem, omnis auxilium præstare solatij: præcipue iam fatum inclytum Regem vestrum, qui hunc nepotem suum, magnum scilicet Augustum, de patris proprij dextra, cum omnibus quæ ad eum pertinere viderentur, ad fouendum roborandumque pro viribus veluti secundus pater accepisse dignoscitur. Iniquitas autem & instar sacrilegij est, vt qui se vltro pro salute Fidelium, & maxime pro S. R. E. Matris suæ defensione tot periculis offert, à cæpto pietatis, alicuius factione stimulatus recedat opere, atque ad patriam coactus vindicandam procedat hereditatem. Verum quisquis suo vitio tam sancto labori cupiditatis æstibus accensus, aliquod impedimentum præstiterit, condignam profectò Apostolica Sede sanciente luet cum suis fautoribus vltionem. Vnde si quisquam vestrum huius diabolicæ ambitionis auctorem sectatus fuerit, vel ei quoquo modo in rapinis concupiscenti fauorem contulit, anathematis vinculis inuodabitur; ac pro hoc à Regno Domini separatus, cum impiorum omnium capite, quod est diabolus, meritò deputabitur.

ADMONTIO ET COMMINATIO.

CXI. Attendant ergo Rex prudentissimus, vestris quoque probabilibus consiliis adhortetur, ne iniquorum suasionibus credat, nec sinistra machinantibus aures accommodet, sed proprio iure contentus, quæ sua non sunt, vsurpare non tentet, nec inuadere quocumque modo nitatur, quod inuasum non modicum potest inuasori generare detrimentum. Ne itaque iam memorato dilectissimo filio meo domino semper Augusto causam Dei exequenti, & hereditatem Domini vindicanti, ac ipsius bella prælianti, quodlibet offendiculum præparet, quo sanctæ Dei Ecclesiæ quauis ex parte impediatur vtilitas, vel profectus Fidelium excludatur: alioquin manum Apostolicæ Sedis cum eodem piissimo Principe fortiter esse comperiat, & arma nostra illi munimina validissima conferentia, summo Agonotheta nobiscum certante, & BB. Principum Apostolorum intercessione cooperante & præparante, sine cunctatione prænoscat. Hos præterea Missos Apostolicæ nostræ Sedis Paulum & Leonem venerabiles Episcopos, dilectos consiliarios nostros, quos pro pace & concordia sanctæ Dei Ecclesiæ illuc destinauimus: ob reuerentiam principum Apostolorum Petri & Pauli benignè suscipite, & ea quæ vobis pro vtilitate Fidei atque religionis dixerint, percipientes, ad effectum perducere festinate. Optamus gloriam vestram in Christo benè valere. Data Non. Septemb. Indict. III.] ita si à mensis Septembris exordio inchoetur Indictio, alioqui loco Indictionis tertiæ, secunda ponenda, vt apparet ex Actis Comitialibus paulò post reddendis. Quæ autem ad Episcopos eodem argumento, eademque die sunt scriptæ, sic se habent:

CXII. EPIST. HADRIANI PAPAE AD EPISC.

*deest f. vig. labant

b1. Pet. 5.

Hadrianus Episcopus seruus seruorum Dei reuerentissimis & sanctissimis fratribus & Coepiscopis nostris in Regno Karoli gloriosi Regis Ecclesiam Domini gubernantibus. Inter exordia Pontificatus mei, pacis studium præ ceteris virtutibus prædicandi suadendi que arripuisse memini. Quippe qui nouerim quod in Dominicæ Natiuitatis principio cælestis militiæ visus sit exercitus, qui clamauit: a Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Vbi profectò solerter attendendum est, quia sicut tunc pastores, qui supra gregem suum* præ ceteris gaudia meruerunt: ita nos qui pastores dicimur, tunc cælestium bonorum lætitiæ adipisci merebimur; si super oues Dominicæ sollicitè vigilemus: ne videlicet has, vel per inuidias odij seu discordiæ vorax lupus inuadat, vel pro cupiditate audus ille leo deglutiat, qui, vt princeps^b Apostolorum scribit: Rugiens circuit quærens quem deuoret. Ideoque fratres chari, nunc etiam id ipsum repeto, id ipsum opportunè vel importunè prorsus efflagito. Quamobrem vt pacis seu dilectionis

vin.

A vinculum, quæ maior est omnibus virtutibus & holocaustomatibus, vestra quoque sanctitas insolubiliter inter omnes, sed præcipue inter sublimiores personas obseruari doceat, indefinenter adhortor. Quapropter illud à vobis exigo, vt solliciti existetes, si quos senseritis velle filij nostri gloriosi Regis vestri Karoli fortassis animos ad inuadendū Regnum, quod defuncto quondam inclyto Rege Hlothario ad dominū desiderantissimum filium nostrum piissimum Imperatorem rediit, iureque hereditario illi debetur, nequiter^a ducitare: vos qui spirituales estis, horum carnales voces, quin potius & ipsum excellentissimū Regem ac filios eius, tamquam veri Episcopi à tãto compescere piaculo studeatis. Quin immò ad fauorem & opem eius, hunc inflammantes hortemini, vt qui sicut eum in fide sua tamquam alter pater suscepit, ita foueat, & hunc vt proprium genitum amplectatur.

*f. suscitare.

B Iniquum enim & instar sacrilegij est, vt qui se vltro pro salute Fidelium, & maxime sanctæ Romanæ Ecclesiæ, Matris scilicet omnium Dei Ecclesiarum, defensione tot mortis casibus offert, alicuius factione stimulatus, à cæpto pietatis recedat opere, atque ad patriam vindicandam procedat hereditatem. Non enim debet paternam hereditatem ille dimittere, qui, Deo gratias, non ignorat Naboth Iezrahelitam pro sola paterna vinea, etiam contra Regem impium defendenda vsque ad mortem lapidum peruenisse. Verum si & labor alicuius ambitione impediatur, quoniam paternum deserui patrimonium surripitibus non oportet, per quem quid tale contigerit, vnà cum fautoribus & sectatoribus suis dignam parem que animaduersionem exsoluet. At si quis vestram tam nefariæ temeritatis auctorem, vel tacendo fugerit, vel non resistendo consenserit: non iam pastor sed mercenarij nomine se nouerit fore censendum, & quia iam non pertinebit ad eum de ouibus, non pertinebit consequenter de pastoralibus dignitatibus.

CXIII. LABORANS PRO ECCLESIA PRINCIPES IV. VANDVS. 2. Reg. 21.

C Hos præterea Missos Apostolicæ nostræ Sedis Paulum & Leonem venerabiles Episcopos, dilectos consiliarios nostros, quos pro pace & concordia sanctæ Dei Ecclesiæ illuc destinauimus, ob reuerentiam principum Apostolorum Petri & Pauli benignè suscipite, & ea quæ vobis pro vtilitatibus Christianæ Fidei atque religionis dixerint, aure cordis percipientes, ad effectum ducere festinate. Optamus sanctam fraternitatem vestram in Christo benè valere. Dat. Non. Septemb. * Indict. III.] hæc Hadrianus, qui de his etiam ad Ludouicum Germaniæ Regem scripsit, vt abstineret à Regno, ad Ludouicum Imperatorem spectante. Aequè enim vt Carolus, ita & Ludouicus in suspicionem venerat affectatæ Lotharij hereditatis, vt inter eos certamine foret decernendum qui Lotharij Regnum inuasurus esset. Hos autem Legatos haud honorificè à Carolo fuisse susceptos, suis literis post hæc datis queritur Hadrianus. Sed antequam hi peruenissent ad Carolum, immò paucos post dies, cum superius recitata datæ sunt litteræ, idem Carolus, collecto Metensij Concilio, pridie Idus Septembris, Indict. II. decernentibus Episcopis Regni Lotharij coronam accepit. Quæ Synodus Prædatoria dici iure meruit: hoc enim digna nomine, quæ Regnum abstulit à legitimo successore, & Carolo tyrannicè dedit. Cuius quidem Acta ex codice Antonij Augustini, vbi extant, hæc tibi exscribenda curauimus, quæ sic se habent:

CXIV.

*Indict. II.

PRÆDATORIA METENSIS SYNODVS PRO CAROLO.

Anno Incarnationis Dominicæ octingentesimo sexagesimonono, Indictione secunda, pridie Idus Septembris, Metis ciuitate in Ecclesia S. Stephani martyris, hæc quæ sequuntur Capitula Aduentus Episcopus ipsius ciuitatis, coram Rege & Episcopis qui affuerunt, populo & scriptis & verbo publicè denuntiauit.

CXV.

E Vos scitis & multis in pluribus Regnis esse cognitū, quantos & quales euentus tempore Senioris nostri, quem hæcenus habuimus, pro causis notissimis cõmuniter sustinimus, & quanto dolore, quantaque angustia de illius infausta morte nuper cordibus percussimus. Vnde vnicum refugium, & singulariter salubre consilium, Rege & principe nostro destituti & desolati, nobis omnibus esse cõsiderauimus, vt ieiuniis & orationibus ad eum nos conuertamus, qui est adiutor in opportunitatibus, & in tribulatione, & cuius est consiliū, ac cuius est Regnum, & (vt scriptū est, cui voluerit, dabit illud, & in cuius manu corda sunt Regum, & facit vnanimis habitare in domo, soluens mediū parietem, & faciens vtraque vnum, deprecantes ipsius misericordiam, vt donet nobis Regem ac Principem secundum cor suum, qui in iudicio & iustitia nos in omni ordine & professione regeret & saluaret atque defenderet iuxta voluntatem eius, & corda omnium nostrorum vnanimiter in eum inclinaret atque vniret, quem ipse ad salutem atque profectum nostrum præcõstitutum & electum atque prædestinatum habet secundum misericordiam suam.

DENUNTIATIO EPISC. METENSIS.

a Dan. 4. b Ephes. 2.

CXVI. Quia denique voluntatem Dei, (qui^a voluntatem timentiu se facit, & deprecationes A coru exaudit in corde) vnanimite nostra videmus, hunc Regni huius herede esse legitimum, cui nos sponte comissimus, videlicet presentem Regem ac Principem nostrum Carolum, vt nobis prestat & profuit, videtur nobis, si vobis placet, vt sicut nos post illius verba vobis manifestauimus, signo certissimo demonstramus, quia illum a Deo electum & nobis datum Principem credimus, & eidem largitori Deo ex suis beneficiis non sumus ingrati, sed gratiaru actiones illi referentes, oremus, qualiter & eum ad salutem & defensionem sancte sue Ecclesie, atque ad auxilium & profectum omnium nostrum, cu salute & pace & tranquillitate nobis conferuet diutius; & nos fidei deuotione illi obsequentes, atque optata saluatione fruentes, sub illius administratione in suo gubernat seruitio. Et si illi placet, dignum ipsi, & necessarium nobis esse videtur, vt ex eius ore audiamus, quod a Christianissimo Rege, fidei & vnanimi in seruitio illius populo vnicuique in ordine suo conuenit audire, ac deuota mente suscipiatur.] hanc Aduentius. pergunt Acta: B

CXVII. Post hanc Rex Carolus hanc que sequuntur, per se in eadem Ecclesia cunctis qui affuerunt, denuntiauit: Quia sicut isti venerabiles Episcopi vnus ex ipsis voce dixerunt, & certis indicis ex vestra vnanimite demonstrarunt, & vos acclamastis, me Dei electione ad vestram saluationem & profectum, atque Regnum & gubernationem huc aduenisse: sciat me honorem & cultum Dei atque sanctarum Ecclesiarum, Domino adiuuante, conseruare, & vnumquemque vestrum, secundum sui ordinis dignitatem & personam, iuxta meum scire & posse, honorare & saluare, & honoratum & saluatum tenere velle, & vnicuique in suo ordine, secundum sibi competentes leges, tam Ecclesiasticas, quam mundanas, legem & iustitiam conseruare, in hoc vt honor regius, & potestas, & debita obedientia, atque adiutorium ad Regnum mihi a Deo datum continendum & defendendum ab vnoquoque vestrum, secundum suum ordinem & dignitatem atque possibilitatem mihi exhibeatur, sicut vestri antecessores fideliter & iuste & rationabiliter meis antecessoribus exhibuerunt. C

CXVIII. Et post hanc Hincmarus Rhemoru Episcopus hanc que sequuntur Capitula, iubente & postulante Aduentio ipsius ciuitatis Episcopo, & ceteris Episcopis Treuirorum prouincie, Actone scilicet Viridunensis Ecclesie Episcopo, & Arnulpho Tullensis ciuitatis Episcopo, Franco Tungrensis ciuitatis Episcopo, coniuuentibus prouincie Rhemorum Episcopis, coram Episcopis, Rege, cunctis qui affuerunt in eadem Ecclesia publice denuntiauit. D

Ne alicui forte videatur, incogruè & presumptuose me, ac prouincie nostre venerabiles Coepiscopos facere, quoniam de altera prouincia ordinationi & causis huius prouincie nos immiscemus: sciat nos contra Canones sacros non agere, quoniam Rhemenfis & Treuirensis Ecclesia in hac regione Belgica cum istis Ecclesiis forores & comprouinciales habentur, sicut auctoritas Ecclesiastica, & antiquissima demonstrat consuetudo, ac per hoc vnanimi consensu & synodalia iudicia exercere, & que a sanctis Patribus constituta sunt, debent concorditer custodiri, hac priuilegij constitutione seruata, qui prior de Rhemenfis & Treuirensi Episcopo fuerit ordinatus, prior etiam habeatur. Et lex diuinitus inspirata precepit, dicens: ^b Si transiens per messem amici tui, ^{*} colligans spicas, manu confricabis ad manducandum, falcem non mittas, vel falce non metas. Messis est populus, vt Dominus demonstrat in Euangelio, dicens: ^c Messis quidem multa, operarij autem pauci; rogate Dominum messis, vt mittat operarios in messem suam: quia vos pro nobis Episcopis deberis orare, ^{*} vt vobis digna possimus loqui. Messis autem amici est populus in prouincia alteri Metropolitanano commissa. Vnde vos hortando, quasi manu operis confricando, ad Dei voluntatem & vestram salutem in corpus vnitate Ecclesie valemus & debemus traicere. in parochianos autem prouinciarum aliis Metropolitanis commissarum falcem iudicij non mittimus, quia nec est vnde, nec nostrum esse consideramus. E

CXIX. Est & alia causa, quia isti venerabiles domini & confratres nostri prouincie istius Episcopi non habentes Metropolitanum Episcopum, exiguitatem nostram sic in suis, sicut & in specialibus nostris causis nos fraterna charitate iubent & commonent agere. Est ita, domni fratres? Et responderunt Episcopi: Ita est.

CXX. Praterea quia dominus Episcopus & frater noster Aduentius nobis ex sua & ceterorum suorum ac nostrorum fratrum & venerabilium Episcoporum voce dixit: In hoc etiam animaduertere potestis, voluntatem Dei esse, vt preens dominus & Rex noster, qui in parte Regni, quam hactenus tenet & tenuit, & nobis & Ecclesiis nostris, & populo

DENUNTIATIO HINC-MARI.

^bLeuit. 25. ^{*}f. colligis

^cMatth. 9.

A pulo sibi commissio vtiliter prestat & prestat, & salubriter prodest & profuit: inde ad hunc locum, Domino ducente, peruenit, quod etiam vos eius inspiratione confluxistis, & ipsi vos sponte commendastis, cuius instinctu animata omnia in Arcam hoc significantem Ecclesie vnitate, nullo cogente, conuenerunt: quia sancte memorie pater suus dominus Hludouicus Pius Imp. Augustus ex progenie Hludouici Regis Francorum inclyti per B. Remigij Francorum Apostoli Catholicam predicationem cum integra gente conuersi, & cum tribus Francorum millibus, exceptis paruulis & mulieribus, vigilia S. Pasche in Rhemenfi Metropoli baptizati, & celitus sumptu chrismate, vnde & adhuc habemus, peruncti, & in Regem consecratus per B. Arnulphum, a cuius carne, id est Ludouicus pius Augustus originem duxit carnis, & a Stephano Papa Romano ante S. Dei Genitricis & semper Virginis Marie altare Rhemis in Imperatorem est coronatus. Et demum B factioe quorumdam terreno Imperio destitutus, in predictam Regni partem vnanimite Episcoporum & fidelis populi ante sepulchrum S. Dionysij eximij martyris Ecclesie sancte est redditus, & in hac domo, ante hoc altare protomartyris Stephani (cuius nomen interpretatum resonat Coronatus) per Domini sacerdotes, acclamatione fidelis populi, sicut vidimus, qui affuimus, corona Regni est Imperio restitutus. Et quia (vt in historiis sacris legimus) Reges quando Regna obtinuerunt, singulorum Regnorum sibi diademata imposuerunt: non incongruum videtur istis venerabilibus Episcopis, si vestre vnanimite placet, vt in obedientia Regni, vnde vos ad illum sponte conuenistis, & ei vos commendastis, sacerdotali ministerio ante altare hoc coronetur; & sacra vnctione Domino consecratur. Quod si vobis placet, propriis vocibus consonate.

Et in hoc conclamantibus omnibus, dixit idem Episcopus: Agamus ergo vnanimiter C Deo gratias, decantantes, **TE DE VM LAV DAM VS.**] hucusque in codice Acta Mentis in coronatione Caroli de Regno Lotharij. Vnctio secundum consuetum sacrum ritum est secuta hanc que dicta sunt.

His absolutis idem Carolus ad placandum Romanum Pontificem Hadrianum Legatos in Urbem decernit cum oblationibus ad basilicam sancti Petri, in quibus iterat operimentum auro textum, & duæ coronæ aureæ gemmis ornatae pro duobus que possidebat Regnis. hanc testatur Aimoinus^a. Porro oblationes has haud putamus ab Hadriano esse susceptas, cum de his in litteris postea ad Carolum ab ipso datis nulla sit mentio, que^b aliis prateritè minimè consuevit. Sic igitur prater ius fasque expoliantes Episcopi legitima hereditate Ludouicum Imp. Regnum Lotharij eius fratris tradiderunt Carolo Caluo, quibus meritò illud aptatum oraculum: ^b Sacerdotes & prophete nescierunt prae^b ebrietate, absorpti sunt a vino, nescierunt Videntem, ignorauerunt iudicium.] Quid autem post hanc Hadrianus, auditis his, fecerit, sequenti anno dicturi sumus.

Inter hanc autem Ludouicus Germanie Rex, cum ista presumpsit Carolus, aegrotabat, sed & ex insperato conualuit. Quomodo autem id acciderit, ex antiquis Annalibus a Pithæo editis accipe:

Dum hanc in diuersis locis gerebantur, Ludouicus Rex apud Ratibonam Baioarie ciuitatem graui detinebatur infirmitate, ita vt medici illum sanitatem posse recuperare desperarent. Quapropter omne aurum & argentum quod in thesauris illius inueniri potuit, in diuersa monasteriorum loca distribuit, & pauperibus erogauit. Vnde & a celesti medico, cui se suaque commendauit, curari promeruit. Carolus verò, comperta Ludouici fratris sui infirmitate, Regnum Lotharij inuasit, & secundum libitum suum disposuit, &c.] Sed quomodo timore eiusdem Ludouici, vbi conualuisse audiuit, eum in partem eiusdem Regni admisit, suo loco, anno sequenti dicturi sumus.

Hoc eodem anno scripsit Salomon Rex Britannie litteras Hadriano Papæ, pallium petens pro Festiniano Antistite Dolensi, necnon reliquias pro monasterio quod edificabat. quas idem Argentæus cum Hadriani responso recitat his verbis: ^c

Domino ac beatissimo Apostolicæ Sedis Romanæ Hadriano, Salomon Britonum Rex flexis genibus, inclinatoque capite, in Christo fideliter pacis diuturnitatem.

Mundi termino appropinquante, ruinisque crebrescentibus, cum certa signa plurimis manifesta videantur, Romam uouimus ire causa orationis, necnon etiam petitionis nostræ gratia, quia praterito tempore beate memorie prædecessor vester Nicolaus pallium Episcopo Dolensi Festiniano amouit, quod idcirco nobis dare distulit, quia nos nostrum nomini eius præposueramus ignoranter, & litteras absque sigilli nostri impressione, minus

NOVA CORONATIO CAROLI CALVI.

CXXI.

^a Aim lib. 6. ^b cap. 24.

^b Isid. 28.

CXXII.

QUAE LVDOVICVS AGROTANS.

CXXIII.

^c Hist. Brit. lib. 2. cap. 27. EPIST. SALOM. REGIS BRIT. AD HADRIAN.

*consideret MVNERA REGIS SALOM. AD HADR. PAP. PAM.

*Luc. 21.

CXXXIV.

HADRIANI AD SALOM. REG. EPIST.

*Hic locum falsum esse, habes apud Innoc. Pap. in lib. 1. ep. 79.

*Arg. hist. Brit. lib. 2. cap. 27.

SALOMONIS REGIS LIT. TERAE DE MONAST.

etiam idoneo Legato transmiseramus. Sed cum iam totius Britanniae voluntatem probare curauimus, omnes abnuerunt, nolentes nos adire orationem Apostolorum Petri & Pauli, ceterorumque Fidelium, pro eo quod pagani intrinsecus iniuste vastant omnes terminos nostrae potestatis. Et ideo considerans meorum peccaminum grauitatem, & reminiscens bonitatem Dei, precor omnipotentiam vestrae dignitatis, vt hoc munusculum placide si persona supradictorum Apostolorum dignetur aspicere hanc statuam auream vestrae magnitudinis, tam in altitudine, quam in latitudine cum lapidibus diuersi generis, & mulum cum sella & camo & fræno valentem, & triginta camisas, & triginta drapas laneas variis coloribus tinctas, cum triginta ceruinis pellibus, & triginta pallia pedalia ad opus domesticorum vestrorum, trecentos quoque solidos denariorum quotannis deinceps persoluendos, quatenus dignitas a prædecessoribus vestris antecessoribus nostris impensa, nobis nostrisque successoribus auctoritate vestra confirmetur in sæcula. Hæc omnia vestrae dignitati vilia putantes, mementote vidua pauperula in templo Domini duos denarios offerentis, & interim innotescere vestrae largi suæ almitati per has litteras, per hos geminos nuntios, hoc est, Harennam Episcopum, & Felicem Archidiaconum, ceterosque fideles nostros qui in nostra sunt presentia, volumus, quod vnum ædificem monasterium, quod adhuc in honorem alicuius Sancti non est dedicatum. Quocirca sublimitatem vestrae dignitatis precamur, vt reliquias, quas a vobis & plurimis iam probatas (auxiliante Deo) dignè possideris, & quibus nostra Insula melius in Christo fauente possit illuminari, nobis cum his Legatis transmittere dignemini. Hactenus epistola Salomonis Regis, ad quem Hadrianus Papa ista rescripsit, mittens ad eum brachium S. Leonis Papæ Tertij, diuinitus, præmissis precibus ac ieiuniis, impetratum.

Dilectissimo filio, amantissimoque Salomoni Regi Britonum cum omnibus suis fidelibus, Hadrianus gratia Dei Papa, perennem salutem.

Sublimitas vestrae potestatis intelligat, nos veraciter per inducias septem dierum a Deo postulasse condignum vestrae magnificentiae responsum: transactis autem septem diebus, nobisque omnibus Romanis in oratione & ieiunio perdurantibus, visum est mihi tribusque Cardinalibus meis, Spiritu sancto reuelante, vt de corpore beati Leonis Papæ vobis transmitterem, quia grande munus est. Igitur notum sit vobis, fili charissime, & omnibus Christianis illic habitantibus, quod nos cum nostrorum auctoritate brachium supradicti Leonis Papæ ad illum, & adiutorium ad defensionem vestrae regionis charitatiue dirigamus. Pro certo enim per illum probauimus multa fecisse miracula, vt fides vestra magis ac magis in illo accrescat. Ipse est sanctissimus Leo, qui per inuidiam Romanorum, oculis linguaque priuatus, gratia Dei cooperante fuit mirabiliter restauratus, D quatenus septemplex eis oculis clariùs videret, & eadem lingua verbum Dei eloquentius prædicaret. Et ideo auctoritas Romana in hoc de Deo præsumit, vt a Ligero fluuio vsque ad Occidentalem plagam, quos aut ætas, aut sexus, aut persona non impedit, tribus vicibus reliquias illius in anno frequentent: & inde votum Romam eundi, quoad vixerint, nostro libitu & auctoritate adimpleant. * Pallium quoque quod fratri & Coepiscopo nostro Feliciano postulastis, cum suo priuilegio vestrae dirigimus charitati. Valere in Christo fideles Britanniae habitatores.]

Cum autem grassantibus in dies magis per Britanniam Northmannis, Salomon Britonum Rex Connoyoni Abbati Redonensi, eiusque monachis refugij locum concessisset in aula sua iuxta Plelanum, ibidem monasterium, in eorum gratiam condidit in honorem Saluatoris. De cuius fundatione extant litteræ hoc anno datæ, quæ ab Argentæo ita describuntur:

In nomine Domini Amen. Salomon Dei gratia totius Britanniae, magnæque partis Galliae Princeps.

Notum sit cunctis Britanniae tam Episcopis quam sacerdotibus, ceterisque nobilissimis ducibus, fortissimisque militibus omnibus nostrae ditioni subditis: quomodo venerabilis Richardus Abbas, cum aliquibus suis monachis, omnium tamen ceterorum monachorum petitionem deferens, nostram adierit presentiam in monasterio meo, quod est in Plelan, vbi ego antea vnam aulam habui, sed intestantibus Northmannis, Connoyon Abbas cum precatu monachorum suorum sibi locum refugij ante Northmannos, fuisseque monachis postulans, nos, venerabilemque coniugem nostram Guihenerec adiens petiit. quibus assensum præbentes, non solum supradictam aulam eis tradidimus, sed etiam

A

B

C

E

etiam in eodem loco monasterium non ignobile ex nostro, in honorem sancti Saluatoris, ad refugium supradictis monachis pro hereditate caelesti, & redemptione animarum nostrarum, necnon & nostrae prolis, parentumque nostrorum tranquillissima stabilitate construere iussimus. quem etiam locum monasterium Salomonis vocari volumus. In quo etiam reuerendissimus Abbas Connoyon sepultus iacet, & venerabilis coniux nostra Guihenerec honorifice sepulta quiescit. in quo etiam ego (si piissima Dei clementia concedere dignata fuerit) corpus meum sepeliendum cum consilio Britanniae nobilium, tam sacerdotum, quam laicorum deuoui. necnon ad augmentum felicitatis & pacis totius Britanniae munus adeo maximum nobis transmissum præteritis temporibus sanctissimum feci collocari Maxentium, &c.]

Hucusque Argentæus, addens, reliquam partem litterarum continere enumerationem variarum oblationum, quas eidem monasterio attribuebat. Datas autem fuisse anno DCCCLXIX. & Salomonis manu subnotatas, itemque Riualonis & Guegonis eius filiorum, Rathini Episcopi Aethensis, Pastenereni & Branni filiorum Nomenoij, aliorumque procerum. Monasterium hoc in Redonensis monasterij iure fuisse scribit: hodie verò non extare.

IESV CHRISTI HADRIANI PAP. II. LVDOVICI II. IMP. 15. ANNVS 870. ANNVS 3. BASIL. MACED. IMP. 4.

Octingentesimus septuagesimus sequitur annus, tertia Indictione inchoatus, quo intercurrentibus nuntiis, intentatis a Ludouico Germaniae Rege minis, Carolus timore percussus, accipit in partem Regni Francorum, quod sibi iniuste post mortem Lotharij vendicauerat, eundem Ludouicum fratrem suum. Extant huius diuisionis Acta inter vtrumque confecta in sæpe citato codice Antonij Augustini, quæ prolixitatis nimiae vitandæ causa hic describere prætermittimus. est illorum exordium: Anno Incarnationis Christi Domini nostri octingentesimo septuagesimo, Indictione tertia, pridie Idus Martij, anno trigesimo secundo Caroli gloriosi Regis Aquiligrani palatio hæc pactiones inter ipsum & Ludouicum, &c.]

Cum autem Hadrianus Papa audisset a Carolo Caluo conuientia Episcoporum penitus usurpatum Regnum Lotharij prædefuncti, debitum multiplici iure Ludouico Imperatori: illudque diuisum cum Ludouico fratre: ad vendicandum auidax & insolens facinus, nouam in Gallias decernit legationem; tam ad ipsum Carolum, quam etiam ad eius germanum Ludouicum Germaniae Regem, qui autem hac functi sunt legatione, fuerunt tres Episcopi & presbyter vnus Cardinalis sanctæ Romanæ Ecclesiæ, quibus tam ad Reges quam ad Episcopos & Regni Principes litteras dedit, quas nos his diebus opportunè acceptas Parisiis, missas a nostro intimo familiari Nicolao Fabro, hic describendas curauimus, ex quibus inspiciat ipsam, quam præ ceteris Lector candidus diligit veritatem, sic enim se habent:

Hadrianus Episcopus seruus seruorum Dei, dilecto filio Karolo glorioso Regi. Sacrorum itaque dogmatum euidentissimis documentis, & Apostolicis informamur exemplis, vt mitius agere debeamus cum mitibus, & seuerius per iustitiam delinquentes corripiamus. Sed neque nos Deo placere possumus, si pastoris vicem suscipientes, non ouium pastoris, sed mercenarij latibula præstolamur: & veniente lupo fugimus, ne solatium conferamus. Super quibus illud cauere debemus, quod Dominus per Prophetam loquitur dicens: b Canes muti non valentes latrare. & rursum: c Væ pastoribus, inquit, pascebant femetipsos, & reliqua. Quod si cunctis pastoribus Dominici gregis Dominus pro se desideria generaliter dicit: tanto magis nos illam sententiam formidare debemus, quanto præ omnibus & pro omnibus non solum honoris, sed etiam oneris in humeris nostris pondera quoque gestamus. An non pro te, Rex, rationem ponere coram Domino compellemur: sicut illud interim fileamus, quod Missos Apostolicæ Sedis more regali recipere contempsisti: factum tuum non reprehendemus, & spiritali zelo redarguere desistemus, quando contra diuinam sanctorumque Patrum auctoritatem, atque contra patriæ fidei sponsonem, qua iureiurando pollicitus es, ne aliena, & præcipue fratrum tuorum

CXXVI. Hist. Brit. lib. 2. cap. 27.

I.

II.

III.

* Videtur deesse principium. HADRIANI EPIST. AD CAROLVM REGEM. b Isaiæ 56. c Ezech. 34.

Regna concupisceres aut inuaderes, Regnum quondam Hlotharij Imperatoris, quod A spiritali filio nostro domino Hludouico Augusto filio eius iuxta diuinas & humanas leges debetur, præsumpsisti inuadere, & in reatum periurij incidere non formidasti? Numquid à mente excedit, quòd vestra vestrorumque iuramenta Sedi Apostolicæ destinata discussimus, roborauimus, & in archiuo nostro hodie illa recondita retinemus? Quòd si nec ista tibi sufficiunt, tunc ad maioris reprehensionis tuæ cumulū tuis te specialibus sententiis conuenimus. Et vt ad cor tuum redeas, ex oris tui professionibus * ducerramus.

* aduertamus.

IV.

Quando igitur Hludouici fratris tui filij superatis viribus Regnum prodidisti, numquid non epistolam, quam habemus præ manibus, Sedi Apostolicæ direxisti, in qua inter cetera confessus fuisti dicens: Cum fratribus nostris post Fontanicum bellum in vnum conuenimus, & inter nos diuisione Regnorum facta, pacem fecimus, & iureiurando iurauimus, quòd nemo nostrum Regni alterius * meas inuaderet? nunc autem Regno * meo B iuramentis sumptis inuaso atque sublato, misereatur noster Apostolatus, & ne nomen Christi blasphemetur in gentibus, sine vindicante facinus * non relinquatur? Ecce qualiter aliena tibi concupiscere minimè competit. Ecce tibi ostensum est, quòd iuramenta publicè facta contempta sunt, postremò ad fortioris tuæ reprehensionis indicium aliquantis permonstratum est, quòd & te impunitum dimittere non debemus. Qui quod alij facere precabaris, nunc in simili opere tibi facere iusto non oportet iudicio, & te de tuis actibus increpare, præcipuè, cum apertius demonstrares, quòd labijs tantum & non corde deuotum sanctæ Romanæ Ecclesiæ (veluti in epistolis ad decessores nostros & nobis à te directis continetur) te iactitares existere filium, & nunc ad eò deuotio fidei tuæ cassata est, vt iam quia conuenientibus responsis Missos nostros antè minimè dimisisti, nobisque rescribere callidè omisisti, Missos tuos vel epistolas, quas remissurum indicasti, hactenus ad contemptum Apostolicæ Sedis non direxisti. Quòd si quis alius tale tibi dedit C consilium, fidem circa te minimè veram seruauit. Si autem in hoc tuo tantum consilio vsus es, minus regalis excellentia quam debuit fecit.

* metas à me * num

V.

De pacis verò & concordie vnitate, cuius nos inter piissimū Cæsarem & te mediatores esse deberè suggesteras, libentissimè suscepimus & agere cœpimus. Sed illi, contra hostes Christiani nominis dimicanti, pro liberatione populi Dei multis laboribus insistenti, & bella Domini præliando Sarracenorum multitudinem superanti vt pax fieret, cedere noluit; quin potius non vt pacis amator, sed vt scandali concitator, etiam & tyrannidis manifestissimus executor, pacis tempus non es præstolatus; quia postquam hæc illi callidè mandare curasti, domini Imperatoris Regnum magis ac magis inualisti, sollicitasti, ordinasti, & homines ipsius Regni ad tuam fidelitatem iurare fecisti. Cui talia facere pertimesceres, nisi ipse tantis laboribus ad perpetuam pacem sanctæ Ecclesiæ diu noctuque pro Christi amore fidenter hæreret. Qui à cœptis bonis, in quibus illi te solamina oportebat conferre magis quam Christianum populum contra fidem debitam persequi, manū & opus non subtrahens, dubiū non est, quòd omnipotentem Dominum ad hæc peragenda sibi propitium faciet, & de hostibus Christiani nominis triumphum citò percipiet.

LVDOVICVS IMP. LAV-DATVR.

VI.

Sed his sincerè prolatis, quoniam, vt prædiximus, vt prædiximus, sicut omnium pondera in humeris nostris gestamus, ita omnium actus præuidere debemus, ne pro humanis fauoribus nos hæc dicere quis existimet. si fortè acciderit, vt Principes nostri, quibus à te peruasum Regnum iure debetur, sibi illatas iniurias non vendicarent: nos vsque ad vestram emendationem, quia omnes saluare volumus, periuria illa atque inuasionum tyrannides impunitas nullo pacto dimitteremus; quia non ambitione Regni, sed iustitia commouemur; & non terrarum spatia quærimus, sed ex debito, vitis ac prauitatibus cuiuscumque resistere vigilamus.

MVNVS ROM PONTIFLIS.

VII.

Igitur vt interim pro paucis gloriam tuam conueniamus: monemus, & auctoritate Apostolica modis quibus possumus spiritaliter suademus, paternoque affectu præcipimus, vt iam tertio monitus, te ab inuasionè Regni spiritalis filij nostri Christianissimi Principis subtrahas & compescas, aliena non concupiscas; & quæ tibi non vis fieri, illi non facias. Noli iustissimis competentibusque tibi rebus iniuste captas tyrannicè sociari, ne & iuste possessas amittas, & iniuste peruasas, iusto Dei iudicio, te ambisse pœniteat. Nos etenim, quoniam saluum te consistere cupimus, & vt anima corporeque felici successu polleas, anhelamus: nisi saltem nunc nostris aliis sic salubribus paruèris monitis, & vt prius inobediens nostræ spiritali censuræ constiteris; nullo pacto nulloque prætermittimus

QVIVD HADR PAPA IV-BEAT REGI

Amus ingenio, quo minùs, Deo iuuante, nosmetipsi partes illas peramus, & quod nostri est ministerij, penitus peragamus.

Postremò magnopere commonemus, vt hos Apostolatus nostri præcipuos Missos, VIII. Ioannem videlicet atque Petrum & Vuibbodum & Ioannem reuerendos Episcopos, necnon & Petrum religiosum presbyterum cardinis nostri dilectumque familiarem nostrum pro Principum Apostolorum ab omnibus præferenda reuerentia & amore, benignè suscipias, & vt pote à tanta Sede digressos, honorificè receptos colas. Ipsi enim quæ pagina reticuit, tibi dicenda iniunximus; & idè quidquid verbotenus exposuerint, sine scrupulo prorsus admitte, & vt efficaces ad nos reuerti valeant, omnimodis vigila. Optamus gloriam tuam in Christo nunc & semper benè valere. Dat. v. Kal. Iulij, Indictione tertia.] hæc ad Carolum Regem Hadrianus, qui eodem quoque argumento scripsit per eosdem Legatos ad Episcopos in eius Regno constitutos, atque alias insuper dedit litteras ad eiusdem Regni proceres.

VIII. COMMEN-DAT LEGATOS.

Quod autem ad nomina Legatorum pertinet, hinc considerandum, quòd ^a Aimoius, IX. cum & ipse pariter quatuor Legatos missos dicat, nominat itidem Ioannes duos & Petrum Episcopos, & Petrum presbyterum Cardinalem, Vuibbodum autem siue Vuibbodum Episcopum dicit fuisse, Legatum Ludouici Imperatoris: sed planè redarguitur erroris ex epistolis Hadriani tam recitata, quam duabus sequentibus, quarum prior ad optimates Regni scripta sic se habet:

IX. ^a Aim. lib. 5. ^{cap. 26.}

Hadrianus Episcopus seruus seruorum Dei omnibus reuerentissimis & sanctissimis confratribus nostris Archiepiscopis & Episcopis in Regno Karoli gloriosi Regis consentibus.

X. HADR. EP-IST. PRO HISDEM AD EPISCOPOS.

Nuper Apostolatus nostri Missis atque epistolis reuerentiam vestram salutiferis exhortationibus, vt vobismetipsis consuleretis, monuimus, & iuxta quod vos oportuit paternitatis affectu non immeritò corripuimus; sed tantum Apostolica monita contempsistis, quantum nec nostris epistolis respondistis, nec Regem vestrum Karolum graue facinus incurrentem proculdubid doluistis. An non graue scelus incurrit, quando, sicut multi vestrum nouerunt, sui oblitus, iurandum quod olim cum fratribus suis pepigit, quòd nemo illorum Regnum fratris alterius inuaderet vel vsurparet, vt euidentissimè patet, factum est: Regnum quondam Hlotharij Imperatoris quod iure diuo Imperatori domino Hludouico filio eius semper Augusto debetur, spretis iuramentis inuasit, & periurij incidit crimen? Vnde valdè miramur, oblitescimus, & dolemus, vt si vos fidem illi promisistis, quare vosmetipsos perditis, & non eum, modò suggerendo, modò illud aut illud opponendo, vt respiscat circumuenitis: quin potius vobis, consentiendo, & illi, tam detestabilia faciendo (quod vestri non fecere parentes) gehennam paratis? præfatus siquidem Imperator terrena Regna non ambiens, pro liberatione populi Dei multis laboribus fatigatus, triumphales in Sarracenorum ceruices potius manus, quam in eum Regnum suum tollentem extendit.

Redite ergo ad vos, dilectissimi, & vt olim fœdera inter Senioreme vestrum fratresque illius iuramentis habita, sed modò corrupta reformetur, sine cessationibus laborate. Commonete iugiter illum iuxta vestrum ministerium, & vt Episcopalis in vobis nõ refrigeret charitas, prouidere. & si eum saluum consistere vultis, vt Regni iura ad se non pertinentia desinat inuadere, opportunè, importunè insistite. Aliena non concupiscat, aliena non rapiat, & quod sibi non vult fieri, alij prorsus non faciat. Reminiscatur Scripturæ dicentis: ^b Non concupiscas rem proximi tui. & rursum: ^c Omnia quæcumque vultis vt faciant vobis homines, eadem & vos facite illis: Nos enim non tantum Regnum cuique augmentando, * quam iustitiam requirendo, ista persequimur. Et ne quis pro temporali Regnum perdat æternū, non indebitè contestamur. Quòd si & nunc his salubribus nostris exhortationibus atq; monitionibus tam iam fatus Rex, quam vos parere contempseritis: scitote quia ducti paterno affectu, feruentissimoque zelo iustitiæ, statim Christo opifice, partes illas penetrabimus, & in contemptores dignam dabimus ultionem.

XI. QVIVD EPISCOPI FACERE DEBEANT.

^b Exod. 20. ^c Deut. 5. ^d Matth. 7. ^e al. quantif

Postremò magnopere commonemus, vt hos Apostolatus nostri præcipuos Missos, XIII. Ioannem videlicet atque Petrum seu Vuibbodum & Ioannem reuerendos Episcopos, necnon & Petrum religiosum presbyterum cardinis nostri dilectumque nostrum familiarem pro Principum Apostolorum ab omnibus præferenda reuerentia & amore benignè suscipiatis, & vt pote à tanta Sede digressos honorificè receptos colatis: ipsi enim quæ

quæ pagina reticuit, vobis dicenda iniunximus; & idè quidquid verbotenus exposuerint, sine scrupulo prorsus admittite, & vt efficaces ad nos reuerti valeant, omnimodis vigilate. Optamus sanctitatem vestram in Christo benè valere. Dat. v. Kal. Iulij, Indictione tertia.] hæc ad Episcopos Hadrianus, qui ad proceres Regni eiusdem Caroli itidem, sed totidem verbis scripsit epistolam:

XIII. Hadrianus Episcopus seruus seruorum Dei omnibus optimatibus Regni Karoli gloriosi Regis.

Nuper Apostolatus nostri Missis atque epistolis reuerentiam vestram salutiferis exhortationibus vt vobismetipsis consuleretis monuimus, & iuxta quod vos oportuit, paternitatis affectu non immeritò corripuimus. Sed tantum Apostolica monita contempstis, quantum nec nostris epistolis respondistis, nec Regem vestrum Karolum graue facinus incurrentem proculdubiò doluistis. An non graue scelus incurrit, quando, sicut multi vestri nouerunt, sui oblitus, iusturandum quod olim cum fratribus suis pepigit, quo nemo illorum Regnum fratris alterius inuaderet, vel vsurparet; & vt euidentissime patefactum est Regnum quondam Hlotharij Imperatoris, quod iure diuo Imperatori domino Hludouico filio eius semper Augusto debetur, spretis iuramentis inuasit, & perurij incidit crimen? vnde valdè miramur, obstupescimus & dolemus, vt si vos fidem illi promissistis, quare vobismetipfos perditis, & non eum, modò suggerendo, modò illud aut illud opponendo vt respiciat circumuenitis. Quin potius vobis, consentiendo, & illi, tam detestabilia faciendo (quod vestri non fecere parentes) gehennam paratis? Præfatus siquidem Imperator terrena Regna non ambiens, pro liberatione populi Dei multis laboribus fatigatus, triumphales in Sarracenorum ceruices potius manus, quàm in eum Regnum suum tollentem extendit.

XIV. Redite ergo ad vos, dilectissimi, & vt olim inter Seniores vestrum, fratresque illius cum iuramentis habita, sed modò corrupta reformentur, sine cessationibus laborate. Et si eum saluum consistere vultis, vt Regni iura ad se non pertinentia desinat inuadere, opportunè importunè insistite. Aliena non concupiscat, aliena non rapiat, & quod sibi non vult fieri, alij prorsus non faciat. reminiscatur Scripturæ dicentis, ^a Non concupisces rem proximi tui. & rursum: ^b Omnia quæcumque vultis vt faciant vobis homines, eadem vos facite illis. Non enim tantum Regnum cuiusque augmentando, quàm iustitiam requirendo, ista persequimur. Et ne quis pro temporali Regnum perdat æternum, non indebitè contesta mur. Quòd si & nunc his salubribus nostris exhortationibus atque monitionibus, tam iam fatus Rex, quàm vos parere contempseritis: scitote quia ducti paterno affectu, feruentissimoque zelo iustitiæ, statim Christo opifce, partes illas penetrabimus, & in contemptores dignam dabimus vltionem. Postremò magnopere commonemus, vt hos Apostolatus nostri præcipuos Missos, Ioannem videlicet, &c. ad finem vsque in præcedenti epistola. Dat. v. Kal. Iulij, Indictione tertia.] ita ad optimates Hadrianus, qui eadem quoque die scripsit de iisdem ad Ludouicum Germaniæ Regem, laudans eum plurimum, quòd se abstinuisset à Regno Lotharij, conquerens aduersus Carolum, qui illud inuadendo, sic tyrannus effectus. epistola autem sic se habet:

XV. Hadrianus Episcopus seruus seruorum Dei dilecto filio Hludouico glorioso Regi. Sicut sæpè per Missos & epistolas vestras comperimus, de exaltatione Matris vestræ Romanæ Ecclesiæ iucundamini, & cum charissimo filio nostro domino Hludouico Augusto omnem concordiam, omnemque pacis dilectionem & fidei possidetis, & insolubiliter, quemadmodum idem serenissimus Imperator nobis innotuit, vos retinere multis coram positis profitemini. Vnde gloriôsæ vestræ serenitati nonnullas grates referimus, & vt in cœptis bonis perseueretis, Apostolicis assatibus, fili charissime, incitamus: quoniam scriptum est, ^c Qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. Sed & laudanda planè vestra constantia, quæ sui non immemor fidem promissam meritò custodiuit: & velut frater vester Karolus, alterius Regni iura Hlotharij quondam scilicet Imperatoris, quæ iuxta diuinas atque humanas leges eidem piissimo Imperatori filio eius debentur, nec inuasit, nec concupiuit. Pro quibus scilicet iniquissimis actibus, quos idem Karolus Deo contempto peregit, & pro iuramentis quæ corrumpere non trepidauit, valdè obstupescimus & miramur. Quia & illorum quos deuiare cognoscimus, tantum animarum pericula gemimus & dolemus, quantum pro omnibus illis, qui nos suo gregi præesse dignatus est, rationes ponere proculdubiò compellemur.

Veruer-

^aExod. 10.
^bMatth. 7.

HADR. EPIS. AD GERM. REGEM LVD.

Mar. 10.

A Verumtamen Missos nostri Apostolatus, cum eiusdem spiritalis filij nostri Augusti Legatis tam ad vos quàm ad eundem Karolum, sicut nos nuper facere proposuimus, ecce direximus: quos benignè ac honorificè pro amore Apostolorum suscipientes, omnes vtilitates & opportuna in opere præsentis negotia cum eis tractetis: quatenus his peractis, sicut vos nos & sæpè dictus Augustus speramus, iisdem Missi salui atque illæsi per vestrum adiutorium ad prædictum Regem, duce Deo, perueniant, & regredi valeant. Iam verò si idem Rex ab inuasionem illa cessauerit, & suæ tyrannidi cesserit, ecce benè. Sin autem, scitote, quia per nos illuc iter veniendo accelerabimus, & velut in contemptorem Dei ac Apostolicarum monitionum vltionem debitam inferemus, ne nobis imputetur si ille impunitus remanserit: & si se à prauis actibus perurus scilicet ac concupiscentiis aliisque nefandis sceleribus non correxerit; venturus iudex eum de manibus nostris requirat, & pro desidia meritò reprehendat. Miramur præterea, gloriam vestram in præficiendo Episcopo Agrippinæ Coloniae, tam indiscretè præbuisse consensum: cum euidentissimè scires, quòd Apostolicæ Sedis iudicio atque consensu ibidem debuerit ordinari Antistes, cuius censura nuper fuerat eadem Ecclesia suo priuata rectore. Et quidem quod post iudicium Sedis Apostolicæ factum est, durè suscepimus: sed quòd tua super hoc deuotio, quam circa nos habere probaris, omnimodis latuit, durius æstimamus. Præcipuè quia Guntharij dudum Archiepiscopi causam, antequam in locum illius substitueretur Episcopus, nos iterum audituros, & vocem eius admissuros fore spondimus. Præfatam quippe ordinationem nec confirmamus, nec ratam habere decernimus, quousque ille qui ordinatus est, nostræ exhibeatur præsentia, & vtraque pars coram nobis discussa conuentus synodalis perpendatur audientia.] Porro quòd hîc audis, Guntharium adhuc fuisse superstitem; habes in quo arguas ^a Reginonem qui dixit eum mortuum esse in Italia, eodem tempore atque eodem morbo, quo Lotharius Rex & alij proceres defuncti sunt, vt suo loco superius dictum est. Pergit verò Hadrianus:

Postremò magnopere commonemus, vt omnes Apostolatus nostri præcipuos Missos, Ioannem videlicet atque Petrum seu Vuibodum & Ioannem reuerendos Episcopos, necnon & Petrum religiosum presbyterum cardinis nostri, dilectumque nostrum familiarem pro Principum Apostolorum ab omnibus præferenda reuerentia & amore benignè suscipiatis: vt pote à tanta Sede digressos honorificè receptos colatis. ipsis enim quæ pagina reticuit, vobis dicenda iniunximus. Et idè quidquid verbotenus exposuerint, sine scrupulo prorsus admittite, & vt efficaces ad nos reuerti valeant omnimodis vigilate. Optamus gloriam tuam in Christo nunc & semper benè valere. Dat. v. Kal. Iulij, Indictione tertia.] hæc ad Regem Ludouicum Hadrianus, qui eiusdem quoque argumenti litteras dedit ad Episcopos in Regno ipsius constitutos, hortans eos constanter agere, vindicetque profiteri iustitiæ, & non facere, sicut fecerunt Episcopi illi qui sub Carolo Regno positi ipsi turpiter conuiuere. sunt huiusmodi:

Hadrianus Episcopus seruus seruorum Dei omnibus reuerentissimis & sanctissimis confratribus nostris Archiepiscopis & Episcopis in Regno Hludouici gloriosi Regis constitutis salutem.

Gratias agimus Deo omnipotenti pro vobis, quòd, sicut fidelium relatione comperimus, inter serenissimum Principem nostrum dominum Hludouicum Augustum & gloriosum Regem æquiuocum eius & patrum, Seniores scilicet vestrum, firma charitas & pax perpetua maneat; vt pote fidei custodes inuigilatis, & vt fœdera inter eos habita inconvulsa constant, suadere curatis. Quocirca, dilectissimi, nostris vos Apostolicis monitis exhortamur, vt in hoc semper perseueretis, & id ipsum ei suadere puro pectore studeatis. Tam est enim ille inuidus Augustus beneuolus, quantum erga omnes probatur esse piissimus. State ergo in fide, viriliter agite, & Deo odibilium facta declinate, quia non decet vos fidem vestram corrumpere, sicut illos qui Karolo Regi Seniori suo pro humano fauore consenserunt, vt Regnum ipsius Principis vestri peruaderet, & perurij noxam incurreret: pro quibus vos meritò collaudamus, & vt in cœptis perseueretis, paternitatis affectu præcipimus, quia qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit.

Postremò magnopere commonemus, vt hos Apostolatus nostri præcipuos Missos, videlicet Ioannem atque Petrum seu Vuibodum & Ioannem reuerendos Episcopos, necnon & Petrum religiosum presbyterum cardinis nostri, dilectumque nostrum familiarem pro Principum Apostolorum ab omnibus præferenda reuerentia & amore benignè suscipiatis,

XVI.

DE COLO-
NIENSI E-
LECTO EPI-
SCOPO.

*tacuit,

Regin. Chron.
anno 869.

XVII.

XVIII.

HADR. EPIS. AD EPISCOPOS REGNI LVDOVICI.

XIX.

piatis, & utpote à tanta Sede digressos honorificè receptos colatis: ipsi enim quæ pagina A reticuit, vobis dicèda iniunximus. Et ideò quidquid verbotenus exposuerint, sine scrupulo prorsus admittite, & ut efficaces ad nos reuerti valeant, omnimodis vigilate. Optamus sanctitatem vestram benè valere. Dat. v. Kal. Iulij, Indi. III.]

xx. Præter has autè alias rursus dedisse litteras reperitur Hadrianus ad Episcopos in Regno Caroli constitutos, quos graui comminatione exagitaui, illud inculcans, vt si Carolus Sedi Apostolicæ obtemperare recusaret, ipsi se ab eius communione seiungerent, si velent cum Apostolica Sede communicare, alioqui vt indignos respuedos. Hæc & alia Pontifex, quæ in redditis ad eum Hincmari litteris reperiuntur, quas amaro animo scripsit, vt ex ipsis accipies, cum eas proximè auditurus eris. Apparet enim, quòd qui resistendi Regi, immò tyranno, sacerdotali constantia caruere, vt canes rictus & latratus dentesque in corripientem eos & prouocantem in lupum, pastorem primarium conueneret. De his B quidem appositè à Propheta dictum: Væ qui cõsuunt puluillos sub omni cubito manus, & faciunt cervicalia sub capite vniersæ ætatis ad capiendas animas.] utpote qui aduantes Principibus, ad voluntatem eorù iura omnia tam humana quàm diuina disponunt. Nullus inter eos Ieremias, b ad quem à Domino: Constitui te super Reges & Principes: nullus Ioannes c Baptista, qui vitæ dispendio arguebat Herodem. Nullus prorsus qui diceret Carolo: Non licet tibi alienam inuadere hereditatem, quod nec humanæ nec diuinæ leges fieri sinunt. Non licet tibi contra abs te factam atque iuratam Regnorum diuisionem præsumere quidquam, nec abtque sacrilegij reatu concessum. Iura ipsa Regum Francorum antiquitus inuiolabiliter conseruata in te conclamant, populumque tuum æquè declamant. Regnum Francorum non ex electione, sed ex successione deberi; quod ex sancti Gregorij testificatione ijdè Principes in sacris sæpè sunt possessi Comitibus: immò ipse Carolus Caluus in libello declamatorio contra Guenilonem Archiepiscopum Senonensem, ipso eius exordio id ex sancti Gregorij prædicat & magna ingerit auctoritate, nempe Regnum Francorum ex successione, non ex electione deberi, vt planè ex verbis suis conuincatur tyrannus esse Carolus, dum aliena inuasit illicitè.

xxi.

d Greg. lib. 5. epist. 6.

e Greg. lib. 7. epist. 120.

f Greg. lib. 9. epist. 57.

g Greg. lib. 7. epist. 64.

h Ierem. 16.

''

''

''

xxii.

hincmari

epist. ad

hadria-

num.

i Ioan. 2.

Quod etsi licuisset, nec tamen ita absq; magno consilio atque deliberatione agendum fuisset, secundum sententiam illam eiusdem magni Gregorij d ad Childebertum Francorum Regem ita suis litteris inculcatam: Tunc enim vere Regi Regum, id est omnipotenti Domino amplius placebit, si potestatem suam restringens, minus sibi licere crediderit, quàm potest.] & quod ad Theodoricum & Theodobertum Francorum Reges sic idem sanctissimus pater inculcat: Summum (inquiens) e in Regibus bonum est iustitiam colere, ac sua cuique iura seruare. Ergo summum malum iustitiæ limites transgredi, & quod D iure non licet, tyrannicè vendicare. Et quod ad Brunichildem Reginam: Si vultis (inquit) nihil iniuste perdere, summopere studete de iniustitia nihil habere.] & rursum: Cum scriptum sit: Iustitia eleuat gentem, miseros autem facit peccatum: tunc Regnum stabili creditur, cum culpa, quæ cognoscitur, citius emendatur.] præterierunt ista doctos Episcopos. Perit tunc planè lex à sacerdote, consilium à sapiente, & sermo à Propheta b. Vbi tu Hincmare, qui ceteris scientia præstare putabaris, vt homines bruta animalia antecellunt? Passus anginam Demosthenis, aduersus Regem elinguis, in summum Pontificem qui corripuit eum, ltylum acuens, ad eum ea scripsisti, quæ Politici huius temporis manus tuas exosculantes in suo describere libello de Iuribus & prærogatiuis Regum ac Regni Franciæ, tempore belli civilis haud pridem conscripto, cum ista præmittunt: Quid consilij ceperint proceres Franciæ, cum Hadrianus Carolo Caluo Regi sub excommunicationis pœna præcepisset, vt Regnum Lotharij, Ludouico eius filio possidendum relinqueret, apparet ex Hincmari epistola responsoria, &c.] Post hæc epistola hoc modo:

Domino sanctissimo & reuerendissimo Patri Patrum Hadriano primariæ Sedis Apostolicæ ac vniuersalis Ecclesiæ Papæ Hincmarus nomine non merito Rhemorum Episcopus, ac plebis Dei famulus.

De hoc quod scripsistis, vt si ipse Rex Carolus in obstinationis suæ perfidia post meam conuentionem persisteret maluerit, quàm iuxta vestra monita respiscere, ab illius me communione & consortio sequestrem, & secundum i Apostolum nec Aue ei dicam, & si vestræ communionis volo esse particeps, præsentiam eius modis omnibus deuitem: cum magno cordis dolore ac gemitu dico, quoniam & Ecclesiastici & sæcularis ordinis viri, qui de diuersis Regni partibus Rhemis plurimi conuenerunt, quos manda-

A mandatum vestrum ibidem mihi delatum, quia non debuit, latere non potuit, exiguitati meæ, qui quantum sciu & potui, semper Apostolicæ Sedis priuilegium extuli, impropere dixerunt, & dicunt: Numquam huiusmodi præceptionem ab illa Sede vlli prædecessorum meorum missam fuisse, cum inter Reges sacramentis etiam confederatos, sed & inter patrem & filios, ac inter fratres prælia & seditiones eorum temporibus fuisse noscantur, &c.

Nec etiam ab hæreticorum vel schismaticorum siue tyrannorum Imperatorum ac xxiii. Regum, quales fuerunt Constantius Arianus, ac apostata Iulianus, & Maximus tyrannus, præsentia & salutatione, siue collocutione, Sedis Apostolicæ Pontifices, vel alij magnæ auctoritatis atque sanctitatis Episcopi, cum locus & ratio ac causa exegit, se subtraxisse leguntur, &c. Et dicunt sæcularem scripturam dicere, Quia omne Regnum sæculi huius bellis quæritur, victoriis propagatur, & non Apostolicis vel Episcoporum excommunicationibus obtinetur: & Scripturam diuinam proponunt dicere: a Quia Domini est Regnum, & cui voluerit dat illud ministerio Angelorum & hominum. Quibus cum verba B. Iacobi b Apostoli opponimus dicentis, Vnde bella & lites inter vos? &c. Et cum potestatem à Christo sancto Petro primo Apostolorum, & in eo suis successoribus datam, sed & Apostolis & ceteris Episcopis Pontificium ligandi & soluendi collatum insinuare volumus, respondent: Et vos ergo solis orationibus vestris Regnum contra Northmannos & alios impetentes defendite, & nostram defensionem nolite quærere, & si vultis ad defensionem habere nostrum auxilium, sicut volumus de vestris orationibus habere adiutorium, nolite quærere nostrum dispendium. Et petite dominum Apostolicum. & quia Rex & Episcopus simul esse non potest. & sui antecessores Ecclesiasticum ordinem, quod suum est, & non Rempublicam, quod Regum est, disposuerunt. Non præcipiat nobis habere Regem, qui nos in sic longinquis adiuuat, non possit contra subitaneos & frequentes paganorum impetus. & nos Francos non iubeat seruire, cui nolumus seruire: quia istud iugum sui antecessores nostris antecessoribus non imposuerunt; & nos illud portare non possumus, quia scriptum esse in sanctis libris audimus, vt pro libertate & hereditate nostra vsque ad mortem certare debeamus. Et si aliquis Episcopus aliquem Christianum contra legem excommunicat, sibi potestatem ligandi tollit. & nulli vitam æternam potest tollere, si sua peccata illi eam non tollunt. Et non conuenit vlli Episcopo dicere, vt Christianum, qui non est incorrigibilis, non propter propria crimina, sed pro terreno Regno alicui tollendo vel acquirendo, nomine Christianitatis debeat priuare & cum diabolo collocare, quem Christus sua morte & suo sanguine de potestate diaboli D venit redimere, & Christianos pro fratribus suis animas docuit ponere.

Propterea si dominus Apostolicus venit pacem quærere: sic pacem quærat, vt rixam xxiiii. non moueat; quia nos non credemus, vt aliter ad Regnum Dei peruenire non possimus, si illum, quem sic commendat, terrenum Regem non habuerimus. Et alia de iuramentis & periurijs & de tyrannide de quibus scripsistis, vobis dicunt: Quia vestræ auctoritati mandare nobis conuenit. Sed & alias comminationes in vos sunt iaculati, quas adhuc nolo proferre: quasque scio, si Dominus illis permiserit, vt iam in deliberatione, ita sine retractatione comminantes, in opere monstrare curabunt. Et vt mihi experimento videretur propter meam interdictionem, vel propter linguæ humanæ gladium, nisi aliud eis obtiterit, Rex noster vel Regni eius primores non dimittent, vt quod cœperunt, quantum potuerint, non exequantur.] hætenus ex Hincmari epistola Politicus nomen suum E reticens: qui ista vt gustui suo dulcissima lambit.

Porro versurus Hincmarus ex ore alieno ista se depromere simulat, quæ sponte afferere tam absurda non ausus esset. Sed vtique pœna dignus, qui alterutro modo delinquit, vel dum sua quæ essent, alijs tribuit, vel si aliena essent, ab alijs malè asserta, atque furore deprompta non redarguit, vt muneris sui erat, sed scripsit ea, utpote inter omnes primatum agentes tamquam sapientium dicta, sic planè se ea probasse significans. In quibus quotupliciter sit peccatum, quilibet prudens ac pius intelligit, vt non sit opus hinc singula demonstrare. Sed quòd (vt dictum est) eadem Hincmari epistola sit à Politicis in argumentum assumpta, & in auctoritatem adducta ad suos ipsorum confirmandos errores: patere Lector, vt vel cursim hinc saltem eam relegens, errores qui in ipsa sunt, signatos, damnatosque relinquam.

Quod autem durum admodum & asperum atque inuistratum asseruere, quòd scripsit xxvi. Annal. Eccl. Tom. 10. P p rit

rit ad Hincmarum Hadrianus, ut se à Rege separent, qui non pareat Apostolicæ Sedis iussis: Primum videndum si hoc facere potuit vel debuit Hadrianus de Rege præcipere, ut exors esset Catholicæ communionis. Certè quidem in nullo perniciosius vult Apostolus assurgere ultores Episcopos, quàm cum per inobedientiam quod iubetur impleri contemnitur. Nam ad Corinthios: ^a In promptu (inquit) habentes vlcisci omnem inobedientiam.] cum tamen in his Hadrianus haud fuerit velox, qui triplici admonitione, atque duplici legatione antea ipsum Carolum Regem præmonuit. Sed & quod debuit, facere utique potuit: Nullus puto Catholicus id reuocet in controuersiam, an in Reges ius dicere possit Pontifex; nisi qui inter Christi oues non numerandos esse Principes, amens dixerit. Quod si Principes iidem sint Christi oues: de iis dictum Petro ut de ceteris: Pasce oues meas.] At pascere non conuincitur, qui morbosam ouem ab aliis, cum sit opus, non segregat ad salutem. Sed dicit: Quod si potuit, non tamen adhuc debuit. Immo necessitas multiplex id ab ipso inuito licet extorsit: siquidem vrgebat actor, Ludouicus Imperator legitimus heres Lotharij fratris, cuius Regnum Carolus inuasisset. Exigebat hoc ipsum ab eo ignauia illorum Episcoporum, qui in Caroli erant Regno, quorum cum munus esset, rogare, monere, præcipere & redarguere Regem inuasorem publicè peccantem: tantum abest, ut ista præstiterint, ut etiam ad ruinam properantem calcariibus agitarint. At cum omnes defecerint, ut ab interitu reuocarèt præcipitem Regem, nonne debuit ex aduerso consurgere Hadrianus, ut ipsi esset saluti, dum ne peccaret, esset impedimento?

XXVII. Quod si fecit, uod facere potuit atque debuit: quid questi sunt de eodem Pontifice, dicentes, numquam huiusmodi præceptionem vlli prædecessorum Rhemensium Antistitum ab aliquo Romanorum Pontificum esse missam aduersus Francorum Reges? Sed non vni Rhemensis Ecclesiæ præfulti tantum, verum omnibus Galliarum Episcopis, nec aduersus legitimos Reges, sed aduersus tyrannos siue Gallias, siue Britanniam inuadentes id sæpè factum, quæ sunt superius dicta, declarant. At certè ea ex parte, qua alienum Regnum inuadit Carolus, non legitimus Rex, sed iure tyrannus (ut eum sæpè suis litteris Hadrianus appellat) dicendus fuit. At si non omnes tyrannos, hæreticos, siue schismaticos Imperatores superius nominatos, perculerunt Romani Pontifices anathemate, & litteras conscripsere, ut omnes eorum communicationem vitarent: id facere opus non fuit, quia spontè id agerent Orthodoxi omnes Episcopi. Quis enim inuentus Orthodoxorum qui communicaret cum Constantio vel Iuliano vel alio manifestè hæretico Imperatore? Quod etsi non omnes rei Principes, quot tamen Imperatores à Romanis Pontificibus sunt sententia excommunicationis affecti (cum ius id ab eis exegit) de quæ his non ad vnum Rhensem Episcopum, sed ad omnes vbique terrarum constitutas Ecclesias litteræ Apostolicæ datæ sunt?

XXVIII. Ad quam perperam illam (vt aiunt) ex secularibus libris depromptam sententiam vsurpare sunt ausi Episcopi illi, immò Hincmarus ipsorum nomine, qua dicitur, Omne Regnum bellis queritur, victoriis propagatur, & non Apostolicis vel Episcoporum excommunicationibus obtinetur?] oblitus Hincmarus (sic furor dementat hominem, ut ob oculos posita non consideret) ipsum Romanum Imperium non nisi excommunicatione hæreticorum Imperatorum Orientalium, opera Romanorum Pontificum, esse translatum in Francos, & apud eos eorumdem concessione Pontificum propagatum in hanc diem ad posteros, immò ipsum Regnum Francorum non nisi ministerio Romani Pontificis è familia Clodouæi translatum in Carolinos; cuius germen idem esset Carolus Caluus filius Ludouici cognomento Pij filij Caroli Magni. Videant igitur, quomodo cuncta sic tribuant armis, ut nihil deferant Pontificæ potestati, æquè ingrati sicut rudes Episcopi & sui ordinis contemptores.

XXIX. Et quid illud, Quod dominus Apostolicus Rex & Episcopus esse non potest, ut antecessores ordinem Ecclesiasticum & non Republicam gubernarunt, non præcipiat habere Regem, &c.] Quid hoc? nisi liceat Regibus impune, quod volunt contra Dei legem agere, nullo sacerdote existente vindice regalium delictorum? Si hoc dicitis, nec in Ecclesia estis: Si conceditis, Reges ratione saltem delicti subitici sacerdotibus: quid nugamini, dicentes, non Reipublicæ curam, sed ordinis Ecclesiastici administrationem spectare ad Romanum Pontificem; quasi tyrannum, hæreticum, schismaticum non possit ipse Ecclesiastica censura notare, & si opus sit, ab Ecclesia pellere?

XXX. Illud insuper quàm præter rem? Si aliquis Episcopus aliquem Christianum contra legem excom-

A excommunicat, sibi potestatem ligandi tollit.] ergo è contrario (subiicio ego) Si secundum legem excommunicat, benefacit. At quid tam secundum naturale; diuinum atque humanum ius esse potest, quàm conseruare, quod suum est vniciuque? Ius vetus Francorum statuit, quod vsus pariter comprobauit, ex successione deberi Regnum, cui si religionem adicias sacramenti, quid hoc possit inueniri stabilius atque constantius? ut non nisi tyrannus debeat conclamari, qui diuinum simul cum humano ius impugnet atque conculet. Sed vbi inuenitur, ut iniuste agens Episcopus, mox iudiciali potestate nudetur?

Quod insuper pacis perturbatorem Hadrianum Pontificem dicant: conuertant (si audent) eamdem in Redemptorem calumniam, quod non venit pacem mittere, sed gladium; & quod non pacem quam mundus dat, è cælo descendens in terram secum tulerit, sed illam, qua filios iræ, inimicos reddit filios Dei: secundum quam Hadrianus legationes misit, litteras scripsit, ut pacem haberent, & abundantius haberent, atque Deo conciliarentur, qui ex rapina alienorum bonorum essent Deo redditi inimici.

Ad postremum autem quod ratione carentes ad minas conuersi, omnem exuant reuerentiam planè factis sicut & dictis, cuius sint ipsi discipuli, Christiane, qui suis humilitatem atque mansuetudinem, an diaboli qui apostasiam, omnemque superbiam suis insinuet, potest intelligi. Ut planè Carolo lugubre illud elogium Ieremiæ fuerit occinendum: ^a Prophetæ tui viderunt tibi falsa & stulta, nec aperiebant iniquitatem tuam, ut te ad poenitentiam prouocarent: Viderunt tibi assumptiones falsas & eiectiones.] Porro Carolum ægro animo tulisse reprehensionem Pontificis, atque re infecta Legatos dimississe, testatur ^b Aimoinus hoc anno.

Quod rursus spectat ad eandem legationem per Hadrianum Pontificem ad Carolum Caluum missam: tradit idem ipse huius temporis scriptor Aimoinus, per eosdem Sedis Apostolicæ Legatos factum, ut idem Carolus Rex Francorum filium suum Carolomanum, quem detinebat in vinculis, liberaret. Extant autem adhuc tres eiusdem Hadriani Papæ epistolæ, datæ tum ad ipsum Carolum Regem, tum ad eius Comites, & aliæ ad Episcopos eius Regni, hætenus numquam visæ, acceptæ autem ex superius citato codice Treurenfi. Quæ autem ad Carolum Regem scripta est epistola, sic se habet:

Hadrianus Episcopus seruus seruorum Dei Karolo Regi.

Inter cetera excessuum tuorum, quibus aliena vsurpando inuasisse crederis, illud quoque nihilominus obicitur, quod etiam bestiarum feritatem excedens, contra propria viscera, id est contra Karolomanum genitum tuum sæuire minimè verearis; ita ut more struthionis quod ex libro beati ^c Iob discimus, obdureris ad filium tuum, quasi non sit tuus, eum videlicet non solum paterna gratia & beneficiis priuans, verum etiam Regni finibus eliminans, atque quod impium est, ut excommunicationi submittatur, affectans. Verum quia idem Carolomanus Sedem Apostolicam Legatis suis tamquam quibusdam pedum suorum passibus adiit, & per proprias litteras nos appellat, quin potius interpellat: primò quidem ab huiusmodi conatum tuum intentu, auctoritate Apostolica refrænamus; deinde verò ne aduersus ^d Apostolum ad iracundiam prouoces filium tuum, salubriter exhortamur. Atque idè & gratiam ei tuam, sicut conuenit, redde; & illum, ut reuerà proprium filium paternis affectibus suscipe: necnon & pristinis beneficiis ac honoribus restituere satage, donec saltem Apostolatus nostri Missi ad te veniant; & saluo debito vtriusque vestrum honore, quidquid de illo salubrius inuentum fuerit, competenti executione ac dispensatione ordinetur ac disponatur. Ergo ne adicias peccatum super peccatum, sed & de pristinis inuasionis & auaritiæ prauitatibus deprecare, & correctionis ostensa perfectione, veniam Ecclesiasticam recipere totis medullis exopta; & ne finetenus pereas, vique quaque decerta, quatenus per hoc finis prauitatum, finis animaduersionis efficiatur, & præstante Deo, cum termino culpæ, terminus accedat & poenæ. Dat. III. Idus Iulij, Indictione quarta.] ista Hadrianus ad Carolum Regem pro filio Carolomanno, pro quo hæc breuiter etiam ad Comites in eius Regno constitutos:

Hadrianus Episcopus seruus seruorum Dei omnibus gloriosis Comitibus & ceteris fidelibus in Regno Karoli, & in Regno quondam Hlotharij Regum constitutis.

Auditui nostro sonuit, quod Carolus Rex etiam belluarum furorem transcendens, contra propria viscera, id est contra Carolomanum filium suum sæuerit; hunc videlicet non modò paterna gratia & beneficiis priuans, verum etiam Regni sui metis eliminans: quin etiam conetur aduersum illum exercitum congregare, & vos omnes aduersus eum

totis nisibus destinare. Vnde quia per huiusmodi contentione[m] atque conflictum saepe sanguinis effusio contigit: providendum sum[m]o opere ducimus, ne tale, pro nefas, nostro proueniat tempore, ac per hoc nomen Domini blasphemetur in Gentibus. Ideoque pacem, & non bella volentes; nam Psalmista a Domino dicit, Dissipa gentes quae bella volunt: ea quae pacis sunt, inter genitorem & genitum, si potestis, constituite: porro si non potestis, saltem bellis cedite, praemia dissipate. Alioquin quisquis vestrum contra Carolomannum castra mouerit, arma sustulerit, vel laesionis exercitia praeparauerit, ac per id vt effundatur Fidelium sanguis confluerit: non solum excommunicationis nexibus innodabitur, verum etiam vinculis anathematis obligatus in gehenna cum diabolo deputabitur. Optamus vos in Christo bene valere. Dat. III. Id. Iul. Indictione quarta.] Haec ad Comites Hadrianus, quae autem ad Episcopos datae sunt litterae, sic se habent:

XXXVI. HADR. AD EPISCOPOS PRO CAROLOMANNO.

Hadrianus Episcopus seruus seruorum Dei reuerentissimus & sanctissimus confratribus nostris Archiepiscopis in Regno Karoli, & in Regno quondam Hlotharij Regum Ecclesiam Domini gubernantibus.

Præfatus nostri auribus intimatum est, Karolum Regem Carolomannum filium suum gratia sua priuatum, post multa dira simul & dura crudeliter irrogata, beneficiis & ab ipsis quoque Regni sui metis eliminasse, quinimmo vt vos etiam in eum excommunicationis spicula iaceretis, sanctimoniam vestram nihilominus fuisse. In quo quid aliud intelligi datur, si rei se ita veritas habet, nisi quod resti delictorum, quam multipliciter extendendo contexit, adhuc istud quoque impietatis genus velit adiacere, & sese talibus iniquitatum captum funiculis & constructum gestiat irretire? Vnde nimirum valde dolemus, & ei affectu spiritali compatimur; & quamuis exteriorem circa illum pacem soluiamus, interiorem tamen integram conseruamus: nam & ideò illum percussimus, vt fanemus. Flagella idcirco extrinsecus adhibemus, vt intrinsecus vulnera delictorum curemus: verbera namque corrigentis sunt, non poenae damnantis. Verum quia idem Carolomannus nos Missis suis, quasi quorundam pedum suorum gestibus adiit, & per syllabas proprias Apostolicam Sedem appellat, quin potius interpellat: decernimus nullam vos in eum excommunicationis iaculatos omnino sententiam, quousque videlicet nos, qui sacerdotum Domini matura volumus esse iudicia, vniuersa quae gesta sunt veraciter agnoscamus. Alioqui inualidam Apostolicam pondera auctoritatis futuram, contraque reuerentiam vestram potius non immerito sauituram.

XXXVII.

Satius autem & sine dubitatione praestantius est, ne Karolus proprium filium spernat, ne domesticos feminis sui despiciat, ne iura propinquitatis solito more corrumpat, ne pacis & charitatis foedera violet, ne caduca manus anteferat, ne temporalia aeternis praeponat. Praeterea praefatus Carolomannus insontem se circa patrem, multipliciter asserit. Verum vt nos non astruendo, sed ratiocinando, quae animaduertimus fateamur: quid mirum si Karolus praepcepta Dei, praefixos metis suis terminos transferendo, aliena inuadendo, contemnens, ex suis reperit qui eius voluptatibus contrairer, & de lumbis suis procederet, qui ipsius motibus resuleret? cum non ignoremus, protoplastum contra Dominum se per inobedientiam erigentem, & vetita contingentem, non solum exteriora quaeque rebellantia cognouisse, verum etiam in semetipso quae sibi obisterent inuenisse. quod tamen non dicimus, quasi Carolomannum rebellem circa patrem fatentes, aut contumacem genitum erga genitorem fore docentes, sed quid sacro iustoque diuino iudicio fieri possit considerantes, & vt haec Rex Karolus solerter attendat, salubriter admonentes. De quibus omnibus scitote nos ipsi Regi Karolo scripta nostra misisse, & exhortatoria Pontificatus nostri direxisse. Optamus fraternitatem vestram in Christo bene valere. Dat. III. Idus Iul. Indiçt. III.] haec Hadrianus de causa Carolomanni, qui inuitus attonderi, clericalemque vitam profiteri coactus, resiliens, a patre pulsus, beneficiisque priuatus, & Episcoporum sententia condemnatus, Sedem appellans Apostolicam, litteris Hadriani per Legatos est liberatus, atque ita dum vixit Hadrianus, res se habuerunt. Verum post Hadriani obitum in eum Carolus pater acrius sauit, nec destitit, quousque eum luminibus excæcans orbauit, vt Frodoardus, Aimoinus, alique scriptores omnes affirmant.

XXXVIII.

Reperitur autem hoc item anno Carolus ipse (quod Politicorum est in decretis, vt quod magis Princeps exercet tyrannidem, eò magis religionis culturam affectet) scribi sibi recessisse aureis litteris libellum precum selectarum, quas quotidiano vsu recitaret, quae quidem

NEQUI EPISCOPI IN CAROLOMANNO.

CAROLVM DIGNA PATI.

Adem magnam redolent pietatem. extat ipse nuper editus, in quo temporis etiam nota his versibus scripta legitur:

Bus quadringenti volitant & septuaginta Anni, quo Deus est Virgine natus homo. Terdenis annis Carolus regnabat & vno; Cum codex actus illius Imperio.] est autem titulus iste:

Incipit liber orationum, quem Karolus piissimus Rex Hludouici Caesaris filius colligere, atque sibi Manualem scribere iussit. sicque exorditur à precibus maruinis: Hoc orandum est cum de lecto vestro surrexeritis: IESV Christe Fili Dei viui in nomine tuo leuo manus meas, &c.] iam cusus extat Ingolstadtij anno salutis MDLXXXIII. Ita ipse laudanda quidem, sed reprehensione plane digna reliqua hoc eodem anno ab ipso tractata.

Tantum enim abest, vt Carolus litteris acquieuerit Hadriani Papae, vt potius isdem fuerit refragatus, ad hoc opus vsus consueto ministro Hincmaro Rhemeni Archiepiscopo, qui ad haec prouincialem Synodum indixit, commotus in Hincmarum Laudunensem Episcopum, qui pro litteris Apostolicis agens, nullo modo consentire voluisset excommunicationi ab eo contra Carolomannum illata: quo nomine idem Hincmarus Rhemenis ad eum increpatorias litteras dedit, quarum meminit Frodoardus, dum ait: Item scripsit ad eumdem Hincmarum Laudunensem pro excommunicatione Carolomanni, dum ipse obedire nolebat, eum saepe commonens, vt contumaciam mentis suae deponeret, & ad obaudiendum sibi, ceu iam coram multis testibus professus fuerat in alia Synodo, cui subscripserat, se inclinaret.] haec summatim de Hincmari litteris ad Hincmarum Laudunensem Frodoardus. Qui paulò inferius de aliis eiusdem litteris ad eumdem datis meminit, quibus eum ad Synodum vocat proximè celebrandam, in qua (vt ait) Hadriani Papae mandata tractanda essent. At quænam ista Synodus? Vtrique illa quæ aduersus eumdem Hincmarum Laudunensem tunc fuisse congregata cognoscitur, eò quod Laudunensis Hincmarus pro Sedis Apostolicæ litteris agens, nec Regis nec sui Rhemenis Archiepiscopi, cui subiectus erat, visus est aliquam habuisse rationem. Contumax atque periuicax est existimatus, qui non in gratiam Regis, vt reliqui, cuncta faceret, sed magis pro litteris Apostolicis contra Regem pugnaret, cuius rei causa iussus est vt reus in Synodo causam agere.

Hoc namque anno habita est Synodus immò grassatio in Attiniaco villa, loco sub Regno Caroli constituto, cui praesuerunt Remigius Lugdunensis, Ardouicus Vesontiensis, Bertulfus Treuirensis Archiepiscopi, vna cum subiectis Episcopis & aliis Rhemenis prouinciae. In hac Synodo ipse Archiepiscopus Hincmarus accusatorem egit aduersus nepotem suum, quem iam antea ipse consecrauerat Episcopum Laudunensem, Exastuabat enim odium Hincmari Rhemenis in nepotem, eò quod (vt dictum est) iunior Hincmarus aduersus ipsum iura Sedis Apostolicæ attenuare conantem (vt pater ex iis quae superius dicta sunt diuersis in locis) contraria scripta collegisset, quibus eiusdem Sedis iura corroborare niterecur. traxit ad hanc causam senior Hincmarus Carolum Caluum aduersus Laudunensem Hincmarum, quasi apud Romanum Pontificem eum accusasset, ad quem absque eius licentia aduersus ipsum scripta misisset, contra fidelitatis iuramentum, quod eidem Regi iam antea praestitisset.

Asstitit huic Synodo, seu potius Synodo Duziacensi, celebratae anno sequenti, Hincmarus iunior vt reus, immò vt condemnatus, vt qui in itinere captus fuisset ab hostibus, & spoliatus, & ad eandem Synodum ita perductus. testatur id ipse in libello declamatorio oblato Ioanni Papae Octauo in Trecenti Concilio habito anno Redemptoris octingentesimo octogesimo octauo, vt suo loco patebit, vbi & ostendit omnia acta esse tyrannice, dum praeter illa quae dicta sunt, cum oblatus esset ab eodem Hincmaro iunior libellus huic Synodo, idem non est permissus legi, immò nec suscipi. Cum ipse accusationibus Hincmari senioris, & Caroli Regis potentia ita praestriçtus, vt suam causam agere non liceret, iam spoliatus, nec auditus, Sedem Apostolicam appellauit; sed appellationi non delatum, quamuis eam vim patiens coram Synodo humi prostratus dari sibi defensionis locum experiret, ipsa gemente Synodo, sed tam à Rege quam ab Archiepiscopo aduersus eum auerso vultu pertracta, protestante tamen, aditum ipsi ad Sedem Apostolicam non denegandum.

Sic igitur Hincmarus Laudunensis priuatur Episcopatu penitus, eiiciturque in exilium, vbi

Sic igitur Hincmarus Laudunensis priuatur Episcopatu penitus, eiiciturque in exilium, vbi

DE ZIBEL- LO PRECYM CAROLI REGIS.

Frod lib. 3. cap. 21.

VNVS HINC- MARVS LAV- DVN. EPISC. PRO PAPAE LITTERIS AGIT.

XL. LATROCI- NALIS SYN- ODVS CON- TRA HINC- MARVM LAVDVN.

XLI. IN HINC- MARVM LAVDVN. TYRANNI- CE ACTVM.

XLII. vbi

DAMNATVS QVAE PAS- SYS HING. LAVDYN. ubi ferreis detentus est vinculis & custoditus; atque demum (quod omnem superat cru- A delitatem) vt spes omnis ipsi adimeretur in sedem suam iterum remeandi, eundem oculis euulsis eius hostes excæcarunt. Hæc omnia coram plena Synodo, præfente Ioanne Pontifice, ex eius libello sunt lecta, vbi ab eodem meruit Pontifice in suum thronum quamuis cæcus restitui, & etiam aliis honoris insignibus decorari, vt suo loco diceretur.

XLIII. Sed (quod non omittendum) præcessit Synodum hanc, quam hoc anno diximus celebratam, alius Episcoporum viginti conuentus V Vermeriæ habitus, in quo actum de excommunicatione ab Hincmaro Laudunensi illata in Northmannum, qui bona Ecclesiastica accepisset à Carolo Rege in beneficium. cuius causa condemnatus, ab eorum iniusta sententia idem Laudunensis appellauit Hadrianum Romanum Pontificum: cui nec delatum fuit, reclamante Synodo, id contra Canones fieri. sed prosequente ipso litteris apud Romanum Pontificem causam suam, & Hadriano Papa pro ipso B rescribente, & nihil operante, sed magis odium Regis & Hincmari senioris in ipsum iuniorum Hincmarum concitante, vt in eum hoc anno dicta Latrocinialis synodus cogere- tur, præbuit occasionem.

XLIV. Cum interea ad excusandas (vt ait^a Psalmus Davidicus) excusationes in peccatis, Hincmarus ipse Rhemensis Archiepiscopus aduersus Laudunensem prolixam scripsit epistolam^b apologeticam, quam dixeris potius inuectiuam orationem; in super & Synodi huius pro arbitrio Acta conscripsit, in quibus & accusationes in eum prolatae sunt, nimirum quod non esset obediens suo Metropolitanano, quodque ob priuatas iniurias suas, omnes Laudunenses excommunicasset, & sacros ministros omnes à sacris ministris, Sa- cramentorumque exhibitione etiam suspendisset.

XLV. Quod autem appellans Hincmarus Sedem Apostolicam non audiret, commo- C tus est vehementer Hadrianus Papa, qui iussit, scribis ad Hincmarum seniore, vt Lau- dunensem Episcopum cum tribus aliis Episcopis Romam mitteret. Sed nec in his qui- dem illi paruit, sicut nec obediuit, cum præcepit, vt Northmannum bona Ecclesiæ occu- pantem, accepta à Rege in beneficium, nisi redderet, excommunicaret. Acceptis autem Hadriani Papæ litteris, excusauit se Rhemensis Hincmarus, rescribens ad Hadrianum, quod non prohibuerit appellationem ad Apostolicam Sedem, & Romam professionem; sed & alias neccens fruuias causas ad alias accusationes quibus impetebatur, Apostolicæ Sedis iudicium eludendo vitauit, donec Hadrianus ipse ex hac vita sublatus est, vindex acerrimus contemptæ Apostolicæ Sedis auctoritatis. Qui eodem argumento in ipsum Regem pergrauas litteras dedit, increpans quod appellantem Laudunensem, ad Aposto- licam Sedem venire iussum retinisset, & alia quibus eum acerrimè vt tyrannice agen- D tem corripuit, vt patet ex epistola Caroli ad eum reddita, cui satisfactum superius ex iis quæ ad redarguendam Hincmari Rhemensis audaciam dicta sunt. At de his modò satis, reliqua autem inferius in Concilio Trecenti dicenda.

XLVI. Hoc eodem anno Coloniae Synodus acta est, Ludouico Rege agente, sexto Kalendas Octobris, in qua præter complura ad Ecclesiasticam disciplinam spectantia pertractata, insuper ab iisdem qui conuenerunt Episcopis dedicata est ibidem Ecclesia S. Petri. hæc pluribus in veteri Francorum Chronico à Pithæo nuper edito.

XLVII. Ac demum anno huic coronidem imponamus, coronas ipsas sanctarum virginum ex martyrio forti, constantique animo comparatas, de quibus hæc sunt quæ ex antiquiori- bus Annalibus in lucem prodidit Matthæus V Vestmonasteriensis, qui rem gestam sic enarrat: Anno gratiæ octingentesimo septuagesimo applicuerunt in Scotiam Danorum innumera multitudo, quorum duces fuerunt Hinguar & Stubba, diræ peruersitatis homines, & fortitudinis inauditæ. Qui totius fines Angliæ in exterminium adducere conan- tes, pueros & senes quosque sibi obuios iugulabant, matronas, sanctimoniales, seu virgi- nes ludibrio tradendas mandabant. Cumque per omnes Regnorum fines tanta tyran- norum immanitas disseminata fuisset: Ebba sancta Collinghamensis cœnobij Abba- tissa, metuens ne & ipsa, cui sollicitudo regiminis & cura pastoralis commissa fuerat, cum sibi subiectis virginibus ludibrio traderetur paganorum, vt pudicitiam amitterent & vir- ginitatem: conuocatis sororibus ad Capitulum vniuersis, in hanc vocem prorupit, di- cens: Aduenerunt nuper ad partes nostras pagani nequissimi & totius humanitatis igna- ri, qui loca regionis huius singula perlastrantes, nec sexui muliebri, nec paruulorum qui- dem parentes ætati, Ecclesias, & personas Ecclesiasticas destruant, feminas sanctimo- niales

DAMNATVS QVAE PAS- SYS HING. LAVDYN.

XLIII. SYNODVS VVERME- RIAE HA- BITA.

XLIV. ^aPsalm. 140. ^bRecitatæ in Prod. lib. 3. cap. 21.

XLVI. SYNODVS COLONIEN- SIS.

Aniales prostituunt, & obuia quæque sibi conterendo consumunt. Itaque si consiliis meis acquiescere decreueritis, spem certam de clementia diuina concipio, quod & barbarorum rabiem effugere valebimus, & perpetuæ virginitatis pudicitiam custodire. Cui cum vniuersa virginum congregatio certis promissionibus spondidisset, sese maternis in om- nibus velle obtemperare præceptis: illa admirandæ animositatis Abbatissa, palam cum- ctis sororibus exemplum castitatis præbens, non solum sanctimonialibus illis proficuum, verumetiam omnibus & successuris virginibus æternaliter amplectendum: arrepta no- uacula nasum proprium cum labro superiori ad dentes vsque præciciens, horrendum de se spectaculum astantibus præbuit vniuersis. Quod factum memorabile cum congregatio tota videns admiraretur: simili de se opere à singulis perpetrato, materna sunt vesti- gia consecuta.

B Et his ita gestis; cum manè crastinum illuxit, peruenerunt tyranni nequissimi, vt XLVIII. feminas sanctas Deo deuotas ludibrio traderent, simul & ipsum monasterium spolia- tum ignibus concremarent. Sed conspicientes Abbatissam illam & sorores singulas tam enormiter mutilatas, cum festinatione recesserunt de loco illo, dum longum nimis sibi videretur, vel ibidem etiam per breue temporis spatium demorari. Sed inde rece- dentes, præceperunt satellitibus suis nefandis, vt iniecto igne, monasterium cum omni- bus officinis, & ipsis sanctimonialibus concremarent. Sicque executione completa à ministris iniquitatis, sancta Abbatissa & omnes cum illa virgines sanctissimæ ad mar- tyrij gloriam peruenerunt.] hucusque de his auctor, qui his subiicit diram stragem mo- nasteriorum aliorum & Ecclesiarum omnium ab iisdem crudeliter diuersis in locis sibi obuiis perpetrata.

C Erit fortasse audaculus quispiam, qui sanctas virgines Christianæ fortitudinis exem- plum incomparabile inter Martyres receptas, & cultu Martyrum ab Ecclesia celebratas audeat suggillare, quod cum nemo sit dominus membrorum suorum, ipsæ de illis adeo prodigæ fuerint. Cui modò sit illud, diudicari ab Ecclesia quando quid diuini sit impetu Spiritus, vel humana tantum audacia. Quæ non has tantum recensuit inter Martyres, quæ membris suis, virginitatis saluandæ causa non pepercere, sed alias quæ siue precipitio, siue aquarum vorticibus, siue etiam ignibus dedere corpus, pudicitiam seruandæ gratiæ; quas vno consensu tam Occidentalis quàm Orientalis Ecclesia colit Martyres, & sanctissimi vtriusque orbis Patres defendunt & prædicant. Vox illa apud S. Ambrosium adhuc clamans auditur S. Pelagiæ virginis Antiochenæ eadem necessitate constrictæ, vt virginitatis dispendium pateretur: ^a Moriamur scilicet, vel si nolunt licere, moriamur. ^a Ambr. de virg. lib. 3.

D Deus remedio non offenditur, & facinus fides abluat.] Fecit illa quod dixit, & sorores idipsum facere persuasit. Prætermittimus relegere singulas in diuersis totius orbis Eccle- siis, quæ simili animi fortitudine, similiq; facto conciliauerunt sibi coronam martyrij. Sed cum vix pauca spicas ex diuersis colligerè liceat: ex fertili tamen agro Martyrum ipsa nobili, fecunda Martyribus Ecclesia Anglicana amplam messem in tanto examine esactus sanctarum virginum; quæ tunc instar apum monasterij alueari contentæ, iam caelo cum sponso duplici insignitæ corona lætantur. Eodem anno, eadem quoque persecutione vrgente, eorumdem Danorum sæuitia contigit crudelissima affici nece S. Eadmundum Angliæ Regem, eademque illustrari corona martyrij miraculorum multiplicium fulgore nitente. de quo præter alia multa iisdem Annalibus prædicata, habentur hæc de martyrio: Sanctus quoque Eadmundus cum se ab hostibus vndiq; vallatum cognosceret, de consilio Humberti Helmhamsensis Episcopi confugit ad Ecclesiam, vt se membrum Christi ostenderet. Et armis temporali- bus proiectis, cælestia induit, humiliter Patrem & Filium cum Spiritu sancto deprecans, vt sibi in passione constantiam largiretur. Igitur à ministris iniquitatis clemētissimus Rex Eadmundus ab Ecclesia truculenter extrahitur, loris dirissimis coarctatus. Et sicut Chri- stus ante Pilatum præsidem, ita ducitur Eadmundus ante iniquum Ducem, cupiens eius sequi vestigia, qui pro nobis immolatus est hostia. Quo iubente, ad arborem quam- dam, quæ non multum aberat, ligatus, diutissimè flagellatur, multisque modis illudi- tur: sed inuictus athleta Christi Eadmundus inter flagella semper Christum inuocando flebilibus vocibus, tortores suos compulit in furorem, & ad ipsum tunc arcubus, quasi ad signum ludendo, totum corpus eius telis confodiunt & sagittis. Nec erat locus in corpore Martyris vacuus, cui nouum posset imprimi vulnus. Nam sicut ericius in cute Pp 4 densis

ADMIRAN- DVM SA- CRARVM VIRGG. FA- CTVM.

MARTY- RIVM CON- SVM MA- TVM SS. VIR- GINVM.

XLIX. PROSS. VIR- GINI BVVS DEFENSIO.

L. S. EADMUNDVS REGIS MARTY- RIVM.

CHRISTI
870.HADRIANI PAP. II.
3.LVDOVICI II. IMP. 15.
BASIL. MACED. IMP. 4.

denfis armatur spinis, ita corpus inuicti Regis spiculis conficitur sagittarum, Cum nec sic Hinguar carnifex truculentus sanctum martyrem Eadmundum à fide Christi & confessione Trinitatis potuit separare, vt suis iniquis persuasionibus præberet assensum; protinus licitori mandat, vt ense cruento Martyris caput præcidat. At licitor Sanctum de stipite truculenter auulsum, inter verba orationis & confessionis Christi nominis vnico icu ipsum decapitando, xii. Kalendas Decembris, gratissimum Deo holocaustum igne passionis examinatum cum palma victoriæ & corona iustitiæ transmisit ad cælum.] & paulò inferius;

LI.
MARTY-
RIVM HVM-
BERTI
EPISCOPI.

Passus est autem cum sanctissimo Rege Eadmundo Humbertus Helmhamensis Antistes, qui Regem eundem in Regni fastigium sublimauerat, & constantia inuicti Regis ad martyrium animatus, cum ipso est Regni cælestis possessor effectus.] subiicit his de admiranda capitis Regis inuentione & miraculis, quæ tunc fieri contigerunt, atque demum exacta temporis chronologia rem tantam sic testatam reliquit: Passus est autem Rex & martyr Eadmundus anno gratiæ octingentesimo septuagesimo, Regni verò sui anno decimo sexto, duodecimo Kalendarum Decembrium, feria secunda, Indictione * vi. Iuna existente vigesima secunda.] Hic finis rerum Occidentalium anni huius.

LII.

Quod ad res pertinet Orientalis Ecclesiæ, præter illa quæ ad Octauam Synodum spectare visa sunt, anno superiori recitata, ne quæ essent vnus Synodi, partitio importuna succideret: hoc eodem anno Metrophanes, qui insigni orthodoxia spectatus, & cuius summa est laus in singulis Octauæ Synodi Actionibus, quiq; ceteris Orientis Episcopis præstare videretur doctrina atque virtutibus, rogatus à Manuele Patricio & Tabellariorum præfecto, vt totius causæ Photij res gestas historia breui conscriberet: annuit libenter, quod & præstitit diligenter: breuitate cuncta perstringens, summaque fide profert, quod conatus est feliciter consecutus vna epistola, quam numquam hætenus Latinam visam, à nostro Metio fido interprete primùm Latinam redditam hinc tibi ex eodem citato sæpius Græco codice, suo opportuno loco cudendam putauimus Anacephaleosin rerum gestarum, in qua vno aspicias intuitu plurium annorum rerum gestarum seriem, sed & ab aliis prætermissa inuenias diligenter expressa. sic enim se habet:

^a In cod. post
Ost. Synod.

LIII.
METROPHA-
NIS EPIS-
T. HISTORI-
CA DE RE-
BUS PHOTII

Cum tuæ dilectioni, magnificentissime vir, nihil comparandum iudicemus, idem tuæ annuentes petitioni, hæc scribimus, ab initio vsque ad finem legibus & Canonibus damnatum Photium existere. Primùm quidem, quod cum adhuc laicus esset, fuit excommunicatus. Deinde quod propter varias & diuersas suas iniquitates sibi metuens, adductus est, vt à singulis Episcopis & magistratibus, suis ipsorum manibus scripta chirographa pro sui defensione habenda curaret. Adde quod schismatis & auctor fuit. De his verò qui schismatis sunt auctores, quæcumque Canones dicunt, ipse videris. Torrigitur Ecclesiasticis legibus apertè excommunicatus & anathemati obnoxius est Photius.] hæc sunt Photij antequam ipsam Constantinopolitanam sedem inuaserit: quæ autem postea sunt secuta, sic subdit, incipiens ab Ignatij Patriarchæ ab eo facta eiectione, cum ipse eius sedem inuaserit:

LIV.

Cum verò ita res se haberet, adhuc superstitie Ignatio, tam quam adulter, Ecclesiâ Constantinopolitanam inuasit, quamuis Episcoporum suffragiis non fuisset electus iuxta Ecclesiæ Canones & statuta, sed ab eo qui Imperij particeps erat (Bardas hic dicebatur) adiutus. Quapropter Episcopi cõmuni omnium sententia cum Photium excommunicassent: tres alios elegerunt, & multis diebus in hac electione & sententia persistenter. Deinde verò omnes ferè paulatim defecerunt, exceptis quinque, inter quos ipse fuit.] hæc eo tempore cum deposito Ignatio seipsum Photius in sedem intrusit, cum hi tantum quinque, ceteris ad eum deficientibus, eidem fortiter restitissent, pergit Metrophanes: Atque cum primùm vidimus vniuersam Episcoporum multitudinem corruptam, operæpretium fore duximus, nostra etiam manuscripta assensione Photium nostræ Christi Ecclesiæ filium declarare, & sanctissimi eius præsulis Ignatij socium & collegam, vt hoc pacto Bardæ edicta nullo modo refragari deprehenderentur. Edixerat enim ille, vt nostræ Christi Ecclesiæ Patriarcham constitueremus, licet coram nobis sua scripserit manu, se Ignatium ab omni culpa immunem Patriarcham existimare; nec vquam aduersus illum aliquid se dicturum. Siquis verò dicat, Photium fuisse admissum Patriarchæ collegam: admissus certè fuit Photius à nobis tamen inuitis, vi quidem, atque eius qui imperabat imperio.

Qui

CHRISTI
870.HADRIANI PAP. II.
3.LVDOVICI II. IMP. 15.
BASIL. MACED. IMP. 4.

A Qui paulò post quod sua manu chirographum scripserat, ipse etiam deleuit, & Ignatium deposuit, quando coram vniuerso Episcoporum cœtu Constantinopolitanæ prouinciæ ipse anathemate fuit damnatus, & depositus, & segregatus à Patre & Filio & Spiritu sancto declaratus.] ista facta sunt cum Photius non admitteret Ignatium in throno collegam, excogitatum tale remedium ob pacem Ecclesiæ. pergit:

Cum verò omnes Episcopi ita conuenissent, & simul decreuissent, ac seipfos anathemate obstrinxissent, si quis aliquando Photium esse Patriarcham fateretur, & propterea quadraginta diebus in sancta beate Irenes Ecclesiâ essent congregati: Photius Bardæ prædicti auxilio nixus, Synodum in Ecclesiâ sanctorum Apostolorum congregat, & iterum Ignatium deponit, & anathemate damnat. Quo etiam tempore nos eius iniquitatem coram arguimus, & hac de causa in illo conciliabulo iniquissimam depositionem nos Bitidem passi sumus, & in fœditissimum carcerem apud Numeros multis diebus fuimus coniecti atque detrusi. Nobiscum etiam fuit ipse Patriarcha Ignatius ferreis vinculis deuinctus & custoditus, & alij præterea multi in Prætorij carcere, qui deinde illinc educti, in exilium missi sunt. Patriarcha quidem Mitylenem, reliqui verò alij aliò.

Photius interea separatim ad beatissimum Papam Nicolaum quatuor Metropolitas Romam misit, & per eos illi omnia significauit, quæ ad Ignatij damnationem faciebant. Diuinus autem ille Pontifex, quamuis nullam nostrorum partium accepisset excusationem & defensionem, cum nobis per aduersarios id facere minimè licuisset: congregata nihilominus Occidentalium Episcoporum Synodo, ex istiusmet Photij litteris illum reprobaui, & condemnauit, laicum & sæcularem hominem ipsum appellando. Quo etiam tempore Zachariam & Rodoldum Episcopos misit, vt Constantinopolitanæ Ecclesiæ res & negotia visitarent; & primùm quidem Photium deponerent, deinde verò Ignatium Patriarcham restituerent, & si quis esset qui illum accusaret, audirent quæ ipsi obicerentur, & illa Pontifici significarent. At illi cum Constantinopolim venissent, & epistolas Imperatori & Photio dedissent, octo mensibus instare & ingerere non destiterunt, vt ea quæ sibi fuerant mandata, peragerent. Quod cum illi facere minùs potuissent, sed potius muneribus corrupti fuissent: nullo habito iudicio, iniquè Patriarcham Ignatium deposuerunt, & Photium confirmauerunt aduersus Ignatium, Photio ipso eam accusationem producente, quod absque suffragiis videlicet esset electus, quæ contra Photium potius conueniebat, cum sola Principum manu & imperio, in eum gradum acceptus esset, nullis Episcoporum suffragiis, quin potius præter eorum sententiam, quod non poterat, nisi falsò dici de Ignatio. Hos autem Legatos Romam reuersos Nicolaus sanctissimus deposuit, cum diligenter, & per se sciuisset, quæcumque illi præter suam fecissent sententiam, & Synodo non parua congregata, Photium anathemate damnauit, non solum quia synodicam suam sententiam & decretum fuerat transgressus, quod ipse sponte sua receperat, verum etiam quia Legatos deceperat.

Cum verò Photius adhuc in sua prauitate permaneret, didicit quod Legati Papæ cum in Bulgariam venissent, sacrum ipsius Photij chrismatis vnguentum reprobarunt, & omnes eos qui præerant, quive subiiciebantur in Bulgarorum regione, iterum sacro vnixerunt vnguento. Furor quodam percirus propterea Photius œcumenicam synodum finxit & composuit, & duos Imperatores qui tunc rerum potiebantur, Michaëlem scilicet & Basilium nostrum erroneè & simulatè Synodo præsidere constituit, Legatos etiam trium Orientalium sedium Patriarchalium, & vniuersam Senatorum multitudinem, & prouinciæ Episcopos, & accusatores instituit, qui querelas proponerent, & res malè gestas à Papa Nicolao prædicarent, & deplorarent; atque vt synodale iudicium promulgaretur, exposcerent. Testes adhibuit, qui accusationes & querelas confirmarent: ipse verò Photius quasi partes Nicolai tuendas susciperet, & beneuolentiam quamdam erga Papam simularet, & quod videlicet non oporteret absentem condemnari respondebat: rationes etiam adduxit, tamquam eorum essent præsulum qui astabant sibi refragantium aduersus Papam: quibus tandem quasi victus Photius querelas admisit, & quæstionem ac iudicium introduxit, & Papam ipsum pro sexcentis falsis criminibus postremò condemnauit, illumque vnà cum ipsi qui cum eo communicabant, anathemate damnat, subscriptiones simulans eorum omnium qui ibi iuxta suum ingenium fuerant congregati, duorum scilicet Imperatorum, & Legatorum trium Orientalium Patriarcharum, & omnium Senatorum, monasteriorumque Præpositorum & clericorum. Cum ita igitur simu-

LV.

LVI.

LVII.

CHRISTI
870.HADRIANI PAP. II.
3.LUDOVICI II. IMP. IS.
BASIL. MACED. IMP. 4.

* Ludouici simulasset & finxisset proprias omnium subscriptiones, Imperatorem * Doliechum & Ingelbergam Augustam celebravit, & summis laudibus exornavit in sua simulata Synodo; epistolam etiam ad * Ingelbergam scripsit encomiis referentem, dignam videlicet ipsam fuisse, ut ab Oecumenica Synodo inlar Pulcheriæ illius Augustæ (ut ipse putabat) proclamaretur, & præconio celebraretur. Rogabat etiam, quod tandem effecit, ut suo marito Doliecho suaderet, ut Nicolaum Papam Roma pelleret, tamquam ab oecumenica & vniuersali synodo depositum, cuius exemplar ad illam cum muneribus etiam misit.

LVIII. Deus autem zelotes præueniens, Basilio nostro à Deo custodito Imperium est largitus, qui tale facinus interurbavit, & missum exemplar illius synodi in Aureo triclinio coram omnibus posuit. Quod cum vidissent vniuersi, sunt perterriti, tum Ecclesiastici, tum sæculares omnes, & Photio publico interdixerunt edicto. Omnes enim affirmarunt se nihil eorum scire quæ scripta fuerunt. Hoc exemplar ad Hadrianum Papam Imperator Basilium misit. Quod cum ille vidisset, cum Occidentalibus Episcopis Concilium congregat, & quanam damnatione dignus foret Photius pro huiusmodi figmentis, quærit, qui damnationem & depositionem hoc pacto præripuerat. Cum ergo Episcopi congregati aliquid noui excogitare vellent, nec illud facile inuenirent: priorem condemnationem confirmandam decreuerunt, mandantes præterea Photium nullo pacto amplius Christianum fore dicendum. & Legatos ad Imperatorem super iis Pontifex misit. Imperator autem Basilius hos conuocauit, dum in Ecclesia celeberrima sanctæ Sophiæ præsiderent vnà cum aliis Legatis trium Orientalium sedium Patriarchalium, & ita Synodum verè Oecumenicam fecerunt, & Octauam illam nuncupauerunt. In qua cum Photius sæpius fuisset accersitus, & eius socij, ut si quid ad sui defensionem haberent, in medium afferrent: cum primùm animaduernerunt eos nihil dicere: edicto publico Photio interdixerunt, ne Christianus amplius diceretur. Qui igitur à quinque Synodis iustis de causis & pro multis iniquitatibus fuit condemnatus, & diabolo per anathema traditus: dignumne illum vniquam iudicares, ut Christianus villo pacto diceretur? vel ut sacer Deo foret dicatus, nedum supremum obtineret sacerdotium?

LIX. Primùm enim depositus fuit, & anathemate damnatus ab Episcopis Constantinopolitanae prouinciæ, quando suum chirographum violauit & irritum fecit. Secundò à Romana Synodo, cum ad Papam Nicolaum ipse scripsit. Tertio cum Rodoaldus & Zacharias Roma sunt reuersi. quo etiam tempore ipsi fuerunt depositi. Quarto à Synodo ab Hadriano Papa Romæ congregato. Et quinto ab Oecumenica Synodo Octaua Constantinopoli habita. Hæc itaque magnificentissime & sapientissime vir in animi tui ærario deponere ad tui custodiam & cautelam, vel potiùs portionem & fortem, & cum Photio nulla tibi sit villo pacto communio.] hucusque Metrophanes. antequam autem quæ sunt reliqua Photij prosequamur, de Ignatio hæc dicenda.

LX. Ad huius etiam anni res gestas pertinet, quòd Ignatius Patriarcha auxilio Basilij Imp. vnà cum Legatis Bulgarorum, misit in eam prouinciam, tamquam ad Ecclesiæ Constantinopolitanæ diocesium pertinētē, creatum à se Episcopum vnà cum aliis clericis, quem nominatum fuisse Theophylactum affirmant. Verùm Theophylactus ille Archiepiscopus Bulgarorum, cuius extant in sacrum Euangelium lucubrations & alia scriptorum monumenta, longè post hæc tempora claruit, tribus nimirum ab hoc sæculis euolutis sub Commenorum & Ducarum familiæ Imperatoribus, ut quæ apud nos extant eius epistolæ plures docent.

LXI. Sed iam ad damnatum Photium redeamus: quem tantum abest, ut enormis sceleris pœnituerit, ut potiùs se ad maledicta conuerterit, ipsam sacrosanctam Synodum Oecumenicam, à qua iustissimam sententiam damnationis acceperat, blasphemis incessendo, ut apparet ex breui ista ipsius epistola ad vnum ex suis Episcopis scripta.

Photius Michaëli Metropolitæ Mitylene.

Quemadmodum discipulos Domini dum Iudeorum conciliabulum Christo exosum è sua synagoga eiecit, ipsos eò magis Præceptorum suo & Domino iunxit, & chariorem illis effecit: ita etiam nunc isti Iudeorum imitatores, qui nos Apostolorum æmulos è synagoga eiecerunt sua, nos quidem diuinis illis Apostolis diuini Verbi spectatoribus magis coniunxerunt & applicuerunt. Malorum enim communio & consortium perspicacitorem reddidit & archiorem tum vitæ, tum fidei coniunctionem: illi verò contra seipos ab Apostolorum doctrina, & à nostra recta fide, quinimò à Christianorum nomine &

con-

CHRISTI
870.HADRIANI PAP. II.
3.LUDOVICI II. IMP. IS.
BASIL. MACED. IMP. 4.

A conuersatione suam ipsorum fortem miserè & perditè omnino segregarunt, & se vnà cum Iudæis præcipites dederunt, quos sunt imitati quod ad Christi necem & interitum pertinet.] hæcenus epistola à Metio in Latinum conuersa.

Consilium autem illud, & quidem rectum fuit Imperatoris, obstinatissimum hominem à communi ciuium consortio longè longius ablegare, quòd viderit ipsum pollentem eloquio plurimum posse obesse tranquillo Reipublicæ statui.

Quamobrem totus ad partes Photij minuendas Imperator incumbit: ipsum quidem in exilium damnat, eiusdemque affines, amicos laceffit, ab eo facta scinduntur: deportantur in exilium & alij complures; quin etiam consecratæ ab eo Ecclesiæ profanantur & diruuntur, seruique eius atque sectarij ad quæstiones vocantur, & alia id genus aduersus eos committuntur. quæ idem ipse breui epistola ad Michaëlem Protospatharium data enumerat, quæ sic se habet:

Photius Michaëli Protospathario.

Corpus morbis, animus passionibus, tota vita obtretationibus hominum afflicta destitit. Amicorum incommoda sollicitant, seruorum cruciatus, plagæ, captiuitates, consanguinei grauibis minis distracti, rerum necessariorum priuationes, direptiones librorum, vastationes sacrarum ædium, quas propitiatorum scimus, item psallentium, legentium, in omnibus diuinis ministrantium. In omnes domus acerbæ sententiæ & decreta, ne quisquam appropinquet, ut ad nos veniat. Quid commemorem quotidianas quæstiones, ac disceptationes & iudicia & damnationes, vbi nec vllus testis, nec iudex, nec accusator quidem non solum in nos, sed etiam in amicos & cognatos & famulos, in omnes denique in quos irruit meditatio, studiumque, & excogitatio in perniciem nostram?

C Quòd si defecerunt scrutantes scrutatio, hoc nec illorum sententiæ est, nec nostræ virtutis, sed profundæ & excelssæ humanitatis Dei, ex qua sola pendemus, & in qua salo huius vitæ iactamur, tot tantisque obruti fluctibus pro cognatis, pro amicis, pro famulis, pro psallentibus, pro omni consolatione humana? Quid? Milites, & custodia, & Tribuni, & vicarij, & cohortes militares circumfident. Quomodo igitur anima tot malorum falcibus dirempta è corpore non erupit, & fugit? Hoc & nos in consilij inopiam anxietatemque redigit.] hæcenus ad Michaëlem epistola vna ex illis quas ab Aloisio digno Episcopo Bellunenfi Græcè scriptas accepimus, quas Petrus Morinus noster Latinitate donauit. Tunc idem Photius & ad Tarasium fratrem his verbis:

D Calamitatis vigor nunc est, ac malum gliscit, nec vllum est præter Deum ac illam spem, solatium. Insidiæ verò, & minæ, & terrores leuiores ostendunt, quæ antea experti sumus. Quis horum finis? mors fortasse, quam ipsi in nos parturiunt, vel eos ab vlciscendo ac puniendo, vel nos ab ærumnis abducens.] hucusque Photij malis obruti ad fratrem epistola. Eodemque argumento ita æquè breuiter ad Ioannem Episcopum Heraclæ eadem causa pariter condemnatum:

E Lamentaris tuas res, quòd ignores nostras. Quòd si ea quæ perpetimur, scires, quæque certamina quotidie subimus: desinere puto tuas enumerare ac deplorare calamitates. Nam & ingentes tonitruum sonos, postquam auribus maiores fragores inciderint, sine molestia, magis quàm antè ferre assueuimus. Quid igitur facere oportet, nisi toleranter cum his quæ acciderint consistari? accurate scientes, sicut quidem diuinæ sacræque litteræ testificantur, quòd hæc vita non est brauiorum ac præmiorum, sed certaminum, laborum, luctarum, honores & coronas & fruitionem illi quærere consuevit: illic (nisi hoc dicere magnū est) Dei benignitate inueniemus.] hæc ad Episcopum Heraclæ Photius, qui nec adeò patienter suorum querelas audiens, inuidus etiam alienæ quietis, litteris suis perstringit illos, qui eo perturbato tempore recessissent in solitudinem, inertes & inuitiles eos suggillans, ut qui laborantibus nullo sint adiumento. sed audi eas:

Photius Arsenio monacho & quietam vitam agenti.

Quid scribam? euanuit oratio, euanuit hominum virtus, euanuit etiam in Deum fiducia, & virorum illorum deserta est iam vita, & inopia laborat, qui supernam prouidentiam ad hæc quæ in terris aguntur prospicienda alliciant. Euanuit tandem iustitia, sed quomodo id dicere valeam? Nollem enim hoc ipsum affirmare, quòd ipsa dormit iniquitas. Etenim valde timet, & legum neque diuinarum nec humanarum vlla est ratio. Homines verò qui veterem illam virtutem sectantur, quoscumque vel vincula vel carceres non detinent, vel exilia, vel deportationes, in montibus seipos abdentes, quasi

LXII.
IMPERATOR MITTIT PHOTIUM IN EXILIUM.LXIII.
PHOTIUS EXVLANTIS QUERELAS.

LXIV.

LXV.

LXVI.

quasi prætextu quodam hac communi calamitate vtentes, ipsi quidem longissimè ab huius mundi tempestatibus absunt, & nullum eorum, qui in ipso naufragium patiuntur, & vndis merguntur, curam habent. Nec enim manus suas ad Deum erigunt, vt ipsum placent, nec illud vnà cum Mose loquuntur: ^{a Exod. 32.} " Aut dimitte eis hanc noxam, & quæ sequuntur voces mirabilis charitatis & fiducia plenæ; neque solutionem malorum intolerabilem, quibus ipsorum cognati opprimuntur, à Deo postulant. Si autem ego mentior cum hæc affirmo: vestrum erit me arguere, sicut meum adduci vt credam; & libenter errorem meum fatear, dummodò æterna sequatur læticia.] hætenus Photij epistola à Metio Latinitati tradita.

LXVII. Si ista in suos, in eos, inquam, qui adhuc ab eius partibus starent: quæ putas in eos locutum, qui ab ipso defecissent? Extat adhuc perbreuis ipsius epistola ad Archiepiscopum Cæsareæ Paulum, cum iam ipsum Photium deseruisset, quæ sic se habet:

Photius Paulo quondam Archiepiscopo Cæsareæ in apostasiam lapsò.

Arcadium à me petis, diceret aliquis qui prouerbis & dictis delectatur, & valde meritò. Ego verò tibi dabo non ea quæ ex curru, vt fertur prouerbio, neque illud Scytharum dictum, sed potiùs quæ veritas dicere consuevit. Quòd scilicet malus fuisti amicis, & diuini dogmatis proditor, & tuæ confessionis hostis. Deinde quæris, Quanam de causa pij homines te vt impium auersentur, neque communi & consueta salutatione te dignum ducant. Oh qualem te (vt par est) dicam? Metuunt non immeritò, vel per salutationem tuis prauis operibus homines tecum communicare.] hæc eius animi odio turgentis indicia. Ex quibus eiusdem perditissimi atque deploratissimi hominis statum considera omnium deterrimum, vt pote à pœnitentia, per quam offensum numen conciliatur; remotissimum; siquidem vbi non est cognitio culpæ, ibi & pœnitentia desperatur. vt qui non solùm diceret, Non peccaui; sed pati propter iustitiam, vt Confessor, gloriaretur nefandus homo, quinquies, vt audisti excommunicatione multatus. Qui & ed vesaniæ deuenit, vt Ecclesiam Dei dira persecutione vexatam diceret, dum ipse cum collegis improbis ab Ecclesia arceretur. Nam accipe quæ ad Gregorium illum Syracusanum Ecclesiæ pestem olim Episcopum, iam antè à Benedicto Papa, deinde à Nicolao excommunicatum & depositum, atque ab Hadriano, & Octaua Synodo anathemate iterato percussum, ingenti temeritate conscripserit. sic enim se habet epistola:

LXVIII. PRO ECCLESIA PATISE SIMVLAT PHOTIVS.

Quæ ad consummationem Ecclesiæ Dei, vestra sacerdotalis agit sanctitas, in his mediocritas nostra iam pridem atque ab initio vobiscum sentit. Itaque non indigeris de his assidua commonefactione, maximè verò nunc cum clariùs quauis voce & perfectiùs nos inuicem de rebus nostris edocent, inque vnã eademque adducunt sententiam, tum communis ob Christum persecutio, tum communia atque inaudita, & omnibus sæculis inenarrabilia mala, in quibus decertare propter Dominicorum mandatorum conseruationem & custodiam nobis præcipitur. Intende igitur, & prosperè procede, manus imponens & sacra perficiens, gregem Christi augens ac multiplicans, veneranda templa extruens & consecrans, præsertim his temporibus, in quibus & sacerdotes & sacerdotium ex parte quidem illorum terinfidelium conticuit, atque ex hominibus sublatum est. Solitudo & vastitas Romanam Rempublicam occupat pro superiore ordinis pulchritudine. Res Christianorum à fundamentis ipsi euerse sunt. Quibus quis alius Ieremias dignè ingemiscat? quis suis lamentationibus possit tantæ solitudinis tragicæ explicare & ostendere magnitudinem? Sed hæc quidem etiam tacendo clamant. Tu verò mihi alioqui vale, & pro nostra mediocritate ora.] hæc Photius, dicens Ecclesiam redactam in solitudinem, eò quòd omnes suæ partis Episcopi, plurimi numero, cessare sint iussi.

LXIX. TERRAFMOTVS CONCVTIT VRBEM CONSTANTINOPOL.

Sed quid accidit? Cum post ipsius exilium contigerit ciuitatem Constantinopolitanam graui concuti terræmotu: inde ipse aucupatus est occasionem, qua de suo exilio gratias Deo agat, quasi ob id eum permiserit Deus exulare, vt sicut innocens Loth subtraheretur ab Angelo ab incendio Sodomæ, ipse à ruina subduceretur periclitantis ciuitatis. nam audi quæ ad Gregorium diaconum & Chartularium scribat:

Si qua laudum, si qua gratiarum actio, iam ego ex tota anima dedico Deo, quòd me talibus temporibus, hominibus præesse non concessit, nec oculis cladem incomparabilem & incessabilem videre, vbi sepulchrum est pro ciuitate Constantini solium, lamentatio

A ratio verò pro psalmodia non solùm domos, sed etiam Ecclesias tenet: illis quidem totis ad solum vsque euerfis spectaculum miserabile, & ad enarrandum fide maius, his verò ex magna parte dirutis, vt nullam vim & casum maiorem superare potuerint, vt quæ ipsa etiam terra intolerabili motu & quassatione in multas partes crepuerit, & omnes à saculo ciuitatis clades magnitudine malorum vicerit. Non enim meos casus tantum intueor, vt eos meâ cura & sollicitudo respicit. Cum verò trepidare necesse erat, ob quæ ab aliis peccabatur, ac ob illorum calamitates amariùs ingemiscere ac timere, ne quando ob communia scelera & flagitia, commune cum aliis supplicium, cum ipsis videremur præesse, vnà perferre damnamur, quibus omnibus non humana quidem, vt existimant, consilia, sed Deus gratia & humanitate sua nos liberauit.] hætenus ad Gregorium diaconum. reliqua autem de Photio anno sequenti.

B Quod adhuc insuper ad res pertinet Orientis, hoc eodem anno in Theophaniæ celebritate per Ignacium Patriarcham Basilij alium filium suum minorem natu, Leonem nomine, Imperatorem coronari voluit. Testatur id qui præfens aderat Anastasius Bibliothecarius in suis Notis ad Octauam Synodum. his consentientia testatur Curopalates in Basilio; idemque addit, tertium Basilij filium nomine Alexandrum à patre creatum fuisse Cæsarem, quartum verò natu minimum dictum Stephanum Deo dicatum esse, mancipatumque diuinis officijs, quatuor verò filias in monasterio consecratis Deo virgines claruisse pietate. Porro tam patris, quam duorum filiorum Augustorum imaginibus cum sum numisma rudi Minerua, Græcolatinis characteribus corruptissimè fufum, nominibus eorum expressis, hic tibi reddimus:



Eodem anno, quo Leo accessit collega patri ac fratri in Imperio, Petrus Siculus (vt ipse de se scribit in sapiùs citato libello) ad permutandos captiuos functus est legatione in Tibriceam regionem, ad Manichæos, qui iam Armeniam & partem minoris Asiæ occupabant, Christianamque religionem penitus labefactarant. Cuius rei occasione ipse de eorumdem Manichæorum progressibus historiam scripsit, in cuius fine perorans hæc habet: Tibriceam peruenimus regalis obsequij causa, eò missi ad permutandos captiuos magistratus, &c.] Scribit autem librum ad Archiepiscopum Bulgaricæ, cum accepisset eosdem Manichæos adornare missionem in Bulgariam, vt gentem illam subuerterent.

Rursum quod ad res spectat Orientis, audi quæ hoc eodem anno de veneranda Dei Genitricis imagine translata Damasum scribat Arnoldus Abbas Lubecensis, qui vidit, cum peregrinatus est in Palæstinam. ait enim: Item à Damasco ad tria millia est locus quidam in montibus sitis, qui Saidaneida vocatur, & à Christianis inhabitatur. Et est ibi Ecclesia in rure sita, & in honore gloriose Virginis dedicata, in qua moniales virgines duodecim & monachi octo assidue Deo seruiunt & B. Virgini. In qua Ecclesia vidi tabulam ligneam ad mensuram vnus vnus longam, & latam ad modum dimidiæ vnus retro altare in muro Sanctuarij in fenestra positam, & ferro laequaliter cancellatim firmatam. In qua tabula effigies beatæ Virginis aliquando depicta fuit, sed nunc (quod dictu mirabile est) pictura super lignum est incarnata, & oleum odoriferum super odorem balsami incessanter ex ea manat. De quo oleo multi Christiani, Sarraceni, & Iudæi de diuersis languoribus sæpè liberantur. & nota quòd oleum illud nunquam imminuitur, quantumcumque inde accipitur. Nec prædicta tabula à quoquam tangi audeatur, videri autem

omnibus hominibus conceditur. Oleum verò illud à Christiano religioſè conſeruatur, augmentatur, & cum pro quocumque cum deuotione & fide ſincera ſumptum fuerit, pro honore ſanctæ Virginis, * commiſſiſque ſolemnitatibus, indubitanter impetrabitur. Ad hunc locum in Aſſumptione & die glorioſæ Natiuitatis ſuæ omnes Sarraceni illius prouinciæ vnà cum Chriſtianis cauſa orandi confluunt. Et Sarraceni cærimonialia illic ſua offerunt cum maxima deuotione. Nota quòd hæc tabula primò Conſtantinopoli facta, & depicta fuit. Tunc temporis quædam Abbatiffa ſupradicti loci cauſa orationis Ieruſalem deſcenderat, & impetrata tabula à Patriarcha Ieroſolymitano, eam ſecum ad Eccleſiam ſibi commiſſam transportauit. Fuit autem hoc Incarnationis anno octingenteſimo ſeptuageſimo, ſed poſteà per multa tempora cœpit oleum ſacrum ex ea manare.] hucufque auctor. atque de rebus anni huius iam ſatis.

IESV CHRISTI HADRIANI PAP. II. LVDOVICI II. IMP. 16.
ANNVS 871. ANNVS 4. BASIL. MACED. IMP. 5.

I. **A**NNVS ſequitur Redemptoris octingenteſimus ſeptuageſimus primus, quarta In- diſtione notatus, quo Ignatius Patriarcha, & Baſilius Imperator mittunt Romam ad Hadrianum Pontificem Theognoſtum Abbatem, petentes vt quæ in Synodo re- manferant indefinita, definiat, atque etiam poſtulant ab eo diſpenſari in his quæ in Octaua Synodo ſtatuta fuerant, de non recipiendis promotis à Photio, vel qui ſubſcri- piſſent Photij Pſeuſynodo contra Nicolaum Papam factæ. Cogit veritas etiam ad- uerſantes, vt cognoſcatur in omnibus Eccleſiæ Romanæ primatus. Quòd enim optimè ſciant omnes, in ſancitis ſacris Canonibus diſpenſare, tantùm eſſe muneris primæ Sedis: ad eam recurrunt pro diſpenſatione Patriarchæ & Imperatoris. Legendæ ſunt litteræ vtriuſque, Ignatij ſcilicet atque Baſilij, quibus videas cultum eidem Sedi ab illis impen- ſum, atque primùm Ignatij, quæ ſic ſe habent:^a

^aIn fine Oct. Synodi.

II.

Per omnia ſanctiſſimo & ſacraſſimo fratri & comministro Hadriano beatiffimo Pa- pæ ſenioris Romæ Ignatius à Deo miſericordiam conſecutus Archiepiſcopus Conſtanti- nopoleos nouæ Romæ in Domino ſalutem.

^b Dam. 2. EPIST. IG- NATII AD HADR. PRO DISPENSATIONIBVS. ^caura

Lapis ^b qui de monte abſciſſus eſt ſine manibus, percuſſitq; imaginem illam magnam, Imperium Regnorum omnium ſuper pedes teſteos ac ferreos, & ventilauit ea vt pulue- rem ab ^c area æſtiua, & factus eſt in montem magnum, & repleuit vniuerſam terram propria magnitudine & gloria, Chriſtus videlicet, qui eſt ſolus infinite potentia Dominus Deus noſter, & olim quidem illuſtrem & perſpicuam operatus eſt magnam veſtram ciui- tatem Romam per eos ſanctos lapides, qui ab Oriente ad eam deuoluti ſunt, Petrum aio & Paulum eximiam & principalem Apoſtolorum ſummitatem: ſed nihilominus & no- ſtris temporibus, quin potius & illuſtrem & clariorem demonſtrauit per eos, quibus in generatione noſtra pontificalia gubernacula commiſſa ſunt, ſanctos & pretioſos reue- rà lapides, Nicolaum videlicet beatiffimum, & fraternam ſanctitatem tuam. Qui quo- dam modò à quodam ſublimes loco contra inuſitiam & mendacij machinamenta demiffi & deuoluti vſque ad urbem noſtram per ſapientiffimas epiftolas veſtras & ſanctiones, ſed & ſanctiſſimos & Deo amiciffimos Lociferuatores, contriuiſtis omnes machinas & mu- nimina aduerſantium veritati. Et nunc pacificam conſtitutionem agentes per miſeratio- nem & gratiam eius, qui verè Princeps pacis & pacificus eſt Chriſtus Deus noſter, & per diligentiam veſtram & excitationem, gratias agimus omnium bonorum auctori & miſe- ricordiffimo Domino ac Saluatori & Redemptori vniuerſorum, qui ſanctam Catholi- cam & Apoſtolicam Eccleſiam diſpenſauit, & caput ſe huius nominare dignatus eſt, & membra corporis eius vos & nos in vno ſpiritu compaginata & conuenientia per opera- tionem ſancti Spiritus & alternam conſonantiam & conſpiramentum exhibuit.

III.

Quinimodò & beatitudini ſanctitatis veſtræ gratifica voce debite commendamus, exo- rantes ſemper ad eum qui eſt ſuper omnia Dominus, quòd ſanctitatem veſtrâ cæleſtibus & propriis laboribus & certaminibus dignis & congruis recõpenſet viciffitudinibus, quippe qui ſolus eſt dator & largitor magnarum & non indecentium retributionum. Verumtamen & noſtra humilitas memor charitatis veſtræ, & amabilis quem circa nos habet affectus, & ad

A & ad hoc ipſum & voluntatem & meditationem habens inuenit procurantem vt mitte- retur in viam quæ eſt ad magni nominis Romam orationis cauſa intimum filium noſtrũ Abbatem Fontis, & Scenophylaca magnæ Eccleſiæ domnum Theognoſtum. Et idcirco magis ſtuduimus adimplere deſideriũ noſtrum, quem & mittimus cum præſenti epiftola noſtra viſitaturum & ſalutaturum & adoraturum fraternam ſanctitatem veſtram, nun- tiaturum etiam & à Chriſto donatam nobis incolumitatẽ in hac vita multis paſſionibus & tribulationibus plena. quem admodum ipſe voluit & iudicauit, qui omnia ſapienter & congruenter diſpenſat, & ante omnia piſſimorum & Chriſti amiceorũ, ac à Deo gubernato- rum, ac diuinitus munitorum Imperatorum noſtrorum proſperitatem & trophæa, & in melius de die in diem rerum Romani Imperij tranſlationem; vt & vos gaudentibus nobis congratulemini, per mutuam vnius corporis membrorum coaffectiõnem, & com- paſſionem, & iterum Dei boni gratia & cooperatione ad mediocritatem noſtram matu- riũ remeaturum, & bona nuntia amabiliſſimæ vitæ noſtræ allaturum ad Eccleſiam no- ſtram: vt & in hac parte collætetur vobis, & eum qui ſolus eſt inueſtigabilis Dominus & ſapientiffimus ſubſtantiarum factor & cõtinuus procurator vniuerſorum gloriſice- mus & magnificemus, qui magis & magis roboret ſanctitatem tuam & conſeruet vtrim- que immaculatam atque illætã ad Eccleſiaſticorum negotiorum perſonarumque pro- ſectum & vtilitatem & gloriam Omnitenentis & Dei principalis benignitatis eius.

THEOGNO- STVS ABBAS MITTITVR ROMAM.

Quod autem ſanctiſſimis Vicariis paternæ ſanctitatis veſtræ adhuc præſentibus peni- tus perfectum non eſt neque ſinem accepit: rogamus nunc terminari & diſponi perfectè & integrè ſcribi ad humilitatem noſtram de his Lectoribus qui conſi ſunt à Photij manus impoſitione, qui cum ſint pænè innumerabilis multitudinis in vniuerſis regionibus & ciuitatibus: Eccleſiæ poſtulant ex neceſſitate illorum fieri ſacerdotalem prouectum. Vt cognoſcamus etiam & ſuper hac re veſtram voluntatem atque decretum certiffimè & maniſeſtiffimè, vtrum ſint digni promoueri ad maiores ſacerdotij gradus, an non ſint. Dubium enim tantum hoc dimiferunt. Et adhuc poſtulamus etiam de intimo filio no- ſtro & fortiffimo veritatis agoniffa, Paulo videlicet Chartophylace, vt ſi eſt poſſibile, cum diſpenſationis aliqua ratione recipiat dignitatem Epifcopatus, quem admodum & antea in litteris noſtris eſſagitauiſimus.

Deinde quoque ſuper Theodoro qui à nobis quidem conſecratus eſt Metropolita Caria: multum enim laborauit & afflictus eſt ab initio iniuſtæ & iniquæ deiectionis noſtræ: in nouiffimis verò cum miſero Photio conueniens propter eius immenſa tor- menta, quæ ſibi reſiſtentibus inferebat, conſenſit & vſque ad vltimum ipſius diem; re- pœnitens nihilominus, rurfus corde contrito & ſpiritu humilitatis veniam expetiuit: prohibuerunt eum ſacerdotio fungi quoquo modo ſanctiſſimi Vicarij almitatis veſtræ, eò quòd ſubſcripſerit, vt fatebantur, in eam, quæ facta eſt ab infeliciffimo Photio quali depoſitio beatiffimi & optimi Patris noſtri Nicolai deceſſoris ſanctitatis tuæ. Hæc ſunt de quibus rogamus ſanctitatem veſtram, vt ſi poſſibile ſit, vtatur verbo diſ- penſationis & miſericordiæ in his, cum alia omnia optimum & commodum ſinem ac diſpoſitionem ſuſceperint.

IV.

ROGATVR PAPA DE- CLARARE RELICTA DVBIJA IN OCT. SYNO- DO.

Ceterum dona nobis ſanctas & cum Deo loquentes orationes tuas, ſanctiſſime & imi- tator Dei, frater noſter, Doneris nobis per multa annorum curricula vtrimque incolumi- ſis. Indicia verò magnæ & charæ dilectionis noſtræ miſimus ſanctitati tuæ iſta, Græ- colatinum Euangelium diligentiffimè correctum, Orarium deauratum, Caſulam opti- mam, theriacam probatiſſimam.] hæc Ignatius ad Hadrianum.

V.

ROGATVR PAPA DIS- PENSARE SVPER DE- CRETA AN OCT. SYN- ODO.

Porro tanta hæc quæ ab Hadriano peterentur, voluit Ignatius & Imperatoris litteris poſtulari, quæ ſic ſe habent:^a

VI.

MVNERA MISSA.

In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti vnius & ſolius veri Dei noſtri, Baſilius, Conſtantinus, & Leo, fideles in domino Imperatores Romanorum, Hadriano ſanctiſſi- mo Papæ Romano ſpirituali patri noſtro.

VII.

Exiunt in fine Octaua Synodi.

Indeficientem habentes in mente noſtra memoriam beatitudinis veſtræ, diuinamque legem naturæ hominum coniunctam honorantes pro viribus, quæ patribus ſpiritualibus viciffitudine iuſta cultum venerationis exſoluere iubet filios, ſemper de incolumitate ve- ſtra cognoſcere volumus; & diuinum nobis & ſacrum caput, quoniam non poſſumus carnalibus, ſaltem ſpiritualibus labijs per affatum litterarum amplecti. debemus autem & propter poſſitas cauſas, & propter amorem eius qui circa nos eſt, qui zelo vnitatis

EPIST. BASI- LII ET FI- LIORVM IMP. AD HADRIA- NVM PA- PAM.

conspersus, ostendit quidem quanta sit sua erga Dominum pietas, quantaque iustitiam diligentia, & quanta erga fratrem dilectionem flagrantia. Quoniam verò & litterarum gerulum expeditum ad peregrinam professionem, & magnanimum ad malorum tolerantiam consecuti sumus, id ipsum optabile habentem Principi Apostolorum ante promissum causa reddendi votum, eundemque vestra paternae sanctitati commendamus, super hoc quoque multum tranquillitatem vestram rogantes. Idem autem hic Theognostus, quem & vos bene nostis, Deo amabilis Egumenus semper laudabilis Dei Matris Papis, *id est, Fidis*, & vasorum custos magnae Ecclesiae. Per ipsum ergo quae nostri desiderij sunt opportunè adimplere conspeximus, implorantes coangelicam sanctimoniam vestram in primis quidem de habitu vestro, qui secundum Dominum est, deinde etiam de amabili Deo Apocrifariorum eius & Vicariorum prospero itinere, litteris per eum significari nobis celerius. Iam enim tempus habemus non modicum expectantes, & nescimus euidenter tarditatis causam, sed etiam haec deesse claruerint, saltem serò hoc nobis agnatum fiat.]

VIII. Vide Lector, quam astute Imperator se simulet nescire, quod toto orbe oportuit esse decantatum, Legatos Sedis Apostolicae à piratis captos & spoliatos, cum ea fieri contigerint apud regiones sub eius Imperio constitutas. negare solent, quae omnes sciunt, latrones, ne cogantur fateri quod soli sciunt: multi enim elapsi fuere menses à tempore quo ea contigere Legatis usque ad harum litterarum descriptionem, ut ex redditis ad cum litteris Hadriani possumus intelligere. pergit verò:

IX. Spiritalis autem pater noster & magnae ciuitatis nostrae Patriarcha postulauit à nobis, scribere sanctitati tuae de his lectoribus qui à Photio promoti sunt, multis & innumerabilibus existentibus eis in diuersis prouinciis; insuper autem & de Paulo reuerentissimo Bibliothecario verbo & vita perfulgido, ac Theodoro Metropolita, quia & ipse nimis est Ecclesiae utilis, quatenus dispensatio fiat à sanctitate vestra super ipsis, quibusdam quidem ad ascensus maiores sacrorum graduum, quibusdam verò ad receptionem sedium suarum, ad hoc rogantibus Dei imitricem virtutem tuam. Horum quidem multitudinem, huius verò labores & pro veritate sudores, illius autem culpa reprehensionem, & quod ex canonica manus impositione promorus, & pro his Imperium nostrum flagitat pietatem tuam dispensandum aliquid hinc humanius. Bene vale mihi amantissime pater. Bene vale memor Imperij nostri in Deo acceptis precibus tuis, quae sunt ad Dominum. *Legimus.*

X. Transmissimus autem sanctitati vestrae gratia commemorationis Imperij nostri, & dilectionis, quam circa illam habemus, quae per species deferuntur: Vestimenta diaspratria, Esophorin dicitrinum cancellatum vnum; Chasidium Orobeum vnum Cazzulin dirodinum habens ornaturam auream & vellus prasinum, Vilarnipinninum pro casula faciendae vnum, vsin rubeum aërem habentem vnum, vsin album vnum, mulchumate vnum, planetilia castanea duo.] Ad haec autem Hadrianus ista rescripsit:

XI. Hadrianus Episcopus seruus seruorum Dei dilectissimis ac spiritualibus filiis Basilio, Constantino, & Leoni, piissimis & tranquillissimis Imperatoribus.

Lectis excellentis Imperij vestri litteris, dilectionis vestrae qua circa nos flagratis, indicia & pietatis solita studia non tam cognouimus, quam recognouimus. Vnde gratiarum multimodas actiones summæ diuinitati referimus, & multiplices laudes eius concinere non cessamus, ob id maxime, quia circa religionis cultum accensu, postpositis ceteris secularibus curis, ante omnia Ecclesiae paci consulistis, & quia Sedis Apostolicae decreta sana, priscaque lege super exortis controuersis exquisiuitis, & in colligendo magno sanctoque collegio pium studium ac desiderium absoluitis, in quo abdicato prauitatis auctore, definitio rectae Fidei & Catholicae & paternae traditionis, atque iura Ecclesiae perpetuis saeculis profutura, & satis idonea fixa sunt & firmata. In quo etiam illud mirabilis & laudabilis sublimitatis vestrae praedicatur insigne, quod non iudicum vel assessorum, sed consociorum tantum & obsecundatorum persona visse dignoscimini, ita ut per humilitatis arcem ad culmen virtutum peruenire delegeritis potius, quam Imperialis altitudinis fastu ad inanem gloriam ima dilabi consenseritis.

XII. Praeterea nostri habitus qualitas, quam scire se velle benignitas vestra pio designat affectu: ita se habet, ut superna prouidentia quae cuncta creauit, & continua prouisione gubernat, expedire nobis prospicit, & quod expedierit, consulte dispensat. Apocrifarios quoque

A crisarios quoque nostros, super quorum nihilominus reuerfione scripsistis, licet serò, post multa tamen pericula, deprædationes, atque propriorum hominum trucidationem, nudos tandem recepimus, non cuiuslibet hominis fretos auxilio, sed Dei solius praeditos adminiculo. Vnde audientes hæc, vniuersi gemunt, & quia isti pertulerunt, quae sub nullo piorum Principum quemquam Sedis Apostolicae Missum pertulisse recolunt: omnes stupefacti mirantur, sitque continui clamoris ab Ecclesia nostra murmur, quod ita dispositionis vestrae constitutio improvidè prodire potuerit, ut barbarorum gladios, nullo Imperij vestri fulti praesidio, miseranter inciderint, praesertim cum hos, quos ab Apostolica Sede toto desiderio postulaueratis, & ab ipsis Apostolorum Principum testis per Legatos vestros saluos acceperatis, saluos rursus, dispositis ritè propter quae missi fuerant, ad propria remittere, summa diligentia procurata, debueritis, exemplo saltem prouocati Michaelis decedentis Imperatoris, qui quos ab Apostolica Sede suscipere meruit, idoneo sociato praevio, ut nostrae illæsi praesentarentur Ecclesiae, solerti cura fategit.] hæc Hadriani iusta querela in Basiliam Imperatorem, cuius impari merito Michael deploratissimus, ut audisti, meruit commendari. at verò subinfert aliam æquè iustam querelam his verbis:

Est praeterea & aliud, quod prima pietatis vestrae opera, vel circa Sedis Apostolicae prioris benignitatis indicia contra spem nostram decolorasse conuincitur, immò funditus destruxisse probatur: videlicet quia fauore vestro frater & Coepiscopus noster Ignatius Vulgarum regioni consecrare praesumpsit Antistitem. Vnde mirati sumus, & quod à pia intentione vestra retrouersi sitis, admodum obstupimus. Verumtamen saltem nunc iam dictum reuerentissimum praesulem ab illius regionis dispositione salubribus monitis quaesumus coercere: alioquin nec ipse canonicam effugiet vltionem, nec hi qui praesulatus, vel alterius officij sibi nomen illic vsurpant, cum excommunicatione, qua iam tenentur astricti, etiam proprii gradus iactura carebunt.

Porro de tribus Capitulis, super quibus praefato postulante sanctissimo fratre & Coepiscopo nostro Ignatio diuinitus protractum Imperium vestrum nos deprecatum esse dignoscitur: nil possumus ab eo quod iam constitutum est, ordinare diuersum, vel disponere, maxime de Photij consecratione aliquantisper auersum, nisi fortè nos quibusdam ex vtraque parte in praesentia nostra repertis, scire contigerit, quae hucusque nescimus, vel discere quaecumque penitus ignoramus. Non enim est in nobis, Est, & Non: & si quæ destruximus, eadem reedificauerimus, prauaricatores nos legis esse contuemus. Satis enim nota sunt, quae cum suo auctore destruximus, vel quae construenda mandauimus. Ab illis quippe sacratissimis constitutis, quae vel Apostolicae memoriae decessor noster Papa Nicolaus antea salubriter sanxit, vel nos postea dispensatorie protulimus: nulla ratione vel mutatione discedemus, aut ad dextram vel sinistram quoquo modo declinabimus. Quae videlicet tota iam dudum probauit Ecclesia & immutata seruanda: nuper gestum vniuersale Concilium statuit.

Neque enim nobis moris est, ut pro libitu proprio paternis sanctionibus abutamur, quemadmodum quibusdam, qui apud vos summa rerum Ecclesiasticarum gubernacula moderantes, tunc Synodorum statuta, vel etiam Apostolicae Sedis decreta proferunt, cum vel alios laedere vel se iuuare concupiscunt. & hæc tunc sub silentio regunt, quando fortasse contra se vel pro aliis proponerentur, si nostra, more priorum, æquitas in vestrae vrbis praesules maiorum regulis obuiantes, commoueri seuerius voluisset. Quamuis multa instantia & certamen viri prudentissimi & religiosissimi Egumeni ac vasorum sacrorum custodis Theognosti, qui de pietatis vestrae virtutibus, & probabiliu morum insignibus, & trophaeorum triumphis atque beneficiorum vestrorum pie sibi praestitorum multitudine nos plurimum relatione sua lætificauit, & qualiter diebus vestris, superno brachio atque studio & solertia vestra Christianitas prosperetur, enarras multimodas laudes sanctae Trinitati reddendas, & gratias, alacriores exhibuit ad postulata diuinitus muniendo Imperio vestro concedenda nos supra modum efflagitauerit, & vltra quam dici possit, solito & prisco more ac pro Ecclesiasticis vilitatibus frequenter impensio, crebris suggestionibus instigarit: Super quibus tamen propter iam designatam causam nec annuere possumus, nec quidquam praeter quod iam euangelizatum est, villo modo definire. Deus autem omnipotens, per quem Reges regnant, & in cuius manu omnium iura Regnorum consistunt, Imperium vestrum ad Ecclesiae lux sanctae pacificam constitutionem, & populi Christiani

perpetuam libertatem magis ac magis corroboraret, eiusque potentatus plantis cunctarum infidelium nationum ceruices inflectat, dilectissime ac desiderabilissime fili. Data quarto Idus Nouembris, Indictione quinta.] Ad hanc epistolam quæ in margine tunc annotauit Anastasius Bibliothecarius, non omittenda sunt. sic enim se habent:

XVI. Quæritur cur Sedes Apostolica eos, qui à Photio damnato in diuersis sunt Ecclesiæ gradibus instituti, sine recuperatione deposuerit; cum ab Ebbone damnato sacros, & poststantibus Episcopis depositos, instaurari decreuerit? Sciendum est quia Photius tamquam neophytus & adulter, qui & scilicet uiuentis Ecclesiam inuaserit, & ab excommunicatis atque depositis Episcopis fuerit ordinatus, numquam fuisse Episcopus dictus & promulgatus. Sed nec hi ab eo manus impositionem acceperunt, comparatus uidelicet Maximo Cynico, ipso & ordinatis ab eo à secunda Synodo cum ordinatore repulsis. Ebbo autem Rhemenfis Episcopus licet postea sit depositus, quandoque tamen Episcopus fuit, quemadmodum & Acacius, de cuius ordinatione Papa statuit Anastasius, ut scilicet, quos post damnationem ordinauit Acacius, nulla portio læsionis attigerit. Denique si pater meus adulter est, & ego ex adulterio nascor, profecto ut illegitimus ex hereditate repellor, quod tamen non pateret, si pater meus probaretur ueraciter homicida.] hæc Anastasius. Sed prolixiorum requirerent ista tractationem, at nos aliò perginus.

XVII. Quod autem spectat ad victoriam, cuius in sua epistola meminit Hadrianus contra Barbaros obtentam à Basilio Imp. agit de ea Curopalates, aitque Chrysochirum depopulatore Imperij coercitum, expugnatis nonnullis eius oppidis, totaque Theophrice regione vastata, Samosataque ex improviso capta, & Curticio Armenorum duce in fidem recepto, aliisque trans Euphratem expugnatis munitioibus, tentata Melitine in Armenia, cum expeditione Imperatorem reuersum Constantinopolim, triumphum egisse, atque de manu Ignatij uictoricibus coronis auctum esse.

XVIII. Quod autem pertinet ad Bulgarorum causam, de qua iustam audisti querelam Hadriani Pontificis in litteris ad Basilium Imperatorem, de his ad Hadrianum scripsisse aliam epistolam Ignatium Patriarcham, declarat responsio ipsius Hadriani ad eum, ex qua in Græco codice Octauæ Synodi inuenta hæc excerpta accepimus:

Scripsisti (ut illa tua multa alia omitamus) ut presbyteri nostri è Bulgarorum regione magno cum dedecore & contumelia eicerentur, & Episcopi cum non parua ignominia, nulla dignitatis habita ratione, inde expellerentur. Et hæc quidem scribere ausus es, licet nullum hac de re coram nobis iudicium habitum sit. Neque enim super hoc, ut ius diceremus, fuimus accersiti. Sin autem dixeris priores nos Constantinopolitana dioceseos presbyteros in prædicta regione rem sacram facere prohibuisse: non inficias imus. Erant enim ex eorum numero, qui cum Photio communicauerant, atque eius socij: qui non solum ne sacerdotum munus exercerent in prædicta regione Bulgarorum interdiximus, uerum etiam nunc iterum interdiximus. Oportebat igitur, ut rationi congruum erant, cum hæc scires, ut nihil tale in regione Bulgarorum patrares. Didicimus præterea uos alia multa sanctorum Patrum statutis contraria permittere: illud uero præcipue, quod nuper nonnullos laicos ex tempore diaconos ordinastis; quod quidem & nobis & antiquis Patribus, quinimmo Oecumenicæ etiam Synodo nuper congregatæ aduersatur; neque ignoratis quod Photij lapsus hinc ortum habuit.] hæc tamen ex dicta Hadriani ad Ignatium epistola ualde amara.

XIX. Quod spectat ad eosdem Bulgaros, Grimoaldus Episcopus, cuius superius mentio facta est, qui missus fuerat predicare Euangelium Bulgaris, rediens Romam absque licentia summi Pontificis, ad suam excusationem libellum porrexit, excusans quod fuisset à Græcis expulsus, qui (ut illi mentiebantur) ex lata sententia in Synodo Oecumenica, suam ipsorum assererent eam esse diocesim atque prouinciam. Ita planè, ut Anastasius præuidit atque præmonuit, factum est; ut quod accidisset post Synodum tumultuaria illa furtiua collatione, tamquam Synodi iudicium Oecumenicæ Græci malè usurparent. Ceterum Grimoaldus licet plura in suæ reuersionis excusationem in medium adduxisset, culpam tamen vitare non potuit, cum & ea ex parte infamia notatus est, quod ex Bulgaria ditissimus reuersus esset. hæc in uita Hadriani Pontificis Anastasius.

XX. Inter hæc autem Photius in exilio quo damnatus fuerat constitutus, litteras scribit ad Imp. suas deplorans miseras, ut eum ad commiserationem inducat. ita uersipellis se miserimum ostendit, ut commotum in se Imperatoris animum demulceat. At quàm artificiosè,

A ficiose, audi epistolam ab Aloisio Lolino Episcopo Bellunenfi acceptam, & ex Græco à Petro Morino translata in Latinam linguam in hunc modum:

Piissimo & magno Imperatori Basilio.

Audi humanissime Imperator. Non obicio nunc veterem amicitiam, nec tremendum iusiurandum, & pacta, non conuentionem, non impositionem manuum ad Imperium: non quod ad nostras manus accedens tremenda & purissima participasti mysteria: non uinculum, quo nos egregij filij adoptio astrinxit. Nihil horum dico; sed communia hominum tibi prærendo iura. Omnes enim & Barbari & Græci quos morte damnant, eos educunt è uita, quos autem uiuere sinunt, non cogunt fame & quampluribus alijs malis emori. Nos uero vitam uiuimus morte acerbiorum. Captiui facti sumus, & omnibus priuati, cognatis, ministris, familiaribus, omni denique humano cultu. Et quidem diuinus Paulus cum in uinculis circumduceretur, amicorum & necessariorum officiis frui non prohibebatur; & cum ad mortem duceretur, humanam à paganis Christi hostibus consequebatur mansuetudinem. At fortasse longum tempus, si non sacerdotes Dei, at certe aliquos fontes talia passos demonstrat.

Etiam libris priuati sumus: nouum hoc & inopinatum, ac noua in nos excogitata poena. Ut quid fiat? ut ne audiamus uerbum Domini. Non accadat in Regno tuo hanc execrationem impleri: Quia erit in diebus illis fames panis, & fames audiendi uerbum Domini. Cur enim adempti nobis libri sunt? Si enim iniuriam facimus, plures oportebat dari, & quidem addi etiam docentes, ut legendo magis iuuaremur, & redarguti corrigemur. Si uero in nullo iniurij sumus, cur iniuriam accipimus? Nemo hoc Orthodoxorum, ne ab iis quidem qui alia sentirent passus est. Athanasius multis certaminibus clarus, solo sæpè & ab hæreticis & à paganis expulsus est, sed nemo eum librorum amissione damnauit. Admirabilis Eustachius pares insidias ad Arianis fontibus pertulit; uerum non ab eo, ut à nobis ablati sunt libri. Paulus Confessor, Ioannes Chrysostomus, Flauianus diuinus uir, alijque innumerabiles: quid enim oportet eos enumerare, quos cælorum liber descriptus habet? Sed cur commemoro Orthodoxos sanctosque Episcopos? Eusebium, Theognin, cumque his alios homines hæreticos, quos Magnus Constantinus exules propter ipsorum impietatem & sententiæ inconstantiam fecit; at nec bonis suis eos exiit, nec libris multauit. Pudebat enim à litteris eos & à ratione arcere, quos quia contra rationem egissent, exilio damnarat. Nestorius impius in exilium mittitur, & Dioscorus, & Petrus infelix, Seuerus, multi que alij: at nemo eorum librorum captiuitatem pertulit. Sed cur dico uetera? Leonem impium multi eorum qui etiam superstitites sunt, sciunt, belluarum magis quam hominis naturam exhibuisse.

Hic uero magnum illum uirum ac uerè uictorem Nicephorum cum è solio expelleret, nullo modo exulem librorum suorum fecit, at ne fame quidem necauit, quomodo nos interimimur: & ille quidem non minus egregij athletæ mortem optabat, quam Imperij sui in quo impiè agebat, diuturnam propagationem, attamen nomen homicidæ ne haberet, cauebat. nec uero carnes ministrorum illius latronum ac proditorum more decerpit, quamuis impius ceteroqui esset, crudelitatemque spiraret: non cognatorum congressu prohibuit, non bonorum damnum irrogauit: reuerebatur enim Christianismum, & crudelitatem paganorum certo more exercebat: Nam illi perimebant Martyres, nec tamen prohibebant, quod minus domesticorum ac necessariorum officiis atque opibus iuuarentur. Non ille psalmodias interfcidit, sed & multorum monachorum cœtum, qui solatio esset, concedebat. Non ædes sacras templaque Dei ab eo consecrata euerit. pudebat enim eum, ut existimabat, cum hominem offenderet, Deo opera dicata labefactare.

At in nos, hei mihi, noua omnia, tragœdiamque exuperantia. Captiui sumus, amicorum solitudo est, & consanguineorum & ministrorum psallentium monachorum. pro amicis uero, pro consanguineis, pro monachis, pro psallentibus, pro omnibus denique custodiæ militum, & militaribus cohortibus addicti sumus. Sacræ Dei ædes dirutæ sunt, lacerata pauperum corpora, expulsa, eorum que bona publicata tamquam hostium manubiz. Quamobrem? Ut nos cruciemur, & abnegemur. & ualde quidem acerbè fuimus anxij. Nostrorum enim propitiatio peccatorum, ipsi eorumque curatores Deo dicati erant. At uidere oportebat, ne quando Deus qui sic multabatur, nobis magis condoleret; siquidem ipse res pauperum pro propriis habet. Et corporum sanè pœnas leges Romanorum in eos excogitarunt qui in maleficio deprehensi sunt ad animorum expur-

gationem: poenas autem animæ & insidias ne auditu quidem adhuc accepimus ab vllis hominibus exerceri, tamen nunc id experiendo discimus. Nam aperte hoc librorum demptio facit, & redemptionis peccatorum euersio: illud enim contemplationis obtutum extinguit & corrumpit; hoc verò præstantissimam omnium actionem detrahit & soluit. Quis à sæculo audiuit, in animas humanas bellum ab hominibus excogitari? Non enim satis ad omnem hauriendam iram corporis supplicia, exilium, & captiuitas, & fames, & custodia, & quotidie illata mors, quæ in eo tantum homini parcat, quòd dolorum non adimit sensum, qui acerbissimus est mortis aculeus & cruciatus intolerabilis, vt & mortis subeamus vim, & ipsa morte ærumnarum liberatio non sit: quod vt in tanto malo solum est morientium solatium.

XXIV.

Si tua te conscientia purgat & crimine liberat: adde in nos alia, si quid fortè prætermisum est; sin condemnat, noli illam damnationem expectare, cum erit pœnitentia inutilis. Ego sanè nouas fortasse has preces tibi adhibeo, sed ob res maximè nouas. His, Imperator, malis statue finem, quomodo vis. Vel nos celeriter è vita non cum multa hac & inenarrabili maceratione educens, vel molestiarum inexuperabilem magnitudinem reprimens. Memento eandem nos gerere carnem & Reges & priuatos, eiusdemque naturæ communione iungi. Memento eundem nos habere Dominum, & plasmatorem & communem Iudicem. Cur æquitatem tuam, mala nobis infligendo, redarguis? Cur benignitati tuæ nobis obrestando, crimen infers? Cur autem humanitatem ira in nos atque acerbitate in simulationem & speciem mansuetudinis detrahis? Non petimus thronos & gloriam, non felicitatem & voluptates; sed ea petimus, quæ & vinctis præbentur, quæ nec captiui non impetrant, quæ etiam barbari, humanitate ducti, vinctis concedunt. Nam eò redactæ sunt res meæ, vt talia ab Imperatore postulem ordo è Romanorum humanissimo genere. Quid igitur peto? Ne vitam grauiorem morte viuam, aut vt citius corpore liberer. Exoret te tua natura: reuerere communes hominum leges: reuerere Imperij Romani iura communia; nec patere inuitam induci narrationem nouam, Imperatorem nempe, qui æquitatem & humanitatem profiteatur, qui Episcopum amicum tacerit, & liberorum suorum vnà secum parentem, à quo & ipse & Regina vinctio Regni vincti sunt ac dignitatem induerunt, à quo valde dilectus est, qui cum tremendam iuiurandi fidem sanxit, quem peramare ac diligere, omnibus ostenderat: eundem exilio & amara fame à se damnatum, & innumeris aliis malis consumptum, pro ipso orantem morti demisisse.] hæcenus Photij epistola ad Basilium Imp. quem quidem cum primùm ars, tum fecit necessitas eloquentem. licet magis necessaria ad persuadendum ea oratio parte caruerit, quam exhibere non potuit, nimirum vt demonstraret se pati innocentem; cum alioqui talia tantaque admissa potuissent esse piacula, quibus ex, quas pateretur, leuiore videri poterant esse poenæ. Sic igitur cum de innocentia præmissa sit excusatio nulla, nullius esse roboris fecit orationem, quæ in reliquis succincta fortibus entymematibus audere posset appetere Imperatorem. Ad quem rursus scripsit, sed breuiorem epistolam hanc post recitatas de barbaris victorias consecutas:

XXV.
ALIA PHOTII AD IMP. EPISTOLA.

Putabam sanè, dum Regnum vestrum confirmatur & augetur, multas me ei gratias de beneficio in nos collato esse acturum pro me, pro amicis, pro cognatis, pro familiaribus, pro omnibus demum; quæ causa nostra faciens, nullam gratificandi satietatem habuisses. Nam nos adducebat sincerus in te ac verus affectus, & sæpiùs repetiti iusiurandi, promissionumque constantia, quæ vel nobis inuitis, ipse tamen non desinebas ad omnes exhibere. Nunc verò eò rediere spes nostræ, vt quamuis serò, gratias tamen Regno tuo agamus. Quamobrem quòd latronum & facinorosorum supplicia, quibus confictamur & consumimur, ad moderatiorem speciem statuere aggressus sis: vide tamen, amice (quamuis nolis) Rex, conatum persuadendi hominibus non solum nihil ad suadendum Deo conferre, sed etiam in contrarium redire, eorumque, quæ hic licenter geruntur, magis illuc iustitiam Dei omnia contuentem esse vindicem.] hæc ad Basilium Imp.

XXVI.
BAHANEM PHOTIUS INTERPEL- LAT AMICUM.

Cum autem frustra pulsare se nosset animum Imperatoris, aliam viam ingreditur, vt scriberet ad Bahanem Patricium, Proconsulem atque Præpositum, virum primum apud Imperatorem, cuius est mentio, & operatio in Octaua Oecumenica Synodo, vt pote qui definienda proponeret, rogaretque Patrum sententiam. Ad hunc enim scribens ea sciebat innotescenda Imperatori & patefacienda omnibus ordinibus magistratuum, quorum se animis per commiserationem intinuerat. Sciebat hominem sibi occulte amicum nullam

A nullam iuuandi prætermisurum occasionem. Ad quem ægrotans, & maiora fingens pericula veris, hanc breuem epistolam scripsit querelarum plenam:

Fuit olim Romanis, sed & Græcis (quid enim dicere oportet Christianis?) cum inimicissimis nedum cum benè meritis terminus ac modus (statutus malè agendi). Nouit & gens barbara non prætergredi suppliciorum leges, ac multas ferarum, aiunt, quasi vereri ac reprimere se aduersus eos, qui in extremis iacent, nec ferinum ingenium ostendere. Nos verò, o viri aliis quidem factis vestris humanissimi, & ex ægritudine iacemus, & medicum morbus requirit, & dies iam triginta morbo protelati sunt; ac sæpè orarunt vos multi, vt medico aditus concederetur. At verò, o naturam hominum, o Romanorum leges, & Christianorum nomen, vbi terrarum estis? nemo vos exorauit: ac nos quidem barbaros, vos autem feris similes existimare, nondum persuademus nobis. Vestrum est autem qui in nos humiles, has finem omnem modumque superantes, nouasque sub sole poenas excogitatis, considerare quam appellationem pro eo vt Christiani & Romani & Græci & Barbari & feræ nominemini, factis vestris congruenter inueniatis. Nos verò si morbo vinci contigerit, clariùs scilicet in vos statuemus trophæum, nostram violentam mortem relinquentes omnium scelerum memoriæ crudelitatis vestræ, tamquam in columna incisam, quam nulla vniquam delebit obliuio.] hæc ad Bahanem, seu potius per Bahanem, ad Imperatorem & omnes, sed numquam quid simile siue ab Apostolis, quorum gloriam affectatis, siue ab Apostolicis viris dictum vel factum aliquando reperitur, vt tædio vitæ de inferendo sibi manus consilium inierint, nedum dixerint vel fecerint. Quanta autem ipsi cum homine isto primario intercesserit necessitudo, sed secreta, alia Photij ad eum datæ declarat epistola in hunc modum:

XXVII.

BAHANEM OCCULTVS PHOTIUS AMICVS.

C Fuit aliquando occultus amicus Ioseph ab Arimathia nobilis Decurio nocturnusque discipulus Domini ac Dei mei; postea autem vincula timoris abiiciens, feruidior, confidentiorque iis factus est qui aperte amarent: corpusque Dominicum per contumeliam opprobriumque pendens de ligno deposuit, ac pro copiis suis curare non neglexit. Quousque igitur noctu tu ipse nos diliges? nec lucis dieique factus filius in vocem erumpes dignam Ioseph fiducia? deponesque non de ligno corpus, sed è mille incommodis, atque miseriis & calamitatibus, acerbisque & quotidiana estipies morte? Quòd si sæculi amor & affectus non finit: frustra ad perugium & exemplum Ioseph excogitatus est ac proferitur.] hæcenus epistola. At planè vigilabat iste pro Photio, expectans opportunam occasionem, quam nactam semel per mortem Ignatij, quantum illi profuerit, declararunt euenta, de quibus suo loco dicturi sumus.

XXVIII.

D Rursus verò versutissimus homo, ne in tanto rerum suarum naufragio, aliquis ex suis quos sibi tanto labore coniunxerat, à se desciscens, ad aduersarios se transferret, encyclicam ad omnes Episcopos suos epistolam scripsit, in qua miro artificio dum vnum labantem firmiter statuendum proponit, omnibus ne fluctuent, opportunum medicamentum apponit; & dum vnum seuerè corripit vacillantem, sollicitos reliquos reddit, ne vel leuiter nutent: dumque etiam benignè sinum pandere paternæ pietatis affectat, illud planè agit, vt si quis diuelleretur ab ipso, ad reuocandum eum paratæ inuenirentur illecebræ. Inuenies ista artificio miro contexta, si cuncta exactè perlegeris, mirabilisque hominem ad fallendum aptissimè præ ceteris comparatum. Dicitio duriuscula, quæ videatur interdum esse concisa non vicio codicis, sed animi deprauati, affectantis eam orationem, quæ solet progredi ab homine ingenti cordis dolore mirum in modum exulcerato. Accepimus hanc epistolam vnà cum aliis pluribus ab Aloisio Episcopo Bellunenfi rerum Græcarum in primis erudito, quam Latinitate magna ex parte donauit Mauritius Bressius Gallus vir doctissimus, & quæ dimisit proficiscens ab Vrbe, Petrus Morinus eadem felicitate dignè absoluit, quæ sic se habet:

XXIX.
DE PHOTII ENCYCLICA AD SVOS EPISCOPOS.

Photius ab exilio ad Episcopos.

Miror quo pacto tam velociter (quisquis ille est qui naturæ nostræ est oblitus, nam ne nomine quidem illum velim coarguere, ne si proteruius quidem insultet. Ita enim vsu venire video, vt plerique dum seposita persona coarguuntur, facilius admoneantur, quàm adhortationes, si nominatim compellantur, ferant) verum quomodo tam citò nos ex memoria abiicit, vt tantæ nos dementiæ, & diuinarum legum contemptus insimulet. Quare adductus ad aduersus mediocritatem nostrâ insurgit. Quin potius quis cum tam repente ad tantam celsitudinem extulit, vt ne hiscentes quidem, tamen audiat?

XXX.
QUAERELAE PHOTII ADVERSVS DETRACTO- REM.

Cum-

Cumque ne in talem quidem cogitationem homines veniant, is ex domestica phantasia, quasi quadam specula, corda intuens & peragrans, illa deprehendat, quorum ne sibi quidem sunt conscij. Visusque est humanarum rerum peritior, quam spiritus in eis inhabitans. Ipse Paulustalium virorum prouentum fore desperas, ne æqualem quidem cognitionem reliquit aliis. Verum qui fit ut multa dementia, atque aded Ecclesiæ vniuersæ prodicione aspergamur, & latarum legum contemptu? Quid à nobis auditum? quid cogitatum? quid cuiquam nuntiatum? Nec enim quoddam contumeliam verbis suis non expressit, ideo leuius se quiddam de nobis prædicasse, quam qui talia in nos conuiciantur, existimet ac reputet. Non enim dictiones animi sensa grauiora efficiunt: sed potius amaritudo cogitationes, dictiones asperas & intolerabiles reddidit.

XXXI. Cum autem dictiones cogitationibus sunt consentientes, & cogitationis grauitas cum asperitate dictionis concurrat: quid interest, eisdem verbis exprimas, an eandem vim habentibus, eandem cogitationem repræsentas? At siquidem is malorum tempestatem qua circumfundimur intuens, & acerbatarum copiam qua vndique cingimur & premimur, à mente nos discessisse putauit: rem quidem cogitauit & meditatus est, quæ in hominem potest cadere. Nam quid quisquam aliud pro eo queat dicere? Vexationum enim excessus, insaniam & abalienationem mentis, ut plurimum, afflictis afferunt. Licet plus in nos iuris diabolo quam in diuinum Iob, hic sententia sua tribuat, siquidem imperium in illius animam non est nactus; at ille dominium animæ nostræ in illum transfudit. Nam qui nos pariter & perperam agere, & merè insanire perhibeat: aperte indicat, se ita de nobis sensisse & constituisse. Quamquam si in hanc de nobis suspicionem incidit, atque ad id reliqui conuictij laudem inuenit, ut mittam in præsentia, quam sapiens & speciosa sit eiusmodi defensio, non debuit in nos imperum facere, nec casum nostrum profectarum à se contumeliarum additione grauiorem reddere, sed potius consolatione quadam, & sermonibus oblectantibus acerbiter lenire, & conari pro virili alleuationem quamdam comminisci. At exasperare & insultare, & calamitates exprobrare, hominis est vicini sui mala ludibrio habentis, non pariter mœrentis nec similiter commoti, qui que non amici partes præster, sed inimicorum maleficientiam.

XXXII. Ego verò . . . quod facem omnis suæ improbitatis aduersus nos exhauserunt, amicis orbates, à cognatis disjungentes, à vobis ipsis, quod ex omnibus meis malis est grauisimum, antè resecantes & separantes, famulis destituentes, in seruitutem redigentes, custodes & custodum præfectos apponentes, quod minus liceat volentibus deslere & lamentari propria incommoda, neve vlla alicunde obrepat nobis cuiusquã misericordia, non verbo, non re, id agentes ut sexcenta mortis genera nostris ceruicibus imminerent, nos, hei mihi, diuinorum oraculorum & cuiuslibet alius boni fame circumcingentes, nec cessantes motu simul multis malis circumdare. Et omnes sensus nostros sibi vendicantes, & aduersus omnes se instrumentes, nouas machinas in quemque commentum sunt. Velox enim est ad malitiam, Dei & humanitatis abalienatio. & oculos quidem obturauerunt. Nam quid aliud esse dixeris neminem omnino hominem cernere, neque libros posse euoluere, eum præsertim cui magnum & primum est solatium lectio? Eis siquidem omnibus suffragiis interdixerunt nobis. Auditum quoque occluserunt. Nec enim vocem amicorum, ac sic inimicorum quidem (nam quid dicam legentium?) auribus percipere patiuntur. Quin quantum in ipsis situm est, ne Deo quidem canentes, neque hymnis gratias agentes, audimus.

XXXIII. Non enim ne quempiam quidem, vel ad breue tempus, neque eorum quemquam qui modice canunt (ò crudelitatem barbarorum animum excedentem!) exaudire siuerunt. Sed pro clericis, pro monachis, pro psallentibus, pro legentibus, & dictata excipientibus, denique pro omnibus, militum custodijs, & turmis militaribus traditi sumus. Ecquid attinet sigillatim dicere, & vibices memoria refricare? Atque illi quidem omnes sensus nostros, sexcenta commentum mala, intercluserunt. Ne ipsam quidem animam nostram, quoad eius facere potuerunt, carere cruciatibus passi sunt. Rem ausi ex omnibus quas Deus detestatur scelestissimam & crudelissimam, domum Dei deturbantes, mendicos mancos & mutulos, quos ad nostrorum peccatorum expiationem præstitimus, ex proprio lare & requie expellentes, eorumque facultates veluti hostium spolia diuidentes. Famulorum quoque carnes neruis conciderunt aded, ut toto corpore, vehementi verberum impetu fissuras imprefferint, ut aurum & argentum à nobis reconditum, quod miseri nec

QUOD IN
SANTA AD
SCRIPTA
PHOTIO.

XXXII.
SVA IN
TVENDA
EXPONIT
MALA.

A nec per somnium quidem viderunt, indicarent. Quamquam ipsi qui de eis pœnas sumebant, certius quam alij nouerant, nos alieno fuisse semper à pecunia animo. Nec verò illi tam sunt auari, quam nos harum rerum contemptus, nihili vniquam ea æstimare, nedum seponere edocuit. Sed quod sol oriens aspiciebat, (sæpè autem necessitas vexantium, vel ipsum virtutis Doctorem Paulum in huiusmodi verba cogebat prorumpere) id diei maximeque noctis tempus efferebat & exonerabat. Quæ cum non minus quam quisquam omnium haberent cognita, excarnificabant, & cadebant flagris, non quod aliquid eorum, quæ se fingebant querere, inuenirent (nisi in eo insaniant, quod studeant inuenire ea quæ nusquam esse sciunt) sed ut nos eo pacto vrerent, nec vllam maleficij rationem, quam nobis adhibeant, præmitterent. Sed hæc & multo plura iam dictis fatanam aut nescio quid aliud à nobis expetisse, nosque his circumfundi non negem.

B Quod autem tanta vexatio nos de mente dimouerit, & diuinorum mandatorum contemptores reddiderit, & communes proditores effecerit: nescio cur quisquam hæc nobis in crimine ponens, non fateri debeat, se vehementius in nos spirare, quam apertos hostes. Quod si quis hæc audiens, erubescit & abnuat, & neget se vniquam tale quidquam in nos dixisse, nec cogitasse quidem (confuevit enim peccatum iusti sermonis confutatione palam factum, turpius quam antea apparere, ita ut ne ipsi quidem qui peperit, genuinum videatur, sed tamquam adulterinum cernatur & auersandum, præsertim cum conscientia aculeo, quem plastes perquam sapienter naturæ indidit, ad ea quæ geri debent dispicienda excitetur.) Si ergo has ob res nullius illorum ne in mentem quidem venisse affirmet, sed, ut verisimile est, eos qui vniquam talia ausi sunt, in malam rem & horrendas imprecationes ablegat, per ipsam amicitiam querite ex ipso, quid intersit iam dicta de nobis prædicare, & dicere nos stare ab hostibus, & intermedios inter amicos & inimicos. Ac tum non distinguimus (ò intentata nobis ludibria!) Christi amicos ab hostibus. Eò namque recidit, quod volunt nos annumerare cum iis qui pro Christo patiuntur, vnaque eos qui nobis pariter ac Christo bellum indixerunt. Qui sanguinem ipsius testamenti pollutum rati, altaria Domini profanauerunt, & sanctum Chrisma, vel potius sanctissimum Spiritum, per quem Chrisma, subannauerunt. Interrogate igitur denuò, vos oro, quid hæc ab illis differant, nisi improbitatis excessu? Ac siquidem hæc illis leuiora esse ostenderit, me quidem reuera nugari existimatote; illum autè sexcentis encomiis dignum ducite. Atqui non illud contendebar, nos à se leuiore ceteris affectos fuisse iniuria, nec se aliis excessum contumeliæ reliquisse, sed nihil quod ad reprehensionem nostram spectaret locutum liberius. Nihilominus si minora esse ostenderit ea quæ ab ipso in me profecta sunt, nolite ei denegare encomia. Quod si nihil ostenderit, sicuti neque ostendet is, illum quidem ut taceat, admonete. Infortunia autem mea ex eo æstimate, quod inimicorum insidias, amicorum insultus & maledicta excipiunt.

C Nam quomodo qui talia dicit vel cogitat qualia nos dicere & sentire egregius ille amicus confinxit, non summè est amens, & communis Ecclesiæ vniuersæ proditor? contemptor etiam & contumeliosus in paternas traditiones, ac sexcenta alia quæ in illis sunt comprehensa, mendacium, fallacia, impiæ ac infideles cogitationes, & ipsarum cum seipsis dissensio, & alia insuper multiplex prauitas. Num præclaris coloribus beatus ille pictor effigiem nostram delineauit, quo se nihil mali de nobis dixisse asseuerat? Sed siquidem hæc sunt simplicitatis, ^a Estote prudentes ut serpentes, & simplices ut columbæ: paramus Domino vociferanti, ^b Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicuti paruuli, non intrabit in Regnum cælorum. Maxime cum sciatis quod eiusmodi supplicium ^c maneat ^d eum, qui vnum quempiam ex minoribus fratribus scandalizat. Quod si ab eo qui vnum scandalizat, pœna implacabiliter repetitur, qui totam Ecclesiam quatit & euertit, ei ipsi cogitandum relinquo, quantorum se malorum reum efficiat. Quibus faxit Christus nos omnes manu sua protegens, ne quisquam sit obnoxius. Sed illud quomodo sine dolore & absque lacrymis feram? Si quidem, inquit, quos non decet excipere excipiat, metu futuri supplicij, vel inuiti præsentem pietatem tuebitur.

D De Deo autem, vir optime, de fide, de iis quæ ibi exercentur iudicijs, de conscientia, sed & de veritate, de consilij firmitate, de his verbum nullum, sed obliuio. Omnia Charybdis absorbit. Ego verò censuissem, contrarium ipsi & sentiendum fuisse & dicendum. Quod si eos qui admittendi non sunt admisit, vniuersi simul alta & contenta voce exclamabimus: Nec cuiquam parcatur, non paternò desiderio, in quo gloria-

XXXIV. QVAE IN PHOTIVM A SVIS DICERENTVR
XXXV. IN DETRACTOREM ARGUMENTA.
^a Math. 10.
^b Ibidem 18.
^c Ibid.

XXXIV.
QVAE IN
PHOTIVM
A SVIS DI
CERENTVR

XXXV.
IN DETRA
CTOREM
ARGUMEN
TA.

^a Math. 10.
^b Ibidem 18.
^c Ibid.

mur : non debita obseruantia, quam parentibus tribuere semper edocti sumus : neque cuiusquam reuerentia, quam erga ipsum conseruauimus. Verum haec omnia procul a nobis, vt dixi, amandantes, vociferabimur : O homo, quid rerum agis ? quid feris ? quid nescius hostibus teipsum tradis ? quid certamina nostra in nugas effers ? quid piorum ce- rum dedecoras ? quid inimicorum spiritus extollis ? Speraſsem ipsum his potius in rebus studium suum positurum, si quid me labi perſentiret, quam ea quibus ludentium ani- mos imitatur, gesturum.

XXXVII. RVRVM IN SVOS QVE- RELAE.

Ioan. 2.

XXXVIII.

Sed & illud quoque sperabam, si quis vnquam ex hostibus has ipsius voces apud ip- sum ausus esset effutire, futurum vt sexcentis eum lapidibus insectaretur, impostorem & mendacem & id genus conuita ei exprobrans. Nemo enim vel eorum qui in fidem se iniuriosius gerunt, sustinuerit tolerare eos qui nequidquam nos despiciunt. Maximè cum illud accedat, quod eius qui lenis & pacificus est, simus discipuli. Quandoquidem ipsemer qui cetera ferebat leniter, nec vindicabat, eos qui a paternam domum merca- tum stultè ausi essent facere, vehementer obiurgatos expulit. eosque qui in sanctum Spi- ritum linguam acuerant, duplex interminatus supplicium, igne quidem hic & gladio & fame ciuitatem vnà cum ipsis hominibus vltus est: nec futuras subterfugituros poenas, dum praesentes multa percitus ira infixit, confirmauit.

Verum ergo tali spe meipsum, vt patet, in famem aiebam. Quis autè nos Archiepisco- pales ascendisse thronos, & auctoritatem quidquid visum esset agendi consecutos ei in- dicauit ? Eiusmodi enim voces & quaestiones, si omnino cuiquam proponendae sunt, iis proponi debent qui iam splendide & conspicue habenas Imperij in manus sumperunt, & pro publico tribunali sedent. Cum quidem ij qui deliquerunt, genibus aduoluuntur, & terram multis rigant lacrymis, multaque ad excitandam misericordiam afferunt. Qui autem vsque ad finem pro virtute & veritate decertauerunt, splendidis ornati coronis sedent, & iudicum ordinem fortiuntur. quorum quidam ad eorum qui eadem constant natura commiserationem vergunt, alij nihil aequitati & canonicæ auctoritatis anteferunt: sed quasi iustitiæ oculis, omnia ad rationem & naturam aequi exigunt & componunt. Tum igitur, tum, si fas vnquam opportunum est talia proponere, iisque quibus id mu- nus obrigit; nunc autem minimè, neque iis qui fame & siti & custodiis & infinitis vexa- tionibus torquentur, & in capitis discrimen adducuntur. Illis enim assignatur iudicij & absolutionis sermo, & tempus illud non praesens. At o vir belle & bone, si excipiendi non sunt, qui fit vt non te pudeat cum illis censeris ? cumque coronatus apparere possis, annu- mereris mancipiis, & per somnium aliorum humanitatem cogites, cum superæ nobilitatis & libertatis nudum & proditorem teipsum constitueris ?

XXXIX. PERSTAT IN EISDEM QVERELIS IN SVOS.

Quod si non turpe ducebas cum iis te coniungere : scito te ab iis stare animo, quo- rum facta repudias, & illum gregem honorare, cui lupos pro pastoribus praesesse dicis. Adde, si vis, eum magis foues, quam plerique qui ex eo sunt. Siquidem nonnulli ex iis, quamuis corpore in eo versentur, conscientia ipsi disidente omnino sententiis vacillant. Tu verò antequam corpore copuleris, cogitationibus & mente studes copulari. Quod ergo abest illi copulae, ignauia est, non pietas: pudor, non consilium, & institutum. Quis ergo est qui admittit, qui ne per somnium quidè fuit admissurus ? Quod adhuc ad eos non deflexerit, metui acceptum refert, & cum hostibus dedecorari, modò ne posterius poenas luat, potius ducit, quam cum domesticis semper admirationi esse. Si nõ oportet excipere, qui eum exceperit, non videtur potius seipsum vnà cum iis perditum iuisse, quam quos non fas est admisisse ? Non enim verba potiores praestant actiones, sed verba factis com- mendantur. Et si quis praedones aut urbium proditores videat detestationi & execrationi esse omnibus, deinde ipse qui se hactenus purum ab eorum scelere praestiterit, in phanta- sia agitet, dicatque ei qui legum est arbiter: Si quidem eos qui de medio tollendi sunt, incastigatos abire pateris, quid vetat, quin statim praeder, & siam proditor, vt veniam con- sequar ? Sin autem poenas ab eis repetis, earum metu illos non imitabor.

XL.

Si ergo in medium prodiens talia dicat, quis non eum infaniae & imbecillitatis consi- lij & sexcentorum aliorum condemnauerit ? An autem illum quidem quilibet sanæ mentis condemnabit ? Si quis autem pro ciuitatis proditoribus, proditores fidei, pro praedonibus corporum, praedones diuinarum legum, in medium adducat, deinde easdem voces vociferetur, num eandem, aut etiam grauiorem sententiam à prudentibus abla- turum existimabimus ? Praeter antedicta, si ad praescriptum Ecclesiasticarum legum actiones

A actiones dirigunt, quid tibi intempestiuus quaestionibus opus est, & ratiocinationibus lu- ctari ac praefocari, ac non potius primo quoque tempore ad eorum partes te conferens, tarditatis veniam poscis ? Sin nefandorum operum ministros esse compertum habes, quid curiosè inquiris, vtrum dent hic poenas an non ? nam si dederint, melius se habe- bunt, supplicio à peccato expurgati : si non dederint, hoc eos miseriore efficiet, quod acerbius illic euenturum sit iudicium. Itaque si cui horum duorum optio proponatur, ille minus malum optauerit, suaeque studuerit vtilitati, non qui hic effugerit poenas, sed qui praesentibus perſolutis, illas mitigarit : quandoquidem aegrotum, non quem medico- rum manus & sectiones & vitiones malo liberant, sed quem videmus medicamina artis non admittere, iam penitus desperamus, ac in extremis malis scimus versari.

† hucusque Bressius trās- eulit, quem corrigi ab Vr- be recedere antequā qui decerant mit- terentur rem- niones, reli- qua vsq. ad finem Morvi- nus vertit.

Quid verò quis ea, quae sequuntur, ratione enumeret ? Haec efficient, vt leuius, quae accidunt, feramus; haec solatio nobis erunt: hic nos recreare ac reficere, o amice & frater, studuisti. non enim grauioribus verbis desisto, neque ei quod meditarum est, do omnia: sed quod adhuc confectum non est, cum spe correctionis vocabula partior. Si sal infatuatum fuerit, dicit Dominus, in quo salietur ? Si ab amicis talia proficiuntur, à fratribus, à filiis, à meis membris, à meis visceribus, ab iis quos plurimi facio, propter quos etiam in carne adesse, quam migrare & cum Christo esse, praepropto, propter quos dilanior ac laceror, & lacrymae meae panis mihi sunt, si igitur talia ipsorum: quae qualiaque aliorum expectare oportet ? Sed nihil mirum. diuinum enim Paulum noui solum in vinculis derelictum. In prima mea, ait, defensione nemo mihi affuit. & Lucas est mecum solus. Non enim omnium est tolerantia & patientia. Idcirco Dominus cum dixisset tribulationes & tentationes, in quibus decertaturi erant qui credidissent in eum, subiunxit: Qui autem sustinuerit vsque in finem, hic saluus erit. Scio & prophetam

XLI. a Matth. 5. RVR SVM QVERELAE DE SVIS QVOS DE- MVLGET. b. Tim. 4.

C Dauid solitudinem deplorantem; & hanc vt supplicationis suae commendationem Deo proponentem, Quoniam diminutae sunt veritates à filiis hominum. Et quid hunc aut illum dico ? Scio meum Dominum ac Deum, cum comprehensus esset, ac in carcerem duceretur, solum relictum. Et relicto eo, inquit, omnes fugerunt. Quid igitur mirum, si & nunc & nos homines miserabiles, quibus nec conceditur aërem liberum ducere, qui habitamus carcerem, ac mille mortes quotidie expectamus, omni bona spe praecisa, aliquis cogitauit deserere, atque vti tam tantum deserere. non enim intolerabile esset: nam non à nobis tales desciscunt, sed, nomine nostro, ab Ecclesiastico se, & recto sen- su, pro quo vsque adhuc sexcenta pati non recusarunt, excindunt & abdicant: quod omnium maximè, animum percudit & consumit: membra nempe videre, quibus con- corporei & participes sumus, à Christo capite obstrata ad interitum. Verum- tamen intolerabile hoc malum ferendum esset ob commemorata exempla. quod au- tem defectionis causam nobis adscribere artificiosè nituntur, eiusque fallaciae & fraudis nullum dum sit repertum exemplum: quoniam modo, quis licet in omnibus tolerandis sit exercitus, perferre queat?

¶ Marc. 13. d Psal. 11. e Matth. 26. MALE AFFE- CTAT CA- THOLICVM NOMEN.

E Egregia verò à te habeo praemia mei in te diuini & paterni amoris, & spiritalis illius mi- rificae ac tremendi partus, in quo genitus es lumen orbis terrae, vt in mystico Ecclesiae thalamo, vitæ locum & rationem teneres. haec susero per amabilem nostram ac diuinam prudentiam erga eum, qui heri ac nuper nos apud se excipiebat, ac epulum praebat, qui- que propria voluntate praesidium nostrum nostramque rerum suarum procuracionem nitebatur habere, dedecoris ac peccatorum suorum videlicet perfugium atque integu- mentum: tamen si secus, quam agebat ac moliebatur conuersa res est. nam relatio crimi- nis in alterum, si praesertim artificium locum non inueniat recessus ac latebrae, in vehe- mentiore verti solet conscientiae damnationem, & ab intus ineuitabilem redargutio- nem manifestò afferit. Cur enim aliunde quaerebas auxilium, figuramque tibi, ac pra- textum defensionis arte parabas, si conscientiam non habebas intus acerbam voluntatis tuae accusatricem? quid autem per te non agis, quod aliunde capefcere studes? Quod si lex epistolaram ac subscribentis manus tum decepta non impediret, diligentius ac pluri- bus verbis ostenderem nostrum dolorem, quibusque ab illo rebus laesus sum.

XLII. EXPROBRAT BENEFICIA.

Sed quomodo claram professionem suam, quam inspectante Deo & Angelis, & omni- bus hominibus, Regibus, Principibus, subditis fiducialiter egit, valde non reueretur? nec Ecclesiae gloriationem, quam illa in omni tempore & commemoratione ferre poterat? ac ferat sanè, superna corroborante manu, perpetuoque gloriatur. Quomodo verò per se

XLIII.

& quidem solum decreuit aduersarium oblectare, casuque suo voluit communem & admirabilem Ecclesie claudicare statum? nouum enim quiddam ac inopinatum astutus & facinorosus serpens mundo ostendere glorianter conatus est. sed magis nouam rem magisque prater opinionem, diuinumque re vera opus, naturae nostrae plasmator ac opifex contra instituit. ille enim homines nefarios, qui que nullo numero sunt, sacerdotali pridem dignitate nudatos, & ab Ecclesiasticis coetibus, quas ob causas nec fas est nobis dicere, expulsos, bis mortuos, eradicatos iuxta^a Apostolicam de iis pronuntiationem, maculas ac momos, audaces, arrogantes: hos subintrans ac propriae nequitiae officinam statuens, per eos omnem euertere ac occupare Ecclesiam insolenter aggressus est.

^aInd.

XLIV.

At hic, nempe Christus, utpote qui facit mirabilia solus, & in tribulationibus dilatat inuocantes se, ac tum maxime ostendit prouidentiae suae ineffabilem sapientiam, cum vndique difficultas & grauitas circumuenit, aded ipsam conciliatam ac perfectam verumque in ipso fundatam ostendit, ut non solum parem ac respondentem malitiae suae improbus daemone plagam acciperet, sed etiam multo grauiora & molestiora ab eo exigerentur supplicia. Nonne enim maxima & insanabilis diabolo plaga est, quod in tanta procella, tamque magna perturbatione non paruus, non magnus, non parum insignis vrbis pontifex, non insignem celebritatem habentis, non sermone idiora, non vtrimque armatus, & cum vbertate mentis coniunctum habens linguae flumen, non in vita clarus, non in dogmatum subtilitate conspicuus, nemo denique vsquam cum tempore mutatus est, neque casuum vehementia cessit? omnes plane chororum pietatis secuti sunt? Quis auditione antiqua, nedum recenti spe hoc priusquam gereretur accepit? omni laqueo nequam daemone, omnibus insidiis & artificijs, & vi superiores extitere. Mihi vero haec iucundum est apud vos maxime commemorare, qui magna pars tanti miraculi fuistis. quandoquidem nihil iucundius commilitonibus, quamuis ceteroqui in doloribus sint, quam de his quae in bellis praecclare gesserunt, conferre sermones.

NEC VNVS QUIDEM EX SECTARIIS PHOTII AB EO ORDINATIS DELEGIT.

XLV.

Verum, sicut dicebam, aduersarius omnes deuorare ac suae versutiae facere materiam inflatus nitebatur ac fremebat: sanctus autem Ecclesiae coetus tantopere eius machinas & consilia subfannauit ac derisit, Christo capite suo Imperatore ac duce, ut exinde captiuos potius aliquos duxerint, & veritati conciliauerint, quam ut quisquam fuerit egregij sui ordinis defensor. Itaque si quis optionem diabolo dedisset, vtrum vellet talia inuenire vasa qualia nunc est nactus, quae possent vniuersam eius efficientiam capere, deinde Ecclesiam tam fortiter cum eo stabiliterque pugnantem opponi, haec ut vasa figuli cum ipso opifice confringentem, an horum neutrum experiri: multo maluisset talia vasa feliciter reperire, & ex iis laetitiam somniare, neque Ecclesiam videre adeo robustam ac vigentem, & in media eius viscera opportunum aded acerbumque vulnus inferentem, praeclearumque statuentem de omni eius potentia trophaeum.

VSURPAT Nomen DIABOLI LOCO CHRISTI ET CHRISTI LOCO DIABOLI.

XLVI.

Quod quidem, si nihil aliud, oportebat eum qui nunc (nec enim scio, quomodo cum minore molestia dicam) nimium commotus est reuereri, nec victoriae coronas modo non conari e propria non detrudere fronte. Quid enim? licet non egit, quae meditata est, at fecit dubitatione sua, ut flos gratiae marcesceret. at meditatio quidem mentem arguit, diuina vero gratia, quam de nobis prouidentiam habet, etiam nunc ostendit, consilium ad rem peruenire non sinens.

NVTANTEM ADMONET.

XLVII.

Verum posthac huiusmodi, o fili, ne vel mediteris. Iam enim, iam reprehensiones omittam, quibus viscera mea vsque adhuc iugiter percutiens ac vulnerans cum angore turbabam. quamquam enim necessaria medicamenta sunt, & sectiones, laborum tamen & dolorum compassio medicinae leges & disciplinae, correctionesque vincit. Quare compatiendi tyrannida iam non ferens, illis omnibus praetermissis, ac ut praesenti circumfusus: Fili mi casti partus, membrum meum? Quoniam reuocor? Cur haec refrico? cur rem studeo instaurare? Vbi mihi de te gloriatio? vbi spes meae, vel potius cum spebus facta ipsa? Vides tristitiam hanc & moerorem, siue etiam lacrymas? cura tui horum causa est, & labores propter te suscepti, ipsa viscera tangit dolor, ipsam vitam. Et vero si vita mea tibi cura est (nondum autem mihi ratio vlla persuadet, non esse curae) nihil tale, nec simile amplius in consilium tibi veniat, neque in meditationem: Beatus enim vir qui in consilio quidem eorum non abiit, nec quod deteriores alij sint, nobis multum tribuimus, sed si quibus inferiores esse arguamur, erubescimus; quandoquidem egregius miles, non cum deserti ordinis damnatus non est, nec quod in fugitiuis non numeratur, clarus videtur & con-

EXHORTATIO AD LABANTEM DISCIPULUM.

& conspicuus; sed quando commilitonibus superiorem se in praelis praebuerit, ac hostes vicerit, tum dignus est, qui coronas accipiat. Etiam obsecro & obtestor, ostende finem principio dignum, dignum praeteritis certaminibus. O quantorum est gemituum & lacrymarum, in mari, mediusque ventis ac tempestate secundum cursum tenere? ad ipsum vero portum demergi? & proelio vincere hostes, deinde ipsis cedere trophae? in stadio certamen cum laude perferre, tum ad coronas emolliri?

Vos certe, o virtutis amatores, & pietatis praecones, & defensores veritatis, ut in ceteris omnibus, ita praesentis decoris nactus eram solatium, non tantum quod soleat doler, cum amicis aperitur, diffundi quodammodo sermonibus, ac veluti euaporari, sed magis propterea quod magnas spes habeam, vestris sapientibus & egregijs hortationibus corroboratum in hominem; penitusque serpentis repulso susurro, consilia ulterius audireturum non esse quae rectam rationem oppugnant, & ad dubitationem inclinant, quae causa sit cadendi; verum ad priorem rediturum integritatem, & inconcussam ac stabilem in firma & solida confessionis petra conseruatum iri. sed haec haecenus.

Si qua vero consolatio in Christo (cum sancto Paulo vobis, ac per vos omnibus acclamamus) si quod solatium charitatis, si qua societas spiritus, si qua viscera miserationis: implete gaudium meum, ut quemadmodum vsque adhuc, sic semper idem sentiat, in vno spiritu & vnanimes collaborantes veritatis praedicationi, ut in nullo aduersariis. Quae illis est causa perditionis, vobis autem salutis, & hoc a Deo, quia vobis donatum est pro Christo, non solum ut in eum credatis, sed etiam ut pro illo patiamini. Atque haec scribo, non quod sermonibus meis vobis opus sit, sed cupiens communicare vobiscum vbi quidem tempus postulat, ipsis factis & laboribus, sed praeterea & verbis.

Vos enim (ut cum Theologo dicam Ioanne) vnctionem habetis a sancto Spiritu, & vnctio quam accepistis, in vobis manet, & non necesse habetis, ut aliquis doceat vos. sed sicut eadem vnctio docet nos, & sicut docuit vos, manete in eo. ut cum apparuerit Filius Dei, habeamus fiduciam, & non confundamur ab eo in aduentu eius.

Pacis autem largitor & Rex, vix nostrae causa, qui que eam continet, cuius insolubilibus dilectionis vinculis vna deuincti sumus, primus & magnus Pontifex, qui e non populo populum suum nos proprio sanguine fecit, nec simpliciter populum, sed etiam dilectum, & gentem sanctam, & regale sacerdotium, qui que fecit filios & coheredes, apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio: ipse vsque ad finem inculpabiles vos custodiat, coniungens in vinculo pacis & charitatis, stabiliens in firmo ac immoto pietatis sensu, vnam & eandem meditationem habentes, vnum dicentes & spectantes, in omnibus ad brauium tendentes supernae vocationis, vbi primogenitorum Ecclesia, vbi chori Martyrum, vbi Patriarcharum tabernacula, in quibus non est mendacium quod veritati anteponatur, non contentio, non tyrannis; in quibus alta tranquillitas & pulchritudo veritatis immensa, quae nulla arte obtegatur, in quibus pax omnis & concordia & beatorum illorum spectaculorum visio & participatio & fruitio, pro qua praesentes persecutiones & captiuitates, propter quam mille incommoda & quotidianas mortes cum gratiarum actione, laetique perferimus. Pro Regibus autem orare, Paulus quidem praecipit, ac Petrus discipulorum vertex, sed & ante hos ipse communis Dominus minus ex mirabili & inopinato thesauro censum soluens Caesari, opere & verbo priuilegia tribuere edocuit: idcirco in mysticis nostris sacrificijs preces pro Regibus offerimus: quas sane & pro Christum amantibus Regibus nostris offerre iustum est, & Deo gratum ac acceptum, & nobis conuenientissimum.] hic finis epistolae Photij ad suos Episcopos ipsi insolubili foedere iunctos.

Ita plane sua incredibili effecit arte, ac diligentia operatus est, ut suos omnes sedibus spoliatos, innumeraque, alia mala passos continerit in officio ipse licet exul & in carcere constitutus, plurimis miseris pressus. quod magna admiratione dignum fuit, cum numquam id alicui acciderit haeresarchae, vel schismaticum auctori, qui omnes Orientis Episcopi, centum exceptis, ordinatis illis siue a Methodio, siue ab Ignatio, nec amore sedium in gratia Imperatorum id expetentium recesserint a seductore, nec victi potentia veritatis per Concilium etiam Oecumenicum demonstratae, redierint ad Catholicam vnitatem, relicto eo atque penitus expulso homine, quo nullus sane inueniri deterior alius posset, pluribus ac manifestioribus criminibus inuolutus. tanta erat illi vis in dicendo atque ad decipiendum fallaciae. Sunt & aliae plures ad haec spectantes eius epistolae, ut illa ad Zachariam & Chal-

Chalcedonenfem Epifcopum, qui in Octava Synodo pro Photio fterit, cuius eft exordium : Si meum ignoro Zachariam, mei ipfius fum oblitus, &c.] quam hic reddere prætermitto, ne faftidio fim Lectori, fed vnam breuem hic recitabo, qua oftenditur quo in Occidentales omnes ipfe flagraret odio, quæ ad Marcum Siculum ita fcripta legitur:

LII. PHOTII ODIUM ADVERSUS OCCIDENTALES OMNES.

Homines in Occidente degentes, cum vbique terrarum impietas polleret, omniaque occuparet, Saturnum & Venerem & Proferpinam folos dixiffe deos, hiftoriis eft traditum. Nec verò laborum tolerantem Herculem, nec Vulcanum arte inclutum, nec facundum Mercurium, vel alium quemque eorum, quos fabulæ vtillum & bonarum rerum præfides & inspectores pofuerunt, vel diuino honore affectiffe, vel accepiffe, vel aram iuftitiæ ftatuiiffe, vel temperantiæ, aut vllius virtutis, quam in his oris humanum genus vt gentilem celebrabat, & venerabatur fuperftitione imbutum : quia foli voluptati & ventri & rebus venereis femper illi homines dediti fuere. Nam & eos quos colebant factis conciliabant, coeuntes inter fe & complectentes, & cibos & delicias & voluptates varias comperantes, quæ sibi illinc, ratione fua affluebant. Nihil igitur mirum, fi tu quoque ab Occidente genus trahens, nihil temperantiæ affine potes aut dicere, aut facere. Magno enim ftudio & laboribus, & meditatione quæ à confuetudine & patria funt, vix tandem mutari folent.] hæc ad Marcum, quibus ficut sibi medullitus inftitum odium in Occidentales patefecit, ita mendaciis pluribus quam verbis contextam epiftolam quilibet gentilium hiftoriarum peritus coarguet, qui que aduerfus Gentes Patrum antiquorum apologias tum Græcorum tum Latinorum percurrerit. fed in puerilibus his non immorandum. De Photio hætenus, non conueniendus à nobis, nifi poft mortem Ignatij, vbi magno totius Catholice Ecclefie damno, in thronum quo eft fæpè priuatus, rurfum euehitur.

LIII. Ludouicus Imperator in Vigilia Pentecoftes Romam apud fanctum Petrum venit, & poft die coronatus ab Hadriano Papa poft celebrata Miffarum folemnia, vnà cum eo ad Lateranenfem Palatium cum pompa equitando, coronatus perrexit. Et exercitu collecto, Roma iterum in partes Beneuentanas perrexit.] hæc ipfe. Sed quid (dices) coronatio ifta Imperatoris, qui iam antea coronatus fuerat? non ob aliam caufam, nifi quod ifta coronatione declarabatur Rex Francorum, legitimus Lotharij Regis eius germani defuncti fucceffor, cuius Regni (vt vidimus) Hincmarus vnà cum Epifcopis Metenfis Synodi Carolum feniore Caluum cognomento Regem coronauerat.

LIV. Postquam autem Ludouicus Imperator Romæ Regni coronam accepit, & inde recedens, iterum in partes Beneuentanas perrexit, vnà cum ipfo profecta eft Engelberga Augusta, quæ plusquam mulier sibi arrogans, exercitui fuit exola : cumque cepiffet Barim ciuitatem, quam vt ait Leo Oftienfis, annis quatuor obfidione conftinxerat, Bafileus Imperator ad eum Ioannem Patricium Legatum mifit cum litteris increpatoriis quod nomen vfurparet Imperatoris.

LV. Iam enim ante annum è litteris Hadriani Põtificis per Legatos allatis Constantinopolim, nomen Imperatoris Ludouico impertitum abradi iufferat idem Bafileus Imperator, reclamantibus Apoftolice Sedis Legatis: ex quo tempore eiusdem nominis caufa conflatum eft Bafileij odium cum inuidia aduerfus Ludouicum Occidentalis orbis Imperatorem, adeò vt ad ipfum ea de caufa præfentem miferit legationem, qua ipfum exhortatus eft, vt abftineret à nomine Bafilei, eodem argumento dans ad eum litteras.

LVI. Quibus acceptis, Ludouicus ad eundem Bafileum Aurprandum Legatum decernit, cui ad eundem Imperatorem grauem fati acremque dedit epiftolam apologeticam : quam optatam, Dei beneficio, contigit reperiri in fcripto codice hiftoriæ Longobardorum Beneuentanorum Principum ab Eremperio confcriptæ, quem dono accepimus à viro erudito Antonio de Aquino Epifcopo Sarnenfi. Contigit autem poftea eundem reperiri auctorem in Columnenfi Bibliotheca numero 70. ex quo correximus nonnulla quæ in eo deprauata inuenimus. In gratiam igitur ftudioforum antiquitatis hic eam ipfam integram reddere dignum putauimus, cum præfertim pleraque contineat, quæ defcriptis ab aliis temporis huius rebus gefsis lucem afferre poffint, & ab illis prætermiffa palam facere. grato igitur auidoque animo accipienda funt, quæ nunc in lucem emergunt iamdiu obliuione fepulta monumenta Imperatorum, licet, vt affolet, nonnihil temporis edacitate corrofa.

LVII. In nomine Domini noftri I E S V Christi Dei æterni, Ludouicus diuina ordinante prou-

A prouidentia Imperator Auguftus Romanorum, dilectiffimo fpirituali que fratri noftro Bafileo gloriofiffimo ac piiffimo æque Imperatori nouæ Romæ.

Probabile quidem & laudabile conftat, aliquem fratrem fratris monitis, quafi quibusdam ftatibus ad ignem charitatis accendi: probabilis autem eft, fic ipfius vltionæ voluntatis ad hoc motibus inflammari; fed probabiliffimum eft, quandocumque viam quemquam virtutis arripere, & magis magisque miris fuccelfibus in fublime proficere. Nam ille femper miles à duce magis diligitur, qui poft veniens, hoftium vires fortiter premit, quàm is qui maturius quidem accelfit, fed forte aut nihil aut certè modicum gefcit. Secundum quam regulam diuinitus ftabilitum Imperium noftium, ex die qua cœpit erga fraternitatem tuam dilectionis radicem in corde fuo plantare, multiplices fructus exhibere non defiftit, non minùs quæ veftia tamquam quæ noftia funt, procurans, & vendicans. Quamuis quæ circa Miffos noftros in caufa familiaritatis & benignitatis te gloriaris egiffe: nos prius erga Ioannem famofofiffimum Patricium gefiffe patefcit, quem reuerà non ficut amicum, vel quemadmodum fratris, id eft, Imperij tui hominem, fed quali confanguineum noftium, & tamquam excellentiæ tuæ fobolem tractauimus & dileximus: nec hunc penes nos pofitum aut tarditas vnquam temporis, aut intima locorum à penetrabilibus noftris fecere extorem.

Ceterum fpiritualemente fraternitatem tuam miramur, tot fermonum ambages contentiofius aduerfus Apoftolum prætendentem, qui dicit: ^a Si quis vult contentiofius effe: ^{a1. Cor. 11.} nos talem confuetudinem non habemus, neque Ecclefia Dei, cum Imperij dignitas apud Deum non in vocabuli voce, fed in culmine pietatis gloriofa confiftat; nec nobis quid appellatu mirandum, fed quid fumus, prouidendum. Verum quia de Imperatorio nomine multa nobis fcripti: cogimur & nos quoque ad fcripta tua quædam reſcribere, ne fi vſquequaque ſuper hoc filuerimus, non vt contentionem vitantes, fed quali ratione conuicti, filuiſſe ab infipientibus videamur.

Indicat itaque dilectio tua, ſe maledictum legis pauſcere, & idcirco terminos æternos tranſſerre, & veterum Imperatorum formas commutare, ac præter canonica & paterna præcepta cõuerſari, reuatur & recuſet. Et tamen qui ſunt illi, vel vbi, aut vnde fuerunt prolati termini æterni, vel veteres formæ, aut illa canonica & paterna præcepta, minùs apertè declarat: niſi forte ſuper Imperatoris nomen velit hæc cuncta ſentiri. Verum apud nos multa læta ſunt, multa quidem indefeſe leguntur; numquam tamen inuenimus terminos pofitos, aut formas, aut præcepta prolata, neminem appellandum Baſilea, niſi eum, quem in vrbe Conſtantinopoli Imperij tenere gubernacula contigiffet, cum gentium ſingularum monumentis interim poſtpoſitis, ſacræ nobis affluenter hiftoriæ monſtrent, plurimos fuiſſe Baſileos nuncupatos, & non ſolum electos quoſque, quales fuere Melchifedech & Dauid, verumetiam reprobos, quales primores Aſſyriorum, Aegyptiorum, Moabitarum, & ceterarum nationum, quas enumerare longum eſt, extiſſe probantur.

Ergo cum ita ſit, fruſtrà cauſandum ducit prudentia tua, alios præter ſe Baſileos appellandos, niſi forte radendos ducat totius codices mundi, in quibus pænè cunctarum gentium Principes à priſcis temporibus & deinceps Baſilei inueniuntur ſcripti. Et certè, vt de Latinis codicibus interim taceamus, ſi Græcos, & nouiter editos reuoluas codices, inuenies proculdubio plurimos tali nomine vocitatos, & non ſolum Græcorum, ſed & Perſarum, Epirotarum, Indorum, Bithynienſium, Parthorum, Armeniorum, Sarracenorum, Aethiopum, Vuandalorum, & Gothorum, & aliarum gentium Prælatos Baſileorum appellatione veneratos. Intuere igitur, frater, & confidera, quod multi fuerunt, qui Baſilei diuerſis temporibus, & in diuerſis locis & nationibus nuncupati ſunt, vel hætenus nuncupentur: & noli vel nobis, quod dicimur, inuidere, vel tibi ſingulariter uſurpare, quod non ſolum nobiſcum, ſed & cum pluribus Præpoſitis aliarum gentium poſſides. Graue namque vitium eſt ſingularis dignitatis ſtaſtigium, quod qui in principio ambierit, quid ei, ambiendo talia contigerit, commemorare nolumus, ne fraternitas tua, commemoratum ad iniuriam ſuam exiſtimet.

Dicis autem, quod quatuor Patriarchales ſedes, vnum Imperium inter ſacra myſteria memorari, à Deiferis Apoſtolis vſque nunc traditum habeant; moxque horraris, vt perſuadeamus eis, quod nos Imperatorem appellent. quod tamen nec ratio dicat, nec eſt opus. Primò quidem quia nobis non congruit, alios quomodo nos vocent, inſtruire; deinde verò, quia nobis etiam minime ſuadentibus, tam Patriarcha ſingulos, quam

EPIST. APOLOGETICA LVDOVICI IMP. AD BASILIUM IMP.

LVIII. Si quis vult contentiofius eſſe: ^{a1. Cor. 11.}

LIX. DE NOMINE IMPERATORIS VSURPATO QVERELA BASILII.

LX. NON PASSVS EST BASILIVS ALIOS PRAETER SE DICIBASILEOS.

LXI. DE PATRIARCHIS ASSERTIO BASILII REFELLITVR.

IVRE DICITUR
IMP. QVI EST
CORONATUS A PA-
PA.

quàm ceteros homines qui sub cælo sunt, excepta fraternitate tua, tam honoratos quam-
que priuatos, tali nos nominis appellare cognomine, quoties eorum accepimus epistolas
& litteras inuenimus. Præsertim cum & ipsi patrii nostri gloriosi Reges absque inuidia
Imperatorem nos vocitent, & Imperatorem esse proculdubio farentur, non profectò
ad ætatem, qua nobis maiores sunt, attendentes, sed ad vnctionem & sacrationem, qua
per summi Pontificis manus impositionem diuinitus sumus ad hoc culmen prouecti, &
ad Romani principatus Imperium, quo superno nutu potimur, aspicientes. Porro si vnum
Imperium Patriarchæ inter sacrosancta sacrificia memorant, laudandi sunt, non vtique
inconuenienter agentes. Vnum est enim Imperium Patris & Filij & Spiritus sancti, cuius
pars est Ecclesia constituta in terris, quam tamen Deus nec per te solum, nec per me
tantum gubernari disposuit, nisi quia tanta sumus ad inuicem charitate connexi, vt non
iam diuisi, sed vnum existere videamur.

LXII. Non autem credimus, sanctissimos Patriarchas sic tui mentionem facere, vt alio-
rum quoque Principum (vt omitramus nostram) mentionem prætereant, cum pro hu-
iusmodi etiam ^a Apostolus orare iusserit, cum persequerentur Ecclesiam, vt securam &
tranquillam vitam agerent cum omni pietate, præsertim cum eos etiam pro impiis ora-
re non diffidamus sub quorum ditione consistunt, sicut Iudææ quoque populus in Baby-
loniam ductus, pro Rege Babylonæ per Ieremiam ^b iubetur orare; nam in illorum pace
etiam populi constituit pacem.

LXIII. Illud autem mirari meritò possumus, quòd sublimitas tua ad nouam & recentiore
appellationem aspirare nos aurtum: cum quantum ad lineam generis pertinet, non sit
nouum vel recens, quod iam ab auo nostro non vsurpante, vt perhibes, sed Dei nutu,
& Ecclesiæ iudicio, summiq; Pontificis per impositionem & vnctionem manus ob-
tinuit, sicut in codicibus tuis inuenire facile poteris. Verum quid mirum, si nouum
sit, cum omne vetus à nouo principium habeat, & non nouum à veteri. Et certè cum
primi Romani Principes imperare cœperunt, nouum fuit, sed de die in diem deuenit
in vetustatem. Non ergo quæcumque nouitas in culpa est, scilicet irreprehensibilis noui-
tas. Vnde & Apostolus cum dilecto filio scriberet, non ait: ^c Vocum nouitates deu-
ita; sed, Profanas vocum nouitates deuita. Sanè antiquam esse Imperij nostri dignitatem,
nullus ambigit, qui vel nos successores antiquorum Imperatorum esse non nescit, vel
diuinæ pietatis diuitias non ignorat: nam quid mirum si in fine temporis palam exhibuit,
quod ante tempora in abdito consilio suo prædestinauit?

LXIV. Sed nec hoc admiratione caret, quod asseris, Principem Arabum Protosymbolum
dici, cum in voluminibus nostris nihil tale reperitur, & vestri codices modò Architon,
modò Regem, vel alio quolibet vocabulo nuncupent. Verum nos omnibus litteris Scri-
pturas sanctas præferimus, quæ per ^d Dauid non Protosymbolum sed Reges Arabum &
Saba perspicue consentunt. Chaganum verò non Prælatum Auarum, non Cazarorum,
aut Northmannorum nuncupari reperimus, neque Principem Bulgarum, sed Regem vel
dominum Bulgarum: quæ omnia idcirco dicimus, vt quàm aliter se habeant quæ scri-
psisti, legens in Græcis voluminibus, ipse cognoscas. quos nimirum suis cognominibus
acquiescere perhibes, nec tamen propria ipsorum cognomina recolis. Verum idcirco ab
iis & ab omnibus Basilei debitum vocabulum adimis, vt hoc tibi soli non tam propriè
quàm violenter inflectas.

LXV. Illud autem ridere libuit, quod de Imperatoris nomine dixisti, neque paternum esse,
neque genti conuenire. Quomodo enim paternum non est, quod iam in auo nostro
paternum fuit? Quomodo autem genti non conuenit, cum sciamus (vt de ceteris bre-
uitatis causa taceamus) ex Hispanorum, Isaurorum, & Cazarorum gente Imperatores
Romanos effectos? Neque enim veraciter asseuerabis nationes has gente Francorum
aut religione aut virtutibus clariore, & tamen admittere non renuis Imperatores, &
eos prædicare non despicias. Porro de eo quod dicis, non in tota nos Francia imperare:
accipe frater breue responsum. In tota nempe imperamus Francia, quia nos proculdu-
bid retinemus, quod illi retinent, cum quibus vna caro & sanguis sumus, & vnus per
Dominum spiritus.

LXVI. Prætereà mirari se dilecta fraternitas tua significat, quòd non Francorum sed Roma-
norum Imperator appellemur. Sed scire te conuenit, quia nisi Romanorum Imperator
essemus, vtique nec Francorum. A Romanis enim hoc nomen & dignitatem assumpsi-
mus,

A mus, apud quos profectò primò tantæ culmen sublimitatis & appellationis effulsit, quo-
rumque gentem & Urbem diuinitus gubernandam, & Matrem omnium Ecclesiarum
Dei defendendam atque sublimandam suscepimus, ex qua & regnandi prius, & post-
modum imperandi auctoritatem profapia nostræ seminarium sumpit. Nam Francorum
Principes, primò Reges, deinde verò Imperatores dicti sunt, ij dumtaxat qui à Romano
Pontifice ad hoc oleo sancto perfusi sunt, in qua etiam Carolus Magnus abauus noster
vnctione eiusmodi per summum Pontificem delibutus, primus ex gente & genealogia
nostra, pietate in eo abundante, & Imperator dictus, & christus Domini factus est. præ-
sertim cum tales sæpe ad Imperium sunt adsciti, qui nulla diuina operatione per Ponti-
ficum ministerium, propositi solum à Senatu & populo, nihil horum curantibus, Impera-
toria dignitate potiti sunt; nonnulli verò nec sic, sed tantum à militibus sunt clamati,
& in Imperio stabiliti sunt, ita vt etiam eorum quidam à feminis, quidam autem aut
hoc aut alio modo ad Imperij Romani sceptrum promoti sunt.

Porro si calumniari Romanum Pontificem, quòd gesserit: calumniari poteris & Sa-
muel, quòd spreto Saule, quem ipse vnixerat, Dauid in Regem vn gere non renuerit. Verù
super hoc si est qui summo Pontifici saltem vnum faciat ^e mutuum: congruo profectò
illius non carebit responso. Sed interim si paginas reuoluas Græcorum Annalium, vtique
discriminatos ab alienis, per quos nequaquam defensis: & si quæ à vestratibus Pontifices
Romani pertulerunt, perscruteris, profectò inuenies vnde illos iuste non valeas redar-
tuere. Verum hæc illi, quæ extrinsecus agebantur facile paruipenderunt, nisi & intrinse-
cus quæ per diuersas hæreses perimere conantium molimina deprehenderunt. Vnde me-
ritò apostatis desertis (quæ enim ^f communicatio Christi cum Belial?) adhæserunt genti
adhærenti Deo, & ipsius Regni fructus facienti: quoniam non est personarum acceptor
Deus, sed (vt eximus Apostolorum ^g innuit) in omni gente qui timet Deum, acceptus
est illi. Ergo cum ita sit, cur non sagis reprehendere, quoniam ex Francis oriundi Ro-
mani moderamur habenas Imperij, cum in omni gente qui timet Dominum, acceptus
est illi? Et certè Theodosius maior & filij Arcadius & Honorius, & Theodosius minor
Arcadij filius ex Hispanis ad Imperij Romani culmen assumpti sunt, & non inuenimus
quòd aliqui clamauerint, vel reprehenderit Theodosium, quòd non Romanus sed Hi-
spanus existeret, vel restiterint vel prohibuerint filios eius in locum patris & honores suc-
cedere, quemadmodum (vt cum tua pace dicamus) nunc tua conari videtur diligenda
fraternitas & sustinenda dilectio, quasi gens Francorum non pertineat ad hereditatem,
de qua Pater ad Filium loquitur: ^h Postula (inquiens) à me, & dabo tibi gentes heredita-
tem tuam, &c. & alibi: ⁱ Glorificantes me glorificabo. & alia innumerabilia.

D Ergo frater charissime, desine in hoc contentiosus agere, desine adulatoribus quibus-
cumque aures tuæ puritatis inflectere. Denique gens Francorum iustos & secundissimos
Domino attulit fructus, non solum citò credendo, verum etiã nonnullos alios salutare
conuertendo. Verum vobis à Domino iure prædictum est: ^k Auferetur à vobis Regnum,
& dabitur genti facienti fructus eius. Sicut ergo potuit Deus de lapidibus suscitare filios
Abrahæ: ita potuit de Francorum duritia Romani suscitare successores Imperij. & sicut,
si Christi sumus, secundum ^l Apostolum, Abrahæ semen existimus: ita si sumus Christi,
omnia possumus per gratiam ipsius, quæ possunt illi, qui euidenter existunt Christi. Et
sicut nos per Fidem Christi Abrahæ semen existimus, & Iudæi per perfidiam Abrahæ
filij esse desierunt: ita quoque nos propter bonam opinionem, id est orthodoxiam, regi-
men Imperij Romani suscepimus, Græci verò propter cacodoxiam, videlicet, ma-
lam opinionem, Romanorum Imperatores existere cessauerunt. deserentes scilicet
non solum urbem & sedem Imperij, sed & gentem Romanam, & ipsam quoque lin-
guam penitus amittentes, atque ad aliam urbem, sedem, gentem, & linguam per om-
nia transmigrantes.

E Sed ne, frater desiderabilis, tristitiã cor tuum repleat, audi sequentia: ^m Quia non re-
pulis Deus plebem suam quam præsciuit. Dic ergo, numquid sic offenderunt, vt cade-
rent? Absit. sed illorum delictum honor noster, & diminutio ipsorum plenitudo nostra
effecta est. Cum enim fracti sunt rami, nos inserti sumus in illis, cum oleastri quidem
amodò fuissimus, & socij radicem & pinguedinum oliuæ sumus effecti. Dicimus ergo:
Fracti sunt rami, vt nos inseramur. & bene. Non enim nisi propter credulitatem non re-
ctam fracti sunt. nos autem Fide stamus. Qui habet aures audiendi, audiat.

LEGITIME
DICI. IMP.
ROM. FRAN-
COS ET MV-
NVS EO.
RVM.

LXVII.

IVS CON-
STITVENDI
IMP. A ROM.
PONT. LEGI-
TIME VEN-
DICATVM.

2. Cor. 6.

Act. 10.

ep. 2.

1. Reg. 2.

LXVIII.

OB HÆRE-
SEM ABRA-
TVM IMPE-
RIVM.

Math. 21

Gal. 3.

SVBLATO

PERFIDO

IVRE SVB-

ROGATVS

FIDELIS.

LXIX.

Rom. 11.

LXX. VOLVISSET BASILIVS VT AB IPSO TITVLVM IMP. LVDOVICVS ACCIPERET.

Sed dicis: Quod esset tempus secundum quod fraternitati nostrae promiseris, quando & hac potiremur appellatione, si Deus ad sine ea quae consiliati sumus, perducere voluisset: Equidem de consilio quod asseris, quae diximus, haec ipsa & nunc dicimus: non enim est in nobis, Est, & Non, & a verbo nostro neque ad dexteram, neque ad sinistram diuertimus, sed in ipso immoti persistimus: appellationem autem illam sicut haecenus nec nos nec patres nostri per carnem & sanguinem possedisse dignoscimus, ita quoque de cetero non immerito possidere contendimus. Per patres etenim nos, non per filios consueuimus honorari, & apud nos gloria non a filiis ad patrem, sed a patribus in filios deriuatur. Quod enim nos a Patre luminum, a quo omne datum optimum, & omne donum perfectum sumpimus: neque a filio, neque per hominem aut ab hominibus accipere volumus.

LXXI. *Riga pro Rege Riga pro Rege vsurpatum a Basilio.

Postremo scito, quia qui Riga quemque appellat, quid dicat, nec ipse nouit. Si quidem etiam si linguis omnibus, more Apostolorum, immo Angelorum loquaris; cuius linguae sit, Riga, vel cui dignitati sonus ille barbarus congruit, quod Rex dicitur, interpretari non poteris. Nihil enim fore ad idioma propriae linguae tractum, Riga, Regem significare monstraueris. Quod si ita est, quia non iam barbarum sed Latinum est: oportet ut cum ad manus vestras peruenerit, in linguam vestram fidei translatione vertatur. quod si factum fuerit, quid aliud nisi hoc nomine Basileus interpretabitur? quod non solum veteris, sed & noui Testamenti omnes interpretes attestantur. Vnde si in alienis personis hoc detestatis vocabulum: stude ex omnibus tam Latinis libris quam Graecis, siue Regis, siue βασιλιος nomen eradere.

LXXII. DE PEN-DENS VIR TVTEM FRANCO-RVM SVGGILLATIGNAVIAM GRAECORVM.

His igitur super hoc ita praelibatis, obstupescimus in iis quae serenitas tua prosequitur, dicens, suis, id est Graecis, Barim ex parte sua debellantibus, & elidere decertantibus, nostros, vel solum intuitus, vel prandis dissolutos nullum auxilium praestitisse: hancque ideò ciuitatem minimè capi potuisse, cum nostri siue intuendo tantum, siue prandendo, siue aliud quid agendo, Barim tamen, licet perpauci, & finetenus impugnasse, & ope diuina cepisse noscantur. Vestri autem sicut bruchi multitudinem apparentes, & sicut locustae primum imperum dantes, eo ipso quo conatum suum in prima fronte monstraerunt, pusillanimitate superati, protinus infirmati sunt, & more locustarum repente quidem salierunt, sed confestim fatigati, quasi a nisibus volandi deciderunt, ac per hoc neque intuendo, neque prandendo, neque bellando, quibuslibet insignibus triumphis monstratis, motu subitaneo & clandestino recesserunt, & inefficaces, nonnulli è contrà, Christianis solummodò captiuatis, ad propria repedarunt. Ergo, frater, noli de cetero Francos ridere, quia etiam inter mortis vicina student & prandia & omnia charitatis indicia proximis exhibere, & tamen a proposito non lentescere: quoniam, secundum Apostolum, sciunt abundare & penuriam pati, & saturari & esurire. & (ut compendio dicamus) omnia possunt in eo, qui illos confortat.

LXXIII. DE PAUCITATE FRANCORVM EXVSAT.

De paucitate verò, quid miraris si pauci fuerunt, & tamen multa lucra detulerunt? Praeterea, qua de re pauci fuerunt nostri, pridem patefecimus dilectioni tuae. Sed quoniam nos super hoc pulsasti: denuò nostrum sume responsum. Cum enim diu demorante stolo fraternitatis tuae, & illius iam minimè praestolaremur aduentum, & in anno ipso de obsidione Bari nihil omnino fieri putaremus: omnes ad sua redire permiseramus, his solum retentis, quos ad prohibitionem recipiendorum alimentorum sufficere credebamus. & hoc est quod stolus insperatus apparens, nonnisi paucos nostros inuenerunt. Verumtamen isti pauci, & adhuc pauciores quibusdam horum diuerso languore grauatis, effecti, antequam Bari caperetur, tres Ammiredas, qui totam Calabriam depopulabantur, & numerosam multitudinem Sarracenorum prostrauerunt, & magnam vestra-ribus salutem diuino beneficio contulerunt. Quare non solum Calabritanorum Ismaelitaram ingens ex tunc facta est diminutio, sed & Barensum potentatu omnimodò dissoluta, ac per id ad capiendum facilis adinuentio, cuius facti trophaea vestros credimus tuo Imperio retulisse, & opera Dei quae taceri non debent, mirabiliter enarrasse.

LXXIV. DE NICETA PATRICIO QUI FOEDERATOS SPOLIAVIT.

Ceterum fraternitatis tuae dilectionem rogamus, nullam Nicetae Patricio molestiam irrogare, pro eo quod nostrum tam insolenter offenderit animum: nam licet aded proteruus & contumax in nostrum fuerit Imperium, ut Fidelium quoque nostrorum numerosa multitudo in eum seueriore mente commoueretur, nisi a nobis causa tui honoris pariter & amoris praeventa compesceretur: tamen malum pro malo retribuere non tulimus, nec debemus. Et idcirco deposcimus, si quid minarum super ipsum potestatis

A

statis tuae fortassis imminet, celeri benignitatis tuae manu pro nostro remoueatur amore. Non autem tales Apocrifarios Apostolicae Sedis esse, vel professio docet, vel eruditio dicitur, vel conuersatio antea demonstrat, quales illos scripta praedicant, quae nobis fraternitas tua direxit: electos enim & approbatos eos tam spiritualis Pater noster summus Pontifex, quam Ecclesia per diuturna tempora scientes, & Ecclesiasticae correctionis negotia strenue peragentes, ad preces sublimis a Deo seruandi Imperij tui, illos direxisse noscuntur. Vnde & decuerat excellentiam tuam ita munitos eos remittere, ut in nullos vel piratarum, vel aliorum prauorum incurfus inciderent. Graue namque contra te super hoc tam spiritualis Patris nostri Apostolici Papae, quam totius Ecclesiae Romanae murmur accenditur, eò quod illos a Sede Apostolica tam desiderabiliter experieris, sed tam improvida dispensatione remiseris.

LXXV. ISTE RE-DARGVIT BASIL. DE LEGATIS MISSIS NON CVSTODITIS.

B

Et Nicetae quidem Patricius, Hadriatici freti seruator, cum classibus destinatus, accepta quasi per huiusmodi rem occasione, multas praedas ab ipsis Sclauinis abstulit, & quibusdam castris direptis, eorum homines captiuos abduxit, nec tamen quae praefati venerabiles Apocrifarij perdiderunt, haecenus restituta sunt. Sanè spiritalem tuam nolumus ignorare fraternitatem, super castra nostra destructa, tot populis Sclauoniae nostrae in captiuitate sine qualibet parcitate subtractis, supraquam dici potest animum nostrum commotum. Non enim congruè gestum est, ut iisdem Sclauinis nostris cum nauibus suis apud Barim in principatu communis utilitatis consistētibus, & nihil sibi aduersi aliunde imminere putantibus, tam impiè domus sua quaeque diriperentur; sibi que contingerent, quae si praenoscere, nequaquam profus incurterent. Quae de re desiderabilem dilectionem tuam hortamur & admonemus, ut mox id corrigere iubeat, & ipsos captiuos ad propria cum suis reduci praecipiat, si charitatis vinculum numquam inter nos fore cupiat dissoluendum. Nullus mortalium haecenus Imperium vestrum talia commississe recolit, ac per hoc nisi correctionem iussio tua praueinat: iustae seueritatis nostrae proxima ultio proculdubio subsequetur; nec poterit remanere penitus impunitum, quod in contemptum nostrum tanta temeritate constat fuisse paratum.

LXXVI. IUSTA QUERELA LVDOVICI. DE SCLAVINIS DE PRAEDATIS A NICETA.

C

Nihilominus etiam te existimare scimus, obstupuisse nos talia de Missis nostris audientes, qualia tuae nobis dulcedinis litterae intimarunt, aded quippe illos inordinate significans ambulasse, ut semper euaginato gladio deportato, non solum iumenta sed & homines interficerent. Quae res si ita se habuit, mansuetudini nostrae valde displicet, & ut ad certitudinem perducatur, vehementer exoptat. Verum & ipsi diligenter a nobis inquisiti, tale quid egisse, modis omnibus negauerunt. Et quia non est qui illos in faciem arguat, non est profectò eis neque conuictis neque confessis iustae correctionis aliquid ingerendum. Verum nos illos nec ita educauimus, nec ita docuimus, ut ad talia, qualia perhibes, laberentur, & ided de illis quidquam eorum credere, non facile iudicamus. Ceterum indecorum sonuit, quod fraternitas tua perhibuit, dicens, non gladiis, sed dentibus nostros dilaniandos esse, nisi causa timoris tui minimè coercerentur, cum si non essent in Imperio tuo, nihil tale sibi praetenderent. Sed nec in Regno tuo positi, quidquam horum penitus formidarent, quin immò nec tanti numeri viros & adhuc alios totidem, Deo gratias, expauescerent.

LXXVII. QUERELA BASILII DE MIITIBVS LVDOVICI.

D

Postremo de Neapoli nobis in Christo fraternitas tua monuit, quasi miserimus populum nostrum ad incidendas arbores, & messes igne cremandas, & hanc ditioni nostrae subdendam. Cum licet ab olim nostra fuerit, & parentibus nostris piis Imperatoribus tributa persoluerit: verum nos ab eius ciuibus praeter solitas functiones nihil exegimus nisi salutem ipsorum, videlicet ut desererent contagia perfidorum, & plebem desisterent insequi Christianorum: nam infidelibus arma, & alimenta, & cetera subsidia tribuen-

LXXVIII. QUERELA LVDOVICI. DE NEAPOLITANIS PAVENTIBVS SARRACENIS.

E

tes, per totius Imperij nostri litora eos ducunt, & cum ipsis toties B. Petri Apostolorum principis fines furtim depradari conantur; ita ut facta videatur Neapolis Panormus, vel Africa sedes Sarracenorum. Cumque nostri quique Sarracenos insequuntur: ipsi ut possint euadere, Neapolim fugiunt. Quibus non est necessarium Panormum repetere, sed Neapolim fugientes, ibidemque quousque peruiderint latitantes, rursus improuisò ad certamina redeunt. Super quibus sepè illos montuimus, sed ex admonitione peiores effecti sunt, aded ut Episcopum proprium, quoniam eos ut vitarent consortia malignorum monitabat: ex vrbe proicerent, illustres, ac proceres ciuitatis compedibus obsignarent. Ergo si societatem non dissoluerint infidelium, (secundum Apostolum qui praecipit, dicens:

DE SATHA-NASIO EPISCOPO NEAP. EX-PVLSO.

2. Cor. 6. dicens: Nolite iugum ducere cum infidelibus) & Episcopum proprium & pastorem A non receperint: portionem eorum ponemus cum iis, quorum libenter amplexi sunt vno-

nem, & vna lance appendemus utrosque: quoniam non solum qui faciunt talia, sed qui consentiunt facientibus, dignos morte iudicat memoratus insignis^b Apostolus, praeterum cum vnanimiter arma contra Christianos ferant, & dimicent, & si quos Fidelium capere possunt, Sarracenorum manibus tradant, cum ipsis ad bella vno impetu procedentes.]

LXXXIX. Hæc omnia quæ iustissimè, sicut verissimè ab Imperatore Ludouico in Neapolitanam ciuitatem inferuntur, scias Lector, non culpa ciuium accidisse pietate præstantium, sed Sergij tyranni ipsis dominantis, cuius persecutione S. Athanasius eorum Episcopus ipsa pulsus est ciuitate. Porro hæc tibi certiora fient ex iis quæ anno sequenti dicentur, pergit Ludouicus:

LXXX. De cetero, frater charissime, noueris, cum virtute summi Opificis nostri exercitum B nostrum ordine prænotato, Bari triumphis nostris submissa, Sarracenos Tarenti pariter & Calabriae mox mirabiliter humiliasse, simul & comminuisse, ac hos celeriter, duce Deo, penitus contriturum, si à mari prohibiti fuerint escarum admittere copias, vel etiam classibus à Panormo vel Africa suscipere multitudines. Quapropter spiritualis fraternitas tua, quia per totum * nostrorum cunei populorum in vtrisque locis vix aut numquam studeat, necesse est sufficientem stolus destinare, qui illos ab accipiendis alimentis à mari coërceat; & si plurimas contigerit (sicut sæpè nuntiatur) pessimæ gentis aduenire cateruas: facilius illis resistere, diuino munitus brachio, valeat. Nam iste * Stratigus Georgius licet solerter inuigilet, & strenuè pro suo posse decerret, non tamen sufficit obuiare, si plures inimicorum naues ex parte qualibet apparerent, non videlicet nisi pauca profusus * Chelandia possidens. Et quia nonnulli Sarracenorum Panormi latrunculi cum sagenis, solatio & refugio iam memoratorum Neapolitanorum freti, per Tyrrhenum mare debacchantur: oportet vt ad hos capiendos, tuæ fraternitatis stolus sine dilatione mittatur. Isti sunt qui cum Calabritanis Sarracenis indefessa stipendia præbent, & iis qui Panormi sunt, auxilia quotidiana ministrant. Vnde si capiantur fagenæ, maxima ex parte Sarraceni, tam Panormi quàm Calabriae constringentur.

LXXXI. Nos enim Calabria, Deo auctore, expugnata, Siciliam disposuimus, secundum com- ne placitum, libertati restituere, quod tantum erit vtrumque facilius, quantum illi, diuina dextra captis nauib; & latrunculis, fuerint amplius & celerius infirmati. Nulla ergo tarditas, nulla mora, frater charissime, in mittendo Itolo proueniat, ne vel per escarum à mari receptorum abundantiam, vel per aduentantium Agarenarum classium numerositatem horum vires non infirmetur, sed roborentur: & sic roborentur, vt postea difficilius infirmetur, sed & frustra nostræ per siccam indefessè certamen arripient, si sic ipsi per æquora fuerint aliqua stipendia, vel copiosam multitudinem consecuti.

LXXXII. Postremò, misimus desiderabili fraternitati tuæ Autprandum fidelem & familiarem hominem nostrum, qui quædam quæ huic desunt epistolæ, viua voce tuo Deo tuendo Imperio referabit, qui à diligenda nobis in Christo fraternitate tua susceptus benignè, non, exceptis octo diebus, quæsumus vilo modo retardetur, sed celerius ad nos, quia ita conuenit, nulla impediende mora, Christo propitio, remittatur.] hucusque ex dicto codice epistola Ludouici ad Basilium Imp. cetera autem quæ hæc sunt secuta, suis locis inferius dicenda erunt.

LXXXIII. Hoc eodem anno celebrata Synodo Duziacensi in Gallia, ab ipsa missa est legatio ad Hadrianum Romanum Pontificem. Qui hac functus est legatione, fuit Actardus Romæ E ab Hadriano ordinatus Archiepiscopus Turonensis, antea Nannetensis; hæcque fuit secunda legatio ipsius: nam prima fuit, cum missus antea (vt vidimus) vltimo tempore Nicolai Papæ, & ipso defuncto iam inuento, est auditus ab Hadriano. Huius autem decernendæ legationis occasio ea præcessisse videtur, quòd Hincmarus Laudunensis Episcopus maiestatis accusatus, & aliorum criminum reus damnatus in Synodo, Sedem Apostolicam appellasset. Cum etiam Carolum Regem in se vehementer commo-

tum, vt placaret (vt ait^a Aimoinus) professionem emisit fidelitatis, atque obedientiam suo Metropolitano præstandam. de ipso enim hæc ait: Interea post de multis impetratus, præcipuè autem de insubiectione & inobedientia erga suum * Archiepiscopum Hincmarus Laudunensis Episcopus, vt se ab impetitis expediret, in Synodo Episcoporum decem prouinciarum libellum propria manu subscriptum porrexit, hæc continentem: Ego

^a Aim. lib. 5. cap. 24. in fi.

* Regem Carolum

CONCLIVM LVDOVICI BARECVPERANDA SICILIA.

DE LEGATO MISSO.

LEGATIO PER ACTARDVM SECVNDVM MISSA.

LXXX. DE MITTEN DA CLASSE AD IMPEDIENDOS SARRACENOS. * CORRUPTUS LOCUS

* Magister militum

* nauigij genus

A Ego Hincmarus Ecclesiæ Laudunensis Episcopus amodò & deinceps domino Seniori meo Carolo Regi sic fidelis & obediens secundum ministerium meum ero, sicut homo suo Seniori, & Episcopus, per rectum, suo Regi esse debet, ac priuilegio Hincmari Metropolitanæ Rhemorum Ecclesiæ, secundum sacros Canones & decreta Sedis Apostolicæ ex sacris Canonibus promulgata, præ scire & posse, me obediturum profiteor. & subscripsit.] hucusque Aimoinus. Facta sunt hæc in Synodo Duziacensi in Rhemeni prouincia congregata. Sed quoniam nec ista satis fuere ipsi, ne damnaretur ab Episcopis, hac de causa Sedem Apostolicam appellauit, quam ne adiret, tum Rex, tum Episcopi, à quibus damnatus fuerat, aliquamdiu impedimento fuere. Quæ cum Hadrianus audisset, cum Rege & Episcopis studiosè litteris egit, vt fineretur idem Hincmarus Romam se conferre, qua etiam pendente causa (vt dictum est) idem Rex Carolus Legatum Ro-

mam misit Actardum ad Hadrianum Pontificem. Porro hanc legationem reuerà esse diuersam à priori, ne quid dubites, illud certum reddit, quòd illa contigit anno Domini octingentesimo sexagesimo septimo: hæc autem hoc anno, vt ex eiusdem Hadriani litteris mox recitandis intelliges, quæ datæ habentur hoc anno, septimo Kalendas Ianuarij, Indictione quinta inchoata. & licet inuentæ sint magna ex parte decurtatæ, tamen satis proficua, dum temporis notam nobis conseruant integram, qua veritas innotescat. sic enim se habent:

Hadrianus Episcopus seruus seruorum Dei, reuerentissimis & sanctissimis confratribus nostris Archiepiscopis & Episcopis, qui apud Duziacensem Rhemeni prouinciæ Synodum conuenerunt.

Charitatis vestræ litteras per Actardum venerabilem Coepiscopum, & gloriosi Regis Karoli Legatum suscepimus. Ac quid de ea ad suggestionem & deprecationem nostram ageretur, non solum in eis, verum & per ipsum cognouimus. Egistis enim vt decebat, ostendentes in ipso veræ fraternitatis seruorem, & in nobis Ecclesiæ, cui licet indigni, Vicarij tamen dignissimi Principis Apostolorum præsidemus, debitum cum reuerentia & Apostolico semper desideratis consortio. Generalitatem vestram in Christo bene valere. Dat. VII. Kal. Ian. Indictione v.] hæc quod ad notam temporis spectat, satis.

Quod autem ad eiusdem epistolæ argumentum pertinet, ex sequentibus litteris, quas idem Pontifex scripsit ad Carolum Caluum, illud intelligemus: nam sic se habuit. Primum, quòd cum illis suis litteris non nihil exulcerasset Carolum Regem, eundem modò his lenire studeat; & qui vlcibus vini acrimoniam ad abstergendam putredinem adhibuisset, modò olei lenitate eadem palpando curaret, ne existimari posset odij atque inimicitiarum intuitu ea scripsisse in eum, quæ scripsit, sed potius paterno amore continere filium sub iustitiæ disciplina voluisse. Subiicit de ordinatione Legati, quem miserat, Actardi in Archiepiscopum Turonensem. Secretò deinde post obitum Ludouici Imperatoris ipsi pollicetur Imperium, atque demum agit de causa Hincmari Episcopi Laudunensis iam condemnati, & Sedem Apostolicam appellantis iustè prosequenda Romæ, quòd ipse venire debeat. sed audi ipsam ad Carolum epistolam Hadriani Pontificis:

Hadrianus Episcopus seruus seruorum Dei dilectissimo filio & gloriosissimo Karolo Regi coniugique salutem in Christo. Litteras vestræ nobilitatis per venerabilem filium & fratrem nostrum Actardum Episcopum suscepimus. In quibus multa reclamatoria, resultatoria, & tumultuosa perspeximus, aliter quàm optaueramus murmurantia. Regnum Dei nullus murmurans accipit, nec murmurare potuit accipiens. b Audiens enim sapiens sapientior erit, & intelligens gubernacula possidebit. Nos verò licet indigni, tamen sumus illius Vicarij, cui commisit Deus Ecclesiæ suam, dans ei potestatem ligandi atque soluendi. Et qualescumque simus, illius primi sessoris meritis, quamdiu merita eius in cælis non moriuntur, quòd operandum est in Ecclesiâ sibi commissâ, ab ipso repletur. & quidem quia quasi tumores & læsiones vestras palpitare sentimus, has oleo consolationis per mel dulcissimæ charitatis, & sanctæ dilectionis vnguentum fouere, lenire, & ad integritatis sanitatem perducere, medicamento, quo valemus, optamus.

Cum nouimus omne donum optimum, & omne datum perfectum de sursum esse descendens à Patre luminum, proculdubiò donum sapientiæ diligimus in te diuinitus collatum: prædicatur enim de te, longè lateque diffunditur, quòd sis sapiens & Domini timens. Scriptum est enim: d Principium sapientiæ timor Domini. Narratur etiam quòd

Ego

LXXXIV. IVRAMENTVM HINC-MARILAVD. EPISCOPI.

LXXXV. DVAE LEGATIONES ACTARDI EPISCOPI.

LXXXVI. EPIST. AD EPISCO. SYNODI DVZIACENSIS.

† In v. C. abscissum est folium.

LXXXVII.

ARGVMENTVM EPIST. AD DVZIACEN. SYN. EPISCO. MIS. SAE.

LXXXVIII.

CORRIPIT MVRMVRANTEM REGEM.

^b Prou. 1.

^c Isai. 1.

LXXXIX. VIRIVTES CAROLI RECENSET. d Eccli. 1.

sis

^a *Sup. 1.* **A** ^a Diligite iustitiam qui iudicatis terram. Annuntiatur etiam à pluribus probis, promaximè à comministro & fratre verbotenus nostro vestroque fratrum nostrorum Regni vestri Duziacensis Synodi Archiepiscoporum & Episcoporum Legato Archiepiscopo iam à nobis constituto Turonensi Actardo, quod sis amator, exaltator, & illustrator specialis in orbe terrarum, & promaximè Ecclesiarum Dei, ita ut nullus sit Episcopatus, nullumque monasterium in Regno tuo, quod non auxeris rebus propriis, & restitueris suis per plurimum: optaresque feruenter & desiderares hanc Principis Apostolorum primam Sedem exaltare, honorare, multisque muneribus Vicarium eius, & Clerum sibi commissum ditare, & ab omnibus hostibus prout posse & tempus dictauerit, defendere, Dominumque totis visceribus in hoc glorificare, monente Propheta ex persona Domini: ^b *1. Reg. 2.* **B** ^b Qui glorificant me, gloriabor in eis. Quocirca sapientia præcellentem cum timore Dei, & diligentem iustitiam, & glorificantem Dominum quis non diligit? quis non amat? quis non desideret? quis non optet reuera sicut Regem præcellentem, sicut iustitiam moderantem, sicut Deum glorificantem? in veritate credite nobis, quia tales virtutes sic diligo in vobis, sicut animam meam. Scriptum est enim: ^c *Math. 5.* **C** ^c Diliges proximum tuum sicut teipsum, & talem intelligo proximum, quem constat talibus virtutibus repletum; & à die illa qua vobis per præfatum fratrem nostrum mandavi fideles orationes, & certissimas amicitias, numquam aliorum declinaui.

XC. ^{Excusatio Hadriani P. P. P.} Et si quædam litteræ delatæ vobis sint aliter se habentes in superficie; vel subreptæ, vel à nostris, nobis infirmantibus, extortæ, vel à qualibet persona confictæ, durius aut acrius mordaciter sonantes, id tantum nobis fixum semper mansit in mente, quod vobis significauimus deuotè. Nec alienum iudicauimus, iudicamus, & iudicabimus, à nostra mentis deuotione, quem diligimus tota animi intentione, iudicantes dignum laude, Propheta monente: ^d *Psal. 32.* **C** ^d Rectos decet laudare. Quem profectò speramus, si nobis superstes fuerit, nostris omnibus propinquis & amicis manum porrigere consolationis: indolem & fidem eius cernentes in affinitatem propinquorum nostri decessoris. Namque solet sæpè vterque parens in prolem opprobria vel maledicta congerere, quam optat sine crimine & læsione manere. Cui simile solet sæpè doctoribus & prædicatoribus contingere. Quapropter non ad sonum, sed oportet ad votum respicere.

XCI. ^{Qua lege Actardus Episc. Turonensis.} Præfatum vestrum denique Legatum, sicut significastis, & Synodus & plebs exposulauit, & Turonicus Clerus, iam constituimus Cardinalem Metropolitanum & Archiepiscopum Turonicæ prouinciæ, per ferulam, pitacium, & anulum, necnon per nostræ auctoritatis litterale decretum; sic tamen, ut Nanneticæ Ecclesiæ cui fuerat destinatus, in eo quod remansit, quia destructa habetur, iura protestatè me nullo modo subtrahamus: Interponentes pastoralis vigoris censuram, ut si quandocumque vel quicumque alium, ipso superstite, in præfata Metropoli, & in ista vel in earum pertinentiis locare tentaerit, aut ordinare præsumperit, anathematis iaculo feriat. Sanè post eius decessum electio canonica & ordinatio à suffraganeis Episcopis eiusdem Metropoleos Turonicæ canonicè celebretur ex more. Ut si Nanneticæ contigerit Ecclesiæ ad priorem redire statum, nihil officiat ei hæc necessitatis vnitio, quam exegit paganorum vastatio, quo minus proprium valeat habere pontificem. Sed vidimus eum valdè tristem propter persecutionem paganorum.

XCII. **E** Et cum omnes sint pænè res ipsius Ecclesiæ depopulatæ, precamur largissimam munificentiam ac charitatem vestram, ob amorem Dei, & sancti Petri, nostramque deprecationem, & hoc sit in memoriale perpetuum, quod concesseritis nobis hoc donum, ut non patiamini tantum locum pessum iri & in desolationem, præsertim cum fuerit ex antiquo Metropolis, & meritis gloriosissimi Confessoris Christi Martini honorabilis semperque venerabilis, & intra Gallicanas eadem secunda vel tertia prouincias Turonensis, & multis quæ ab ea distractæ sunt ditata villis, possessionibus, & Abbatibus. & cum aliæ quæ sub ea sunt ciuitates, iam sint pænè destructæ, harum matrem tantum & Metropolim ne patiamini destrui, desolari & dehonorari vestro in tempore. quin potius studete eam de rebus vestris propriis, vel procul ab eo positis, vel tutis à paganis ditare, continere, & extollere. Quia tunc ea vobis in æternum confirmatis, cum quæ Ecclesiarum Dei obsequiis condonatis, seruatis omaibus sua iura Metro-

A Metropolitanis. Nostis enim quia omne monasterium in potestate Episcopi consistere debet, iuxta canonicam auctoritatem, & quia hoc est transgressum, idè plurima monasteria habentur destructa, sicut monasterium sancti Medardi Turonis, in quo iacent Episcoporum primi Turonensium Lidorius & Gatianus, sicut & monasterium maius, sicut etiam alia in eadem ciuitate monasteria, quæ forsitan per Episcopale ministerium & vestrum sapientissimum consilium & largissimum donum poterunt redire ad priorem statum.

Debent etiam vicinioris Ecclesiæ cuiuslibet parocciæ in potestate consistere Præfulis, sicut moris est Ecclesiis plurimis. Res etiam, quæ de eadem Ecclesia noscuntur fuisse olim abstractæ, precamur vos eidem restituere, & sicut precati iam sumus, ad præsens de vestris rebus propriis per præceptum vestrum eam ditare; construere, & vobis in æternum propriam facere, ut non vocetur ut antiquitus Cæsarodunum vltèrius, sed * Karoli donum in perpetuum. Igitur ergo integra fide & sincera mente deuotaque voluntate, ut sermo sit secretior & litteræ clandestinæ, nullique nisi fidissimis publicandæ, vobis confitemur deuouendo, & noscimus affirmando, salua fidelitate Imperatoris nostri, quia si superstes ei fuerit vestra nobilitas, vita nobis comite, si dederit nobis quislibet multorum modiorum auri cumulum, numquam acquiescemus, exposcemus, aut spontè suscipiemus alium in Regnum & Imperium Romanum, nisi teipsum. Quem, quia prædicaris sapientia & iustitia, religione & virtute, nobilitate & forma, videlicet, prudentia, temperantia, fortitudine atque pietate referus, si contigerit te Imperatorem nostrum viuendo supergredi, optamus omnis Clerus, & plebs, & nobilitas totius orbis & Urbis non solum ducem & Regem, Patricium & Imperatorem, sed in præsentem * Ecclesiæ defensorem, & in æterna cum omnibus Sanctis participem fore.

C De pontifice Laudunensi Hincmaro à Præfulis decem prouinciarum deposito & à Metropolitanano suo venerabili fratre Hincmaro Archiepiscopo, reseruato per omnia liquius primæ Sedis priuilegij iudicio: cum lata in Synodalibus litteris & præfati Metropolitanani & vestris, necnon in libello reclamationis Cleri & plebis Laudunensis, seu in libello continenti seriem gestorum Synodi, tanta turpia, tanta dicta nefanda, tantaque execranda & auctorem suum damnanda referuntur, ut incredibilia ab ignorantibus videantur. Sed de his nihil audemus iudicare, quod possit Nicæno Concilio & quinque ceterorum Conciliorum regulis, vel decretis nostrorum antecessorum obuiare. At de his quod præfati Canones & decreta decernunt, ipsique cum ipsis vnà vobiscum congregati cum nostro spiritu, similiter decernimus, & quod statuunt statuimus, & quod iudicant iudicamus.

D Nec in vilo deuiantes à tenore Canonico, seruantes omnibus sua iura Metropolitanis: & (ut verbis loquamur beati Papæ Leonis, aliter enim, inquit, nobis commisso regere non possumus, nisi hos qui sunt perditores & perditum persequamur) zelo Dominicæ Fidei, & à sanis mentibus, ne pestis hæc latius diuulgetur, seueritate qua possumus abscindamus, & quæ malè pullulasse noscuntur, radicitus euellantur, & messem Dominicam nulla zizania corrumpant. Ita enim fructum vberem, quæ sunt sincera præstabunt, si ea quæ natam segetem enecare consueuerunt, diligentius amputentur.

Sed quia non satis idonea videntur, & matura nostris & huic sanctæ Sedi condigna, donec ad hanc sanctissimam & Apostolicam quam appellauit Sedem; spatium habeat veniendi: idè veniat, & ostensis sibi litteris quas nobis misistis, & libello continenti secretæ Synodi, libellulo etiam Cleri & plebis Laudunensis proclamationem continenti, si adhuc istam putauerit habere proclamationem, asserens se iniuste damnatum: tunc electis iudicibus, non tamen eo prius in gradu restituto, aut ex latere nostro directis Legatis cum auctoritate nostra refricentur, quæ gesta sunt, & negotia in qua orta sunt prouinciæ canonicè terminentur. Quod si venire detrectauerit, clareat quod idem ipse dederit locum damnationis in semetipsum. Nec sacer ordo differendo moram patiatur vel detrimentum. Qualiter autem aut quomodo vel quando veniat, vel adducatur, seu * interdum custodiatur, præfaro confratri nostro cõmuni Legato Actardo Archiepiscopo vrbis in mandatis, & alia clandestina commissum manifestanda. Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli intercessione, nostraque supplicatione, & pro ordine nobis à Deo collato benedictione mereamini vitæ presentis prosperitatem, regiam & Imperialem dignitatem, nostram & bonorum omnium communionem & societatem, peccatorum omnium remissionem, & eternæ vitæ gloriosissimam resurrectionis felicitatem. Amen.] hæc ad Carolum Regem.

*al. Carolodunum

SECRETUM POLLETUR IMPERIVM.

XCIV. CAUSA HINCMARII LAVD. EPI. SCOP.

XCv.

*interdum

XCVI. Scripsit idem Hadrianus ad Hincmarum Rhemensem Archiepiscopum de eadem A
causa Hincmari Episcopi Laudunensis, qui de ipso ad eundem Pontificem litteras de-
derat, cui etiam procuracionem eiusdem Ecclesie Laudunensis committit, donec ipsa
Hincmari causa fuerit penitus absoluta. Littere ipse ad Hincmarum Rhemensem sic se
habent missae Parisiis:

HADRIANI
PA PAP AD
HINCMA-
RUM
ARCHIEP.
EPISTOLA.

Hadrianus Episcopus seruus seruorum Dei reuerendissimo & sanctissimo confratri
nostro Hincmaro Archiepiscopo Rhemensi.

Illustrem Hincmarum Laudunensem Episcopum desiderio visendorum sanctorum
Apostolorum Liminum anhelantem, & libenter amplectimur, & aduentum illius non
solum non differimus, verum etiam ne ultra Kalend. Augusti stare audeat, grauitate Apo-
stolica, scientes illum tali voto spiritaliter posse proficere, prohibemus. Huic ergo in veni-
endo, sicut auctoritas Apostolica, sic faueat & Episcopalis humanitas: quatenus Episcopa-
tus eius omni careat per vestram sollicitudinem detrimento, dum praediorum suorum
peruersè à Northmanno possessorum, liberalitate vestra, per intercessionem nostram fue-
rit potius augmento. Quapropter & Northmannum scito auctoritate Apostolica con-
tinuè ab Ecclesiastica communione, nisi praesentialiter se omnibus Laudunensis Ecclesie
rebus exuerit, per tui oris officium repellendum, & venerabilem virum Hincmarum Epi-
scopum, si proposito Romam veniendi abusus, quod bene vult reddere non studuerit,
transgressoris iudicio, quod Deus auerterit, puniendum. Quicumque igitur à tempore,
quo Romam venire coeperit, vsque in id quo, Christo duce, ad propria remeauerit, in qui-
buslibet rebus illius Ecclesie quodlibet operatus fuerit detrimento (quoniam Episcopa-
tum eius sanctitati tuae specialiter post Regem seruandum committimus) tamdiu se
nouerit Sacramento corporis & sanguinis Domini fore priuandum, quamdiu sancte Lau-
dunensi Ecclesie, & tibi, ipsiusque pontifici, legitime, immò canonicè fuerit satisfactum.
Optamus sanctitatem tuam in Christo bene valere.] hanc Hadrianus ad Hincmarum
Rhemensem Archiepiscopum, sed & ad Carolum Regem eodem argumento has quae
sequuntur litteras dedit, quae sic se habent:

XCVII.
HADRIANI
PAP AD CAR-
OLUM.

Hadrianus Episcopus seruus seruorum Dei dilecto filio Carolo excellentissimo Regi.
Illustrem Hincmarum Laudunensem Episcopum, desiderio visendorum sanctorum
Apostolorum Liminum anhelantem, & libenter amplectimur, & aduentum illius non
solum non differimus, verum etiam ne ultra Kal. Augusti stare audeat, grauitate Apo-
stolica, scientes illum tali voto spiritaliter posse proficere, prohibemus. Huic ergo in veni-
endo, sicut auctoritas Apostolica, sic faueat & humanitas regia: quatenus Episcopatus eius
omni careat, per vestram sollicitudinem, detrimento, dum praediorum suorum peruersè
à Northmanno possessorum liberalitate vestra per intercessionem nostram fuerit * pre-
tium augmento, sicut enim gaudemus, cum serenitatem tuam, erga statum Ecclesiasti-
cum more praedecessorum Principum liberalem, tam litteris audimus quam vocibus; sic
nimirum cum eam in aliquo distrahentem extra consuetudinem suam comperimus, tota
cordis validudine contristamur. Quapropter & Northmannum scito auctoritate Apo-
stolica continuè ab Ecclesiastica communione, nisi se praesentialiter omnibus Laudunen-
sis Ecclesie rebus exuerit, repellendum, & venerabilem virum Hincmarum Episcopum, si
proposito Romam veniendi abusus, quod bene vult, reddere non studuerit, transgresso-
ris iudicio, quod Deus auerterit, puniendum.

XCVIII. Quicumque igitur à tempore quo Romam venire coeperit, vsque in id quo Christo
duce ad propria remeauerit, in quibuslibet rebus illius Ecclesie, quodlibet operatus fue-
rit detrimento (quoniam Episcopatum eius gloriae vestrae specialiter seruandum com-
mittimus) tam diu se nouerit Sacramento corporis & sanguinis Domini fore priuandum,
quamdiu sanctae Laudunensi Ecclesie, & vobis ipsiusque pontifici legitime immò cano-
nicè fuerit satisfactum. Optamus regiam excellentiam vestram sanctae Sedis Apostolicae
scita consuetudinaliter obseruantem in Christo semper valere.] hanc Hadrianus.

XCIX.
* Apud Evod.
Hist. Rhem.
lib. 3. c. 21.

Ceterum longè absuit, vt dimitteretur Laudunensis Hincmarus venire Romam, qui
hoc tempore querelam libellum a obtulit per clericum suum Hincmaro Rhemensi
Archiepiscopo, cum interea se subduxisset à Synodo, à qua damnatus est. habetur ipse
intextus in epistola ab ipso Hincmaro Rhemensi aduersum eum dato, de quo superius:
porro antequam libellum ponat, his verbis eum ita compellat: Tu ante hanc defini-
tionem contra sacros Canones, & sine vlla necessitate vel ratione fuga lapsus, regularem
defini-

definitionem exspectare contempsisti. Itemque post aliqua de Canonibus & de electo-
rum iudicio (vt praedixi) cautè & inhoneste fuga lapsus abscedens, pittaciolum irratio-
nabiliter confectum, & manu tua subscriptum, ac praefatae professioni vsquequaque con-
trarium, per Ermenoldum diaconum tuum sexto Nonas Iulij * III. Indictione mihi mi-
sisti. quod ita se habet:

Reuerendissimo Rhemorum Archiepiscopo Hincmaro sanctae Laudunensis Ecclesie
Hincmarus Domino miserante Episcopus debitam in Domino deuotionem.

Scitis quia ab vniuersali sanctae Romanae Ecclesiae Papa * quoque nostro & magistro
Hadriano bis vocatus existo. Et vos ipsi in quaternionibus mihi, vobis in Attiniaco pa-
latio coram Archiepiscopis & Episcopis qui affuerunt datis, quod ad eandem Sedem ve-
nire vocatus detrectem, me reprehendistis * si vitio scriptoris praedetractem quid est diffi-
mulem vel differam, detractem, quod valde tractem non ab re accipi potest inter cataxa-
mum non fuit. Vnde vos nunc pro amore Dei omnipotentis, & reuerentia S. Petri ex-
posco, sicut in eadem Synodo, & in eodem Attiniaco palatio à vobis conuocata, quod im-
petrare non valui, exposulau. Ac iam etiam per integrum efflagitavi annum, & praeci-
pue in Synodo apud Vuermeriae palatium olim ab * homo habita, obsecrando declama-
ui. Et nunc quoque obsecro, & idem declamo, vt & haecenus egi, quod vestra Archiepi-
scopali auctoritate apud domini nostri Regis gloriosissimi Caroli clementiam obtineatis,
quatenus domini & vniuersalis Papae praecipis ac institutionibus Ecclesiasticis, mihi (vt
omnibus expedit) velut ei, qui de omni Ecclesia fas habet iudicandi, liceat obedire; vi-
delicet vt ad Limina Apostolorum Petri scilicet & Pauli, merear, vt deuoui, & ab eo-
dem insuper vocatus sum, penetrare. Alioquin me vobis abhinc, vt Archiepiscopo Epi-
scopus obtemperare debet, canonicè sciatis obsequi non posse. Quia, vt decernit B. Papa
Gelafius, nesciunt quid loquantur, qui decretis S. Romanae Sedis Praefulum quasi Cano-
nes opponunt, quibus contraire, contra Canones est ipsos se erigere. Iste Gelafius Papa
venerabilis & sanctus omnes decretales epistolas venerabiliter sanxit suscipiendas. & qui
nec eas venerabiliter suscipit, licet ad * Thomam caput inclinet, & eis non obedit, sed
potius Petro obuians, manus inferens (quod sine periculo agi non potest) respuit, vipo-
te qui de se iudicari non prospicit. Nam velimus nolimus, aut eis parebimus, aut eorum
iudicio percellimur, quorum neminem quippe reprobare valemus. De Archiepiscopis
autem, Remigio & Arduico, quod mihi per Zeteltandum diaconum mandastis, priui-
legio sanctae Romanae Ecclesiae non praedudicatur: sed quod eis eadem sancta Sedes de me
voluit ac disposuit committere, commisit. Vos verò quod vestrum est agite. In Domino
D I E S V Christo bene valete.

Ego Hincmarus sanctae Laudunensis Ecclesiae Episcopus sponte subscripsi.] At hanc
Rhemenfis Hincmarus cuncta pro arbitrio voluens, nò modò non audiuit, sed redarguit,
vt qui omnia subterfugij causa ingereret, prout ipse eadem pluribus inculcat epistola.

Plane constat (quod saepe superius dictum est) sterile ipsum Laudunensem aduer-
sus Rhemensem pro custodia sanctae Romanae Ecclesiae pontificiorum decretorum, quo-
rum contemptorem & praeruaricantem fuisse ipsum Hincmarum seniore[m] saepe redar-
guit, atque scriptis pariter declamauit: qui tantam sibi notam inuri dolens, eadem epi-
stola in ipsum & ad ipsum scripta hanc habet: Post alia multa super dolorem vulnerum
meorum addens, dicit (sicut in scriptis tuis peruersis inuenio) quia Apostolicae Sedis po-
testati derogo. Vnde nemo sanum sapiens tibi vniquam credidit, vel crederet, quoniam &
ipsa scripta, quae ad Apostolicam Sedem saepe misi, & illa quae tibi resultanti saepe trans-
misi, te reuincunt, & in isto saeculo, & in futuro Iudicio. Non enim de me verum esse,
valebis vniquam vel vsquam probare quod dicit: ab his, inquiens, à quibus pro Aposto-
licae Sedis priuilegiis, quae Christi sunt, vsque ad mortem fas erat decertare, praedicator
& doceretur, in his quae eadem Sedes statuit, * vel dum respuendum probari.] & inferius
post illatas in eum criminationes.

Ego decretales epistolas Sedis Apostolicae diuersis temporibus pro diuersarum partium
consolatione ab eiusdem Sedis Pontificibus datas & venerabiliter suscipio, & venerabili-
ter suscipiendas dico scribo, & sacros sanctorum Conciliorum Canones cum decretis
Sedis Apostolicae ex iisdem sacris Canonibus promulgatis, & recipiendos & custodiendos
& seruandos, sicut supra ostendi, profiteor, & cetera quae superius.] Ita quidem verbis
captiosis atque scriptis Hincmarus Rhemenfis, factis autem secus, vt cuncta quae supe-
rius

rius in omnibus causis, quas cum Sede Apostolica habuit, satis aperte demonstrant, & A
quæ in hac ipsa causa Laudunensis Episcopi gesta sunt, indicant, quam prosequamur.

CIII.
HADRIAN.
QUAE PRÆ-
CIPUAT CA-
ROLO.

Inter hæc autem dum ista de causa Hincmari tractarentur, nec ipse veniret, ut debuit,
Romam, profecturus causam suam apud Apostolicam Sedem, quam appellauerat: videns
Hadrianus eum detineri artibus aduersariorum, ne se conferendi ad Urbem facultatem
haberet: acriores litteras de his ad Carolum Regem scripsit, quibus inter alia eidem Re-
gi præcepit, ut eundem Hincmarum Romam mittat. Has ab Hadriano missas litteras
accipiens Carolus, in deteriore parte interpretatus eam Pontificis in præcipiendo
Regi dicendi libertatem, cum Rege Apostolica fungentis auctoritate: amarissimas ad
eum litteras reddidit, quibus integris cum nos careamus, hic reddemus quæ ex eis à Po-
litico auctore sunt descripta in libello paucos ante annos edito de iure Regum Regniq[ue]
Francorum. Ita planè Politici more suo, si quæ interdum ab exarsuante ira Rege scripta B
reperiuntur in Romanos Pontifices, eadem tamquam selectissimas gemmas colligunt,
quibus contumax, ut sibi videtur, coronam pretiosissimam Regis; reliquas verò omnes
posthabentes, & nullius pretij existimantes epistolas Regum & Imperatorum Francorum
innumeras, quibus studium, pietas, reuerentia, obsequium, omneque demum genus of-
ficij erga Apostolicam Sedem, ipsosque Romanos Pontifices insinuantur, & amplissimis
notis expressa, perpetuis testata monumentis, hætenus integra remanserunt. Cum alio-
qui pro vna vel altera illarum, quas (ut ex eis apparet) mens turbata, ut Agamemnon
apud Homerum cum Chryseidem reddi contra omnium sententiam recusaret, obstre-
pens magis quam loquens, effutit potius quam dictauit, sexcentæ extant animo tran-
quillo, moderato, pacifico, ad pietatem composito, atque ad veritatem æquata mente
conscriptæ tum ab ipsis Francorum Regibus & Imperatoribus, tum ab aliis Orthodoxis C
religionis Christianæ Principibus submisso animo iussa semper Sedis Apostolicæ capes-
sentibus, eademque pro viribus exsoluentibus, vel si non possent, sese quam modestissi-
mè excusantibus. Sed audi rugitus leonis (ita quidem a Paræmiales Regis iram & leonis
rugitum exæquans) in Hadrianum Romanum Pontificem inclamantis, quod ipsi sit au-
sus iubere; quo plane factò sese nesciens, à filiatione Ecclesiæ sanctæ discidit. Non enim
dicendus est filius, qui parenti se negat esse subiectum, nec ab illo vult imperari: nam audi
quid de filiis dictum sit: ^b Conserua fili præcepta patris tui, & ne dimittas legem matris
tuæ: liga ea in corde tuo iugiter, & circumda gutturi tuo; cum ambulaueris, gradianur
tecum, & cum dormieris custodiant te, & cum euigilaueris, loquere cum eis: quia man-
datum lucerna est, & lex, lux, & via vitæ increpatio disciplinæ. Vide quanti sint facienda
præcepta patris secundum carnem? quanto magis eius, qui secundum spiritum? sed Ca- D
roli attende resilientis, & contra iubentem patrem obnitentis verba:

^a Prou. 20.

^b Prou. 6.

CIV.

CAROLIRE-
GIS AD HA-
DRIAN. PA-
PAM CONTV.
MAX EPIST.

Sanctissimo ac reuerendissimo patri Hadriano summo Pontifici & Papæ, Carolus Dei
gratia Rex & spiritualis filius vester.

Scriptum est etiam in præfatis litteris, nobis ex nomine vestro directis de Hincmaro,
hoc modo: Volumus & auctoritate Apostolica iubemus ipsum Hincmarum Laudunen-
sem Episcopum vestra fretum potentia ad Limina Sanctorum, nostramque venire clemen-
tiam, &c. Quæ relegentes, contra morem decessorum ac prædecessorum vestrorum hoc
dictum inuenimus vmbrosam sæculi typhum inducere in Ecclesiam, quæ lucem simpli-
citatæ & humilitatis, diem Domini videre desiderantibus, præfert. Quia humano animo
facile subripi potest, quod ex deliberatione conueniat immutari. Sed valde mirati sumus,
vbi hoc dictator epistolæ nobis per Actardum Episcopum delatæ scriptum inuenit esse E
Apostolica auctoritate præcipiendum, ut Rex, corrector iniquorum & districtor reorum,
ac secundum leges Ecclesiasticas atque mundanas, vltor criminum, reum legaliter ac re-
gulariter pro excessibus suis damnatum, sua fretum potentia Romam dirigat, &c. Vnde
sicut vobis rescripsimus, & nunc iterum vobis scribere non piguit, sed exigente causa ne-
cessarium est: quia Reges Francorum ex regio genere nati, non Episcoporum Vicedomi-
ni, sed terræ domini hætenus fuimus computati: & ut Leo ac Romana Synodus scripsit,
Reges & Imperatores, quos terris diuina potentia præcepit præesse, ius distinguendorum
negotiorum Episcopis sanctis iuxta diuina constituta permiserunt, non autem Episcopo-
rum villici extiterunt. Et sanctus Augustinus dicit, per iura Regum possidentur possessio-
nes; non autem per Episcopale imperium Reges villici sunt actoresque Episcoporum.
^c Matth. 22. & Dominus, ^c Quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo reddi præcipit, qui etiam
censum

A censum Regi reddidit; & Apostolus seruire Regibus voluit, honorari & non conculcari
Reges. Regem, inquit, ^a honorificate. & iterum: ^b Omnis, inquiens, anima potestatis
sublimioribus subdita sit. Reddite ergo omnibus debita. & paulò superius: ^c Idèd necef-
sitate subditi estote, non solum propter iram, sed & propter conscientiam.

Et si reuolueritis Regesta decessorum ac prædecessorum vestrorum: talia mandata, C V.
sicut habentur in litteris ex nomine vestro nobis directis, decessores nostros à decessori-
bus vestris accepisse, nullatenus inuenietis, &c. Quis igitur hanc inuersam legem infer-
nus euomuit? Quis tartarus de suis abditis & tenebrosis cuniculis eructauit? contra
quam Sacris litteris ostensa nobis est via, quam sequamur apposita formæ, cui imprimi-
mur, &c. Tandem quia vos non legisse vel audisse collegimus, ex litteris ab Actardo Epi-
scopo nobis delatis, quæ antea per illum paternitati vestræ direximus, iteratò scribimus
ea, quæ tunc scripseramus, deprecantes vos in omnipotentis Dei honore, & sanctorum
Apostolorum veneratione, ut tales inhonorationis nostræ epistolas, taliaque mandata,
sicut hætenus ex nomine vestro suscepimus: nobis & Regni nostri Episcopis ac primo-
ribus de cetero non mandetis. Et non compellatis nos mandata & epistolas vestras inhon-
orandas contemnere, & Missos vestros dehonorare.] hucusque exscripsit Politicus ex
epistola Caroli.

At licet iracundia perciti Principis verba consideranda non sint, utpote (quod accide-
re consuevit) quod quæ dixerit, mox dixisse poeniteat: tamen quod ista Politici tam-
quam seridè dicta, atque veluti regia quadam auctoritate sancita accipiant, & exscribant,
atque promulgent tamquam diuinum cælitus acceptum oraculum: cogimur hic (paucis
tamen agendo) quæ sunt à Carolo scripta examinare, an veritate subsistant, vel potius
viti conflata mendaciis euanescant. Scripserat Hadrianus mittendum Romam Hincma-
rum ad Sedem quam appellauerat Apostolicam, his vsus verbis: Volumus & auctoritate
Apostolica iubemus, ipsum Hincmarum Laudunensem Episcopum vestra fretum po-
tentia ad Limina Sanctorum, nostramque venire clementiam.]

Ceterum etsi verba non sonent, hoc præceptum Regi, sed Hincmaro, tamen benè est
interpretatus sibi præceptum, secundum ea quæ habet Nicolaus Papa in epistola vigesi-
masextima ad eundem Carolum Regem & Ludouicum fratrem eius: quam tamen
ratione dicere potuit, inusitatum esse, & contra morem prædecessorum Romanorum
Pontificum, quod ipse Hadrianus vsurpauerit, ut Regi auctoritate Apostolica præcipien-
dum putauerit, cum Reges Francorum (ut ait) non sint Vicedomini Episcoporum?]
Sed iracundia ipsum reddidit omnino immemorem. cum (ut taceamus alia complura
antiquiorum exempla) ipse proximus (quis credat ista?) prædecessor Hadriani Nico-
laus ^d ad ipsummet Carolum scribens, inter alia, his in pari causa vsus verbis inuenitur:
Tamquam deuoto filio præcipiendo, fidenter mandamus, ut dictum Rothaldum vestro
adiutum solatio ad nos vsque misericorditer dirigatis, &c.] par est causa, cum & iste Ro-
thaldus (ut suo loco dictum est) Sedem Apostolicam appellasset, eadem Papæ iussio, ei-
demque Regi facta, ut Rex curet Episcopum reum appellentem Pontificem Romam
mittendum, & cum sit eadem præceptio Pontificia, illa expressior quod Pontifex illic
expressius præcipiat Regi de Rothaldo, hic autem secus, ut ex dictis verbis apparet. Vides
igitur quàm Rex ista dicendo, suarum rerum immemor delirarit, dum furens dixit ista,
multa quoque alia inania ad rem nullo pacto spectantia coaceruans. Idem planè iussionis
genus habes in alia eiusdem Nicolai ^e epistola de mittendis duobus Episcopis ad Meren-
se Concilium ad eundem Carolum Regem scripta. Cum enim ita litteris ad Reges datis
præciperentur venire Episcopi, idem erat, ac si ipsis Regibus iuberetur, ut eos sinerent pro-
ficisci, secundum aliam eiusdem Nicolai epistolam ^f datam ad eundem Carolum & Lu-
douicum Reges.

Ceterum si (ut profitetur Carolus ipsa suæ epistolæ inscriptione) filius erat spiritualis
summi Pontificis: cur quæ sunt filiorum erga parentes non persoluit officia? Esto nimis
austerus in præcipiendo fuerit Hadrianus, haud tamen adhuc eius præcepta fuerant con-
temnenda, nec iurgiis infectanda. nam audi quid ^g Sapiens, cum id acciderit, filios mo-
neat: Fili suscipe senectam patris tui, & non contristes eum in vita illius; & si defecerit
sensu, veniam da, & ne spernas eum in virtute tua.] At quàm diuersa & planè contraria
ab isto Carolo Caluo, qui ista dicens, nec capillum habuit in capite rationis, senserit Ca-
rolus ^h Magnas, sapientia, scientia, prudentia, pietate, (& ut vno verbo dicam) virtu-
tibus

tibus omnibus eundem Carolum quam longissimè antecellens, ex eius verbis sic accipe: A
In memoriam (inquit) beati Petri Apostoli honoremus sanctam Romanam & Aposto-
licam Sedem, vt quæ nobis sacerdotalis Mater est & dignitatis, esse debeat Ecclesiasticæ
magistra rationis. Quare seruanda est cum mansuetudine humilitas, vt licet vix feren-
dum ab illa sancta Sede imponatur iugum: tamen feramus, & pia deuotione toleremus.]
hæc Magnus ille toto orbe conspicuus, ore omnium laudatissimus, celeberrimus Caro-
lus, cui dumtaxat malè presentur iidem qui supra hæretici, dicti Politici, hostes Ecclesia-
sticæ potestatis. At quid ad ista deliramenta Hadrianus? secundum illud symbolum Py-
thagoricum: Ne fodias ignem gladio.] & iuxta ^a Sapientem: Responso mollis frangit
iram.] ad eundem Regem ita rescripsit:

^a Prou. 15.

CIX.

Hadrianus Episcopus seruus seruorum Dei dilecto filio Karolo glorioso Regi.
Laudabilis charitatis & sapientiæ pudicæ ac pacificæ vigore atque decore magnitudi- B
nem excellentiæ vestræ, ô charissime in Domino fili, longè lateque florere nitido splen-
dore audimus; sed quia litteris vestris Apostolicæ correptionis apices membratim re-
texendo aduersum paternitatem nostram quoddam indebitæ reprehensionis murmur,
& tumultuosum nobis clamorem misistis, nec sanè patienter pontificij nostri monita
& correptiones audisse comperimus; liquidò patet, vos adhuc perfectæ aliquid charitatis
minus dumtaxat habere. de illa enim dicit Apostolus: Charitas patiens est, benigna est,
non inflatur, non irritatur, non agit perperam, omnia suffert, omnia sustinet. Omnia igitur
quæ vobis à Sede Apostolica, castissima vtique Matre vestra, cui per Dei gratiam
præsidemus, directæ sunt, velut aliquo sedulo negotio exigente, mittuntur, auribus pate-
factis audire, alacri mente percipere, animoque grato amplecti, sicut filius charissimus,
& patris verba dilecti non ex voto malè optantis, sed ex radice meræ procedentiæ chari- C
tatis humili semper debetis intentione recipere, quæ sicut Salomon ait: ^b Quasi stimuli
& sicut clauis in altum defixi esse videntur, quod culpas delinquentium nesciant palpa-
re, sed pungere. Vnde quoniam te virum perfectum & per omnia Deo placentem habe-
re cupimus, ceu prudens pater, qui charissimum filium suum etiam non delinquentem,
nequando securus existens flagritis se audacter commisceat illicitis, flagellis sæpè affligere
non desistit, quia nec propter amorem carnis disciplinali parcendum esse virgæ, à Sa-
pientia ^c monemur. Hinc etiam de ipso Deo nostro, quem cæterus omnium Fidelium Pa-
trem quotidie vocat, legimus scriptum: ^d Quem diligit Dominus, castigat & corripit,
flagellat autem omnem filium quem recipit. Quapropter scire vos decet, quia Deo per-
mittente, iusto vtique quamuis alto & secreto consilio suo, pro vestra salute talia vestræ
ferenitati à Sede Apostolica sæpius monita venire videntur. Idèd magis omnipotenti Do- D
mino immensas gratias agere, nobisque deinde paternæ laudis gratanter debetis præbe-
re obsequium, & non reprehensionis vel murmurationis mordicæ verba dirigere. Nam
nos nullius zelo liuoris, nullius subdole calliditatis dolo, vel etiam fauore alicuius transi-
torix laudis, charissimam vestræ nobilitatis & magnitudinis prudentiam & dilectionem
modò affabiliter monere, modò autem pro regiæ potestatis gloria, vobis quoties
necessaria temporis res vel proximi deposcit necessitas, humilis precator assistere; ali-
quando verò verbis seuerioribus fidenter corripere, vt Christi gratia in melius semper
proficiatis, studemus.

^b Eccl. 12.

^c Prou. 13.

^d Heb. 12.

CX.

Igitur nos in depositione illius quamdiu viuimus nullatenus consentiemus, nisi ad
nostram ipso veniente præsentiam, causa eius depositionis nostro fuerit examine diligen-
ter inquisita atque finita. Quibus nimirum admoniti, aliter in præfenti de prædicto Hinc-
maro, nisi eum Romam veniendi, vobis mandare distulimus. Actardum denique ve- E
nerabilem Antistitem Legatum † vestrum, de quo & nos olim vobis mandauimus, &
vos vestris apicibus nostræ clementiæ direxistis, sicut & Synodus exposulauit, plebs &
Turonicus Clerus concorditer elegit, iam constituimus per nostræ Apostolicæ auctori-
tatis decretum Cardinalem Metropolitanum & Archiepiscopum Turonicæ prouinciæ;
sic tamen vt Nanneticæ Ecclesiæ, cui fuerat destinatus, in eo quod remansit, & destru-
cta habetur, iura potestatis nullo modo subtrahatur: interponentes pastoralis vigoris
censuram, vt si quandocumque vel quiscumque alium ipso superstitè in præfata Metro-
poli & in ista vel in earum pertinentiis locare tentauerit, aut ordinare præsumpserit, Ec-
clesiasticæ communionis consortio careat.

CXI.

Sanè post eius decessum electio canonica & ordinatio à suffraganeis Episcopis eiusdem
Metro-

[†] Hæc repetita
ex alia epistola
vsque ad finem.

A Metropoleos Turonicæ canonicè celebretur ex more; & si Nanneticæ contigerit Eccle-
siæ ad priorem redire statum, nihil officiat ei hæc necessitatis vitio, quò minus proprium
valeat habere pontificem. sed vidimus eum valdè tristissimum propter persecutionem
paganorum; & cum omnes sint penè res ipsius Ecclesiæ depopulatæ; precamur largissi-
mam munificentiam & charitatem vestram, ob amorem Dei & sancti Petri, nostramque
deprecationem, & hoc sit in memoriale perpetuum, quòd concesseritis nobis hoc do-
num, vt non patiamini tantum locum pessum iri, & in desolationem, præsertim cum fue-
rit ex antiquo Metropolis, & meritis gloriosissimi Confessoris Christi Martini honorabi-
lis semperque venerabilis, & inter Gallicanas eadem vel secunda vel tertia prouincias Tu-
ronensis, & multis quæ ab ea distractæ sunt ditata villis, possessionibus & Abbatibus, & cum
alia quæ sub ea sunt ciuitate iam sint penè destructæ, harum matrem tantum & Metro- B
polim ne patiamini destrui, desolari, & dehonori vestro in tempore. quin potius stude-
te eam de rebus vestris propriis vel procul ab ea positis, ditare, continere & extollere.
Quia tunc ea vobis in æternum confirmatis; cum quæ Ecclesiarum Dei obsequiis con-
donatis, reseruatis omnibus sua iura Metropolitanis. Nostis enim quia omne monaste-
rium in potestate Episcopi consistere debet iuxta canonicam auctoritatem; & quia hoc
est transgressum, idèd plurima monasteria habentur destructa, sicut monasterium sancti
Medardi Turonis, in quo iacent Episcoporum primi Turonensium Lidorius & Gatia-
nus, sicut etiam in eadem ciuitate monasteria, quæ forsitan per Episcopale ministerium,
& vestrum sapientissimum consilium & largissimum donum poterunt redire ad priorem
statum. Debent etiam vicinioris Ecclesiæ cuiuslibet parochiæ in potestate consistere Præ-
sulis, sicut moris est Ecclesiis plurimis. Res etiam, quæ de eadem Ecclesia noscuntur fuisse
& olim sunt abstractæ, precamur vos eidem restituere, & sicut precati iam sumus ad C
præfens de vestris rebus propriis, per præceptum vestrum eam ditare, construere, & vo-
bis in æternum propriam facere, vt non vocetur, vt antiquitus Cæsarodunum vltre-
rius, sed Karoli ^e donum in perpetuum. Omnipotens Dominus serenitatis vestræ rega-
lem excellentiam saluam in omnibus, atque in ^f cælestium in sui super amore conserua-
re dignetur.] hæc ad Carolum Hadrianus, ad quem etiam perbreuis hæc, quæ sequi-
tur, loco vltimo posita, nulla temporis nota signata, ab eodem Pontifice ad eundem
Carolus scripta reperitur.

Hadrianus Episcopus seruus seruorum Dei, Karolo glorioso Regi.

Quod præsentem presbyterum Herlefridum potestate sui Præsulis, plusquam canoni-
ca veritate percussum ad Sedem Apostolicam, vt potè caput omnium Ecclesiarum, venire
passi estis, benè quidem fecistis; sed nunc melius faceretis, si quod in ciuili Concilio apud
suum Episcopum perperam gestum est, in prouinciali Synodo apud vos rationabiliter,
& apud fratrem nostrum Hincmarum Archiepiscopum cassaretur. Quapropter Aposto-
lica dilectione gloriam vestram hortamur, vt aut præfentialiter huic Herlefrido presby-
tero suam Ecclesiam cum omnibus suis, vsque ad tempus prouincialis Synodi liberè pos-
fessuro, pro tempore, quod sacri Canones definiere, solemniter reddere faciatis; aut
Erpuinum Episcopum suum Legatum nobis, qui hæc plenius veriusque renuntiet, præ-
fentialiter mittere cogatis: quatenus dum luce clarius cuncta nouerimus, sciamus in quem
Apostolicæ animaduersionis sententiam proferamus. Deus vos incolumes custodiat di-
lectissime fili.] Hicque finis epistolarum Hadriani Parisiis à Nicolao Fabro ad nos missa-
rum, quas singulas suis locis pro temporum ratione reddidimus. porrò ipse Hadrianus
anno sequenti ex hac vita migravit.

E Res autem Ecclesiæ Anglicanæ dignum exemplum Regis maximè pij Annalibus ex-
hibent: dum enim hoc anno Danorum exercitus vniuersam Orientalem Angliam de-
uastasset, ad Occidentalem conuersus, aduersantem sibi Aethelredum Regem inuenit,
de quo hæc inter alia: Erat Rex Aethelredus in tentorio Missam audiens, vbi cum sæpè
à suis inuitaretur ad certamen: constanter affirmavit, se non recessurum priusquam pre-
sbyter Missam compleuisset. Quæ fides Christiani Regis multum sibi profuit die illa, vi-
cto scilicet aduersario, hoste potentissimo.] hæc de ipso. Post victos autem hostes, hoc
eodem anno defuncto successit eius frater Alfredus, qui (vt dictum est superius) Ro-
mam veniens tempore Leonis Papæ I V. ab eodem fuerat coronatus, cuius præclaras res
gestas ex antiquis Annalibus Mathæus Vuestmonasteriensis est profecutus.

^e al. Carolo-
dunum
*

CXII.

VLTIMA E-
PISTOLA
HADRIANI
AD CARO-
LVM.

CXIII.

EXEMPLVM
CONSTAN-
TIS FIDEL.

IESV CHRISTI HADRIANI PAP. II. LVDOVICI II. IMP. 17.

ANNVS

ANNVS

BASIL. MACED. IMP. 6. A

872.

5.

I.
HADRIANO
PAP. MOR-
TVO CREA-
TUR IOAN-
NES VIII.
2. *Aim. lib. 5.*
c. 29. *in fine.*

I. I.
BASILIVS
IMP. QVAE
MOLITVS IN
LVDOVIC.

CORPVS
S. GERMANI
LEGATVS
PACIS.

I I I.
*al. Sang-
dam,

LVDOVICVS
IMP. CAPTVS
DETRVSVS
IN CARCE-
REM.

I V.
b 1. *Reg. 15.*
c 3. *Reg. 20.*

V.
S. ATHANA-
SII EPISC.
NEAPOLIT.
ORITVS.

SEQVITVR annus Redemptoris octingentesimus septuagesimus secundus, Indictio-
ne quinta, qua Hadrianus Papa cum sedisset annos quatuor & menses decem, dies-
que decem & septem, moritur Kalend. Nouembris. res ab eo gestae descriptae ab Anasta-
sio sine carent. vacauit autem sedes eius vsque ad decimumnonum Kalend. Ianuar. qua
die in eius locum successum fuisse Ioannem Archidiaconum, Aimoinus a huius tempo-
ris scriptor affirmat.

Quo pariter anno, quo mortuo Hadriano, est subrogatus Ioannes, Basilius Imperator
non nihil offensus Ludouici litteris anno superiori ad eum missis, aduersus illum com-
motus, ad dolos conuertitur, atque Adelgisum Ducem Beneuentanum ad defectionem
solicitat, qui ciuitatibus Ludouico subiectis, vt ab eo recedentes, ad Graecos deficerent
persuasit. cum tamen ipse dolos quos texebat occultans, se ipsi fidelem amicum exhi-
bens, venientem ipsum Ludouicum Beneuentum amicum excipiens, de ipso prodendo
consilium inuit. Cum interea Ludouicus pro Capua recuperanda, quam occupauerant
Graeci, sollicitus, illuc exercitum ducit, quem vt ciues placatum redderent, ipsi obuiam
tamquam nuntium pacis miserunt corpus sancti Germani ipsorum Episcopi. cuius oc-
cursu mitior factus, ciues, expulsis Graecis, recepit in gratiam, & sic reuersus est Beneuen-
tum. Haec omnia pluribus Regino, & alij temporis huius Scriptores, sed male Regino an-
no superiori, quo perperam ponit obitum Hadriani, Ioannisque creationem. Quod au-
tem ad corpus S. Germani spectat, a Ludouico acceptum ac retentum secum, redeunte
in Galliam deportatum affirmant.

At non hic finis insidiarum: suavit Adelgisus Imperatori Beneuentum redeunti exer-
citur iam fatigatum nimis ad tempus dimittere. Quo facto, inito consilio cum Duce
Sarracenorum * Seodam, quem Imperator Barim cum caperet, per dedicationem accepe-
rat, Imperatorem aggredi, vinculis alligare, vel si resisteret, palatium concremare deli-
berat. Res accidit ex sententia, & resistente Ludouico non nihil & iam ad incendendum
palatium proditores conuersi, eò adegerunt Imperatorem, vt se ipsum ipsis dederit, a
quibus est detrusus in carcerem, nec inde exemptus, donec fortissimis sit iuramentis pol-
licitus seruare quae ipsi pacta firmanda obtulerunt proditores. In hac pluribus Regino, Leo
Ostiensis, & alij, diffusius verò Herembertus huius temporis scriptor, qui & haec de cau-
sa, cur ista fieri permiserit Deus, addit:

Cur autem iam dicto Augusto supradictum opprobrium, Domino permittente, Be-
neuentani inferre quierunt: de multis duo inferam. Primò, quia veniens quodam tem-
pore Romam, vt duos Episcopos condemnatos ad pristinam reduceret dignitatem,
nempe Guntharium atque Theurgaudum, & nollet ei consentire Nicolaus Papa vir
Deo plenus: secundum antiquum morem ei obuiam venit cum candidato sacerdotali
agmine. At ille spreto timore Dei, fustibus Clerum caedi fecit. Cruces verò, omniaque
sancta ministeria pedibus calcari, Romaque pæne milliari spatio deprædata est, Vica-
riumque beati Petri quasi vile mancipium ab officio sui ministerij, nisi Dominus restituis-
set, priuare voluit. Secundò, quia capta Bari, Seodam omnium hominum flagitiosissi-
mum non iuxta voluntatem Domini protinus, vt dignum erat, crudeliter interfici fece-
rit, oblitus videlicet quòd Samuel coram Saule de b Agag pinguisimo Rege Amalechi-
tarum egerit, quomodo in frustra discerpi eum fecerit, quemadmodum etiam quidam
Propheta Samariae Regi de quodam scelerato dixit: *Quia dimisisti virum morte dig-
num, erit anima tua pro anima illius.*] haec Herembertus, obseruatione quidem digna.
Quid post haec Ludouicus egerit, dicitur anno sequenti.

Hoc item anno quo mortuus est Hadrianus Papa, pariter ex hac vita migravit, sed an-
te ipsum, S. Athanasius Episcopus Neapolitanus, ita testante Petro diacono Cassinensi,
qui hoc item tempore vixit, resque ab eo præclare gestas conscripsit. tradit enim ipsum
hoc anno decessisse Idibus Iulij, Indictione quinta, cum à temporibus Nicolai Papæ di-
ram persecutionem passus esset à Sergio nepote suo Magistro militum, eodemque Duce
Neapolitano. Cum enim ex hac vita migrasset ipsius Athanasij frater Gregorius tunc
Nea-

CHRISTI HADRIANI PAP. II.

LVDOVICI II. IMP. 17.
BASIL. MACED. IMP. 6.

872.

5.

BASIL. MACED. IMP. 6.

A Neapoli summa rerum potens, praefectura illa deuoluta est ad dictum eius filium Ser-
gium: qui commonitorem patrum non ferens, eum à Sede expulit, & ad obitum vs-
que persecutus est. sed audiamus Petrum ista ita describentem à temporibus Nicolai Pa-
pæ, cum persecutionem pati cœpit. ait enim:

Defuncto Gregorio germano suo, cœpit vir sanctus, Dei patrisque zelo nepotem suum
spiritualiter, & non mundanè diligere, & vt in omnibus se aptissimum præberet, sedula
admonitione exhortari. Cuius monitionem vxor illius grauiter ferens, virum suum cœ-
pit diabolica decipere locutione, vt si vellet monarchiam solus obtinere, non solum huic
vllam exhiberet obedientiam, verum etiam hunc è latere suo, aut procul eliminaret,
aut omnino perderet. in qua deceptionis fraude nequissima Iezabel calliditatis perduel-
les sibi conscios reperit, qui more burdonum aut mulorum nati sunt, vt conceptum se-
mel virus, prout decreuerat, posset auribus propinare & pectori inferere coniugis sui.
B quod & factum est: nam ad hoc vsque perductus est, tam vi cupiditatis, quam linguæ
viperae assidua suasionem illectus, vt feruum Dei custodiæ traderet: erat namque vir ille
mobilis vt arundo, quæ omni vento mouetur, & audis in cupiditate, & in nullo patri si-
milis. Hic viros malitiæ suæ conscios in domo sua clam recondidit cum gladiis & fustibus,
& virum Dei subdolo, quasi ad consilium adscitum, ceterosque germanos illius
fraude tenuit, Deum nihilominus paruipendens, patris monita pro nihilo ducens, viri-
que Dei sanctitatem abdicans, & prout conuenerat, circumuenit eos præstigijs suis, vt
Iudas proditor iustissimum Dominum.

Reuerendissimum autem Dei famulum, cum omnes meruerent vel fimbrias indu-
mentorum contingere: ab vno Dei aduersario, eiusque satellite irreuerenter captum,
C Episcopalis indumentis exutum, ceu vile mancipium, clericorum adempto solatio,
custodiæ arctiori deligari fecit. Quo peracto commota est tota ciuitas, atque aërem mi-
ferrimis verberat vocibus hoc modo inclamans: Vbi miseris nobis tam crudele proue-
nit facinus? Virum iustum & pium cur oportuit talia pati? Quis enim ad eum æger, aut
egens, aut captiuus vnquam aduenit, & inauxiliatus abscellit? Inter hæc Græca Latina-
que pars sacerdotalis & monachica turba, præcipuè Antonius vir satis idoneus & proue-
ctæ ætatis monachorum Abbas diutinis ieiunijs & agritudine corporis iam defectus, alien-
nis erectus manibus cum vniuerso Clero ad Prætorium aduenit, itaque exorsus est: Dic
miser omnium contemptor, quid est hoc quod fecisti? Hoc ergo pro infando scelere no-
ueris non solummodò te periturum, cunctumque genus tuum, sed etiam tota vrbs quæ
Athanasij adhuc oratione gubernata est, sine dubio desolabitur, pastore decedente. Red-
Dde (etiam clerici inquit) pastorem nostrum, qui nos spirituali ac carnali protectione
tuetur: si enim hunc retinere tentaueris, tibi exemplò veniet perditio.

Quibus auditis, mcerens Dux effectus, primò quidem vt regulus venenatus in eos
sibilis irruit: deinde ait: Ite nunc ad propria, & post decreta respondebo vobis. Venien-
tes igitur ad eum secundò & tertio similia illi dixere. Tunc vniuersi flentes regressi dice-
bant ad alterutrum: Omnium altaria diuinorum templorum exuamus, inferamusque
Dei inimico anathema perpetuum, quod nunquam expietur. Cernens autem ille er-
ga se huiusmodi conspirationem, consilio habito cum sequacibus suis, misit & accersit
uit præfatum virum, & sancti Saluatoris Abbatem cum clericis & monachis, ac pietate
simulata, sub die octaua soluit virum Dei; veniamque ab eo, licet fictè, petens dimisit
eum, fratribus eius retentis. sed Deus iustus qui vnicique reddet secundum opus suum
E hic vel in futuro, hunc iustissimè perculit: nam eo loco vbi virum Dei retrusit, non mul-
tùm post captus est sicut malefactor.] immò & oculis orbatus est, & mortuus, vt suo lo-
co dicitur. pergit Petrus:

Dimisso namque eo, facta est talis lætitia in vrbe tota, qualis solet fieri in charis mor-
tuis ad vitam reductis. Hanc videns ille lætitiæ, pœnituit quòd eum dimisit: tamen po-
suit vbique insidias clam, ne quis ad eum ingredi aut egredi auderet. tunc lamentabatur
hinc inde grex Dominicus: viduæ & pupilli lamentabantur, quia præco obmutuerat &
tuba Evangelica non audiebatur. Hęc vir Deo plenus videns, flebat amarissimè magis il-
lius ruinam, vt Saülis Samuel, quam contumeliam ab eo illatam, & Dauid mitissimum
imitans, eius rabiem dum sedare non posset multis deprecationibus, ab eo digressus est,
thesaurumque Ecclesiæ signatum annulo suo reliquit, & titulum ibi posuit hæc conti-
nentem: Anathema sit, qui fecerit vel iusserit absque mea præsentia vel iussione hanc
ianuam

VI.
S. ATHANA-
SII RES GE-
STAE TEM-
PORE PER-
SECUTIONIS

VII.
CAPITVR
S. ATHANAS.
A SERGIO
NEPOTE.

VIII.
NEAPOLI-
TANI LABO-
RANT PRO
SVO EPISC.

IX.
S. ATHANA-
SIVS SPON-
TE RECEDIT
NEAPOLI.

ianuam aperire, vel aliquid hic contingere. sicque in insulam dictam Saluatoris absces-

X. Talia dum Duci relata fuissent, Neapolitanorum ille & Sarracenorum exercitum congregans, sanctum pontificem in iam dicta insula per nouem dies expugnauit.

XI. Hac dum ad Hadriani Papae notitiam deuenissent, direxit vnam epistolam antefato iudici, & aliam Clero & populo Neapolitano, mandans vt suum pontificem omnino reciperent;

XII. Vir autem Domini tristis & lugens & vagus dum pergeret huc & illuc: bestialis illa Dalila eum persequi non desinebat, submittens filios Belial, qui sanctum virum Romae constitutum veneno interficerent.

XIII. Quadam vero die, dum in eadem vrbe cum Stephano fratre suo Episcopo resideret, coepit subito flere amarissime: cumque diu subsisteret, eiusque lacrymas non videret finiri, quanam causa existeret tanti luctus, Stephanus frater exquisiuit.

ATHANAS. AD HADR. PAP. PRO SVIS.

S. ATHANASII VBI OBIVITVS ET SEPULTVS. Hic illorum tempore (sicutum) contemptus fuerat. & corrupta Ecclesiastica disciplina fieri soebat.

Ange-

A Angelis. Quem suscipiens omnis sancta congregatio illius monasterij, digne & decantissime sanctissimum eius corpus condidere in Ecclesia beati Principis Apostolorum, quae ab Arechiso Rege constructa est, & iungitur basilicae sancti Benedicti;

B Quam autem pulchra facies esset Neapolitanae Ecclesiae, antequam contigerit hoc tempore Sergij labefactam esse tyrannide, ex eodem Petro diacono possumus intelligere, qui in eadem de rebus Athanasij tractatione, ista praefatus est de ipsa Neapolitana Ecclesia, atque in primis de ciuitate ipsa:

Ita praeterea & amena ciuitas est in structurae scilicet munitionibus, sic in suburbio, & Christicolarum interius degentium religione vicens, vt in Hesperia post Romanam urbem nulli reperiri esse inferior. Eadem ita frequentissimis Ecclesiis ac praclaris antiquae scilicet & vetustissimae structurae adytis, necnon & monasteriis virorum & puellarum referta retinetur, vt horum continuis precibus nocturnis diurnisque adiuta, victrix consistat & tuta.

C Reperiuntur plane in ea templa prisca constituta aedificio, quoniam non solum a Constantino piissimo Principe Augustorum Christianissimo, sed plures ante annos Christiana inibi religio floruit. siquidem beatissimus Petrus Apostolorum Princeps Asprem sanctissimum inibi ordinauit Episcopum.

D In qua laici simul cum clericis assidue Graecae Latineque communi prece psallunt Deo, debitumque persoluunt iugiter officium, in qua etiam indigenae & inquilini non circumuolando domos in peregrinorum habitu stipem publice experunt, sed quo loco commorantur, omnia necessaria quae desiderantur, abundantissime percipiunt.

E Quid ergo de structuris diuersis diuersa conamur astruere, vel de priscorum in ea ciuitate Sanctorum copia ex praedicta prodeuntium vrbe narrare tentamus, quorum conuersatio est in caelis? quandoquidem nostris nuper temporibus sanctissimus Athanasius eius vrbe Praeful in cunctis piis operibus charus extitit Deo, vt eius non immerito iustorum actus vita equiparetur beata, &c.]

XIV.

DE NEAPOLITANA CIVITATE DIGNA PRAECONIA.

XV. PRIMORDIA ECCL. NEAPOLIT.

XVI.

NEAPOLITANAE CIVITATIS DIGNA LAUDE PLETRAS.

XVII.

Hic

XVIII. Hic itaque zelo fretus diuino constituit sacerdotes hebdomadarios in Ecclesia Domini Saluatoris, quae Stephanus vocatur, qui in ea continuis diebus publicam Missam celebrarent, sicut mos est Romanae Ecclesiae, in qua etiam ad eorum sumptus necessarios rerum distribuit opes. In Ecclesiis quoque beati Andreae Apostoli, & protomartyris Stephani custodes delegauit, ubi res obtulit ad luminarium continuationes & ipsius custodis sumptus. Ecclesiae vero sanctae Restituta, quae a Constantino Imperatore condita est, connexuit utrosque Ioannes Baptistam & Euangelistam, & custodem cum officialibus clericis ordinauit, resque illi ad praesidium eorum largitus est. fecit etiam xenodochium ad peregrinorum susceptionem, super gradus atrij Ecclesiastici, cui nonnulla etiam contulit praedia. in insula, Saluatoris vocabulo cognominata, quae a Neapoli vix duodecim distat stadiis, quamquam multis retrò annis a monachis in cellis consilientibus in propriis à singulis voluntate incoleretur, illuc frequenter properans, crebra exhortatione illos admonens, vnum super illos vice pastoris in cenobio degentem Abbatem constituit, qui eos sub regulari districtione foueret, ad quorum quotidianos sumptus Ecclesiam beatæ Lucie martyris in perpetuum cessit habendam cum omnibus rebus suis. In Ecclesia quoque sanctissimi ac beatissimi martyris Ianuarij, quae iuxta memoratæ urbis moenia condita, Magna à ciuibus nuncupatur, ubi vnus ante tantum martyrem sacerdos excubabat: in obsequium ipse monasterium instituit, illicque religiosæ vitæ virum singularem fratrem ordinauit, qui cum collato sibi grege incessanter Deo iuge laudis officium persolueret, &c.] pergit dicere de elemosynis diuersi generis, ab eodem in diuersos erogari solitis. sed hinc iam satis de his.

FLORENS NEAPOLITANA ECCLESIA SVB ATHANASIO * concinnationes

* al. voluntariè

XIX. LEGATIO BASILLI IMP. AD LVDOVIC. GERM. REG.

Eodem pariter anno missa est legatio à Basilio Imperatore ad Ludouicum Germaniae Regem honorifica satis, de qua hæc in antiquo Chronico à Pithæo edito: Dicto anno mense Ianuario circa Epiphaniam, Basilij Græcorum Imp. Legati cum muneribus & epistolis ad Ludouicum Regem Ratisbonam venerunt, atque ei inter cetera xenia crystallum miræ magnitudinis auro gemmisque pretiosis ornatum cum parte non modica salutiferæ Crucis obtulerunt. qui honorificè suscepti, & congrua responsione accepta, redierunt ad sua.] hæc ibi.

I. CONCILIVM ROMANVM IN CAUSA LVDOVICI IMP.

Leo Ost. lib. 1. c. 38. Aim. lib. 5. c. 30. in fine.

ANNVS Redemptoris octingentesimus septuagesimustertius, Indictione sexta sequitur, quo Ludouicus Imperator Romam venit (inquit Regino) ibique conuentum celebrans coram summo Pontifice, multa super Adelgisi tyrannide conquestus est. Tunc à Senatu Romanorum idem Adelgisi tyrannus atque hostis Reipub. est declaratus: bellum etiam & aduersus eum decernitur. Ioannes Papa Imperatorem à iuramento, quo se obligarat, auctoritate Dei & sancti Petri absoluit, affirmans nisi obesse, quod ad mortis periculum euadendum coactus fecerat, nec sacramentum esse dicendum, quod contra salutem Reipub. quamuis cum multis execrationibus fuerit prolatum. His adhortationibus Principis animus ad rediitua certamina prouocatur: tamen ne à suis periturus diceretur, nequaquam ipse contra tyrannum procedit, sed Reginam cum exercitu dirigit. Adelgisi certis indicibus colligens bellum aduersum se summis viribus parari, hostemque se ac tyrannum esse denuntiatur, suæ nequitiae conscius, metu perterritus, & spem vitæ in fuga ponens, in Corsicam insulam secessit, ibique ad tempus latuit.] hæc Regino, sed malè anno superiore, inde errore captus, quod Ioannem Papam (vt dictum est) ante biennium creatum putauit, quem anni superioris initio susceptum diximus in locum Hadriani. sed hæc non ante hunc annum contigisse potuerunt: nam Leo Ostiensis testatur, quod postquam exiuit, vndecim circa menses constiterit Berolis. Aimoinus tradit, Ioannem Pontificem compatrem Adelgisi ipsum Ludouico id optanti reconciliasse, idque factum hoc anno.

Eodem anno idem Pontifex petiitum pallium misit ad recens creatum Episcopum Coloniensem Vuilbertum, addiditque has litteras: Ioannes Papa Vuilberto Agrippinensi Episcopo: Pallij namque vsus inter cetera tantæ virtutis est, vt postquam collatum fuerit, cui

A cui confertur, omnem de retroactis excessibus calumniam adimat: non quod crimina purget, sed quod tanta debeat esse circumscriptio conferentis, vt non nisi his carenti tantum munus conferre pertentet. Vnde imperfectus est, cui tantum donum auferretur, nec potest esse firmus siue perfectus, qui huius sacri non fuerit adiumenti collatione firmus & integer. Ac per hoc neminem profectò poterit stabilire, vel alicuius dignitatis dono statuere, qui huius religiosi habitus munere defraudatus, ad tantæ perfectionis priuilegium peruenire non meruit, &c.] hæc ibi.

Hoc pariter anno, ab eodem Ioanne Pontifice missa est legatio ad Ludouicum Regem, qua dissolueret quæ iuramento firmata erant de Regni Lotharij diuisione facta cum Carolo, qui functi sunt legatione, fuere Formosus Episcopus Portuenfis, & Gaudericus Episcopus Velitrenfis. cuius hæc supersunt monumenta in eodem quo supra scripto codice Antonij Augustini: Anno Incarnationis Dominicæ octingentesimo septuagesimotertio, Indictione quinta, (aliàs sexta) Idibus Septembris in Placito generali apud Gandulphi Villam, cum Ludouicus sacramenta superius scripta dirupisset, & æquiuoco suo itidem Ludouico Imperatori se coniunxisset, & sacramenta, quæ superius scripta sunt ferri iussisset, Engilberga Regina & Legatis Sedis Apostolicæ, Formoso scilicet & Gauderico presentibus, hac tempestate virgente, Episcopi omnes ex Regno gloriosi Regis Caroli hanc professionem infra scriptam fecerunt, & omnes laici hoc sacramentum similiter infra scriptum fecerunt.

Professio Episcoporum. Quantum sciero & potuero, adiuuante Domino, consilio & auxilio, secundum meum ministerium, fidelis vobis adiutor ero, vt Regnum quod vobis Deus donauit, vel donauerit, ad ipsius voluntatem & sanctæ Ecclesiae, & debitum honorem regium vestrum, fideliumque vestrorum saluationem continere, habere & obtinere possitis.

Sacramentum laicorum. Quantum sciero & potuero, adiuuante Domino, consilio & auxilio fidelis vobis adiutor ero, vt Regnum quod habetis, ad Dei voluntatem & sanctæ Ecclesiae, & vestrum honorem atque ad vestram saluationem continere possitis, & quod Deus vobis adhuc concesserit acquirere, contra omnes homines defendere valeatis.] Porro hæc edita post eam noui in Annalibus à Pithæo editis. De eiusmodi Engilbergæ aduentu ad Ludouicum, & cessione ab eo facta partis Regni Lotharij meminit etiam Aimoinus.

In eodem codice subiiciebantur ista de conuentu à Carolo facto apud Carissiacum, in quo renouauit capitula omnia antea promulgata aduersus latrones & grassatores, quos & bannitos vocabant. Sunt hæc illa tempora, quibus Carolomanus filius Caroli congregata prædonum manu Gallias infestabat, qui sequenti anno captus, à patre (vt dictum est) excæcari meruit. de conuentu autem ista ibi:

Anno Incarnationis Dominicæ octingentesimo septuagesimotertio, Regni vero domini Caroli xxxiiii. Indictione sexta, hæc capitula quæ sequuntur ab eodem Rege statuta sunt in Placito generali apud Carissiacum omnium cum voluntate & consensu, & à præfato Rege, & ab omnibus qui presentes fuerunt, confirmata, &c.]

Eodem anno Ludouicus Rex Germaniæ conuentum habuit Episcoporum ac Comitum Francofordiæ, ubi septimo Kalend. Februarias, nouum quiddam & inexpectatum accidit, quo omnes qui aderant vehementer sunt perturbati, cum scilicet Carolum eius filium natu minimum à malo dæmone inuadi contigit. res gesta ita in antiquis Francorum Annalibus enarratur: Cum Ludouicus septimo Kalend. Februarias curiam introisset, in præsentia illius & optimatum suorum, Episcoporum videlicet & Comitum, malignus spiritus Carolum filium eius minimum inuasit, & grauitè vexauit: ita vt à sex viris fortissimis vix teneri potuisset. Et satis iuste, qui enim Regem à Deo electum & ordinatum decipere voluit, ipse deceptus est: & qui patri suo insidiosè laqueos tendere consiliatus est, ipse in laqueos diaboli incidit, quatenus ex ipsa vexatione diabolica disceret, non esse consilium contra Deum. Rex autem & omnes qui cum illo erant vehementer contristati lacrymas fuderunt. Cumque duceretur ad Ecclesiam, vt Episcopi pro eius sanitate Domino supplicarent: nunc exili, nunc grandi voce clamitans, morsum se tenentibus aperto ore minabatur.

Conuersus igitur Rex ad æquiuocum suum, nempe Ludouicum filium, ait: Vidēsne, ô fili, cuius dominio vos mancipatis tuque fraterque tuus, quando aduersum me aliquid

Annal. Eccl. Tom. 10.

T t

finistri

III.

* al. Iadericus FORMOSI ET IADERICI LEGATIO.

* al. Iaderico

IV.

V.

Aim. lib. 5. c. 28.

VI.

VII.

FRANCOFORDIENSIS CONVENTVS.

VIII.

CHRISTI IOANNIS PAP.VIII. LVDOVICI II. IMP. 18. 873. I. BASIL. MACED. IMP. 7.

sinistri machinari cogitatis? modò intelligere poteris, si antea noluisse, quod iuxta veritatis sententiam, nihil opertum, quod non reueletur. Confitere ergo peccata tua, & age pœnitentiam, & Deum humiliter postula, vt te relaxet: Ego etiam quantum in me est, indulgentiam tibi tribuo. Idem verò Carolus post sedaram infestationem diaboli, viua voce, multis audientibus, retulit, se toties aduersa potestati traditum, quoties contra Regem conpirationem iniisset.] hæc ibi. Agit de iisdem Aimoinus, quomodo in eum ingressus sit diabolus narrans.

IESV CHRISTI IOANNIS PAP.VIII. LVDOVICI II. IMP. 19. ANNVS ANNVS BASIL. MACED. IMP. 8. 874. 2.

I. SEQUITVR octingentesimus septuagesimusquartus Redemptoris annus, Indictione septima, quo Ioannes Papa & Ludouicus Imp. Veronam profecti sunt, vbi expectatus est Ludouicus Germaniæ Rex, atq; simul collocuti sunt. hæc veteres Francorum Annales. quæ autem ab eis tractata sint, vbique silentium. Narratur ibidem visio facta diuinitus eidem Ludouico Regi verbis istis: Diebus Quadragesimæ, cum negotiis secularium rerum dispositis, orationi vacaret, vidit quadam nocte in somnis genitorem suum Ludouicum Imperatorem in angustiis constitutum, qui eum hoc modo Latino affatus est sermone: Adiuro te per Dominum nostrum IESVM Christum, vt me eripias ab his tormentis in quibus detineor, vt tandem aliquando vitam possim habere æternam. Hac ergo visione perterritus, epistolas per cuncta regni sui monasteria destinauit, obnixè postulans, vt pro anima in tormentis posita, post annos triginta & amplius ab obitu ipsius, suis apud Deum precibus interuenirent. Vnde datur intelligi, quòd quamuis memoratus Imperator multa laudabilia & Deo placita fecisset, plurima tamen legi Dei contraria in Regno suo fieri permisit. Si enim (vt cetera omittam) hæresi Nicolaitarum firmiter & viriliter restitisset, & monita Gabrielis Archangeli (de quibus dictum superiori tomo) quæ Einardus Abbas duodecim capitulis comprehensa ei obtulit legenda, obseruare curasset, fortitan talia non pateretur, sed quia (vt scriptum est) Deus nullum peccatum remittit impunitum, & iuxta Apostolum, Non solum qui faciunt, sed qui consentiunt facientibus, digni sunt morte: meritò pœnas luere visus est, qui dum potuit, sibi commissorum errata vel admonitus corrigere noluit.] hæc auctor sui temporis rerum scriptor.

II. Eodem anno cum magnus ex Africa aduenientium exercitus Sarracenorum Salernum ciuitatem sub Guaiferio Principe vallasset, diuq; eadem obsidio perdurasset, cumque eorum Princeps nomine * Abdila Ecclesiam sanctorum Martyrum Fortunati, Caij, & Anthes sibi in habitaculum delegisset, & magno eorumdem sanctorum Martyrum improperio omne genus impudicitiae super altare eiusdem Ecclesie, vbi stratum pararat, exercere soleret: accidit vt dum illic reluctantem opprimere virginem conaretur, repente sacrilegum vltio diuina perculerit, trabe è tecto delapsa super eum, qua illæsa penitus virgine, scelestissimus & impurissimus Arabs extinctus est: in cuius locum Sarraceni alium subrogarunt Regem Abimelech Eunuchum. Ad miraculi euidentiam declarandam accessit, quòd trabs illa procul ab altaris perpendicularo distans, non nisi diuina potentia potuit in sacrilegum Sarracenum, altare profanantem immitti. hæc in rebus gestis Longobardorum Principum Beneuentanorum apud Herempertum in codice scripto leguntur, ex quibus alia ad Ecclesiasticos Annales spectantia magno habito delectu depromptimus. Salernitani tandem Dei beneficio, ab ea longa obsidione sunt liberati à Ludouici Imperatoris exercitu, eisdem Sarracenis iterum profligatis.

III. Hoc anno Dani rursus inuadentes Angliam, Beorredus Rex Merciorum post multa prælia tandem coactus cedere Regno, Romam venit, vbi moritur, atq; sepelitur in schola Anglorum; Regina verò eum secuta moritur Ticini. hæc Ingulphus & alij veteres res Anglorum profecti. Commendat pietatem Regis diploma donationis ab eo factæ tunc monasterio Chroyland ex his quæ in eo præfatur, & claudit orationem. sic enim eius exordio: Beorredus largiente Dei gratia Rex Merciorum omnibus prouinciis & populis earum vniuersam Merciam inhabitantibus, & Fidem Catholicam conseruantibus salutem sempiternam in Domino nostro IESV Christo. Quoniam peccatis nostris exigentibus, manum

IOANNES PAPA VERONAM PETIT. Ann. Fræc. d. Pithæo editi hoc anno DE ANIMA LVDOVICI PR IMP. ADHVC PENIS PYRGATORII TENTATA.

Rom. I.

REX SARRACENORVM DAT PENAS SCELETRIS. * Agdila

BEORREDI REGIS PICTAS.

CHRISTI IOANNIS PAP.VIII. LVDOVICI II. IMP. 19. 874. 2. BASIL. MACED. IMP. 8.

manum Domini super nos extensam quotidie cum virga ferrea cernimus nostris ceruicibus imminere: necessarium nobis & salubre arbitror, piis sanctæ Matris Ecclesiæ precibus, eleemosynarumque liberis largitionibus Dominum placatum reddere, & dignis deuotionibus eius gratiam in nostris necessitatibus auxiliariam implorare: Ideò, &c.] post recensita cuncta quæ donat, vltimo loco ita subscribit: Ego Beorredus Rex Merciorum intimo affectu animi, totisque præcordiis gratias exsoluo speciales omni exercitui meo, maximè tamen viris Ecclesiasticis, Episcopis & Abbatibus, aliis etiam inferioris status & dignitatis, qui, licet piissimæ memoriæ Rex quondam Ethelulphus pater meus per sacratissimam chartam suam ab omni expeditione militaribus liberos reddiderit, & ab omni seruitio seculari penitus absolutos: dignissima tamen miseratione super oppressiones Christianæ plebis, Ecclesiarumque ac monasteriorum destructiones, luctuosas benignissimè compassi, contra nefandissimos paganos in exercitum Domini prompti & spontanei conuenistis, vt tamquam Martyres, Christi cultus sanguine vestro augeatur, & barbarorum superstitiosa crudelitas effugetur.] hæc & alia Rex maximè pius.

Tunc contigit, vt amplissimum illud monasterium Croyland ab iisdem Danis siue Northmannis inuasum destrueretur, necarentur verò monachi: Cum (vt idem inquit auctor) induentes se sacris vestimentis tam Abbas quàm ceteri omnes, & in choro coadunati regulares Horas Officij diuini, posteaque Davidicum Psalterium ex integro persoluunt, deinde magnam Missam ipse dominus Abbas celebrabat, ministrabantque frater Elfretus diaconus, frater Sauius subdiaconus, & fratres Ogelredus & Vulricus pueri ceroferarij. Cumque completa Missa Abbas & ministri sui prædicti sacris mysteriis communicassent; irumpentibus Ecclesiam paganis; venerabilis Abbas super sanctum altare per manum crudelissimi Regis Oschetuli, verus martyr & Christi hostia immolatur, ministri circumstantes omnes per barbaros capitibus detruncati, &c.] pluribus agit auctor de strage monachorum, & proculcatione sacrorum, monasteriique destructione, necatorumque combustione.

IESV CHRISTI IOANNIS PAP.VIII. LVDOVICI II. IMP. 20. ANNVS ANNVS BASIL. MACED. IMP. 9. 875. 3.

REDEMPTORIS annus octingentesimus septuagesimusquintus Indictione octaua sequitur, quo mense Augusto Ludouicus Imperator moritur, cuius corpus Mediolanum translatum est, atque sepultum in basilica S. Ambrosij, vbi & epitaphium eius sepulchro inscriptum legitur in hunc modum:

D. P. M. HIC CVBAT. AETERNI. HLVDVICVS. CAESAR. HONORIS. AEQVIPARAT. CVIVS. NVLLA. THALIA. DECVS. NAM. NE. PRIMA. DIES. REGNO. SOLIOQVE. VACARET. HESPERIAE. GENITO. SCEPTRA. RELIQVIT. AVVS. QVAM. SIC. PACIFICO. SIC. FORTI. PECTORE. REXIT. VT. PVERI. BREVITAS. VINCERET. ACTA. SENEM. INGENIVM. MIRER. NE. FIDEM. CVLTVS. VE. SACRORVM. AMBIGO. VIRTVTES. AN. PIETATIS. OPVS. E HIC. VBI. FIRMA. VIRVM. MVNDO. PRODVXERAT. AETAS. IMPERII. NOMEN. SVEDITA. ROMA. DEDIT. ET. SARACENORVM. CREBRAS. PERPESSA. SECVRES. LIBERA. TRANQVILLAM. VEXIT. VT. ANTE. TOGAM. CAESAR. ERAT. CAELO. POPVLS. NON. CAESARE. DIGNVS. COMPOSVERE. BREVI. STAMINA. FATA. DIES. NVNC. OBITVM. LVGES. INFELIX. ROMA. PATRONI. OMNE. SIMVL. LATIVM. GALLIA. TOTA. DEHINC. PARCITE. NAM. VIVVS. MERVIT. HAEC. PRAEMIA. GAVDET. SPIRITVS. IN. CAELIS. CORPORIS. EXTAT. HONOS.

Hoc epitaphium, sed præclarior de eo Reginonis elogium, vbi ait: Fuit iste Princeps pius & misericors, iustitiæ deditus, simplicitate purus, Ecclesiarum defensor, orphanorum & pupil-

IV.

OBITVS LVDOVICI IMPERATORIS

EPITAPH. LVDOVICI II. IMP.

pupillorum pater, eleemosynarum largus largitor, seruatorum Dei humilis seruator, vt iustitia eius maneret in seculum seculi, & cornu eius exaltaretur in gloria] hæc Regino.

I I. Helmol. li. I. cap. 6. & lib. 2. c. 12.

DE CONVERSIONE SLAVORVM.

S. VITI CVLTVS.

Helmol. li. I. cap. 12.

III. CAROLVS CALVVS INVADIT ITALIAM.

CORONATOR IMP. CAROLVS CALVVS A IOAN. PAP.

IV. Aim. hist. Franc. lib. 5. cap. 32.

Quæ autem sub Ludouico Secundo de conuersione Slauorum narrat Helmaoldus, nullo certo eiusdem appposito anno, hic in sine sunt describenda, sed fortasse ipse dum Ludouicum Secundum nominat, non Imperatorem intelligere voluit, sed Regem Germaniæ Ludouicum Caroli Crassi fratrem. quidquid sit, de slauorum conuersione hæc in Annalibus habet: Tradit etiam veterum antiqua relatio, quod temporibus Ludouici Secundi, egressi fuerint de Corbeia monachi sanctitate insignes, qui Slauorum salutem sitientes, impenderunt seipfos ad subeunda pericula & mortes pro legatione verbi Dei. Peragratissimè multis Slauorum prouinciis, peruenerunt ad eos, qui dicuntur Rani, siue Rugiani, & habitant in corde maris. ibi fomes est erroris & sedes idololatriæ. Prædicantes itaque verbum Dei cum omni fiducia, omnem illam insulam lucrati sunt, vbi etiam Oratorium fundauerunt in honorem Domini ac Saluatoris nostri IESV CHRISTI, & in commemorationem sancti Viti, qui est patronus Corbeia. Postquam autem, permittente Deo, mutatis rebus, Rani à Fide defecerunt: statim pulsus sacerdotibus atque Christianis, religionem verterunt in superstitionem. Nam sanctum Vitum, quem nos martyrem ac seruum Christi confitemur, ipsi pro Deo venerantur, creaturam antepponentes Creatori. Nec est aliqua barbaries sub celo quæ Christianos & sacerdotes magis exhorreat. Solo nomine sancti Viti gloriantur, cui etiam templum ac simulacrum amplissimo cultu dedicauerunt, illi primarum deitatis specialiter attribuentes. De omnibus quoque prouinciis Slauorum illic responsa petuntur, & sacrificiorum exhibentur annuæ solutiones. Sed nec mercatoribus qui forte ad illas sedes appulerint, patet vlla facultas vendendi vel emendi, nisi prius de mercibus suis deo ipsorum pretiosa quæque libauerint, & tunc demum mercimonia foro publicantur. Flaminem suum non minus quàm Regem venerantur. Ab eo ergo tempore, quo primò Fidei renuntiauerunt, hæc superstitio apud Ranos perseverat vsque in hodiernum diem.] hæc Helmaoldus. qui his subiicit de conuersione Slauorum sub Ottone Magno facta, de quæ Episcopatibus quinque erectis, post Magdeburgensem, de quæ Episcopatu Aldenburg, cui primus Marco est datus Episcopus, qui populos Obotritorum ad fidem Christi conuersos, baptizauit tempore eiusdem Ottonis Primi. sed de his suo loco inferius dicendum erit. hic modò de his quæ sub Ludouico Secundo gesta dicuntur. cuius obitum quæ secuta sint hæc accipe ex antiquis Francorum Annalibus:

Hoc vbi Carolus, Senior scilicet, cognomento Caluus, Gallia tyrannus comperisset, illicò Regnum Italia inuasit, & omnes thesauros quos inuenire potuit, vnca manu collegit. Vnde Ludouicus Rex iratus Carolomannum cum exercitu per Baioariam destinavit in Italiam, ipse verò iuncto æquiuioco suo Ludouico cum manu valida Regnum Caroli ingressus est, vt eum de Italia exire compelleret. Exercitus autem qui Regem sequebatur versus ad prædam, cuncta quæ inuenit diripuit atque vastauit. Carolus verò audito Carolomanni aduentu in Italiam, primò Clausis Alpium se defendere nititur, sed nihil profecit. Carolomannus enim loca accessu difficilia cum suis præoccupauit. Ille verò dum negotium ferro decernendum timuisset (est enim lepore timidior) ad calliditatem solitam conuertitur. Nam aurum & argentum, gemmasque pretiosas infinitæ multitudinis Carolomanno obtulit, vt eum sibi placaret, & à paterna fidelitate segregare potuisset, iurauitque se de Italia citò exiturum, & Ludouici fratris sui iudicio illud Regnum disponendum seruatorum, si Carolomannus inde discederet. Quo inde discedente, & promissionibus illius credente: ille quæcumque pollicitus est, mentitur, & quanta potuit velocitate Romam profectus est, omnemque Senatam Populi Romani more Iugurthino corrupit, sibi que associauit, ita vt etiam Ioannes Papa votis eius annuens, corona capiti eius imposita eum Imperatorem & Augustum appellari præcepisset.] hæc sui temporis rerum scriptor anonymus.

Interea qui misit duos filios suos Ludouicum & Carolomannum, aduersus fratrem Carolum Caluum Italiam inuadentem Ludouicus Germaniæ Rex cum exercitu descendit in Gallias, easque deuastans Attiniacum vsque peruenit, vt Aimoinus temporis huius auctor testatur. Quo quidem anno Hincmarus Rhemenfis Episcopus, sollicitus pro regno Caroli, ad auertendum eiusmodi flagellum epistolam scripsit ad subiectos sibi Episcopos, quæ extat in codice bibliothecæ Cathedralis Spirensis Ecclesiæ, est

A est numero quinta inter nouem Hincmari descriptas ibi epistolas. eius initium: Hincmarus Episcopus & plebis Dei famulus dilectis fratribus & venerabilibus Episcopis Rhemorum diocesanos. De communi anxietate nostra, de qua exiguitatem meam dilectio vestra consuluit, &c.]

Porro eius huiusmodi est argumentum: Cum Ludouico Secundo Imperatore mortuo, Ludouicus Germaniæ Rex veller inuadere Franciam, Hincmarus suadet Episcopis suis suffraganeis, vt confugiant ad arma spiritualia, orationum, ieiuniorum, & ceterorum bonorum operum, & in fide proprii Regis Caroli Calui, licet absentis, fortiter persistant, nec oues suas deserant, Regesque liberè de suis erratis moneant, & si parere nolint, excommunicent. Quod eos posse facere, multis sanctorum Patrum exemplis probat.] hæc est summa epistolæ planè longissimæ. At non inanes fuisse preces declarantur euenta. nam Ludouicus vbi Natalem Domini celebrauit Attiniaci, vt idem qui supra Aimoinus testatur, in Germaniam rediit.

V. LVDOVICVS INVADIT GALLIAS.

Interea verò Engilberga Augusta, viro destituta, ingressa est monasterium monialium Brixia profitentium, ibique religionis habitum sumpsit, ad quam Ioannes Papa epistolam scripsit consolatoriam de Imperatoris obitu, cuius vice Christum ipsum sponsum per monasticam professionem accepisset. aliam verò eius causa ad Carolum filium Ludouici Germaniæ Regis, qui eius thesaurum, quem sustentationis suæ causa in eodem monasterio conseruasset, manu violenta diripuisset, monens eum, quod nisi intra spatium sexaginta dierum restituisset, excommunicatus existeret. Ipsa verò Augusta sollicita valde fuit, vt pro viri anima Ioannes Papa rogaret Deum, quod Pontifex se iugiter facere testatur, cum ait: Quia multum deuotione & meritis, alacritate dominum Seniore diuè memoriæ Ludouicum quondam Christianissimum Imperatorem spiritalem filium nostrum dilexi: nullatenus præmittimus eius memoriam in sacris orationibus nostris apud Dominum quotidie facere, & quamdiu vixerimus facturos esse scitore.] & alia ad ipsam item epistola: Quia, inquit, intimasti Pontificio nostro anniuersalem magnæ recordationis domni Ludouici Imperatoris fieri, & vt pro eo proprias orationes celebraremus rogasti: gaudemus, & impigre suo pro merito modis omnibus faciemus.] Quod autem ad coronam Imperij Romæ acceptam pertinet, sic habeto:

V I. ENGI LBERGA AVGVSTA FIT MONIALIS. Ioan. Papa ep. 43. Idem ep. 42.

Idem ep. 86. * al. ac charitate

Idem ep. 91

Defuncto Ludouico Imperatore mox vt id Ioannes Pontifex Romanus accepit, decernit honorificam legationem ad Carolum Regem Francorum. Delecti sunt ad hoc quatuor Episcopi, nempe Iadericus Velitrensis, Formosus Portuensis, Ioannes Alatrienus, & Ansegisus Senonensis, qui inuitare deberent ipsum Regem Romam ad Limina Apostolorum, quò coronaretur Imperator. paruit Carolus, Romamque se contulit. Quando id acciderit, sic accipe ab Aimoino huius temporis scriptore: Carolus Romanam inuitante Papa Ioanne, perrexit, & decimosexto Kal. Ianuarij ab eo cum magna gloria in Ecclesia sancti Petri suscepit, anno octingentesimo septuagesimo sexto, in die Natiuitatis Domini. idem Carolus beato Petro multa & pretiosa munera offerens in Imperatorem est vnctus & coronatus, ac Imperator Romanorum est appellatus.] hæc Aimoinus, qui annos Christi à die natali prius numerans, non à Kalend. Ianuarij, id factum dicit anno octingentesimo septuagesimo sexto. cuius coronationis Acta recitata in Concilio Ticinensi, anno sequenti, suo loco describentur. Porro hæc Ioannis legatio ad Carolum in Gallias missa longè diuersa est ab ea, quæ anno sequenti ad Concilium Pontigonense delata est, quam tamen simul confundit vetus historicus Odorannus monachus Senonensis in Annalibus, cum hæc habet:

V II. LEGATIO A IOAN. PAPA MISSA AD CAROLVM REGEM.

Aim. lib. 5. c. 31.

Sancta Synodus, quæ in nomine Domini vocatione domini Ioannis terbeatissimi ac vniuersalis Papæ, & iussione domini Caroli perpetui Augusti congregata est in loco, qui vocatur Pontigonis, anno incarnationis Dominicæ octingentesimo septuagesimo sexto, Indictione IX. Regni præfati inuictissimi Imperatoris trigemosextimo, Imperij autem primo, decimosexto Kal. Augusti, hæc Capitula quæ subter annexa sunt constituit.

V III. SYNODVS PONTIGONENSIS.

Caput primum. Obeunte Ludouico, qui Imperij Romani iura regebat, dominus Ioannes terbeatissimus Papa per Iadericum Velitrensem, Formosum Pertuensem, Ioannem Alatrienum; necnon per Ansegisum Senonensem venerabiles Episcopos, domnum Carolum tunc Regem, ad Limina sanctorum Apostolorum inuitauit, eumque Ecclesiæ ipsius defensore auctoremque elegit, Imperialique diademate coronauit, eum solum præ cunctis specialiter eligens, qui Romani Imperij scepra teneret. Cuius sacris institutionibus

I X.

CHRISTI IOANNIS PAP. VIII. LVDOVICI II. IMP. 10. BASIL. MACED. IMP. 9.

X. bus pro debito parentes, quod ipse confirmavit, pari consensu omnes confirmavimus. A
Caput secundum. Sicut dominus Ioannes Papa sanxit, conueniente & consentiente & concedente domino ac gloriosissimo Carolo Imperatore semper Augusto, Anselmum venerabilem Episcopum Senonum suam vicem tenere, & primatum ei Gallie & Germanie contulit in euocanda Synodo, & definiendo canonicè, si quælibet infurrexerint necessaria: & nos vnanimiter omni deuotione laudamus. Et vt ita ipse primatum teneat Gallie & Germanie decernimus, & sancimus, cunctique successores eius in propria vrbe.] haectenus Odorannus.

XI. De quo monemus Lectorem, excerptisse Odorannum ex Concilio Pontigonensi, quæ spectant ad historiam, prætermisisse reliqua. Ceterum non eo quo refert ordine res gestæ sunt, vt prius contigerit celebrari Concilium Pontigonense, inde verò secutam Caroli coronationem, nam secus accidit, primò videlicet coronatum Romæ præfenti anno, Natali Domini die Carolum Imp. sequenti verò anno celebratum esse ipsum Pontigonense Concilium; dictamque legationem missam ad Carolum à Ioanne Papa, vt eum vocaret in Urbem, non autem celebrandi dicti Concilij causa. Nam, vt Acta docent eiusdem Pontigonensis Concilij, quæ apud Aimoinum extant, aliam & ab hac omnino diuersam fuisse legationem ad dictum Concilium à Ioanne missam apparere. atque idem Concilium post coronationem Caroli habitum esse, ipsa Acta significant.

IESV. CHRISTI IOANNIS PAP. VIII. CAROLI II. IMP. I. ANNVS ANNVS BASIL. MACED. IMP. 10.

876.

4.

I. SEQUITUR Christi annus octingentesimus septuagesimus sextus, Indictione nona, quo Ticini Concilium celebratur à Ioanne Papa, in quo Imperium collatum Carolo Caluo Romæ, anno superiori die Natalis Domini confirmatur. De cuius creationis tempore, qui annum inchoant numerare ab Incarnatione Domini, vel à die Natiuitatis eiusdem, coronatum Carolum tradunt Romæ hoc anno octingentesimo septuagesimo sexto: qui verò à præcedentibus Kalendis Ianuariis, id factum superiori anno in fine ipsius affirmant. Sed nulla in tempore discrepantia esse potest, cum omnes id factum tradant die Natali Domini, Indictione nona, quæ incepit superiori anno, mense Septembri. Dei beneficio factum est, vt eiusdem Caroli coronationis Acta extant, ex quibus in Imperatoribus initiandis, qui solent ritus seruari ab ipsis Romanis Pontificibus, possimus addiscere, & refellatur eorum temeritas qui dicere aui sunt, in Imperatorum coronationibus nihil prætereà, nisi solum sacerdotale in ipso vngendo & coronando ministerium exhibere Romanum Pontificem consueuisse. Extant, inquam, Acta ipsa coronationis Caroli in Imperatorem, recitata in Concilio Ticinensi hoc anno, ex quibus isti mendacij arguantur, ipsaq; prodita ex Petri Pithœi bibliotheca, & edita cum veteribus Francorum a Annalibus, necnon abundè à Papirio Massone viro quidem disertio in suis Annalibus recitata. edita autem à Pithœo, sic se habent:

DE TEMPORE CORONATIONIS CAROLI CALVI IMP.

Post Annal. Fræc. à Pith. Parisiis editos pag. 391.

ACTA CORONATIONIS CAROLI CALVI IMP. XI. ita infers. TICINENSIS SYNOD. IN QVA IOAN. PAP. CONFIRMAT CAROLVM IMP.

II. Gestæ qualiter dominus Carolus filius Ludouici Imperatoris fuit factus Imperator Romæ tempore Ioannis Apostolici, anno Incarnationis Domini octingentesimo septuagesimo sexto, Indictione * x.

Sermo domini Apostolici Ioannis in Synodo Episcoporum. Omnibus generationibus, immò cunctis mortalibus liquet, qualiter omnipotens & creator vniuersorum Deus, in Ecclesie suæ parte, quæ gemebunda peregrinatur in terris, per generationes & generationes electos suos velut in cælorum ambitu sidera noua produxerit, vt quodammodò in eiusdem Ecclesie cælo fixa, diuino lumine radiantia, mœrentium animos illustrarent, depulsis tetræ mœstitiæ tenebris, & diuersarum angustiarum dissipata caligine. Inter quas tamquam clarissimum sidus diebus nostris ecce nobis Carolum Christianissimum Principem, superna prouidentia præciturum à se, & præelectum ante mundi constitutionem, & prædestinaturn, non nisi copiosissima miseratione circa nostram salutem mota, secundum placitum suum, iuxta quod congruum erat in isto periculoso tempore, tribuit, nepotè videlicet illius Caroli, qui Rempubicam præchis

CHRISTI IOANNIS PAP. VIII. CAROLI II. IMP. I. BASIL. MACED. IMP. 10.

876.

4.

A præchis auxit, victoriis dilatauit, sapientia decorauit. Qui cum omnes Ecclesias sublimasset, semper hoc ei erat in voto, semper in desiderio (sicut in Gestis quæ de eo scripta sunt, legitur) vt sanctam Romanam Ecclesiam in antiquum statum & ordinem reformaret. Vnde & hanc multis honoribus extulit, multis munificentijs & liberalitatibus ampliauit, ad eò vt amissas olim vrbes ei restituisset, & ex Regni quoque sui parte alias non modicas contulisset.

B Sed pauca dicta sunt, nisi quæ circa religionis incrementum gessit magna, sublimia memorentur. religionis quippe statum inter diuersorum errorum & prauitatum vepres incultum inuentum sacris litteris erudiuit, diuina pariter & humana scientia perornauit, erroribus expurgauit, * ratis dogmatibus saginauit, atque intra breuissimum tempus ita industrio pietatis studio egit, vt nouus quodammodò videretur mundus, magnis luminaribus venustatus, & variis vernantibus floribus adornatus.

Cuius filius diuæ scilicet recordationis Ludouicus Max. Imperator, pater huius à Deo electi Principis Caroli semper Augusti, * patrum solum ad eò religiose imitatus, pietate laudabiliter æmulatus est, vt & paterna diuini cultus vota, & erga Prælatum principalis Ecclesie liberalitatis insignia pius natus æquipararet, & roboraret. Sed & vberioribus beneficij, & dapnibus munificentijs, vt heres gratissimus ampliauit.

Vt èm iste huius præfulgidus filius, Carolus videlicet, de quo nobis sermo est, serenissimus & tranquillissimus Imperator, qui nobis (vt prætulimus) in quos fines sæculorù deuenerunt, quicq; caliginosi temporis ex quadam parte tetras ærumnas & miserias sustinebamus, tamquam splendidissimum astrum ab arce polorum illuxit, non solum monumenta progenitorum, bonitatem electæ radicis ferens in ramo, alacriter æquiparauit: verum etiam omne profus auitum studium vicit, & vniuersum paternum certamen in causa religionis atque iustitiæ superauit, Ecclesias videlicet Domini diuersis opibus ditans, sacerdotes eius honorans, hos ad vtramque philosophiam informans, illos ad virtutes sectandas adhortans, viros peritos amplectens, religiosos venerans, inopes recreans, & ad omne bonum penitus subsecutus, & omne malum medullitus detestatus.

Quapropter & vos, charissimi fratres, tot & tantarum dilectionum eius atque virtutum audientes insignia, & laudabilium longè lateque diffusa morum eius intuentes indicia, pietatis illius affectus experti frequentissimè ac multifariè viscera, non immeritò intelleximus istum esse proculdubio, qui à Deo constitutus est saluator mundi, multò profectò præstantius ac decentius ita vocatus, quàm a Ioseph, qui penè solam terram saluauit Ægypti. Vnde & ab vniuersa sancta Romana plebe voce illius Annæ sanctæ personam gestantis Ecclesie sterilis & fœcundæ, prophetico quodammodò spiritu temulentæ quotidie clamabatur: b Dominus dabit Imperium Regi suo, & sublimabit cornu Christi sui, & iterum cum Dauid * orat Rege pariter & Propheta: c Da, inquit, potestatem siue Imperium puero tuo, & saluum fac filium ancillæ tuæ, sanctæ videlicet Catholice & Apostolice Ecclesie.

Vnde nos tantis indicij diuinitus incumbentibus, luce clariùs agnitis, superni secreti consilium manifestè cognouimus. Et quia pridem Apostolice memoriæ decessori nostro Papæ Nicolao idipsum iam inspiratione diuina reuelatum fuisse comperimus: ELEGIMVS MERITO ET APPROBAVIMVS vnà cum annisu & voto omnium fratrum & Copiscoporum nostrorum, atque aliorum sanctæ Romanæ Ecclesie ministrorum, ampliq; Senatus, totiusque Romani populi, gentisque togatæ, & secundum priscam consuetudinem, solemniter ad Imperij Romani sceptrâ proueximus, & Augustali nomine decorauimus, vngentes eum oleo extrinsecus, vt interioris quoque Spiritus sancti vnctionis monstraremus virtutem, qua vnxit eum Dominus Deus suus præ consortibus suis, Christum hunc oleæ lætitiæ delibutum extrinsecus faciens, & Principem populi sui constituens ad imitationem scilicet veri Regis Christi filij Domini nostri, ita vt quod ipse possidet per naturam, iste consequeretur per gratiam.

Deinde non hic perpetuus Augustus ad tanta fastigia se velut improbus intulit, non tamquam importunus, fraude aliqua vel praua machinatione, aut inhianti ambitione ad Imperialem apicem aspirauit. absit. Neque enim sibi honorem præsumptuosè assumpsit, vt Imperator fieret; sed tamquam desideratus & optatus, postulatus à nobis, & à Deo vocatus, & honorificatus ad defendendam religionem, & Christi vtique seruos tuendos humiliter atque obedienter accessit operaturus & roboraturus in Imperio sum-

CAROLI MAGNI LAYDES.

III.

*al. rectis

IV.

LVDOVICI PII LAYDES. *al. patrum

V.

CAROLI CALVI LAYDES NIMIÆ.

VI.

*Gen. 41.

b 2. Reg. 2.

*al. orabat c Psal. 85.

VII.

IOAN. PAP. ELEGIT ET CONFIRMAT IMP.

VIII.

CAROLI MORTALIA MENDATA.

mam pacem & tranquillitatem, & in Ecclesia Dei iustitiam & exaltationem. Nisi enim A
talem eius cognouissimus intentionem: numquam animus noster fieret tam promptus
ad ipsius promotionem, & hoc per sacerdotum Dei manus, & ministrorum eius offi-
cium, sicut Dauid & Salomon, & nonnulli alij Christiani, quos nimirum non esse tan-
gendos, Spiritus sanctus per ^a Psalmorum cantica protestatur.

^a Psal. 104.

I X.

Quapropter, fratres charissimi, vnanimes, id ipsum sentientes, benedicamus Domi-
no, & totis cordis ac corporis vocibus collaudemus, qui secundum quod pollicitus est,
spemnes spreuit, & glorificantem se glorificauit, qui que hunc tantum nobis talemque
tribuit, per quem merentium consolatio, & paganorum contritio, & Christianorum
proculdubio speretur cita redemptio: summamque Maiestatem eius & pietatem votis
continuis obsecremus, vt confirmet hoc in eo, immo in nobis per eum, quod operatus est
in eo à templo ^b sancto suo, quod est in superna Ierusalem.

^b Psal. 67.

X.

Nosque quod iam in Romana Ecclesia, quæ est magistra & mater & caput Ecclesia-
rum, auctore Domino, famularus nostri ministerio gessimus, preces benedictionis fun-
dentes, & coronam imponentes sceptri, & diadema Imperij: etiam hinc in sancta ac ge-
nerali fraternitatis vestrae Synodo, ad quam, Domino duce, pro innumeris necessitatibus
& vtilitatibus sanctæ Ecclesiæ Synodi conuenisse dignoscimur: iterato cordis affectibus,
& oris vocibus, & manus subscriptionibus robaremus, nec sint (quod absit) in nobis schi-
smata, quæ Apostolus medullitus execratur, nec animorum alicuius diuisionis & diuersi-
tatis dissensio.] hucusque Ioannes Pontifex in Synodo perorauit.

X I.

In qua quidem post laudes Caroli effusas nimis (non enim facile patiuntur encomia
frænum, quin diffluant in hyperboles) habes, Lector, ex factis ipsis expressam, quam tan-
topere impugnare conati sunt Nouatores Romani Pontificis auctoritatem & potestatem C
in creandis Imperatoribus, vt non nudum exhibeant ministerium in ipsis vngendis & co-
ronandis, sicut facere solent Patriarche Constantinopolitani in coronatione Orientalium
Imperatorum. Nam audisti ex eius verbis, ab ipso Ioanne Papa diuino instinctu electum
Carolus ad Imperium gubernandum, & approbatum, prouectumque ad tam sublimem
dignitatem, & Augustali nomine decoratum (sunt hæc omnia totidem verba eius, quibus
suum significat ministerium) postea demum vinctum & coronatum. sic enim arbitrio Pa-
pe est collatum Imperium. Si res verò iure successionis agenda fuisset; non Carolus, sed
Ludouicus eius frater maior natu erat præferendus: sed quod in arbitrio sit eligentis Pon-
tificis, non iure hereditario succedentis, exclusus est Ludouicus, & electus est Carolus; vt
patet ex his quæ sunt recitata, iam edita, haud pridem à Pithæo è latebris antiquitatum
eruta vetera Aëtorum monumenta: quæ si Nouatores refractarij cognouissent, haud
fortasse procaciter adeò aduersus veritatem patentem omnibus, declaratam exemplis
adeò manifestis insultassent. Sed faxit Deus, vt vel serò saltem sapiant Phryges isti, sed re-
liqua eorumdem Gestorum Pontificalium prosequamur, subiiciuntur ista:

*Responsio Episcoporum.*X I I.
ROM. PONT.
ESSE ELIGE-
RE ET COM-
PROBARE
IMPERATO-
REM.

Ecce beatissime ac Apostolice domine Papa Ioannes, clarius videmus mentem apicis
vestri gratia sancti Spiritus illustratâ, qui profectò quos repleuerit, ardentis pariter & elo-
quentes facit. Nisi enim ipse cor vestrum irradians tetigisset, nec ad tantæ dilectionis erga
nos flagrantiam accenderet, nec ad tot mellifluos & salutare affectus, quibus nos pie &
sanctè instruitis, proculdubio moueretur. Spiritalem autem filium vestrum dominum
Carolus Imperatorem, Christianissimum & mansuetissimum Principem tanto iure cu-
pimus & desideramus Augustalia Romani sceptri gubernacula inconcussa & im mutilata, E
immo augmentata & ampliata finetenus retinere; quanto liquidius non per hominem,
neque ab homine sublimatum, & ad tantum culmen potestatis euectum, superna gratia
reuelante, cognouimus, quæ nimirum cordi attentissimi Apostolatus vestri interioris in-
spirauit, vt non vos prius eligeret, sed contrà vos eum & eligeretis & diligeretis.

X I I I.
CONSENSVS
SYNODI.

Sed & nos, ô domine & coangelice Papa, vestigia vestra sectantes, & salubria mo-
nita recipientes; quem amatis, amamus; quem dilexistis, diligimus; quem elegistis, eli-
gimus, & quod in eo auctore omnium bonorum Domino, siue diuina benedictione, siue
sacra vñctione, siue coronæ Imperialis impositione gessistis, venerabili affectu sequi-
mur, & celebri laude prosequimur, & digna honorificentia veneramur, atque totis sen-
sus nostri nihilibus ita permanere atque pollere semper optamus. Sed & si necessitas fortas-
se exegerit, totis officij nostri conatibus aduersus aliter sentientium molimina resistere
fatage-

A fatagemus. Cùm enim secundum ^a Apostolum, non sit potestas, nisi à Deo, & hæc præ-
cipue, quæ tam pio collata est: haud dubium quin Domini ordinationi resistat, qui isti
ordinationi, quæ nobis ministrantibus, cælitus facta est, obstinata mente resistit. Aposto-
lico quippe culmini, docente sancto Bonifacio Papa, nemo vnquam obices manus in-
tulit, nisi qui de se voluit iudicari. Durum autem ^b contra stimulum calcitrare, & ^c ad-
uersus impetus fluminis conari.

Item summus Pontifex:

Quid igitur, fratres charissimi, inspiratio diuina omnium nostrum corda in vnum sen-
sum, & in eundem deliberationis finem direxit, vt scilicet vnum sentiamus, & vnum di-
camus omnes, & non sint in nobis schismata: quæ in præfato piissimo & tranquillissimo
Imperatore spirituali filio nostro Carolo, auctore Domino, siue preces benedictionis su-
per caput eius infundendo, sine sacræ vñctionis oleo celsum ipsius verticem contingen-
do, siue coronam Imperij conferendo gessimus; sententiæ prolacione (si vnanimi gene-
ralitati vestrae videretur) & per manuum subscriptionem etiam in præfenti ac venerabili
Synodo, sicut iam hortati sumus, iteratò promulgemus ac robaremus.

Sancta Synodus respondit:

Placet, & valde placet in omnibus vestra serenissima sectari vestigia, neque fas est vt à
culmine Apostolatus vestri in aliquo dissentiamus, quem videlicet ipse Christus Domi-
nus noster omnium nostrum ad vicem suam in terris esse voluit caput.

Tunc surgens summus Pontifex sententiam protulit, dicens:

Piissimi ac serenissimi spiritualis filij nostri Caroli magni & pacifici Imperatoris ad Im-
perialia sceptrâ electionem & promotionem ante mundi quidem ordinem diuinitus or-
dinatam, nuper autem, id est, præterita nona Indictione per ministerium nostræ medio-
critatis exhibitam, annuente Domino, ex tunc & nunc & in perpetuum firmam & sta-
bilem decernimus permanuram.

Responderunt omnes: Placet, Placet.

Item, si quis tantæ rei diuinitus actæ proculdubio institutionem, superbia, aut auari-
tia, vel certè aliquo ambitionis instinctu perturbare aut violare tentauerit: cuiuscumque
sit ordinis, dignitatis, aut professionis, tamquam Domini inimicus & ordinationi eius
tyrannide sæua resistens, & Ecclesiæ Dei hostis, totiusque pacis & Christianitatis dissipator,
anathemate vsque ad satisfactionem teneatur omni tempore annexus.

*Responderunt, Fiat, Fiat.**Item summus Pontifex:*

D Paratores & incitatores pessimi huius consilij, qui profectò cùm ministri sint diabo-
li, sua quærunt, non quæ Iesv Christi, & in Imperium subintroducere simultates &
discordiam moluntur, ac fraudulencia immittere schisma ad confundendam Ecclesiæ
vnitatem, Regnique congruum statum & ordinem Rei que publicæ vtilitatem & tranqui-
litem conantur: si deinceps in talibus inuenti fuerint, & si quidem Ecclesiastici viri ex-
titerint, tamquam viri schismatici, vtque à capite dissidentes, omnimodis deponantur.
Laici verò & monachi perpetuo anathemate feriuntur. *Responderunt omnes:* Fiat, Fiat.

*Fiat. * Subscripsi ergo dominus Papa, & cum eo Episcopi qui assuerunt.*

E Gloriosissimo & à Deo coronato magno & pacifico Imperatori, domino nostro Ca-
rolo perpetuo Augusto, nos quidem omnes Episcopi, Abbates, Comites, & reliqui qui
nobiscum conuenerunt Italici Regni optimates, quorum nomina generaliter subter ha-
bentur inserta, perpetuam optamus prosperitatem & pacem.

Iam quia diuina pietas vos beatorum principum Apostolorum Petri & Pauli interuen-
tionem per Vicarium ipsorum, dominum videlicet Ioannem summum Pontificem & vni-
uersalem Papam, (spiritualemque patrem nostrum, ad profectum sanctæ Dei Ecclesiæ, no-
strorumque omnium inuitauit, & ad Imperiale culmen sancti Spiritus iudicio prouexit:
nos vnanimiter vos Protectorem, dominum, & Defensorem nostrum elegimus, cui &
gaudenter toto cordis affectu subdi gaudemus, & omnia quæ ad profectum totius sanctæ
Dei Ecclesiæ, nostrorumque omnium salutem decernentis, & sancietis, totis viribus, annuen-
te Christo, concordia mente & prompta voluntate obseruare promittimus.

Anspertus sanctæ Mediolanensis Ecclesiæ Archiepiscopus subscripsi.

Ioannes sanctæ Aretinæ Ecclesiæ humilis Episcopus subscripsi.

Ioannes Episcopus sanctæ Ticinensis Ecclesiæ subscripsi.

Bene-

X I V.

ITERATA
SVPERAGIA

X V.

CONFIRMA-
TA RELECTIO
IMP.

X VI.

ANATHEMA
IN ADVER-
SANTES...

X VII.

* Hucusq; apud
Papam in
Ann. in Pithæi
editione, que se-
quuntur alia
reperuntur ac-
clamationes.

X VIII.

QVAE POL-
LICENTVR
EPISCOPI
IMPERATO-
RI.

CHRISTI IOANNIS PAP. VIII. CAROLI II. IMP. I.
876. 4. BASIL. MACED. IMP. IO.

Benedictus Cremonensis Episcopus subscripsi.
Theudolphus Terdonensis Episcopus subscripsi.
Azo Eporediensis Episcopus subscripsi.
Gerardus exiguus in exigua Laudensi Ecclesia Episcopus subscripsi.
Hililumus Astensis Episcopus subscripsi.
Ratbornus sedis Augustanæ Episcopus subscripsi.
Leodoinus Mutinensis Episcopus subscripsi.
Hilradus Albenfis Episcopus subscripsi.
Bodo humilis sanctæ Aquensis Ecclesiæ Episcopus subscripsi.
Sabbatinus Ienuensis Ecclesiæ Episcopus subscripsi.
Filbertus Comensis Episcopus.

Adelardus seruus seruorum Dei Veronensis Episcopus subscripsi.
Ego Paulus sanctæ Ecclesiæ Placentiæ Episcopus subscripsi.
Ego Andreas sanctæ Florentinæ Ecclesiæ Episcopus subscripsi.
Raginerius Abbas subscripsi.
Signū Bosonis inclyti Ducis & sacri Palatij Archiministri, atq; Imperialis Missi.
Signum Richardi Comitis. Signum Harfingi Comitis.
Signum Vualfridi Comitis. Signum Bodradi Comitis Palatij.
Signum Luitfridi Comitis. Signum Cuniberti Comitis.
Signum Alberici Comitis. Signum Bernardi Comitis.
Signum Supponis Comitis. Signum Airbolei Comitis.

Quæ sequuntur, spectant ad conuentum Ticinensem, vbi hæc sunt recitata & firmata.
Acta sunt hæc in palatio Ticinensi anno Domini octingentesimo septuagesimo septimo,
Regni domini Caroli Imp. Ludouici Aug. piæ memoriæ filij in Francia xxxvi. Imperij
primo, Indiæ. ix.] hucusque Acta. de quibus hæc Aimoinus huius temporis scriptor,
post mentionem de coronatione Romæ facta: Nonis Ian. Carolus Româ exiens Papiam
rediit, vbi & placitum suum habuit, &c.] vt scias hæc pertinere ad annum præsentem.
Citantur autem ab Anselmo Lucensi eadem Acta, & ex eis recitatur fragmentum.

At secundum illud Prouerbiorum: ^b Hereditas ad quam festinat in principio, in nouissimo benedictione carebit,] haud prædecessoris in hoc videtur. Ioannes secutus esse vestigia: siquidem Hadrianus Papa eumdem Carolum inuadentem Regnum Lotharij nepotis defuncti, quod spectabat ad eius germanum Ludouicum Imp. iteratis monitionibus & cominationibus, atque Ecclesiasticis censuris exagitauit. Ioannes verò eumdem Carolum poena dignum, Regnoq; (vt vidisti) priuandum, auxit Imperio: neruos (vt apparet) Apostolici vigoris dimittens, nulla (quod sciatur) de commisso delicto adhibita satisfactione canonica. Ita planè hæc omnia maleuada prudentia carnis operata esse videtur, dum nimirum fauerit Carolo magis quam Ludouico fratri Ioannes, ab hoc magis vt propinquiore expectans aduersus ingruentes Sarracenos auxilium, siue aliis de cautis quæ nos latent. cum tamen (vt exitus declarauit) Ecclesiæ Romanæ inutilem creauerit Imperatorem. Ex hoc tempore malè cœptum est, vt cum, præter antiquorum morem, non inisterent ita tenaci firmoque animo successores (exceptis iis quæ spectant ad Fidem) prædecessorum vestigiis, innumera ex his parta sint mala, quæ videbis.

Post hæc autem vt etiam ab Episcopis Gallicanis eadem omnia firmarentur, Pontigonense in Galliis Concilium est celebratum. de quo ista apud Aimoinum leguntur de ipso Carolo Imperatore: ^c Accersens Legatos Apostolici Ioannem Tuscanensem & Ioannem Aretinum, atque Ansegisum Senonensem, illorum consilio medio, futuro mense Iulij generalem Synodum auctoritate Apostolica, & sanctione sua apud Pontigonem indixit, quod per Rhemos & Catalaunos ciuitates peruenit.] & paulò post: Vndecimo Kal. Iulij, Indictione nona, Episcopis & ceteris quibusque clericis vestibus Ecclesiasticis indutis, e domo ac sedilibus palliis protensis, atque in gremio Synodi & prospectu Imperialis sedis, lectorio superpositis sacrosanctis Euangeliis, venit dominus Imperator Carolus in vestitu deaurato, habitu Francisco, cum Legatis Apostolicæ Sedis ad Synodum. Et cantoribus Antiphonam, Exaudi nos Domine, cum versibus & Gloria Patri cantantibus, post Kyrie eleison, & data oratione à Ioanne Tuscanensi Episcopo, refedit dominus Imperator in Synodo. Et legit Ioannes Tuscanensis Episcopus epistolam à domino Apostolico missam. Cum quibus & legit epistolam de primatu Ansegisi Senonensis Episcopi, vt quoties vtilitas

^c Aim. lib. 5. c. 32. 33. SYNODUS GENERALIS PONTIGONENSIS IN GALLIIS.

^a Ansel. l. u. c. 1. de potest. & primatu Rom. Eccl. cap. 82.

XIX.

^b Prou. 20.

XX.

CHRISTI IOANNIS PAP. VIII. CAROLI II. IMP. I.
876. 4. BASIL. MACED. IMP. IO.

Alitas Ecclesiastica dictauerit, siue in euocanda Synodo, siue in aliis negotiis exercendis per Gallias & Germanias, Apostolica vice fruatur, & decreta Sedis Apostolicæ per ipsum Episcopis manifesta efficiantur, & rursum quæ gesta fuerint, eius relatione, si necesse fuerit, Apostolicæ Sedi pandantur, & maiora negotia & difficiliora quæque suggestionem ipsius à Sede Apostolica disponenda & enucleanda sequantur.

Potentibus autem Episcopis, vt eis permitteretur ipsam legere epistolam, quibus erat directa, non acquieuit Imperator, sed responsum quæsiuit ab eis, quid de his iussis Apostolicis responderent. Quorum responsio talis fuit, vt seruato singulis Metropolitanis iure priuilegij secundum sacros Canones, & iuxta decreta Sedis Romanæ Pontificum ex iisdem sacris Canonibus promulgata, domini Ioannis Papæ Apostolicis iussionibus obedirent. Et cum Imperator & Legati Apostolici satagerent, vt absolutè Archiepiscopi responderent, se obedituros de primatu Ansegisi, sicut Apostolicus scripsit: aliud, nisi quod prædictum est, responsum ab eis extorquere non potuerunt, excepto quod Prothasius (aliàs Frotharius, vt supra) Burdegalensis Episcopus, quoniam à Burdegalia ad Pictauos, indeque ad Bituricum fauore Principis contra regulas se contulit, per adulationem respondit, quod Imperatori placere cognouit. Tunc motus Imperator dixit, quod dominus Apostolicus ei suas vices commisit in Synodo, & quod iisdem præcepit, ipse exequi studeret. & accepit ipsam epistolam inuolutam vnà cum Ioanne Tuscanensi & Ioanne Aretino, & dedit illam Ansegiso. & iussit sellam plethilem poni ante omnes Episcopos Cisalpini Regni sui iuxta Ioannem Tuscanensem, qui ad dexteram illius sedebat. Et præcepit Ansegiso vt supergrederetur omnes ante se ordinatos, & sederet in eadem sella, Rhemorum Archiepiscopo reclamante, audientibus omnibus, hoc factum sacris regulis obuiare. Imperator autem in sententia sua permansit. Et potentibus Episcopis, vt liceret eis saltem exemplar sibi de epistola directa sumere: nec hoc vilo modo impetrauere. & sic soluta est Synodus in die illa.

Decimo Kalend. præfati mensis iterum conuenerunt Episcopi, in quo conuentu lectæ sunt epistolæ à domino Apostolico missæ, & lecta est electio domini Imperatoris, ab Episcopis & ceteris Italici Regni firmata, sed & capitula quæ in palatio Ticinensi constituit, ab omnibus confirmari fecit, quæ & Episcopis Cisalpinis confirmare præcepit. Et sic soluta est Synodus in die illa.

Quinto Nonas Iulij conuenerunt Episcopi sine Imperatore, & habitæ sunt contentiones de presbyteris ex diuersis parochiis clamantibus ad Legatos Apostolici. & sic soluta est in hac die.

Quarto Nonas eiusdem mensis iterum conuenerunt Episcopi. & Imperator in Synodo residens audiuit Orationes fratris sui Ludouici Regis, Vuillibertum Archiepiscopum Coloniae, & Adalardum & Menigardum Comites, per quos petiit partem de Regno Ludouici Imperatoris, filij Lotharij fratris eorum, sicut ei competeret ex hereditate, & illi firmatum erat sacramento. Et legit Ioannes Tuscanensis epistolam à Ioanne Papa Episcopis Regni Ludouici directam, & dedit exemplar Vuilliberto Archiepiscopo, vt deferret illud præfatis Episcopis: & sic soluta est præfata Synodus in illa die.

Sexto Idus Iulij conuenerunt Episcopi, & circa horam nonam venerunt Legati domini Apostolici, Leo Episcopus & Apocrisarius ac nepos Apostolici, atq; Petrus Forosempronensis Episcopus, deferentes epistolas, Imp. & Imperatrici, & salutationes Apostolici ad Episcopos, & sic soluta est Synodus in die illa.] Huius autem nouæ mittendæ legationis Ioanni Papæ quæ fuerit causa, cum hæc ab auctore silentio obuoluatur, ex eiusdem Pontificis epistolis inspicitur, nimirum vt concessa à prædecessoribus Francorum Principibus Romanæ Ecclesiæ, ab ipso nouo Imperatore confirmarentur: quod se obtinuisse testatur in epistola ^a ad Gandulphum Episcopum Capuanum. Missos etiam eosdem pro necessitate Romanæ Ecclesiæ quam pateretur ab ingruentibus Sarracenis & rebellibus Christianis, idem tradit in ^b epistola ad Bosonem Comitem, & alia ad eosdem Legatos data.

Sexto, aliàs quinto, Idus Iulij conuenientibus Episcopis, lecta est epistola Apostolici de damnatione Formosi Episcopi, Gregorij, & consentientium eis. & præsentata sunt Imperatori ab Apostolico missa dona, inter quæ fuere præcipua, sceptrum & baculus aureus. Sed & Imperatrici dona sunt ab eo missa, pallia & armillæ cum gemmis. & sic soluta est Synodus in die illa.] Quod spectat ad damnationem Formosi Episcopi Portuensis, cur damnatus sit, nescimus: persecutionem enim ipsum esse passum, quæ inferius

XXI. PRIMASISSIO.

XXII. SESSIO II.

SESS. III.

XXIII. SESS. IIII.

XXIV. SESSIO V.

^a Ioan. ep. 9.

^b Ibid. ep. 6.7

XXV.

SESS. VI.

FORMOSI

EPISCOPI

PORTUENSIS

DAMNATIO.

rius dicentur, ostendent. Constat autem quod huic sessioni interesse noluerunt Episco- A pi Galliarum. pergir auctor:

XXVI. SESS. VII.

Pridie Idus Iulij conuenerunt Episcopi, & misit Imperator Vicarios Apostolici incre- pare durius Archiepiscopos & Episcopos, qui pridie non venerunt, sicut praecepit. Illis autem canonicè rationabilem reddentibus rationem, sopita est increpatio. Et lecta est à Ioanne Tuscanenti iterum epistola, iubente Imperatore, pro primatu Ansegisi. Et que- sita est ab Episcopis denuò inde responsio: & respondentibus singulis Archiepiscopis, quòd veluti sui antecessores illius antecessoribus regulariter obediunt: ita iis decretis vellent obedire. Tunc facilius illorum est admissa responsio, quàm fuerat in Imperato- ris praesentia. Et sic iterum post multas contentiones de presbyteris diuersarum parochia- rum reclamantibus ad Legatos Apostolici, lecta est reclamatio Frotharij Burdegalenfis Archiepiscopi, quia non poterat consistere propter infestationem paganorum in ciuitate B sua, vt liceret ei Bituricensi Metropolim occupare. Cuius petitionibus vnanimis Episcoporum nullatenus acquieuit.] hic finem habuit praesentis diei Actio. Verum quod Episcopi Francorum Frothario concedere noluerunt, concessit postea Ioannes Papa, vt ipsius plures epistolae eodem argumento datae declarant.

a Ioan. Papa ep. 8. 13. 14. 17.

XXVII. SESS. VIII.

Iubentibus Legatis Apostolicis, vt decimosextimo Kal. Augusti conuenirent Episcopi manè, circa horam nonam venit Imperator, Germanico more paratus & coronatus, de- ducentibus eum Apostolicae Sedis Legatis more Romano vestitis ad Episcopos Ecclesia- sticis vestimentis indutos; & ceteris secundum modum primae horae diei, quando inchoa- ta est Synodus, praeparatis, vt prius cantata Antiphona: Exaudi nos Domine, cum versu- bus & Gloria, post Kyrie eleison, data oratione à Leone Episcopo, resederunt omnes. Et legit Ioannes Aretinus Episcopus quamdam schedulam ratione & auctoritate carentem. C Postquam, legit Odo Belgiuacorum Episcopus quaedam capitula à Legatis Apostolicis, & ab Ansegiso & eodem Odone sine conscientia Synodi dictata, inter se dissona, & nullam vtilitatem habentia, verum & ratione & auctoritate carentia, & ideò hic non habentur subiuncta. Iterum mota est interrogatio de Ansegisi primatu, & post multas ab Imperato- re & Legatis Apostolicis contra Episcopos querimonias habitas; tantum in nouissimo, quantum in principio Synodi exinde Ansegisus obtinuit.] Quamuis sit passus praeter ceteris aduersarium Hinemarus Rhemensis Archiepiscopum, de quo ista habet Frodoardus: Responder etiam ad Capitula quadam Regni Francorum Episcopis à Ioanne Papa tran- smissa de priuilegijs sedium per capitula septem; quoniam idem Papa nifus fuerat Ansegi- sum Senonensem Episcopum primatem constituere, vt Apostolica vice per Gallias & Germanias frueretur, cui conatui venerabilis hic praesul Hinemarus efficaciter obstitit.] D hæc Frodoardus. Sed quae sunt reliqua huius Synodi prosequamur.

XXVIII.

Post hæc autem perrexit Petrus Episcopus Forosempromij, & Ioannes Tuscanensis ad cubiculum Imperatoris, & adduxerunt Imperatricem Rachildem coronatam in Syno- dum. Et stante illa iuxta Imperatorem, surrexerunt omnes, & stantes quique in gradu suo, inceperunt laudes Leo Episcopus & Ioannes Tuscanensis Episcopus. Et post laudes actas in dominum Apostolicum, & dominum Imperatorem & Imperatricem & ceteros iuxta morem, data oratione à Leone Grauinensi Episcopo, soluta est Synodus. Postea Imperator Legatos muneratos Apostolicos Leonem & Petrum remisit Romam, & cum eis Ansegisum Senonensem Episcopum, & Aldagarium Augustodunensem Episcopum.] hucusque Synodi res gesta: paulò post autem hæc:

b Aim. lib. 5. c. 34.

XXIX.

Quinto Kal. Septemb. misit Legatos Apostolici Ioannem, itemque Ioannem, & Odo- nem Episcopum cum aliis nuntiis ad fratrem suum Ludouicum & filios eius ac Episcopos E atque primores Regni sui. Quibus missis, in via Imperatori Carissiaci nuntiatum est, praefatum Ludouicum Regem in Franconofurd palatio v. Kal. Septemb. obiisse, & i v. Kalend. eiusdem mensis in monasterio S. Nazarij sepultum fuisse, &c.]

LVDOVICI REG. GERM. OBITVS.

XXX.

At quae sunt ista secuta? Qui enim non ad id cuius gratia electus est Imperator, ad de- fendendum videlicet Christianum populum ab inuadentibus aduersariis, sed Imperio vsus est in tyrannidem: expertus est numen infensum, Deumque vindicem sentit. Si- quidem vbi fratris audiuit obitum Carolus, ad inuadendum relictum filiis ab eo Re- gnum, ingenti exercitu comparato, addixit animum, verum Deo vlciscente à Ludouico filio Ludouici crebris legationibus pacem rogante, nec obtinente, victus fugatusque magna cum ignominia fuit, posteris factus exemplum, quàm sint inualida atque pror- sus

CAROLVS IMP. ADVER SVS LVD. VIC. MITTIT EXERCITVM

A sus inuitiles armatae copiae, & bene instructae, ferratae agmina quàm infirma, in quibus non inuenit sua signa iustitia. Audi miranda. Vix parente sepulto, Ludouicus filius cogitur imparatus ad bellum formidolosum progredi, è trabea funerali ad militarem campum festinus accurere, sed inuitus atque detrectans, praemittens frustra Legatos pacis, atque remittens: cum ad Deum exercituum magna fide conuersus, quod petiit impetrauit. Quae omnia Aimoinus eiusdem scriptor: temporis sic narrat:

Tunc ipse (inquit) ac Comites eius: ieiunijs ac litanijs misericordiam Domini petie- runt, irridentibus eos illis qui erant cum Imperatore.] sed quid insuper? Fide pollens magis quàm copiis militaribus iuuenis, inconcessa tentat, securus de diuina potentia, & certus de eiusdem protectione iustitiae: praesumit quoque conscientia sincera miracula. Vt enim ipsum aduersantem Imperatorem tyrannum iniustitiam omnino prosequi, & Deum persequi, palam ostendat: horrendum huiuscemodi ob oculos eius spectaculum ponit: Decem (idem subdit auctor) homines cum aqua calida, & decem cum ferro ca- lido, & decem cum aqua frigida ad iudicium misit coram eis qui cum illo erant, peten- tibus omnibus, vt Deus in illo iudicio declararet, si per ius & aequum ille habere debeat portionem de Regno, quam pater suus illi dimisit ex ea parte quam cum Carolo fratre suo per consensionem illius & per sacramentum accepit. Qui omnes illesi reperti sunt.] Iam & paulò antè ad Ioannem Pontificem Romanum idem Ludouicus scripserat, ex- petens de suis iuribus iudicium Apostolicae Sedis, prout litterae eiusdem Pontificis ad eum reddita docent.

XXXI. LVDOVICVS OMNIA PRO PACE TEN- TAT.

MIRACVLIS PATERFACTA IUSTITIA LVDOVICI.

a Ioan. ep. 2.

XXXII.

Quid amplius: cum nullum praetermisisset officium, quod ad pacem conciliandam con- sideraret esse proficuum; coactus tandem armis decernere, longè viribus impar, vicit Im- peratorem, iam solum turpi fuga lapsum suae consulente salutis. coacta fugere quoque Im- peratrix ipsa Racheldis, in fuga ita est timore coccussa, vt proiecisse ex vtero foetum potius, quàm peperisse dici possit infantem haud diu futurum superstitem. O humanarum rerum inconstantiam, & duram rerum vicissitudinem! Quae paucos antè dies Imperatoris orna- tu in Synodo visa est omnibus admiranda: modò fugiens, nec turgio contegi potuit ad pariendum. Sed audi quae veteres citari consueti recitent Francorum Annales.

In hoc, inquit, certamine contra Carolum proculdubio celsitus dimicatum est. Nam sicut captiui inde adducti narrare solebant: Apparente Ludouico, & his qui cum eo erant, tantus timor omnem exercitum Caroli inuasit, vt prius se victos putarent, quàm ad pugnam venirent. Et quod maioris est admirationis, equorum latera quibus inside- bant, calcaribus tundebant & cruentabant, & illi quasi ad stipitem ligati immobiles per- manebant. Armis quoque suis pugnabant, sed paucos vulnerabant: acies enim armorum quasi retusa essent, neminem penitus laedebant. Hæc octavo Idus Octobris contra no- uellum Sennacherib gesta sunt, vt qui prius propter mentis elationem Deum cognosce- re noluit: modò victus & confusus intelligat, quòd non in multitudine exercitus victo- ria belli, sed de caelo fortitudo est, & aliquando auaritia & superbiae finem imponat.] hæc ibi. atque de his hætenus.

XXXIII. CAROLVS IMP. DIVI- NITVS S. V- PERATVS.

Sed quae sunt anni huius reliqua prosequamur. Multae sunt Pontificiae actiones, quae ex epistolis Ioannis Papae ad diuersos hoc anno datis colligi possunt: quae autè ab eius Ponti- ficatus exordio vsque ad mensem Septemb. anni huius datae sunt, exciderunt; reliquae ve- rò, nempe quae ab exordio decimae Indictionis datae reperuntur, ex Registro ipsius prodia- ra in lucem sunt: quae enim antiquitus scriptae habentur in Vaticana Bibliotheca, iam Ro- mae cussa habentur, vt non sit opus de singulis agere, sed ex eis aliqua tantum quae ad tem- poris huius historiam pertinent, Annalibus iungere, temporis ratione seruata.

XXXIV. DE IOANNIS PAP. EPIST.

Qui dimissi fuerunt ab eodem Carolo Imp. Apostolicae Sedis Legati ex Synodo Ponti- gonensi Leo atque Petrus Episcopi, à Bosone Comite in via apud Ticinum retenti sunt. cuius rei gratia, idem qui miserat eos Ioannes Papa ad eum scribens, redarguit, & com- minatur nisi dimittat eos. Reprehendit & Legatos ipsos quòd minis hominum teneren- tur. nam hæc inter alia habet: Præcipimus vobis auctoritate Dei ac Domini nostri Iesv Christi, vt memores antiquorum sanctae Ecclesiae Legatorum, qui nullis minis, nullis terroribus, nullisque mortibus à suis legationibus discesserunt, praesentialiter auctoritate huius epistolae initium ad nos reuertendi facere studeatis. Sed si permissi fueritis, statim ad nos reuertimini. Si verò aliquis vos impederit: violentiam quam patimini, vt cun- ctis Christianicis valeat propalari, nobis continuo reuelare studeat: quatenus in eo quod

XXXV.

b Ioan. ep. 7.

c Idem ep. 6.

contra morem gentium Apostolicæ Sedis legatio ecce secundò naufragium passa est, ci-

tissimum consilium, confortante nos Domino, præparemus.] hæc Ioannes.

Verùm Legatos ipsos dimissos fuisse liberos, peruenisseque Romam incolumes, aliæ a

eiusdem Pontificis litteræ docent; quibus pariter redditur b manifestum ab eodem Imp.

Carolo missos Romam Legatos Ansegisum Archiepiscopum Senonensem, & Aldaga-

rium Episcopum Augustodunensem; cuius legationis meminit etiam c Aimoinus.

XXXVII. Erat autem, his diebus; Romanæ Urbis & adiacentium prouinciarum status infelix ob

Sarracenorum infestationem, quam in pluribus hoc anno d datus epistolis idem Ioannes

Papa deplorat, præcipuè verò cum de his scribit ad Carolum Imperatorem epistolam,

qua non solum queritur de Sarracenorum, sed & de Marchionum infestationibus; quæ

omnia, vt facilius assequaris, hic tibi ipsam totidem verbis reddimus. sic se habet: e

Ioannes Episcopus Carolo Imperatori.

Quanta & qualia per impiam gentem patiamur Sarracenorum, quid dicam? que scri-

bere quilibet stylus non sufficit, cum omnia ligna siluarum si vertantur in linguas, narra-

re non valeant: quorum quia ex his quædam vestra iam didicit excellentia: prædisposuit

exercitum suum ad hæc remouenda cum valida manu dirigere. Quo nos audito, mox

eleuatis manibus, Dominum collaudauimus, eiusque clementiam, pio Imperio vestro le-

tantes, protinus exorauimus. Sed quanto, fili charissime, lætati sumus in his quæ dicta

sunt nobis; tanto, heu, tristati & ramaricati, quia quæ dicta sunt, rerum non sunt effecti-

bis consummata. Reuersi quippe sunt, vt audiuius, & solis paganis gaudium, nobis au-

tem non nisi tribulationem inenarrabilem reliquerunt. Et ecce, proh dolor, inimicis Cru-

cis Christi granulantis, solus Fidelium cæterus magna amaritudine consumitur. Chri-

stianorum sanguis effunditur, deuotus Deo populus continua strage vastatur. Nam qui

euadit ignem vel gladium, præda efficitur, captiuus trahitur, & exul perpetuus constitui-

tur. En ciuitates, castra, villa: destitutæ habitatoribus perierunt. Et Episcopi hac illacque

dispersi, sola illis Apostolorum Principis Limina derelicta sunt in refugium, cum Episco-

pa eorum in ferarum sunt redacta cubilia; & ipsis vagis & sine tectis inuentis, non iam eis

liceat prædicare, sed mendicare.

XXXVIII. Ecce, charissime, peruenit gladius vsque ad animam. Ecce dies, in qua clamamus: f. Bea-

ta steriles, quæ non genuerunt. Ecce illa periculosa tempora Pauli voce g prædicta. Liber

ergo cum Ieremia clamare: h. Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacry-

marum, vt plangam tantam & talem miseriam, tale ac tantum excidium patriæ? Sedit in

tristitia, quin potius in ruina, domina Gentium, Regina vrbium, mater Ecclesiarum, con-

102 ep. 9. 15
Idem ep. 23.
Am. lib. 5.
c. 33. in fine.
XXXVI.
LEGATI AP.
SED. DIMIS.
S. LIBERT.
XXXVII.
SARRACENI
INFESTANT
REGIONES
VRBI PROXI
MAS.
d Ioan. ep. I.
6. 7. & aliis.
Idem ep. 21.
IOANNIS
PAP. EPIST.
AD CAROL.
I M P. PRO
AUXILIO
CONTRA
SARRACE
NOS.

Luc. 23.
2. Tim. 3.
Ierem. 9.
Soph. 1.
XXXIX.
MARCHIO
NES CHRIS
TIANIS SAR
RACENIS
COMPARATI
k Ioc. 1.
* que Petri

XL.
Quocirca totis præcordiis, totisque commoti visceribus, cum Episcopis & presbyteris ac proceribus, totisque plebis nobis olim commissæ reliquii deprecamur. lube tandem aperiri aures, audire gemitum & singultus omnium nostrum, porrigere manum, & præstare opem patriæ periclitanti, ciuitati inter multas miserias & ærumnas iacenti; & huic Ecclesiæ Marri vestræ, à qua non solum regnandi, sed & in Domino regnandi, sed & verum credendi exordium percepistis; quæ in vltimo, spreto magno & bono fratre, Ludouico videlicet, vos amore Dei, gratuita voluntate tamquam alterum Regem David elegit, & prælegit; atque ad Imperialia sceptrâ prouexit.

Cogi-

Cogitate itaque, Dei cultor semper Auguste, à Propheta præmonite: a Si hæc humili-

liatur, ad cuius confugietis auxilium? vel vbi relinquetis gloriam vestram? perpendite

quia si hæc humiliatur, non solum gloria Imperij vestri periclitabitur, sed & ipsa pro-

fectò Christianæ religionis cultura maxima ex parte peribit. Et idcirco talia scientes, no-

lite quæso iam differre. Nolite de die in diem induciis non profuturis abuti. Cum Pro-

uerbiatore clamo: b Ne dicatis amico vestro, Vade, & reuertere: cras enim dabo tibi. &

aliàs: c Quod potest, inquit, manus tua facere, instanter operare, &c. Nescitis namque

(vt cum venia vestra dicam) quid superuentura pariat dies. Ita ergo, fili charissime, de

hac Ecclesiâ, necnon & patria velociter & prudenter excogitate & ordinate, vt saltem ip-

sæ paucissimæ reliquæ saluæ sint, quæ remanserunt; quæque quotidie & cateruatim gladio

& præda disperunt. Occurrite strenuè, subuenite celeriter, & manu consolationis

vestræ ab oculis nostris tandem abstergite lacrymas, quatenus super illis & præfentialiter,

Deo propitio, gaudeatis, & in futuro, frequenti ac laudabili relicta fama superstite, cum

Christo perpetes in cælestibus imperetis. Data decimo septimo Kal. Decembris Indictio-

ne x.] hæc ad Carolum Ioannes in fine anti huius.

Sed & ad eius coniugem Rachildem d Augustam eodem pariter argumento epistolam

scripsit, cui (vt ibi narratur) hæc prouinciam ipse commiserat Imperator. Sed hæc omnia

frustrâ. clade enim recenti adhuc dolens, magis ipsi sua quàm aliena vulnera curæ fue-

runt. aliàs enim sed frustra de his fuit ad ipsum sæpè scribendum, vt ex iis quæ sequenti

anno dicturi sumus, liquidò apparebit.

Quinam autem fuerint Principes illi Christiani, de quibus queritur: ex aliis eius episto-

lis, quibus quos fideles, quos verò infideles Principes ut expertus, idem Pontifex decla-

rat, apparet: e illis enim laudat fidelitatem Guaiferij Principis Salernitani, & eius fratris

Pulcharij Præfecti Amalphitani; detestatur verò est perfidiam Sergij f Ducis Neapolitani

& g Adelgisi Ducis Beneuentani; hi enim cum Sarracenis fœdus inierunt. à quo vt absti-

neat, monet eundem Guaiferium Principem Salernitanum, ad quem hæc inter alia:

Interim autem state in fide, viriliter omnes agite, & confortetur cor vestrum, non in Sul-

tan (qui sarran congruentius dicitur) sed sperantes in Domino; ita vt omnes à pagano-

rum consortio subducatis, & vos ad pacem in inuicem & concordiam vniatis in Christo

I E s v Domino nostro, &c.] hæc ad dictum Principem hoc anno in fine ipsius, nempe

xv. Kal. Ian. His autem pariter perturbationibus factum, vt quod idem Pontifex indixe-

rat celebrandum in fine anni Concilium Romæ, non fuerit profecutus. cuius argumen-

ti ad diuersos Episcopos extant eiusdem Pontificis data litteræ.

A
B
C
D
E

XLII.
1/2. IO.
DAMNA RO
MANÆ EC
CLES. ROM.
IMP. ESSE
COMMUNIA
b Prout. 3.
c Eccl. 9.
XLIII.
Idem ep. 3.
c. 28.
Idem ep. 5.
Idem ep. 18.
QVI FIDE
LES QUIVE
INFIDELIS
ECCLES. ROM.
PRINCIPES.

XLIV.
Apud Sarr.
tom. 3. die 3.
Oct. in fin.
Areopag.
ANASTAS.
BIBL. MIT.
TIT. VITAM
DIONYSII
AD CAROL.
IMP.

XLV.
CAROLVS
IMP. OPTI
ME MERITVS
DE BONIS
LITTERIS.

climata nostra transferri. Quid Hiberniam memorem contempto pelagi discrimine pe- A nē totam cum grege philosophorum ad litora nostra migrantem? quorum quisquis peritior est, vltro sibi indicit exilium, vt Salomoni sapientissimo famuletur ad vōtum.

XLVI. Itaque, Cæsar inuictissime, pænē est, vt vniuersus orbis in te statuatur controuersias, no- uis aduersum te declamationibus inuehat: qui dum te, tuosque ornamentis sapien- tiæ illustrare contendis, cunctarum ferē gentium scholas & studia sustulisti. sublaris eniā præceptoribus, confine & consequens est, facile omnium ingenia congelasse. Ita nam- que spretis ceteris, in eam mundi partem, quam tua potestas complectitur, vniuersa op- timarum artium studia confluerunt, vt verisimile habeam, iam dudum eas humanæ inertie perosas terris penitus excessisse, nisi tuæ integritatis amplitudine tenerentur, in qua etiam vnicum suæ professionis culmen ac fastigium mirabiliter collocarunt. Hinc est, quod cum sit perantiqua sententia, Silent leges inter arma: hæc tamen tam belli quàm pacis tempore apud te plurimum semper obtineant dignitatis, ita vt meritò vocitetur schola, Palatium, cuius apex non minus scholaribus quàm militaribus consuescit quoti- die disciplinis. Quidquid igitur litteræ possunt, quidquid assequuntur ingenia, tibi de- bent.] ista Ericus, de quo in libro de illustribus Ecclesiasticis scriptoribus Sigebertus: Eri- cus monachus vitam Germani Antifiodorensis Episcopi stylo metrico sex libris luculen- ter descripsit.] Subiicit & de Milone: Milo monachus sancti Amandi scientia littera- rum clarus scripsit metrico stylo ad Carolum Regem librum de sobrietate.] subnectit item & de Hubaldo monacho S. Amandi, quem inter alias lucubrations scripsisse testa- tur ad eundem Imperatorem Carolum Caluum librum trecentorum versuum in lau- dem Caluorum. Sic igitur omnes huius temporis scriptores Carolum hunc habuere pro Mæcenate, ipse verò de viris doctis & bonis litteris in omnibus optimè meritis. sed re- bus anni præsentis hîc finis.

I. ANNVS sequitur Redemptoris octingentesimus septuagesimus septimus, Indictione decima inchoatus, quo Sarracenis vrgentibus in dies magis, rursus Ioannes Ponti- fex suis litteris clamans vrget Carolum Imperatorem auxilium ferre Vrbi periclitanti, Exstant eius tunc datæ atque iteratæ eadem de re^a litteræ ad Imperatorem, necnon ad Imperatricem, & ad omnes Francorum^c Episcopos sub ditone eiusdem Principis con- stitutos. secundus hic numeratur ab ipso Ioanne belli Sarracenorum annus in epistola ad^d Lambertum Comitem. quod est difficilius redditum ob fœdera quæ inierunt cum Sarracenis Neapolitani, Amalphantani atque Beneuentani, aliique finitimi populi, cuius rei gratia fuit mittenda legatio ab eodem Ioanne Pontifice Caietam ad huiusmodi fœ- dera dissoluenda. functi sunt hac legatione præcipui Romanæ Ecclesiæ Cardinales Epi- scopi, nempe Vualbertus Portuensis & Eugenius Ostiensis. Constant hæc ex eiusdem Ioannis^e epistola ad Landulphum Capuanum Episcopum. Suasione autem Docibilis & Ioannis Græcorum Imperatoris ministrorum eiusmodi fuit à Pontifice missa legatio, vt adeo eiusdem Papæ litteræ datæ significant^f. Vt autem res optatum consequeretur effe- ctum, idem Pontifex ad Pulcharium Amalphantanum Præfectum litteras^g dedit, nec- non ad Landulphum^h Capuanum Episcopum. Sed & scripsit adⁱ Sergium ipsum Du- cem, seu Magistrum militiæ, Neapolitanam ciuitatem moderantem comminatorias lit- teras, nisi contractum cum Sarracenis fœdus dissoluat.

II. De his etiam ipsos monuit^k Neapolitanos per ipsorum Episcopum Athanasium, vt respicerent ab errore, cuius causa excommunicationis nexibus fuerant ab eodem Pon- tifice obligati. scripsit & de his ad^l Aionem Beneuentanum Episcopum. At non satis misisse Legatos, sed & ipse se Traiectum oppidum haud longè à Caieta positum ventu- rum fore pollicetur, si spes aliqua esset, vt Dux Neapolitanus Sergius parere vellet Pon- tifici salubria suadenti. Sunt de his^m scriptæ litteræ ab ipso Pontifice ad Landulphum Capuanum Episcopum, & alizⁿ ad Pulcharium Præfectum Amalphantanum, necnon aliz ad Guafierium Principem Salernitanum.

VNDIQVE VIRIDOCI IN GALLIAS AD CAROL. CONFLVUNT.

^aIoan. ep. 30. ^bIdem ep. 31. ^cIdem ep. 35. ^dIdem ep. 68. ^eIdem ep. 36. ^fIdem ep. 38. ^gIdem ep. 39. ^hIdem ep. 36. ⁱIdem ep. 40.

^kIdem ep. 41. ^lIdem ep. 45. ^mIdem ep. 50. ⁿIdem ep. 51. ^oIdem ep. 52.

Quid

A Quid tandem? Cum Sergius Dux obstinatus permaneret, fratrem suum Athanasium Neapolitanum Episcopum est expertus vltorem, de quo ista breuiter Leo^a Ostiensis: Ser- gius verò Neapolitanus Dux cum ab eis, nempe Sarracenis, se alienare nollet, ab Apolto- lico excommunicatus est. Ac non multò post, vindice Deo, ab Athanasio Episcopo ger- mano suo captus atq; cæcatus Romam translatus est.] hæc Leo, quo nomine ab eodem Ioanne Pontifice mirificè laudatus est epistola tunc ad eum scripta, quæ sic se habet: ^b Reuerendissimo ac sanctissimo Athanasio Episcopo sanctæ Ecclesiæ Neapolitanæ con- fratri nostro Ioannes, &c.

Innumeras gratiarum actiones vestræ Deo dilectæ agimus almitati, dignisq; Apo- stolico vos ore laudibus præ ceteris meritò collaudamus. Quoniam secundum Domini vocem dicentis: ^c Si oculus tuus, vel manus tua scandalizat te: erue eum, & proice à te: Fratrem tuum erga Ecclesiam Dei impiè agentem, & circa Dominum non recto iti- nere gradientem, velut secundum Holofernem Sancta Christi Dei nostri ausu temerario impugnantem, & hereditatem patriam more sacrilego persequentem, tantè hono- ris regimine indignum iudicans, vltionis diuinæ percutere iaculo studuisti, nec peper- cisti carni tuæ propter Dominum dicentem: ^d Qui diligit patrem, aut matrem, aut fra- trem plusquam me, non est me dignus. In quo nimirum vos Deo per omnia dignos fore cognoscimus; qui membrum corporis sui multo contagio fœtens, libenter ab- scindere, proculque abiicere sanctitas tua fideli deuotione curauit. Et quia nunc vsque viris sæcularibus secundum se, non secundum Deum in vrbe Neapolitana principanti- bus, multa scandala & perturbationes multas, homicidia & oculorum erutiones, intra eam & foris peragentibus, dignum Deo de his iuste iudicante, peractum est, vt iniqua iam cesset dominatio, sinem haberet peccatum, & confurgeret vir de domo Domini, qui timorem Dei præ oculis habens, regat populum Christi in omni iustitia & sancti- tate, in omni veritate & mansuetudine, vt pastor idoneus, non velut mercenarius dese- rat & disperdat. Et ideò ad ea quæ vestræ dignitati vel honori congrua & necessaria sunt, perpetua nihilominus stabilitate confirmamus, tantum ampliori nunc studio curaque multiplici pro defensione sanctæ Dei Ecclesiæ tibi commissæ stare ac defudare, quate- nus salua securaque consistat, vt procures, his nostris Apostolicis prudentiam vestram exhortamur apicibus. Nos namque aliis omnibus^e mancosis datis, mille quadringentos vobis dare debemus, quos vestræ dilectioni, aut initio Quadragesimæ aut in die sanctæ Resurrectionis vobis proculdubio dirigemus.

Porrò hunc Petrum venerabilem diaconum vestrum, quia eum vestræ Ecclesiæ & ciuitati Neapolitanæ in omnibus fidelem esse cognoscimus, vobis in omnibus commen- damus, vt pro nostro eum amore benignè semper retinere dignemini. Data, vt supra, mense Nouembri, Indictione vndecima.] Ita quidem Pontifex indecens Episcopo fa- ctum, Moysis exemplo laudauit, qui Leuitas à cæde fratrum & filiorum suorum reuer- tentes laudauit, dicens: ^f Consecrasti manus vestras hodie Domino, vnusquisque in fi- lio & fratre suo, vt detur vobis benedictio.] Quantumlibet enim debeat esse Christi fa- cerdotium incruentum, cuius est & sacrificium incruentum, & Episcopi percussores ef- se non debere ab^g Apostolo admonentur: tamen qui spiritu oris sui interfecit Ana- niam^h & Sapphiram Petrus, ista tunc scribere docuit successorem; atque probare ab alio iuste factum, quod ipsum scirent, impellente spiritu perpetrasse. Zelus purgat faci- nus, quo exesus Dominus Redemptor noster mitis & humilis corde, percussor est factus, & Petrus eodem exastuans occisor euasit, eodemque ardens Paulus excæcator. Zelus igitur non aufert nec polluit sacerdotium, (sed (quod prædicatur inⁱ Phinee) reddit il- lud perpetuum & illustrius.

Quod itidem pertinet ad Ioannem Pontificem: scripsit tunc etiam populo Nea- politano^j laudans eum, quod Athanasio tamquam iustissimè operanti cooperati & ipsi fuerint, monens omnes vt eidem Athanasio parerent, quem iudicem elegissent. Por- rò isdem litteris Ioannes declamat, fuisse Sergium, qui grassatus in loca Vrbi finitima, mala innumera admisisset, atque Neapolitanis ipsis damna grauissima intulisset, homi- nem peccati, Dei inimicum, populi sui tyrannum, atque Romanæ Ecclesiæ perduellem. scripsit tunc etiam ad^k Landulphum Capuanum Episcopum, vt consentiat eidem Atha- nasio publicæ pacis vindici. At de tyranno Romanam Ecclesiam, necnon Neapolita- nam infestante satis.

III. ^aLeo Osti. li. I. ATHANAS. EPISCOPVS NEAPOLIT. QUID IN SERGIUM. ^bIoan. ep. 66. IV.

*Genus nū- morū huius temporis.

^cExodi 32. ^d1. Tim. 3. ^eTir. 1. ^fAit. 5. ^gNum. 15. ^hpsal. 105. ⁱEclli. 45. ^jIoan. ep. 67. ^kIdem ep. 69.

Annal. Eccl. Tom. 10.

V v 3

Porrò

CHRISTI IOANNIS PAP. VIII. CAROLI II. IMP. 2.
877. 5. BASIL. MACED. IMP. II.

VII. Porro Ioannes Papa (vt ipse testatur in ^a epistola ad Archiepiscopum Rauennanensem) A
^aIoan. ep. 59. vt proposuerat profectus est Traiectum oppidum non longè à Caieta, ad dissoluendum
fœdus, quod Neapolitani cum Sarracenis inierant. Ex quo factò, vt testatur, nonnihil
quietis est partum regionibus illis.

VIII. Quod autem ad ipsos pertinet Sarracenos, quòd eorum esset adedò aucta potentia, vt
in Romanum agrum palantes excurrerent, & Aniene transmissò, Sabinos essent depo-
pulati, proximusq; iam ex eis immineret Vrbi interitus: hinc Ioannes Pontifex ad Chri-
stianos Principes clamat, litteris excitat, petens auxilium, Legatosq; misit ea de causa
ad Carolum Imperatorem, Petrum Episcopum Forosempronij, & Petrum Episcopum
^bIdem ep. 30. Senogallij, quibus & litteras dedit, quæ sic se habent: ^b

Ioannes Episcopus Carolo Imperatori.

Cùm in Ecclesiasticis curis instantia nos quotidiana constringeret, & hinc inde po- B
puli nobis commissi continuus dolor, qui cuncta nostra interiora perculit, perturbaret:
illud (vt ita dixerim) inter alia fleuimus, quòd nunc vsque tam per terram quàm & na-
uigio ad vos nostrum Missum dirigere summo desiderauimus studio, vt nobis vestram
prosperitatem desiderantibus & anxie sitientibus, renuntiarentur citissime sanitates, sed
omnino nequiuimus.] ægrotasse enim hoc anno Carolum & conualuisse, ^c Aimoius
affirmat. pergit Pontifex:

^c Aim. lib. 5.
c. 24.

IX. Hinc fateor, sili charissime, tanta per vtrumque impedimenta timuimus, quantum &
per paganos & iniquos Christianos sine respectu Domini timoris generari mala, quæ ætas
nostra non meminit, deploramus. Tanta enim sunt, vt intra mœnia Urbis reliquæ po-
puli innumera paupertate affectæ consistant, & omnibus forissecus deuastatis, ac in so-
litudinem redactis, nihil iam restet nisi (quod anertat Deus) ipsius Urbis excidium. C

X. Sed & quantum nos Leo venerabilis Episcopus Apocrifarius & Missus sanctæ Romane
Ecclesiæ, communisq; fidelis à vestro seruitio rediens, de hoc quod nobis retulit, post
se vestrum exercitum contra Agarenos esse mittendum, lætificauerat, tantum hucusque
eundem nobis expectantibus, quòd consecuti non sumus, validior mœror, & inestimabi-
lis angustia contristauit. Quia tota Campania ab ipsis Deo odibilibus Sarracenis fundi-
tus deuastata, iam fluuium qui à Tiburtina vrbe Romam decurrit, furtim transeunt, &
tam Sabinos, quàm sibi adiacentia loca prædantur: Sanctorum quoque basilicas & altaria
destruxerunt, sacerdotes & sanctimoniales, alios quidem captiuos duxerunt, alios autem
variis mortibus necauerunt, & omnem Christi sanguine redemptum populum in circui-
tu deleuerunt. Et quid dicam? aut quid loquar? cùm peruenerit gladius vsque ad ani-
mam, & sanguis omnium de terra clamet ad Deum?

XI. Ergo præcellentissime Cæsarum, iam iam nostræ calamitati succurrite, iam populi D
nostri miseras releuate, iam vestræ potentæ manum porrigite, & hanc terram, cuius vo-
bis necessitates ab ipso vestræ vocationis initio notas fecimus, liberate, ne si perdita fuerit,
vestrum vilescat Imperium, & toti Christianitati nascatur dispendium. Reminiscimini
igitur propter Deum, reminiscimini, quia multa spe & fiducia freti, diuinitus & humani-
tus ad Imperij gubernacula promerenda, pro vobis certamina sumpsimus, nullique la-
bori peperimus: ideoq; vicem nobis rependite, vt spes & labor nolter non sit inanis in
Domino. Quia cùm hæc fuerit semper apud vos summa nostræ petitionis, si amplius no-
bis auxilium vestrum subtraxeritis, in desperationem lapsi deficiemus, & forsitan ad aliud
consilium, resumptis aliquantulum viribus, necessariò transcendemus. Non enim, sicut
vos forsitan æstimatis, mediocrem malum tota nostra Ecclesia patitur, nec minimis status E
Reipub. damnis afficitur, sed alia Sarracenorum incurribus, alia autem Christianorum
sunt ita exterminata & deuastata tyrannide, vt non nostra sint quæ nostra fuerunt, quin
potius solo nomine illis vramur, & vel ad defensionem patriæ, vel ad aliquam vtilitatem
nostræ Ecclesiæ quorumlibet solatia numquam inueniamus; præcipuè autem multi, quos
vestra non ignorat maiestas, non solum nobis nulla solatia conferunt; verumetiam quid-
quid residuum est à paganis, imprætermisè subtrahunt, & omnem nostram dispositio-
nem in territorio Romano calcant, adedò vt nec victualia, nec vlla quadrupedia in omni-
bus locis nostris remaneant, nec vllum, qui nobis compatiatur, vel nostros singultus aut
gemitus doleat, oculi nostri aspiciant.

XII. Sed quia tanto Imperatori pauca sufficiunt, & ex istis iam, sili charissime, quæ nos
præ gemitu & afflictione cordis loqui non possumus, vniterfa alia cognoscetis: quasi
humi

CHRISTI IOANNIS PAP. VIII. CAROLI II. IMP. 2.
877. 5. BASIL. MACED. IMP. II.

A humi prostrati, vestram magnificentiam deprecamur, & per futurum Iudicium adiuran-
tes, cum tota nostra Ecclesia vestro diuinitus protecto Imperio totis viribus suggerimus,
votisque supplicibus preces multas effundimus, vt contritæ, & omni humano solatio de-
stituta sanctæ Matri vestræ Romanæ Ecclesiæ defensionem, debitamque tuitionem,
cunctis remotis occasionibus, cunctisque omissis dilationibus, omnimodis præbeatis.
Quia cùm iam iuxta præcipitum consistamus, nisi manus vestræ defensionis & neces-
sariis nobis (sicut præmisimus, immò sæpius exorauimus) quanto cyùs subuenire studue-
ritis, spe viuendi per Christianos sublata, aut ipsis paganis subiiciemur, aut (quod auer-
tat diuina potentia) ab eorum multitudine victi ad omnem Christianitatis interitum cru-
deli nece peribimus. Ac per hoc Christi nomen in gentibus blasphemabitur, & vestræ
opinionis antea facta studia obliuioni trademus.

B Huius rei gratia (sicut supra meminimus) opportunum adiutorium conferentes no- XIII.
bis vestrum exercitum ad hostilem expeditionem promptissimum destinate, aliosque
Deum per omnia diligentes Missos, qui vitiorum flammam iustitiæ tramite vsi compe-
scant, nimia celeritate dirigite: quatenus qui innumeris tribulationibus quatimur, ac
æstuamus, & pro populi nobis commissi miseris cruciamur: vestris consolationibus re-
fecti lætemur, & per vos tranquillitate percepta, optatam libertatem (sicut decet) per tam
benignum Imperatorem consequi mereamur. Postremò sublimitatem vestram deposci-
mus, vt latores præsentium, Petrum scilicet & Petrum venerabiles Episcopos, Missos
Apostolicæ Sedis, nostrosque dilectos, iuxta morem benignè ac pacificè suscipere non
dedignemini: & ea quæ piis vestris auditibus pro vtilitate sanctæ Romanæ Ecclesiæ in
conspectu vestro retulerint, ad congruum ac opportunum effectum peruenire, pro san-
ctis Apostolis vestris intercessoribus apud Deum, celeriter studeatis. Dat. quarto Idus Fe-
bruarias, Indictione decima.] hæc ad Carolum Imperatorem.

Adhuc insuper & post dies tres, nempe Idibus Februariis, alias eodem argumento lit- XIV.
teras ^a dedit, mittens ad eundem palmas virides benedictas, cùm tamen Dominica
palmarum, qua in Ecclesia ex antiquo instituto benedici consueuerunt, non esset. Ea-
rum mittendarum ratio ista ab ipso describitur ita: Inter cetera, quæ vera crescente reli-
gione, ab olim Ecclesiastica facta vestræ pietati duximus intimanda, virentium palma-
rum ecce brauium mittimus, quod Apostolus non omnes qui currunt, sed vnum propter
vritatem legitime certantium accipere protestatur.] & inferius: Hodieque manus ve-
stræ speciali voto & prerogatiua plenam benedictione palmam, sicut cernitis, destina-
mus aduersus visibiles hostes & inuisibiles triumphum: optantes enim vos de cunctis
aduersariis triumphare, nihil aptius vobis quàm ramos palmarum duximus offeren-
dum, &c.] pluribusque pariter inculcans mala quæ vrgeant, & pericula quæ immineant,
rogat celeriter auxilium mitti.

Scriptit pariter per eisdem Legatos ad Rachildem ^b Imperatricem, vt Imperatorem XV.
hortetur subuenire Vrbi periclitanti. Dedit pariter litteras ^c iisdem Legatis ad omnes
Archiepiscopos & Episcopos in Imperio Caroli constitutos, quibus vbi ingentia mala
quibus opprimerentur Romani narrasset, hæc ab eis impleri admonet: Condolentes au-
tem nobis & compatientes accedatis ad Christianissimum filium nostrum, & consilium
Domini ab eo non abscondatis, suggerentes & exhortantes, vt perpendat, quis & quàm
terribilis sit ille, qui hunc ante sæcula huic præfuturum regioni prædestinauerit, & quàm
districte ab eo exacturus sit quod committit, qui scilicet tam pretiosi sanguinis fulione
quod credidit, emit. Meminerit etiam quia & nos illum præ ceteris propinquis & amu-
lis eius amauimus, elegimus & prætulimus, vnde & eum aduersus omnes hostes Ecclesiæ,
non solum defensore, sed & patronum & aduocatum nostrum existere proposuimus,
vt quod ei nos apud Deum esse satagimus, ipse inter homines pro nobis fieri non detre-
deret, præcipuè vt accelerans nobis subueniat, & sine mora contra perfidos paganos & in-
fideles succurrat, &c.] Hæc omnia mense Februarij, quo Romæ ab eodem Pontifice
Synodus habita est, in qua inter alia confirmata sunt Acta in Synodo anni superioris de
Imperio Caroli, & quæ gesta essent apud Pontigonem, cuius Acta Aldagaricus Episcopus
ad Carolum detulit. ista omnia ^d Aimoius.

Rursum verò cùm expectatum auxilium non adesset, ad eundem Imperatorem litte- XVI.
ras scripsit ^e octauo Kal. Iunij, quibus eadem refricans quæ iugiter paterentur mala, ti-
merenturque grauiora, enixius subueniri quanto citius rogat.

^a Ioan. ep. 32.
PALMARUM
MISSE AB
IOAN. PAP.
CAROLO
IMP.

^b Ioan. ep. 31.
^c Idem ep. 35.

^d Aim. lib. 5.
c. 35.

^e Ioan. ep. 54.

XVII. Sed quid per Apostolicæ Sedis Legatos actum sit cum Imperatore Carolo, videamus. A
 Aimoinus^a huius temporis scriptor sic enarrat: Carolus igitur Imperator Compendij, vbi Quadragesimam peregerat, Pascha Domini celebravit, & Legatos Apostolici Ioannis Petrum Episcopum Forosempromij, & Petrum Episcopum Senogallie suscepit, per quos tam verbis quam litteris Apostolicus Ioannes eum vocavit, quatenus sicut promiserat, sanctam Romanam Ecclesiam à paganis quibus infestabatur eriperet atque defenderet. Kalendis igitur Maij Episcopos Rhemenfis prouinciæ, sed & aliarum prouinciarum Compendium conuocauit, & Ecclesiam, quam in eodem Oratorio construxerat, cum multo apparatu in sua & Legatorum Apostolicæ Sedis præsentia ab eisdem Episcopis consecrati fecit. Inde Placitum generale Kalend. Iunij habuit, vbi per capitula, qualiter Regnum Franciæ filius suus Ludouicus cum fidelibus eius & Regni primoribus regeret, vsque dum Roma rediret, ordinauit, & quomodo tributum de parte Regni Franciæ, quam ante mortem Lotharij habuit, sed & de Burgundia exigeretur, disposuit. B
 impositum pariter fuit tributum clericis omnibus & Ecclesijs, Legatis haud dubium consentientibus, immò & procurantibus (vt par est credere) quòd periclitanti omnium Matri sanctæ Romanæ Ecclesiæ ab omnibus, præcipue verò ab Ecclesiasticis personis subueniretur. pro subueniendo enim Romanæ Ecclesiæ periclitanti illud exigere tributum, aduentus Legatorum, & conuentus Synodalis coactus, & ipse qui instabat Romam versus militaris procinctus ostendunt.

XVIII. Quomodo verò proficiscenti Carolo in Italiam, Ioannes Papa ipsi obuiam progressus sit, sic inferius idem auctor recenset: Nuntiauit etiam inter alia idem Adalgarius Imperatori, qui Synodum habitam Romæ mensè Febr. detulit Imperatori, quoniam Ioannes Papa obuiam illi Papiam veniret. Quapropter præmisit Odracum secundi scrinij Notarium, Goitannum Comitem & Pipinum atq; Heribertum ad procuranda ipsius Pape feruitia. Ipse verò festinatò perrexit ire ad eum, quem obuiam habuit apud Vercellas ciuitatem, & recepto eo cum honore maximo, perrexit simul vsque Papiam. Vbi eis nuntiatum est non incerta relatione, Carolomanum Ludouici fratris sui filium cum maxima multitudine bellatorum super eos venire. Quapropter relinquentes Papiam venerunt Tordornam, & consecrata Rachilde à Papa Ioanne Imperatrice, mox retrorsum fugam arripuit cum thesauro versus Moriennam. Imperator autem aliquamdiu vnà cum Papa Ioanne in eisdem locis immorans, expectauit primores Regni sui Hugonem Abbatem, Bosonem, Bernardum Aruernum Comitem, itemq; Bernardum Gothiæ Marchionem, quos secum ire iusserat. At hi vnà cum alijs Regni primoribus, exceptis paucis Episcopis, aduersus eum conspirantes coniurauerunt. & comperiens eos non venturos, vbiq; audierunt ipse & Papa Ioannes appropinquare Carolomanum, Imperator post Rachildem fugam arripuit, & Papa Ioannes versus Romam concitè festinauit, per quem Carolus Imperator imaginem Saluatoris in Cruce fixam ex auro multi ponderis fabrefactam & gemmis pretiosis ornatam sancto Petro direxit. C

DONYM CAROLI IMP.

XIX. Sed quid operatus est Deus? mirandum quidem, immittens pauorem in eum qui infesto agmine in Italiam descendebat, vt absque aduersante milite fuerit in fugam actus: nam audi quod subiicit idem auctor: Carolomanus verò mendaci nuntio audiens, quòd Imperator & Papa Ioannes super eum cum multitudine maxima bellatorum venirent: & ipse fugam arripuit per viam qua venerat, & sic Deus more misericordiæ suæ conuentum illum dissoluit.] hæc ipse. Vbi autem Ioannes Papa Romam venit, non modicam pressuram accepit à Lamberto Comite, qui nomine Imperatoris veniens opem E
 ferre Romanæ Ecclesiæ, obsides Romanorum procerum filios ab ipso Pontifice petiit, qui negauit omnino, asserens non esse moris Romanos obsides dare. Extat de his^b epistola eiusdem Ioannis Papæ ad eundem Lambertum Comitem. vbi hæc in principio: Remeantibus nobis, Deo præduce, Romam, conuocauimus totam Ecclesiam. & illud quod nobis de obsidibus Romanorum procerum dandis edixeras, in conspectu fidelium sanctæ Dei Ecclesiæ necessariò contulimus. Sed heu quid dicam? cum tantum tantam eandem Ecclesiam contra nos incitauerimus, ac si pro melle eam felle potasse videremur. Romanorum filios sub isto cælo non legitur fuisse obsides datos, quanto minus istorum qui fidelitatem Augustalem & mente custodiunt, & opere, Deo iuuante, perficiunt? &c.] excusat pariter id non esse ex mente Imperatoris, qui de dandis his obsidibus secum, cum præfens esset, nec verbum fecisset. Sed quid inter hæc inexpectatum accidit?

Ioan. ep. 61.

A dit? Ostendit planè Deus Ioanni Pontifici, quòd vana salus hominis, in quem sperabat. Nam eodem anno, pridie Nonas Octobris, Carolus Imperator veneno potatus à Se-dechia Medico Hebræo moritur in loco Barios dicto, sepultus autem Vercellis in Ecclesia sancti Eusebij. Post septennium verò translatus Parisios, conditus est apud sanctum Dionysium. hæc pluribus Aimoinus^a. Successit in Imperium eius filius Ludouicus cognomento Balbus, quòd impeditus lingua esset. Ad hunc patri succedentem Hincmarus Rhemenfis Archiepiscopus, qui eum in Regem vnixerat, de rebus benè disponendis litteras dedit, de quibus ista^b Frodoardus: Item (inquit) post obitum eiusdem Caroli Imperatoris scripsit ad eundem Ludouicum eius filium de ordinandis Regni principiis, proponens ei exempla prædecessorum suorum, & instruens eum per capitula de iusto Regni regimine, & honore sanctæ Dei Ecclesiæ, ceterisq; sibi ac regno necessariis rebus. Item de quibusdam præsumptionibus corrigendis, & temperanda censura correctionis & alijs commoditatibus. Item ne quidquam contra canonicas moliretur regulas, nec alicui hoc Episcoporum præciperet, ne sententiam diuinam incurreret.] & inferius: Item ad Ludouicum scripsit de consilio à se petito, quale sit vtile Regi consilium, & qualiter debeat agere iudicium & iustitiam, & quid hæc boni conferant obseruata, quidve mali neglecta irrogare soleant, &c.] In eius autem consecratione cum conuenissent Episcopi, eundem Regem duabus vxoribus implicitem diremerunt, & ad meliorem frugem restituerunt. de his enim ad Ludouicum Germaniæ Regem eius patruum scripsisse Hincmarum, idem Frodoardus ita subiicit: Item Hincmarus scripsit qualiter egerint Episcopi erga Ludouicum filium Caroli, quando eum Regem consecrauit: qui ista aliter audierat. Item de duabus vxoribus ipsius Ludouici Regis qualiter actum fuerit, &c.] hæc de his quæ spectant ad Caroli successorem Ludouicum.

XX. MORITVR CAROLVS IMP. FILIVS SVCCEDIT LVDOVICVS BALVVS. ^a Aim. lib. 5. c. 35. in fine. ^b Frod. hist. Rhemenf. lib. 3. c. 19.

C In Spirensi autem codice, quo nouem Hincmari continentur epistolæ selectæ, quæ prima ordine ponitur, eiusdem est argumenti scripta ad ipsum Ludouicum Balbum, cum solus Regni habenas moderandas suscepit. est eius exordium:

Domino Ludouico Regi glorioso sit semper salus & vita. Dominatio vestra mandauit, vt ad vos destinarem, &c.] Summa verò epistolæ hæc est: Hincmarus senex à nouo Rege Franciæ Ludouico Balbo rogatus, vt consilium suum de adeunda pacifica Regni possessione communicaret, respondit, id ex concordibus bonorum Consiliariorum pendere sententijs. Quare hortatur eum, vt conuentum generalem primorum Regni indicat, & sex capita præscribit, de quibus in illo tractari possit. Tum modica suggerit, quibus semel decreta executioni mandentur, nempe si per preces diuinum auxilium imploret, si contritione, confessione & operum satisfactione Deum iratum sibi conciliet, & contra carnem suam, Dei & Ecclesiæ hostes bellum suscipiat.] Tunc ab eodem illa scripta esse videtur longissima epistola, in eodem codice tertia ordine posita, cuius est initium:

XXI.

ADMONITIO HINCMMARI AD LVDOVICVM.

Hincmarus Episcopus ac plebis Dei famulus. Pro ætatis & sacri ordinis antiquitate posteriores tempore boni & sapientes viri rogatis exiguitatem meam, &c.] Scripta est ad Episcopos Franciæ pro noui regis institutione. est eius argumentum:

XXII.

Primò docet mundum duplici potestate regi, Pontificia & regali: Episcoporum & Regum & omnium qui alijs præfunt officium esse, Canones & leges non ignorare, iustitiam colere, iudices constituere qui auaritiam oderint & iustitiam diligant. Deinde ex B. Adelhardi Abbatis Corbeiensis Caroli Magni propinqui & Consiliarij libello copiosè exponit, quis ordo & modus in palatio regio & toto Regno administrando olim fuerit vsurpatus. Tum omnia officia palatij describit. Hinc declarat, quibus rebus Regnorum pax conseruata fuerit, nempe binis annuis comitijs, & eorum Consiliariorum delectu, qui nihil Deo, suæ salutis, Regis & Regni incolumitati anteponerent. ista Hincmarus.

Relicta verò Caroli Rachildis Augusta, obitu viri reddita libera, abusa est licentia viduali, quæ viuente Carolo, strictioribus pietatis vinculis tenebatur. Inter alia autem illud indecorum atque impium perpetravit, vt Abbatissam regularem monasterij Oriuacensis eiecerit, & accepta pecunia, eidem neophytam quamdam præficiendam curarit, quòd tantum nefas vt corrigeret, Hincmarus Rhemenfis Archiepiscopus suis litteris admonuit, quarum meminit^c Frodoardus, & ex eis ista quæ subiicimus recitat, dicens: Rechildi Reginæ scripsit, significans, quòd cum quondam Laudunensis parochia Episcopo vacans, in sua specialiter erat prouidentia, sit malè factū de eleemosyna Hermentrudis Reginæ per quemdam præpositū Oriuaci monasterij. postea verò huic Rechildi per Vuaifridum

XXIII.

^c Frod. hist. Rhemenf. lib. 3. c. 25.

RECHIL-
DEM AVG.
HINC MAR.
MONET.† Fuit iste Epi-
scopus Laudun-
ensis ante Hincmarum,
ut apparet ex
Frodoardo.

XXIV.

FVLCO ITEM
RECHILDEM
MONET.
† Frod. hist.
Rhemens.
lib. 4. c. 5.

dum presbyterum contra sacras leges malè sit obeditum, vt regularis Abbatissa de ipso eiiceretur monasterio. Ostendit autem ex auctoritate sacra, quantum inde Regina periculum habeat, & quia miserat ad eam, qui moneret illam hoc euadere malum: illa verò non solum non emendauerit, sed malo peius superaddiderit, contra diuinam auctoritatem, neophytam scilicet irreligiosam . . . promouendo ad regimen propter res terrenas acceptas ab illa. Annectens, qualiter Hedenulpho Episcopo in Laudunensi Ecclesia ordinato, monuerit illum, vt suggereret Regi Carolo tam perniciosum factum dissoluere, & se atque Reginam à tanto discrimine liberare: sed quia quod monuerat, ad effectum perducere non viderat: ipse præfatum Regem inde commouit; sed ille ne Reginam contristaret, quod malè factum sciebat, non correxit. Reducit etiam ad memoriam, qualiter præfatus Rex, petente Hermentrude Regina, de rebus tunc suis per consilium Parduli Laudunensis Episcopi priuilegium ad idem Oriuacum monasterium à se dictari, & à ceteris Episcopis formari rogauerit, & ipse Rex confirmauerit: Hic autem Præful iussioni regis obediens, non suis verbis illud priuilegium composuerit; sed sicut beatus Gregorius Papa de quodam monasterio à quadam Regina ædificato, ipsa petente dictauerat, & ipse quoque dictauerit, vel transfulerit: repetens maledictionis interminationem, quam dominus idem Gregorius contra præsumptorem illius monasterij iaculatus sit. Adiciensque quòd illa, quamdiu in hac præsumptione, vel malefacto permaneret, quotiescumque corpus & sanguinem Domini acciperet præsumeret; iudicium, id est damnationem sibi acciperet. Obsecratque monens illam, vt non sensus ipsius, aut alicuius suggestio eam decipiat, sed de remedio animæ Regis, & de redemptione sua cogitet, & quod malè actum est, corrigere festinet. Illud etiam quod audierat illam perpetrasse, scilicet, quia præfatum priuilegium & præceptum regale ab ipso monasterio abstulerat: quantum malum fecerit, pandit; & hoc ideò vt se corrigat, ne damnationem incurrat. Et quia si res se haberet vt audierat, & mancipia à præmissa muliere neophyta acceperat pro committendo regimine monasterij: simoniacam hæresim incurreret; & quòd quamdiu eidem hæresi quisque fauerit, in corpore vnitatis Ecclesiæ Catholicæ esse nequibit coram oculis Domini: monens vt legat Capitula regulæ S. Benedicti de ordinatione Abbatis vel Abbatissæ, & inueniet quàm grauius pro hac ordinatione in Spiritum sanctum, à quo ipsa est regula promulgata, peccauerit. Ex diuinis institutionibus propalans, quantum periculum, malumque tam ipsa Regina, quàm emptrix illa subierit, petens, vt quod ex debito ministerij sui cum gemitu scribit, pro salute ipsius & remedio animæ Regis, benignè suscipiat; & quia ex magna fidelitate hæc scribere curauerit, agnoscat.] hæc ex dicta epistola Frodoardus.

Porro Rechildem ipsam non tantum ista non correxisse mala quæ perpetrasset, sed addidisse alia plurima, ex litteris successoris Hincmari, Fulconis viri laudatissimi Rhemensis Archiepiscopi possumus intelligere, de quibus idem Frodoardus agens, subiicit ista: Rechildem Reginam vel Imperatricem litteris commonens atque redarguens, dolore multo se fatetur esse correptum pro fama non bona, quæ ad ipsum de vita vel actibus eiusdem Regine peruenerat. quòd scilicet esset ibi diabolus, vbi fuisset illa, magis quàm Deus; cum forent circa illam, quæ contra salutem militant animæ, id est, iræ, rixæ, dissensiones, incendia, homicidia, luxuriæ, rapinæ quoque pauperum, peruationes Ecclesiarum: de quibus omnibus debita sollicitudine & pastoralis diligentia commonet eam, vt transferat se de tantis malis ad fructum æternæ salutis, præponens ei quadrigarium & quadrigam virtutum, quam assumens & ascendere nitens apprehendat ea, quæ sunt sapientiæ atque sanctimonie ac felicitatis æternæ. Velamen quoque Christi quod assumpserat viduitatis, incorruptum seruare studeret, vt illud inuolatum præsentare posset, nec properare velit ad inferos, vt inueniat inestimabile malum multarum quas ei propalare nititur miseriarum: perpendat, si est amica Dei vel foror: quòd si non est, sine intermissione det operam vt esse possit, & si non candore virginitatis, studio tamen continentie salutaris rectè credendo, Deum ac proximum diligendo, pietatis opera faciendo, sobrietate & iustè & piè viuendo. Attendat vt vitam corrigat, donec hodie nominatur, ne incidat in laqueum confusionis æternæ dum non cogitat quàm velociter præfens hodie transeat. Parcat animæ suæ, & attendat vt Deo proxima fiat, & habeat columbæ simplicitatè & innocentiam, vt audire mereatur à Christo, cum exierit à corpore, Hiems trāsit & recessit, columba mea veni, mecumque requiesce sedens in dextera Patris mei. Multum se ideò loqui asserit,

A asserit, quòd de ipsius salute plurimum sollicitus sit, optans vt verè fiat Regina ornando virtutibus viduitatem suam, præ oculis habens diem mortis vel resurrectionis suæ, audiaturque Apostolum dicentem: ^a Euigilare iusti, & nolite peccare. Det tamen Deo suo gloriam, & operetur salutem. Diuertat à malo, & faciat bonum, oraturque, exoptans vt correptione sua & emendatio necessaria salutisque compunctio tangat cor eius, vt tandem aliquando respiciat à diaboli laqueis, gratia quoque Dei resuscitet eam de sepulchris virtorum, &c. Febricitantem quoque in malis, faciat eam firmam & stabilem Deus fixamque in bonis, vt hic & in æterna vita possit gaudere cum Sanctis: Quòd si consilium nostrum, inquit, audieritis, tales vobis erimus, quales esse debemus in omni fidelitate, & reuerentiâ, atque debito seruitio, & quod his omnibus maius est, erit vobis Deus propitijs, sicut optamus & oramus. Alioquin volumus vt sciatis re vera, quòd pro vobis nolimus incurrere offensionem Dei, sed secundum ministerium nostrum faciemus de vobis, quod canonica nobis iubet auctoritas, quod quàm inuiti faciemus, Deus testis est; non enim possumus discedere ab Apostolo qui dicit: ^b Quamdiu Apostolus sum Gentium, ministerium meum honorificabo. &: Dei adiutores sumus. &: Deus est qui operatur in nobis. &: An experimentum queritis eius qui in me loquitur Christus? Vnde precor eum in conscientia mea, vt adhæreant cordi vestro verba mea, & ipse qui per me loquitur hæc in auribus vestris, per seipsum loquatur in corde vestro. Deus omnipotens ad vota vestra mittat manum suam de alto, & liberet vos de cœnulo huius sæculi profundo.] hæc tenus ex Fulconis Rhemensis Archiepiscopi litteris Frodoardus.

Agitur interea in Neustria Synodus, vbi inter alia Ludouici Imp. qui nuper Carolo patri successerat, Legati querelas exposuerunt aduersus Hugonem Lotharij defuncti Regis filium nothum. Hic audita morte Caroli Imp. qui Lotharij patris Regnum inuaserat, collecta factioforum hominum multitudine, eiusdem Ludouici Regnum magno opere infestabat, quem ipse Ludouicus primùm detulit ad Episcopos, quibus in ea Synodo Hincmarus Rhemensis Archiepiscopus præsidebat, qui ad ipsum Hugonem litteras comminatorias scripsit, quarum meminit Frodoardus dum recenset eiusdem Hincmari epistolâ scriptas ad Ludouicum Caroli filium, dicens: Item ad eum scripsit, qualiter commonuerit ex præcepto Regis ipsius Hugonem Lotharij Regis filium super malefactis que agebat, & de hominibus suis aduersus Regem cum hostili apparatu dirigendis.] & infestus, vbi idem Frodoardus relegit eiusdem Hincmari epistolâ datas ad viros illustres, meminit earumdem Hincmari litterarum, atque earum summarium ita recenset:

Hugoni etiam filio Lotharij Regis scripsit, significans, se amicos & familiares habuisse patrem, & auum ipsius Lotharium Imperatorem, & quia alutem ipsius optabat: idcirco quod audierat de periculo eius, causa dilectionis ei notum faciebat; multos scilicet prædones conspirasse & conspirare secum, ipsoque principe & auctore innumeras & horrendas fieri deprædationes, aliaque multa perpetrari, quæ omnia in caput ipsius redundarent. Ostendens quàm horrendum sit pro tantis sceleribus perpetuas penas mereri, demonstrans hæc eadem peruenisse ad Synodum Episcoporum in Neustria gestam; insuper etiam quòd Regni moliretur inuasionem: sibi que mandatum à præfato conuentu, vt ad eum litteras mitteret; atque commoneret (iuxta quod leges præcipiunt) à tantis malis respicere; ipsosque malefactores à se disungere, & à seditione ac Regni peruatione se cohibere. Si verò ipse commonitionem, & mandata Synodi obaudire non vellet: tam suæ diceceseos, quàm de vicinis prouincijs Episcoporum Synodum conuocaret, & synodali Episcoporum sententia eum suosque complices atque fautores excommunicaret.

Postea verò ij omnes Episcopi eandem excommunicationem Romano Pontifici, & omnibus Episcopis & Principibus per circumiacentia Regna notam facerent. Vnde monet eum tamquam filium, vt recogitet in quanto periculo sit, proponens ei diuinarum sententiarum auctoritatem, vt periculum suum recognoscere possit, hortansque ac monens, vt nulli adulatori credat ad peruationem Regni aggrediendam, inferens vt attendat, quid profuerit patri eius, vt contra legem Dei Regni peruationem inceperint. & quòd Pater eius pro labore, quo contra voluntatem Dei laborauerat, & vitam perdidit & Regnum. Adiciens, quid leges de peruasoribus Regni præcipiant. Subiungens etiam quòd Rex eidem promiserit, & ex parte ostenderit, eum se velle honoribus ampliare, & honoratum habere, si culpa ipsius non fuerit. Admonens etiam, vt non auscultet huiusmodi prauorum

1. Cor. 15.

Rom. 11.

XXV.
SYNODVS IN
NEUSTRIA.Frod. hist.
Rhemens.
lib. 3. c. 18.

Ibid. c. 25.

XXVI.
HUGO F.
LOTHARII
CONTRALV
DOVICVM.

XXVII.

rum hominum hortamenta, neque imitetur malignantes qui florent ad tempus, & citò A sicut foenù arefcunt, sed obaudiat Scripturam sanctam, veridicè dicentem: Expecta Domini; & custodi viam eius, &c. Subnectens quoque vt sibi de his certam & veram re- sponfionem remandet.] hucusque Frodoardus totidè verbis ex Hincmariad Hugonem epistola scripta quidem hoc ipfo tempore Ludouici filij Caroli Calui, non huius Ludouici filij, vt ex eis quæ superius dicta sunt pater. Quæ autem hæc sint secuta, & quomodo idem Hugo in malo perseuerans, in deterius prolapsus, in Concilio Trecenti, cui præfuit Ioannes VIII. Papa, meruit excommunicari, suo loco dicturi sumus.

XXVIII. Iam verò ad res vrbanas conuertamus orationem. Ioannes Pontifex, vbi se destitutum vidit, in quo sperabat auxilio Imperatoris, reliquos verò Principes pateretur infensos, ob id quòd tantopere eidem Carolo studuiffet: quòd se liberaret ab ingruentibus Sarracenis iam iam Vrbe inuasuris, nullam aliam viam inuenit, nisi vt amari penfatione tributi eos quiescere faceret. Ita quidem in sumam dedecus Christianorum Principum annuo censu fuit à Sarracenis redimenda quies. id enim restatur Ioannes ipse in epistola ad Carolomannum, dum queritur, post Sarracenos sedatos, à Christianis Principibus Romanam Ecclesiam pati pressuram; hæcque ait: Sed heu, proh dolor! fesso mihi paganorum persequutione ac gladio, atque exactione census viginti quinque millium in argento manuferum annualiter: prædictæ Matri vestræ additus ciuilibus macro angustia est, &c. eo siquidem præsidio Caroli destitutus Pontifex, adeò fatigatus est ab ingruentibus Romæ ciuilibus bellis, à Lamberto Comite Spoletino enutritis, vt ab Vrbe proficisci in Galliam cogitaret: prout ex litteris ad eum scriptis affirmat, quod nonniſi anno sequenti impleuit, vt suo loco dicturi sumus.

XXIX. Scribit enim, in animo habere conuenire Carolomannum, qui ad eum de obitu Imperatoris litteras scripserat, quibus significarat se Romam venturum, & de Romana Ecclesia optimè fore meriturum. ita ille allicere conatus Pontificem ad eius in Imperatorem coronationem Petenti autem Legatos ab Apostolica Sede mittendos respòdet Ioannes, ab ipso prius capitula conscribenda de his quæ Sedi Apostolicæ promitteret impensurum, petens interea redditus mitti, quos Romana Ecclesia possidet in Baioaria. hæc Ioannes hoc anno mense Nouembri, Indictione vndecima inchoata.

XXX. Porro quod ad Lambertum Comitem spectat, susceperat iste patrociniū eorum, qui Romæ ab ipso Pontifice damnati essent, inter quos Formosus erat Portuensis Episcopus, cuius rei causa ab illis ipse Romam assiduis precibus vocabatur, à quo vt diuerneret ipsum Pontifex, Gaudericum & Zachariam misit Episcopos, quibus ad eum comminatorias litteras dedit: addidit verò alias, cum ab ipso iam inter aduersarios militante, titulis haud summo Pontifice dignis ipse Pontifex appellaretur. quæ autem hæc secuta sint dicemus anno sequenti.

XXXI. Indixerat hoc anno idem Ioannes Papa generale Concilium omnium Italiæ Episcoporum celebrandum Rauennæ mense Iulio, eaque ratione ad diuersos Episcopos scripsit, necnon etiam ad Ducem Venetorum Vrsu nomine, tum temporis erga Sedem Apostolicam, cuius legationem respuerat, parum æquum. Verum ingruentes nouæ perturbationum causæ, ne quod Pontifex aggredi cœperat, consummaret, impedimento fuerunt.

XXXII. Eodem anno mense Nouembri idem Ioannes Papa occasione consultationis Eadredi Anglorum Archiepiscopi litteras scripsit ad Anglorum Regem, monens eum imitari pios prædecessores Reges, & colere Episcopos Dei ministros. Ad ipsum verò Archiepiscopum cum scribit, hæc inter alia ingerit: Nos autem pro instantis temporis necessitate hortamur & monemus fraternitatem vestram, vt omni sæculi timore postposito, sicut idoneus Dei minister, opponas te murum pro domo Domini, & zelo illius accensus non solum Regi, sed omnibus in ea peruersè aliquid agere volentibus, strenuè resistere non prætermittas, &c.]

XXXIII. Inter hæc verò Basilius Imperator iteratis litteris ab eodem Ioanne Pontifice petiit mitti Legatos Constantinopolim, vt Ecclesiam illam schismate scissam componerent. qui enim ex parte Photij erant, nullatenus (vt vidimus) communicare volentes cum Ignatio Patriarcha, quòd essent numero plurimi, turbas vndique concitabant, Ignatio aduersus eosdem obnitente, simulque (vt accidere solet) in diuersa Senatum scindente & populum, adeò vt Ecclesiæ illius facies appareret admodum scæda; nec esset vnde remedium

ROM. ECCLES. COGITVR TRIBVTVM SARRACEN.

Ioan. ep. 89.

Idem ep. 68.

Idem ep. 63.

LAMBERTVS COMES ADVERSARIVS IOAN. PAP. Ioan. ep. 72. Idem ep. 73.

Idem ep. 53. 56. 57. 58. 59. 60.

IOAN. PAP. REGEM ANGLORVM ADMONET. Idem ep. 55. 56.

Ioan. ep. 65. Ezech. 13.

XXXIII. BASIL. IMP. AGIT PRO PACE ECCL. CONST. A. FVD IOAN. PAPAM.

A dium ad tanta vulnera sananda comparari posset, nisi vnde aliàs sæpè vtiliter accepissent, à Romana videlicet Ecclesia, ad quam denuò clamare ingratos filios, ipsa necessitas compellebat. Quomodo autem his acceptis litteris Ioannes Papa Constantinopolim petitam legationem mittit, suo loco opportunè dicetur.

IESV CHRISTI IOANNIS PAP. VIII. LVDOVICI III. IMP. I. ANNVS 878. ANNVS 6. BASIL. MACED. IMP. 12.

OCtingentesimus septuagesimus octauus annus salutis humanæ, Indictione vndecima notatus incipit, quo Ioannes Papa decernit legationem ad visitandam Ecclesiam Constantinopolitanam diro schismate scissam. delecti sunt ad hanc obeundam legationem, Paulus Episcopus Anconitanus, & Eugenius Episcopus Ostiensis, vt eiusdem Pontificis datæ litteræ indicant; quibus & manifestum redditur, iniunctam iisdem fuisse Legatis visitationem Bulgarie Regis, vbi Constantinopolitanam Ecclesiam visitassent. hæc omnia ex litteris eiusdem Pontificis hoc anno decimasexta Aprilis ad Basiliū Imperatorem datis, quæ sic se habent:

Dilectissimo nobis & desiderabili filio Basilio Christianissimo & tranquillissimo Imp. Benedictus Deus & Pater Domini nostri IESV Christi, pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, qui miseratus & consolatus est nos in præfenti sæculo nequam, visitans & redemptionem faciens, tam piū, tamque benignum Imperij vestri cornu salutis erigendo in domo David, Christi videlicet pueri sui. Vos enim, fili charissime, minūs Imperatoria dignitate, secundum Apostolum qui ait: Æmulamini charismata meliora, contenti, etiam Angelorum estis ministerium imitati, dum pacem in terra bonæ voluntatis hominibus exoptatis, & beatos per id, ac cælum vos visuros luce clariùs demonstratis. Vtraque siquidem epistola vestra Pontificio nostro missa, huius vos flagrare desiderio, patenter intinuat; & hanc vos ad statum Ecclesiæ, vnde prauorum dissensione repulsa est, inhiante velle reducere, indicio euidenti demonstrat. A Deo quippe prouectum Imperium vestrum, quod eo auctore iustitia & triumphis ornatis, minūs nimirum validum, minūque gloriosum putatis, nisi etiam summa concordare pace seu concordia satagatis.

Nos autem, dilectissime, audientes Constantinopolitanam Ecclesiam dissensionis adhuc scandalo fluctuare, nonnullosque religiosi habitus viros hac illacque dispersos atque dieictos ignominiosè tractari, meritò ingemiscimus, & multa mœlittia fatigamur. Præcipuè pacem sentimus illic continua contentione turbatam, quam per multos Sedis Apostolicæ labores iam credebamus ædificatam; & sacratos quosdam diuersas iniurias passos discimus, quos ab omni oppressionis face sperabamus ereptos. Portamus quippe omnium onera qui grauantur, immò portat hæc in nobis amator vester beatus Petrus Apostolus, qui nos in omnibus sollicitudinis suæ protegit ac tuetur heredes. Sed quia & professionis nostræ officio cum Ieremia nihilominus dicitur: Ecce constitui te hodie super gentes & super Regna, vt euellas & destruas, & disperdas & dissipas & plantes, etiamque vestra pietas ab Apostolatu nostro pro hoc ipso personas postulat: Ecce strenuos à latere nostro viros dirigimus, qui si qua illic inter hæc diligenti studio deprehendant, his radicibus secundum Dei mandatum euulsis, destructis, dispersis & dissipatis, pacem & vnitatem & charitatem congruenter ædificent & plantent. Nam quomodo habere poterunt charitatem, qui diuidunt vnitatem?

Nos autem pro Christo legatione proculdubid fungimur, cum paci Ecclesiæ studium impendere procuramus. Quia verò Deo amabiles viros, quos nominatim litteris exoptatis, quibusdam incommodis impeditos destinare nequiuimus: misimus Paulum & Eugenium sanctissimos & venerandos Episcopos, dilectosque Consiliarios nostros, quorum nobis & fides probata, & scientia manifesta est. Quibus scripto dedimus in mandatis, vt omnibus similitatibus sopitis atque sedatis, quæ ad pacem sunt, sanctorum magistra regula Patrum toto conamine construunt; & omni contentione sublata, iustitiæ tribuant, Deo propitio, palmam. hoc dumtaxat ad laudem Dei agentes, & ad præconiorum vestrorum cumulum, sicut vos agere de die in diem decet, addentes. Verumtamen

Annal. Eccl. Tom. 10.

Xx

tamen

LEGATIO CONSTANTINOPOLIM MISSA.

Ioan. ep. 80.

I I. 2. Cor. 1. EPISTOLA IOAN. PAP. AD BASIL. IMP. Luc. 2. 2. Cor. 12.

I I I.

Ierem. 1.

I V. 2. Cor. 5.

† Putantur hoc adiectione ab illi-quo schismatice: nã ut ex illi que dicitur inferius pater, Legatis precepit, ut res illius provincie eius disponere & ordinarent. * Al. polletione.

tamen ignorare pium imperium vestrum nolumus, nos Apostolicæ Sedis præcepisse Legatis, ut causa tantum visitationis gloriosum eiusdem provincie Bulgaria Principem adeant, & de oprata memoria ei Apostolorum, ut concederet, expletis officiis per salutationis, edicant. Ideoque rogamus ut aditu eis, annitentibus vobis, concessio, talem illis industrum virum qui eos usque ad prædictum Principem saluos ducat & reducat, facta in scriptis de ea minimè usurpanda * professione. Opramus vos per multos annos in Christo benè valere, & de barbaris iugiter hostibus triumphare, spiritualis & desiderabilis & Christianissime fidei semper Auguste. Data Indictione vndecima, ut supra, decimasexta mensis Aprilis.

V. a Ioan. ep. 81. b Idem ep. 78

Dedit insuper alias Imperatori eiusdem argumenti litteras per eosdem Legatos. Sed & scripsit acres nimis litteras ad Ignatium Patriarcham ob occupatam ab eo dioccesim Bulgaria Romanæ Ecclesiæ immediatè subiectam, quæ sic se habent: b

IOAN. PAP. EPISTOLA AD IGNA-TIVM EPISC. CONSTANTINOPOL.

Reuerendissimo confratri nostro Ignatio Patriarchæ Constantinopolitano. Secundò iam Sedis Apostolicæ litteris probaris admonitus, & per Missos eius contentatoris conuentus hortatibus, ut tu Constantinopolitanæ dioceseos quos per eiusdem primæ Sedis auctoritatem & fauorem, annuente Deo, receperas, ritè conuentus ultra præfixos tibi ex Canonibus limites præsumptionis pedem non tenderes, nec antiquos terminos, quos posuerunt patres tui, aliqua usurpatione transerres. Nullus autem ignorat, regionem Bulgarum à sanctæ memoriæ Damaso Papa, & deinceps usque ad paganorum eruptionem à Sedis Apostolicæ Præsulibus, quantum ad Ecclesiasticæ prouisionis priuilegium artinet, moderatam præsertim cum hoc nonnulla scripta, sed præcipuè diuersorum Romanorum Pontificum res gestæ, quæ in Archiuis antiquitus nostræ seruantur Ecclesiæ, clariùs attestentur. De his autem quæ bellica clades & grauissimi hostilitatis incursum intulisse noscuntur, nihil præstantius sentiendum est, quàm quod clarissima Ecclesiæ tuba, sanctus videlicet Leo nostræ Sedis Antistes edocuit & decreuit, cum ait: ° Adhibenda quidem curatio est, ut vulnera quæ aduersione hostilitatis illata sunt, religionis maximè ratione sanentur. quo statu rerum, auxiliante Domino, in meliora conuerso, &c. iterum dicit: Remotis malis, quæ hostilitas intulit, vniciuique id quod legitime habuit, reformetur. omniq; studio procurandum est, ut recipiat vnusquisque quod proprium est. & rursus: Quod bellica necessitate turbatum est, pacis remedio reformetur.

c Leo epif. 85.

V I.

Sed hæc, reuerendissime frater, omnia clausis oculis relegisti, sanctorumque Patrum decreta calcaneo temerario conculcasti, & multiplicium tibi beneficiorum Sedis Apostolicæ prælitorum oblitus, contra eandem sanctam Sedem benefactricem videlicet tuam erectus es, priscam dioccesim illius in regione Bulgarica constitutam illicita peruaione furripens, & in alienam messem contra diuinas leges immittere falcem non renuens Vnde meritò post primam & secundam communionem à nostræ te debueramus communionis contubernio sequestrare, in promptu habentes secundum Apostolum, ° omnem vlciisci inobedientiam, qui etiam dicit: ° Si quis non obedit verbo nostro per epistolam, hunc notate, ut non commisceamini cum eo. Sed quia Sedis Apostolicæ moderatione vtentes, spiritu lenitatis potius quàm seueritatis erga correptionis tuæ flagramus affectum: ecce tertio canonicè per Missos & syllabas commonemus, & hortamur, & protestamur, ut nullam omnino moram perpeffa, strenuos viros in regionem Bulgarum dirigat, qui per totam patriam peragrantes, quoscumque illic repererint qui à te vel à subiectis tibi consecrationis munus accepisse dicuntur, sine quauis dilacione reducant, ita ut intra triginta dierum spatium, nullus Episcopus, nullus omnino clericus, qui tuæ ordinationis, immò inordinationis sunt, intra omnes Bulgarum fines inueniantur.

d 2. Cor. 10.

e 2. Theff. 3.

V I I.

Non enim patimur eos, quos ibidem tu illicitè constituisti, quos & ab Apostolica esse iam Sede huius rei gratia constat excommunicatos, errore suæ præuaricationis corda no-uorum Domini famulorum inficere, quos videlicet, in fide instructionis manu plantaui-mus, & aqua salutaris fontis doctrinarum rigauimus, atque horum auctori Deo ad inere-mentum spiritus dandum, ut sit ipse in omnibus primatum tenens, obtulimus. Porro si intra triginta interualla dierum omnes, quos vel tu, vel Episcopi tui consecraste in aliquo gradu putantur Ecclesiæ, à totius regionis Bulgaricæ terminis non eduxeris, & temetipsum ab omni Ecclesiastico illius iure dioceseos non subduxeris: tamdiu sancto corpore, & pretioso sanguine Domini nostri I E S V Christi post duos menses, à die numerandos, qua huius epistolæ tomum acceperis, esto priuatus, quamdiu his obstinatus decretis nostris mini-

TERMINVS XXX. DIE- RVM PRÆ- SCRIBITVR IGNATIO.

A minimè obedientiæ colla submiseris. Iam verò si pertinaciter in hac indiscipline at- que peruaione permaneris, & Episcopus & quotquot illic vel illi vel tu consecraste vi- deris, foras illinc minùs expuleris: omnipotentis Dei iudicio atque beatorum Apostolo- rum Principum auctoritate, nostræque mediocritatis sententia, omni Patriarchatus esto dignitate, quam fauore nostro acceperas, alienus & exors, nullo penitus summi sacerdo- tij priuilegio præditus vel potitus. Data mense Aprilis Indictione vndecima. missa per Paulum & Eugenium Episcopos.] hæc ipse.

Scriptit adhuc & binas a epistolas ad Michaëlem Regem Bulgarorum, quibus hor- tatur ut ad Romanam Ecclesiam, quæ eos in Christo genuit, reuertatur, quas breuita- ti (quantum fas est) consulentes, hic describere prætermittimus: qui enim cupit eas, citò inueniet, ubi legat: nam vnà cum aliis Ioannis epistolis extant cufæ. Scripsit & ad b Petrum Comitem, ut hoc ipsum Regi Bulgarorum persuadeat. Sed & eisdem Lega- tis litteras dedit ad Episcopos omnes & clericos Græcos qui tunc erant in Bulgaria, ut inde intra triginta dierum spatium recederent, alioquin careant ministerij sacri vsu quo fuerant initiati.

VIII. a Ioan. ep. 75. 77. b Idem ep. 76.

Vix credi potest quantum eiusmodi depressio Ignatij Patriarchæ per Ioannem Pon- tificem facta extulerit perditissimum Photium; qui ubi ista rescitit, omnem mouit la- pidem ut reuocaretur Constantinopolim, & oblata benè vteretur occasione eiusdem Ignatij rursum eiciendi, seque ipsum in sedem, è qua fuerat eiectus, restituendi. Quid autem inauditum excogitarit fraudulenta & callida arte homo dolosus, ut hoc exple- ret, inferius eodem anno suo loco dicturi sumus. Homo callidus & veterator consuetu- dine litterarum aliquam cum Anastasio Bibliothecario Romanæ Sedis contraxit fami- liaritatem, quem apud Ioannem Pontificem plurimum posse sciret. Sunt eius rei indi- ces vnà litteræ, eademque perbreues, sed secretorum nuntia ab ipso Photio ad eum- dem Anastasium scriptæ his verbis:

IX. DEPRESSIO IGNA-TII EXALTATIO PHOTII.

Photius Anastasio presbytero & Bibliothecario Romæ. A sacra quidem (ut est in prouerbio) instituta res est. At seriùs quàm oportuit. Nec verò consilium reprehendo. Video autem tempus præterisse. Quod mihi videtur non in- eleganter ænigmatè significari: occasionem nempe à fronte inronsam esse, ponè verò cal- quam. Si quis enim tempori defuerit, exclusus, quamuis occasionem innumeris perfe- quatur artibus, adipisci non potest. sed benè est, quòd mens & voluntas tua, vel serò, mi- sericors fuit. Amicorum enim est, non vtilitate gratiam metiri, sed proposito & beneuo- lentia.] hæc Photius ad Anastasium, magna (ut apparet) intercedente inter eos ex ami- citiæ vsu fiducia; quæ in damnato sæpiùs & multipliciter homine non potuit esse absque suspitione inhærentis Anastasio culpæ. Quæ enim hæc secuta sunt de Photij restitutione iam desperata, nonniùs malum aliquid suspicandi ingerunt argumentum. At quæ illa fue- rint, dicentur suo loco in fine anni huius.

X. PHOTII AD ANASTAS. BIBLIOTHE- CARIVM EPISTOLA.

Amodò autem prosequar eiusdem Ioannis angustias, quibus dirè pressus, est coactus ab Vrbe progredi, & in Gallias se conferre. quomodo ista se habuerint, accipe pri- mum ex sæpe citatis veteribus Francorum Annalibus ab auctore temporis huius scri- ptis, quæ sic se habent: * Lambertus Vuitonis filius & Albertus Bonifacij filius Ro- mam cum manu valida ingressi sunt: & Ioanne Pontifice sub custodia retento, optima- tes Romanorum fidelitatem Carolomanno sacramento firmare coegerunt. Quibus in- de discedentibus, idem Pontifex domum sancti Petri ingressus, omnes thesauros quos E ibi reperit ad Lateranos transtulit, & Altare sancti Petri cilicio cooperuit, & cuncta ostia eiusdem Ecclesiæ clausit, nullumque ibi officium ad Dei cultum pertinens per plures dies celebratum est. & quod nefas est, omnibus vndique illuc causa orationis venientibus negabatur introitus, erantque ibi omnia confusa. Memoratus autem Pon- tifex conscens nauibus, per mare Tyrrhenum Regnum Caroli intrauit, ibique per to- tum ferè mortuus est annum.] hæc ibi. Sed ex multis pauca, paucisque narrata, quæ pluribus Ioannis ipsius epistolis descripta habentur. Scripsit de his primum ad * Arisper- tum ° Mediolanensem Archiepiscopum, sed breuiter. Scripsit & ad Archiepiscopum Rauennatem Ioannem his verbis d:

XI. LAMBERTVS DVX SPOLE- TI ET ADEL- BERTVS IN- VADVNT VRBEM. * Al. Lam- bertus Gui- donis

Reuerendissimo & sanctissimo Ioanni Archiepiscopo Rauennati fratri nostro. Vnanimitatis vestræ fraternitatem ignorare non patimur, quæ & qualia his retrò die- bus à Lamberto Spoletano Comite mala, & multiplices passi sumus iniurias, quales nul-

* Al. Ansperto ° Ioan. ep. 82. ° Idem ep. 84

XII. IOAN. PAP. EPISTOLA AD IOANN. RAVEN. DE LAMBERTO.

Ius antecessorum nostrorum Pontificum à quoquam Deum colente sustinuisse recoli- tur. Igitur omne penè territorium sancti Petri, suis tyrannicè deuasantibus hominibus, cum immensa populi multitudine Romam venit. Nos autem illum quasi dilectum ami- cum apud beatum Petrum Apostolorum principem honorificè recepimus. Sed ipse qua- si ouili pelle indutus, solita repletus nequitia, munereque corruptus ingenti, contra nos insurgere non dubitauit. Nam portas ciuitatis Romanæ violenter; immò fraudulenter cepit, totamque Urbem Romam, ac per dies plurimos per homines suos ita arctius reti- nere fecit, vt nec proceres Romanorum, nec Episcopi, nec sacerdotes, neque etiam fa- miliares nostri ad nos nisi magna supplicatione exeundi facultatem haberent. Cibaria et- iam nostra nobis venire instantissimè prohibebant. Venerabiles item Episcopos, presby- teros atque diaconos, & religiosos monachos cum hymnis & canticis spiritualibus, sa- crisque litanis ad Ecclesiam Principis Apostolorum venientes, heu; proh dolor, more B paganorum conturbauerunt, & sustibus cædentes, nequiter disperferunt, non sinentes il- los * exire, debitumque Deo sacrificium offerre. Inimicos quoque atque infideles sanctæ Romanæ Ecclesiæ & nostros, quos vnà cum vestro consensu & subscriptione bis aut ter- tiò excommunicatos damnatosque habemus, super nos temerè conduxit, eosque in Vr- bem Romam sine nostra voluntate immisit.

* f. eod. ite.

XIII. His itaque nos præiudiciis & iniuriis multiplicibus grauati, cum tota Sede Apostolica tristes adeò per multos dies extitimus, vt nequaquam nobis aliud agere, nisi flere liceret. Nam ipsis diebus nec vestis fuit super altare sancti Petri, nec aliquod ibi nocturnum aut diurnum Officium ex more celebratum. Nunc etiam minatur nobis peiora inferre, nisi eius obtemperemus humiliter voluntati. Vnde sanctitatem vestram pio paternæ dilectio- nis affectu coniunctam hortamur, vt pro tantis afflictionibus & miseriis capiti nostro il- latis, ex totis præcordiis vestris nobiscum pariter condoleatis, & contra euidentissimum & immanem inimicum nostrum consurgere toto annisu studeatis. Nos namq; illius non valentes sustinere tantas insidias, quia per terram ire nequimus, per marinum iter, Deo propitio, in Franciam proficisci debemus, gloriosos scilicet Reges deprecaturi, vt Eccle- siam sancti Petri, & ciuitatem Romanam totius mundi caput & dominâ à tantis oppres- sionibus & calamitatibus liberent, saluam & quietam finant manere, potentiq; manu ab hostium, quas patimur, insidiis tueantur. Nec nos illuc ituros, nisi pro communi salute, proculdubidò credite. Sed sicut veridico multorù relatu didicimus, cum nos de Vrbe Ro- ma fuerimus egressi, cœptumque iter egerimus: audiimus eundem Lambertum facel- lites suos velle colligere, Romamq; rursus expugnaturum adire. Nos verò hoc scientes, anathematis sententiam in eum, & in omnes sequaces eius, si contra Urbem Romam & Ecclesiam Romanam aliquam rursus veniens contrarietatem vel molestiam, aut pertur- bationem inferre, quolibet modo præsumperit, in Ecclesia beati Pauli Doctoris Gen- tium protulimus. Et idcirco nullas vestrum eius iniquis operibus faueat, quin potius li- bere arguat, si Apostolicæ Sedis vultis semper fulciri auxilio. Quapropter hæc omnia vt vestris suffraganeis cognita faciatis, incunctanter hortamur sanctimoniam vestram, qua- tenus ipsi qui membra corporis Christi existunt, vobiscum pariter pro Apostolicæ Sedis exaltatione studeant desudare.] Data vbi supra i v. Kal. Maij, Indictione vndecima. At vltus est Deus in filio, quod impiè peccauit sacrilegus pater.

XIV. Scripsit & de his pariter a ad Berengarium Comitem ex regia stirpe oriundum, vbi præcipuè queritur, quòd ab Vrbe Romana, quam sancto Petro Imperatores tradidid- sent, esset exclusus, rogans vt ea cuncta Carolomanno nota faciat, cuius voluntate se ille E impius cuncta fecisse iactasset. Scripsit etiam de his b ad Angelbergam Augustam Deo dicatam; sed & hæc eadem nota esse voluit c Ludouico Balbo filio nuper defuncti Caro- li Calui Imperatoris, cum iam (vt ait) insulas Imperij suscepisset ab Ecclesia Romana. Dum verò lugubre factum recenset, habuisse tradit Lambertum complicem in scelere Adelbertum Marchionem, coëgisseque iurare fideles Ecclesiæ non obedisse ipsi Pontifi- ci, sed ipsi tantum, misisseque legationem ad Sarracenos Tarentum vnà cum muneribus, vt ab eis copias, cum vellet, aduersus Romanam Ecclesiam paratas haberet. Addit de sua quam deliberasset protectione in Gallias, pro auxilio implorando. Ad finem ve- rò epistolæ ponit quomodo eum augeat dignitate Consiliarij Apostolicæ Sedis, qua pari- ter dignitate donatus fuerat Carolus Imperator pater eius. sic enim ait claudens episto- lam: Te quoque, fili charissime, auctoritate sancti Spiritus Dei nostri, ad vicem genitoris

XIV.

a Iam. ep. 85.

b Idem ep. 86.

c Idem ep. 87.

A toris vestri domni Caroli perpetui Imperatoris Augusti, à secretis constituo meum Con- siliarium, qui, vt dici solet, pars animæ meæ fuit.]

Reddidit insuper a certiorum de his omnibus Ludouicum Baioariæ Regem filium Lu- douici fratris Caroli Calui. Sed & alias tunc pariter dedit b litteras, in itinere cum esset, & iam Genuam peruenisset, ad ipsum Carolomannum, ex cuius voluntate grassator Lambertus ea cuncta fecisse gloriaretur; hortans eum se conferre ad Synodum quam Treccis in Gallia celebraturus esset. Sed & ad Carolum eius germanum eodem quoque argumento litteras scripsit c.

XV. Iam. ep. 88. Idem ep. 89.

Porò recedentem ab Vrbe Ioannem Papam, pretiosissimas secum tulisse reliquias, te- statur d Aimoinus, & cum Formoso Episcopo Portuensi captiuo ducto, nauem conscen- disse, Arelatemque peruenisse die Pentecostes tradit: immò ante. nam die Ascensionis B se Arelate Missam celebraffe testatur in epistola e ad Branimirum Principem, qui tunc à Papa benedictus fuit, ibi etiam inuento Bosone Comite Arelatenfi genero Angelbergæ Imperatricis vnà cum eius filia Hermengarda, cum eo de subleuanda Romana Ecclesia consilium inuit. deq; his scripsit ipse ad eamdem f Angelbergam Augustam. Ibi verò cum esset, concessit pallium Rostagno g Archiepiscopo Arelatenfi; redarguit verò errorem quem reperit, quòd ante pallij susceptionem consecrationem facerent Episcoporum Ar- chiepiscopi Galliarum, quem & emendandum curauit.

Idem ep. 90. XVI. Aim. lib. 5. c. 37.

Iam. ep. 184

Idem ep. 92.

Idem ep. 93

Idem ep. 94.

Ad hæc eundem Arelatensem Archiepiscopum, cui pallium tribuit, Legatum suum in Gallias esse voluit. deq; his litteras h dedit ad omnes Galliarum Episcopos, significans simoniacam hæresim, quæ vigeret in Gallias, se per eundem extirpari mandare. Solebat in eo itinere Pontifex antè monere Episcopos, vt hospitium pararent, per quorum dice- C cesim esset transiturus, vt ex litteris datis ad i Lingonensem Episcopum patet. Cabillone autem cum hospitaretur, à latronculis quibusdam malè habitis est, dum ab eis nocturno silentio iumenta abacta sunt, quos, nisi intra tres dies ablata restituerent, excommunica- tos voluit. Idem Pontifex similiter & quemdam alium tunc excommunicauit k, qui scu- tellam argenteam S. Petri furatus esset. Quo pariter tempore dum esset in via, ad Episco- pos Galliarum & Germaniæ litteras dedit, quibus ad generalem Synodum Treccis celebra- dam omnes iuberentur adesse.

XVII. QUAE IOAN. PAPA VBI ARELATEM PERVENIT. h Idem ep. 95 Idem ep. 96.

Idem ep. 97.

Conuenerunt igitur Episcopi Treccis constituta die mensis Augusti. Verum Ludouicus Rex Francorum non potuit tunc accedere ob infirmitatem corporis; qua grauitè vexa- tus est. sed vt Aimoinus l affirmat, ad Kal. Septembris affuit. Interea (idem subdit) Ioan- nes Papa generalem Synodum cum Episcopis Galliarum & Belgicarum prouinciarum D agens, qualiter Lambertum & Adalbertum, Formosum quoque & Gregorium Nomen- clatorem & complices illorum Romæ excommunicauerit, relegi fecit in Synodo, & con- sensum Episcoporum in eadem excommunicatione quaesiuit. Vnde qui affuerunt Epi- scopi petierunt, vt sicut ipse excommunicationem quam fecerat, per scripturæ lectionem recitari fecit in Synodo; ita & eis concederet, vt per scripturam illi suam confessionem proferrent. & concedente ita fieri Papa Ioanne, in crastinum Episcopi hoc quod sequitur diploma Papæ in Synodo porrexerunt:

XVIII. TRECCENSIS SYNOD. GE- NERALIS. l Aim. lib. 5. c. 37.

Domine sanctissime ac reuerendissime Pater Patrum Ioannes Catholicæ & Apostoli- cæ Ecclesiæ, sanctæ videlicet Romanæ primæ Sedis Papa, nos filij, famuli, ac discipuli ve- stræ auctoritatis Galliarum & Belgicarum Episcopi, his quæ super vulnera dolorum ve- strorum maligni homines ac ministri diaboli addentes ad sanctam Matrem nostram ac magistram omnium Ecclesiarum commiserunt, compatimur, & dolori vestro consentes condolemus, atq; iudicium vestræ auctoritatis (quod priuilegio B. Petri & Sedis Aposto- licæ in eos & complices eorum iuxta sacros Canones, spiritu Dei conditos, & totius mun- di reuerentia consecratos, ac secundum eiusdem sanctæ Romanæ sedis Pontificum præ- decessorum vestrorum Decreta protulistis) voto, voce, & vnanimitate nostra, atq; aucto- ritate sancti Spiritus, cuius gratia in Episcopali ordine sumus congregati, gladio Spiritus sancti (quod est verbum Dei) eos interimentes persequimur, scilicet quos, sicut prædixi- mus, excommunicastis, excommunicatos tenemus: quos ab Ecclesia abiicistis, abiici- mus: quos anathematizastis, anathematizatos esse iudicamus: & quos regulariter satisfacientes vestra auctoritas & Apostolica Sedes receperit, recipiemus.

XIX. EXCOMMV- NICATIO CONTRA HOSTES ROM. ECCL. CONFIR- MATA.

Sed vt in sacra historia de plaga m Ægyptiaca dignè à Deo illata legimus, quòd non erat domus in qua non iaceret mortuus, & non erat qui alium consolaretur, quoniam in

XX. Exod. 12.

EXCOMMUNICATIO ADVERSUS GALLICANAS ECCLESIAS INFESTANTES.

1. Cor. 5.

PETIT PAPA AB EPISCOPIIS AVXILIUM CONTRA INIMICOS ECCLESIAE.

XXI. IOAN. PETIT A LVDOVICO AVXILIUM.

XXII. HINC MARI LAVD. EPISCOPI CAUSA.

XXIII.

*Artinicum LIBELLVS PROCLAMATORIVS HINC MARI LAVD. EPISCOPI.

domo sua vnusquisque quod iugeret, habebat: nos in nostris quoque Ecclesiis lugenda lugemus, & ideo vestra auctoritate nobis subueniri, cum omni metis humilitate deposcimus, perentes, vt promulgetis capitulum vestre auctoritatis, qualiter nos erga Ecclesiarum nostrarum peruafores agere debeamus: vt censura Apostolicae Sedis muniti, robustiores ac promptiores, Domino opem ferente, contra peruersos Ecclesiasticarum rerum ac facultatum raptores ac vastatores, sacriq; ministerij Episcopalis contemptores, nos successoresque nostri persistere concordia sententia valeamus: vt iuxta egregij praedicatoris vocem, & vestre auctoritatis promulgationem, traditi satanae, spiritu salui fiant in die Domini nostri IESU CHRISTI.] ista tunc ille. Addit auctor quoddam diploma Ioannes Papa suae excommunicationi adscribi fecit, & manu sua confirmans, ab omnibus Episcopis in Synodo subscribi fecit.] haec apud Aimoinum ex actis Trecentis Synodi. quae quidem cum minime integra reperiantur, sunt hinc inde per fragmenta quaerenda. Inter Ioannis Papae epistolas post centesimam decimam quartam, haec ex eadem Synodo petita leguntur, quibus idem Papa est Synodum allocutus his verbis: Vos confratres & Coepiscopos meos volo vnanimiter in defensione sanctae Romanae Ecclesiae, quam constat caput esse omnium Ecclesiarum, conuenire, donec, Deo auxiliante, in Sedem beati Petri Apostolorum principis reuertamur, cum omnium hominum vestrorum armata bellico apparatu manu, & hoc non differendo, sed sub omni celeritate & certitudine sponsonis. Hic mihi, quaeso, absque vlla dilatione continuè date responsum.] sequitur post haec eiusdem Pontificis allocutio ad Ludouicum Regem praesentem in hunc modum:

Vos, charissime fili Ludouice gloriose Rex, precor, in defensionem liberationem, atque exaltationem sanctae Romanae Ecclesiae, sicut praedecessores vestri fecerunt, & vobis sub obtestatione facere mandauerunt: sine procrastinatione & vlla dilatione succurrite: quia ministri Dei estis, vindices in ira in his qui male agunt, & non sine causa gladium portatis, ne forte (quod absit) illa vos & Regnum vestrum culpa contingat, quae quosdam veteres Reges inimicis & infidelibus Dei parentes quondam, damnabiliter strinxit. Vel si aliud placet: praesentialiter in isto loco date (per Deum & per beatum Petrum me coniuero) sine mora responsum.] haec ibi. Quid ad haec omnia Episcopi, quid Ludouicus responderit, non inuenitur. Certum tamen est, annuisse votis Pontificis. Nam cum ipse Ludouicus ob corporis imbecillitatem ex recenti morbo contractam ducere in Urbem ipsum Pontificem non valeret, Bosonem Comitem cum ipso voluit proficisci.

Praeter haec autem auditas esse ab eodem Pontifice priuatorum causas constat, & inter alias lugubrem querelam Hincmari Episcopi Laudunensis aduersus Hincmarum Rhemensem Archiepiscopum, cuius hominis audaciam iam sub Nicolao Papa saepe superius audiimus retulimus, & ab Hadriano Pontifice redargutam. Hic miser Hincmarus, caecus licet, in Synodum duci voluit, atque vbi venit, eiusmodi libellum obrulit Ioanni summo Pontifici, qui inter eiusdem causas epistolas, post centesimam vndecimam positus legitur sic, Dei beneficio conseruatus, quò innotesceret tantae tragicediae vera historia, Hincmari litteris obscuratae, dum eundem Laudunensem acerbissimis exagitat inuestiuis, virum piuum, atque aduersus eum iura Romanae Ecclesiae defendentem.

Reclamatio & proclamatio Hincmari, qui quondam praerater Ecclesiae Laudunensi.] hic libelli titulus. sequitur ipse:

Domine & summe Pater Patrum, & rector Pontificum Ioannes nomine & meritis vocate. Audi vocem proclamationis meae, & exaudi vocem deprecationis meae, compassus causae calamitatis meae. A Rhemorum Archiepiscopo ad Synodum sum vocatus ad Duatiacum villam, quam constituit hebdomada prima mensis Augusti. Et monuit me de certis causis paratum esse ibidem, vt responderem. Ad quam cum festinarem, violentia hostili in medio itinere segregatus sum ab ouibus meis, priuatus sum, & spoliatus omnibus rebus meis, perductus sum ab iisdem hostibus vsque ad praefatam villam. In qua cum confisterem, iam stabat Rex Carolus ante ipsum Archiepiscopum meum, tenens in manu scripturam, reputans me esse periurum, quia Romam sine sua voluntate miserim, & imputans quòd eum accusauerim. Atque idem Archiepiscopus me respondere iussit. Cui ego respondi: pro his de quibus me admonuerat, in eadem Synodo esse paratum vt responderem. Paratus eram scriptis respondere, quae scripta praemanibus tenui. Sed ipse non permisit, vt Synodus scripta mea susciperet; quia sibi dari iubebat. sed ego suspecto dare nolebam.

De

A De clerico autem meo, nomine Berthario, quem subito requisit, sed requisitus non affuit: respondi, quia ipsi homines mecum veniebant, qui eum comprobaturi essent, si eis venisse licuisset. Sed idem Archiepiscopus de his nihil me postea appellauit, sed ad accusationem Regis me respondere iterum atque iterum praecipiebat. Cui ego reclamavi, quia non docebat canonica auctoritas, nudatum & suis rebus spoliatum, insuper & ab hostibus detentum respondere vllatenus debere. Sed & addidi, quia non solum suspectum, sed manifestè illum infestum habebamus. Vnde & Apostolicam Sedem appellavi pro amore Dei & honore S. Petri, tam de ipsa accusatione Regis, quam de praedicio, quod ab ipso patiebat Archiepiscopo. Legi manibus tenens auctoritates Iulij Papae & Felicis Papae, videlicet ea quae ipsi in eis praesigunt de appellationibus Episcoporum: quae mihi seruari, appellando Sedem Apostolicam, prostrato corpore expetij. Sed nihil horum mea petitio obtinuit. sed neque litterae Apostolicae, quas mihi praesentialiter dederat (quoniam me vocabat, vt procrastinando non differrem venire, si status mei iacturam sustinere non vellem) quidquam praeualuerunt.

Iudicium praefatus Archiepiscopus super me imposuit, vt ab Episcopali remouendus essem officio. Sed alij gemebant flebantque, inter quos nullum merebar pati inimicum. scripta quidè ab eodem Archiepiscopo, ipsis imposita manibus tenentes, sed ore proferre nolentes; inuiti vix verba singultiebant; aditum tamen ad Sedem Apostolicam minime sperantes mihi posse denegari. Vnde saluo per omnia Sedis Apostolicae iudicio, ipsi finem lectionis terminare. Post haec transmissus sum in exilium, in quo per duos annos sanus, sed aliquanto tempore ferro vinculus, custoditus sum. Duobus annis ferme peractis, insuper caecatus sum, & vsque modò retentus. Ad vos & ad vestrae piissimae serenitatis praesentiam, mox vt venire dimissus potui, protinus accessi. Nunc autem vestram clementiam suppliciter exoro, à vestra summa paternitate parari de me aequitatis iudicium, cui secundum canonicam institutionem, & Decreta Romanorum Pontificum reseruatus, & reseruandus sum, & fueram. Quod ob amorem Dei & venerationem sancti Petri apud vestrae paternitatis pietatem obtinere efflagito, tum pro multitudine miseriae meae, tum pro magnitudine pietatis vestrae, quae accendatur clementissimi Redemptoris amore, qui me proprio acquisiuit sanguine, & qualemcumque sancto suo saerauit munere.] hucusque proclamatio Hincmari iunioris.

Porro Archiepiscopum Rhemensem illum, qui in libello nominatus non est, Hincmarum fuisse certum est, eiusque patrum, sed hostem implacabilem, qui ad haec etiam tempora superstes erat, & ad hanc ipsam vocatus est Synodum litteris ipsius Ioannis Romani Pontificis, sed vbi venit, & contra se ista prolata audiuit, tum verbis, tum scriptis se excusare studuit.

Audito libello Hincmari miserandi Episcopi, ipse à Ioanne Papa in suum pristinum gradum restitutus est. ita restatur Ado in fine Chronici sui. Aimoinus ex Actis eiusdem Synodi haec insuper addit: Post excommunicationem Hugonis Lotharij filij & Limonis & complicum eorum, vim facientibus quibusdam Episcopis, & consentiente Rege, dixit Ioannes Papa, vt Hedenulphus sua auctoritate ordinatus Episcopus sedem suam teneret, & Episcopale ministerium ageret; & Hincmarus, si veller, Missam cantaret, & partem de rebus Episcopij Laudunensis haberet. Et cum Hedenulphus apud eundem Papam peteret, vt eum ab illa sede absolueret, dicens se esse infirmum, & velle intrare monasterium, obtinere non potuit: sed praecipuum est illi ab eo, consentiente Rege atque Episcopis Hincmari fautoribus, vt sedem suam teneret, & Episcopale ministerium ageret. Qui fautores Hincmari audientes quod Papa Ioannes dixerit, vt si veller Hincmarus caecus, Missam cantaret, & Rex consenserit, vt partem de Episcopio Laudunensi haberet: insperatè aliarum prouinciarum Episcopi, sed & aliarum regionum Metropolitanorum sine praescriptione Papae Hincmarum vestimentis sacerdotalibus indutum, in praesentiam ipsius Papae adduxerunt; indeque sublatum, cantantes in Ecclesiam illum adduxerunt, & signum benedictionis super populum dare fecerunt. sicque Synodus illa soluta est.]

Admiranda planè diuina iudicia, vt non derelinquat sperantes in se! Ecce tibi Hincmarus Laudunensis, cum saepe appellasset Apostolicam Sedem, nec vquam, vt vidisti, dimissus esset vt eam adire posset, immò tentus, & in carcerem detrusus, catena vinculus, atque etiam crudeliter excrucatus: disponit diuina prouidentia, vt, qui numquam adire

XXIV.

XXV.

XXVI.

XXVII.

HINC MARI LAVD. HONORATUS A IOAN. PAP.

XXVIII. MIRA DEI IUDICIA IN HINC MARI. PATEFACTA

potuit Romanum Pontificem : ipse Romanus Pontifex ex Italia in Gallias ad eum accedat, audiat, & honoret. Vt planè illud Dauidicum fuerit decantandum : ^a Patientia pauperis non peribit in finem.] cum eiectus & obliuioni traditus homo, summo honore afficeretur ab ipso Romano Pontifice, vniuersaque Synodo, atque Rege. Et secundum illud Zachariæ de Iesu sacerdote magno, cui aduersabatur satan, cum ei dictum : ^b Increpet te Deus qui elegit Ierusalem: numquid non iste est torris erutus de igne? Auferte vestimenta sordida ab eo, & ponite cidarim mundam super caput eius.] Ita planè quiddam simile est diuinitus ostensum in Hincmaro, vt excæcatus homo, sede priuatus, iussu eius qui aderat Romani Pontificis sacrificium incruentum iuberetur offerre, & manibus Episcoporum sacerdotalibus indueretur indumentis; introduceturque in Sancta Sancto-
rum, vnde vniuerso populo benediceret.

XXIX. Quo putas ista inspexisse animo Hincmarum Rhemensem Archiepiscopum qui ad-
erat, quique declamatorio illo libello publicè in Synodo recitato fuerat mirum in modum exagitatus? Cum præsertim quiddam peccasset in Apostolicam Sedem, ipsumque Romanum Pontificem, iam in plena Synodo coram omnibus patet factum, atque publicè deploratum esset. Sed qui potens calamo erat, defensionem suam scriptis prodidit de eo potissimum, quòd diceretur non recipere decretales epistolas Romanorum Pontificum: de quo ista Frodoardus ^c:

Scriptis, inquit, & Apologeticum contra obrectatores suos, qui calumniabantur eum diuersis detractionum appetitionibus, scilicet apud Ioannem Papam, quòd nollet auctoritatem recipere Decretorum Pontificum Sedis Romanæ. Atque tunc in Synodo Tricassina, & postea hoc Apologetico respondit, refellens calumniatores suos, & se Decretalia Pontificum Romanorum à sanctis Conciliis recepta & approbata recipere & sequi, discretè, C prout sunt sequenda, depromens.] & superius in epistola contra Hincmarum Laudunensem, dum profitetur, se recipere epistolas decretales Romanorum Pontificum, hæc in eadem sententiam subiicit: Eas suscipiendas dico & scribo, & sacros sanctorum Conciliorum Canones cum Decretis Apostolicæ Sedis ex eisdem sacris Canonibus promulgatis & recipiendos & custodiendos & seruandos, sicut supra ostendi, profiteor.]

At tu hinc hominis intuerè fallaciam, hinc attende versutiam: dum enim se Decreta Romanorum Pontificum recipere profitetur, pariter diffidetur, cum videlicet restringit ad ea quæ de illis recepta esse noscerentur à Conciliis & promulgata per Canones. In quo sanè quòd toto cælo erret, iam superius redargutus ab Hincmaro Laudunense, in libello ab ipso oblato Synodo: cum Decreta Romanorum Pontificum inueniantur Concilia comprobasse vel reprobasse, non autem eadem Conciliorum auctoritate & comprobatione indignisse. pergit Frodoardus ex eodem Hincmari Rhemensis Apologetico. D

XXXII. De Hincmari quoque Laudunensis depositione vel restitutione, qualiter actum sit, manifestans: de hoc etiam vnde calumniatus fuerat à quibusdam apud eundem Ioannem Papam, quasi diceret, non ipsum maioris dignitatis esse Papam, quam ipse esset. De ordinatione quoque Hedenuphi in locum Hincmari in Episcopatu Laudunensi, & confirmatione Papæ ipsius ordinationis, item de Carolomanno & aliis quibusdam rebus, de quibus eum veritas excusabilem reddidit. Quibusdam quoque calumniantibus licet respondere posset, asserit se noluisse, ne contemptui vitia videretur addidisse, gloriosius esse ducens, tacendo fugere, quam respondendo superare, ne gloriam suam quæsiisse putaretur.] hæc Frodoardus, qui eadem de Apologia Hincmari Rhemensis inferius habet in fine scilicet libri tertij ^d.

XXXIII. Porro qui his aduersatus fuerat Hincmarus Laudunensis, ipsum Rhemensem reddidit sibi hostem infensissimum; sed eo nomine conciliauit sibi summam immortalemque gloriam atque laudem, quòd pro Romanæ Ecclesiæ priuilegiis, potissimum verò pro auctoritate decretalium epistolarum aduersus Hincmarum Rhemensem, qui eas enormiter sauciasset, nulla habita ratione eius quæ cum ipso consanguinitas intercedebat, strenuè laborauit, cuius rei causa, vt vidisti, plurima passus est, cum ex ea ratione in se etiam Imperatorem Carolum prouocasset. Porro de earundem decretalium epistolarum auctoritate, etiam earum quæ extra corpus Canonum vagarentur, habes aduersus eundem Hincmarum superius recitaram egregiam epistolam Nicolai Romani Pontificis.

XXXIV. Quod insuper ad eundem Hincmarum spectat, duæ extare dicuntur ad eundem Ioannem Pontificem spectantes epistolæ, suo altera, altera verò Caroli Calui Imp. nomine, nam

MINCMAR.
RHEMENS.
SCRIPSIIT
PRO SE APO-
LOGIAM.

^c Frod. hist.
Rhemens.
lib. 3. c. 21.

XXX.

HINCMMAR
RHEMENS.
PROFESSIO
SYDOLA.

XXXI.

^d Frod. lib. 3.
c. 27.

XXXIII.

XXXIV.

A nam ex stylo esse Hincmari non dubitatur. habet eas codex Cathedralis Ecclesiæ Spirensis, in quo nouem, sed prolixæ valde habentur epistolæ, quarum summaria tantum accepimus, quæ suis locis pro ratione temporis collocata reddemus.

Quæ verò ad hæc de quibus agitur spectat, & ibi primum ordine ponitur sexta, sic incipit ad Episcopos Rhemensis diocesis scripta: Domini sanctissimi ac reuerendissimi Patris nostri Apostolici Papæ Ioannis Decreta ex sacris Canonibus promulgata, sicut & sancti decessores ac prædecessores sui, &c.] est eius argumentum: Hincmarus vt Episcopus Metropolitanus indicat suffraganeis Episcopis, se suosque capitula ex sacris Canonibus collecta à Ioanne Octauo Papa ad Episcopos Franciæ missa reuerenter suscipere, sed ea conditione, vt Metropolitanis sua antiqua iura, vt Ecclesiis vetera priuilegia salua & inconcussa permaneant. idque probat primò, quia in Nicæna Synodo, aliisque ita citatum.

B Secundò, quia multi Romani Pontifices docuere; vetera Synodorum statuta non esse conuellenda. Tertiò, quia dum Papæ in remotis regionibus aliis vices suas commiserit, vt beato Remigio Rhemensis Episcopo in Galliis, sancto Bonifacio Archiepiscopo Moguntino in Germania: semper commiserit, saluo iure Metropolitanani. Vnde qui aliena iura inuolarunt, etiam anathematis fulmine à Pontificibus summis icti sunt. Concludit denique, nihilominus à Metropolitana sede appellari posse ad Apostolicam. ab hac verò ad aliam nullam, quippe cui & Reges parere debeant.] hæc ex sexta epistola, quæ fertur esse longissima. Ex qua quidem illa perspicuè intueris quæ ex eiusdem epistolis nuper à Frodoardo sunt recitata, nimirum sic accipienda esse Decreta Romanorum Pontificum, si ex Canonibus sibi vendicent auctoritatem; immò quòd & absurdus est, si non sint aduersantia priuilegiis collatis Ecclesiis, perinde ac si qui ea contulit Romanus Pontifex, eadem ex causa reuocare non possit, & suadente ratione, non liceat ei diuersa à sanctis Canonibus constituere, ipsosque Canones superponere Pontificiæ potestati, cum tamen omnem illi vim acceperint ab Apostolica Sede, à qua iisdem possint, poscente causa, & ratione suadente mutari, & priuilegia pari ratione auferri, minui & augeri, vt factum sæpè probatur.

C Epistola autem Caroli Imperatoris ab Hincmaro scripta, quæ vltimo loco reperitur in Spirensi codice collocata, ad eundem Ioannem Octauum Pontificem data sic incipit: Sanctissimo ac reuerendissimo Patri Ioanni summo Pontifici & vniuersali Papæ Carolus gratia Dei Imperator Augustus, & spiritalis filius vester. Antequam prouinciæ Transalpinæ propter seditiones & bella frequentia progenitorum nostrorum temporibus sacrarum legum, &c.] cuius hoc est argumentum:

D Carolus Caluus primò queritur, quòd quæ de criminosis sacerdotibus à Carolo Magno statuta, & ab Eugenio II. & Leone IV. Pontificibus Romanis renouata sunt, non obseruentur. Secundò subiicit iudicio Ioannis Papæ VII. quæ dicturus est de honore Episcopis deferendo, & de appellationibus. Tertiò, meritò Episcopis etiam à se honorem suum deferendum; & si lapsi fuerint, à comprouincialibus Episcopis & Metropolitanano causam eorum tractandam: negotia siquidem vbi orta sunt, finienda esse secundum Canones. Quòd si ab eorum iudicio appellatum fuerit ad Papam: tunc secundum eosdem Canones Papam debere, cognita vtriusque causa, vel approbare Episcoporum iudicium, vel renouare; si enim secus fiat, facile in tanta locorum distantia posse fraudem in informatione obrepere. Quartò docet, clericos nostros accusandos apud Episcopum, sic tamen vt ab illo possint appellare ad Episcoporum finitimorum Synodum prouincialem. Denique hortatur Papam vt secum tueri conetur veram Canonum obseruationem, curaque ne Episcopi aliquem facile excommunicent.] hæc ex dicta epistola, sed quorsum ista: causa superius sub Nicolao & Hadriano ventilatæ significant. At iam quæ pauca reliqua sunt Trecentis Synodi videamus.

E Qui summam ea est prosecutus simplici puraque tractatione Aimoinus, ista his addit, nimirum in ipsa Synodo, septimo Idus Septemb. coronatum fuisse Ludouicum Imperatorem ab eodem Ioanne Pontifice. Præterea quòd idem Pontifex adoptauit sibi in filium Bosonem Principem, de quo supra, cuius adoptionis rationem reddit in epistola tunc scripta ad Carolum Regem, vbi postquam redarguit eum, quòd ad Synodum vocatus non accesserit, hæc addit: Cuius consilio, nempe Ludouici Imp. atque hortatu, Bosonem gloriosum Principem per adoptionis gratiam filium meum effeci, vt ille in mundanis discursibus, nos liberè in his quæ ad Deum pertinent, vacare valeamus.] hæc ipse, qui & in

litte.

XXXV. QVAE DE
PONTIFIC.
DECRETIS
HINCMMAR.
MALE SEN-
SERIT.

XXXVI.

XXXVII.

XXXVIII.

^a Ioan. epi-
istol. 1. 9.
BOSON PRIN-
CEPS ADO-
PTATUS A
IOAN. PAP.

litteris ad eundem Ludouicum postea scriptis testatur, se ab eodem Bosone fuisse in A

XXXIX. Papiæ verò cum idem Pontifex esset, ingens valde illi Ecclesiæ contulit priuilegium: nempe vt quotiescumque Ticinensis Episcopus vocaret ad Synodum Archiepiscopos Mediolanensem & Rauennatem, cum Suffraganeis, venire omnino deberent. Extat de his epistola ipsius Ioannis ad dictos Archiepiscopos data: quod non crederem nisi legissem. Ibidem Synodum indixit ibi celebrandam 1 v. Kalend. Decemb. cum Episcopis Longobardiæ, vt ex ipsis litteris constat.

XL. Scribens tunc etiam ad Episcopos sub Ludouici Regis Regno constitutos, indulgentiam concedit omnibus quos pro defensione sanctæ Dei Ecclesiæ in bello occidi contigerit, quarum hæc est forma litterarum:

Omnibus reuerendissimis ac sanctissimis venerabilibus Coepiscopis per totum Regnum charissimi filij mei Ludouici Regis.

Quia veneranda fraternitas vestra modesta interrogatione sciscitans quæsiuit, vtrum qui pro defensione sanctæ Dei Ecclesiæ, & pro statu Christianæ religionis & Reip. in bello nuper ceciderunt, aut de reliquo pro ea re casuri sunt, indulgentiam possint consequi delictorum: Audenter Christi Dei nostri pietate respondemus: quoniam illi qui cum pietate Catholicæ religionis in belli certamine cadunt, requies eos æternæ vitæ suscipiet, contra paganos atque infideles strenuè dimicantes, eò quòd Dominus per Prophetam dignatus est dicere: Peccator quacumque hora conuersus fuerit, omnium iniquitatum illius non recordabor amplius. Et venerabilis ille latro in vna confessionis voce de Cruce meruit paradisum. Manasses quoque impurissimus quondam Rex captus, carceriq; arctissimo relegatus, ibi pœnitentiam agens cum perfectione indulgentiæ etiam Regni pristini, propter Domini misericordiam, quæ immensa est circa genus humanum, adeptus est solium. Nostri præfatos mediocritate, intercessione B. Petri Apostoli, cuius potestas ligandi atque soluendi est in cælo & in terra: quantum fas est, absoluiimus; precibusque illos Domino commendamus. Optamus fraternitatem vestram in Christo benè valere.] hæc Ioannes de indulgentia tam pro viuus quàm pro defunctis.

XL I. Ad hunc vsque annum, quo (vt audisti) celebratum est Trecentse Concilium, Ado Archiepiscopus Viennensis perduxit quod scripsit Chronicon, vir cum primis tum scientia tum etiam sanctitate clarus, cuius natalis dies inter Sanctos recensitus habetur decimasexta mensis Decemb. Extat ex eius lucubrationibus insigne monumentum illud, quo res gestas sanctorum Martyrum nouo Martyrologio ceteris fusiùs est profecutus: inscribitur, Martyrologium Adonis. Frodoardus dum relegit scriptas epistolas ab Hincmaro Rhemeni Archiepiscopo ad diuersos, de ea quam ab ipso scriptam tradit ad eundem Adonem, ita summarium eius collegit: Hincmarus Adoni Viennensi Archiepiscopo scribit inter cetera pro epistola beati Auiti ad sanctum Remigium scripta, quam quidam Rothfridus monachus ei dixerat, se apud eundem Adonem legisse. Sed & si quæ præterea de sancto Remigio reperire valeret: ei super aurum & topazium pretiosa & amabilia mitteret.] hæc Frodoardus. At in rebus Gallicanis iam diutiùs immorati, ad res Orientalis Ecclesiæ transeamus, cum magna in Constantinopolitana Ecclesia contigit inuolutio.

XLII. Quod igitur ad res pertinet Orientis: eodem anno magno totius Ecclesiæ damno, Photius malis artibus parat sibi reditum, atq; reuersus Constantinopolitanam sedem inuadit. Quomodo autem ista ad eò deformia se habuerint, sic accipe: Videns veterator ille, inter Ioannem Pontificem & Ignatium occasione diocesanos Bulgarorū obortas dissensiones, & iam ea de causa eundem Pontificem ipsi Ignatio infensum redditum: omnem mouit lapidè, si quomodo efficere posset, vt ab Imperatore solutus exilio, reuocaretur Constantinopolim. Quod vt consequi posset, versipellis homo rem excogitat, quam cum audieris, magna admiratione afficeris. Describit ista, qui res Ignatij volumine profecutus est auctor eiusdem temporis Nicetas, superiùs sæpè citatus, qui rem gestam sic exorditur:

XLIII. Quid igitur ille, qui dicitur Photius? Num sententiam in se latam, vt iustam recipiens, abstinuit a calumniis & turbis, vel sub potenti manu Dei humiliatus abstinuit, & desinuit diuinam iram sibi concitare, vel omnino à suis maleficiis recessit, & modestior & æquior pro illa damnatione factus est? nequaquam. sed potius totis illis decem exilij sui annis, sexcenta aduersus S. Ignatium mala concitauit. Cum verò vndequeque tutum illum & irrepre-

Ioan. epi. fol. 125. PRIVILEG. ECCLESIAE TICINENSIS. Idem ep. 139. Idem ep. 142. XL. Idem ep. 144. INDULGENTIA CONCESSA PRO VIS ATQUE DEFUNCTIS. Ezech. 18. Luc. 23. 2. Par. 33. XL I. DE ADONE ARCHIEP. VIENNENSIS. XLII. PHOTIUS MEDITATUR SOLVTIONEM EXILII. XLIII. CONSILIUM PHOTII FRAVDULENTVM.

A irreprehensibilem videret, Imperatoris gratiam sibi conciliare procurat, & cum omne consilium, & omnem rationem & omnes neruos ad hoc tetendisset: tandem inuenit viam, qua simplicitatem, vel potius leuitatem Imperatoris caperet. vt facilem, & qualem eius animæ conueniens erat. Nomina videlicet singulorum scrutatus, Basilij inquam Imp. & Eudociæ eius vxoris & filiorum, Constantini scilicet, Leonis & Alexandri ac Stephani, & singulorum primas accipiens litteras, & componens eas, hinc fraudis occasionem suscipit. Historiam enim & genealogiam hinc format & fingit eam, quæ neque est, neque vquam fuit.

Tandem illum magnum Armeniorum Regem, qui tempore magni illius Gregorij martyris fuit, constituit historiæ primum auctorem & originem. Ex illo videlicet Tiridate genealogiam nominibus quibus voluit confarcinans, aliam ex aliis fictam deducit B historiam. Quando verò ad patrem Basilij peruenit, hunc scripsit natiuitate talem, qualis Basilius fuit, & eius nomen Beclas finxit fuisse, quem felicissimum & annosissimum hic Photius omnium eorum qui hucusque regnauerunt, futurum auguratur. Sexcentis etiam mendaciis, quibus delectari nouit auditores, historiæ illam cum repleisset, vetustissimis quidem membranis, characteribus etiam Alexandrinis pro virili imitatis, talia scribit, & antiquissimis papyris ab antiquissimo libro detractis, omnia hæc obuoluit, ac deinde in magna palatii bibliotheca illa deponit.] hæc de impostura Photij. habet hæc etiam Constantinus Manasses Græcus historicus, elucidatque ipse compositam à Photio ex primis litteris vocem Beclas, sic:

Table with 3 columns: Letter, Name, Letter. B Basilius Imp. B, E Eudocia Augusta. E, C Constantinus filius. K, L Leo filius. A, A Alexander filius. A, S Stephanus filius. Z]

pergit verò Nicetas: Qui verò in his omnibus fidelis minister Photio erat, & hanc fraudem simul struebat, Theophanes ille fuit, qui tunc temporis clericus regius erat, & apud Imperatorem sapientiæ nomine satis præstans habitus; ac deinde Cæsareæ Cappadociæ Episcopus factus, hoc videlicet præmium suæ artis adeptus. Cum enim accepisset fictum librum illum, & in bibliotheca (vt diximus) deposuisset, deinde tempus opportunum nactus, illum ostendit Imperatori, tamquam omnium librorum mirabilissimum & secretissimum, quem fingit se non solum non intelligere, sed nec alium quempiam præter solum Photium.

D Quamprimùm itaque mittitur ad Photium. fingit autem ille, se non posse alteri dicere arcanum, nisi illi pro quo scriptus est liber, videlicet Imperatori. Quid igitur? hac facilitate vel leuitate superatur Imperator, deponit odium, & illi conciliatur. Poruit enim bonum aliquod prænuntiatum, licet falsum, sic lenire & demulcere, & totam sibi deuincire Imperatoris animam superbam & gloriæ cupidam. Hæc origo amicitiae Photij cum Basilio Imp. hæc Ecclesiasticæ pacis perditio, & prioris confusionis inuolutio. Hinc frequenter in palatio erat fraudulentus ille, suffurando Principis beneuolentiam, & totum sibi illum deuinciendo verborum lenociniis, & morum artibus. Accessit & alia quamprimùm amicitie occasio. Theodorum illum habitu tantum Abbatem, omnium astutorum astutissimum, & omnium malorum pessimum, Santabarenum inquam nostis omnes: hunc nescio quomodo Photius nactus, virum quasi sanctum & prudentissimum & perspicacissimum (licet nihil tale esset: vnde enim hoc?) mantica verò vel potius magica, & infomniorum dæmoniaca scientia præditum ad Imperatorem ducit, & torquem illi cum fecisset, per eum Patriarchæ insidias struit & machinatur, & illum à Patriarchali sede eicere molitur, & sui restitutionem procurat.

Quoniam verò animaduerrit, hoc satis difficile esse, apertè à sancto Ignatio in sacerdotio recipi, omnem mouit lapidem. Ignatius Canonibus & regulis Ecclesiasticis inhærendo, licet multis molestiis fuerit propterea affectus: nullo pacto illum recepit, nec adicum præbuit lupò aduersus gregem, ne ipse implicatus per seipsum, & suis statutis aduersus, merito suo priuaretur honore. Illum enim qui à Synodo canonicè fuerat damnatus non solum provinciali, sed etiam generali, quinimò quòd neque ab initio legitime dignitatem pontificiam fuerat adeptus, sed potius repudiatum & eiectum, impossibile affirmabat absque maiore Synodo ipsum innocentem declarare. Sed ille nulla habita

XLIV. IN SIGNIS IMPOSTURA PHOTII. XLV. PHOTIUS MALIS ARTIBUS REVOCATUR CONSTANTINOP. XLVI. PHOTIUS NON RECEPTUR AB IGNATIO.

CHRISTI IOANNIS PAP. VIII. LVDOVICI III. IMP. I.
878. 6. BASIL. MACED. IMP. 12.

habita ratione neque Canonis neque legis, sibi sacerdotium vsurpauit, & iam in palatio manens, in loco qui dicitur Magnaura, Exarchos constituēbat, & ordinationes habebat, & quæ neque erant ad Ecclesiæ honorem, sed ad contumeliam & Patriarchæ afflictionem, & interitum animæ suæ impiè impiissimus ille faciebat. ita Imperatoris lenitatem despiciēbat, & omnia quæ ad Imperatoris gratiam aucupandam faciebant, simulando suam inuitam prauitatem & iniquitatem magis quàm antea patefaciebat.] hæc de his Nicetas. Erant autem tunc Legati Sedis Apostolicæ Constantinopoli Paulus Episcopus Anconitanus, & Eugenius Episcopus Ostiensis, quos rogans sæpè Photius vt cum ipso communicarent: recusauerunt illi dicentes, hoc in mandatis à Ioanne Papa non habuisse, vt apparet ex litteris anno sequenti à Ioanne ad Photium datis, suo loco inferius recitandis.

XLVII. Sed dum hæc agerentur Constantinopoli, contigit ex optato Photij, iustosus bonis omnibus Ignatij Patriarchæ obitus, ex quo liberior patuit illi ad sedem regressus. Porro mortem Ignatij procuratam fuisse à Photio, testati sunt suis litteris Orientales Episcopi Stylianus & collegæ in epistola scripta ad Stephanum Papam, suo loco inferius recitanda. Quod autem spectat ad Ignatij obitum, in primis (vt temporis certa ratio habeatur) eodem Niceta, auctore liquet, ipsum hoc anno, qui decimus numeratur eius sedis, à tempore quo ab Oecumenica Synodo est restitutus, ex hac vita migrasse ipso die, quo etiam commemoratio agitur in Orientali Ecclesia sancti Iacobi Apostoli fratris Domini nuncupati, qui est XXI. mensis Octobris, quo pariter die cum eodem Iacobo Greci celebrant eiusdem Ignatij ex hac vita migrationem in Menologiis.

XLVIII. De ipsius S. Ignatij obitu ex eodem auctore Niceta acturi, primum ille amouendus est scrupulus, quo offendi quisque facile poterit, qui audierit recitatam superius Ioannis Papæ epistolam ad ipsum Ignatium datam, qua nimis perstringit ipsum, & à communionē Catholica segregat, nisi intra triginta dierum spatium reuocet ab eo ordinatos Episcopos Bulgariæ. Quamuis autem ista ab Ignatio impleta minime inueniantur: constat tamen eundem semper vsque ad obitum, & post obitum in Catholica Romanæ Ecclesiæ communionē fuisse retentum, quod eiusdem Pontificis Ioannis plures epistolæ ad diuersos datæ post eiusdem Ignatij obitum docent. vt iam de his nulla penitus dubitatio oriri possit. Neque est quod quis ob litem hanc Ignatium animo fuisse in Apostolicam Sedem infenso existimet, vel ingrato, cum quæ iuris essent suæ Ecclesiæ defendere, iuramento teneretur obstrictus, etiam æternæ vitæ dispendio: non enim aliena retinere, sed sua possidere ex possessione prædecessorum ipse iustum putauit, cui haud dubium sponte cessisset, si id facere sibi licuisse credidisset. Probatum vas igne erat ipse, excoctumque fornace omni rubigine carens. At verò nullum penitus contraxisse vniquam vel leuem puluerem ipsum sanctum Ignatium ex hac vel alia causa, dici non patitur humana conditio, quo Sanctorum neminem caruisse, Dei Genitricis excepta, æquè fatentur omnes. Sed absque ambagibus, ad plenissimam sancti Ignatij excusationem illud satis, quod Stylianus in epistola ad Stephanum Sextum, qua rerum gestarum aduersus Phorium historiam texuit, euidenter affirmat, aduentum Legatorum, Pauli Episcopi Anconitani, & Eugenij Episcopi Ostiensis, Constantinopolim contigisse post obitum eiusdem Ignatij. sicque necessarium oportuit eundem Ignatium, antequam receperit ab eis litteras peremptorias excommunicationis, iam ex hac vita migrasse. extat dicta epistola Styliani inferius anno Christi octingentesimo octogesimo sexto, §. XXII.

XLIX. Sed de obitu ipsius agentes, primum quæ præcesserunt admiranda ostensa diuini signa dicamus. Nicetas sic narrat: Cum Dei amore & spiritus feruore sacram oblationem in altari offerebat, vt in ipso met altari sacro aperta Spiritus sancti assistentiæ argumenta cernerentur: videbatur diuinus & sacer ille panis totus alteratus, totus instar cælestis carbonis factus gratia cælestis ignis micans. Visa est etiam aliquando sancta Crux, quæ super altare sacrum sita est, concitata & eleuata; & dum sacer panis exaltaretur, frequenter paulatim moueri eadem Crux videbatur, sancti videlicet Spiritus obumbrationem hoc pacto significans. Die verò Paschatis præcipuè, ita vehementer Crux ipsa commota est, vt omnes sacerdotes & Pontifices, præsertim aliarum Patriarchalium sedium, ob miraculum hoc perterriti, magna voce clarificauerint Deum multo tempore.] & inferius:

L. Dignum est, inquit, ne prætereamus modum obitus eius. Iacebat quidem Sanctus extre-

CHRISTI IOANNIS PAP. VIII. LVDOVICI III. IMP. I.
878. 6. BASIL. MACED. IMP. 12.

A extremum agens spiritum, & ipse iam iuxta magnum illum terminum, à cælestibus choris expectatus, & iam vocis instrumenta illi detecerant, & vitalis virtus extincta, & iam omnia membra demortua erant, & animæ aderat iam excessus: & ecce Diaconus iuxta Ecclesiæ regulam, dum medium esset noctis, magna voce clamans dixit illud: **BENEDIC DOMINE.** & beatus ille os suum cum manu signo Crucis signasset, & veneranda labia sua cum parum mouisset voce summissa, quæ vix audiri ab illis potuit qui astabant, interrogauit, Cuius Sancti hodie fit commemoratio: illi verò aiunt: Iacobi fratris Domini, amici tui, ô domine. Tunc beatus ad illos: Domini mei (inquit magna cum deuotione) Valere igitur. Deinde inquit: Benedictus Deus noster, nunc, & semper, & in sæcula sæculorum, Amen. & vnà cum hoc hymno discessit è vita. & sic cum oratione vitam terminauit.

B Quamprimum igitur eius domestici curant necessaria, & Pontificalibus illum induunt, & sacrum superhumale fratris Domini super eum collocant, quod paucis annis antè Ierosolymis sibi missum tanto habebat honore & veneratione, non secus ac si videret in eo ipsummet S. Iacobum magnum Apostolum, & primum Pontificem. & eodem tempore quo fit eius Sancti commemoratio, beatus excessit ex hac vita. Vigesima enim tertia Octobris ad Dominum euolauit, magnum videlicet argumentum familiaritatis quæ vtebatur cum fratre Domini. Et ita venerandum illud corpus & sanctum quo par erat honore sepultum deponitur in sepultura lignea, & in templo magnæ Dei Sapientiæ primò depositum, decenti funerali pompa honoratur. Adeo enim creuit eius veneratio in populis, vt panes qui super scamnum in quo iacebat positi fuerant, pro reliquiis sumerent, & vestem quæ desuper posita erat, sexcentis diuisam particulis, pro sanctificatione inter se Fideles diuiderent. Cum igitur vix corpus è manu eorum, qui illud tenebant, sublatum esset, ad magnum templum magni martyris Menæ delatum, & ibi parumper depositi loco manet, & solitos habet hymnos & psalmodias. Vbi etiam duæ mulieres malis spiritibus obsessæ, & grauiter afflictæ, vt primum sacrum tumulum tetigerunt, coram omni populo sanæ redditæ sunt, & sanitatem adeptæ magna voce Dominum laudant.

C Dum verò hinc deponeretur thesaurus inestimabilis eius reliquiarum in nauem ad hoc destinata, & mare vehementi vento turbaretur, vndis elatis & inaccessum mare reddentibus, vt primum sacra arca illa, in qua erant reliquiæ, in nauem posita est, quamprimum erat videre factum miraculum Dominicum, inuisibiliter enim à magno illo Patriarcha Ignatio vnda compressa, mare in tranquillitatem cõuersum est, & vndis pacatis, sancti famuli cum serenitate mare transuadabant, Deum glorificantes. Et cum ad sacrum & pulcherrimum templum Archangeli Michaelis eius constructorem, & illius venerationem Ignatium atulissent, in dextera parte, in marmoreo tumulo, vt par erat, deponerent, medicinam videlicet omnium malorum, & malorum spirituum auerforem, & (vt breuiter dicam) malorum omnium corporis & animæ liberatorem illis qui illuc accedunt.] & inferius post eius decantatas laudes, hæc de tempore vitæ atque spirituali præfectura ipsius: Decem igitur annis secunda vice cum Ecclesiæ præfuisset magnus Ignatius, licet omnes anni quibus præfuit, fuerint triginta & amplius, & iam ageret LXX. annum, in pace, ad magnum illum sacerdotem Christum translatus est.

D Quot autem & quantis miraculis Dominus, qui in illo glorificatur, decorauerit Ignatium, & nunc decorare non desinit, historia esset opus, nec est præsentis temporis hoc enarrare. Nec iis solum qui prope sacrum sepulchrum accedunt sunt miracula, sed apud exteros, & eos qui extremam terram incolunt, cum eius nomen inuocant, illis apparet diuinus ille Pater. Et huius rei testis nobis verax Dicellæ Dux, qui hoc iureiurando affirmat, quod cum aciem struere deberet ad pugnam apud Dicellam cum Agarenis, & multo metu teneretur, & magnum Ignatium sibi fautorem feruenter inuocasset: Vidi, inquit, apertis oculis eum in aère, quasi super album sedentem equum, & me hortantem, vt ad dexteram partem ducerem exercitum, & quamprimum gloriam Dei me visurum mihi pollicentem. Quod cum fecit Præfectus militum, cui nomen Silices, hostes magna vi deuicit. Omitto dicere quot renum morbo absumptos, & feruenter ipsum inuocantes, quot lepra & elephantia laborantes ipsum deprecantes sanauerit, & cæcos illuminauerit, &c.]

Sed vnum tantum miraculum in memoriam reuocantes, quod post illius mortem contigit, *Annal. Eccl. Tom. 10.* Y y

IGNATI
FELIX AD
DEVM
TRANSI-
TVS.

LII.

F V N V S
SIGNATI.

LII.

SEPULTURA
SIGNATI.

LIII.

MIRACULA
MULTIPLI-
CIA PER IG-
NATIUM
POST OBITUM
FACTA.

LIV.

QVO PRAE-
TEXTVS SE-
PVLCRVM
IGNATII
VIOLARE
MANDA-
TVR.

contigit, huic orationi adiungamus. Quomodo enim, inquit, silentio prateribimus mi-
raculum illud Lydi Sacellarij? Qui suggestione Photij impudentis, monasterium ingres-
sus, vt omnes qui in sancto eius sepulchro preces effundebant, vt suis egestatibus opem
ferret, verberibus & iurgis pelleret: & hoc cum fecisset, addidit malum malo, & precepit,
vt prope sacrum sepulchru effodiatur, & profundè terra euertatur, ea videlicet occasione,
eò quòd eo in loco à Patriarcha multum aurum aliàs fuerat occultatum; reuera autem,
vt hoc dedecus impingeret venerandis illis reliquiis: ita inuidia illum omnino occupauerat,
in sanam videlicet eius animam, vt ne post mortem quidem illum quiescere sineret.
Sed vnà cum impio illo mandato, impium etiam ira à Deo immissa adorta est, non feren-
te in hoc loco Dei longanimitate, sed velociter meritò inferente vindictam. Quamprim-
mum igitur vehementer clamans superbus ille ac si interficeretur, sursum ac deorsum
proprio sanguine instar fluij ex ore manante cruentatus, & elatus alienis humeris, quasi
voce carens, quatuor diebus ita tormentatus efflauit animam.] hucusque de miraculis
Nicetas, qui & post alia pleraque ad Photij res gestas post sanctissimi viri obitum enarran-
das se confert, hæc dicens:

LV.
PHOTIUS
ITERVM
THRONVM
INVADET.

Nondum enim tertius dies depositionis sancti illius Ignatij erat, cum iam Patriarcha-
lem occupat sedem, & antiquam illam, latronum instar, & tyrannicam assumit men-
tem, & rabiem aduersus Ignatium innouat, & omnes eius familiares carceribus, exiliis,
& plagis, & calamitatibus intolerabilibus affligit, & omnes qui eius assensui refragaban-
tur, tamquam non canonicè nec legitime factos, sexcentis artibus opprimit, alios qui-
dem muneribus & dignitatibus & sedium translationibus, vt secum communicarent
adducens; alios verò calumniando, & multis modis turpia opera aliis adscribens, &
acriter conuitians primò, si quis ipsorum secum communicare noller: deinde ventis
illa ferenda omnia quamprimum promittebat, & comminister illi fiebat hodie, qui
heri sacrilegus erat, & sacerdos magnus ex tempore & venerandus erat, qui antea pro-
fanus & adulter fuerat etiam iureiurando publicatus. Quos verò aduersus suam com-
munionem videbat validè insurgentes (insurgebant verò ferè omnes quicumque ve-
ram Fidem Christianam tuebantur aduersus eum, quòd à sancta vniuersali Synodo
canonicè fuerat anathematizatus & depositus; grauissimum enim & perniciosissi-
mum facinus existimabant fore cum illo communicare & vnus effici corpus, qui
millies venerandam Christi Crucem conculcauerat, & coegerat omnes conculcare
per suorum chirographorum abrogationem) horum quidem quotquot non poterat
carceribus & plagis persuadere, crudelissimo omnium hominum & seuisimo commit-
tebat cognato. Leo erat iste, qui Catacallos dicebatur, excubiarum vigiliæ Drungarius, D
ab ipso ad hanc elatus dignitatem. Qui pro illa dignitate vices rependens, in omnes
eos qui ab illo mittebantur (vt vnico verbo eius iniquitatem declararem) eadem
immanitate utebatur, qua Licinius aduersus Sanctos illorum temporum. Et multos
quidem interemit, quousque ad finem pro veritate pugnare eos fortiter inuenit.
Multos etiam qui tormentorum grauitate vincebantur, tamquam munera ad Pho-
tium remittebat.

LVI.
SEDIVM
TRANSLA-
TIONES
FREQUEN-
TES PER
PHOTIVM.

Quis dicere faciliè posset illorum temporum iniquitatem? Quis obliqui serpentis il-
lius insidias ac technas enarrare? Multos dolosus ille dolosa lingua calumniando, & quasi
pro criminibus accusando vexabat; deinde si adducerentur, & cum ipso communica-
rent, iterum versa vice illos fouebat, & ad maiores sedes aliquando transferebat. & ite-
rum contra, si quis vt suis rebus curam adhiberet, abstineret ab eius communione, iterum E
hunc deponebat; & iterum recipiebat; si ille assentiretur, & annueret; tanto desiderio
& auiditate ferebatur omnes factos Canones, & omnes sacras regulas præ sua dominan-
di cupiditate & infania confundere & violare.

LVII.
OMNIA
IGNATII
EVERTIT
PHOTIUS

Ante autem omnia nititur Patriarchæ Ignatij ordinationem euertere, & omnes qui
ab ipso fuerant depositi, in Ecclesiis è contra collocare. Quoniam verò hæc non place-
bant Imperatori: videte quæso quid agere audebat. iterum consecrare eos qui à sancto
Ignatio fuerant ordinati, non dubitabat. Quoniam verò hoc etiam absurdissimum vi-
debat & execrandum; neque propterea eius iniquitas defecit, sed pallia & oraria cum
eruisset, & quæcumque sunt signa sacerdotalium rerum perfectionis, & super his secretò
domi orationes dicens (si tamen has dicere orationes licet, & non potius blasphemias) ita
singulis hæc honoris causa munera largiebatur, vt in immensum peccatum fieret, vbique
iusu-

A iusturandum, vbique chirographorum allatio in ordinationibus, in dignitatibus, in depo-
sitionibus: in omnibus in quibus ipse aliquid beneficij conferre putabat, vbique pro-
priam gloriam captabat, & nouitatibus gaudebat; neque per Deum, neque per eius
summam prouidentiam res suas firmare credebat, vel expectabat, sed potius suis ma-
lis artibus confirmare & stabilire curabat; cum vniuersam hoc pacto vexaret Eccle-
siam, & omnem animam scandalo affligeret, & nomen Christi blasphemari, eius ma-
lis artibus efficeret.

Et postquam sedem Patriarchalem iterum occupauit, Theodorum illum, quem LVIII.
ipse dum in exilio federet, Pathmorum Metropolitanam constituerat, quem iam pri-
dem eius familiares, Aphantopoleos Episcopum nuncupabant, id est, ciuitatis inuisi-
bilis, quæ nusquam appareret: hunc inquam Theodorum ad Ioannem Papam Apo-
stolicum mittit, scribens quòd iniustus, & magna vi ab Ecclesia & à Republica coactus, PHOTIUS
THEODO-
RVM MIT-
TIT AD
IOAN. PAP.
sedem Patriarchalem iterum suscepit. Vt verò mendacium hoc magis confirma-
ret, per Petrum quemdam arcanorum scriptorem, qui deinde pro suarum fraudum
mercede Sardenisium Ecclesiam accepit, omnium Metropolitanarum sigilla suffura-
tur; necnon ipsos ignaros adducit vt libello subscriberent, hac occasione illos deci-
piens, quòd hæc fierent pro scripta cuiusdam agri emptione. Ita fraude & astutia
ille præstabat.

Quomodo verò res Euphemiani illius silentio prætereamus? Hic erat Euchaitarum LIX.
Episcopus: quoniam verò Episcopatum illum Santabarenus tamquam vicinus concupi-
scret: hunc quidem vi ab illo recedere cogit, & Santabarenus loco illius ibi ordinari &
præfici Episcopum, nec non Episcopatus, qui propinquis Metropolitanis subditi & suffra-
ganei erant, quoscumque Santabarenus volebat, omnes Photius Metropolitanis aufert, &
Santabareno concedit. Neque ista tantum faciebat, sed apud se illum collocans, Proto-
thronum & Primatem illum appellabat.

Nicephorum etiam Nicææ Metropolitanam existentem coëgit, vt resignando Episco-
patum, orphanorum alumnus fieret. Amphilocium autem Cyzici Episcopum Nicæam LX.
transfert; & illo statim mortuo, eius loco Gregorium Syracusanum ibi constituit; qui
etiam paulò post defunctus est: quem talibus encomiis celebravit, ac si eam vitam egisset,
vt cum magnis illis Patribus comparari posset, nulla alia de causa, nisi quia contra san-
ctum Ignatium vsque ad finem instar cotis linguam acuebat.

Propter hæc & alia longè absurdiora ira Dei descendit super filios perditionis, &
statim quidem Basilio Imperatori mortuus est Constantinus optimus filius & primo-
genitus, quem audax ille Photius, vt patri rem gratam faceret, à seipso ordinans mona-
steriis & Ecclesiis præfecit, vt hominibus placeret. Statim etiam Syracusana magna LXI.
DEI VINDI-
CTA IN
IMP.
ciuitas penitus delera est; & omnes insulæ & ciuitates deprædantur vsque hodie ab ho-
stibus, cum nullæ preces Deum placent eorum qui sacerdotes esse videntur & non sunt;
sed sicut scriptum est: Facti sumus sicut oues, quibus non est pastor. iniquitas enim Matth. 9.
cum longo tempore durauerit, & multis exemplis firmata & stabilita fuerit, iam pro-
lege habetur impiis, qui leges minus norunt; & mores illegitimi in naturam quodam-
modò conuersi sunt contemptoribus, vt totam Dei iram in se trahant. Sed singulas
narrare nouitates, iniquitates etiam ipsius Photij principis hypocritarum & hostium Cru-
cis, & omnium deinceps successorum eius & sociorum ambitionis, historia esset
opus & non præfenti oratione.

Nos verò infinitam Dei longanimitatem & patientiam infinitam laudantes, oramus LXII.
NICETAS
NON COM-
MUNICAT
PHOTIA-
NIS.
vt eruamur ab illorum portione, qui scandala & schismata pessimis eorum desideriis
operantur, & consortes nos fieri sortis Sanctorum, qui per fidem & charitatem Dei, &
humilitatem & mansuetudinem Regnum cælorum sunt assecuti, & sancta sacerdotia
ab eo qui super omnes Sanctos est, precibus sacratissimæ & immaculatæ Dei Genitricis
& electorum sacrorum Angelorum, & gloriosorum Apostolorum, & victorum illu-
strum Martyrum sacris & acceptabilibus precibus, præsertim verò sancti Patris nostri
Ignatij Archiepiscopi Constantinopolitani, noui re vera Confessoris & Deum ferentis
in Christo IESV Domino nostro, cui honor & gloria & adoratio vnà cum Patre prin-
cipio carente & viuificante Spiritu, nunc & semper, & in sæcula sæculorum, Amen.]
hucusque Nicetas, qui cum de conciliabulo à Photio habito Constantinopoli anno
sequenti (quod œcumenicum appellauit) verbum nullum habeat, faciliè mihi persua-
deo

CHRISTI
878.IOANNIS PAP. VIII.
6.LVDOVICI III. IMP. I.
BASIL. MACED. IMP. 12.

deo, hoc eodem anno ab ipso ista fuisse conscripta: nam quomodo persecutus res Photij A post obitum Ignatij, tanta ista Orienti & Occidenti notissima, tamque enormia, quibus & Octava Synodus damnata esset, praetermitti potuerunt, ut eius non saltem meminisset si post haec illa scripisset?

LXIII. Quod spectat ad obitum Imperatoris Constantini filij primogeniti Basilij, sequenti anno eum decessisse, ex his quae suo loco dicuntur, possumus intelligere. Hac primus omnium affligi poena debuit Photij restitutor, & ad Patriarchalem sedem promotor Basilij Imperator, cui in magna Synodo ipse dixerat, in sexta eius Actione, Non nisi opera eius qui cuncta violat, nempe diaboli fieri posse, ut Photius iterum Constantinopolitanam Sedem esset consecuturus. De excisis autem Syracusis quarum mentio facta est, haec ex Curopalate Cedrenus: Interim Agareni oppugnationi instantes Syracusis potiuntur, magnaque caede edita, qui superfuerant captiuis abductis, urbem diruunt, & Ecclesias eius incendio perdunt. Ita urbs ea haecenus fama celebris, & quae multa barbarorum profligauerat bella, exiguo temporis spatio perit. porro excidium Syracusanum Hadrianus, qui cum classe à Basilio Imperatore in auxilium mittebatur, sed nimis remoratus, hoc modo cognouit. Locus est in Peloponneso, ab opacitate siluae qua est confusus, Helos appellatus, eo loco ubi Romanae naues in statione erant. Quadam nocte audire pastores daemorum ibi degentium vocem inter se colloquentium, & pridie captas excisasque Syracusas narrantium. Is sermo ab aliis ad alios peruagatus, tandem etiam ad Hadrianum pertingit. Isque ad se vocatis pastoribus & examinatis, deprehendit rumorem ad se perlatum ipsorum verbis confirmari. Utque suis etiam auribus fidem rei probaret, perductus ad eum locum à pastoribus, daemonesque eorum opera percontatus, captas iam esse Syracusas audiuit. **Quam ex eo indicio animi contraxerat aegritudinem, eo leniebat, atque se consolabatur, quod fallacium daemorum verbis fidem non adhibendam sentiret; diem tamen ab eis indicatum notauit. Decimo post die, qui à Syracusarum exitio fuga euaserant, nuntij eius calamitatis venerunt. Hadrianus nihil iam dubitans ea de re, statim cum classe Constantinopolim rediit; supplexque in magnum templum confugit, neque tamen omnino ipsum ea suspicatio liberauit, sed auulsus templo, solum exilij causa vertere coactus est.]** haec ex Curopalate.

LXIV. Talibus ergo auspiciis Photius rursus in sedem intrusus est: factumque hoc modo, ut Gregorius Syracusanus Episcopus omnium malorum origo illa tandem careret sede, è qua saepe iudicio Romanorum Pontificum & Octavae Synodi priuatus erat: sed fauore Imperatoris diutius retinens illam, opera Sarracenorum ea priuatus est, qui (ut aucti) à Photio Nicæam translatus statim perit. Quomodo autem his Constantinopoli gestis, Imperator Legatos misit ad Ioannem Romanum Pontificem, dicemus suo loco anno sequenti.

LXV. Sed antequam claudamus praesentis anni periodum, Catholici Regis Adefonsi Magni in Gallæcia regnantis prodamus egregium pietatis monumentum. Ipse enim unicum Hispaniarum praesidium, Arabum terror, ad euitandos improuisos Northmannorum incursum, Oueti munitionem construxit, ubi in Ecclesia sancti Saluatoris translata Toletò & ex aliis Hispaniarum Ecclesiis venerandas Sanctorum reliquias, loco tutissimo asseruari voluit. In cuius Ecclesiae ingressu eiusmodi inscriptio vitiosa Latinitate (ut tempora illa ferebant) dictata sic legitur:

LXVI. In nomine Domini Dei & Saluatoris nostri IESU CHRISTI, siue omnium eius D. G. eius gloriosae sanctae Mariae Virginis, bissemissique Apostolis, ceterisque sanctis Martyribus, ob cuius honorem templum aedificatum est, in hunc locum Ouetò à quondam religioso Adefonso Principe. Ab eius namque discessu usque nunc quartus ex illius prolapia in Regno succedens consimili nomine Adefonsus Princeps diuinae quidem memoriae Ordonij Regis filius hanc aedificari sanxit munitionem cum coniuge Scemena, duobusque pignore natis ad tuitionem muniminis thesauri aulae huius sanctae Ecclesiae residentium indepnum. Cauentes, quod absit, dum nauale gentilitas piratu solent exercitu properare, ne videatur aliquid deperire, hoc opus à nobis offertum eidem Ecclesiae perenni sit iure concessum.] ita ibi.

LXVII. In qua pariter Ecclesia idem religiosissimus Princeps auream Crucem gemmis ornata mirae magnitudinis & pulchritudinis hoc ipso anno dono obtulit, ita ut vides eadem

CHRISTI
878.IOANNIS PAP. VIII.
6.LVDOVICI III. IMP. I.
BASIL. MACED. IMP. 12.

A dem forma Crucis inscriptione notata, qua & oblationis eius pariter tempus habes exaratum, ut leges:

Suscepum placide maneat hoc in honore Dei quod offerunt
famulus Christi Adefonsus Princeps & Scemena Regina.

B

Quisquis auferre haec donaria nostra praesumpserit, fulmine diuino intereat ipse.

Hoc opus perfectum est, concessum est sancto Saluatori Ouetensis Ecclesiae, hoc signo tuetur pins, hoc signo vincitur inimicus.

C

Et operatum est in Castellò Gauzon anno Regni nostri xvii. Discreuente Era Dcccxxvi.

D

Hic autem (quod monet Ambrosius) illud intelligendum, non numerari Adefonsi Magni annos Regni ab obitu patris, sed à tempore, quo ab Ordonio parente eius ante quinquennium regio fuit honore & nomine insignitus. cum alioqui post haec in diplomatibus à tempore parentis obitus inueniantur eius saepe numerati anni.

LXIX. Hoc pariter anno Gitro Rex Danorum, qui Angliam ferè vniuersam sibi subiecerat, ab Aelfredo Rege qui profugus latuit in Aethelingeie insula, superatus, sit Christianus, mutatoque nomine Aethelstanus vocatus. Mira in Aelfredo effulsit diuina gratia, qui post varios casus bellorum plurium, coactus tandem hoc anno in vltimis finibus Occidentium Anglorum in dicta insula delitescere, illic viri sanctissimi Neothi nomine solitariam vitam agentis admonitione ad meliorem frugem redditus, ab eodem de restitutione in Regnum responsum accepit, quod & per visum S. Luthbertus in somnis significauit, quibus confusus oraculis paucos quos potuit colligens, ex improuiso Gitronem quem diximus Danorum Regem adiens post caedem militum in munitionem se recipere coegit, ubi obsessus non aliter eum liberum passus est egredi, quam promissa Christianitate, fuerit perpetua pax sancita, Rex verò Aelfredus Magnus meritò nuncupatus, recuperans Regnum ab infidelibus occupatum, Angliam ab hostibus liberauit. haec autem pluribus veteres, qui Anglorum sunt historiam persecuti, atque ab eodem Rege res praclare gestas conscribere. peruenit iste ad annum Salutis nongentesimum, relicto filio Aeduardo qui Angliam monarchiam est consecutus.

Per Aelfredum istum reforescere cepit collapsa Ecclesia Anglicana, viris doctis in Angliam accersitis, & libris compluribus ex Romana bibliotheca descriptis, ut iidem qui supra testantur auctores. Insuper & pio Regi curae fuisse tradunt, ut dialogos S. Gregorij

in Anglorum linguam verteret Herefridus Episcopus Vuigorniensis. Inter doctos viros è Gallis per Legatos petitos hi præcipui nominantur: Grimaldus monachus, qui & inter Sanctos annumeratur, Ioannes monachus & Afferus qui scripsit Annales Britannæ, alter Ioannes natione Scotus è Gallis pariter vbi manebat apud Carolum Regem, (agitur magnopere à Gallis, præsertim verò à Floro ob errores quosdam assertos ab ipso in libro quem scripsit de Naturæ diuisione) in Angliam ad eundem se contulit Regem, vbi Melduni magister docuit. Eundem a Ioannem apud Nicolaum Papam malè audisse, ex eius epistola ad Carolum demonstratur, ex qua ista promuntur: Relatum est Apostolatu nostro, quòd opus beati Dionysij Arcopagitæ, quod de diuinis nominibus, vel celestibus ordinibus Græco descripsit eloquio, quidam vir Ioannes Scotus genere nuper in Latinum transfulerit. Quod iuxta morem nobis mitti, & nostro iudicio debuit approbari; præsertim cum idem Ioannes, licet multæ scientiæ esse prædicetur, olim non sanè sapere à quibusdam frequenti rumore dicatur.] hæc ibi.

^a Reger. an-
mal. p. 1. an-
no 880.

IESV CHRISTI IOANNIS PAP. VIII. BASIL. MACED. IMP.
ANNVS ANNVS ANNVS
879. 7. 13.

I. SEQUITUR annus Redemptoris octingentesimus septuagesimus nonus, Indictione duodecima consignatus, quo quarto Idus Aprilis, die Parasceus iam vesperi moritur Ludouicus Imperator, qui reliquit post se filios duos ex Ansgarde priori coniuge, id est, Ludouicum & Carolomanum, ex posteriori Adeleide nomine genuit Carolum posthumum cognomento Simplicem. Ad horum autem singulos Reges Hincmarus Rhemensis Archiepiscopus de Regno optimè disponendo scripsit epistolas, de quibus agit Frodoardus hæc summam ex eis: Item (inquit) scripsit ad hunc Ludouicum solum de consilio à se perito, quale sit vtile Regi consilium, & qualiter debeat agere iudicium & iustitiam; & quid hæc boni conferant obseruata, quidve mali neglecta irrogare soleant, &c. Item ad Regem Carolomanum adolescentem, & ad Episcopos admonitionem de disponendo regali ministerio, per capitula, & aliam admonitionem ad eundem Regem similiter per capitula scripsit scilicet.] hæc Frodoardus, sed ad Ioannem Pontificem veniamus.

^b Frod. hist.
Rhemenf. lib.
3. cap. 18.

II. Cum Ludouici obitum accepisset Ioannes Papa, Synodum Romæ indicit celebrandam mense Maij, ad quam dum vocat Anspertum Mediolanensem Archiepiscopum, hæc inter alia habet: Quia Carolomanus corporis, sicut audiimus, incommoditate grauatus, Regnum retinere iam nequit: de noui Regis electione, vt omnes pariter consideremus, vos prædicto adesse tempore, nempe ad Kalendas Maias valide oportet. & idè anteà nullum absque nostro consensu Regem debetis recipere. Nam ipse qui à nobis est ordinandus in Imperium, à nobis primùm atque potissimùm debet esse vocatus atque electus, &c. Cum verò Pontificis animus erga Carolum, Crassum cognomento dictum, propensior esset, eum vt Romam Legatos mittat, atque demum ipse veniat hortatur: fuit iste filius Ludouici fratris Caroli Calui. huic primò collatum est Regnum Longobardiæ, inde verò Romam veniens, in die Natalis Domini coronatus est Imperator, sed post biennium, vt idem qui supra Aimoinus affirmat. Porro Anspertum vocatum ad eam Synodum cum venire nolisset, idem Pontifex excommunicauit quousque Romam veniat ad aliam Synodum celebrandam mense Octobris. Interea autem de persona Caroli eligenda in Imperatorem Ioannes Papa adhuc nutans & fluctuans, de eius germano Ludouico assumendo agere cœpit, scripsitque de his ad eum litteras. At tandem ad Carolum eligendum (vt dictum est) Pontificis deliberatio firmata est, vi cogente, cum ipse armatus irrupit in Italiam, vt suo loco dicendum erit. Fuit ergo vsque ad coronationem Caroli biennio interregnum & amplius.

^c Ioan. epist.
160. 172.
^d Aim. lib. 5.
cap. 40.
^e Ioan. epist.
177. 181.

^h Idè ep. 182.
ⁱ Idem epist.
197.

III. Eiusdem quoque anni initio decernitur legatio à Basilio Imp. ad Ioannem Papam pro Photio, quam cum mense Aprilis ad Campanum litus appulisse, ipse Pontifex scisset; vt securè inde Romam venire posset, scripsit ad Principem Capuanum Pandenulphum. Porro eius legationis ea petitio erat Imperatoris, vt Photium in communionem reciperet, eiusque ad Ecclesiam reditum & Patriarchatum sua auctoritate firmaret, declarant

LEGATOS
MITTIT BA-
SILVS IMP.
AD IOAN.
PAPAM.
^k Ioan. epist.
168. 169.

A clarant hæc litteræ eiusdem Pontificis redditæ hoc anno ad eum mense Augusti. Aduenit etiam legatio Patriarchæ Ierosolymitani tribus monachis credita vnà cum litteris eiusdem idipsum ab eodem Pontifice expetentis. Sed & cum isdem Legatis affuit Photij quoque legatio per Theodorum Episcopum cognomento Santabarenum hominem versipellem ad fallendum aptissimum, de quo superiori dictum est anno.

^a Ioan. epist.
170.

Quòd autem non (vt par erat) pro Photio ageres causam Legati reiecti fuerint à Ioanne Pontifice, sed benignè recepti, & præter omnium spem, quæ pro eo peterent, impetrarint, causæ plures intercesserunt. Iam enim cum Græcorum Imperium ita in Italia potens effectum ipse videret, cum Beneuentani atque Capuani à Francis (vt Ciropalates testatur) defecissent ad Imperatorem: ei contradicere periculosum admodum iudicauit, his præsertim temporibus, cum Romana Ecclesia non solum barbarico gladio, sed Christiano vicinorum Comitum vexaretur. His accedebat, quòd idem Basilius Imperator in spem eum exerat, fore vt sua classe liberaret ipsa Campaniæ Latique litora & Etruriæ à Sarracenorum incursionibus. Addebatur ad hæc insuper, quòd multa alia idem Imperator ipsi Papæ promitteret, maximè verò Bulgarorum Ecclesiam sub Romana diocesi reuocandam, quod vehementer Ioannes optabat, & frequentioribus litteris expetebat. His omnibus accedebat, quòd prætexebatur bonum pacis, & scissarum vniò Ecclesiarum, quæ ob reiectum Photium, velut iugi terræ motu, tot annis, & cum eis totus Oriens quassaretur, cessaturum ipsum omnino, si Sedis Apostolicæ auctoritate Photius sedere concederetur, sin minus, grauiora prioribus instare pericula, impendere mala nullo penitus curanda remedio. His iungebatur, quòd mendaci relatione decepit Basilius Imp. eundem Ioannem Pontificem, dum litteris testatus est, restitutionem Photij exoptare & petere magna instantia eos qui essent aduersæ partis, ordinatos scilicet ab Ignatio atque eius prædecessore Methodio, quod tamen falsum erat. Hæc sunt quæ permouere Pontificem potuerunt, vt quod nullus fecerat prædecessorum, ipse omnium maxima admiratione tentare ausus fuerit atque perficere, suadente istud prudentiæ carnis inimica Deo & Ecclesiæ semper aduersa.

IV.
CAYS AB
QVIBVS
PERMOTVS
EST IOAN-
NES FAVE-
RE PHOTIO.

Hæc, inquam, Orthodoxorum omnium commouere animum vehementer, tamquam indignum facinus Romano Pontifice, penes quem plus valeret, & maioris esset ponderis gratia Imperatoris, quam sanctissimorum prædecessorum scriptis obfirmata, & iuramentis stabilita de Photio nunquam recipiendo sententia, cui & ipse Ioannes, cum esset Archidiaconus, coram vniuersa Ecclesia consenserat, & magna assertione iuramenti religione firmauerat, atque subscripserat. Accedebat ad scandalum, quòd nihil penitus fuisset Photius, cuius causa quoquo modo restitui mereretur, neque vel leuissimum edidisset poenitentia signum; immò multa deteriora prioribus facinora perpetrasset, quorum causa arctioribus esset anathematis vinculis innodandus, & grauioribus supplicij puniendus. Vt pote qui reuersus Constantinopolim, mox præter fas iusque contra statuta Patrum, in contemptum Oecumenicæ Synodi, cuius fuerat damnatus sententia, & aliorum Conciliorum & Romanorum Pontificum decretis publicè editis, ausus esset cathedram erigere contra cathedram, & sacra facere adhuc excommunicatus, & conferre sacros ordines ipse omnibus destitutus, sedes loco Ecclesiæ in Palatio Magnaura aduersus Ignatium legitimum Patriarcham. Quo etiam defuncto insiliret statim, vt prædo in silua, in eius cathedram, & in Ecclesia exerceret carnificinam in omnes qui Catholicæ essent communionis. Quòd igitur Ioannes Papa loco supplicij persoluerit præmia scelestissimo viro, magnam existimationi suæ & cathedræ pontificiæ notam inussit. Hinc puro factum (si quæ tamen veritatis vel saltem species mendacij apertissimi esse potuit) quòd ob nimiam Ioannis animi facilitatem & molliitudinem, abiecta penitus omni virilitate, fractus animo, sacerdotalis constantiæ expers, atque robore eneruatus, non Papa vt Nicolaus & Hadrianus, sed papissa fuerit contumeliæ loco dictus; vt pote quòd qui nec resistere sciret eunucho, qui que vinceretur à femiuero, non vir, sed esset femina potius nuncupandus, & sic nomen contumeliæ transierit posteris rerum insciis in veritatis opinionem, atque ira à compluribus decantatum fuerit, Ioannem Octauum Papam fuisse feminam; sicque iactata vulgò inuenerit eo modo locum fabula. Eiusmodi planè scommatibus proscindi sæpè solere leuioribus de causis Romanos Pontifices à maledicis & otiosis, quis Romæ versatus ignorat? Certè quidem non maledicos tantùm, sed & sapientes atque prudentes prouocasse aduersum se Ioannem Pontificem,

V.
IOAN. PAP.
OB RESTI-
TUTVM
PHOTIVM
VALDE CVL-
PABILIS
HABITVS.

E

VNDE IOAN-
NES OCTA-
VVS POTVIT
DICI FEMI-
NA.

quæ dicentur inferius, demonstrabunt, iam in eum omnibus redditis infensissimis, quod vna legatione prodegerit tot tantisque bene infumptos labores, haustusque sudores sanctissimorum Pontificum Nicolai & Hadriani prædecessorum.

VI. Quanta autem mala eiusmodi factum Ioannis secuta sint, nemo puto numerare facile poterit, utpote quod quæ tunc cœpta in hanc usque diem infeliciter eadem perseuerent. Quæ enim non ausus sit impius, ubi sensit non habere, ut antea, aduersantem Pontificem, sed fauentem? Parum illi fuit, eius fauore sedere securum, nisi etiam curasset perdere, à quo fuerat restitutus, Romanum Pontificem: quibus autem consiliis, & quibus artibus, scies postea; modò autem rerum gestarum seriem prosequamur: Ceterum etsi visus est successoribus Pontificibus Ioannes culpabilis, cum Photium restituerit; haud tamen illorum reus est criminum, quibus ab eodem Photio aspergitur in Synodo ab ipso Constantinopoli vnà cum Legatis Apostolicis habita, quam & nuncupauit Octauam. Erit planè, ut mireris, Lector, cum oculis videris & manu tetigeris perditissimi hominis imposturas & fraudes, portentosa mendacia & monstruosas falsitates, quibus miscuit omnes Ioannis epistolas. Appello hinc, Lector, patientiam tuam, quò de maximi momenti rebus agatur; cum imposturæ aperiendæ causa opus sit duplices Ioannis Papæ hinc litteras reddere, conferreque simul, nimirum quas ipse Romæ scripsit, easdemque diuersas redditas, utpote à Photio deprauatas atque falsatas, sicque in ipsius Synodo lectas Constantinopoli, ut vtrarumque facta collatione, perspicuè ipsa falsitas demonstraretur, libereturque Ioannes calumniis, quibus falsarij hominis opera infamatur. Sic igitur Ioannis hinc reddentes epistolam, ponemus in margine quæ falsarius ille in Græca sua translatione vel abstulit vel mutauit, ut tu ipse cognosces, cum ipsam ab eo in Græcam translata, & iterum in Latinum conuersam inferius leges. atque primum omnium quod ad epistolam pertinet scriptam ad Basilium & filios Imp. Ioannes ubi ab Imperatore legationem accepit, has ad eum litteras reddidit: a

PHOTII OPERA IOANNES PAPA INFAMATAVR.

Ioan. epist. 199.

VII. IOAN. PAP. EPIST. AD BASILIUM ET FILIOS IMP.

† Ista de auctoritate Romane Ecclesie Photius in sua translatione non posuit. 1040. 21.

VIII. Igitur petistis à nobis, quatenus Sede Apostolica sua pendente viscera pietatis, Photium reuerendissimum in Patriarchatus honore, in summi sacerdotij dignitate reciperemus, nostræque communionis participem faceremus, ne Ecclesiam Dei tantam iam tempore perturbatam pateremur amplius manere diuisam, scandaloque commotam. Nòs itaque serenitatis vestræ preces congrua ratione admittentes, quia & Ignatium piæ memoriæ Patriarcham de præsentis vite iam migrasse cognoscimus: temporis ratione perspecta, hoc modò decernimus ad veniam pertinere, quod nuper de ipso Photio, licet ipse absque consultu Sedis nostræ officium sibi interdictum & usurpauerit, gestum constar fuisse.

† Nomen Ignatij substitit Photius alia causa. NECESSITATIS TEMPORE LO CVM HABET DISPENSATIO.

† Mutauit hæc in contrarium sententiam Photius, ut vim iustitiam se recepisse tum fidem ab Imp. dicit. † Gelas. ep. 6.

Nos statutis Apostolicis non præiudicantes, nec beatorum Patrum regulas resoluentes, quin potius earum auctoritatibus freti, qui Nicæni Concilij capitulo secundo apertissime dicunt: Quoniam plura antè per necessitatem, aut aliàs cogentibus hominibus, aduersus Ecclesiasticam facta sunt regulam. Hinc & Gelasius Papa dicit: Quòd ubi nulla perurget necessitas, constituta Patrum inuiolata seruentur. Et sanctus Leo eodem spiritu præcipit, omittendum esse & inculpabile iudicadum, quod necessitas intulit. Inde & Felix Præsul, decessor noster, in sua decretali epistola voce consona dicit, aliter tractandam

A dam esse necessitatis rationem, & aliter voluntatis. Inde sanctum Concilium apud Africam gestum capitulo trigesimoquinto iubet, ut clerici Donatistarum in Ecclesia propter Ecclesie pacem & vtilitatem, si correcto consilio ad Catholicam vnitatem transire voluerint, si hoc paci Christianæ prodesse visum fuerit, in suis honoribus suscipiantur; non ut Consilium quod in transmarinis partibus de hac re factum est, dissoluatur, in quo videlicet Concilio statutum est, ut ordinati in parte Donati, si ad Catholicam partem transire voluerint, non suscipiantur in honoribus suis. de hoc etiam beatus Papa Innocentius dicit capitulo quinquagesimo primo, Quòd ij qui à Bonoso hæretico ordinati sunt, propterea sint recepti, ne scandalum remaneret Ecclesie.

Nunc itaque aliis Patriarchis, Alexandrino videlicet & Antiocheno & Ierosolymitano, atque omnibus Archiepiscopis, Metropolitibus, Episcopis & sacerdotibus, cunctoque Clero Constantinopolitanæ sedis, qui de ordinatione beati Methodij & Ignatij reuerendissimorum Patriarcharum existunt, vna voluntate, pari que voto consentientibus, eundem Photium satisfaciendo, misericordiam coram Synodo secundum consuetudinem postulantem, in vera dilectione fratrem, in Pontificali officio comministrum, atque coram Synodo misericordiam querendo, in pastoralis magisterio consecratorum, pro Ecclesie Dei pace & vtilitate, amodò, Christo fauente, recipimus & habemus.

Quia & vos Christianissimi Imperatores Augusti, qui sanctæ Reipublicæ clementissimo affectu gubernatis Imperium, pro Christo & fungi legatione videmini, dum pro pace rogatis Ecclesie; & nos & quibus, secundum Apostolum, omnium Ecclesiarum Dei sollicitudo incumbit, controuersiam aliquam in Ecclesia Dei amplius remanere nolentes: hinc ipsum Patriarcham cum omnibus siue Episcopis, siue presbyteris, siue ceteris clericis & omnibus laicis, in quos diuini iudicij fuerat censura prolata, ab omni Ecclesiasticæ sanctionis vinculo absoluiamus, sanctæque Constantinopolitanæ Ecclesie iudicamus recipere sedem, Dominicique gregis esse pastorem, illa scilicet potestate fulti, quam Ecclesia toto orbe diffusa credit nobis in ipso Apostolorum Principe à Christo Deo nostro esse concessam, eodem Salvatore beato Petro Apostolo præ ceteris specialiter delegante: Tibi dabo clauas Regni cælorum, & quæcumque ligaueris super terram, erunt ligata & in cælis: & quæcumque solueris super terram, erunt soluta & in cælis. Sicut enim ex his verbis nihil constat exceptum: sic per Apostolicæ dispensationis officium & totum possumus proculdubidè generaliter alligare, & totum consequenter absolueri; præcipue cum ex hoc magis præberi cunctis oporteat miserationis exemplum.

Nam & Legati Sedis Apostolicæ ab Antecessore nostro Hadriano videlicet almi fisco Præsule Constantinopolim directi, Synodi ibidem peractæ usque ad voluntatem sui Pontificis vigilant studio subscripserunt. nec ab Apostolico manere: qui à Sede beati Petri cælestis Regni clauigeri potestatem habet, ligata quælibet Pontificum congrua æstimatione absolueri. Quippe cum constet multos iam Patriarchas, hoc est Athanasium & Cyrillum Alexandrinos, Flavianum & Ioannem Constantinopolitanos, Polychronium Ierosolymitanum synodice damnatos, per Apostolicæ Sedis postmodum absolutionem restitutos incunctanter fuisse.

Eo tamen tenore ista statuere, Apostolica dumtaxat auctoritate & sanctorum Patrum venerabilibus institutis decernimus, ut post huius Patriarchæ obitum, nullus de laicis vel curialibus in Patriarchatus eligatur & consecratur honore, nisi de Cardinalibus presbyteris & diaconibus Constantinopolitanæ sedis, secundum sacros Canones Spiritu Dei conditos, & totius mundi reuerentia consecratos, qui nec præproperè contra Canones Ecclesiasticos, decretaque maiorum citò quilibet Lector, citò Acoluthus, citò Diaconus, citò Sacerdos vel Episcopus fiat. qui in minoribus officiis sic diu perdurent, & vota eorum pariter & obsequium comprobetur, ut per tempora à maioribus instituta, comprobatis prius moribus, & bonæ vitæ meritis refulgentibus, ad summum sacerdotium postmodum veniant. Quoniam non est subito præcipiendum vel usurpandum, quod diu vita probata meretur accipere. Nam si in quibuslibet Ecclesie gradibus prouidenter curandum est, ut in Domini domo nihil sit inordinatum, quanto magis elaborandum est, ut in electione eius qui supra omnes gradus constituitur, non erretur? Nam totius familiæ Domini status & ordo nutabit, si quod requiritur in corpore, non sit in capite; & inde fiet, ut omnis Ecclesiastica disciplina resoluatur, omnis ordo turberetur. Et idè hoc, quod nos modò pro Ecclesiastica vnitatem & pace, quam Christus Dominus noster nobis de-

† Inn. epist. 27.

IX.

† Omnia ista de leuit. Photius de venia errorum Synode postmodum restituitur PHOTIO.

X.

2. Cor. 5.

2. Cor. 11.

† Omnia ista à Photio sine prætermissione usque ad sequenti caput AVCTORITAS DISPENSATIONIS PLENAM PONTIFICIS. Matth. 16.

XI.

† Eadem locutione in veteri scripto codici.

XII.

† NE AMPLIUS LAICVS ORDINETVR EPISCOPVS CONSTANTINOP.

XIII. DE BVLGARIS SVB DIOECESI ROM. ECCLIES. REVOCANDIS.

dit habendam, utcumque patimur esse veniale, inultum postmodum esse non poterit. A Hoc etiam modo ista excellentiæ vestræ precibus moti, fieri iubemus, si ipse Patriarcha Bulgarorum dioccesim, quam piæ memoriæ Nicolaus præcessor noster, Michaële ipforum Rege petente, Apostolicis doctrinis docuit, & per venerabiles Episcopos suos lauit vnda Baptismatis, omniq̃ue Ecclesiastica regula & disciplina, prout oportebat instruxit, a modo suo iuri vindicare, vel remittere nullo modo præsumperit, nec aliquam cuiusque honoris ibidem ordinationem fecerit ibidem sunt illicitè ordinati Episcopi vel sacerdotes Archiepiscopo vel Episcopis qui ibidem videntur existere sacrum pallium quo inter sacra Missarum solemnias uti, Pontificibus solitum est, ipse Patriarcha mittere præsumperit.

XIV. COMMENTARIUM IMPERATORIS PHOTII NIMIS.

Porrò pro tantis perturbationibus, quibus Ecclesia vestra longo iam tempore manet turbata, vestræ Augustali pietati obnixè suggerimus, ut Constantinopolitanum Patriarcham digno honore venerantes, quasi patrem spiritualem, utpote inter vos & Deum adiutorem præcipuum, diuina vobis, per quæ ad Regnum perueniatis æternum sedulè annuntiantem, pio semper affectu colatis, & (ut concedet) in omnibus honoretis, quia pro temporali, quem illi exhibetis, honore, vos & hic temporalem magnificentiam habebitis, & in æternum multiplicem proculdubidè recipietis ab illo, nempe, qui glorificantes se glorificare a testatur. Nec eorum verba, falsò prolata, qui scandalorum zizania super conspicuam segetem Domini seminare non cessant, vestra Imperialis dignetur audire maiestas, nec pro talium susurrationibus hominum, qui semper student scindere vnitatem Dei, vestem Domini, Ecclesiam Christi, quiq̃ue linguis suis semper dolosè agere non cessant, venenum aspidum portantes sub labiis suis, animum clementiæ vestræ aduersus eum aliquatenus commoueat, & summum sacerdotem vestrum Dei prouidentia in Ecclesiæ Christi regimine constitutum sic faciliè exhonoretis, quod nimirum sancto vestro Imperio valdè inhonestum & indecens esse videtur.

1. Reg. 2.

psal. 13.

XV. DE RECIPIENDIS HIS QUI AB IGNATIO FVERVNT ORDINATI.

Præterea mandamus etiam ut omnes Episcopos & sacerdotes, & cuiuscumque ordinis clericos, qui de consecratione Ignatij bonæ memoriæ Patriarchæ consistunt, siue in ipsa regia vrbe manentes, siue alicubi extra, longè seu propè retrusos, clementi animo ad gremium & vnitatem sanctæ Ecclesiæ reuocetis, & vniis extensis paterno affectu recipiatis & amplectamini, propriasq̃ue vnicuique illorum iubeatis reddere sedes: ut sicut vna est Fides, vnum in nobis Baptisma, & omnes vnum sumus in Christo; ita & isti qui ad vnitatem & societatem Ecclesiæ Dei & corporis Christi redierint, & id ipsum dicentes, perfectiq̃ue existentes in eodem sensu, in eadem scientia, vnus grex efficiantur, & vnus pastor; nec audeant amplius dicere: Ego quidem sum Cephæ, ego Pauli, ego Apollo, sed vnus Christi veri Dei nostri, qui est pax nostra, & fecit vtraque vnum, vniensq̃ue cælestia cum terrenis pacificare dignatus est. Qui idcirco pro peccatis nostris mortuus est, ut filios Dei qui erant dispersi, congregaret in vnum. Nec enim poterit vnitatis eorum firma esse compago, nisi eos ad insuperabilem soliditatem vinculis charitatis astrinxerit. quatenus, Deo fauente, absque omni perturbatione, vobis regnantibus, salui & securi persistentes, pro salute vestra & pro statu Reipublicæ, iugibus semper votis Dominum valeant deprecari.

1. Cor. 1.

Ioan. 11.

XVI. EXCOMMUNICANTVR QUI CVM PHOTIO COMMVNICARE NOLVNT.

Quòd si fortè quidam extiterint cum eodem Patriarcha communicare nolentes: admoneantur secundò & tertid, ut sanctæ Ecclesiæ se vnire procurent. Quòd si acquiescere noluerint, in sua pertinacia manere volentes: sacra eos communionem, his præsentibus Missis nostris vnà cum Synodo, iussimus priuari, quousque ad suum redeant Patriarcham, & ad sanctæ Ecclesiæ vnitatem, cum præcipuè ipsi Episcopi à nobis sint canonicè excommunicati. Et ided si eos in consortium suum receperit, aliquamve cum eis communionem habuerit: simili modo eundem Patriarcham cum ipsis Episcopis Ecclesiastica communionem iudicamus esse priuatum. Data mense Augusti die decimafexta, Indictione duodecima. Missa per Petrum presbyterum.] hucusque in codice Vaticano caractere Longobardo exarato, his fermè temporibus scripto, atque iam haud pridem cuso, sed mendosè nonnihil.

XVII.

Summa planè Dei prouidentia factum est, ut eiusmodi Ioannis Octaui Papæ litteræ in nostrum vsq; tempus in eius Regesto, siue ut dicunt vulgò, Registro integræ seruarentur, nec sicut aliorum plurium Pontificu epistolæ perderentur: ut ex his etiam, sicut ex Nicolai & Hadriani epistolis Photius milles possit redargui imposturæ, & falsitatis conuinci. Ad

A Ad vsitatam impostor artem rediit falsandi litteras Romanorum Pontificum, & fingere noua scripta: nam præter ea quæ plus satis de ipso dicta sunt sub Nicolao & Hadriano Pontificibus, & in Synodo vniuersali sunt proclamata, nouæ rursus ab impostore prodie salitates, ut planè acciderit de his Ioannis Papæ litteris, quod de suis ab eodem Photio falsatis, Nicolaus in epistola ad Michaëlem Imperatorem exclamat, cum ait: Ex his, inquit, quæ ibidem ex ea lecta sunt, nonnulla addita, multa mutata, plura subtracta repertiuntur, & per omnia talis à vobis effecta est, ut aut nihil aut parum aliquid nos per eam de crebro dicti comministri nostri Ignatij disposuisse causa videamur.] hæc tunc Nicolaus, quæ etiam nunc ab ipso Ioanne repetenda essent, si viuens videre potuisset, ut Nicolaus, quomodo suas missas Constantinopolim litteras Photius addendo, minuendo, atque mutando malè pessimeq̃ue habuisset.

Nicol. ep. 9.

B Sed quorsum hæc ipse dices. Voluit scelestus quasi ex Ioannis Papæ litteris non solum suam restitutionem firmam roboratamq̃ue monstrare, sed & falsatis illis, probare etiam auctoritate eiusdem Pontificis Octauam Synodum Oecumenicam esse damnatam; probatam verò recentem ab ipso aduersus eam Constantinopoli celebratam, Octauamq̃ue pariter nominatam in abolitionem legitimæ Octauæ Oecumenicæ sub Hadriano Pontifice celebratæ. Ex quo grande malum illud euenit, ut pro germana Octaua, à Græcis maximè, accepta sit Synodus Photiana; ut factum inter alios à Zonara est videre, qui in sua Canonum collectione & interpretatione posuit loco Octauæ Oecumenicæ Synodum Photianam sacrilegam, quam ipsam & Theodorus Balsamo vniuersalem appellat, cuius & tres Canones recitat. sic & reliqua Græcorum schismaticorum colluies. Tu igitur, Lector, hic (amabo te) sede arbiter veritatis, atque ex litteris Ioannis Papæ in Græcum à Photio redditus & recitatus in secunda Actione suæ pseudosynodi, reuocatis verò ad Latinitatem à Federico Metio origine Græco, sed pietate Catholico atque Fide Latino, modò ob virtutum atque doctrinæ præstantiam creato Thermularum Episcopo, veteratoris malas artes intellige. Extat ipsa integra Photiana pseudosynodus Græcè in scripto codice bibliothecæ Columnnensis, quæ fuit Cardinalis Sirlati, nota numeri quadragessimiprimi, in quo sub Actione secunda eadem epistola Ioannis Papæ recitatur ad Imperatores scripta, adeò mutata, ut vix quis cognoscat eandem esse Ioannis, quam nuper recitatam audisti. sic enim habet:

XVIII. CONSILIVM PHOTII.

Ioannes seruus seruorum Dei, serenissimis dilectis filiis nostris spiritualibus & Deo charis Basilio, Leoni, & Alexandro victricibus Imperatoribus, triumphatoribus & æternis Augustis.] Cur autem in titulo Ioannis epistolæ non insit Constantini nomen, id accidit quòd, sicut ex Niceta dictum est, mortuus inter hæc fuerit Constantinus ipse Augustus primogenitus Basili Imperatoris.

XIX.

Puritas & splendor vestræ rectæ fidei & sapientia & morum probitas & benignitas perspecta, & Christianissimi & maximi Imperatores Romanorum, luminum instar in medio terræ micantes vsque ad omnes fines, ad quos vniuersus orbis, extenduntur & splendent: non enim sola recta fide præstantes, in aliis rebus vos oscitanter habetis, sed potius super vestram irreprensibilem fidem superædificatis non lignum aut herbam aut arundinem, sed pretiosos lapides aurum & argentum, & ut breuiter dicam, omnia alacri studio perficitis, quibus cognoscitis Deo rem gratam facere. Nihil verò Deo gratius esse dignoscitur, quàm ut vniuersæ eius Ecclesiæ quascumque sol respicit, recta fide & mutua inter se dilectione & charitate viuentes, illi singulis diebus gratias agant. Quapropter hanc vnionem etià in vestra Dei Ecclesia conspici & vigere vos percipientes, Romanam sanctam Ecclesiam per vestros Legatos, & sacras litteras adiutricem assumpistis, pro certo habentes, eam vobis futuram præstò ad id quod optastis. Neque vos primi id agere cœpistis, ut hanc rem excogitaretis, sed veltigius prædecessorum vestrorum inherentes; in quam schola, quærere est etiam dignum, à principe videlicet Apostolorum Petro, quem Dominus omnium Ecclesiarum caput constituit, inquit illi: Palce oues meas; necnon à sacris & Orthodoxis sanctorum Patrum decretis atque doctrinis, quemadmodum sacra & piæ vestræ litteræ testantur. id verò propterea facitis, quò magis vestræ fidei firmitas celebrata eluceat, & erga Deum dilectio sincera & efficax patefiat.

Ioan. 21.

Nihil enim aliud apertius & dignius contingere potest illis qui in maximis dignitatibus & principatibus sunt constituti, quàm rectæ Fidei splendore, & Dei dilectione præstare contendere, & curare ut omnes, qui cum eadem Fide Deum venerantur, dilectionis etiam

XX.

etiam vinculo vniantur, & confringantur. Quapropter vestris litteris obsequentes nos A & mellifluis verbis deliniti, ignis instar accensi, cum vniuersa nostra sanctissima Romanorum Ecclesia, vnanimis & concordis surreximus ad ea omnia quae a vobis scripta sunt, prompto & alacri animo peragenda.

XXI. Scripsistis nobis, noster dilecte fili, vt nostra Apostolica viscera misericorditer aperiremus, & omnes quotquot fuerint, qui in vestra Ecclesia vel propriis chirographis, vel alio quouis pacto praeruaricati sunt, & canonicis censuris obnoxij sunt effecti, reciperemus, & pacis & vnionis curam haberemus. Quin etiam ante omnia Photium religiosissimum Episcopum nostrae communionis heredem & participem, & comministrum facientes, ad magnum Episcopatus culmen, & dignitatem Patriarchalem iterum constitueremus, ne Ecclesia Dei in multo tempore schismatum Deo exosorum, & malorum scandalorum fluctibus agitata permaneat.

XXII. Nos vero vestrae serenitatis preces accipientes, vt rationales & iustas & Deo acceptas, & tempus iam praesto esse, quod antea quaerebamus, & inuenire, Deum precabamur; rationi etiam congruum censentes, Ecclesiam Dei tranquillam reddere: misimus propterea † Legatos qui vestram perficerent voluntatem. Et licet pietas vestra Photio vim inferendo nos praeruenit, in illo restituendo videlicet, antequam nostri Legati istuc venissent: haec tamen nos supplemus non auctoritate nostra (licet hoc etiam facere possimus) sed Apostolicis constitutionibus & sanctorum Patrum decretis horum demonstrationem afferentes.

XXIII. Neque Ecclesiae regulas iam diu traditas soluentes, sed eas in quibuscumque (dum harum nimis exacta & immutabilis obseruantia seruatur) diuellit & destruit totam compagem corporis Ecclesiae, ad quod conducit trahentes, ab ipsamet Ecclesia edocti. Secundus enim Canon Nicenae Synodi haec habet: Quoniam frequenter vel a necessitate, vel alio quouis pacto coguntur homines Ecclesiasticos Canones transgredi: & quae sequuntur. necnon Papa Gelasius de se ipso inquit, quod vbi vis non apponitur, sanctorum Patrum statuta inconcussa maneant. Similiter etiam sanctissimus Papa Leo in eodem spiritu praecipit, dicens: Vbi vis non praecedit, immobilia permaneant sanctorum Patrum statuta, vbi vero necessitas & vis reperitur, ibi ad id quod conuenit Ecclesiae Dei, ille qui potestatem habet dispense. Ex necessitate enim, iuxta diuinum Apostolum, etiam legis fit mutatio. Felix praeterea Papa consona etiam dicit: De hoc enim oportet animaduertere, vt vbi necessitas contigerit, saepenumero etiam constitutiones Patrum transgredi licet. Sancta etiam Synodus Carthaginensis ait trigesimo quinto capite: Mandamus vt Donatistarum clerici iterum ad Ecclesias reuertantur, licet etiam e Synodo fuerint damnati: Synodus etiam Synodum abrogasse reperitur propter vnionem Ecclesiae & concordiam. Et Innocentius Papa ait: Isti a Bonoso ordinati haeretico recipiantur, ne iterum scandala in Ecclesia Dei oriantur.

XXIV. Neque solum istis, licet tales essent, vt ex illis fuissent vt haeretici damnati, Apostolica tamen Sedes Ecclesiae pacis curam gerens manus adiutrices porrexit; verum etiam Orthodoxis Episcopis & Patriarchis ad ipsam confugientibus (sicut nunc religiosissimus Photius) & auxilium implorantibus opem tulit. Nostis omnino magnum Athanasium Episcopum Alexandrinum & Cyrillum & Polychronium Ierosolymorum, Ioannem quem dilectio vestra Chrysostrum appellat, Flavianum etiam Constantinopolitanum. hos enim a Synodis damnatos & reprobatos, cum ad sanctam Romanam Ecclesiam confugissent, Apostolica Sedes haec nostra confirmauit, & ad priorem dignitatem restituit. Siquidem qui ex Donatistis, & ex Bonoso ordinationem acceperunt, & ab Ecclesiae Catholicae limitibus fuerunt eieci a Synodo numerosa, iterum ab alia Synodo recipiuntur, & in sacerdotum numero collocantur, vt Ecclesia Dei indiuisa, & a schismatibus integra & libera permaneat (nihil enim oculis Dei magis execrandum & abominabile conspicitur, quam is qui schismatum auctor in Ecclesiis extiterit; & nihil iucundius vel charius eius bonitati, quam Ecclesiam suam integritatem, perfectum erga Deum amorem, & erga proximum dilectionem conseruare) multo magis viros Orthodoxae Fidei illustres, & vitae grauitate & rerum peritia celebres, non oportet illos cotemni, † obnoxios poenitentiae iugo grauari, sed ad priorem dignitatem restituere.

XXV. Cum enim † semel Apostolica haec Sedes clauis accepisset Regni caelorum a primo & magno Pontifice Iesv Christo per principem Apostolorum Petrum, cum illi dixisset: *Annal. Eccl. Tom. 10.*

† Addidit ista Photius, & mutauit in contrarium sensum, quae de seipso habebantur.

† Ex se haec adit Photius.

† Multa hie a Photio praeter missa n. scilicet quibus Sedes Apostolica auctoritas praedicta est & Hadriani praedecessoris legatio memoratur.

A ser: a Tibi dabo clauis Regni caelorum, & quaecumque solueris super terram, erunt soluta & in caelis: & quaecumque ligaueris super terram, erunt ligata & in caelis, habet facultatem omnes ligandi atque soluendi, & iuxta prophetam b Ieremiam, euellendi & plantandi: hac de causa nos auctoritate vfi principis Apostolorum Petri cum vniuersa Ecclesia, † affirmamus vobis, & per vos etiam sanctissimis fratribus & comministris nostris Patriarchis, Alexandrino, Antiocheno, Ierosolymitano, & reliquis Episcopis & sacerdotibus, & vniuersae Ecclesiae Constantinopolitanae, nos conuenire & consentire vobis, vel potius Deo in omnibus quae a nobis vos petistis: Et primum quidem nos recipere Photium admirabilissimum & religiosissimum Archiepiscopum & Patriarcham fratrem nostrum, & comministrum nostrum, & communionis cum sancta Romanorum Ecclesia consortem & participem, & heredem, non solum propter alias virtutes quibus ille praestat, verum etiam propter scandala e medio tollenda, & pacem Dei, & dilectionem ad inuicem inter nos firmandam. Recipite etiam ipsum vos certo & firmo animo, & charitate & fide, omne iniquitatis & malitiae venenum, & duplicitatem & ambiguitatem de cordibus vestris auellent, sicut ipsum recepit Romana Ecclesia.

Didicimus † enim ferè ab omnibus qui huc veniunt ex illis qui istuc versantur, Photium omnibus praerogatiuis praestare coram Deo non solum sapientia & prudentia circa res diuinas & humanas, verum etiam circa omnes virtutes morales, & curam diuinorum praceptorum, tamquam irreprehensibilem operarium celebrari. Neque iustum duximus, talem virum otiosum & inutilem permanere, sed in altum in vestra Ecclesia iterum elatum, & lucentem consueta sibi & Deo dilecta opera exercere, tum erga sacerdotes, tum etiam erga Episcopos. quapropter eundem resumentes sermonem, vobis dicimus, Suscipite virum istum absque vlla dubitatione.

Nec † aliquis pro sui excusatione adducat iniustas Synodos aduersus ipsum habitas; neque (vt multi stupidiores opinantur) decreta praedecessorum nostrorum beatorum Pontificum, Nicolai videlicet & Hadriani, aduersus Photium lata accuset: non enim recepta fuerunt ab ipsis quae contra sanctissimum Photium gesta fuerunt. Nullus per chirographa vestra occasione sumat ad schismata fouenda cum illo & ad inuicem: Omnia enim iam sedata sunt, & abrogata, omnia quae contra Photium gesta sunt, irrita, & nulla, per nos minimos in manibus Principis Apostolorum reposita sunt, & per eum in humeros Iesv Christi Agni Dei qui tollit peccatum mundi.

Recipite † igitur ipsum apertis vlnis, fratrem videlicet nostrum & comministrum. Recipite Episcopum Dei & irreprehensibilem. Recipite Patriarcham vestrae Ecclesiae. Confirmate erga illum dilectionem, fidem, & cum obseruatiâ obedientiam, & per hunc ergo sanctam Romanam Ecclesiam eandem confirmate. Qui enim illum non recipit, nec ea quae a nobis & sancta Romanorum Ecclesia de illo decreta sunt, recipit; nec is aduersus nos bellum suscipit, sed aduersus sanctum Petrum Apostolum, vel potius aduersus Christum ipsum Filium Dei, qui ita honorauit & glorificauit Apostolum suum, vt ipse ab eo haberet facultatem ligandi atque soluendi.

Hoc † etiam rogamus pietatem vestram, vt in memoriam reuocetis, ex quo tempore scandala & schismata in vestram Ecclesiam ingressa sunt, & eam integritatem corruerunt, horum malorum nullam aliam fuisse causam, nisi quod vos Imperatores admistis blasphemias & calumnias aduersus Pontifices & Patriarchas vestros, ac reliquos Dei sacerdotes, necnon quod vos prauipendistis dilectionem & fidem & honorem & obseruantiam erga illos. Rogamus itaque diuinam potentiam vestram, vt ex nunc aures obturetis Imperij vestri, a Deo electi calumniis & obtreptionibus aduersus pontifices, quas prauis illi homines & malis solum gaudentes, vobis suggerere solent, & eos tanquam piacula & abominationes, iniquas verborum illorum sagittas repellere velitis, Patriarchas autem vestros in honore habere, & quali proprios patres existimare, & tamquam Dei & hominum mediatores venerari: ipsi enim vigilant pro animabus vestris, & quae pro salute vestra faciunt, vobis a Deo semper deprecantur. Necnon, vt par est, pro iis, quibus vos Deum offendistis errantes, sacrificia ipsi offerunt, vt vobis Deum placent, beneuolum illum vobis reddentes. Neque id solum, verum etiam pro tranquillitate & duratione potentiae vestrae, & pro victoria aduersus hostes obtinenda Deum nostrum misericordem orant. Doctores etiam & magistri vobis existunt, dum vos admonent, vt ea faciatis, quibus Regnum caelorum acquiratis.

XXVI. † Additamentum item est imperatoris totum quod sequitur.

XXVII. † Si ista Photij additamenta contra Synodos in ipsa celebratae.

XXVIII. † Eiusdem sententia sunt haec verba suspensa.

XXIX. † Adunxit & omnia ista quae sub hoc capite continentur, ad securitatem sui Patriarchatus sagittarum archiepiscopi Photius.

XXX. Prætereà vos præ aliis diligere noscuntur: non enim adulatorum amicitiam sectari sciunt vobiscum, & adulatorum inttar vos diligere, sed potius charitatem, quam ipsos docuit Christus I E s v s per sanctos Apostolos suos. Non oportet igitur vestros Patriarchas à vobis contemni, tum propter ea omnia quæ prædiximus, tum etiam, vt iuxta Domini præceptum illos diligatis. Nec vos lateat, quòd si hoc feceritis, non solum honores illorum consequemini, quos vos honoratis & colitis, sed illum potius qui eorum manibus in altari ministratur, videlicet Christum, qui pro peccatis omnium Deo offertur: qui enim illos honorat, Deum honorat; & qui illos auersatur & respuit, Deum ipsum respuit. Falsas itaque detractiones & obrectationes, per quas zizania & schismata & scandala in Ecclesia Dei oriuntur, & diuidunt inconfutibilem Christi vestem, tamquam venenum aspidum; vestrum Imperium vitet. Et potius sanctissimo Photio fratri & comministro nostro opem ferat in omnibus quæ ad Ecclesiæ bonum regimen faciunt.

XXXI. Eos etiam qui ipsum non quo par est honore habent, argue, vt corrigantur: sæpè enim quos Dei timor, & erga diuina religio & pietas non correxit: Imperatorum & Principum indignatio in eos irruens modestiores reddit. Idque si feceris, Regnum tibi celorum comparare certò scito, & sempiternam Imperij tui durationem & pacis confirmationem. Si verò id minus feceritis, pro certo habeatis, quòd numquam schismata deerunt in Ecclesia Constantinopolitana.

XXXII. De hoc etiam legem condere, tuum Imperium à Deo custoditum monemus, vt post obitum sanctissimi Photij comministri & fratris nostri nullus è seculari ordine ad pontificalem dignitatem eligatur & ordinetur, sed potius ex presbyteris Cardinalibus, ex iis videlicet, qui Catholicæ Ecclesiæ sunt adscripti, vel ex eius diaconis, vel aliis sacerdotibus, qui existunt sub sede Constantinopolitana, iuxta sacros Canones, vt ne contra Ecclesiasticam regulam & sanctorum Patrum Canones res vestræ peragantur. Procedere autem hunc volumus per singulos gradus Ecclesiæ satis probatum, & primum Lectorem, deinde Acoluthum, postea Diaconum, deinde Presbyterum, & tandem Episcopum, si tamen bonum habuerit testimonium de se, de pietate, & scientia; quoniam dum in inferioribus gradibus aliquod temporis spatium immoratur, eius virtus & probitas agnoscitur, & hoc pacto oportet vestros Patriarchas progredi, non extempore præoccupare singulos gradus, vt in domo Domini nihil inueniatur incompositum & inordinatum. Qui enim supra omnes gradus collocatur, irreprehensibilis in omnibus oportet reperiat.

XXXIII. Nec quia nos vestræ Ecclesiæ paci & quieti consulentes, Photium religiosissimum fratrem nostrum recepimus, sicut & Papa Hadrianus Tarasium eius auunculum, hoc iam vobis pro consuetudine & regula usurpetur: quæ enim rarò bona sunt, non possunt lex fieri multis, & pro lege sumi. A Domino enim nostro I E s v Christo edocti, etiam nos viscera misericordiæ recipientes, condonauimus vobis repetitionem vestram tum de Photio, tum de aliis sacerdotibus ex altera ordinatione existentibus indultum concessimus. Quicumque verò in futurum ausus fuerit id iterum committere, pœnitentia ex Canone à nobis absque vlla remissione, & damnatio illi irrogabitur.

XXXIV. Rogamus etiam hoc pietatem vestram, vt neque frater & comminister noster Photius sanctissimus, nec alius quispiam successorum eius in futurum in Bulgaria ordinationes habeat; neque propriis manibus, neque per pallium illuc missum, neque per defensorem prædictam prouinciam Bulgarorum vt propriam ministret. In alieno enim solo non decet alios ædificare. Prædecessor enim noster Nicolaus felicitatis recordationis precibus Principis Bulgariae Michaëlis Apostolicis doctrinis gentem illam educauit, & per religiosos suos Episcopos omnes Ecclesiasticas regulas & Canones, & quæcumque ad Christianam religionem pertinent cum illis tradidisset, eos perfecit: licet nonnulli audacter surripuerint nobis prædictam prouinciam, quæ ad eos non attinebat; ordinationes etiam & consecrationes Ecclesiarum, & omnia quæcumque facere minus oportebat, peregerint. Quapropter præter prædicta, & hoc etiam vobis notum facimus, vt si aliquando Episcopos ibi degentes contra nos aliquid delinquere deprehendemus, & canonicis poenis illos subiiciemus; non habeant vos, ad quos confugiant, sed potius vos inueniant in hoc nobis concordēs, nec dissentientes.

XXXV. Oramus prætereà Imperium vestrum Christo dilectum, vt congregetis Episcopos & presbyteros cuiuscumque ordinis Ecclesiastici & ciuilis qui à nobis dissentire videntur,

† Sunt ex Ioannis epistola, licet habeant aliquam uerba à Photio addita, vt illud, Post obitum sanctissimi Photij, &c.
† Cum prætermissis multis Orationibus & Exortationibus à Latino omnibus inter primos quatuor ordines annumeratos, sicut à Græcis corruptissimum.
† Sunt addita à Photio que hoc capite continentur.
† Sunt Ioannis, sed nonnulla misit Photium.
† Detentis imperatorum, Michaelis & Romanorum, & presbiteri Ormanni, &c.

A dentur, vbicumque fuerint intra terminos vestros, eosque ad vos ducendos curetis, & moneatis, vt ipsi uniantur Ecclesiæ Dei, & Photio sanctissimo Patriarchæ fratri & comministro nostro nobis unito. Proprias pontificales & sacras vestes, gradus etiam illis restituite, & viscera misericordiæ illis aperite, vt quemadmodum vnus Deus, vnus Baptisma, vna Fides, ita & nos ipsi vnus sumus etiam in Christo, & per vestram piam doctrinam vnus pariter nobiscum sint & in Ecclesiæ Dei perfectione coordinati & coniuncti, nobiscum in Christi sanctissimum corpus; vt in eadem mente & in eadem voluntate permanentes, Deum omnium glorificemus. Nec aliquis in posterum dicat: Ego quidem sum Cepha; ego verò Pauli; sed vt omnes hoc dicamus, quòd Christi sumus crucifixi & mortui pro nobis, qui per suam passionem quæ in terris sunt, & quæ in cælis, inuicem conciliauit, & nos Deo coniunxit & Patri per se ipsum, & mutua dilectione & communionem. Si verò à vobis eos aduocatos moneantes & hortantes & orantes, ad vnionem Ecclesiæ conuenire vobiscum semel & iterum & sæpius obedire illi noluerint, neque nostris litteris obtemperare & suammet lucrari salutem, sed in priori sua pertinaciâ & temeritate permanserint: istiusmodi homines præcipimus ab immaculati corporis & sanguinis Domini nostri I E s v Christi perceptione alienos fore, quousque uniantur sanctæ Dei Ecclesiæ & Photio sanctissimo Patriarchæ fratri & comministro nostro. Et postea hoc peracto quæ sequuntur iustam illorum damnationem, in his litteris non scripsimus, ne amplius prorogaretur oratio præter modum, sed in commonitorio conscripsimus religiosissimi Petri presbyteri & Cardinalis nostri Legati, vnâ cum Eugenio & Paulo religiosissimis Episcopis, vt cum ipsis præsidens in Synodo vnâ cum sanctissimo Photio fratre & comministro nostro, Dei oculum qui omnia videt, & semper vigilat, ante suos oculos habentes & inuitabilem diuinam iusticiam, & suam conscientiam immaculatam & inculpatam conseruantem, omnes res Constantinopolitanæ Ecclesiæ, & quæcumque indigent correctione, & quæ, vt par est, declinare debent, vt id quod melius est & conducibilius Dei Ecclesiæ peragatur. Cælestis Imperator piam potentiam tuam custodiat.] hucusque ex Photiana versione Ioannis Papæ epistola.

B Vidisti imposturas, Lector, veritatis amator & cultor, & execratus es proculdubio, quas in profano etiam homine, nedum sacerdote, Episcopo & Patriarcha, sed & in ethnico, omnisque diuinæ & humanæ legis experte barbaro non improbare non possis, totque falsitates admixtas litteris non priuati alicuius & ignoti hominis, sed ab Apostolica Sede ex Episcoporum Concilio datis, nec ad vilem aliquem terræ filium, sed ad ipsum Orientis Imperatorem, nec otiose vel leuiter de rebus nullius momenti conscriptis, sed quæ maximi omnium ponderis essent, vt meritò tanti auctorem scelus improbare, & execrari, ipsumque facinus abominari, atque horrere tamquam funestum aliquid ab imis inferis præditum à principe tenebrarum per filium tenebrarum nominatenus lucis Angelum mentientem Photium, omnino debeas. Sed his adhuc detestabiliora videbis, cum modò reddemus eiusdem Ioannis Papæ epistolam ad Photium ipsum datam, eademque ab eodem Photio in Græcum translata, atque collatione habita cum autographo, quæ molitibus sit impius, æquè cognosces. Eidem namque Legato Petro presbytero Cardinali Constantinopolim profectu vnâ cum nominatis Episcopis Ioannes Papa ad Photium has litteras dedit:

C Experiencia tuæ prudentiæ litteris Pontificio nostro delatis, satis vbertim comperta, altitonantem Dominum, piissimas ei grates agentes, laudauimus, qui postulatus dat omnibus sapientiam, & in domo faciens vnanimis habitare, saluat omnes in se sperantes, & protegit se in veritate quærentes, quique neque probos, reos, neque facit pios, tyrannos: tamen iuste iudicans, beatis quibuslibet æterna præmia, & infelicibus, reseruato intetum pœnitendini tempore, nisi respuerint, æterna confert supplicia. Prædictis quoque litteris præconiia nostra legentes, affectum tuum cognouimus, & quàm sis nunc erga nos deuotus, satis euidenter reperimus: verum in quo nostra merita non suffragantur, Deo dimittimus; & in quo nos humanis laudibus quicumque mortalium eleuare conantur, fragilitatem naturæ nostræ cum summa formidine, eodem Deo præ oculis habitò, contemplantur. Scimus enim (ipso dicente) quia qui se exaltat humiliabitur, & qui se humiliat exaltabitur.

D Quod dicitur autem, sanctam Constantinopolitanam Ecclesiam in te conuenire, teque priuatam sedem recipere, Missos verò nostros tecum minimè consecrare: de adunatione

Annal. Eccl. Tom. 10. Z z 2 tione

1. Cor. 1.
xxxvi.
DETESTANDVM VNDE IMMENSVM FACINVS PHOTII.
6. Iann. epist. 201.
xxxvii.
IOAN. PAP. EPIST. AD PHOTIUM.
c. Matth. 23

tionem omnium Deo gratias agimus, sed Missis nostris idem de hoc mandatum non dedi-

XXXIX.

† Ista de consuetudine Sedis Apost. Phœnias detrimere in sua transactio.

XL.

† Hæc de misericordia querenda coram Synodo abstulit Phœnias hic & alias inferri.

† Hæc quatuor verba in eadem decursant Phœnias.

XLI.

XLII.

† Hæc de Bulgarica diœcesis detrimenda Phœnias omnia.

XLIII.

XLIV.

† Phœnias per spem stetit in laudibus suam quod in Dei laudibus Ioannes dicitur de Alii tonante Deo.

Verum super receptione priuatæ sedis nos debuimus antea consuli. Tamen quia ob-

Et cum non sit reprehensibilis erga correctum quantacumque miseratio: si satisfaciens coram Synodo misericordiam secundum consuetudinem postulaueris, ac si e-

Reliqua verò, quæ litteræ tuæ à nobis fore censenda, expectant: dato commonitorio nostris Legatis, Petro venerabili presbytero Cardinali nostro, deliciosisque Consiliariis

Præterea sicut vestra pars suum velle conatur accipere, ita & nos diœcesim nostram Bulgariam, quam Apostolicæ recordationis sanctissimiq; domini Papæ Nicolai certamine

Porrò ille sciens quanta inesset in Apostolicis litteris auctoritas, lecturus cum esset eas in Synodo, ad persuadenda quæ veller, addidit & abstulit pro arbitrio quæ sibi sunt visa.

Ioannes Episcopus seruus seruorum Dei Photio sanctissimo fratri & comministro Patriarchæ Constantinopolitanæ Ecclesiæ.

Sapientiam & prudentiam fraternitatis tuæ in tuis litteris cum perspexerimus, instar tonitruum cælitus missi ex Deo resonantem & omnes terminos terræ suo strepitu replentem, pias Deo gratias & excelsas laudes retulimus, qui omnibus petentibus iuxta eorum

A

B

C

D

E

A sempiternis futuris bonis, cum reuelabitur futura gloria. Tuas itaque prædictas humanissimas litteras cum accepissemus, & laudes nimias quibus nos exornas, & qua animi alacritate erga nos te habes, agnouimus, & quomodo pie & sanè te geris.

Scriptisti nobis, quod sanctissima Dei Constantinopolitana Ecclesia in te recipiendo, concors & vnanimis facta est. Et quod sedem recepisti, quæ tua erat, & qua fueras

Didicimus præterea, quod sunt inter vos nonnulli schismatici, qui non quiescunt, sed in vanum laborant, & certamen diabolicum certant, iuxta Prophetam dicentem: Diuisi sunt contriti, ut euellant & euertant ad se nonnullos simplices.

Tu verò qui præstas sapientia & prudentia & gratia à Deo tibi largita (quid enim habes quod non accepisti? & si accepisti, nouimus te non gloriari quasi non acceperis)

Quapropter fraternitatem tuam rogamus, ut Christi mores imitando, præcipue verò eius humilitatem quam sustinuit pro salute generis nostri, non te pigeat in Synodo prædicare Dei erga te misericordiam & auxilium, necnon sanctissimæ Romanorum Ecclesiæ protectionem & tutelam & laborem, quem pro tua dilectione sustinuit, ut hoc pacto

Quapropter rationi congruum duco, ut huius consueti auxiliij nec non benignitatis quam ipsis operibus singulis diebus experitis; de illa in omnem terram sonum emittere non obliuiscaris, sed etiam ipsam sequere, & instar illius, nulli damnum inferas, nec aliquem à visceribus misericordiæ tuæ repellas.

Et quemadmodum spiritalis filius noster Imperator Basilius pro te nos rogauit, & nos eius petitioni rationabili & iustæ & Deo gratæ obsequentes, fecimus cum tua pietate, quod Imperator petierat: eodem pacto te rogamus, ut tu etiam obliuiscaris malorum

XLV.

† Tacer hic Phœnias quod de priuata sede, nêpe quam in Magna aereuere uoluerat Ignatio.

† Aliqua addit & detrimat aliqua que superioris notauimus de consulenda Apostolica Sede aliu.

XLVI.

† Ista de laudibus suis Phœnias addidit.

XLVII.

† Ioannes non ista habet sed ut ipse misericordiam coram Synodo postulet, quæ Prius sustulit hic & inferri, callide admodum.

XLVIII.

XLIX.

† Derruncavit hic iterum qua Ioannes habet in sua epistola de querendo misericordiam eorum Synodo. † Hic falsarius & impostor astutissime conuertit ad Hadrianum Primum quod dixit Ioannes de Hadriano. At id eo de causâ factum, quod per illa verba Ioannes probare se significaret Synodum Octauam sub Hadriano habitam Iunioris.

L I. † De atrogatione Synodi cetera Photium facta nihil penitus in litteris Ioannis, apparet hæc impostor, ut quasi Apostolica Sedis auctoritate damnaret quod postea id emiserit Octauam Synodum sub Hadriano habitam. Perrocin hoc impostor a postulis decernit que in condicione apostola Ioannes habet de restituenda diuina Bulgavorum.

L II.

† Nicol. ep. 9.

L III.

quæ aduersus te commiserunt, qui à te fuerant abalienati. † Qui si reuertantur ex corde, tua pietas honore insignita apertis vnus illos recipere dignetur, vt omnes feliciter consentientes, ad conuersionem & restitutionem tuæ sedis commune gaudium & diem festum & lætitiæ peragamus.

Hoc etiam rogamus fraternitatem tuam, vt nobiscum decernas, vt in posterum nullus secularis extempore ad pontificalem sedem assumatur, sed secundum gradum & ordinem procedens, & proprium vnusquisque in suo gradu progressum virtutis ostendens, ita pontificalis sedis gradum obtineat. Qui enim aliter ascendit, Ecclesiasticis nostris Canonibus contraria facit. Et volumus morem hunc, qui non est probandus, ab initio in vestra Ecclesia inuentum, in posterum irritum abolere. Hoc † autem dicimus iuxta Canonem editum in Synodo tempore Hadriani sanctissimi Papæ & Tarasij beatæ memoriæ Patriarchæ Constantinopolitani.

Synodum † verò contra pietatem tuam ibidem habitam irritauimus & annullauimus, immò & abiicimus, tum propter alia, tum etiam quòd beatus Papa Hadrianus prædecessor noster illi non subscripsit. Reliqua verò omnia de Ecclesiasticis rebus quæ tua epistola nobis insinuauit scribere omittimus, quoniâ de illis in commonitorio scripsimus, cui etiâ subscripsimus omnes pro tua restitutione, & illud Petro religiosissimo presbytero Cardinali & Legato nostro dedimus, quæ misimus, vt vnâ cum Eugenio & Paulo religiosissimis Episcopis Legatis nostris Dei timorem præ oculis habentes, & suâ conscientiam immaculatam conseruantes, omnino vobiscum faciant, quæ vestræ Ecclesiæ conferreauerint. Deus te conseruet vsq; ad finem, dilecte frater reuerendissime & cõminister noster.]

Ecce tu iam vidisti, & conferens vtraque exemplaria cognouisti, Lector, quòd tandem progressa impostoris audacia, & aucta sit falsarij animosa procacitas, vt tribus versibus istis ad epistolam Ioannis vltimo loco additis, tantam molem illam, Oecumenicam inquam Octauam Synodum, quam Occidens & Oriens, Pontifex & Imperator vnâ cum Episcopis & magistratibus tanto labore sunt conati erigere & stabilire (quantum in ipso fuerit) Photius mendaci stylo sit demolitus. Vt planè iterum repetendæ, quin & aliæ innumeræ sint addendæ Deo gratiæ, quòd ad tam immane periculum euitandum, & immensum scandalum anteuertendum, voluerit diuina prouidentia remanere integra exemplaria Ioannis epistolarum, vnicum remedium ad falsitatem hominis perditissimi arguendam & imposturam aperiendam, quo nomine pariter (vt vidimus) & ipse de quo egimus, Pontifex Nicolaus summas gratias Deo rependit, quòd ad conuincendas falsitates eiusdem Photij in suis litteris impudenter admixtas, earum exemplaria Romæ serauerit, sic dicens in epistola ad Michaëlem Imperatorem: Veruntamen nos quomodocumque falsitati vel deprauationi eadem sit epistola submissa, grates innumeras agimus Deo, & cuius inspiratione, & fidelia eius exemplaria penes nos retinuit, & cuius permisso qui hæc vel authenticam ipsam scripsere, superesse noscuntur.] hæc ipse. Sed nos dupliciter Deo gratias rependere obligamur, & quòd Ioannes, sicut & Nicolaus, missarum à se litterarum exscripsit, & retinuerit exemplaria, & quòd eadem cum codice, quem Regestum vocant, sint in hanc diem in Vaticana Bibliotheca integra post tot naufragia Romanæ Ecclesiæ conseruata, vt quòd earum translatio facta per Photium fraudulenter, posset argui falsitatis. cum in multis aliis, tum in iis, quæ operatus est ad demoliendam funditus Oecumenicam Octauam Synodum, tam quòd citationem eiusdem Synodi Octauæ sub Hadriano habitæ, qua conuincitur, eam recipere & comprobare Ioannem, omnino erasit atque penitus aboleuit; quàm etiam quòd disertis verbis addiderit, ab eodem Ioanne Pontifice iam illam prorsus damnatam, irritam (vt ait) ac nullam redditam esse.

In hoc ipsum enim totus incubuit homo profanus, vt aduersum se collectam Oecumenicam Synodum, in qua cubitalibus litteris (vt ita dixerim) eius scelera multipliciter notata essent, abolendam, extinguendamque penitus, vt nec nominaretur amplius, laboraret. Sed & quòd sciretur testificatione historiarum, tum Græcorum, tum Latinorum Octaua Synodus Oecumenica celebrata esse Constantinopoli: ipse eodem in loco haberi, eodemque quoque nomine appellari voluit suam pseudosynodum quam supponeret pro legitima Octaua Oecumenica habita per Hadrianum, vsus ad decipiendam omnes recitatis superius ad ipsum scriptis sed ab ipso falsatis litteris Ioannis Papæ, ex quibus pariter detegat alias eiusdem nebulonis versutissimi imposturas. Quâuis enim idem Ioannes Pontifex

A
B
C
D
E

A Pontifex, tum in ipsa epistola ad Photium scripta, tum in recitata superius ad Imperatorem citando dictam Oecumenicam Synodum, vt dictum est, eam visus est comprobasse, & nihilominus in additamentis Photij idem ipse eius damnator asseritur: non ista ipsi factis sunt visa, sed & ab illo falsatum est commonitorium ab eodem Pontifice datum Petro Legato. Est mentio huius commonitorij in eiusdem Ioannis epistola ad alios Apostolicæ Sedis Legatos Constantinopoli adhuc manentes, Paulum Anconitanum & Eugenium Ostiensem, hoc pariter anno, eademque citata die conscripta, quæ sic se habet: b

Reuerendissimis Paulo Anconitano Eugenioque Ostiensi Episcopis. Quamuis contra nostram egeritis voluntatem, & Constantinopolim peruenientes, iniquita causa pacis Ecclesiæ & vnitatis Romam reuerti, nobisque omnia sub certa relatione debebatis referre, & quia primam legationem vobis commissam idoneè non perlegistis, secundam vobis ideo committere non debebamus: tamen Apostolicæ miserationis benignitate vtentes, & in hac secunda legatione fideliter perficienda, vos huic Petro religioso presbytero Cardinis nostri, familiarique nostro sociamus. Quatenus ea quæ pro pace & vnitare Ecclesiæ Dei agenda sunt, secundum Apostolicos nostræ auctoritatis apices, & secundum commotorij nostri tenorem capitulatum descriptum, sagaci valde intuitu simul agatis, & ita definiatis, vt gratiam nostram, quam prius inobedienter agendo exasperastis, nunc fideliori deuotione operando, placabilem habere possitis. Data mense Augusti, Indictione duodecima.] Commonitorium autem ipsum reperitur recitatum, sed falsatum à Phorio ex more, in Actione secunda Synodi Photianæ, Octauæ mendaciter dictæ: quòd etsi non sit inuenire inter Latine scriptas epistolas ipsius Ioannis, vt ex autographo possit argui falsitatis: tamen ex multis aliis id ipsum consequi facile possumus, vt patebit. ipsum autem Græcè scriptum, & Latine à Metio redditum, sic se habet:

Ioannes Episcopus seruus seruorum Dei. Commonitorium fratribus Paulo & Eugenio Episcopis, similiter & Petro presbytero Cardinali, nostris Constantinopoli Legatis. Cum primum, diuina fauente gratia, & intercessionibus sanctorum Apostolorum Constantinopolim ingressi fueritis: illuc diuertite quo præcipiet Imperator. Et antequam Imperatorem vltaueritis, nulli alij Apostolicas litteras tradere velitis. Cum coram Imperatore fueritis, litteras illi tradetis huiusmodi verbis illum alloquentes: Salutat vestrum ex Deo Regnum spiritualis vester pater dominus Ioannes Apostolicus Papa, tuam ex Deo potentiam suis orationibus, singulis diebus sancto Deo commendans, vt ille qui vobis hoc dedit desiderium propter Ecclesiasticam pacem, tribuat vobis gratiam suam, & consoletur vos sua felici protectione, & perficiat in bonis desideria vestra. Si rogauerit Imperator, antequam litteras legat siue capitula responsionis nostræ, huiusmodi verbis illi respondere: Si iubet Imperium vestrum, videat epistolas. Et si dixerit: Quid continent epistolæ? illi respondete: Salutationes continent, & omnino rectè perficiunt.

Postridie salutari Photium sanctissimum accedite, & epistolam illi tradite, salutantes illum decenter, talibus verbis: Salutat te dominus noster Ioannes Apostolicus Papa, & vult habere te fratrem & comministrum, sicut scripsit Imperator, vt propter pacem Ecclesiæ recipere sanctissimum Patriarcham Photium fratrem & comministrum nostrum, exaudiremus preces vestras, & præciperemus vt coram nobis veniat ad Synodum: & vt recipiat ipsum vniuersa Ecclesia: iuxta tenorem litterarum nostrarum, illum recipite vt comministrum nostrum, atque vt Ecclesiæ Romanæ gratiam habeat. Surgentes, illi dicite: Mandat dominus noster sanctissimus Papa, vt omnes qui in diuersis locis extra terminos extiterint, siue Episcopi, siue presbyteri, siue quilibet alij fuerint, & noluerint hucusque vobis communicare, vestro opere & labore vniantur Ecclesiæ Dei, & fiant vnus vobiscum. Qui si venerint, recipite illos, vt pater recipit filios, eosque monebit sæpius, vt propter pacem Dei Ecclesiæ idem sentiant cum Apostolico, vt vnus sint cum ipso voluntatis: recipientes videlicet Photium sanctissimum Patriarcham & cum illo vnâ comunicantes. Si autem venerint quicumque antea fuerant ordinati, recipiant sedes suas, qui verò deinde fuerant ordinati, accipiant ab Episcopis ipsis vltum & vestrum necessarium.

† Præsentibus vobis in Synodo vnâ cum prædicto sanctissimo Patriarcha & Legatis Orientalibus, vnâ cum reliquis Archiepiscopis & Metropolitanis, & omnibus sacerdotibus Constantinopolitanæ Ecclesiæ, primum legantur litteræ ad Imperatorem missæ. & interrogetur Synodus, si illas recipit, & si obseruat testimonia, quæ continent litteræ ipsæ.

Zz 4 Quibus

102. ep. 203.

LIV. DE COMMONITORIO DATO RETRO LEGATO.

L V. COMMONITORIUM A PHOTIO FALSATVM.

LVI.

L VII. † Hic dempra aliqua superius notata de peritelo veniam coram Synodo, Phorio impostor, addita verò alia ex recitatu litteris intelligere potest.

Quibus annuentibus, hæc dicite: Dominus noster sanctissimus Papa omnium Ecclesiarum curam gerens, salutem etiam vestram & pacem procurans, misit nos seruos suos, vt dispersos congregemus, & dissidentes conciliemus, & Ecclesie misericordie manum porrigamus, lapsos erigamus, vt omnes vno ore glorificemus Patrem cum Filio & Spiritu sancto.

LXVIII. Sequentes Canones nostrorum Patrum dicimus, vt post obitum Photij sanctissimi Patriarche nullus à civili dignitate Constantinopolitanam sedem ascendat, quemadmodum etiam littere nostrae testantur.

† Non preter tantum, sed ex communicatione continetur Ioannis littere de Bulgariae causis. † Videtur ad ditamentum hinc falsario, quod supra de abolenda Othonis Synodo fuit appositum.

† Volumus etiam, vt coram Synodo prædictum Photium sanctissimum Patriarcham oreis, vt neque pallium in Bulgariam mittat, neque ordinet quemquam in ipsa prouincia. Si enim hoc fecerit, iuxta sacros Canones illum arguemus.

† Volumus præterea vt coram vniuersa Synodo promulgetur, quod Synodus habita aduersus prædictum Patriarcham Photium tempore Hadriani sanctissimi Papæ tum Romæ, tum Constantinopoli, ex nunc habeatur nulla & irrita, & non numeretur cum alia sancta Synodo.

Aduertite, vt iuxta mandatum nostrum ita ambuletis, neque muneribus vos corrumpi sinatis, neque adulationibus, neque minis & terroribus declinetis siue ad dextram siue ad sinistram, sed regiam viam inceditis, tamquam habentes locum & potestatem nostram, quam vobis propter Ecclesie pacem sumus impertiti, vt vestro labore & diligentia dignè gratiam nostram & Apostolicæ Sedis obtineatis, & nostræ communionis sitis heredes.

LIX. Subscriptiones Episcoporum qui interfuerunt Romana Synodo, ex qua prodit communitorium & littera Petro Legato data.

Zacharias Episcopus Ecclesie Anagninæ & Bibliothecarius Apostolicæ Sedis in hoc communitorio pro receptione Photij sanctissimi Patriarche propria manu subscripsi.

Martinus Episcopus Ecclesie Narniensis in hoc communitorio Apostolicæ Sedis pro restitutione Photij sanctissimi Patriarche propria manu subscripsi. sic & aliqui sequentes.

* Sabinensis.

*

LX.

Audisti, Lector, additamentum Photij de abrogatione Concilij Oecumenici Octaui sub Hadriano Pontifice celebrati, iam superius apertissime redargutum falsitatis, ex recitatis Ioannis Papæ epistolis. Sed detegitur in eodem communitorio eadem etiam impostura ex ipsa subscriptione Episcoporum, qua (vt vidimus) profitentur omnes, se communitorio pro Photij restitutione subscribere. Quod si ex Synodi sententia definita fuisset damnatio Oecumenicæ Synodi, eademque commissa Legatis in dato illis communitorio: vtique magis eam suis subscriptionibus expressissent, quam Photij restitutionem. His accedit etiam patens demonstratio illa, quod cum ipse Ioannes in recitata epistola ad Basilium Imperatorem sæpè profiteatur vti se in eo restituendo dispensatione: certè non dissipationem & destructionem Concilij voluisse significat: nam si illud Concilium abrogare constituisset, dispensatione vti opus non fuisset: dispensatio enim alicuius est legis dispensatio: si abrogata sit lex, non est vbi legis dispensatio locum habeat: dispensatio itaque legis non abrogationem ipsius, sed moderationem semper intelligit, ac proinde manente integro Concilio Oecumenico, in illa parte qua Photium condemnauit, dispensationem locum voluit habuisse.

LXI. At quod in his sumus, vt impostoris Photij falsitatum officinam penitus perferremur:

- Dominicus Episcopus Triuenti.
- Florius Episcopus Marturensis.
- Gaudericus Episcopus Velitrensis.
- Stephanus Episcopus Ferentinas.
- Leo Episcopus * Gabienensis.
- Petrus Episcopus Forosempronienensis.
- Leo Episcopus Tarracinenensis.
- Vualpertus Episcopus Portuensis.
- Simeon Episcopus Fundensis.
- Ioannes Episcopus * Siminorum.
- Benedictus Episcopus
- Gregorius Episcopus Siluæ Candidæ.

- Bonifacius Episcopus Bleranorum.
- Theodorus Episcopus Gallestensis.
- Stephanus Episcopus Nepefinus.
- Presbyteri Cardinales.
- Germanus presb. tit. SS. Ioannis & Pauli.
- Petrus presbyter tit. S. Chryfogoni.
- Benedictus presbyter tit. S. Balbinæ.
- Hadrianus presbyter tit. S. Laurentij.
- Ioannes presbyter tit. S. Cæcilie.
- Diaconi Cardinales.
- Paulus diaconus subscripsi.
- Leo diaconus subscripsi.

D

E

A mur: adhuc alie ex eius penetralibus falsitates produntur in lucem. Calumniatus est insuper eundem Ioannem Pontificem, quod eadem cum Græcis senserit de processione Spiritus sancti. Ad quod probandum epistolam confinxit eiusdem Ioannis nomine ad se scriptam, sed eam multiplici nomine in promptu est redarguere falsitatis. epistola autem sic se habet ex Græco in Latinum à Merio nostro translata:

Ioannes Episcopus seruus seruatorum Dei Photio reuerendissimo & Catholico fratri Patriarche Constantinopolitano, gratiam desuper ad opera salutarem.

Non ignoramus quod nonnulli eorum, qui apud vos sunt, pacis parum studiosi de nostra Ecclesia & de nobis ipsis, veritate neglecta, malè loquuntur. Reliquæ eò progressa est, vt parum ab sit, quin tua fraternitas de nobis, & de iis qui nobis sunt subditi, malè sentiat. Et illi quidem nacti sunt occasionem, sicut etiam ego ipse affirmarem huiusmodi

B proposito satis congruam. Veritas tamen ipsa, vt se habet, nullo pacto est adulterata, neque vitata, vt procedens sermo rem manifestam faciet, & Deus hoc ipsum nobis suo testimonio desuper confirmabit. Verum illi instar eorum, qui vinum aqua miscent & adulterantur, nonnulla à seipsis falsa fingentes & excogitantes adhibent. Oportet enim, vt dæmon, qui ab initio mali opifex fuit, & inter nos & Deum inimicitias posuit, ac deinde nostrum primum parentem à Dei amore separauit, & creatori suo inimicum illum constituit, etiam nunc aliquos habeat sui ministros, & hos ipsos impellat, vt inter Ecclesias scandalum aliquod concitent.

Ego verò ad Deum potius auctorem & largitorem oculos dirigens, qui inimicitias etiam in Cruce sua morti tradidit, pro viribus, illo:um hominum, qui malis delectantur, ora obstruere contendo. Et hæc de causa etiam antequam tua fraternitas aliquid mihi significet, hæc tibi manifesta facere decreui, vt de rebus nostris satis edoctus, aures minis præbeas iis, qui contendere & conuiciari student. Sed ipsos reicias potius & respicias, efficias præterea, vt alij eorum verbis fidem non adhibeant.

C Nouit etiam tua fraternitas, quod cum nuper ad nos accessit is qui à te missus est, & de sancto Symbolo nos consuluit, quomodo inuenit nos illud inconcussum, sicut nobis ab initio traditum est, conseruare, neq; aliquid addidisse, vel detraxisse, cum rectè nouerimus, quod eos qui talia facere audent, grauis condemnatio expectat. Reuerentiæ itaque tuæ iterum significamus, vt de hac additione in Symbolo (EX F I L I O scilicet) tibi satisfaciamus, quod non solum hoc non dicimus, sed etiam quod eos qui principio hoc dicere sua insania ausi sunt, quasi transgressores diuini verbi condemnamus, sicut Theologiæ Christi Domini eueriores, & sanctorum Pontificum, & reliquorum sanctorum Patrum qui synodicè conuenientes sanctum Symbolum nobis tradiderunt, & vnà cum Iuda illos collocamus, quod eadem ipsa quæ ille patrare non sunt veriti, non quia Dominicum corpus morti tradiderunt, sed quia Dei Fideles, qui sunt eius membra, schismate segregarunt, & inuicem diuiserunt; & ita æterno igni illos præcipites dantes, & multò magis seipos, vt fecit prædictus Iudas indignus Christi discipulus, suffocarunt.

D Arbitramur autem tuam reuerentiam rectè nosse, cum sis sapiens & doctrina præditus, quod dum, vt reliqui nostri Episcopi nobiscum idem sentiant, totis viribus contendimus, non mediocrem id nobis molestiam affert. Et reuerà rem adeò grauem tam cito commutare, nullus id facere posset, licet breui tempore ortum habuerit, nec multorum annorum spatio fuerit confirmata. Et hæc de causa rationi congruum nobis visum est, ne violenter aliquis cogatur à vobis additionem illam dimittere, quam ipse adiecisse Symbolo se nouerit, sed potius mansuetudine aliqua huiusmodi homines admonere, & paulatim à blasphemia reuocare. Pascite (inquit summus Apostolorum Petrus) qui in vobis est gregem Dei, prouidentes non coactè, sed spontaneè, neque vt dominantes in Cleris, sed forma facti gregis. Qui igitur ita nos accusant, ac si talia malè sentiamus, non iure nos accusant. Tuam itaque decet fraternitatem, neque scandalum aliquod aduersus nos pati, neque à reliquo Ecclesie corpore proscindi, sed potius nobiscum Fidei agones sustinere cum prudentia & longanimitate; & alios qui à veritate declinauerunt, ad illam amplectendam reuocare, vt pro his eandem nobiscum mercedem recipias. Vale in Domino, reuerendissime & Catholice frater.] hæc apud Photium Ioannis Papæ nomine, commentum & impostura eiusdem vtique Photij, pro arbitrio scripta fingentis, nisi potius alicuius alterius Græcorum eiusdem sententiæ assertoris illud sit opus.

LXII. NOMINE IOANNIS PAP. CONFICTA A PHOTIO EPISTOLA.

LXIII.

LXIV.

LXV.

1. Pet. 5.

Siqui-

LXVI. Siquidem ipse Photius in epistola illa, quam eo argumento ad Archiepiscopum Aquileiæ conscripsit, quam suo loco inferius reddidit, eius epistolæ à Ioanne Papa ad se conscriptæ nullam penitus habuit mentionem: quam si accepisset, magno certè præconio exhibuisset, vel saltem citasset, qui etiam mentiendo (vt videbis) aliquos ex Romanis Pontificibus eius assertores sententiæ fuisse tradit; at de ipso Ioanne cum verba facit, nihil de eiusmodi epistola ab ipso scripta, vel leuiter saltem meminit, sed tantum de legatis ipsius Constantinopolim missis, & in Synodo antiquæ Fidei professione subscribentibus eo additamento, **F I L I O Q V E**, carenti. Sed de his calumniosè nomine Synodi Oecumenicæ per Photium tunc gestis, hoc eodem anno, paulò inferius dicturi sumus.

LXVII. His autem Ioannis Papæ temporibus in Romana Ecclesia absque aliqua ambiguitate vsu receptum, vt Spiritus sanctus à Patre Filioque procedere diceretur, inter alia argumento est, quòd Ioannes^a S. R. E. Diaconus scribens ad hunc ipsam Ioannem Pontificem quatuor à se elaboratos libros vitæ S. Gregorij Papæ, vbi agit de Dialogis ab eo scriptis, & in Græcum à Zacharia Papa translatis, iuste queritur, quòd cum ipse^b S. Gregorius in eis asseruerit disertis verbis, Spiritum sanctum à Patre Filioque procedere, illi textum corruperint, illaque verba, **F I L I O Q V E**, abradendo inde abstulerint. eos magnopere redarguens, quòd audacter nimis, sicut & impudenter, S. Gregorij textum ita corruperint; planè significans Romanam Ecclesiam nihil diuersum ab ipso S. Gregorio Papa sentire, nec Ioannem ad quem scribit, ab ea sententiâ discrepare.] sed ad legationem Ioannis Papæ missam Constantinopolim redeamus.

LXVIII. Dedit eidem Petro presbytero Cardinali Legato Ioannes Papa epistolam ad Clerum Constantinopolitanum, itidemque & Patriarchas trium Orientalium Ecclesiarum, cuius duplex extat, altera^c Latina autographia in Regeſto Ioannis, altera in Actione secunda Synodi Photianæ, quam hic verbatim reddere, ne tua patientia, Lector, abuti videamur, omittimus. Satis sit illud non ignorare, hanc sicut ceteras recitatas passim esse perditissimi hominis Photorij imposturam, vt in illis Ioannis verbis: Venerabilem fratrem Photium coram Synodo misericordiam quærendo Patriarchatus honore fungi volumus, &c.] abrasit ista ille superbus professionem humilitatis insinuantia, & loco eorum (vt in ceteris fecerat) ista posuit: Photius Patriarcha sanctissimus & religiosissimus frater noster non dedigneretur in conspectu Synodi gratiam & studium nostrum, quin potius viscera misericordiæ Romanorum Ecclesiæ prædicare, quòd ab eâ sit receptus, &c.]

LXIX. Dedit & alias^d litteras Ioannes eidem Petro Legato, iis qui Photium abhorrentes, nullo pacto adduci valebant, vt cum eo communicarent, monens eos, vt quem reciperet bono pacis Romana Ecclesia, ipsi eum recipere non recusarent, alioquin dedisse in mandatis Legatis, vt extra Ecclesiam facerent omnes, qui Photium ab Ecclesia receptum recipere denegarent.

LXX. His Ioannes Papa datis Petro litteris, dimisit eum Constantinopolim proficisci: quem illuc eodem anno ante mensẽ Nouembris, vt suo loco patebit, certum est peruenisse, vbi redditis omnibus quas attulerat à Ioanne Pontifice litteris, ceteris antea missis iunctus Legatis est. Sed non accidit secundum quod in sacris sententiis est: ^e Funiculus triplex difficilè rumpitur. Siquidem arte sua Photius illum in tenuissima fila resoluit, & pro arbitrio vsus, telæ suæ, quam erat orditus, intexuit: etenim ad omnia & præ omnibus ab eo, vt muta pecora ducti sunt, magna cum Sedis Apostolicæ ignominia, vt numquam tam sordida, tamque indigna ab Apostolica Sede legatio missa fuerit, si vera esse dixerimus, & non conficta sunt à Photio, quæ in sua Synodo Constantinopoli celebrata hoc anno, leguntur. Procurauit contextor imposturarum, & falsitarum confutor Photius, vt litteræ omnes à Ioanne conscriptæ in suas manus deuenirent, quas legendas in Synodo ipse Græco sermone reddens, pro arbitrio voluntatis aptauit, alia (vt vidisti) addens, alia minuens, mutans alia, adeo vt in omnibus quæ ipse veller, Romanum Pontificem in litteris suis cogere loqui Ioannem & profiteri.

LXXI. De his acturi, illud in primis contestamur, nos non profiteri omnino, rei veritate gesta esse, quæ facta dicuntur; sed quæ facta scriptis reperiuntur asserta, nos integrè reddituros. Quis enim ea omnia à Photio, falsitarum omnium architecto iure dicendo, ordinata, disposita, concinnata, descripta, vera fuisse, audeat affirmare? Mendaci, in re præsertim graui, quis credat? Impostoris operibus fidei quis adhibeat, atque falsarij quis tutè scripta recipiat? Talis planè est conditio pseudosynodi Photianæ vnâ cum

^aIoan. Disc.
vit. Greg.
lib. 4. cap. 75.
^bGreg. Dial.
li. 2. cap. ult.

^cIoan. epist.
200.

ALIA FALSATA A PHOTIO EPISTOLA.

^dIdem epist.
202.

^eEcl. 4.
LEGATI APOSTOLICI SEDUCTI A PHOTIO.

A cum auctore in imis inferis obruendæ. Attamen à mendaciorum officina, & contextore comentorum & falsitarum, quæ in eis sunt inuenta, depromimus, vt mala scias, quæ exsuffles, & secundum illud Apostoli: ^a Omnia probate: quod bonum est, tenere] ex contrarij cognitione scias verum quod amplectaris. At ne tu putes nos nouissimos tantummodò in Photium ista proferre, & in pseudosynodum ab eo habitam declamare: siquidem (vt suo loco dicturi sumus) tam Orientales, quam Occidentales, tum Imperatores, tum Romani Pontifices idipsum abundantius præstiterunt, vt non nouum aliquod nos proferrent, sed vetera de thesauro antiquitatum, adhuc tamen nota paucis, in lucem prodere, quæ antiquitus reperiuntur esse conscripta. Continet tum Vaticana Bibliotheca, tum Columnensis, Acta huius Synodi Photianæ Græcè conscripta, ex quibus summam prodimus ista, cum tamen ipsam integram ad verbum ex Græco Latinam redditam ab eodem Metro possideamus.

In prima Actione Synodi Photianæ perperam ab ipso eius auctore Octauæ nuncupatæ, non habentur ex instituto antiquo Ecclesiæ vsu, dies & Consul, sicut in aliis subsequenti-
bus Actionibus. Totus enim fuit Photius in componendis suo more, nominibus Episcoporum. In prima enim Actione recitatur numerus Episcoporum trecentorum octogintatrium. In omnibus magna adulatio & Græca vanitas & leuitas. Inter alia autem præfatus in Synodo Photius iactat se, quòd Ioannes Romanus Pontifex semel & iterum per suos Legatos eum inuiserit, nimirum primum per Paulum & Eugenium, deinde per Petrum, sed falsò. siquidem, vt vidimus in litteris Ioannis, nequaquam cum eo communicauerunt primi Legati Paulus & Eugenius, de quo idem ipse Photius conquestus legitur in litteris ad Ioannem ipsum datis.

C Post hæc eadem Actione Ioannes quidam Heracleæ Thraciæ Episcopus multa effudit contra Romanam Ecclesiam, quam omnium illorum quæ acciderant malorum originem appellauit; ad quæ euertenda & curanda, illa esset Synodus congregata: multa etiam contra Nicolaum Papam & eius successorem Hadrianum oblatrans ingessit; contra verò, ipsum Ioannem Romanum Pontificem valde laudauit. deplorat verò post hæc multa quæ (vt dicebat) iniuste passus sit Photius. Inducit insuper Actio illa Legatos Apostolicæ Sedis munera Photio offerentes, nempe sacerdotales vestes, & ornamenta Episcopalia, de quibus nihil in Ioannis Pontificis litteris, in quibus eiusmodi erant solita scribi. & sic post alia quædam friuola finem accipit Actio prima.

Secunda Actio habita legitur decimasexta die Nouembris, Indictione decimatertia, in qua primum lectæ sunt litteræ Ioannis Papæ ad Imperatorem, deinde alia eiusdem Pontificis ad Photium, quæ superius sunt recitatae duplicis editionis. Quibus lectis Photius interlocutus suas laudes extollit, præcipuè suam humanitatem falsò ostentat erga Ignatium exhibitam, qua etiam iam defunctum eum profecuturum vanè pollicitus est.

D Lecta post hæc fuit epistola Michaëlis Patriarchæ Alexandrini ad Imperatorem ad finem illum tendens, vt Octaua Synodus Oecumenica destrueretur. His lectis introductus est Thomas Metropolita, qui fuit vnus ex Legatis tribus Orientalium sedium in Octaua Oecumenica Synodo, aliis duobus (vt illic dicitur) mortuis. procuratum est à Photio, vt hic pœnitens recanter palinodiam de ministerio exhibito in dicta Oecumenica Synodo. Lecta est post hæc epistola Theodosij Patriarchæ Ierosolymorum ad Photium scripta, tota, vt Photius voluit, encomiastica. postquam autem lecta est epistola Patriarchæ Antiocheni pariter Theodosij nominati eius itidem argumenti, & alia eiusdem generis Abrahamij Metropolitæ Amydorum, continens acrem inuectiuam contra Octauam legitimam Synodum: terminata est Actio secunda Synodi Photianæ.

E Tertia verò quæ secuta est Actio incidit in decimooctauum diem eiusdem mensis Nouembris eiusdem decimatertiae Indictionis. in qua lecta primum est epistola Ioannis Papæ ad Constantinopolitanam Ecclesiam, & Episcopos ipsi subiectos, & ad Patriarchas Orientis, eiusdem argumenti quo priores superius recitatae. Quòd autem iisdem litteris Pontifex profiteatur pacem se procurare Orientalis Ecclesiæ: hinc magna secuta est concertatio asserentium, quòd iam ante Ioannis litteras pace fruerentur, sequentes Phorium Patriarcham, arguentes Pontificis litteras vti superfluas. Et quòd de diocesi Bulgariæ scripserat, ad Imperatorem reiiciendum esse negotium clamitarunt, cum agatur (vt aiebant) de Imperij terminis, qui sub eius sunt ditione. Lecta post hæc epistola Theodosij Episcopi Ierosolymorum ad Imperatorem, qua deplorat

misc-

^a1. Thef. 2.

LXXII.
SYNODVS
PHOTIANA
FALSO DICTA
OCTA-
VA OECU-
MENICA.

LXXIII.

LXXIV.
ACTIO II.

LXXV.
ACTIO III.

miserias suas, quas pateretur à Sarracenis, prouocans Imperatorem ad eleēmosynas largiendas. Lectum post hæc fuit commonitorium à Ioanne Pontifice Legatis datum, suo loco superius recitatum. & sic clausa est eius diei Actio tertia.

LXXVI.
ACTIO IV.

Contigit quarta Actio celebrari eodem mense Decembris, feria quinta in Vigilia Natiuitatis Domini, eadem decimatertia Indictione, quæ tamen in alia eiusdem pseudo-synodi editione hæc ponitur ordine prima, utpote quod omiſſis tribus aliis superius positis Actionibus hæc prima incipit numerari, & sic deinceps vsque ad quartam. In hac igitur Actione primò habetur de Legato recens misſo à Patriarcha Antiocheno, afferente litteras etiam à Patriarcha Ierosolymitano, qui ingredi iuſſus litteras dedit. lectæ sunt ipſæ multa in laudem Photij & de communicatione mutua conseruata cum ipſo continentes, necnon assertionem illam, Legatos nimirum Patriarchalium sedium misſos antea ad Octauam Synodum, fuisse non Patriarcharum, sed Legatos Sarracenorum, istiusmodi inculcantes in destructionem Oecumenicæ Synodi, quæ verè creditæ sunt à Photij officina depromptæ. Post hæc introducti sunt duo Patricij pœnitentes de his quæ in Octaua Synodo contra Photium egissent, affirmâtes se à falsis Legatis fuisse deceptos. Lecta sunt capitula quinque tamquam à Legatis Romanis propoſita, primum de diceceſi Bulgaria; secundum de non eligendo amplius laico in Episcopum Constantinopolitanum; tertium, ne ab alia ſumatur Eccleſia; quartum, de Synodo habita contra Photium ut abrogetur; quintum, ut qui cum Photio non communicarēt excommunicati eſſent. Quæ omnia recepta à Synodo fuerint præter illud de Bulgarorum diceceſi, quod Imperatoris voluntati commiſſum eſt. & sic exitum illum eſt conſecuta Actio quarta quem Photius voluit.

LXXVII.
ACTIO V.

Quæ autem quinta eſt Actio celebrata, ponitur anno ſequenti, die vigeſima ſexta menſis Ianuarij, eadem Indictione decimatertia, in qua Photius de Septima Synodo ſermonem inſtituit, calumniamq; ex ea ſtruxit aduerſus Romanam Eccleſiam, quod de Septima Synodo recipienda, eſſetne Oecumenica, dubitaſſet, cui Legati ſatiſfecerunt. Et firmatum eſt omnium ſententia, ut Oecumenica Septima Synodus diceretur. His ſucceſſit citatio Metrophanis Metropolitanæ Smyrnenſis Eccleſiæ, cuius ſumma cum laude eſt crebra mentio in legitima Octaua Synodo, accedere iuſſus ut ſchiſmaticus, qui ſecutus Ignatij partes, cum Photio noluerit vlllo pacto communicare. Inter hæc facta eſt ſuggeſtio (ſeu potius à Photio ficta) legatorum Apoſtolice Sedis, ut ex ſententia Ioannis Pontificis Canon conſtitueretur, quo iuberetur, ut excommunicati vel depoſiti à Romano Pontifice, à Photio non ſuſciperentur, ſicut eſt contra qui depoſiti eſſent à Photio vel excommunicati, non reſtituerentur, neq; abſoluerentur à Romano Pontifice.

LXXVIII.
SANCITI IN
EA CANO-
NES.

Sicque conſectus de his eſt primus Canon. quo quis non videat ſanctam Photij calliditate interceptas eſſe appellaciones ad Apoſtolicam Sedem & reſcurſum ad eam? ſiquidem ablata fuit per Canonem iſtum auctoritas Romani Pontificis, ut iudicare non poſſet quos Photius condemnaſſet. Quis animo concipere poteſt, Legatos Apoſtolice Sedis adeò oſcitanes & prodigentes iura Apoſtolice Sedis, ut & aduerſus contra ea obnitentes non tantum non reſtiterint, ſed ut iſthæc ſancirentur, ipſi ſuggeſſerint? an non manu palpantur commenta Photij?

LXXIX.

Statutus eſt autem poſt hæc, eodem ſuggerente Photio, Canon ſecundus, ne quis relinquens Episcopatum tranſiens ad ſtatum monaſticum, Episcopatum retinendi haberet amplius facultatem, nec ad illum reuertendi aditus patefieret. Hic non prætereundum, quod Gratianus malè conſultus Canonem hunc tamquam ex legitima Octaua Synodo deſcripſit totidem verbis in libro^a Decretorum, qui planè odio Photij impoſtoris fuerat exufflandus. Additus eſt in hac etiam Actione tertius Canon aduerſus ſæculares magiſtratus carceri mancipantes vel verberantes Episcopos. Secura ſunt hæc ſubſcriptiones omnium, in primis verò Legatorum Apoſtolice Sedis, cum deteſtatione omnium Synodorum ſub Hadriano Pontifice contra Photium collectarum.

LXXX.
ACTIO VI.

Conuenerunt poſteà iſdem die decima menſis Martij, fuit feria tertia, Indictione decimatertia, non in Eccleſia, ut antea, ſed in Palatio, in Aureo triclinio, loco ita dicto, vbi Actionem ſextam habuerunt, cui Imperator interfuit, qui ex ſuggeſtione Photij Fidei definitionem à Synodo poſtulauit. ſicque conſenſu omnium exhibita eſt definitio Fidei comprobata in ſeptem Synodis Oecumenicis, conteſtationibus apoſitis, ne quid ab aliquo adderetur, vel minueretur omnino; recitatumque eſt Nicænum Symbolum ſiue Constantinopolitanum dictum. Ita ſuggillantes Latinos, quod appoſuiſſent verba illa,

27. q. 1. c. 45.
Temporis
hoc nequa-
quam.

illa, FILIOQUE. His approbatis ab omnibus, ſubſcripſit Baſilius Imperator, improbanda ſua ſubſcriptione cuncta quæ contra Photium acta eſſent in Octaua legitima Synodo, cui ipſe ſubſcripſerat vnà cum filiis, quos & huic pseudoſynodo pariter ſubſcribere voluit. Sicque ſexta Actio eſt conſummata, acclamationibus præcedentibus.

Post triduum verò, nempe decimatertia menſis Martij, die Dominico eiusdem decimatertia Indictionis, habita eſt ſeptima atque nouiſſima Actio in magna Eccleſia, vbi iuſſa eſt legi Fidei definitio in præcedenti Actione probata, additis & multiplicatis anathematismis, ſi quis quid ei adderet vel minueret. Sicque abſoluta eſt Photiana Synodus, Octaua dicta & generalis. cui non ſicut in commonitorio iuſſi ſunt præſidere Legari Apoſtolice Sedis, ſed Photius ſemper primo loco legitur præſuiſſe, aſſilentibus Legatis Apoſtolice Sedis. Hanc Græci lambunt, hanc venerantur, & ut diuinum quoddam oraculum obſeruant, atque custodiunt. Sed quomodo paulò poſt eadem fuerit cum ſuo auctore condemndata, dicturi ſumus inferius ſuo loco. Quod autem ipſe Ioannes Papa Photianam ſynodum hanc non receperit cum additamento condemnationis Octauæ Synodi Oecumenicæ, ſuo item loco, anno ſequenti, ex eius litteris tunc datis, dicturi ſumus. atque pro ratione temporis quæcumque aduerſus eam tam in Oriente quàm in Occidente ſunt declamata, Annalibus intexemus. hæctenus de Photiana ſynodo hoc anno cecepta, & ſequenti conſummata.

De qua illud admiratione dignum, quod non ſit aliquis ex Græcorum hiftoricis res Baſilij Imperatoris proſecutus, qui huius Photianæ Synodi meminere; cum contra ferme omnes de Octaua legitima Oecumenica, in qua Photius eſt à throno depoſitus, mentionem faciant: certè non Curopalates, non Cedrenus, non Zonaras, non Glycas, non Conſtantinus Manafſes de huiusmodi Photiana ſynodo vel verbum vnum; cum tamè, ſi talis fuerit, tamque numerosa, & quæ Oecumenicam damnaſſet, haud videri poſſit ſilentio prætermiſſa. Vnde de ea ſuſpicio augetur, ut ea tota ita fuerit Photij ſtylo conſicta, & eiusdem penicillo mendacij colorata, ſicut ab eo aliàs factum eſſe, ſuperius eſt demõſtratum.

Interea verò Baſilius Imperator, cum Conſtantini filij obitu inconſolabili dolore afficeretur, iuſte quidem à Deo punitus, ut primogenito priuaretur, cum Photium recipit, qui de illius ſucceſſione commentitijs ſcriptis fuerat læta admodum falſo vaticinatus: factum eſt ut Theodori Euchaitarum Episcopi, cognomine Santabareni, præſtigijs ac necromantia eiusdem filij defuncti potiretur aſpectu. de his Zonaras verbis iſtis: Hic Imperatori factus familiaris ob ſummam de eius virtute perſuaſionem, quod etiam miracula edere crederetur. Iſ igitur fertur Imperatori defunctum filium oſtendiſſe viuentem, cum effeciſſet, ut Conſtantinus equo inſidens patri occurrere videretur, quem cum amplexus & deoſcularus eſſet, non amplius viderit Imperator. Sed & alijs ſimilibus factis Santabareni, Imperatore in admirationem adducto, effecerat, ut is totus ex ipſo penderet, & fidem ei haberet, neque vlla in re diſſideret. Imperator igitur hoc modo in Santabarenum affectus fuit.

Sed Leo filius eius iam adultus, & Martinacij filia vxore ducta à patre Imperator ſalutatus, Santabareno non delectabatur, ſed eum veneficum appellabat, & præſtigiatorem, & Imperatoris deceptorem. His ille veluti ſpiculis quibuſdam icus, ad vltionem inſurgit, ſimulataque erga Leonem beneuolentia: Cum ſis, inquit, adoleſcens Imperator, & cum patre veneris & equites: pugio etiam tibi deferendus eſt, quo & contra feram vtraris, & patri portigas, cum res tulerit, aut etiam inſidiatores eius vlcifcaris. Is dolo non animaduerto, pugionem, ut ille ſuaſerat, in calceo fert. Eo pugione Santabareni ad delationem Leonis vſus: Imperator, inquit, filius tuus tibi inſidiatur. Indicio illud eſt, quod in venatu pugionem occultum gerit. His auditis venatum exit Baſilius, Leo patrem comitatur. inuentus eſt pugio in calceo Leonis occultatus: viſus eſt vera dixiſſe delator. Rei deſenſio non admittitur, ardet iracundia pater contra filium. In quodam Imperatorio cubiculo ipſum concludit: & (ut quidam tradunt) ei oculos eruere in animo habebat, Santabareno ad id eum inſtigante. idque omnino futurum fuiſſet, niſi Patriarcha & Princeps Senatus multis precibus Imperatorem à ſententia deduxiſſent. hæc Zonaras, & ante eum Curopalates, & alij. Quomodo vix poſt longum tempus Leo fuerit liberatus, ſuo loco dicturi ſumus. Sicque non vno tantum Conſtantino, ſed & Leone Baſilius infelix, vel ſaltem ad tempus, orbatus eſt opera impoſtoris Photij promotoris Santabareni, quo idem Photius Legato vſus fuerat (ut dictum eſt) ad Ioannem Pontificem

cem Romam pro sua restitutione impetranda, & auctoritate Apostolica confirmanda.

LXXXV. Quod verò ad ipsum Ioannem Papam pertinet: reperiuntur & aliæ anni huius ab eo res gestæ sparſæ in pluribus epistolis eius hoc anno datis non obruendæ silentio, sed saltem breuiter memorandæ. Misit Legatum ad Regem Bulgarorum, sed frustra, cuius legationis plures eius extant epistolæ. excommunicat Ansbertum Archiepiscopum Mediolanensem, quod vocatus ad Synodum Romam non venisset, nec excusationem misisset. Celebrata ab eo fuit Synodus Romæ Kalend. Maij, vt aliæ ipsius ad eundem datæ litteræ indicant, sed quod idem excommunicatus Missas celebrauerit, absolui non meruit. cùm & ad Ecclesiam Mediolanensem scribit, vt alium eligant in locum eius Mediolanensis Ecclesiæ Archiepiscopum.

175. 176. 184. 189. 192. Idem ep. 177. Idem ep. 182. 196. 204. Idem ep. 210. 221.

LXXXVI. Insuper non prætereundum, quod cùm sanctus Methodius Morauorum Ecclesiis præfectus Archiepiscopus ab Hadriano Romano Pontifice, Apostolicum munus dignè persoluens, apud Ioannem ipsum Pontificem calumniam passus esset, quod aliter doceret, quàm coram Apostolica Sede professus fuisset: ea de causa, hoc anno, eum idem Ioannes Pontifex Romam vocat, vt Fidei suæ atque prædicationis susceptæ redderet rationem. extant de his Ioannis epistolæ. Venit ipse, sed anno sequenti, seque verè Orthodoxum ostendit, de quo suo loco dicendum.

S. METHODIUS MORAVIARUM ARCHIEPISCOPUS ACCVSATVR.

Idem ep. 194. 195.

LXXXVII. Eodem anno cùm nonnulli Italiæ Principes & populi, suæ priuatæ causæ prospicientes, publicam negligentes, cum Sarracenis fœdus iniissent: Ioannes Papa, vt contractum fœdus dissoluerent, sub pœna excommunicationis eidem præcepit. Illorum caput fuit Pulcharius Præfectus Amalphitanus, ad quem eo argumento scriptæ extant litteræ ipsius Ioannis Pontificis. Hoc etiam præcepit Athanasio Episcopo Neapolitano, præfecturam seu ducatum eius ciuitatis agentis, cuius pariter argumenti eiusdem Ioannis Papæ plures ad eum extant epistolæ, siquidem Athanasius ipse oblitus se iam Episcopum, non solum quæ Episcopi essent pietatis officia prætermisit, sed quæ etiam boni Principis essent munera neglexit, & quæ sunt tyranni sectatus, magno omnium Fidelium scandalo fœdus inicit cum Sarracenis, quorum viribus dominari posset: cuius execrandi sceleris causa plurimæ in ipsum fuere Ioannis Papæ querelæ comminationibus iunctæ, de quibus rursus inferius suo loco dicendum.

Idem ep. 209. 225. 227. 242. Idem ep. 241. 265. 270. 294.

LXXXVIII. Eodem anno Capuanam ciuitatem liberat ab incursionem Guaiferij Principis Salernitani Ioannes Papa, præcipiens ei sub excommunicationis pœna abstinere ab inferendo bello Capuanis. extant ea de re plures eiusdem Pontificis litteræ. Narrat Leo Ostiensis Ioannem ipsum Pontificem profectum esse Neapolim atque Salernum, additque hæc de obedientia Guaiferij: Porro Guaiferius Salernitanus Princeps in omnibus Papæ obtemperans, & fœdus Sarracenorum rupit, & plurimos ex eis trucidauit. & in primis de eius fine: Sub idem tempus Guaiferius Princeps memoratus languore correptus, monachus effectus est, rogans se ad hoc Cassinense monasterium deferri. Verùm quia propter incursionem Sarracenorum huc inferri non potuit: defunctus in monasterio apud Theanum, corpus eius humatum est.

Idem ep. 214. 215. Leo Ostiensis lib. 5. cap. 42. 44.

LXXXIX. At quod pertinet ad ipsam Capuanam Ecclesiam, idem Leo Ostiensis in eadē historia Cassinate hæc habet: His diebus, Capuani, expulso Landulpho Episcopo canonice electo, Landenulphum quemdam de suis nobilibus coniugatum atque neophytum sibi in Episcopum elegerunt, multisque precibus iam dictum Papam fefellerunt, vt eis ille consecraretur Episcopus. Quocirca Bertharius venerabilis Abbas Cassinensis, & Leo Theanensis Episcopus Romam profecti, sum mum Pontificem orabant, ne iniustæ postulationis precibus vllis annueret, ex qua grauis populo ruina immineret, & multa effusio sanguinis sequeretur. Atque vt apertius scias Apostolice (inquit Abbas) si id fieri permittas: magnum profectò ignem, qui te quoque corripiat, succendes. Tunc ille primò tanti viri constantia territus, postmodum iniquitate præualente, neophytum, hoc est laicum hominem, vt petebatur, consecrari permisit. Hac ciuili discordia Sarraceni opportunitatem nacti, rursus vniuersa diripiunt, iterum cuncta populantur. Cuius rei gratia Apostolicus est Capuam venire coactus. Videns igitur ipsi contigisse, quod noster illi prædixerat Abbas: indoluit animo, ac pœnitentia ductus, Landulphum, quem supra depulsum memorauimus, in Ecclesia beati Petri Apostoli Capuæ veteris ordinauit Episcopum. Landenulphum verò Capuæ Ecclesiæ præesse constituit, cunctumque Episcopatum mandauit inter vtrumque æqua sorte distribui. hæc Leo. his respondent eiusdem

CAPUANVS EPISCOPVS QVA OCCASIONE DIUISVS.

Adem Ioannis Papæ epistolæ, dum eodem tempore Landulphum & Landenulphum Capuanos ostendunt Episcopos.

Porro ne error irrepat, prædecesorem Landulphi, eodem nomine Landulphum fuisse nominatum eiusdem testificatione Ioannis Papæ apparet, vbi de vacante hoc anno, Indictione duodecima, Capuana Ecclesia agitur, & de discordiis inter ciues exortis mentio habetur. Sed de electione Landulphi extat epistola ad dictum Leonem Episcopum Theanensem & ad ipsum electum. De Landulpho autem iam facto Episcopo Capuano, de quæ diuisione Ecclesiæ inter vtrumque, alia Epistola data anno sequenti ad eundem Landulphum, quem vocant Episcopum Suricorum, ostendit ita vt omnia ad amicum respondeant iis quæ à Leone Ostiense scripta recitauimus. Sed & in eadem epistola idem Pontifex ostendit, Landenulphum hunc Episcopum Capuanum fuisse germanum Pandenulphi, quem eiusdem ciuitatis Capuanæ modò Principem, modò Comitum, modò Iudicem vocat. Quanta autem huius occasione illata sint mala in Romanam Ecclesiam, sic idem Leo pergit dicere:

B

Post hæc Pandenulphus, qui tunc Capuæ præerat, in Papæ fide perdurans, orauit eum, vt ditioni suæ Caietam subiceret. Namque, eo tempore, Caietani Romano tantum Pontifici seuiebant. Quod cùm illi Papa concessisset, Caietanos tam acriter infestare cœpit, vt illis vel vsque ad Molas egredi non liceret. Docibilis quidem tunc eis præerat Dux. Is tantum dedecus sibi fuisse illatque minimè ferendum putans: misit Agropolim, & Sarracenos ibi degentes euocans, primum illos ad lacum Fundanum per mare deduxit in locum, qui Sancta Anastasia dicitur. Inde per fluuium Fundos vsque ascendentes, ibi scaphis egressi, cunctaque per circuitum depopulantes, Caietam tandem perueniunt, & in Formianis collibus castra posuerunt. His Papa compertis, pœnitentia ductus, blandis alloquiis & epistolis ac pollicitationibus multis Caietanos lenire cœpit, vt eos sibi conciliaret, atque à Sarracenis abduceret. Cuius monitis Docibilis Princeps obtemperans, rupto fœdere bellum cum Sarracenis protinus inicit, in quo tamen Caietanorum plurimi cæsi & capti sunt. Rursum Sarraceni cum Docibile fœdus inierunt, captiuisque redditus, Garilianum ad habitandum ab eo directi sunt. Vbi annis fermè quadraginta constituti, innumera vndique mala gesserunt, multumque Christiani sanguinis effuderunt. Quo in loco dum eos crebrò Principes nostri debellare tentassent, diuino iudicio vsque ad id tempus inuicti perstiterunt. hæc Leo.

C

Porro profectum esse Caietam ipsum Ioannem Papam, suis litteris ipse docet. De rumpendo autem fœdere icto cum Sarracenis, & de Caietanis & aliis Ioannes Papa in epistola ad fœderatos cum Sarracenis ista habet anno sequenti: Idcirco vobis inducias vsque ad Kalend. Decemb. istius tertiadecimæ Indictionis, ad illam pacem cum Sarracenis frangendam largimur, & tam vos, quàm Caietanos atque Amalphitanos lucrari volentes, si vsque ad idem tempus omnem Sarracenorum amicitiam, necnon & omne fœdus dissoluere solito contempseritis: vtrosque sententiæ Ecclesiasticæ iaculis feriemus, & perpetuo anathemati submittemus, vt qui socij disciplinæ esse non vultis, communionis quoque nostræ non sitis participes. hæc Ioannes. Quæ autem hæc secuta sint, à Leone Ostiense iam audisti. Ex aliis Ioannis Papæ litteris, hoc anno datis, aliæ ab eo res gestæ panduntur. Sed prolixius anni huius rerum ab ipso gestarum curriculum.

IESV CHRISTI IOANNIS PAP. VIII. BASIL. MACED. IMP. ANNVS 880. ANNVS 8. ANNVS 14.

Octingentesimus octogesima incipit annus, Indictione decimatertia consignatus, quo absoluta (vt dictum est anno superiori) pseudosynodo Photiana, Legati Apostolicæ Sedis in Urbem reuerſi sunt, litteras ad Ioannem Pontificem ab Imperatore & Photio deferentes, quibus de restitutione Photij, cuius causa tantummodò missi erant, ipse Pontifex certior redderetur; tacerentur verò reliqua, quæ de Synodo Oecumenica abroganda, fuissent in pseudosynodo Photij opera constituta. His acceptis Pontifex litteris, respondens ad eas, congratulatus ipsis de pace reddita Ecclesiæ illi: ad finem verò cautè admodum, sic se probare dicit, quæ in Synodo acta essent de restitutione Photij

XC.

Idem ep. 205. 206. Idem ep. 207. Idem ep. 208. Idem ep. 248.

XCI.

XCII. Idem ep. 256. 270. Idem ep. 277.

LEGATORVM REVERSIO.

Photij Legatis in mandatis data, vt si quid ipsi præter voluntatem Apostolicæ Sedis: plus his operati essent, nullius esset peritus auctoritatis. Sed quas Ioannes Papa reddiderit ad Imp. litteras, videamus. sic se habent:

II. Post innumeras sollicitudines, quibus nimium oneratur Imperiale fastigium, laudabile clementiæ vestræ cognoscimus Christianissimi Imperatoris esse propositum, per quod summotis omnibus discordiarum & zizaniorum seminibus, quæ in agro Dominico humani generis inimicus aspererat, sanctæ Catholicæ Ecclesiæ piissimæ mentis affectu consulere voluistis. In quo scilicet animi voto & desiderio, quantum rebus humanis fauere prouidentia diuina dignetur, sollicitudo clementiæ vestræ spiritu Dei incitata demonstrat, quæ in Catholica Ecclesia misericordem per auctoritatem & iudicium Sedis Apostolicæ, quæ Christo Domino delegante, totius Ecclesiæ retinet principatum, nihil impatum; nihil voluit esse diuersum, cum omnes schismatica prauitate diuisos, vel zelo quolibet separatos atque dispersos clementi affectione vel studio, ad veræ pacis soliditatem, concordiaque sincerissimæ vnanimitatem reuocare, & in vno Christi ouili cum proprio pastore, Photio videlicet, confratre & comministro nostro aggregare curauit. Pro quibus videlicet nostri pastoralis magisterij officium est, apud serenitatis vestræ Augustalem clementiam assidua semper sollicitudine omnimodis intercedere, vt vestræ pietatis maiestas, more Christianissimorum Imperatorum benigna circa omnes existat, & quasi Deo contemplante populum Domini sibi commissum felici regat & gubernet semper intuitu, nec amplius patiatur eos aliquibus sæculi huius procellis illidi, aut malignis perturbationibus concuti, quatenus post hoc vitæ præsentis Imperium, cæleste adipisci, & in æternum cum Domino retinere valeatis.

III. Nunc itaque pro tanta deuotione, animique vestri sinceritate, quam non solum verbis, sed etiam lucifluis operibus, circa Ecclesiam sancti Petri & nostram paternitatem ostendistis, immensas post Deum serenitati vestræ gratias agimus. Primò quidem, quòd dromones, naues scilicet, vestros, qui pro defensione terræ sancti Petri in nostro manerent seruitio, nobis misistis. Secundò quòd monasterium sancti Sergij iuxta vestram regiam urbem constitutum, quod sancta Romana Ecclesia iure proprio quondam retinuit, diuina inspiratione repleti pro honore Principis Apostolorum nostro Præsulatu reddidistis. Tertio verò vobis grates multas referimus, quia Bulgarorum diocesim pro amore nostro gratanti animo, sancto Petro, vt iustum erat, permiseritis habere. Fuit sanè ista ostentatio Græca atque deceptio fraudulenta potius quam exhibita re ipsa munificentia Imperatoris, siquidem naues vix vix recedunt, & aduersus Sarracenos Orientis litora infestantes se conferunt, & ipsi quoque Bulgari sub Photio sunt retenti, vt reddita alia Ioannis ipsius litteræ postea datæ declarant. pergit Ioannes:

IV. Vnde obnixè petimus, vt vestro potenti solatio sanctam Romanam Ecclesiam in hoc periculoso tempore in omnibus adiuuare defendereque non dedignemini, quatenus ex hac vestra Imperiali gloria, Apostolicis suffragantibus meritis, per cunctas mundi partes magis ac magis accrescat, & apud omnipotentem Deum dignam retributionem percipiat. Et iterum humiliter petimus, vt huius bonæ voluntatis ac pietatis affectu, quem pro amore Dei circa Ecclesiam Christi habetis, immobiles permaneatis, quoniam nos Augustalem excellentiam vestram vlnis extensis more paterno amplectimur, & honore debito veneramur, atque assiduis orationibus nostris iuxta sacrosancta beatorum Apostolorum Petri & Pauli corpora suis, omnipotenti Domino commendare studemus, vt pro rantis beneficiis, quæ sancto Petro impenditis, ipse vobis, & in hoc præsentis sæculo vestrum sanctum Imperium cum omni prosperitate magis ac magis conseruet incolume, clarisque semper dignetur vbique decorare triumphis; & in cælesti postmodum regione sempiternam gloriam & beatitudinem cum Sanctis & electis suis habere concedat. Nam & ea quæ pro causa institutionis reuerendissimi Photij Patriarchæ synodali decreto Constantinopoli misericorditer acta sunt, recepimus. Et si fortasse Legati nostri in eadem Synodo cõtra Apostolicam præceptionem egerint, nos non recipimus, nec iudicamus alicuius existere firmitatis. Data Id. Augusti, Indictione decimatercia.] ad Photium verò sic:

V. Hoc nostri semper certaminis & laboris fuit, hoc nostri voti extitit, vt pro Orthodoxæ Fidei integritate, seu pro statu & pace omnium Dei Ecclesiarum, quarum cura constringimur, ad eò operam demus, quatenus dispersa congregentur, congregata conferuantur, & vt quidquid inhonestum, vel aliter, quam se rectitudo habet, per prouidentiam Dei, san-

10. ep. 251. II. IOAN. PAP. AD BASIL. IMP. EPIST.

III. QVAE BA. SILIUS ER. GA SED. APOST.

10. ep. 250. V. IOANNIS AD PHOTIVM LIT. TERAB.

A sanctorum Apostolorum meritis suffragantibus corrigatur, omni animo iuxta officium nobis commissum speculando satagimus. Huius rei gratia more Apostolico sanctæ Constantinopolitanæ Ecclesiæ misereri volentes, decreuimus vt vnus incrementum, nullius fieret detrimentum, quin potius omnium manifestum existeret adiutorium. Conuocata nostra Ecclesia, quantum ad præsens tempus cõgigit necessitas, auctoritate & potestate Apostolica dictæ Constantinopolitanæ Ecclesiæ consulimus, & Legatis nostris directis, vt inoffenso pede incederent, instituimus.

De cuius scilicet vnitate pacis siue concordia gratulamur, & cunãpotenti Domino gratias immensas referentes (licet ei qui tanta bona seruis suis largitur, condignas grates agere non possimus) hunc benedicimus, & assiduis vocibus glorificare studemus. Gloria namque sit illi & omnis laus & virtus, cuius Maiestate & semper perlaudabili gratia certam ad rectitudinem reducuntur, praua diriguntur, contumacia rescinduntur, humilitas exaltatur, zizania quandoque euelluntur, scandala amputantur, & omnis bonitas augmentatur. Vnde non in nobis, sed in eodem Domino gloriemur, iucundemur & exultemus in misericordia eius qui dicit: Confidite quia ego vici mundum. & in alio loco: Sine me, inquit, nihil potestis facere. his præmissis, Ioannes redarguit Phorium, quòd multa sint facta secus atque ipse facienda esse præcepisset; planè insinuans, Legatos suos, eius impulsu, esse transgressos mandata. ait enim:

Sed cum nos scriptis & verbis misericorditer tecum specialiter agendum esse decreuerimus: mirandum valdè est, cur multa quæ nos statueramus, aut aliter habita, aut mutata esse noscantur. Et nescimus cuius studio vel neglectu variata monstrantur. Redarguit eum propterea, quòd cum scripseret Ioannes, ab Apostolica Sede misericorditer cum ipso agendum fore, ob idque ipse coram Synodo misericordiam eius implorare debuisset: non solum id facere neglexisset, sed superbo fastu vanè iactasset, se nihil perperam egisse, cuius rei gratia, misericordia indignus factus esset. pergit enim:

Ceterum scribens subintulisti, quòd inuauens, non nisi ab iniqua gerètibz misericordia sit querenda, quòd & nos de his qui Deum se scire noscantur, licet dispensatorie, fateamur: tamen nos quòd lectum est, exaggerare nolumus, ne quòd dignum est, iudicare cogamur. Ideoque talis excusatio sileat, ne hoc dicentes illa sententia tangat, quæ dicitur: Vos estis qui iustificatis vos coram hominibus; Deus autem nouit corda vestra: quia quòd hominibus altum est, abominabile est apud Deum. Igitur laudabilis tua prudentia, quæ dicitur humilitatem scire, non moleste ferat, quòd ab Ecclesia Dei miserationem iusta est postulare: quin potius ei vt exalteretur, humiliet se, & fraternum discat erga sui miserentem seruare affectum. Quia nos, si tu debitam deuotionem & fidelitatis incrementa erga sanctam Romanam Ecclesiam & nostram paruitatem obseruare studueris: & vt fratrem amplectemur, & vt charissimum proximum retinebimus. Nam & ea quæ pro causa tuæ restitutionis synodali decreto Constantinopoli misericorditer acta sunt, recipimus. Et si fortasse nostri Legati in eadem Synodo contra Apostolicam præceptionem egerunt: nos nec recipimus, nec iudicamus alicuius existere firmitatis. hæc ad Photium Ioannes.

Qui tenax nimis pacis illius Deo inuisa, quam non quomodo Deus, sed quomodo mundus dat, obrulit & accepit; lenitate olei, non ferro chirurgi (vt opus erat) in Photij vlcerosi apostematibus vsus est exemplo prædecessorum sanctissimorum Pontificum Nicolai & Hadriani: tempus belli, & tempus pacis; & paci præstat bellum, verbis Domini sanctificatum dicentis: Non veni pacem mittere in terram, sed gladium: veni serpare filium à patre, &c.] Sed Deo agenda sunt gratia, quia etsi in maximum discrimen per Legatos Apostolicæ Sedis Romana Ecclesia est adducta, vt à Photio plurima indigna pati coacta fuerit: tamen pro defensione eiusdem Ecclesiæ, vt perseveret illibata absque macula & sine ruga, dedit eidem Ioanni Vicario suo, vt si non gladio, saltem clypeo vsus sit, nimirum vt cum apud Imperatorem, tum apud Photium Patriarcham aperte contestaretur, se nihil recipere ex iis quæ in Synodo facta essent, nisi quòd ipsis Legatis in mandatis datum esset, Photium videlicet misericorditer restituere. Clypeus inquam oppositus Græcorum audaciæ fuit, quo Ecclesia Romana seruaretur illæsa, nullaque scederetur participatione eorum, quæ in Photiana pseudo synodo procaciter nimis & impie contra Oecumenicam Octauam Synodum facta essent, dum expressè professus sit, iis se minime consensisse, vel fore aliquando consensurum. Hæc sunt quæ ex litteris eius constant, nec aliquo pacto in dubium reuocari possunt, omnino certa atque secura.

* al. curuata

10. 16. 10. 15. DE QUIBUS REDARGVA TYR PHOTIVS A IOANNE.

VII.

VIII. * al. defendens, vel excusans, Luc. 16.

NON OMNIA PROBATA PER LEGATOS EFFECTA.

IX.

10. 14.

Eccl. 3.

Matth. 10. QVAE PAX NON EXPENDATA, ET QVOD BELLVX EXOPTANDVM.

X. MARINVS LEGATVS A IOANNE AD PHOTIVM.

Porro has litteras Ioannem dedisse Marino Episcopo, qui sibi in Sede successit, & ad hoc missus est, vt vir animo constantissimus, cuncta quæ perperam per tres Legatos gesta essent, irrita redderet: ex litteris Stephani Papæ ad Basilium Imperatorem datis, inferius suo loco recitandis satis apparet, vbi inter multas Marini laudes, hæc verba leguntur: Neque enim hoc dicimus ad tui contumeliam; te enim in vniuerso orbe Deo dilectum prædicamus, sed tantum ad nostram defensionem & Marini maiorem gloriam, qui eadem sensit & sapuit cum prædecessore & doctore nostro sanctissimo Papa Nicolao. Et qui dum voluit adimplere quæ illi de ea visa fuerant, gemina scilicet legatione, Constantinopoli in maximum deuenit apud vos contemptum & ludibrium diuinus ille Marinus. Et cum noluerit simul duci cum iis qui aliena sentiebant, & quæ ipse coram tua maiestate synodice gesserat, dissoluere & annullare, ac irrita reddere: propterea triginta diebus carcere fuit detentus, id sibi gloria potius tribuens, quam contumelia, pro veritate pati.] hæc Stephanus Papa Marini successor ad Basilium Imperatorem, quæ hoc vel sequenti anno contigisse necesse fuit: nam post sequentem Ioanne mortuo, ipsi subrogatus est Pontifex. Hoc igitur anno vel sequenti missus Constantinopolim, quæ destruxerunt tres illi Legati, iste verè dignus Episcopus, verè Apostolicus, & à Deo missus plenus Spiritu sancto Legatus, multa passus egregie reparauit, cuius rei causa eum Basilium Imp. immenso profecutus est odio.

XI.

IOAN. PAP. EXCOMMVNICAT PHOTIVM. aPsal. 35. bPsal. 71.

Quod ad Ioannem pertinet, certè quidem post hæc ab ipso damnatum fuisse Photium, Formosi Papæ litteræ ad Stylianum edocent, ad quarum finem cum ponitur series synodicarum sententiarum & decretorum Romanorum Pontificum, quæ pronuntiata sunt aduersus Photium; vbi recitatur sunt quæ à Nicolao Papa, quæ etiam ab Hadriano aduersus eum sunt promulgatæ sententiæ: vbi ad successorem Hadriani Ioannem hunc ventum est, primò ponitur sententiâ ab ipso contra Photium, cum adhuc esset Hadriani Archidiaconus, publicè recitata, & deinde quæ postea cum esset Pontifex dicta est. hæc enim ibi scripta reperiuntur: Hanc sententiam promulgauit Papa Hadrianus, & Archidiaconus eius Ioannes, qui illi successor fuit. atque alta voce coram ipso ita proclamauit: In Photio completum videmus, domine sanctissime & Oecumenice Papa, illud Psalmi: Dixit peccator vt delinqnat in semetipso, non est timor Dei ante oculos eius: Posuit in cælum os suum, & graueolens eius guttur aperuit Photius aduersus Clauigerum Apostolicæ Sedis. Accendatur itaque vt ignis zelus tuus, & accingere vt vir super femur tuum, & contumeliam Apostolicæ Sedis, vt iustus iudex, vindica, & falce sententiæ tuæ absconde memoriam eius, & illos qui eum sequuntur vel tuentur, anathematis vinculo constringe, & nisi propria voce vel scriptione ipsum damnauerint, vt neque laicali communionem recipiantur. Qui hæc dixit Ioannes, Hadriano in Sede successit, & anathemate Photium damnauit, quando ille seduxit Eugenium & eius socios, qui pro rebus Bulgaria venerant: cum enim accepisset Euangelium, & ambonem conscendisset, omnibus audientibus ita dixit: Quicumque non habet damnatum Photium diuina sententia, sicut ipsum reliquit Nicolaus & Hadrianus sanctissimi Papæ prædecessores mei: sit anathema.] hæc ibi, descripta autem ex superius citato codice Columnensi numero quadragessimoprimo, vbi cuncta quæ ad causam Photij spectant, collecta habentur, & post legitur ibidem Ioannis Papæ Noni epistola ad Stylianum, qua proficitur, eadem sentire se, & eodem loco habere Photium & omnes Patriarchas Constantinopolis ab Ignatio vsque ad Antonium, quo habuerunt omnes sui prædecessores Romani Pontifices, inter quos numerat & Ioannem his verbis:

XII.

Voluntus igitur, vt etiam nunc secundum eandem regulam, decreta sanctissimorum Pontificum prædecessorum nostrorum inconcussa maneant. Quapropter & Ignatium, & Photium, & Stephanum, & Antonium, sicut sanctissimus Papa Nicolaus, Hadrianus & Ioannes, & Sextus Stephanus, & vniuersa Romanorum Ecclesia hucusq; tenuit, etiam nos eodem ordine recipimus & tenemus, &c.] Superius etiam in eodem codice, post recitatum decretum continens probationem Octauæ Synodi sub Hadriano habitæ, quod in dextero aditu magnæ Ecclesiæ Constantinopoli contineri dicitur, hæc ibi scripta leguntur: Damnatur Photius anathemate à nouem Romanis Pontificibus, à Leone, Benedicto, antequam Photius esset assumptus in Patriarcham, ob cõmunionem scilicet cum Gregorio Syracusano, postea à Nicolao, Hadriano, Ioanne, Marino, Hadriano altero, Stephano, & Formoso.] & de Ioanne Papa Octauo hæc subiiciuntur:

Ioan-

A Ioannes verò occasione Bulgariae prouinciæ misit Eugenium & eius socios adhuc superstitie Ignatio Patriarcha: quos cum detinisset Photius & variis modis coëgisset, adduxit eos vt secum communicarent, & alios etiam errare fecerunt; qui Romam reuersi à Ioanne in ambone illos anathemate damnante, fuerunt depositi.] hæc ibi. Quæ cum ita reuerà se habuerint, accedet ad hæc probanda illud euidentis argumentum, quod nusquam amplius in litteris eiusdem Ioannis Papæ ab anno præfenti, vsque ad finem sui Pontificatus conscriptis mentio de Photio habetur, vt interrupta penitus mutua communicatio visa sit. Cum enim Ioannes minus assequi se posse cognouit promissam restitutionem Bulgariae dioceseos, cuius causa inductus Græca astutia fuerat, vt Photium restitueret, & illud se fuisse planius intellexit, atque etiam quæ contra Oecumenicam Synodum Octauam facta essent certius adinuenit, & falsatas ab eo suas litteras cognouit, & alia innumera ab impostore illo perpetrata esse rescivit: tunc (quod dictum est) Marinum ad ea infirmanda Legatum misit, & Legatos à se antea missos præuaticatores inuentos damnauit, atque Photium omnium malorum auctorem perpetuo anathemate percussit. at de Photio hætenus.

Hoc anno ingenti victoria est potitus Basilium aduersus Sarracenos Orientis oras infestantes, expugnata eorum classe, de qua est celebris mentio apud Curopalatem & alios Græcos historicos; verumtamen cæca illa antiqua rerum gestarum memoria & obscura, quæ nulla face certi temporis illustratur: porro hoc anno illam contigisse, ex Ioannis Papæ epistola ad Carolum Imperatorem compertum habetur, vbi post alia hæc habentur: Postremò, sili charissime, quod sciscitami de Græcis atque Ismaëlitis, & ceteris quibusque exteris nationibus vel conciuibus, qualiter res agantur: breuissimè respondemus. Sed vt hæc omnia ex intimo corde atque dolenter aduertatis, omni mentis conamine exhortamur. Tamen Deo sint grates, quia Græcorum nauigia in mari Ismaëlitatum victoriosissimè strauerunt phalanges, & eos (prout Dominus voluit) debellarunt. Sed nos tamen tam ipsi dicti Ismaëlitæ, quam alij conciuies nostri impugnant, ac persequuntur, vt extra muros Urbis nullatenus vel qui labore manuum suarum viuere valeant, vel qui (vt ita dixerim) Christianitatem suam, sicut decet, obseruent, egredi liberè possint. Ac per hoc, immò pro his omnibus, si citissimè & omnibus occasionibus, omnibusque excusationibus postpositis & contemptis ad omnè nobis & huic regioni valde afflictæ solatium conferendum non veneritis: proculdubio scire potestis, quia ad peccatum vestrum, & ad damnum omnium hæc terra peribit. Vnde pro Deo festinanter iter ad nos veniendi assumite: Et vt bella Domini, vice illius præliemini, ad beatorum Apostolorum Limina, Deo præduce, pro Christianorum omnium auxilio properate.] hæc Ioannes Papa, tertio Kal. Nouembris ad Carolum Imperatorem scripsit.

Verit hoc anno sanctus Methodius Apostolus Morauia Romam, vocatus anno superior, vt audisti, à Ioanne Pontifice, rationem reddere Fidei, quam prædicabat, sicut olim Paulus ex Arabia venit Ierosolymam Euangelium conferre cum Petro. Vana enim est cuiusque, quantumlibet sanctissimus appareat, prædicatio, nisi Petri sit consentiens Euangelio; vnde etiam de hæreticis, qui sese in Ecclesia iudices dogmatum constituunt, dictum possit intelligi Dauidicum illud: Absorpti sunt iuncti petrae iudices eorum.] Methodius igitur vbi Romam venit, quam profiteretur & prædicaret fidem coram Pontifice palam exponens, ab eodemque verus probatus Apostolus, ad opus ministerij reueri iubetur, cui reuertenti Ioannes litteras ad eius prouinciæ Principem dedit, quæ cum contineant nouæ coalescentis Ecclesiæ illius cunabula, hic describendæ erunt, sic enim se habent:

Dilecto filio Ssentopulchro glorioso Comiti. Industriae tuæ notum esse volumus, quoniam confratre nostro Methodio reuerendissimo Archiepiscopo sanctæ Ecclesiæ Marauensis vnà cū Semilino fideli tuo ad Limina sanctorum Apostolorum Petri & Pauli, nostramque Pontificalem præsentiam veniente, atque sermone lucifluo referente, didicimus tuæ deuotionis sinceritatem, & totius populi tui desiderium, quod circa Sedem Apostolicam & nostram paternitatem habetis. Nam diuina inspirante gratia, contemptis aliis sæculi huius Principibus, beatum Petrum Apostolicum ordinis principem, Vicariumque illius habere patronum, & in omnibus adiutorem ac defensorem pariter cum nobilibus viris fidelibus tuis, & cum omni populo terræ tuæ, amore fidelissimo elegisti, & vsq; ad finem sub ipsius & Vicarij eius defensione

XIII. LEGATI APOSTOLICAE SEDIS A IOANNE DAMNATI.

XIV.

aIoan. ep. 255

SARRACENORVM CLASSIS EXPVGNATA A BASILIO IMP.

VRBIS ROMANAE STATVS INFELIX.

XV. S. METHODIVS APOSTOLVS MORAVORVM ROMAM VENIT.

bGalat. I. cPsal. 140.

dIoan. epist. 247.

XVI. IOAN. PAP. AD PRINCIPEM MORAVORVM. aMorauen-

colla submittens, pio affectu cupis, auxiliante Domino, utpote filius deuotissimus per-

XVII. Igitur hunc Methodium venerabilem Archiepiscopum vestrum interrogauimus coram positis fratribus nostris Episcopis, si Orthodoxae Fidei Symbolum ita crederet, & inter sacra Missarum solemniam caneret, sicuti sanctam Romanam Ecclesiam tenere, & in sanctis sex vniuersalibus Synodis à sanctis Patribus secundum Euangelicam Christi Dei nostri auctoritatem promulgatum atque traditum constat: ille autem professus est, se iuxta Euangelicam & Apostolicam doctrinam, sicut sancta Romana Ecclesia docet, & à Patribus traditum est, tenere & psallere. Nos autem illum in omnibus Ecclesiasticis doctrinis & vtilitatibus Orthodoxum & proficuum esse reperientes, vobis iterum ad regendam commissam sibi Ecclesiam Dei remittimus, quem veluti pastorem proprium, ut digno honore & reuerentia, lataque mente recipiatis, iubemus, quia nostrae Apostolicae auctoritatis praecepto Archiepiscopatus & priuilegium confirmauimus, & in perpetuum, Deo iuuante, firmum manere statuimus, sicut antecessorum nostrorum auctoritate omnium Ecclesiarum Dei iura & priuilegia statuta & confirmata consistunt; ita sanè, ut iuxta canonicam traditionem omnium negotiorum Ecclesiasticorum curam habeat ipse, & ea velut Deo contemplante dispenset. Nam populus Dei illi commissus est, & pro animabus eorum hic redditurus erit rationem.

XVIII. Ipsum quoque presbyterum nomine Vichinum, quem nobis direxisti electum, Episcopum consecrauimus sanctae Ecclesiae Nitrensis, quem suo Archiepiscopo in omnibus obedientem, sicuti sancti Canonès docent, esse iubemus & volumus: ut pariter cum ipsius Archiepiscopi consensu & prouidentia alterum nobis apto tempore vtilem presbyterum vel diaconum dirigas, quem similiter in alia Ecclesia, in qua Episcopalem sedem noueris esse necessariam, ordinemus Episcopum, ut cum his duobus à nobis ordinatis Episcopis praefatus Archiepiscopus vester, iuxta decretum Apostolicum per alia loca, in quibus Episcopi honorificè debent & possunt existere, postmodum valeat ordinare. Presbyteros verò, diaconos, seu cuiuscumque ordinis clericos, siue Sclauos, siue cuiuscumque gentis qui intra prouinciae tuae fines consistunt, praecipimus esse subiectos & obedientes in omnibus iam dicto confratri nostro Archiepiscopo vestro, ut nihil omnino praeter eius conscientiam agant. quòd si contumaces & inobedientes existentes scandalum aliquod, aut schisma facere praesumpserint, & post primam & secundam admonitionem se minimè correxerint: quasi zizaniorum feminatores ab Ecclesia & finibus vestrae auctoritate nostra praecipimus esse procul abiiciendos, secundum auctoritatem Capitulorum, quae illi dedimus & vobis direximus.

XIX. Litteras denique Sclauonicas à Constantino quodam philosopho repertas, quibus Deo laudes debitas resonent, iure laudamus; & ut in eadem lingua Christi Dei nostri praecordia & opera enarrentur, iubemus: neque enim tribus tantum, sed omnibus linguis, Dominum laudare, auctoritate sacra monemur, quae praecipit dicens: Laudate Dominum omnes gentes, & collaudate eum omnes populi: & Apostoli repleti Spiritu sancto locuti sunt omnibus linguis magnalia Dei. hinc & Paulus caelestis quoque tuba insonat, monens: Omnis lingua confiteatur, quia Dominus noster IESVS Christus in gloria est Dei Patris. De quibus etiam in prima ad Corinthios Epistola satis & manifestè pos admonet, quatenus linguis loquentes, Ecclesiam Dei aedificemus. Nec sanè fidei vel doctrinae aliquid obstat, siue Missas in eadem Sclauonica lingua canere, siue sacrum Euangelium, vel Lectiones diuinas noui & veteris Testamenti benè translatas & interpretatas legere, aut alia horarum Officia omnia psallere: quoniam qui fecit tres linguas principales, Hebraeam scilicet, Graecam, & Latinam, ipse creauit & alias omnes ad laudem & gloriam suam.

XX. Iubemus tamen, ut in omnibus Ecclesiis terrae vestrae propter maiorem honorificentiam Euangelium Latine legatur, & postmodum Sclauonica lingua translatum in auribus

VT MORAVIA
LINGVA
SCLAVONICA
IN ECCL.
VT ANTVR.
a Psal. 116
b Actor. 2.
c Philip. 2.
d I. Cor. 14.

bus populi Latina verba non intelligentis annuntietur, sicut in quibusdam Ecclesiis fieri videtur. Et si tibi & iudicibus tuis placet, Missas Latina lingua magis audire, praecipimus, ut Latine Missarum tibi solemniam celebrentur: Data mense Iunij, Indictione decimatertia.] haec Ioannes Papa, ita natam recens Ecclesiam lacte nutriens paruulorum, sperans opera eius, qui linguas infantium facit disertas (sicut qui cum paruulus est loquitur ut paruulus, cum creuerit in virum perfectum, sit euacuaturus: quae paruuli erant) fore, ut Morauensis Ecclesia, Matris ex qua genita est, lingua perfectè locutura esset. extat verò eiusdem Pontificis epistola ad ipsum Methodium data anno sequenti, de cimo Kalend. Aprilis.

Eodem anno mense Nouembris, Indictione decimaquarta Ioannes Papa Adelbertum Marchionem Tusciae, qui multa mala intulerat Vrbi vna cum Lamberto Duce Spoletino, conuersum ad poenitentiam absoluit, cuius absolutionis extant litterae Apostolicae.

IESV CHRISTI IOANNIS PAP. VIII. CAROLI III. IMP. I. BASIL. MACED. IMP. 15. ANNVS 881. ANNVS 9.

ANNVS sequitur Redemptoris octingentesimus octogesima primus, Indictione decimaquarta, quo mense Martij, celebrata Romae Synodo, Ioannes Papa excommunicauit Athanasium Neapolitanum Episcopum, qui etiam seculari dominio eidem praerati ciuitati. Ilte quippe etsi (ut audisti) ob eius cultum erga Romanam Ecclesiam, olim inueniatur saepe à Ioanne Papa laudatus; postmodum in transuersum actus, & conuersus in arcum prauum, scelestissimus euasit. De ipso enim Leo Ostiensis ista habet: Idem verò Athanasius Princeps illi, nempe Sergio subrogatus, firmata cum Sarracenis pace, Beneuentum, Capuam, Salernum Romanique depopulari cum eis coepit, multaque tunc monasteria, & Ecclesiae cum villis & vrbibus impiorum incendio conflagrarunt.] haec Leo. Extant plures Ioannis epistolae, quibus eum admonuit, ut foedus istum cum Sarracenis dissolueret, alioquin anathemate feriendus esset. Quid insuper? Ipse Ioannes etiam Neapolim se contulit ad hoc agendum, ut reuocaret scilicet Athanasium à foedere inito cum Sarracenis, sed omnia frustra. cuius rei gratia vbi in Urbem rediit, Synodo conuocata, ipsum tradidit anathemati, atque has litteras mox dedit ad Episcopos circumpositos: Omnibus Episcopis Caietam, Neapolim, Capuam, Berolafium, & Amalphim, Beneuentum, & Salernum incolentibus.

Quae & quanta ab Athanasio Neapolitano Episcopo Christi Ecclesia patiatur aduersa, optaremus vobis non esse dicturos, nisi essent supra modum graua. Ecce enim ut ipsi iam ex maxima parte non ignoratis, ad perditionem totius Christianitatis à multis retro temporibus cum filis Ismael, & Deo scilicet odibilibus Sarracenis pactum faciens, omnem istam terram ad nihilum redegit, ut iam non sit, qui eam profus inhabitet. Super quo scelere eum saepissimè commonuimus, & corpori nostro omnimodò non parentes, usque Neapolim properauimus, multumque argenti ei contulimus, & rogauimus ut ab eorum se societate diuideret, & tandem aliquando respiciens, tantam pestem deleret. Qui, ut ita dixerim, importunitatem nostram, licet fidei, non tolerans, promisit se ita esse facturum, & pactum cum Sarracenis habitum soluturum, sub ea dumtaxat conditione, ut si deinceps hoc malo se quoquo modo misceret, & sacerdotio esset priuatus, & anathemati subiaceret. Sed, heu, pro turpis lucri commodo, quod ab ipsis Sarracenis, de praeda eorum partes recipiendo, huius promissionis oblitus, noluit adimplere, quod multis coram politis scriptis & verbis promisit.

Rursum nobis non modici argenti adauis ponderibus & apud Caietam peruenientibus, per suos Legatos ei mandauimus, ut si intra triginta dierum spatia cum Sarracenis habitum foedus non rumperet, aut ea quae nobis tergiuersando abstulerat, non transmitteret, nostro iudicio iterum sententiam, quam ipse in se protulit, profus exciperet. Sed tam varia iuramenta, quam absolutas promissiones postponens, nos de die in diem delusit, & foris omnibus dissipatis, intus verò per suam calliditatem multis nostris ablati, haecenus nec cum Sarracenis habitum pactum dissoluit, nec reliqui Dei populi voluit misereri. Quin potius cum ipsis conuersans, de ipsis malis in peius creuit, & Dei

VT MISSA
LATINE DIC-
CATVR.

b Ioan. epist.
258.

I.
SYNODVS
ROMAE
CONTRA
ATHANA-
SIVM.
c Ioan. ep. 66.
d Leo. 162.
e Leo. Ost.
li. I. cap. 42.

f Idem 251.

Idem 270.

DE ATHANA-
NASIO EX-
COMMUNI-
CATO LIT-
TERAE.

III.

CHRISTI 881.

IOANNIS PAP. VIII. 9.

CAROLI III. IMP. I. BASIL. MACED. IMP. 15.

mandata contemnens, sacerdotij etiam sui oblitus, non solum similis illis effectus est, sed etiam in multis deterior. Huius rei gratia apud beatum Petrum Apostolum synodicè in eum sententiam protulimus, & cum omnibus sibi consentientibus siue fauentibus omni Ecclesiastica communione sub anathematis interpositione priuauimus. Modus autem excommunicationis hic est:

IV. SENTENTIA EXCOMMUNICATIO-NIS.

Athanasium Neapolitanum Episcopum sapissimè admonitionibus, & multis argenti ponderibus datis, vt pactum cum Sarracenis habitum disrumperet, admonuimus. Ille autem idem pactum se omnimodò soluturum, & ab eorum societate separatam esse promittens sub ea conditione, vt si denud cum illis quolibet modo fœdus habuisset, omni esset sacerdotali honore priuatus & anathematizatus. Sed hæc omnia paruipendentem, & ad perditionem Christianorum cum eis pactum habentem, & nos sapissimè deludentem, & de præda eorum partem recipientem, iudicio & auctoritate Dei omnipotentis & beatorum Apostolorum Petri & Pauli, simul & nostra, cum omnibus sequacibus suis & omni Ecclesiastica communione priuamus, & quousque se ab ipsis Sarracenis penitus separauerit, velut totius Christianitatis inimicum anathematizamus. Dat. mense April. Indiçt. decimaquarta.]

V.

LEGATIO ATHAN. AD IOAN. PAP.

107. ep. 294. b. Math. 18.

VI. IOAN. PAP. AD ATHAN. EPISTOLA.

Quid autem Athanasius ipse post hæc? Misit Legatum ad Ioannem Pontificem Petrum diaconum suum, vt absolutionem ab excommunicatione peteret. Sed qui ab ipso delusus sæpè fuisset, nullam ipsi adhibendam fidem putauit, nisi primùm Sarracenis ab ipso necatis vel captis, sic poenitentia suæ certa signa edidisset, tunc fore vt absolutionem consecuturus esset: cuius rei gratia Marinum Episcopum, qui ipsi Ioanni in Sede successit, ad ipsum misit, his eidem breuioribus datis litteris: a

Boni pastoris eximio informati exemplo, qui b venit querere & saluare quod perierat, tantopere te per deua errantem, abiecto Christi leui iugo, cum infidelibus iugum ob-

scœna cupiditate ducere non dubitantem (quamuis serò ad te percutientem reuerti velle mandasti) alacriter recipimus, & inter ceteros confacerdotes nostros præcipuè honorabilem cupimus retinere; prout ipse nos iam olim fecisse, proculdubio reminisceris. Sed quia tua exigente sceleris tanti audacia, sancti Spiritus iudicio te à consortio nostro diuini mysterij iure submouimus: nunc secundum preces tuas & relationem Petri venerabilis diaconi tui, si modò pactum quod hætenus cum impiis Agarenis habuisti, manifesta deuotione fregeris, & ab eorum nequissima societate toto conamine te separaueris, atque si præsentibus his Missis nostris, Marino scilicet reuerendissimo Episcopo & sanctæ Sedis nostre Arcario, & Sicone egregio viro, maiores Sarracenorum, quanto melius potes, quos nominatim querimus, cum aliis omnibus ceperis, & iugulatis aliis, eos nobis direxeris: à vinculo excommunicationis absoluiamus, & iuxta præcedentem consuetudinem Episcopale officium reddimus. Eo scilicet modo, vel tenore, vt captis & traditis antea, vt dictum est, Sarracenis, deinceps nullum cum eis vlteriùs fœdus quoquo modo inire præsumas. Nam si cum illis pactum aliquod facere tentaueris, in eandem te excommunicationem incurrere sancimus, & auctoritate Dei omnipotentis & beati Petri Apostolorum principis & nostra, omni Episcopali honore te priuandum, & perpetuo anathemate dammandum esse decernimus.] hæc Ioannes Papa. quæ secuta sunt, ignoramus.

VII.

CAROLVS CRASSVS CORONATVR IMPERATOR A IOANNE PAP.

107. lib. 5. cap. 60. prope finem.

Hoc pariter anno, die Natalis Domini, Carolus cognomento Crassus, Romæ Imperator coronatur. Non ante hoc tempus ipsum coronam Imperij à Ioanne Papa cõsecutum esse, vt Imperator meruerit appellari, testatur in primis Regino huius temporis scriptor, vbi ait: Anno Dominicæ Incarnationis octingentesimo octogesimo primo Carolus de Alemania egressus, Longobardorum fines occupauit, ac in paucis diebus totam Italiam in deditionem accepit, & Romam perueniens, à Præsule Apostolicæ Sedis Ioanne in Senatu Romano fauorabiliter exceptus, cum magna gloria Imperator creatus est.] hæc Regino, quæ in die Natalis Domini facta esse testatur c. Aimoinus: quamobrem primus annus Imperij Caroli præsens annus cõceptus est numerari in commentariis illorum temporum, cuius rei euidentis est testimonium eiusdem Imperatoris diploma, in quo annus Redemptoris octingentesimus octogesimoquarto anno quarto Imperij Caroli consignatur. Sic igitur maiorum exemplo ex hoc tempore, & non ab obitu prædecessoris Imperatoris annos Imperij Caroli Crassi aggredimur numerare; quod maiores nostri non censuerint Imperatoris nomine dignum, quemlibet successorem heredem, nisi per coronationem Imperator à Romano Pontifice crearetur. Ex nuper autem citato diplomate ista accipe:

In

CHRISTI 881.

IOANNIS PAP. VIII. 9.

CAROLI III. IMP. I. BASIL. MACED. IMP. 15.

A In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Carolus, diuina fauente clementia Imperator Augustus, &c. Nouerit igitur omnium fidelium nostrorum præsentium & futurorum industria, qualiter nos per petitionem Richardæ dilectæ coniugis nostræ, necnon & Linthuardi sanctæ Vercellensis Ecclesiæ Episcopi, & dilecti Archicancellarij nostri, quasdam res proprietatis nostræ ad partem sanctæ Mariæ, & sancti Lamberti Ecclesiæ Tungrensis & Leodiensis, cui præest venerabilis Franco Episcopus, iure perpetuo in proprietatem concessimus, id est in pago Scarponnensi villam, quæ dicitur, Magdera, &c.] Signum domini Caroli Imperatoris Augusti. + Data sexto Kalend. Iulij, anno Incarnationis Domini octingentesimo octogesimoquarto, Indiçtione secunda, anno verò Imperij piissimi Karoli Imperatoris quarto. Actum Metis ciuitate in Dei nomine feliciter. Amen.

Vualdo Episcopus ad vicem Linthuardi Archicancellarij recognoui.] acceptum ab Arnolodo à Vuachtendbnck fidelissimo.

Quo pariter tempore, vbi in Imperium idem ascendit Carolus, ad eundem Hincmarus Rhemenis Episcopus paræneticam scripsit epistolam, quæ hætenus integra conseruatur in Spirensi bibliotheca Cathedralis Ecclesiæ, quæ incipit: Domino Carolo Imperatori glorioso, Hincmarus Episcopus Dei famulus, præsentem & futuram optat prosperitatem & gloriam. Audiens laudabilis fidei vestræ benignitatem, &c.] Est autem hæc eius summa. Commendat Carolo Crasso Imperatori Ecclesiam Gallicanam, vt eam pænè collapsam restituat, Regni dissidia tollat, Ludouici Balbi filii idoneos Consiliarios tribuat, qui eos doceant priuilegia Ecclesiastica tueri, sacerdotes venerari, diuinum auxilium sæpè implorare, orphanorum & pupillarum patrocinium suscipere, improborum societatem fugere, humilitatem, charitatem & mansuetudinem erga omnes sectari.] hæc de epistola Hincmari ad Carolum.

IESV CHRISTI IOANNIS PAP. VIII. CAROLI III. IMP. 2. ANNVS 882. ANNVS 10. BASIL. MACED. IMP. 16.

CHRISTI Redemptoris annus sequitur octingentesimus octogimussecundus, Indiçtione decimaquinta inchoatus, quo Ioannes Papa, cum tam Italiæ Principum, quam etiam Sarracenorum grassationibus premeretur, pluribus litteris interpellat Imperatorem, vt valida manu succurreret. Extant ipsius plures eo argumento litteræ scriptæ, & missæque ad eum pro munere benedictam ex more palmam, Legatos quoque adiecit, quorum munus exigeret tanta necessitas. Delecti sunt ad hanc functionem Zacharias Episcopus Bibliothecarius & Petrus Consiliarius. Patiebatur præter alios Romana Ecclesia magnopere infestum Vuidonem Marchionem Spoletinum, cuius milites ciuitates & loca reliqua Romanæ Ecclesiæ hostili animo solerent inuadere. de his agès idem Ioannes b in epistola ad Anselmum Archiepiscopum Mediolanensem hæc habet: Inter innumeras rapinas, deprædationes, & mala quamplurima, ad augmentum doloris nostri, quidam sceleratus, Longobardus nomine, homo Vuidonis Marchionis octogintatres homines cepit, manibus singulis detruncatis apud Narniensem ciuitatem, plures ex tali sunt incisione sine mora perempti.] eodem argumento scripsit etiam epistolam ad Imperatricem, qua deplorat miserandum statum Romanæ Ecclesiæ, his verbis:

Tanta cordis nostri angustia, tantusque dolor & gemitus hinc inde cum irriguis lacrymarum riuiulis nostram ætatem quatunt & quassant, tantusque etiam luctus pro desolatione terræ istius, quam iam funditus à Christiani nominis inimicis & Deo odibilibus Sarracenis deprædatam cernimus, nos affecit, & intima nostra dissoluit, vt & somnus ab oculis, & à gustu cibus effugiat, vt etiam cum d Ieremia decantare compellar: Quis dabit capiti meo aquam, aut oculis meis fontem lacrymarum? & reliqua. Siquidem expectauimus lucem, & ecce tenebras: quæsiuimus adiutorium, & muros Vrbs egredi non audemus. Nam ante vestrum Romam aduentum, anno scilicet superiori cum Carolus eius coniunx coronatus est Imperator, qualiscumque erat nobis tranquillitas, modò verò intolerabilis & importabilis persecutionis extat tempestas, quia neque spiritalis filius noster Augustus, neque alicuius alterius gentis homo nobis confert auxilium. Et nisi diuinitas summa subueniat, aut in desperationem aliquam lapsi (quia non solum duplam, sicut

^a *Isaie* 40.

sicut Dominus^a dicit, sed etiam triplum & quadruplum exercitum contra nos venire conspiciamus) ea quæ pacis sunt, postulabimus; & certè non solum iugo illorum coacti subdemur, sed etiam ab eis capti, impiè iugulabimur. Quia sicut scitis sapissimè reclamauimus, neque ipse Augustus (vt prætulimus) neque qualemque defensionem nobis exhibuit, neque homines ciuitatum nostrarum, qui contra Deum & contra omne priuilegium nostrum ab alienigenis, ac si nostri non fuerint, derinentur, ad seruitium sanctæ Romanæ Ecclesiæ faciendum, sicut solitum erat, ab eorumdem alienigenarum iugo subtraxit. His ergo, charissima filia, clamoribus & ululatus nostris auditis (quia sapientibus loquimur) continuè propter Deum, & propter sanctos eius Apostolos iam dicto spiritali filio nostro Augusto, flexo poplite suggere, vt omnibus omnino necessitatibus omissis, aut certè suspensis, sanctæ Matris suæ calamitati subueniat, & conculcationem, immò perditionem illius aduertens, antequam pereamus, citissimum conferat adiutorium, aut congruum sine mora donet consilium, quia vita nostra nobis non prodest, & in extremo positi, etiam si non optaremus, iam mors se palàm prodit videndam, &c.] hæc Ioannes.

III.

In quo non possumus non admirari vehementer consilium Dei. Quod enim ob auxilium hominum consequendum non nihil visus est deflexisse Ioannes à præscripta à prædecessoribus inuiolabili obseruantia Ecclesiasticæ censuræ in gratiam Principum, sperans ab eis auxilium (vt sæpè superius est demonstratum) planè contrarium accidit; cum non solum ab ipso Orientis, sed nec ab Occidentis Imperatore aliquid præsidij obtinere potuerit, immò multiplicati fuerint hostes, & ipsi etiam Episcopi (vt audisti) foedus inierint cum Sarracenis. Nihil planè sanctæ Apostolicæ Sedi aded damnosum (quod sapius est repetendum) quàm si Præsules eius prudentiæ innitentes carnis, in gratiam Principum posthabeant obseruantiam sacrarum legum.

PRVDENTIA
CARNIS
MAXIME
DAMNOSA
ECCLESIAE
DEI.

IV.

In his igitur Ioannes Papa constitutus angustiis, pressusque molestiis, occasione legationis ab Hispania ad se missæ à Rege Aldefonso Magno & ab Episcopis sub eius Regno constitutis, redditis ad Regem litteris, ab eodem equos mitti petiit aduersus Sarracenos ingruentes armados, vt ex litteris ad eundem Regem ab eo missis apparet. Quod autem in primis ad eam legationem spectat, tria sunt quæ tum Episcopi, tum Rex ab eodem Pontifice petiere. Primò nimirum, vt consecrandi Ecclesiam Compostellanam, ab eodem Rege magna impensa augustissimè constructam, licentia daretur. Secundò, vt Quetenus Ecclesia dignitate Archiepiscopatus donaretur. Tertiò verò, vt congregandi prouinciale Concilium facultas concederetur. Qui autem hac sunt functi legatione, fuerunt duo presbyteri, Seuerus & Desiderius, qui Sidericus à Sampyro vetere scriptore deprauatè legitur. His igitur redeuntibus idem Ioannes Pontifex cum suis litteris Arnaldum coniunxit Legatum suum. Hæc autem omnia ex ipsius Ioannis Papæ litteris perspecta habentur, quæ ab eodem auctore posita ita leguntur:

V.

Ioannes Episcopus seruus seruorum Dei, Aldefonso Regi Christianissimo, seu cunctis venerabilibus Episcopis, Abbatibus vel Orthodoxis Christianis.

IOAN. PAP.
EPIST. AD
ALDEFON-
SVM REG.
* vice:
^a *Matth.* 16.

^b *Luc.* 22.

Quia igitur in cura nos totius Christianitatis beati Petri Apostolorum principis sempiterna prouidentia successores ea Domini nostri IESU Christi constringimur adhortatione, qua beatum Petrum Apostolum monuit, dicens quadam voce: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & tibi dabo clauas Regni cælorum, & reliqua. Hinc rursus, imminente Domini nostri articulo gloriosæ passionis, inquit: Ego pro te rogavi, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Ideoque quia vestræ notitiæ fama per hos fratres Limina Apostolorum lustrantes, per Seuerum & Desiderium presbyteros nobis miro odore bonitatis est reuelata, paterna vos adhortatione commoneo, in cæptis bonis operibus, gratia duce, perseuerare, quatenus copiosa vos beati Petri protectoris vestri & nostra protegat benedictio. Et quotiescumque, filij charissimi, ad nos venire quilibet vestrum, aut transmittere voluerit, tota cordis exultatione & animi gaudio de vltimis Gallaciæ finibus, cui vos præter me, Dominus rectores constituit, tamquam iure filios nostros, vos colligimus. Et Ecclesiæ Quetenus, quam vestro consensu & assidua petitione Metropolitanam constituimus, omnes vos subditos esse mandamus. Et concedimus etiam prædictæ sedi, vt ea quæ Reges, seu Fideles iuste obtulerunt, vel in futurum, Domino opitulante, contulerint, rata, firma & inconcussa manere, in perpetuum præcipimus. Hos quoque latores litterarum nostrarum omnes

A omnes hortor vt habeatis commendatos. Benè valete. *Item alia epistola ab eodem Papa Romano directæ per Arnaldum gerulum mense Iulio.*

Ioannes Episcopus seruus seruorum Dei, dilecto filio Aldefonso glorioso Regi Gallæciarum.

VI.
IOAN. PAP.
ALIA EPIST.
AD ALDE-
FONSVM
REGEM.
* abundè

Litteras deuotionis vestræ suscipientes, quia deuorum vos esse cognoscimus erga vestram sanctam Ecclesiam: gratias vobis multiplices referimus, Dominum exorantes, vt victor Regni vestri abundet de inimicis vestris victoriam vobis concedat. Nam nos, filij charissimi, sicut petistis, sedulas preces Domino fundimus, vt Regnum vestrum gubernet, vos saluos faciat, custodiat & protegat, & super inimicos vestros Ecclesiam autem beati Iacobi ab Hispanis Episcopis consecrari facite, & cum eis Concilium celebrate. Er nos quidem, gloriose Rex, sicuti vos, à paganis iam constringimur, die ac nocte cum illis bella committimus, sed omnipotens Deus dat nobis de illis triumphum. Huius rei gratia rogamus dilectionem vestram, & animum deprecamur, vt quia (vt diximus) valde à paganis opprimimur: aliquantos viles & optimos Mauriscos cum armis (quos Hispani cauallos Alpharaces vocant) ad nos dirigere non omitteretis. Qualiter nos recipientes, Dominum collaudemus, vobis gratias referamus, & per eorum portionem de benedictionibus sancti Petri vos remuneremus. Benè vale, dilectissime fili, & clarissime Rex.] hucusque Ioannis Papæ epistolæ ad Regem Gallaciæ & Episcopos. Porro occasione ingruentium bellorum tum ciuilium tum externorum, ipsa dedicatio Ecclesiæ Compostellanæ dilata aliquamdiu fuit.

B

* der
* nimum

At quid post hæc de Ioanne illud tantum ex eius epistolis proditur, ipsum rursus Gallias versus iter arripere statuisse, vt dissidentes inter se Francorū Principes simul conciliaret, vt ita eos, bello ciuili sedato, promptos & expeditos habere posset, ad ferendum auxilium Ecclesiæ Romanæ periclitanti. huius sanè argumenti est penultima eius epistola, qua monet Supponem Comitum, ad quem scribit, vt sibi in Gallia proficiscenti ad montem Cinifum occurrat. Verum ne id faceret, mors intercessit: siquidem in fine anni huius inter tot tantaque ærumnas, confectus curis, mœrore consumptus, decimo octauo Kal. Ianuar. moritur ipse Ioannes Papa, cum sedisset annos decem & diem vnum, cuius res gestæ desiderantur apud Anastasium, fortasse prætermittæ ob odiosam restitutionem Phottij. Sepultus est autem ante Ecclesiam sancti Petri iuxta portam, quæ appellatur Iudicij, in cuius sepulchro eiusmodi fuit incisum epitaphium, à Petro Manlio vnâ cum aliis monumentis basilicæ Vaticanæ descriptum, sed scriptoris vitio, vel alio casu decurtatum:

VII.
^a *Ioan. ep.* 307

MORITVR
IOANNES
PAPA.

D

*Præsulis Octaui requiescunt membra Ioannis
Tegmine sub gelido marmorei tumuli.
Moribus, vt parat, fulsit qui nempè beatus
* Alifonus comptusq; actibus & meritis.
Iudicij custos mansit, pietatis amator,
Dogmatis & varij plurima verba docens.
De segete ac Christi pepulit zizania sæpè.
Multaq; per mundum semina fudit ouans.
Prudens & doctus verbo, linguaq; peritus,
Solertem seseq; omnibus exhibuit.
Et nunc calico las cernit super astra phalanges,*

* mento
* E. Alifonis
* veri

E

Quod autem ad reliquas eiusdem Pontificis res gestas pertinet, reperitur in Vaticanæ^b bibliothecæ monumentis eiusdem Ioannis Papæ Octaui, de iure Cardinalium Constitutio his verbis: Item quæ ex nostra præfenti Constitutione bis in mēse, vel eo amplius, vel apud illum, vel illum Titulum, siue apud illam, vel illam Diaconiam, siue apud alias quasilibet Ecclesias vos conuenire mandamus. Et ob vestram & inferiorum clericorum vitam, & mores & qualitates, & habitus vestium perscrutando, & qualiter quilibet Præpositi se erga subditos habeant, vel quod subditi suis Præpositis non obediunt, & ad quæque illicita amputanda, clericorum quoque & laicorum querimonias, quæ ad nostrum iudicium pertinent, quantum fieri potest definiendas. Quippe cum sicut nostram mansuetudinem Moysi, ita & vestram fraternitatem septuaginta seniorum, qui sub eodem causerum negotia diiudicabant, vicissitudinem gerere, certum habeamus. Item monasteria Abbatibus viduata & Abbatum, nostra præcedente conscientia, substitutionem

VIII.
^b *Liber Canonu in scriptis num.*
CONSTITUTIO IOAN. VIII. DE CARDINALIBVS.

CHRISTI
882.IOANNIS PAP. VIII.
IO.CAROLI III. IMP. 2.
BASIL. MACED. IMP. 16.

- his qui sunt inter nos, vel fuerint monasticæ professionis, disponenda committimus.
- IX. Propter solitudinem autem Ecclesiarum & clericorum earumdem disciplinam, siue laicorum querimonias definiendas, bis in hebdomada ad sacrosanctum Palatium, iuxta decreta prædecessoris nostri Leonis Quarti, vos conuenire mandamus.
- X. Item sancimus de parochiis nostris, quantumque Pontifici competit, Pontificali beneficio vos in perpetuum possidere, & in principalibus Ecclesiis iuxta primatum vestræ consecrationis vicissim officia diuina peragere, & earum oblationibus, salua semper Cardinalium diaconorum prisca consuetudine, æqualiter participare tam propter vsum vestrum, quam in Ecclesiarum vestrarum luminarium concinnationes.] hucusque Ioannis Octauæ Constitutio.
- XI. Cùm verò post Ioannis obitum sedes vacasset diebus tredecim, exarsuans zelo Romanus Clerus, eum ipsi substituendum curarunt, quem scirent ardentissimum Photij impugnatorem, sicque quinto Kal. eiusdem Marini elegit, qui olim diaconus cùm esset, missus est cum Donato atque Leone Constantinopolim ad Photium excommunicandum à sanctissimo Pontifice Nicolao. sed & ab Hadriano Nicolai successore missus est cum Donato & Stephano Episcopis Constantinopolim ad eundem Photium deponendum & restituendum Ignatium, atque Oecumenicam Synodum celebrandam, virum laudatissimum, quem experierant magna instantia Bulgari, vt eum ipsi Hadrianus Papa daret Episcopum, sed non obtinuerunt. Atque postremò (vt vidisti) missus est à Ioanne itidem Constantinopolim ad ruinam reparandam, quæ facta fuerat per tres Legatos illuc ad Synodum pro Photio restituendo missos; qui summa constantia agens contra Photium & Imperatorem, cuncta ab eis perperam facta damnauit. Hunc igitur iam Episcopum confessionis corona gloriosa redimitum sibi in Pontificem eligendum absque controuersia Romanus Clerus instituit. Talem quidem decebat nobis creari Pontificem, cui dicerent: Tu noster dux eris: ruina hæc in manu tua.]
- XII. Porro decepit plures, quòd cùm in duabus prioribus legationibus Marinum Sedis Apostolicæ diaconum legunt, putant ipsum ex diacono factum esse sum mum Pontificem. At nequaquam id accidit: sed ipsum auctum fuisse Episcopatu, & ex alterius Ecclesiæ gubernaculis, ob excellentem animi eius virtutem (quod fieri minimè consuevit) ad summum Pontificatum Romanæ Ecclesiæ translatum esse: neque enim huic alium putamus esse quàm Marinum illum Episcopum, quem diximus Ioannem Papam misisse Legatum Neapolim ad Athanasium, vt ipsius litteræ docent: vbi & ostendit ipsum fuisse Arcarium sanctæ Sedis Apostolicæ. Cuiusnam autem Ecclesiæ Episcopus fuerit, non satis nobis exploratum, Galesio autem ipsum oppido oriundum, æquè omnes affirmant. Sanè quidem de Marini Episcopatu ante pontificatum est firma certaque negatio Stephani Papæ Sexti in epistola ad Basilium Imp. inferius suo loco integrè recitanda.
- XIII. Accidit enim, vt cùm ipso suo ingressu Pontificatus Marinus Photium damnasset, simulque cunctas res ab eo gestas ad munus Episcopale spectantes: mouerit amplius semel exulceratum animum Basilij Imperatoris ad iracundiam: qui furor incensus Romanam scribens, dicebat, Marinum non esse Pontificem, eò quòd alterius Ecclesiæ iam fuisset Episcopus ordinatus. multaque alia ignominiosa aduersus eundem sanctissimum Papam effutens, eum folio deponere satagebat: sed aduersus eum pro Marino laudatissimo Pontifice Stephanus Papa successor eius locupletissimè fatiscit, vt suo loco dicturi sumus.
- XIV. Mortuus est hoc anno Ludouicus Germaniæ Rex decimotertio Kalend. Decembris. Northmanni hoc audito, Treuirensis appetunt ciuitatem, qua potiti Non. Aprilis incenderunt: tunc & Vuala Metensis Episcopus præter ius fasque egressus pugnare aduersus eos, occisus est. hæc veteres Annales Francorum à Pithæo editi. Regino autem obitum Ludouici ad xii. Kalend. Septembris collocat. reliqua de his anno sequenti.
- XV. Porro hoc ipso anno Hincmarum Rhemensis Episcopum obiisse, Frodoardus in eius vita testatur, vbi ait: Excrescentibus tandem flagitiis, gens Northmannorum per omne Francorum diffunditur Regnum, & quoniam ciuitas hæc Rhemensis tunc absque muro habitabatur, accipiens ille quod sibi charius in thesauris habebat, corpus videlicet B. Remigij, siluestria loca trans fluuium Matronam exiit, & apud villam Sparnacum aliquanto tempore custodiuit. Denique cùm ibi moraretur, diem suum clausit extremum, cuius corpus Rhemos relatum, post ipsius Sancti tumulum, in tumulo quem ipse sibi

XII.
MARINVS
PAPA.

107. ep. 294

XIII.
MARINVS
PAPA DAM-
NAT PHO-
TIVM.XIV.
EXCIDIVM
TREVIREN-
SIS CIVI-
TATIS.

XV.

HINCMA-
RI
EPISCOPI
RHEM. OBI-
TVS.CHRISTI
882.IOANNIS PAP. VIII.
IO.CAROLI III. IMP. 2.
BASIL. MACED. IMP. 16.

- A sibi parauerat, est sepultum. Obiit anno Incarnationis octingentesimo octogesimo secundo, Episcopatus trigesimo septimo & amplius.
- De ipsius autem sepultura & epitaphio eidem inscripto, hæc idè auctor: ^a Corpus eius in monasterium S. Remigij allatum, in tumulo quem à tergo sepulchri S. Remigij, cum hoc epitaphio Latino sequente pro sua sepultura parauerat, conditum sepultumque fuit:
- Nomine non merito præsul Hincmarus, ab antro
Te lector itali, queso memento mei:
Quem grege pastorem proprio Dionysius olim,
Rhemorum populis, vt petiere, dedit.
Quiq; humilis magna Rhemensis tegmina plebis
Rexi pro modulo: hic iam modo verme voror.
Ergo anime requiem nunc, & cum carne resumpta
Gaudia plena mihi hæc quoque posce simul.
Christe tui clemens famuli miserere fidelis:
Sis pia cultori sancta Maria tuo.
Dulcis Remigi sibi met deuotio prostrat,
Qua te dilexit pectore, & ore, manu.
Quare hic suppetit supplex sua membra locari:
Vt benè complacuit denique sic obiit.]* hætenus epitaphium.
- Porro si de ipso quid sentiendum æquo iudicij libramento dicendum sit: quod ad scientiam pertinet, si agitur de peritiis Canonum, planè dixeris eruditissimum, licet interdum nimis eis fauens super Apostolicæ Sedis Decreta eos extulerit. si de Theologicis facultatibus, ipsum quidem inuenimus excultissimum, vt in his quæ contra Gotthelcicum Prædestinarianum hæreticum abundè scripsit, aduersus quem præ ceteris laborauit: in reliquis etiam talem existimatum, quem consuluerint plures diuersis quæstionibus, sed non in omnibus ita feliciter, vt ex responsionibus ad eas apparet. quarum hic illa vna in medium adducenda, de qua ita Frodoardus: ^b Item Hincmarus scripsit pro libello historiæ de ortu sanctæ Mariæ, & homilia beati Hieronymi de Assumptione ipsius Dei Genitricis. Quæ quidam monachus Corbeienis monasterij non esse recipienda contendebat. Ad quæ respondens idem dominus Hincmarus, dixit, præfatam historiam nos habere ad lectionem, non ad proferendam auctoritatem.] optimè ista quidem. Non enim Ecclesia in diuinis laudibus ita se habet, vt parem cum diuina Scriptura quam adhibet, ceteris quibus vicit scriptis tribuat auctoritatem. pergit verò Frodoardus:
- D Homiliam verò eandem à S. Hieronymo asserit Catholicè esse dictatam, sicut & sty- lus, & cautela, & sensus, & intellectus, & alia certa indicia monstrant, & certæ personæ, per quas de partibus Orientalibus tempore certo delata ad regiones nostras peruenit, fidem faciunt.] hæc de his Frodoardus ex Hincmari scriptis. Verùm quod ad dictum de Assumptione libellum Hieronymi nomine editum pertinet: dum Hieronymi esse defendendum putauit, cæcutiisse non dubium est, vt ex iis quæ in Notis diximus ad Romanum Martyrologium, patet. Quod ad reliqua Hincmari, nempe ad mores pertinet, qualiter fuerit comparatus, sua ipsius scripta tamquam eius imago in tabula docent. Sed & quòd Domino suo stat aut cadit, & secundum illud antiquitus vulgatum, Nihil in mortuum: temperandum est humano iudicio de his ferre sententiam. Sed alia occasione de ipso inferius pluribus dicendum, hic modò de eius obitu & sepultura: cui idem tradit auctor successisse Fulconem, virum certè tanta Ecclesia dignum, sacerdotali vigore & libertate vigentem, de quo sæpè inferius dicendum erit.
- Ceterum de his quæ spectant Rhemensium fugam ob Northmannorum incurfionem, hoc anno coeptam, & sequenti propagatam, habet ista Aimoinus: ^c Vsque Laudunum castellum Northmanni venerunt, & quæ in agro ipsius castelli erant, deprædati sunt, & incenderunt, disponentes Rhemos venire: indeque per Sueffiones & Nouiomagum pergentes ad præfatum castellum expugnandum rediere. Quod pro certo audiens Hincmarus Episcopus, cuius homines de potestate Rhemensis Episcopij cum Carolomanno, vix noctu cum corpore S. Remigij, & ornamentis Rhemensis Ecclesiæ (sicut infirmitas corporis eius poscebat) sella gestatoria deportatus, & Canonicis ac monachis atque sanctimonialibus hac illacque dispersis, vltra Matronam ad quamdam villam, quæ Sparnacus nominatur, vix fuga lapsus peruenit. Scara autem Northmannorum plenum

XVI.
^aFrod. hist.
Rhemens.
lib. 3. cap. 17.HINCMA-
RI
PAPIVM.

XVII.

^bFrodour.
hist. Rhem.
lib. 3. cap. 12.XIX.
^cAim. lib. 5.
cap. 01.

num exercitum praeueniens, usque ad Rhemensem portam peruenit: quae is quae extra A ciuitatem inuenit, deprædatis, villulas quasdam incendit. Sed ciuitatem, quam nec murus, nec humana manus defendit, Dei potentia, Sanctorum merita, ne in illam ingrederentur, defenderunt.] hæc ipse.

XX. INGENTES CLADES A NORTH-MANNIS ILLATAE. CIVITATES SVCCENSÆ. Apud Sur. die 8. Ian. prop. finem. Not. de mirac. S. Reclami lib. 2. apud Sur. die 3. Sept. DIVINAE IRAE EVIDENS SIGNVM.

Apud Sur. de ir. S. Severini die 23. O. infra.

Ezech. 14.

XXI.

PAX CON-TRACTA IN TERR. FRAN-COS ET NORTH-MANNOS. Aim. lib. 5. c. 67. Re-gino an. 882.

XXII.

GODEFRIDVS DVX NORTH-MANNORVM FIT CHRISTIANVS.

At non hic finis malorum, sed & Leodium, Traiectum castrum, Tungrensem urbem incendunt. Repetita rursus incurfione Ribuariorum finibus effusi rapinis & incendiis cuncta deuastant, Coloniam Agrippinam, Bonnam ciuitates cum adiacentibus castellis; itemque Tulpiacum, & Vulpiacum, & Nouesium igne comburunt. Post hæc Aquisgranense palatium, inde & Malmudariense & Stabulense monasterium in fauillas redigunt, Arduennam percurrentes, Pruniense cœnobium ingrediuntur in die Epiphaniæ Domini, interfectis omnibus quos ibi inuenerunt, monasterium igne consumunt. Hæc in actis S. Gudilæ pluribus, cuius quoque nobile monasterium pariter B concrematum est. De his verò à Norigero qui interfuit, seorsum scripta est historia de incensione Stabulensis monasterij S. Reclami, & miraculis tunc editis, quam tu consulas, ubi sequens annus signatur tantæ cladis octingentesimus octogesimo tertius. In quibus omnibus magnæ iræ Dei certa illa demonstrata sunt argumenta, quòd cum in translationibus corporum diuersorum Sanctorum, ne à paganis illis incendio absumerentur, plurima reperiuntur edita esse miracula, vt autem iidem reprimerent grassantes barbaros, nullus istud obtinuit apud Deum, cum in aliis eorum vbique potentia, aliis editis ab iis signis, innotuerit, vt dictum est de Rhemis ciuitate per sanctum Remigium liberata, de Oratorio S. Seuerini C Episcopi Colonienfis, quod barbari conflagrante urbe, incendere minimè valuerunt. Alij verò Sancti sua siuere comburi monasteria & Ecclesias, qui alia tamen tunc temporis miracula ediderunt, vt de S. Martino dictum, & S. Reclamo tunc scriptum proditur, & aliis Sanctis, quorum reliquiarum tunc facta translatio legitur: vt appareat, magna ira Dei ista permissa fieri, cum Sanctorum in his preces non fuerint exaudita; alia verò pro quibus rogarentur, ipsi tunc à Domino obtinentibus. vt planè acciderit secundum Propheticum illud: Si bestias pessimas induxero super terram vt vastem eam, & tres viri isti, Noè, Daniel, & Iob fuerint in ea: Viuo ego, dicit Dominus Deus, quia nec filios nec filias liberabunt, sed ipsi soli liberabuntur, terra autem desolabitur, &c.]

His igitur (vt dictum est) auditis à Northmannis illatis cladibus, Carolus ab Italia refert pedem in Gallias opem laturus periclitanti iam populo vniuerso. Qui non ferro sed auro, aliisque promissis Northmannorum duces auertit, Godefridum, & Sigefredum, illi concessa Frisia, & regia puella matrimonio iuncta: cui auri & argenti ingenti copia è D Metensi Ecclesia sublata, sunt numeratae bis mille & octoginta libræ, solidis viginti pro libra computatis. Porro autem non prætermittimus quod reddunt præcipuam veteres Francorum Annales hanc causam, cur ab vtraque parte pax animo cõcordi inita fuerit. Mira itaque res & stupenda obsidentibus Francis & obsessis à Carolo Northmannis quadam die occurrit. Nam xli. Kal. Augusti post medium diem tenebrosa subito caligo tota castra operuit, fulgure & tonitru concrepante, & talis grando, vt nullus antea mortalium se tale quid vidisse profiteretur, non vt solitum est, lapides descendere plena & æquali superficie, sed cornuta & inæquali, & aspera facie, omnibus cernentibus insolitum & magnum præbuit spectaculum (mirabile & incredibile dictu) vt vix grossitudo eorum potuerit pollice & digito medio circumdari. Nam & ita equi stupefacti fuerunt, vt effra-ctis sudibus & habenis, partim extra castra, partim in castris errore & stupore verterentur. E Ciuitatis quoque quam obsederant, propter impetum aëris, magna pars corruit, ita vt vna cohors coaceruatim posset equitando ingredi, nisi vallo quod circumerat, suspensa constaret. Igitur per tot dies obsidens tam magnus exercitus æstiuo in tempore propter putredinem cadentium hominum ægritudine correptus & pertæsus est. Nec minus inclusi simili molestia premebantur.] Sicque inita pax est dictis conditionibus, quas obsessi sibi proficuas ab obsidentibus præter morem acceperunt.

Cum autem regiam puellam Gislam nomine Lotharij Regis filiam Godefridus in matrimonium accepisset, baptizatum fuisse, & ab ipso Carolo è Baptismo susceptum, Regino tradit. Porro hæc omnia de clade per Northmannos illata & eo modo redempta, hoc anno cœpta, sequenti sunt consummata. Roricum etiam eiusdem gentis regulum ad Fidem conuersum constat: de quo Frodoardus ubi relegit Hincmari scripta, hæc inter

A inter alia habet: Alia eiusdem Hincmari epistola Rorico Northmanno ad fidem con- uerso, vt semper in Dei voluntate, & mandatorum illius obseruatione proficiat, sicut a Frod. hist. Rhem. lib. 3. eum velle ac facere, per multos audiebat; & vt ei nemo persuadere valeat, quòd contra Christianos paganis auxilium aut consilium præstet, quia nihil ei proderit Baptismum Christianitatis accepisse, si contra Christianos per se vel per alios quoscumque peruersa vel aduersa fuerit machinatus, &c.]

Hoc eodem anno incensum à Sarracenis fuisse insigne monasterium sancti Vincentij ad Fontes Vulturni, atque nongentos monachos ab eisdem decollatos, scribit Ioannes monachus eiusdem monasterij, qui vixit tempore Paschalis Papæ Secundi, deque his pluribus agit. XXIII.

OCTINGENTESIMVS octogesimo tertius annus Redemptoris sequitur, Indi- cione prima inchoatus, quo Marinus Papa perperam facta Ioannis Papæ rescin- dens, inter alia Formosum Episcopum Portuensem restituit in Urbem & in Episcopatum, quem damnans Ioannes iurare coegerat, se nunquam repetiturum Episcopatum, sed laica communione contentum quiescere. Sed sicut causæ ignorantur, cur fuerit à Ioanne depositus ab Episcopatu, aliis alias opinantibus, ita nescitur restitutionis per Marinum factæ modus, an scilicet absolutus fuerit à iuramento vi extorto, atque declarata nulla C Ioannis Papæ sententia fuerit. Sed illud valdè indecens, quod ob reassumptum Episcopatum, in eundem nonnulli rerum gestarum ignari temerè obloquuntur: nam istum quidem (sicut superius suis locis vidimus) si quem alium vniquam, præclara gesta com- mendant. Apostolatum hic à sanctissimo Nicolao Papa accepit ad Bulgaros, ubi annis pluribus degens, gentem illam ad Christi Fidem conuertit, & magnam inde sibi gloriam comparauit, aliisque postea legationibus perfunctis honorificentissimè maiori gloria au- ctus est. Quòd autem à Ioanne fuerit condemnatus, haud adeò mirandum, quippe quòd Ioannes ipse, vt vidisti, magno suo dedecore auersari visus est prædecessorum res benè dispositas, restituendo Zachariam Anagninæ Episcopum, præuaricationis damnatum à Nicolao, laica tantum communione ab Hadriano donatum, quem & honorifico mu- nere Bibliothecarij Apostolicæ Sedis auctum, Consiliarium suum fecit, & legationes cre- didit, cum & restituit Photium ab eisdem prædecessoribus sæpè damnatum. Fortasse ac- didit, vt non ferens Formosum in ipsum isthæc vel alia huiuscemodi exprobrantem liberram, vt rebellem habitum, quòd ipsi restiterit, ex Albo Episcoporum abraferit. Marinus verò virum insignem, fulgentem insignibus Apostolatus, & aliarum legationum me- ritis ornamentis, sed obrutum ignominia, (vt par erat) erutum in statum pristinum reuo- cauerit. Sic igitur quod apud Zachariam prophetam est de Zorobabel: Cum vestimen- ta sordida sublata sunt ab eo, positaq; est cidaris munda super caput eius, Formosus Epi- scopus per Marinum Pontificem est consecutus. Zach. 3.

Eodem tempore ad eundem Marinum Papam scripsisse reperitur litteras Fulco suc- cessor Hincmari Archiepiscopus Rhemenfis, de quibus litteris habet ista Frodoardus in vita ipsius Fulconis: Præmissis viro Dei ad patres suos appposito, successit in Episcopatu Rhemenfi Fulco vir nobilis & Palatinis assuetus officiis. Qui Fidei suæ tenorem Marino Papæ delegans, pallium ab eo antecessorum suorum de more suscepit. Cui etiam litteras misit pro concedendo debito Rhemenfis Ecclesiæ priuilegio, atque pro commendatione Regis Carolomanni, in quibus se significat ab eodem Papa dudum fuisse cognitum, tem- pore Ioannis Papæ, quando cum Carolo Imp. idem Fulco fuerat Romæ. Item pro quodam monasterio, quod frater ipsius nomine Rampo, ab eo construi testamento de- legauerat ex rebus suæ proprietatis, quas postea Eruinifridus quidam peruaserat, qui vxo- rem ipsius Ramponis viduam sibi copulauerat, pro quo idem Papa Euerardo Senonensi Archiepiscopo, in cuius parochia idem monasterium constructum fuerat, litteras di- rexit. sed & Ioanni Archiepiscopo Rothomagensi, in cuius idem Eruinifridus diocesi degebat, præcipiens, vt eum admoneret ab hac sacrarum rerum peruersione cessare: quod si facere nollit, canonicam subiret ultionem.]

III. SCHOLA ANGLICANA.

Eodem anno Marinus Papa Scholam Anglorum Romae existentem, Aelfredo Rege deprecante, a tributo liberam fecit, qui etiam Regi praefato dona transmittens plurima, dedit ei inter cetera portionem non modicam illius Crucis salutaris, in qua Dei Filius pro salute mundi pendit. J haec totidem verbis Matthaeus Vuestmonasteriensis res Anglica Ecclesiae ex antiquioribus monumentis accuratius prosecutus.

IV. AELFREDI REGIS ANGLIAE PIETAS. V. V. V. de gest. Reg. Angl. lib. 2. cap. 4.

Eodem tempore Aelfredus Rex Angliae, qui Romae coronam (vt dictum est) a Leone Papa acceperat, post varios casus, multa que pericula, a quibus diuinitus est liberatus, Regnumque vendicatum a Danis, grati animi opus exoluit, duplicis officio legationis, alteram mittens ad sacras Memorias Apostolorum Romam, ad Indos alteram ad corpus S. Thomae Apostoli. De duabus legationibus istis haec Vuillelmus a Malmesburienis: Eleemosynis intentus, privilegia Ecclesiarum, sicut pater statuerat, roborauit. Et trans mare Romam, & ad sanctum Thomam in Indiam multa munera misit. Legatus ad hoc missus Sigelinus Schireburgensis Episcopus, cum magna prosperitate (quam quiuvis hoc saeculo mittitur) Indiam penetrauit: indeque rediens, exotics splendoris gemmarum, & liquores aromatum, quorum illa humus ferax est, reportauit. Praeterea munus omni auro obrizo pretiosius, partem Dominici ligni a Papa Marino Regi missam. J Legatum Romam missum cum eleemosynis fuisse Etheltem Comitem Vuilthuntentium, Rogerius tradit anno octingentesimo octogesimo sexto. Anno nono Regis ipsius id accidisse de legationibus ad Apostolos missis, testatur Henricus Huntindoniensis, additque haec omnia ex nuncupato voto ab eodem impleta fuisse.

V. PATRIARCHA AQUILEIENSIS SCHISMATICVS.

Quod ad res pertinet Orientalis Ecclesiae, legatio inter haec decernitur ab Aquileiensi Patriarcha ad Photium Patriarcham agentem Constantinopolitanum, a schismatico ad schismaticum, & ad perfidum a perfido. Quo autem nomine fuerit appellatus Aquileiensis, nondum licuit scire. Ille quidem non solum ab Ecclesia Romana auersus, sed omnibus Ecclesiis Occidentis, Latinis inquam omnibus contrarius, schismaticis Graecis inhaerens, audacissime impugnabat Latinorum stabilitam per saecula multa sententiam de processione Spiritus sancti. Quod vero solus ista conatus inter Latinos inueniretur: a Photio per legationem ac litteras implorat auxilium, nimirum vt ab ipso epistola redderetur contra Latinos. Quibus ille acceptis, praestitit quod petiit abunde satis, has rescribens litteras ad ipsum, quas inuentas Romae in Vallicellana bibliotheca diligentia Federici Metij, ab eodemque diligenter Latinitate donatas hic reddimus, quibus veneno conspersis nos antidotum in fine parauimus. sic se habet titulus:

VI. PHOTII EPISTOLA AD PATRIARCHAM AQUILEIENSIS.

Photij Patriarchae Constantinopolitani ad Archiepiscopum Aquileiae, videlicet Venetiarum, de his qui blasphemus ore Spiritum sanctum a Filio etiam procedere affirmant. D Beatitudinis tuae litterae nobis allatae significabant quidem primo mentem tuam, quod sit secundum Deum, Spiritus etiam dilectionem, quod magna sit & excelsa, & vulgariis hominum conditionem superet. Admirati deinde sumus illum qui nobis eas attulit: praeter alias virtutes & prudentiam mentis, etiam constantia & fortitudine praestitit: per quae, quasi per speculum, sacram tuam & Deo venerandam beatitudinem intueri nobis licuit aperte & perspicue quaecumque litterae ipsae explicare non poterant, & tanti viri virtute delectati sumus & laetati. Vidimus enim hominem prudentia magis quam canitie venerandum, virtute praeterea non minus quam prudentia exornatum, & mentis constantia prudentiam suam firmantem, atque (vt vnico verbo dicam) tali gratia praeditum, qua par est eum fulgere, qui a Deo accipit, vt sacerdos statuatur tremendorum mysteriorum nostrorum, vestra etiam dignum doctrina & manuum impositione. E Talem quidem esse eum, qui litteras beatitudinis tuae nobis attulit, experientia ipsa nos docuit. & sicut licebat certo conicere, quod ille qui primas ferebat, & auctor & causa istiusmodi missionis ad nos fuerat, tu videlicet, plenus sis diuinarum gratiarum, & vitae splendore fulgeas, & dogmatum ardenti zelo, & charitate praestes, & salutis exemplar existas illis qui te inueniunt.

VII. VERBOSA ADVLATIO.

Nisi enim tuis secundum Deum documentis & instructionibus fuisset edoctus is qui gratiam pontificalem a te accepit: nullo pacto illis adeo delectaretur. licet nihil mirum, si quis tantum gratiae a tuarum virtutum fonte hauserit, nec propterea ad eam deuenit praestantia, quae pontifices Dei decet: non semper enim seruant vel in aliquo breui splendore & lumine similitudinem ij qui sequuntur illos qui ipsos precesserunt. & in his omnibus habenda est Deo gratia creatori omnium & benefactori, qui vt in partibus Orientis, ita

A ita etiam in Occidente, luminaria quaedam & duces sacerdotum quotidie lucere facit, & multorum animas & mentes in pontificali dignitate illustrare.

Sed cum ita de tua virtute sentiremus, & tuis rebus gestis laetaremur & gestiremus, quod nuper ad nostras peruenit aures (& vtinam numquam peruenisset: animi enim & corporis est magnus dolor) effecit, vt deponeremus magnam, quam coeperamus, spem, & moerorem nostrum aperire tibi necessarium duximus. Delatum siquidem nobis fuit, quod nonnulli in Occidente (nescio quomodo absque dolore dicere valeam) vel Dominicis verbis non satis instructi, vel nullam de Patrum & Synodorum decretis & dogmatibus rationem habentes, vel nescio quid aliud dicere quis posset, tamen vtinam non esset peruenit, inquam, ad nostras aures, quod nonnulli Occidentalium diuinum & sanctissimum Spiritum non solum ex Deo Patre, verumetiam a Filio procedere, nouo dogmate introducunt. Quod nullo pacto est ferendum. Et multum praeterea detrimentum propter hanc vocem apud eos qui adducuntur, vt id credamus, afferunt. Quod si aliquo rationabili praetextu facerent, non tanta fortasse, licet magna, essent reprehensione digni. Cum vero de hac re fuerit posita quaestio, & eorum error apertus, & manifeste declaratus fuerit, non solum sacris litteris, sed etiam ipsismet verbis Dominicis repugnare; nisi quamprimum ab huiusmodi absurda opinione resipuerint, & perniciem, ad quam deferuntur, agnoscentes repulerint, & pietatis filios & discipulos prompto & alacri animo seipos ostenderint: ad quantam blasphemiam istiusmodi homines prolabantur, & quantae damnationis reos seipos efficiant, licet nullus id affirmer, vnicique tamen est compertum. Cadent enim vna cum aliis bonis a pietatis gloria, & ab ipsomet diuino Spiritu, dum ipsius sancti Spiritus detrahunt dignitati, dicentes illum a Filio procedere, & secunda quadam processione illum contumelia afficientes, quasi vnica processione non sint contenti.

VIII. INVENTVS IN LATINOS.

Quomodo enim non erit absurdum, vel potius quomodo non omnem blasphemiae excelsum superat, ipsismet Dominicis verbis aduersari traditioni etiam & doctrinae refragari, quae vbiq; apud magnas Patriarchales sedes viger? Atque vt eius praedecessores omittam; Leo siquidem Romanus Pontifex, tum senior, tum illum secutus iunior, eadem sentire cum Catholica & Apostolica Ecclesia, & sanctis Pontificibus, qui eos praecesserunt, & Apostolicis Decretis agnoscuntur. Et prior quidem Leo in Quarta generali sancta Synodo multas laudes est assecutus non solum pro sacris illis viris, quos nomine suo Legatos misit, verum & pro sua epistola, qua Nestorius & Eutyches damnati fuerunt, in qua Spiritum sanctum a Patre procedere praedicauit, iuxta praecedentia synodica decreta, non autem a Filio.

IX. PHOTIVS ABVTITVR LEONIS MAGNI AVCTORITATE.

Similiter & iunior Leo, qui non solum nomen, verumetiam fidem illius est aemulatus: hic siquidem Leo iunior pietatis feruens zelator, vt nullo pacto barbara lingua corrumperetur immaculata nostra Fidei doctrina, Graeca lingua, vt initio dictum est, Occidentalibus sanctam Trinitatem glorificandam & celebrandam tradidit. Et non solum sermone & mandato id faciendum curauit, verumetiam quibusdam ancilibus quasi clypeis constructis, & columnis erectis illam inscripsit, & in conspectu omnium statuens, ad Ecclesiae valuas collocauit, vt hoc pacto facile & incorrupte possent omnes pietatem ediscere, & nullo pacto istiusmodi occultis deprauatoribus & nouatoribus pateret aditus deprauandi nostram Christianorum pietatem, & secundam causam Filium introducendi praeter Patrem Spiritus sancti, qui procedit a Patre, eodem honore & dignitate, qua genitus est Filius.

X. LEONIS IVNIORIS EXEMPLVM MALEVSVPATVR.

Nec hi duo soli sacri viri, qui in Occidente micuerunt, pietatem integram coferuarunt: (non ita enim Occidentalium Ecclesia Doctorum copia caret) verumetiam alius ipsorum innumerabilis numerus, qui vna cum superius dictis viris pietate praestant. Cum igitur Romana Ecclesia vna cum quatuor aliis Patriarchalibus sedibus eadem sentiret & confiteretur, & in petra verborum Domini fundata & firmata esset Ecclesia (contra quam neque inferi portae, ora videlicet haereticorum portis carentia, villo pacto praeualere posse, ipsamet Veritas confirmauit) vnde, & ex quibus noua haec emerit aduersus Spiritum sanctum blasphemiam? Et quomodo non erit multis lacrymis digna atque suspiriis?

XI. VANVS IPSAM ROM. ECCLES. TESTEM ADVOCAT.

Et multa quidem opus est diligentia ad cohibendum huius mali progressum; nec amplius videre morbum istum deuorare & depradari eos, qui in grege Christi sunt numerati. Hac igitur de causa humilitas mea te tamquam magnum quemdam Ecclesiae propugnato-

XII.

COMMIL-
TONEM AP-
PELLAT AD
FVGNAM.XIII.
FALSA MVL-
TA ASSV-
MVTVR A
PHOTIO
CONTRA
LATINOS.XIV.
PHOTIVS
VEL IMPE-
RITVS VEL
CALVMNIA-
TOR MAXI-
MVS.XV.
ENORMES
BLASPHE-
MIAS CA-
LYMNIOSE
LATINIS
IMPINGIT
PHOTIVS.XVI.
Galat. 4.

torem, & quasi speculatorem positum domui noui Israel, præstantiam tuam virtute fulgentem aduocat, vt zelum Dei, quem in corde habes, in medium excites, & quasi sacerdotij lucernam accendens, omnibus qui errant, salutare lumen lucere facias, & errorem ipsum propellas, & pietatem manu ducas, quæ per vniuersum orbem est diuulgata.

Primùm etenim, vt diximus, Dominicam habes vocem quouis lumine lucidiorem præfulgentem, Spiritum sanctum scilicet à Patre procedere. Ad quam quidem vocem respicientes illi, quamuis serò, qui à Filio Spiritum sanctum procedere blasphemo ore pronuntiarunt, abstineant in posterum ab huiusmodi tenebris & errore, & lumine pietatis illustrati ad orthodoxiæ splendorem vnà cum Orthodoxis reuertantur, veriti in primis Euangelistam Ioannem, qui è pectore Domini cælestium dogmatum compos factus, & Theologi nomen adeptus est, & per eum veniam adipisci procurent, si aduersus ipsum & Magistrum eius, & alios discipulos vniquam insurgere ausi sunt. Dicere enim, à Patre & à Filio sanctissimum Spiritum procedere, duas omnino est causas & principia in sanctissima Trinitate introducere. & ita monarchia omnino euanesceat, duas siquidem aperte dicunt essentias, qui hoc dicunt, & duas causas prædicant. ex quibus etiam sequitur, vt vnum principium in duo principia simul diuidatur. hæc autem blasphemia vertatur in caput aduersariorum.] Tam ista, quam cetera quæ sequuntur in redargutionem Catholici dogmatis à Photio robusta argumentatione allata: vt leuissima demonstrata, & vanissima confutata sunt ab Hugone Ætheriano, Gennadio, & aliis pluribus qui in eo scribendi argumento versati sunt, quos si tu maiori consulas otio, planè videbis quam insaniam fraudulentus eunuchus, qui pergit:

Præterea si perfecta est à Patre processio: quid opus est secunda processione? Primùm enim qui audeat hoc dicere, sanctissimæ Trinitati perfectissimæ imperfectionem aliquam tribuit: ex duobus enim imperfectis Spiritum sanctum omnia perficientem constituit, necnon compositum ipsum facit, quasi ex duabus quibusdam causis conflatum, & ita (ò linguam incontinentem & mentem stultam!) ex vtroque imperfecto modo Spiritum sanctum procedere. Si verò in huiusmodi blasphemiam tandem deuenient: & Spiritum sanctum quasi nepotem dicere non erubescant: etsi hanc vocem vitant Orthodoxorum metu, tamen hanc sententiam, vt ex eis quæ docent licet conicere, tuentur. Si enim ex Patre per generationem Filius procedit, Spiritus verò sanctus ex Filio per processionem: ad nepotis ordinem vtiq; deueniet Spiritus sanctus. Et quomodo hoc ferendum illis, qui pietatem colunt, & Christianorum numero recensentur?

Tu verò mihi, hominum religiosissime, absurdam istorum opinionem ex inferis emergentem, ita argue. Si enim cum Filij generatione procedit etiam Spiritus sanctus, & simul alter quidem, Filius scilicet, generatur, alter verò Spiritus sanctus ex genito Filio procedit, nihil minus quam Filius, etiam Spiritus sanctus à Patre processionem acciperet per generationem. Generat siquidem Pater Filium, & Spiritus sanctus vnà cum Filio per generationem procedente simul procedit. Si enim aliud tempus, in ipsis Filium quidem à Patre per generationem procedentem statuit, aliud verò tempus, quo Spiritus sanctus ex Filio procedit (fortasse enim & hoc consequens fingent) omnino Spiritum sanctum posteriorem Filij generatione constituere necesse erit. Si verò has apertas blasphemias & periculum hoc cum perspexerint, à sua opinione non recedent: proculdubid Spiritum sanctum genitum esse, fateri cogentur.

Audio autem istos diuinum etiam Paulum ad suæ hæresis confirmationem adducere non vereri. Inquiunt enim ex sancto Paulo: Misit Deus Spiritum Filij sui in corda vestra clamantem, Abba, pater. Sed illi, qui verbis istis Apostoli suam inscitiam confirmare credunt: illud nouerint, quòd quibus verbis sancti Pauli seipso tueri putant, iisdem potius ipsi errare arguuntur. Non enim in iis quæ Paulus prædicat, illos reprehendimus, sed quia diuinas Scripturas deprauant, ipsos accusamus. Et quoniam quæ nec dixit vniquam ille, nec cogitauit quidem, impudenter ad eius contumeliam adducunt, vt hac de causa ipsimet contra seipso damnationem inferre deprehendantur: Spiritum igitur sanctum Filij Spiritum vir ille, qui in cælum elatus est, asserit à Patre missum. dic etiam & tu eandem cum Paulo vocem. Est enim Spiritus sanctus Filij Spiritus, quandoquidem nec est ab eo alienus, neque ipsi contraria loquitur, neque contraria illi sancire visus est vniquam, sed quemadmodum eiusdem est substantiæ & potentiæ, ita eiusdem est consilij & sententiæ, & similiter ad vnū Deum Patrem se habet, ex quo alter quidem, Filius scilicet, genitus

A genitus est, alter verò Spiritus sanctus processit. & ita dixit Paulus, Spiritum sanctum esse Filij Spiritum. Ita quoque illi dicant, & nullus ipso hæreseos accusabit. Non enim dixit Paulus: Procedit à Filio Spiritus. Si verò hoc aliqui dixerint, & Pauli doctrinam afficient contumelia: & seipso hæresi reddent obnoxios. Sin autem quoniam Spiritus sanctus Filij dicitur Spiritus, opinantur etiam, hac de causa illum procedere à Filio, vtiq; Patrem quoque hoc pacto à Filio procedere affirmabunt; dicitur enim Pater vbiq; Filij. Multos præterea productores & causas Spiritus sancti statuent isti: dicitur siquidem etiam Spiritus sanctus, sapientiæ Spiritus & cognitionis, & scientiæ & fortitudinis, & aliarum istiusmodi rerum, quæ Deo conueniant. Si igitur cum istarum rerum dicatur Spiritus sanctus: non propterea sequitur, vt ab illis itidem procedat: licet itaque illis aperte videre suæ mentis insipientiam, ad quod erroris barathrum illos præcipites agat.

Alio præterea modo, alia iterum blasphemia ex eorum opinione videtur oriri. Si enim procedit Spiritus sanctus à Filio: non vtiq; posterius neque prius Filij generatione procedet. In sanctissima enim Trinitate aduerbia huiusmodi tempus significantia omnino procul absunt. Si igitur simul quidem procedit à Patre Spiritus: simul etiam & à Filio, & simul distinguitur ipse qui procedit Spiritus ab ipsorum personis qui illum producant: duo etiam pro vno erunt Spiritus, alter quidem Patris, alter verò qui à Filio procedit. Nihil enim est tale nouum, neque in iis quæ per generationem fiunt. diuersa enim licet videre secundum hypostasim, quæ ex vna & eadem hypostasi procedunt. Vnum verò & idem secundum hypostasim ex diuersis rebus procedere, & non simul distingui per hypostasim illud producentes, neque generatio ipsa hoc agnoscit, neque siquid erit generatione præstantius.

Filij etenim multi sæpenumerò ex vno & eodem vtero & simul & seorsum videntur in lucem edi. & eadem manus & verberat, & scribit, & beneficia confert, & ad Deum laudandum attollitur; sed scribere quidem magis est opus congruum, & pedis similiter ambulare: eodem pacto vtrumque ditorum: vel contra, videre oculi & aurium munus esse, vel huiusmodi, numquam aliquis sana mente crederet, sed quemadmodum membra propria descriptione sunt inter se distincta, ita etiam singulorum operantium naturæ congrua opera tribuentur, & ab aliis distinguuntur etiam in iis quæ distinctam hypostasim sunt sortita, & idem speculationis ordo seruatus conspicitur. Quænam igitur alia illis relinquatur occasio qui blasphemare cupiunt? Facile enim qui praua est mente, ad errorem labitur, quamuis angularis lapidis sapientia & fortitudo per suos seruos eorum gressus, qui praui sunt, facile confringit.

Sed quid restat istiusmodi hominibus ad blasphemandum? Domini etiam vocem usurpant; non sibi satis esse arbitantes per seipso Dominum blasphemare, nisi etiam Dominum ipsum qui blasphematur, istiusmodi blasphemiam accuset. Dixit enim (inquiunt) Dominus: Ille de meo accipiet, & annuntiabit vobis. Sed siquidem hoc ab illis pro ipsis, vel potius contra ipsos nobis afferebatur ad demonstrandum, quòd à Patre accipit Spiritus sanctus, & ex cælo, sed non propterea ex Filio procedit: quodnam aliud subterfugium, ne coarguantur, excogitabunt? Quæ igitur ipsorum insaniam aperte hæreseos arguunt, hæc proponunt ad huiusmodi hæresis confirmationem. Et quomodo non habendi sunt miseri mente, & miseres electione & voluntate sua? Quid enim esset clarius hac Dominica voce illis, qui eam asserunt ad conculcandam ipsorum impudentiam? Quid apertius ad confirmandum, quod non ex Filio, sed ex Patre procedit Spiritus sanctus?

Quod enim alibi dixit Saluator, Spiritus sanctus à Patre procedit: hoc ipsum & nunc propositis verbis aperte docet, dum inquit, Spiritus sanctus de meo accipiet. Non enim, inquit, ex me, sed de meo, videlicet Patre, nisi quidem vellet præter Patrem, etiam Spiritum sanctum esse & dici Filij. Si igitur ita aperta contra se argumenta pro se stare putant: cuiusnam auxilium & opem sibi poterunt comparare suæ deprauatæ mentis? Sed vt videntur isti, neque eas voces, quæ omnibus notæ sunt intelligentes, neq; triualium rerum notitiam habentes, ferre non possunt, vt ab aliis edoceantur, quæ ipsi ignorant. Licet orare alios deberent, & magna cum diligentia quærere, vt se ignorantia liberarent: isti verò contra seipso suorum errorum magistros constituunt. Quomodo enim eos non pudet, cum Saluator inquit, quod Spiritus sanctus de meo accipiet & annuntiabit vobis: ipsi illud,

DISSOLVE-
RE NITI-
TUR ARGV-
MENTVM
LATINO-
RVVM.XVII.
FALSA AS-
SVMPITIO.XVIII.
VRSVM CA
VILLATVR
PHOTIVS.XIX.
AD ALIAM
RESPONDET
OBIECTIO-
NEM.XX.
SYBOLA
PHOTII
INTERPRE-
TATIO.

*f differen-
tiam
Lactena en-
dem in textu
Græco.

de meo, non eo pacto, quo dixit Saluator, accipientes, deprauant, pro eo, ex me, ponentes. Hoc enim illis visum est, eorum consilium confirmare. Et licet ita dixerit, quod numquam dixit: neque hoc pacto eorum calumnia vim haberet. Non enim semper illud accipere, pro procedere sumitur, sed aliquando multam * innuit. Aliud est accipere, aliud est procedere ab aliquo. Ita neque circa has ipsas nominum significationes mentem rectam habent, & si quid affertur ab ipsis, eiusdem delicti vitio laborat, & ab eodem ignorantiae fonte proficisci videtur, & ad eundem impietatis interitum tendit. Sed, inquit, magnus Ambrosius, & Augustinus, & Hieronymus, & nonnulli alij eiusdem classis & conditionis, qui magnum nomen pro sua virtute & innocentia vitæ reliquerunt, Spiritum sanctum multis in locis ex Filio procedere docuerunt, & hac de causa cum satis aperte pateat, illos hæc dicere & sentire: non oportet sanctos Patres ita dedecore afficere, & tamquam hæreticos accusare.

XXI.
QVO PRÆ-
TEXTV PA-
TRIS REII-
CIAT.

Ad hæc autem licet primò respondere, quod omnibus est manifestum, quòd si decem vel viginti ex Patribus hanc vocem dixerint, contra verò sexcenti nequaquam dixerunt. Quinam Patres iniuria afficiant? Illine, qui respuunt illos, qui refragantur & aduersantur Oecumenicis Synodis, & innumerabili sanctorum Patrum turbe; vel illi qui multifariam sibi concordēs Patres accipiunt? Iniuria aliquis afficit sanctos Patres (tu dicis) si non dixerit, Spiritum sanctum ex Filio procedere: illi enim ita locuti sunt. Et quomodo non iniuria afficit longè plures alios, qui hoc inquit? numquam enim vllibi hoc dicere illi Patres voluerunt. Sed iniuria afficit Patres ille, qui præter illud quod ipsi locuti sunt, loquitur. Et quomodo non iniuria afficit communem Patrem & Dominum, qui eius vocem deprauat & corrumpit, & aliū sibi illius loco Theologiæ magistrum & doctorem proponit? Sed quid hoc dico? Quisnam est iniurius contra Augustinum & Hieronymum & Ambrosium? Illene qui istos communi Domino & magistro contraria dicere facit, vel ille qui nihil tale operatur, communis Domini decretis omnino inhærendum censens? Sed, inquit aliquis: Si rectè quidem docuerunt, oportet etiam eorum sententiam fouere, quicumque illos Patres agnoscunt, si verò impiè locuti sunt, oportet eos vnà cum hæretica eorum sententia explodere. Hæc quidem, inquit, qui circa pietatem iniquè se gerunt. Non enim ipsis (vt licet conuicere) magnum videtur conuersio ad impietatem, sed imperfectum cenent opus suum, nisi querant facere Patres suis erroribus suffragari, & inepta quadam inquisitione, & verendorum Patrum detectione, vt ipsos iniuria afficiant, ostendunt se ipsos etiam in hoc germanos & veros discipulos. Cham, qui patris turpitudinem non cooperuit, sed impudenti facie derisit. Ecclesiæ verò alumni, & sacrarum disciplinarum non oblitij, instar Seth & Iaphet, paternam turpitudinem occultare norunt, & Cham imitatores reprehendentes, illos auersantur.

XXII.
ASTVTA DE
NON RESI-
PIENDIS
SEMPER PA-
TRIBVS
TERGIVER-
SATIO.

Præterea verò, si quidem illi, quos supra enumerauit sermo, communi Domino non aduersantur, neque nos illi aduersamur. Si verò vos dicitis, quòd Dominicis verbis aduersantur: sit vobis etiam illis Dominum postponere, & illos propter Dominicum præceptum neglectum & paruipensum, ad irreuocabile iudicium projicere. Quid verò pro beatis viris illis dicere aliquis possit? illud certè: Quòd circumstantiæ rerum multos coegerunt, alia quidem dicere præter animi sui sententiam, alia verò propter dispensationem, alia etiam propter inobedientium hominum pertinaciam, alia item rerum ignorantia (vt fieri solet) homines decipi. Alius enim cum hæreticis contendens, alius auditorum imbecillitati se demittens, & alius aliud facere curans (tempus habens, quod nos hortatur, vt multa ab exacta rerum inquisitione aliquando remittamus pro perfectiori fine adipiscendo & consilio) dixit & fecit, quæ nobis neque facere, neque dicere licet. Quemadmodum, vt alios prætermittam, considera mihi admirabilem illum sanctum Paulum & Doctorem orbis, quæ scribat de castitate, de radenda barba, ac de dispensatione, quomodo lacte sint nutriendi qui nuper ad disciplinam sunt admissi, non cibo solido. Et si quis sacrorum virorum chorum percurret talia facientium & scribentium, vniuersam vitam tereret istiusmodi enumerando. Sed si quis huiusmodi verborum & actionum pro auditorum imbecillitate & verbi dispensatione exempla, quasi dogma sibi proponeret & foueret: illos ipsos qui ea dixerunt & fecerunt, inueniet contra se ipsam iustam sententiam protulisse.

XXIII.

Præterea si qui prædicta verba dictorum sanctorum Patrum in memoriam reuocantes, nobis refragantur, & ad contumaciam quamdam nos hortantur: permaneant illi quidem

QVAM AS-
TYE DECLI-
NET SEN-
TENTIAS
PATRVM.

Adem in eadem suæ opinionis peruersione, & in illa vitam suam cum reprehensione ab-soluant. necesse est enim, istos cum sua superbia dimittere. Patres verò si quid oblocuti sunt, vel ob aliquam causam nobis ignotam à recta via declinarunt, nec veritatis inueniendæ cura, quæ par erat, illis est adhibita, neque ad cognoscendam veritatem vllus ipsos excitauit: Patres nihilominus ipsos nos vocabimus; ac si nihil tale commiserint, propter eorum vitæ splendorem & virtutis reuerentiam, & pietatem eorum circa alia inconcus-sam. In illis tamen verbis, quibus eos errare contigit, nullo pacto ipsos sequemur. Quicumque verò conantur illos contrarium testimonium verbis Domini proferre: voce quidem nuda Patrum eis nomen tribuunt, opere verò & omni cura in partidarum & hostium classe se ipsos statuunt.

At nos quoniam & alios quosdam sanctorum Patrum nostrorum & Doctorum multis in rebus sæpè à rectorum dogmatum exacta via recessisse deprehendimus: in iis quæ à recto recesserunt, non admittimus eos; in aliis tamen recipimus & veneramur. Eodem etiam pacto, si qui illorum deducti sunt, vt dicerent Spiritum sanctum à Filio procedere: illud quidem quod repugnat Dominicis verbis, non suscipimus: ipsos tamen veneramur, & à Patrum numero non segregamus. Dionysium etenim Alexandrinum sanctorum Patrum choro adscribimus: quæ tamen ab ipso voces Arianae prolatae sunt in Sabelium Africanum, non solum non recipimus, verum etiam omnino auersamur. Magnum præterea inter martyres Methodium, qui Patrum rexit Ecclesiam, necnon Irenæum Lugdunensium Episcopum, Papiam etiam Hierapoleos, quorum vnus martyrij coronam, alij verò Apostolici viri fuerunt, & vitæ innocentia & miraculis claruerunt: nihilominus quoniam veritatem paruipenderunt, & aduersus communia & Ecclesiastica dogmata loqui lapsi sunt: in iis quidem illos non sequimur, sed paterno nihilominus honore & gloria ipsorum quemquam non defraudamus. Deficeret me dies, si viros omnes vellem enumerare, quos Patrum honore veneramur, sed in illis, quibus ipsi à veritate aberrarunt, eos nullo pacto imitamur.

XXIV.
PHOTIVS
CAVILLA-
TVR NE RE-
CIPAT PA-
TRIS.

Ita igitur si qui etiam essent, qui viderentur præter Domini verba, quæ nos omnes illuminant, dicere, Spiritum sanctum ex Filio procedere: vtique, nouitatem istam, tamquam Domini verba deprauantem & corruptentem auersamur; illius verò sententiæ Patrem & auctorem præsertim tacentem, & non præsentem, neque contradicentem nullo pacto damnamus: quando enim reus non adest, neque per seipsum neque per alios qui eius partes tueantur, nullus quidem sanæ mentis homo aduersus eum actoris munus exercet & accusatoris; accusatione verò & querela non existente, neque sententia delicti promulgata: & sententia reum damnante non promulgata, quicumque ausus fuerit reum afficere iniuria, qui ab huiusmodi circumstantiis longè abest, non potius contra reum, quam contra seipsum huiusmodi contumelia conuertitur.

XXV.
NVTATVR
PHOTIVS.

Sed inquit, dixerunt Patres, Spiritum sanctum à Filio procedere: dixerunt, non nego, sed isti quidem pauci numero, longè verò plures hoc dicere non ausi sunt. Dixerunt pauci Patres, sed sanctorum Synodorum decreta, illos qui aliquid contra huiusmodi vocem protulerunt, respuerunt. Dixerunt pauci Patres, sed quid est opus dicere de numero eorum qui hoc dixerunt? Si enim vniuersa creatura vocem aliquam emitteret: non propterea Creatorem & opificem ipsum aliquis relinquens, & eius dogmata & sacra mysteria, inhæretere vellet vllò pacto creaturæ aduersanti ipsi Creatori: neque creaturæ lex Creatoris, & opificis leges conculcari sinit. Patres quæris tuæ sententiæ fautores, dum habes Dominum ipsum, Oecumenicas Synodos, chorum vniuersorum diuinorum Patrum numero longè maiorem? Quætor superius dicti Romani Pontifices inde edocti, & per Fidei sanctam doctrinam expositam consubstantialitatis sanctissimæ Trinitatis inculpatum dogma cum accepissent, in vniuersis Occidentis partibus tradiderunt, nec solum Leo ille facer, qui in Oecumenica Quarta sancta Synodo ita celebris fuit; sed is etiam qui pietate & nomine illi similis claruit. Hadrianus quoque, qui eandem etiam Apostolicam tenuit Ecclesiam, in his quæ ad sanctissimum & beatum Tarasium nostrum maiorem patrum rescripsit, aperte videtur sentire, Spiritum sanctum à Patre, & non à Filio procedere.

XXVI.
FALSO DE
PATRVM
NUMERO
GLORIA-
TVR.

Illud etiam non mihi videtur prætermittendum, licet omnibus sit perspicuum propter temporis propinquitatem, Legatos in memoriam reuocare, qui nostris temporibus, non solum semel & iterum, sed etiam tertio ab antiqua Roma ad nos venerunt, & de pietate (vt par est) cum nos verba faceremus, nihil deprauatum de Fide, quæ per vniuersum orbem

XXVII.
LEGATOS A-
POST. SEDIS
IN CRIMEN
VOCAT.

orbem diffusa est, nec quidquam illi dixerunt, nec contraria nobis sentire inuenti sunt, A sed potius contrā disertis verbis nobiscum, Spiritum sanctum à Patre procedere, prædicarunt. Quinimmodò congregata Synodo pro quibusdam Ecclesiasticis capitibus & rebus, Legati, qui inde missi sunt sancti Ioannis Papæ Romani, ac si ipse adesset, & vnâ nobiscum pietatem ac religionem Theologicè scrutaretur, Symbolo Fidei, quod ab omnibus Oecumenicis Synodis, iuxta Dominicam vocem prædicatur & promulgatur, nobis concordēs & voce & lingua, & proprio chirographo subscriperunt.

XXVIII. Cùm hæc igitur ita se habeant, & Romana Ecclesia vnâ cum aliis quatuor Patriarchalibus sedibus eadem sentiat & decernat: quomodo isti Cham imitatores, suorum patrum (vt fertur) turpitudinem denudare non erubuerunt, & ad contumeliam & ludibrium illos omnibus præponere? oporteret enim ipsos, si quærent Patrum voces, ad synodica confugere decreta, ad voces Romanorum Pontificum se conuertere, ad chorum etiam B aliorum sanctorum & diuinorum Patrum; & non appellare quosdam Patres, ac deinde illos perperam & grauiter calumniari, dum eos communi Domino contrarios statuerunt. Præterea istis tamquam gnomonibus & regulis quibusdam Fidei vt illi deberent; nec non illud etiam animaduertere, quod multo maiore iniuria Patres afficiunt, dum ipsos aduersus Dominum obiiciunt, & non eo, quo par est, honore colunt, quos Patres appellant. Sed nisi illis curæ est paterna contumelia; metuere saltem & vereri deberent illius maledictionem & sententiam, qui aduersus parricidas eam diuinitus promulgauit, & nullo pacto Cham ipsum imitari, nec patrum pudenda detegere & reuelare, sed illa potius occultare, si quo pacto patres suos aliqua in re turpiter agere viderent, nec eius actionum esse imitatores, ne etiam maledictionis eius sint consortes.

XXIX. Sed misericors est Christus Deus noster, qui à parricidarum iniuria illos subtrahat, C & ne aduersus leges suas & doctrinam insurgant, eos edoceat, & benignè illos deducat ab eiusmodi tenebris & ignoratione, atque cum illis, qui eius diuinitatem offenderunt concilietur, vt sui emendationem procurent, & illa benedictione, quam adepti sunt, qui paternam turpitudinem contexerunt, dignos faciat, & in posterum, nullum eorum permittat fieri cibum & prædam feræ illius pessimæ, quæ est omnium malorum causa, dum religiosissima anima tua pro illorum salute labores sustinet, & aduersus communem humani generis hostem trophæa erigit, & eorum qui à veritate recesserant, salutem à Deo procurat. Per quæ etiam erga nos diuinæ dilectionis amor, religiosissime pater, inconcussus conseruetur in ipso Christo nostro solo & vero Deo, precibus beatissimæ dominæ nostræ Dei Genitricis, sanctorum Angelorum, & omnium Sanctorum. Amen.] hæctenus Photij bartologia, quæ ineruditus ac rerum ignarus posset pauorem incutere, vt pueris D laruari stipites, quos si denuides semel, laruaque & superpositis exuas indumentis, eodem statim ad risum conuertas. Quod facere nescientes Græci schismatici (quis a reuelabit faciem indumenti eius) tale spectrum, suum statuerunt idolum, captantes inde responsa Pythionis, quæ dicunt Photij.

PHOTII
LARVA DE-
TEGITUR.
Iob 41.

XXX. Audisti Lector, quo ambitu orationis, quibus verborum phaleris, qua Photius arte ADVERSVS PELASGA sic ducat, vt seducat legentem; quem primò instar anguis mendaciorum spiris inuoluat, & stringat, inde verò vipereis moribus venenum infundat; vt planè sit necesse præsentaneum antidotum præparare, quò venena lethalia, Lector illæsus sumens ac vomens, eadem intelligat esse detestanda penitus & execranda. Qua in re id quod ratio instituti à nobis exigit (extra enim egredi non licet) hic tantum ea quæ ad veritatem historicam pertinent, disquiramus, & quàm breuissimè possumus, erroris arguamus, quæ falsa E esse fuerint comprobata: cùm in reliquis quæ ad citata diuinæ Scripturæ loca spectant, sint scriptores innumeri Latinorum atque Græcorum Orthodoxorum qui ista tractauerint & disputauerint aduersus schismaticos aduersantes; quos ipsos tum scriptis tum edictis in publicis frequentibusque Patrum conuentibus redarguerint & confutarint.

XXXI. Primùm autem omnium illud subdolum aperiendum commentum, quo impugnans PHOTII DE- NVDANTVR INANES CO- NATVS. Photius Latinos omnes asserentes Spiritum sanctum à Filio æquè sicut à Patre procedere, falsò asserit pro se stare Romanos Pontifices, incipiens à Leone aduersus Latinos, pugna- reque contra eosdem Latinos plusquam sexcentos (vt ait) auctores, sanctissimos Patres, eisdem insuper contradicere Concilia Oecumenica, atque omnes Ecclesias Orientis, præcipuè verò Patriarchales sedes eosdem damnare Latinos id asserentes; quin etiam Legatos Apostolicæ Sedis à Ioanne Pontifice missos, vnâ cum Photio eadem esse pro- fessos

A fessos, atque demum eandem ipsam Romanam Ecclesiam in his omnibus aduersus eosdem de processione Spiritus sancti à Filio, Græcis fuisse consentientem. Quis hæc audiens, non consternatus, Photio cedendum putet, obrutus numero testium, eorumdemque talium, quorum sit fides constans & firma, atque auctoritas irrefragabilis, quæ nullo modo labefactari vel reuocari possit in dubium? Ita quidem, nisi in promptu sit aperire, & apertissima luce monstrare, falsitate Photium agere, solemniterque mentiri, cùm inter tot innumeros citatos testes, nec vel vnus sit inueniri, qui hac in re, de qua agitur, Latinos impugnet, aduerseturque illis, damnans quòd asserant, procedere quoque à Filio Spiritum sanctum. Attende quæso, & Græcam tibi aperiam technam.

Versutus homo quotquot inuenisse potuit suis asseruisse scriptis, Spiritum sanctum à Patre procedere (quod nemo Catholicus profiteri non potuit, cùm id toridem verbis as- B sertum inueniatur in Euangelio a, dicente Domino: Spiritus veritatis qui à Patre procedit, &c.) quotquot, inquam, dixisse reperit ex Euangelij præscripto, Spiritum sanctum à Patre procedere, siue id sit frequenter repetitum in Fidei Symbolo, siue alio quouis modo assertum, & ex eodem fonte deductum: mox omnes hos sentire contra Latinos in- clamat, cùm tamen etiam ipsi Latini omnes Orthodoxæ Fidei professores id ipsum asserant & prædicent, & negantes impugnent. At verò non simulac dictum est obiter à Patri- bus quouis scriptorum genere, cùm nulla de his controuersia verteretur, Spiritum san- ctum à Patre procedere, additum ab ipsis est, à Filio verò nequaquam, vel quouis alio modo id ab eis reperitur esse negatum. Probare id numquam Photius potuit, vel à Con- ciliis, vel qualibet alia scriptione, quavis occasione à Patribus, quos plurimos citat, vel semel dictum. Sic igitur quem vidisti magno fastu de communi attestacione omnium glo- riari, nec vnum quidem potuit inuenisse, qui expressè negarit procedere etiam à Filio Spi- ritum sanctum; plurimos verò è contra reperiri qui disertis verbis sint professi à Filio quo- que procedere, dicente Domino eodem verborum contextu: b Cùm venerit paraclæ- tus, quem ego mittam à Patre, Spiritum veritatis, &c.

Sed quàm calumniosè ante omnes ipse citet contra Latinos sanctum Leonem Papam, XXXII. quem & antesignanum falsò constituit contra eos: attende quæso, vt apertè videas ac ri- CALVMNIO- SE PHOTIUS LEONEM SVI ERRO- RIS AVCTO- REM PONTI- deas impostorem. Primùm quidem quod sanctus Leo dixit cum Symbolo Fidei, Spiritum sanctum à Patre procedere, nequaquam negasse inueniet quis, à Filio æquè procedere, vt dici possit, contra Latinos esse locutus. Quid amplius? audi quod mireris. Quem (vt diximus) ipse in prima acie primum constituens antesignanum, pugnare facit contra Latinos, eundem ipsum reclamantem aduersus Photium, primum ostendemus as- D fensorem eiusdem venerandi dogmatis, qui quæ auctor fuerit Ecclesiis Occidentalibus, vt omnes æquè profiterentur, Spiritum sanctum sicut à Patre ita à Filio quoque procedere, id ipso Leone totidem verbis ad Turibium Episcopum Asturicensem in Hispania scribente, id ipsum omnibus Hispaniarum Ecclesiis, tum vniuersalibus eorum Conciliis Toletanis disertis itidè verbis repetentibus & affirmantibus, & singulis credentibus pro- fitendum necessariò proponentibus, legibusque Gothorum firmatum & Italicum, quæ integræ hæctenus extant: quod & doctissimæ Gallicanæ Ecclesiæ ex Romano fonte à tanto Pontifice deriuatum dogma suscipientes, fimiter retinuerunt semper & illibatum, vt sacrosanctum religiosissime custodierunt. Ex quibus redarguas procacem Photium & imperitum, dum audacter nimis nouitatem dogmatis Latinis impingit, quod à sancto Leone cognomento Magno, promulgatum decretalibus iisdemque Apostolicis litteris constat E ante annos quadringentos quadragenos. Hæc autem omnia fusiùs narrata habes superiùs pluribus explicata, verbatim expressa, sigillatim asserta, non aliunde quàm ex ipsis fontibus, ex synodalibus Actis deducta, omni que fide munita; cùm alioqui ante sanctum Leonem Papam id ipsum assertum, scriptisque mandatum à sancto Damaso Papa in Romano Concilio, ibidem demonstraretur. Non te pigeat, Lector, citatum locum consulere annorum numero consignatum, cùm eandem narrationem hic repetere, superfluum iudicauerimus & onerosum. Videbis planè quanta dementia Photius laborauerit, dum petulanter nimis sanctum Leonem Magnum contra Latinos obiicit, quem præcipuum iidem habent dogmatis auctorem, assertorem, atque promulgatorem.

Habes ibidem explicatum de Leone alio eius nominis Tertio Papa, quod vanè obiicit xxxiv. Photius de clypeis ab eo suspensis in basilica sancti Petri Symbolo exaratis Latino atque Annal. Eccl. Tom. 10. C c c Græco

XXXII.
Iom. 15.
TESTES CI-
TATINIHI
CONTRA
LATINOS.

^b Ibid.

CALVMNIO-
SE PHOTIUS
LEONEM
SVI ERRO-
RIS AVCTO-
REM PONTI-

CHRISTI
883.MARINI PAP.
I.CAROLI III. IMP. 3.
BASIL. MACED. IMP. 17.CONSILIUM
LEONIS PA-
PAE III.

Græco charactere, in quibus inscriptum esset, Spiritum sanctum (vt idem habebat anti-
quum Symbolum) à Patre procedere, cur id tunc fecerit Pontifex: quod & ex Actis pu-
blicis, cum id in controuersiam deductum est cum Legatis Caroli Magni Imperatoris,
anno Christi octingentesimonono Annalium tomo nono, euidentius est demonstratum,
non sic Leonem voluisse absque illo additamento, FILIOQ. Catholicæ Fidei Symbolum
Latinè atque Græcè scribi, quod ipse non crederet, nec assereret, Spiritum sanctum à Fi-
lio, sicut à Patre procedere: siquidem ex iisdem Actis totidem verbis ibidem recitatis, fa-
tis euidenter apparet, ipsum sanctum Leonem Catholicum dogma cognoscere, & com-
probare, atque coram ipsis Legatis publicè profiteri, scilicet Spiritum sanctum à Filio sicut
à Patre procedere. Sunt enim de his ista ibi recitata verba Leonis Papæ: Ita sentio, ita
teneo, ita cum his auctoribus & sacra Scripturæ auctoritatibus. si quis aliter de hac re sen-
tire vel docere voluerit, defendo, & nisi conuersus fuerit, & secundum hunc sensum te-
nere voluerit, contraria sentientem funditus abiicio.] hæc ipse, qui & inferius eadem
confirmat. Sed tamen adduci non potuit, vt additamentum illud Symbolo apponeretur
ab ipsa Romana Ecclesia, quod factum fuerat ab Hispanis & Gallicanis Ecclesiis, aucto-
ritate sancti Leonis Papæ promotis, quod suis litteris decretalibus id asseruisse, inuentum
esset. Cur autem id facere, licet Legati peterent, Leo Pontifex recusauerit: est ibidem
demonstratum, nempe quod non videretur sibi esse necesse (quod pluribus disputat) vt
omnis veritas Catholicæ Fidei Symbolo inferatur.

XXXV. Quando verò, & qua urgente causa, & necessitate id exigente, factum sit, vt illæ qua-
tuor syllabæ FILIOQ. Symbolo adderentur, modò aperiendum. Quamdiu ea veritas non
sic impugnata est, vt penitus negaretur, nihil huiusmodi vnquam ab Ecclesia Romana
presumptum est, vt syllabæ illæ inferrentur in Symbolum Nicænum, siue dixerimus Con-
stantinopolitanum, licet (vt vidimus) id vehementissimè exigeretur per Legatos à Con-
cilio Aquisgranensi sub Carolo Magno Romam missos, resistente (vt audisti) Leone III.
Romano Pontifice, eo clypeorum argenteorum nobili monumento antiquitati Ecclesia-
sticæ consulente. Vbi autem schismaticorum procacitas eò deuenit, vt Catholicum dog-
ma non impugnant tantum, sed destruerent, atque tamquam alienum à Fide Catho-
lica condemnarent, & exploderent velut hæreticum; idque non priuatis tantummodò
agerent scriptionibus, sed collectis conciliabulis, mentitoque (vt vidisti) nomine vniuer-
salis Concilij, id ipsum decretis synodalibus confirmarent, atque confirmatum promul-
garent, quod à Photio factum magna presumptione vidisti: id vbi magno præiudicio
Catholicæ Fidei cum presumptum viderent Romani Pontifices, vbi nec ipse esset aliqua
correctionis, ad retundendam schismaticorum temeritatem, non tam inferendas in Ni-
cænum Symbolum illas quatuor syllabas, FILIOQVE, quam diu antea illatas recipere,
sapientissimè decreuerunt: quo significaretur, non communicare Catholicæ Ecclesiæ,
qui à Symbolo ab Ecclesia Romana recepto dissentire inueniretur. Quonam pacto qua-
so iisdem paterentur, à schismaticis haberi hæreticos, & vt hæreticos in ipsorum conciliis
condemnari huiusmodi veritatis professores omnes Romanos Pontifices; atque inconsul-
ta Romana Ecclesia, Patriarchas Constantinopolitanos heredes Photianæ impietatis
de dogmatibus definire sententias, & omnes Occidentales Ecclesias condemnare: Quam-
obrem recipiendum esse cum illo additamento, seu potius explanatione Nicænum Sym-
bolum statuerunt, consentiente vniuerso Occidentali orbe Catholico, cum plura in Hi-
spania primùm, inde in Galliis generalia Concilia (vt est demonstratum) id decreuissent
atque etiam promulgassent. Quod insuper schismatici Orientales obstinatè adeò resili-
sent, vt ausi essent inferre anathema (vt vidisti) in Romanos Pontifices id sentientes: ipsis
renitentibus, inconsultis id facere iure placuit.

XXXVI. Quisnam autem Romanorum Pontificum primus id statuerit, vt reciperetur Symbo-
lum cum iisdem duabus dictionibus, FILIOQVE: scimus viros doctos in his inuesti-
gandis plurimum laborasse, & ad tempora Nicolai vel circa id retulisse. verum si id fuis-
set, certè Photius aliis in ipsum Nicolaum Pontificem declamasset, qui ea in Symbo-
lum intulisset: sed cum duabus epistolis acerbissimè in Romanam Ecclesiam inuehatur,
numquam eum eo nomine suggillat, quod ea in Nicænum Symbolum intulisset. Auctor
Græcus anonymus, qui inter alia Græcorum monumenta positus habetur in Vallicella-
na bibliotheca, id primùm factum à Christophoro Papa tradit, atque affirmat, vsque ad
illud tempus omnes, qui præcesserunt, Romanos Pontifices in ipsorum Fidei professione

A QUO PON-
TIFICE RE-
CEPTUM IN
SYMBOLO
ILLVD, FI-
LIOQVE.

asse-

CHRISTI
883.MARINI PAP.
I.CAROLI III. IMP. 3.
BASIL. MACED. IMP. 17.

A asseruisse absque aliquo additamento Spiritum sanctum à Patre procedere; atque post
recensitos prædecessores Pontifices: Qui verò ipsum secuti sunt Formosum, Bonifa-
cius, Stephanus Romanus, Theodorus, Ioannes, Benedictus, Leo, successores nouæ hu-
iusmodi doctrinæ Formosi, in omnibus fuerunt ipsi discordes, qui secretò, à Filio quo-
que procedere Spiritum sanctum assererat; cum tamen in epistola ad sedes Patriarcha-
les missa de solo Patre fecerit mentionem. post quos cum Christophorus Papa Roma-
nus creatus fuisset, in Fidei confessione quam misit ad Constantinopolitanum Patriar-
cham, nempe in Symbolo, à Filio quoque Spiritum sanctum procedere, ausus est dice-
re. Qua de causa postea à Sergio Patriarcha qui præcessit Cerularium, è diptychis ipse
Christophorus expunctus est.] hæc ibi.

Subiicit verò eundem Christophorum omnes qui post eum successerunt Pontifices,
esse secutos, vt pariter in Symbolo ponerent FILIOQ. hæc sunt quæ ex Græcorum fon-
tibus, cœnosis licet, hausta deponimus. Verum nullo pacto possunt tribui ista Christo-
phoro, qui inuasor Apostolicæ Sedis, mox sede pulsus perbreui tēpore eam tenuit tumultu-
osè. Ceterum rem tantam ferè factam esse, summa tranquillitate; conuocato Romæ
Concilio, qui de his aduersus Græcos scripsere commentarios testati sunt. Græci autem
calumniosè à Christophoro id factum dixere, quem nouere infami ingressu turpissimum.
Cum tamen rem tantam maiori otio, consultu totius Occidentalis Ecclesiæ, & urgente
necessitate esse peractam, & à Pontifice qui in Sede Petri legitime sederit: absque con-
trouersia à Latinis omnibus affirmetur.

Quod enim à Romano Pontifice legitimo Petri successore, congregato Concilio, sit
factum, Aetherianus affirmat, qui & de ipsius definitione obiter partem decreti recitat
C paulò post hinc describendâ. Quod etiam necessitate urgente, in Concilio Florentino ver-
bis istis asseritur: "Maximo in Gallia & in Hispaniis schismate imminente, cum iam ex
FILIOQ. passim celebraretur: Romano Pontifici fuit necesse in multorum Occidenta-
lium amplæ dignitatis, magnique consilij Patrum conuentu, addito EX FILIOQ. Symbo-
lum magis illustrare.] hæc ibi. Id ipsum Eugenius Papa in decreto confirmationis eiusdem
Concilij, factum docet licitè & rationabiliter, vt ait, declarandæ veritatis gratia, urgente
necessitate. A Pontifice Romano itidem congregato Concilio id actum, b Aetherianus
docet his verbis: Nulla insimulatione, nulla reprehensione, nullaq; calumnia notandus
est antiquioris Romæ Antistes, quod causa interpretationis dictionem vnâ, dico autem
EX FILIO procedere Spiritum, sanctorumq; plurium Episcoporum, scientissimorum
Cardinalium consensu habito, apposuerit. Licuit enim ei, semperq; licebit fratres con-
firmare, decreta edere, cudere interpretationes, sicubi aliquid obscure scriptum sit, & de
voluntate scriptoris argumentari, iudicio voluntatis illius relicto facere, hoc persuadente.
Is enim est, cui oues & agni commissi sunt, & idcirco non solum scripti recitator esse de-
bet, verum interpret illorum quæ adscripta non sunt, vt caput ouium, Dei pastor.] & post
nonnulla eodem argumento inculcata subiicit, dicens: Qua in re manifestum, antiquioris
Romæ Præsulem potestatem à Petro accepisse, Fidem renouandi (vt verbis Patrum
vtar) habendi curam & regnum omnium sacerdotum, quin etiam omnium Christiano-
rum. Ergo qui resistunt primæ Sedis, immò totius orbis Præsuli, Christi dispositioni re-
sistunt, & nisi resipiscant, contumaciæ iudicio plectentur.] & inferius:

Quare palàm & publicè sit ex his, nequaquam licere cuiquam omnium calumniari
sanctissimam & magnam, omniumque principem Romanam Ecclesiam, quasi aliam Fi-
dem conscripserit, aut composuerit, aut docuerit: nam neque assert, neque perdocer,
neque aliud tradit Symbolum, si editum à sanctis Patribus interpretatur, non perperiens
Fidem labefactari apud quos semper effulsit: Quæ licet primatum habeat, attamen hu-
miliat seipsam, respondendo, quod Chalcedone celebrata Synodus quondam se calum-
niantibus respondit: Iniuste (inquit) arguor, dum non Fidem, sed memoriam renouo:
non apposui, non ademi salutari Symbolo, si dictionem occultam manifestavi. Renoua-
ui enim vt Patres antedicti Fidem, & apposui Nicæna, Constantinopolitanæ, atque Chal-
cedonensi Synodis, sed nullo modo illis contraria, quia dum illorum Patrum vestigia per-
sequor, solummodò quæ tunc quæsitæ non sunt, tempore post, per interpretationem &
appositionem verbi, quod non perspicuè ab omnibus intelligatur, enucleaui.] his sub-
iicit ista Aetherianus: Equum igitur est ratum habere, quod tanta Ecclesia decernit,
quod tantus Pontifex enuntiat. Sed quisnam fuerit Pontifex iste, silentio reliquit obscu-
rum,

Annal. Eccl. Tom. 10.

Ccc 2

rum,

EX MAGNA
CAUSA AD-
DITVM, FI-
LIOQVE.Cœcil. Flov.
sess. 7. Ferrar.
habita.
CONCILLII
AVCTORI-
TATE FA-
CTVM.
b Aether. de
hæres. lib. 3.
c. 16. tom. 9.
Bibl. sanct.

* al. in Petro

XXXIX.

rum, qui illis temporibus notus omnibus, etiam absque aliqua expressione, quis esset, A habebatur expressus. Idemque auctor post multa in eandem sententiam hac definitio- ne quae sunt dicta restringit. Quicumque ergo nauiculam Petri spernit, incaute nauigat, & nisi plumbeas moles pernicitatis reiciat, influent maria, &c.] hac cum Aetheria- nus dicat, atque de voce addita, FILIO QV ERRECITET verba decreti Romani Pontificis, non nisi Romani Pontificis auctoritate id factum esse aperte significat. Porro idem pari- ter a Aetherianus eodem commentario Photij de eadem quaestione in Latinos scribentis quae retulimus argumenta egregie soluit.

Aether. de heres. lib. 2. c. 15, 16, 17, 18.

XL. Quam insuper Photius (vt reliquas calumnias in dicta epistola sparsas cofutemus) quam inquam calumniose suae ipsius sententiae assertorem appeller Hadrianum Romanum Pon- tificem eius nominis Primum, nempe ipsum in litteris ad Tarasium datis esse professum, Spiritum sanctum a Patre procedere & non a Filio: ne te, Lector, diutius in his detineam, B & eadem saepe repetere, iterumque radio describere sim coactus, perlege quae superiori Tomo suo loco sunt dicta anno Redemptoris octingentesimo septimo, in actione septima Niceni Concilij posterioris, vbi plura inuenias, quibus redarguas impostorem.

Patriar- chae Aquileiens. Le- vitas.

Ad postremum vero, quod pertinet ad Patriarcham Aquileiensem, qui sua (vt audisti) legatione de his consuluit Photium, & schismaticus adhæsit schismatico: non possum non mirari hominis leuitatem & imperitiam. Si enim (vt decet sacerdotem) animo constans, & doctus fuisset: vtique institisset suorum praedecessorum vestigijs, illorum praeser- tim qui doctrina & sanctitate claruerunt, qualis fuit S. Paulinus Patriarcha Aquileiensis, qui congregato Concilio Forouulienfi tempore Caroli Magni, de sacro dogmate, quod Spiritus sanctus a Patre Filioque procederet, diffusius disputauit. extat ipsa Synodus. tu vero consule quae de ea a nobis dicta sunt superiori Tomo nono, anno Redemptoris septingentesimo nonagesimo primo, ex quibus redarguas (vt dictum est) huius Patriarchae Aquileiensis qui scripsit ad Photium, immensam leuitatem cum imperitia plane coniun- ctam. at de his satis. iam quae sunt reliqua anni huius, addamus pauca.

XLI. b Math. Vultmonast. hoc anno. c Lib. 2. c. 4. IOANNIS SCOTTI OBITVS.

Moritur hoc anno b magni nominis huius temporis Ioannes Scotus, licet (vt superius dictum) eius scripta erroris fuerint redarguta: de quo accipe quae c Vuillelmus Malmesbu- rienfis scripserit in suis commentarijs de rebus gestis Regum Anglorum: Succedentibus (inquit) annis, munificentia Aelfredi Regis allectus venit in Angliam, & apud monast- rium nostrum, a pueris quos docebat, graphijs, vt fertur, perforatus etiam martyr aesti- matus est. Quod sub ambiguo ad iniuriam sanctae animae non dixerim, cum celebrem eius memoriam sepulchrum in sinistro latere altaris & epitaphij prodant versus scabri quidem & moderni temporis lima carentes, sed ab antiquo non adeo diffformes: D

Clanditur hoc tumulo sanctus sophista Ioannes:

Qui ditatus erat iam viuens dogmate miro.

Martyrio tandem Christi conscendere Regnum

Quo, meruit, Sancti regnant per sacula cuncti.] hac de Ioanne Scoto,

licet causam cur ea passus sit, vt martyr possit haberi, nullus prodar.

I. MARINVS PAPA MO- RTVR.

HADRIAN. TERTIVS CREATVR.

A NNO Christi octingentesimo octogesimo quarto, Indictione secunda, decimoquin- E to Kal. Febr. Marinus Papa, vbi sedisset in Pontificatu vnum annum atque dies vi- ginti, laudabiliter Apostolico munere perfunctus, ex hac vita migrat ad Deum, successo- ribus relinquens exemplum, Photium impoenitentem, in deterius prolabantem execran- di, neque vllis Graeci Imperatoris blanditijs vel minis ad communionem cum eo ineun- dam moueri. Cum vero post Marini obitum Sedes vacasset dies duos, decimotertio Kal. eiusdem mensis Februarij creatur Hadrianus Romanus, eius nominis Tertius, qui inhæ- rens sancti praedecessoris vestigijs, execratus est & ipse Photium, tamquam laicum agen- tem Constantinopolitanae Ecclesiae Patriarcham, nullum prorsus cum eo participans communionis symbolum, quamuis ab Imperatore Graecorum Basilio magnopere roga- retur. Accesserat ad detestationem perfidi hominis, quod scripta ab eo epistola ad Aquileiensem Patriarcham contra Latinos, iam vulgata fuisset.

Basi-

A Basilius autem Imperator vbi constantiam perseuerantem in singulis successoribus Romanorum Pontificum est intuitus, magna indignatione commotus, euomens quam in stomacho continuerat diu bilem, hostiles plane ad Hadrianum Papam litteras scripsit, contumelijs plenas, quas tamen Romam sero perlatas post obitum Hadriani, accepit eas ipse successor Stephanus Papa. Quanam autem ipse rescripserit Imperatori, suo loco dicturi sumus. Haec autem de Hadriano ex ipsius Stephani Papae litteris accepta produun- tur, quae satis ad laudem, quod inhærens ipse Hadrianus praedecessorum suorum vesti- gijs, nihil faciens in gratiam Imperatoris, eius indignationem pati meruerit.

I I. LAVDE DI- GNVS HA- DRIANVS PAPA.

Ad hunc Hadrianum Papam scripsisse hoc anno, quo creatus est Pontifex, gratulatorijs I I I. litteras, & alias commendatitias pro Carolomanno Francorum Rege Fulconem Archi- episcopum Rhemensem, testatur Frodoardus in eiusdem Fulconis vita. ait enim: Hadria- num quoque Papam ipsius * Martini successorem litteris initio Pontificatus eiusdem visi- tare studuit, congaudens ipsius honori, & se Romam velle petere significat, si Deo pacem tribuente valuerit. Exemplaria quoque priuilegiorum a Leone, Benedicto & Nicolao Pon- tificibus Romanorum Rhemenfi sedi concessorum huic petit recitanda, & ab eo sibi con- seruanda & roboranda atque augmentada. De praefato quoque monasterio, cuius res Erui- nifridus praedictus inuaserat, suggerit, vt praemissis etiam Archiepiscopis Euerardo & Ioan- ni suae auctoritatis praceptionem dirigat, iubens quod in eum fieri debeat, &c.] Item pro commendatione praecom memorati Regis Carolomanni atque pro defensione Frotharij Bituricensis Archiepiscopi, qui ferebatur accusatus apud eundem Papam per quemdam suae dioeceseos monachum, quod scilicet post suae ciuitatis deiectionem a paganis factam, in alterius sedis inuasionem insiliuerit, ostenditque, quod ab Episcopis ipsius dioeceseos

I I I. * Martini SCRIPTA FVLCONIS AD HADRIA- NVM PAP.

C omnijs; clero & populo eiusdem ciuitatis petitus sit & electus; & quod praedecessor ipse Marinus ad eorum petitionem pium in hoc praebuerit assensum, insuper & pallio eum donauerit, & ipse in Bituricensi Ecclesia promotionem scriptis roborauerit, &c.] Quod autem ad statum Italiae spectat, Campaniae pars illa finitima Sarracenis ingen- tem passa est cladem. Etenim cum euauisset spes omnis de exercitu Imperatoris in Gal- lias reuocati anno superiore: sicut liberius ita audacius grassati isti, igne caedeq; miscentes omnia peruenerunt ad nobile monasterium Cassinense, quod combusserunt, occiso san- cto Berthario Abbate. De his agens Leo a Ostiensis hac habet: Per idem tempus mona- sterium B. Patris Benedicti, vbi sanctissimum eius corpus requiescit, a praedictis Sarrace- nis occupatum, destructum, incensumque est anno Dominiq; Incarnationis octingentesi- mo octogesimo quarto Indictione II. prid. Non. Septemb. nec multo post, vndecimo vi- delicet Kal. Nouembrijs, monasterium maius, quod erat inferius, barbarica immanitate succenderunt: multosque ibi perimentes, ipsum etiam honestum ac venerabilem Bertha- rium Abbatem crucidauerunt iuxta altare B. Martini. Cumque eandem Domini Salua- toris Ecclesiam, subiecto plerisque in locis igne, inflammare molirentur, Dei iudicio per- ficere id nequiuissent: sicque ea tantum de toto monasterio impiorum flammis erepta est. Illi monasterij spolijs onusti, triumphanteque Garilianum reueri sunt. Monachi vero quidquid supellectilis vel thesauri, seu monumentorum huius Ecclesiae surripere potue- runt, sumentes vna cum domno Angelgario tunc temporis Praeposito Theanum habitatu- ri profecti sunt, ipsumque Angelgarium sibi Abbatem constituentem, in cella quae in ho- norem beati Patris Benedicti constructa fuerat, manere coeperunt: anno & Indictione su- pradicta, exactis a Petronace Abbate usque ad illud tempus annis centum sexaginta sex.

I V. CASSINEN- SE MONA- STERIUM A SARRA- CENSIBUS IN- CENSVM. a Leo Oif. lib. I. c. 45.

D Sepultus est autem memoratus Abbas & martyr Christi S. Bertharius in superiori mona- sterio iuxta Ecclesiam S. Benedicti in Capitulo fratrum.] hac Leo.

Quo pariter anno, foedere icto inter Adefonsum Regem Gallaciae & Regem Ara- bum Cordubae regnantem Maomed ad sexennium, per Dulcitium Toletanum presby- terum facta est translatio corporum sanctorum martyrum Eulogij atque Locritiae, qui Cordubae martyrium subierant, illicque sepulti fuerant, Ouetum, exceptaque fuere ab eodem Adefonso Rege atque eius sedis Archiepiscopo Hermenegildo. in eisque in sanan- dis agris virtus miraculorum eluxit. Ita visum Catholico Regi, vt Ecclesiam Ouetensem, quam per Ioannem Octauum Papam erigendam curauit in Archiepiscopatum, eandem non solum ditaret oblationibus, sed & illustraret reliquijs sanctorum Martyrum, qui de- centi illic honore sunt culti.

V. TRANSLAT. SS. MARTY- RVM.

IESV CHRISTI STEPHANI PAP.VI. CAROLI III. IMP. 5. ANNVS 885. BASIL. MACED. IMP. 19. A

I. HADRIANVS PAPA MORITVR.

SEQUITVR annus Redemptoris octingentesimus octogessimus quintus, Indictione tertia, quo Hadrianus Papa, vbi sedisset annum vnum, menses tres, dies decem & nouem, obiit septimo Idus Maij: atque cum vacasset dies susceptus est in locum eius Stephanus nobilis viri Hadriani filius ex presbytero sanctorum quatuor Coronatorum eius nominis Sextus ordine, dictus Quintus. De cuius ab adolescentia institutis hæc apud Anastasium leguntur:

II.

Iste quidem beatissimus Pontifex nobilium parentum Romanorum quoque prosapia ortus, dum per Dei gratiam cresceret, sacris est edoctus dogmatibus studio & sollicitudine Zachariæ sanctissimi Episcopi consanguinei sui & Sedis Apostolicæ Bibliothecarij. Quem scilicet cum inspiceret piæ memoriæ Hadrianus Iunior Pontifex moribus bonis pollentem, & litterarum studiis feruentem, à prædicto inclyto genitore suo eum auferens, ad subdiaconatus, Deo fauente, gradû prouexit, statuens eum inter alios sibi familiarem, & in Patriarchio Lateranensi Ecclesiasticum peragentem officium. Et hoc honore percepto, vitam ipse duxit mirabilem. Erat enim corpore castus, animo beneuolus, vultu hilaris, eloquio prudens, operibus largus, ingenio fecundus, mœrentium consolator, pupillarum & inopum enutritor, & vt generaliter comprehendam, omnium virtutum floribus adornatus. Quamobrem idem eminentissimus Præsul in Romanæ Ecclesiæ seruitio perdurans, & magis ac magis spiritualibus studiis vacans, reuerendæ memoriæ Marino summo Pontifici benè notus, & ab eo amatus, familiaribus eius est adscitus obsequiis. Huius namque cum castimoniam & prudentiam atque fidelitatem idem Marinus summus Papa per omnia intueretur, ob fidei suæ & prudentiæ meritum dum ad sibi delegauit, & speciali conuersatione, tituli beatorum quatuor Coronatorum presbyterum consecrauit, & in nullo à se, dum vixit, separari permisit.

STEPHANVS SEXTVS, DICTVS QVINTVS, CREATOR PAPA.

III.

* Eritiuuius in Acilia.

Igitur defuncto recordandæ memoriæ Hadriano Papa, qui eidem beatissimo Papæ Marino successerat, super fluuium * Scultinum in villa quæ Vuilezachara nuncupatur, cuius tempore Romani ciues multa tam locustarum deuastatione, quam pluuiæ sterilitate, seu famis inopia passi fuerant incommoda, credentes se posse huius venerabilis viri sanctitate releuari: per Dei misericordiam facto conuentu sanctissimorum Episcoporum, & totius clericalis ordinis, necnon nobilium senatorum & virorum illustrium cœtu, acclamantibus omnibus vnà cum omni populo, & vtriusque sexus vulgi multitudine: D * Domnum Stephanum presbyterum Deo dignum omnes volumus, omnes querimus & petimus nobis præesse Pontificem; quia proculdubio credimus, eius sanctitate nos posse liberari ab imminenti periculis.

IV.

Tunc iam nominatus Hadrianus Pontifex Romæ reliquerat Ioannem venerabilem Ticinensem Episcopum, & Missum Caroli excellentissimi Imperatoris pro tuitione Urbis, qui omnes vnanimis venerunt ad domum vbi cum patre ipse almius Stephanus sancta meditabatur colloquia: & fractis foribus tenetur ac ducitur electus Dei Pontifex ad eundem titulum sanctorum quatuor Coronatorum sibi creditum, relictatus plurimum simul cum patre, reclamantibus vtrisque, & indignos se tanto honore profitentibus. Vbi & omnes sanctæ Romanæ Ecclesiæ Scholæ gaudentes coniunctæ eundem venerabilem electum trahentes, ad Lateranensem, Christo præduce, perduxerunt palatium, cum omni honore & debita reuerentia.

DEDVCITVR IN LATERANVM.

V.

PLVIA OPTATA CONCESSA.

Priusquam autem ad sacrum perueniret palatium, tanta pluuiarum cælitus facta est inundatio, quæ sua vbertate terram à multo retrò tempore aridam resceret, vt aperto iudicio Deus ostenderet, tanti almi generi viri meritis ac precibus, omnibus se velle propitiari populis. Quo scilicet in eodem residente palatio, gaudent vtriusque ordinis proceres, & debitam fidelitatem cœperunt exhibere.

VI.

Adueniente autem proximo die Dominico, ad beatissimi Apostolorum Principis Limina omnis Romana Ecclesia eum honorabiliter detulit. Vbi etiam consecratus Pontifex, Missarum ex more celebrauit solemnias. Et rediens, cum debito honore ac honorificentia ad Lateranensem palatium, suum ministerium miris cœpit decorare operibus. Deinde cum venerabilibus Episcopis & Augustali Legato ac honorabili Senatu per omnia sacri

CHRISTI STEPHANI PAP.VI. CAROLI III. IMP. 5. 885. I. BASIL. MACED. IMP. 19.

A sacri palatij perrexit vestiaria: quæ in tantum deuastata reperit, vt de sacratis stratis, quibus mensas ornare festis diebus Pontifices consueuerant, paucissima inuenirentur. De reliquis verò opibus nihil omnino. Sed quid mirum si à vestiario omnes gazas ablatas reperit, qui sacraria perquirens, de pluribus donariis, & Ecclesiarum ornamentis penè nihil inuenit? Crux autem aurea illa famosissima, quam Belisarius Patricius in honorem beati principis Apostolorum Petri instituit, & plurimæ sanctissimorum altarium aureæ vestes cum reliquis pretiosis ornamentis defuerunt. Nam ideò ipse beatissimus Papa coram tantis testibus ea requirere præuidit, vt cuncti cognoscerent, nihil tale suis temporibus esse * ademptum. Idcirco graui mœrore affectus est, quia deuastatis vestiariis, horrea simul & cellaria vacua inuenta sunt; & quod erogaret Clero & Scholis non habebat, vel vnde captiuos redimeret, orphanos & viduas pasceret, in tanta validissima, quæ instabat, fame carebat.] Iam enim, proh dolor, proh nefas! inoluerat pessima illa consuetudo, vt mortuo summo Pontifice, inuaderent homines Sedis Apostolicæ Patriarchium, atque depredarentur ipsum, id quidem constat ex iis quæ habentur in Synodo habita sub Ioanne Nono Papa, de qua dicendum suo loco inferius, pergit Anastasius:

Quid faceret? conuersus est ad patrem: atque facultates, quas inclyti sui parentes possidebant, abstulit, & larga dextera, prout posset, pauperibus erogauit. Et ita Deo miserante, factum est, vt famis inopiam suo studio mitigaret. Ministros itaq; & familiares hinc inde perquirens, tales suis obsequiis aggregauit, qui & vitæ sanctitate, & fidei sinceritate, & sapientiæ doctrina, & eloquentiæ facundia, & morum probitate pollerent. Cum ad prandium sedebat, orphanos quotidie aduocabat, quos vt filios alebat; conuocatos verò nobiles, cum corporeis pasceret cibis, spiritualibus epulis refouebat; & tantum Dei timorem mentis oculis ferebat, & in diuinis laudibus insiltebat, vt ad eius prandium sacra per singulos dies lectio recitaretur. Missarum autem solemnias quotidie celebrabat, nisi cum utilitatem populi ad se reclamantis perficere cupiebat, vt oppressos subleuaret & afflictis subueniret.] Quomodo autem qui à Deo pluuiam in sui electione impetrauit, locustas pariter ingruentes dissipauerit, audi:

Cum clades itaque locustarum, quæ prædecessoris sui, Hadriani videlicet, totam patriam penè consumpserant, malè multiplicato germine nasci cœpissent, & omnia repleuissent: miserunt idem sanctissimus Papa afflicti populi, primùm quidem diuulgauit, vt si quis de iis vnum sextarium caperet, & sibi attulisset, quinque vel sex denarios ab eo perciperet. Hoc autem populi audientes, cœperunt huc illucque discurrere, easq; capere, & misericordissimo Patri ad emendum portare. Sed cum illas tali argumento delere nequisset, ad Domini misericordiam confugiens, in Oratorium beati Gregorij, vbi eius lectus habetur, iuxta Ecclesiam Principis Apostolorum veniens, sese cum lacrymis in orationem dedit. Cumque diutiùs orasset, surrexit, & aquam propriis manibus benedicens, Mansionariis præcepit, dicens: Tollite, & singulis distribuite, monentes, vt in nomine Domini agros suos circumeant, & hanc aquam spargant per sata & vineas, petentes diuinum sibi suffragari subsidium. Quo facto, tanta omnipotentis Dei subsecuta est misericordia, vt vbi-cumque ipsa aqua aspersa est, nulla penitus locusta remaneret. Hæc circumquaque vicini audientes, ad Urbem confluunt, subueniri sibi deposcunt; omnem terram in pulueris modum locustis cooperatam clamitant, quos benignus Papa benignè commonuit, de cælo auxilium petere debere contra flagellum imminens & mox lata] hucusque in Vaticano codice res Stephani Papæ, reliqua desunt.

E Porro Anastasij Bibliothecarij nomine ista citauimus, ed quòd in eius codice de rebus gestis Romanorum Pontificum includantur, nec in vno volumine dumtaxat, sed omnibus quæ hæcenus reperire potuimus exemplaribus. Qui autem res Anastasij parum compertas habuerunt, putarunt ipsum cum vita Nicolai finem scribendi fecisse; reliqua autem quæ in eius codice reperiuntur siue de Hadriano Secundo, siue de Stephano Sexto scripta, esse Petri Guilelmi, siue Guilelmi Bibliothecarij: sed scias fuisse istam diuinatorem Panuini. Verùm cum constet superstitem diu fuisse post Nicolaum Anastasium, & adhuc vixisse tempore Ioannis Papæ Octauj, vt quæ de eo sunt superius recitata declarant, & ab obitu Ioannis Octauj, vt vidisti, vsque ad Stephanum hunc, de quo est sermo, non nisi anni tres intercedant: haud aded impossibile erit, ista etiam de Stephano Sexto ab eodem Anastasio esse conscripta, quæ (vt diximus) ed quòd eodem eius codice includuntur, nomine Anastasij haud perperam puto, citare consueuimus. Cum præsertim

PATRIARCHIVM APOSTOLICVM EXPILATVM INVENTVM.

VII. DE PATERNIS SVB STANTII SVBVENIT EAGENTIBVS.

VIII.

LOCUSTAR AQVA BENEDICTA ESTINCTAR.

IX.

nullus sit codex in Vaticana Bibliotheca vel extra (quod viderim) in quo Romanorum Pontificum vitæ scriptæ legantur, qui habeat, Guilelrum Bibliothecarium ab Hadriano Secundo vel Stephano Sexto scribere cœpisse vitas Romanorum Pontificum. Sed nec ad eò repugnat, vt non possit eorum esse auctor Anastasius, eò quòd in Hadriano Secundo eiusdem Anastasij summa cum laude mentio fiat: nam non est nouum, vt auctor de se ipso tamquam de alio in suis scriptis mentionem ingerat. De ipso verò Petro Guilelmo Bibliothecario dicendum fusiùs aliàs.

X. BASILIUS SCRIPSIT AD HADR. PAP. CONTRA MARI- NUM PAP.

Sed quæ simul ac Petri cathedram conscendit Stephanus, scripsit ad Basilium Imperatorem, videamus. Quòd enim mirum in modum Basilium Imp. exasperatus esset ex eo quòd tum Marinus, tum eius successor Hadrianus Pontifices nequaquã Photium vt Patriarcham habentes, cum eo communicare noluerunt, sed vt laicum eum habentes vehementer detestati sunt, litterasq; (vt dictum est) scripsisset ad Hadrianum Papam plenas blasphemias atque conuitiis, cum is qui eas detulisset, inuenisset Papam Hadrianum iam ex hac vita migrasse, Stephanus eius successor eas accipiens legit, qui persans in Photij execratione atque detestatione, inhærens prædecessorum vestigiis, rescripsit ad Imperatorem epistolam, eum redarguens, quòd pro Photio homine penitus laico excommunicato tantopere laborans, eum defendendo aduersus Romanos Pontifices, ipsam Romanam Ecclesiam ad eò afficeret contumeliis atque conuitiis. Extat magno Dei beneficio istiusmodi Stephani Papæ epistola inter Græca monumenta, quæ appendix posita est contra Synodum Phorianam Octauam ab ipso cognominatam, ex eodem codice Columnensium numero quadagesimoquinto signato, quam ex Græco à nostro Merio Latinitate redditam accipe, vt pote ex qua multa accipies quibus nonnulla historicorum mendacia confutes, & veritatem sinceram cognitam colas. sic se habet eius titulus:

XI. Epistola Stephani Papæ Romani ad Basilium Imperatorem, postremis videlicet eius temporibus, quando à Photio seductus, scripsit Romam aduersus sanctum Marinum Papam ad Hadrianum.

EPISTOLA STEPHANI PAP. VI. AD BASIL. IMP.

Litteras serenitatis vestræ ad Hadrianum prædecessorem nostrum missas accepimus. Et mirati sumus magnificentiam tuam, quomodo talia scribere potuisti, cum sis iustitiæ æquilibrium, præsertim cum rectè nouerit pia potentia tua, quòd manui regiæ non subiiciatur sacerdotalis & Apostolica nostra dignitas. licet enim ipsius Christi Imperatoris similitudinem in terris geras, rerum tamen mundanarum & ciuilium tantum curam gerere debes: quod etiam precamur, vt ad multos annos præstare valeas. Quo igitur pacto à Deo largitus es nobis, terrenis rebus præesse: ita etiam nos per principem Petrum spiritualibus rebus Deus præfecit. Accipe, quæ te, benigna fronte quæ sequuntur. Datum est tibi curare, vt tyrannorum impietatem & feritatem gladio potentia concidas, vt iustitiam ministros subditis tuis, vt leges condas, vt terra marisq; militares copias disponas. Hæc est præcipua cura potentia & principatus tui. Gregis cura verò nobis commissa est tanto præstantior, quantum distant à cælo ea quæ in terris sunt. Audi Dominum dicentem. Petro: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. De potestate verò & imperio tuo quid ait? Nolite timere illos qui occidunt corpus, animam verò non possunt occidere. Et iterum de ministerio nobis commissio ait: Tibi dabo clauas Regni cælorum, & quæ sequuntur.

XII. REDARGUIT PAPA IMP.

Oro itaque pietatem tuam, vt inhæreas decretis Principum Apostolorum, vt nomen eorum honores & dignitatem. Institutio enim & sacerdotium omnium quæ in orbe sunt Ecclesiarum à principe Petro ortum accepit, per quem etiam nos sincerissima & purissima doctrina monemus omnes & docemus. Regnum verò tuum non minimarum rerum argumento ad ea quæ præstantiora sunt, scrutanda se erigat, sed animaduertat qua auctoritate hæc facere aggreditur. Ille quidem qui aduersus sanctissimum Marinum sacras aures tuas contumeliis maculauit, aduersus Dominum nostrum IESUM Christum, qui nutu suo vniuersum orbem regit, blasphemias effutire proculdubio non dubitauit. Quis, inquam, ille fuit qui aduersus immaculatum eius sponsum & sacerdotem, & aduersus Matrem omnium Ecclesiarum talia dicere est ausus? Decipitur profecto quicumque putat, quòd discipulus sit supra magistrum, & seruus supra dominum suum. Obstupescimus sanè, dum tuam perfectam & illustratam prudentiam seductam videmus, vt talia contra sanctum illum virum cogitauerit: Qualis enim ille fuerit, licet nos silentio prætereamus, lapides isti clamabunt: Muta e hiant labia dolosa,

Math. 10.

Psal. 30.

Adolosa, quæ loquuntur aduersus Deum iniquitatem, vel aduersus iustum.

Si ouis Dei existis (quod in votis habemus) ne transgrediaris limites Principum Apostolorum. Dic quæso te: Quis te seduxit, vt Pontificem Oecumenicum comico more scommatibus lacefferes, & sacram Romanorum Ecclesiam maledictis incesseres, cui cum omni veneratione subditus esse debes? An ignoras, quòd hæc omnium Ecclesiarum princeps existit? Quis te Pontificum iudicem constituit, quorum sacris doctrinis dirigi debes, & à quibus preces pro te Deo offeruntur? Scis sacram illud elogium, quod ait: Noli te tagere christos meos, & in Prophetis meis nolite malignari. Hæc de omnibus sacerdotibus dicta sunt. Deo te æqualem facis, qui eius Angelos iudicare audes. Dicit enim Propheta: Labia sacerdotis loquentur iudicium, & legem exquirent de ore eius: Angelus enim est Domini omnipotentis. Quomodo iudicabis sacerdotes, qui solius Dei sententia subiciuntur, & qui soli facultatem habent ligandi atque soluendi? Vide ad quodnam profundum te præcipitem dedisti.

Audio in te, magnificentissime Imperator, laudari mansuetudinem, & patientiam Iob: quapropter mirari satis non possum, quomodo ita rursus lapsus sis. Scripsisti illum non esse Episcopum. Quomodo id nosti? Si verò id ignoras, quomodo ita præceptis in eum sententiam tulisti? Magna quidem est Pontificum potentia. Non te latent res beati Ambrosij, & quid ipse fecerit aduersus Theodosium Imperatorem. Quicumque dicunt, Marinum fuisse antea Episcopum, ac proinde non potuisse ad aliam sedem transferri: ostendant illi id aperte. Scito dilecte & omni honore digne Imperator, quòd licet illi impedimento fuisset, quod obicitur de Canone, cum tamen id nunquam fuerit: multitudo tamen sanctorum Patrum & illorum auctoritas & iudicium potuit illum constituere in primo gradu. Er diuina prouidentia prænoscentes Ecclesiæ Dei utilitatem, in Sede principis Apostolorum Petri illum collocauit. Quid verò magnus ille Gregorius cognomento Theologus, nonne Nazianzo translatus est, & Meletius Sebaste Antiochiam, & Dositheus Seleucia Tarsum Ciliciæ, & Reuerentius Archiphenice Tyrum, Ioannes Gordolia Proconnesum, Theodorus Apamea Selymbriam, Alexander Cappadocia Hierapolim? & multi alij diuersis in locis translati sunt è suis sedibus ad alienas.

Dicat celsitudo tua, quibus accusatoribus, & quibus testibus affirmantibus, beatum Marinum fecisse quæ tu dicis, illum condemnaisti? An ignoras, in prima Nicæna Synodo quòd beatus Siluester Papa proclamauerit per Legatos, præsentè ibidem sancto Constantino, Vt prima Sedes à nemine iudicaretur? Quid deliquit sancta Romanorum Ecclesia, vt aduersus eam linguam tuam vibrare, & concitare seductor is te induxerit? Num iuxta antiquum morem, de Synodo Constantinopoli habenda, ad te litteras non dedit? Num pro eadem Synodo curam non gessit? Peto à te: Cuinam scriberet Romanorum Ecclesia? laico scilicet Photio? Si enim haberes Patriarcham, frequentius nostra Ecclesia illum litteris visitaret. Sed hei mihi, quòd ista gloriosa & à Deo custodita ciuitas Constantinopolis, Pastoris solatio est orbata, & sola regia tua potentia illustratur! & nisi amor, quo te prosequimur cohibuisset, vt ferremus iniuriam nostræ Ecclesiæ illatam: coacti fuissetus aduersus præuaricatorem Photium, qui contra nos impura euomuit verba, grauiores pœnas infligere quàm prædecessores nostri.

Neque enim hoc dicimus ad tui contumeliam. Te enim in vniuerso orbe Deo dilectum prædicamus; sed tantum ad nostram defensionem, & Marini maiorem gloriam, qui eadem sensit & sapuit cum prædecessore & doctore nostro sanctissimo Papa Nicolao. Et qui dum voluit adimplere, quæ illi antea visa fuerant: in maximum deuenit apud vos contemptum & ludibrium diuinus ille Marinus. Et cum noluerit simul duci cum iis qui aliena sentiebant, & quæ ipse coram tua maiestate synodicè gesserat, dissoluere & annullare ac irrita reddere, propterea triginta diebus carcere fuit detentus: id sibi gloriæ potius tribuens quàm contumeliæ, pro vnitæ pati. Sed, ô iunior Constantine, quomodo non es illum magnum imitatus Constantinum, qui sacerdotum libellos acceptos in ignem proiecit, affirmans se non esse dignum, vt sacerdotes iudicaret? Te itaque monemus, spiritualis noster fili, ne aduersus sanctam Romanorum Ecclesiam insurgas. Cum verò audiuerimus, quòd ex semine tuo filium ad sacerdotium dedicasset: magno hac de causa repleti sumus gaudio.] Erat hic filius minimus natus Stephanus nomine, quem Imperator, aliis ad Imperium euectis (vt dictum est) Ecclesiasticis functio.

IUSTA AC DIGNA RE- PREHENSIO Psal. 104.

Maluch. 2.

QVAE ORBI- CIUNTUR IN MARINUM DILVNTUR

XV.

MULTA IN PHOTIUM STEPHANVS PAPA.

XVI.

MARINVS ACERRIMVS DEFENSOR OCTAVAR SYNODI.

CHRISTI STEPHANI PAP. VI. CAROLI III. IMP. 5.
885. I. BASIL. MACED. IMP. 19.

functionibus mancipauit. ista ingerit Stephanus Papa, vt eum inducat, quod ciecito Photio, ipsum institueret Patriarcham, quod factum est post illius Imperatoris obitum ab eius filio successore Leone. Ad postremum verò commendans Romanam Ecclesiam laborantem Sarracenorum incursionibus, ista subiicit:

XVII.
COMMEN-
DAT ROM.
VRBEM.

Oramus etiam vt Chelandrium munias, & omnia quæ in eo sunt necessaria adhibeas à mense videlicet Aprilis ad Septembrem mensem; mittas præterea qui mœnia nostra custodiant ab Agarenorum incursionibus. Reliqua verò silentio præterimus, cum neque oleum sit nobis pro luminaribus Ecclesiæ iuxta debitum Dei honorem. Cui gloria sit in sæcula sæculorum. Amen.] hæc Stephanus, cuius hæc vltima verba bene respondent iis quæ nuper dicta sunt, quod expilatum ita inuenerit Patriarchium, vt opus fuerit è domo paterna petere cuncta, quibus indigeret pro se atque pauperibus.

XVIII.

Porro litteræ istæ hoc anno datæ non nisi sequenti perlatæ esse Constantinopolim reperiuntur, & cum iam Basilius ex hac vita bono totius Ecclesiæ Orientalis subductus esset. Ita plenè, simul ac blasphemias in Dei sacerdotes effutire non est veritus: Dei indignationem in se conuertit; & qui Photij communionem numquam deseruit; à Deo deferi meruit, atque ex hac vita subduci. quæ autem tunc acciderunt, suo loco anno sequenti dicturi sumus.

XIX.
Frod. lib. 4.
hist. Rhem.
c. 1.

Quæ autem eodem exordio Pontificatus Stephani Papæ transacta sint inter ipsum atque Fulconem Rhemensem Archiepiscopum, à Frodoardus in historia Rhemenisum Episcoporum, ex vtriusque litteris vtrò citroque datis docet his verbis:

Stephano quoque huius Hadriani successori litteras mittens, gratiarum actiones referre curauit, quod cum & Ecclesiam ipsius litteris Apostolatus sui visitare, & inter varias mundi pressuras consolari dignatus fuerit, & quia fratris eum & amici vocabulo voluerit honorare, quod ipse tamen noluit appetere, sed magis seruus & abiectus existere. Significatque se ad ipsam Papam videndum properaturum fuisse, nisi paganorum valeret obsidione, hostique deno tantum milliaro à sua ciuitate abesse. Ciuitatem quoque Parisiorum ab ipsis tunc obsideri; hancque infestationem huic Regno ab octo annis iam præteritis inferri, vt nemini extra Castella procul liber abitus patere videretur. Addit denique, audisse se de insidiis quorundam pestilentium, quas ipsi Papæ moliebantur, & satis agrè tulisse, opemque ferre si licuisset, optare, vnum quod quibat agere, precibus videlicet pro eo insistere.

XX.

Pro Vuidone quoque affine suo, quem idem Papa in filium adoptauerat memorat, tam se quàm ceteros consanguineos suos, quibus id notificauerat, debitam exhibituros eidem Papæ reuerentiam. De eo etiam quod illi scripserat, roborare se promptum fore, quæcumque necessaria Dei Ecclesiæ significaretur: eius suggestionem se multum per omnem modum effecisse ipsius fidelitate obnoxium, seque cum suffraganeis Coepiscopis in cultu debito sanctæ Sedis Romanæ perseueraturum, & si quid contrarium sanæ Fidei contra ipsam emerferit, omnimodis confutare, Deo auxiliante, paratum existere. Sedem verò Rhemensem notum habeat ab antecessoribus suis præ Gallicanis omnibus Ecclesiis semper fuisse honoratam, vt pote cum primus Apostolorum B. Petrus primum destinauerit huic vrbi sanctum Sixtum Episcopum, & totius Gallicanæ regionis dederit ei primatum. Hormisda quoque Papa sancto Remigio vices suas in Galliarum partibus commiserit. hoc idèd se commemorare, ne sedes Rhemenis suis in diebus lineretur dehonestari. Annectens etiam de priuilegiis sibi iniunctis quæ petit, ab eius prædecessoribus Marino & Hadriano concessis. Itemque de iam dictis rebus Ramponis, & earum peruasore, quem præmissi Pontifices iusserant ab Archiepiscopis Senonensis ac Rothomagensis vrbis excommunicari. Quibus eandem excommunicationem differentibus, idem peruasor adhuc rapta possidebat. Vnde petit, vt ab ipso Apostolica feriat sententia, præcipiatque hic Papa præfatis Archiepiscopis, ne vllam in eundem excommunicando afferant amplius dilationem. De quibusdam præterea rebus Rhemenis Ecclesiæ, quas quidam abstulerant inuasores, poscit vt ipse Papa suggerat Imperatori Carolo, qui iam magnam ex his partem restituerat, vt bonum quod cœpit, eius precatio perficiat, & de his quæ egit, ipse gratias ei agere dignetur, &c.

XXI.

Ad quæ ille respondens asserit se oppidò fuisse lætatum, quod eum circa Sedis Apostolicæ reuerentiam cognouerit anhelare. Hortans vt in hac dilectione semper ardentius accendatur. Memoriam quoque Vuidonis Ducis gratissimè se suscepisse, quem vnici

CHRISTI STEPHANI PAP. VI. CAROLI III. IMP. 5.
885. I. BASIL. MACED. IMP. 19.

A vnici loco filij se tenere fatetur. De Northmannorum infestatione, quam Regnum nostrum patiebatur, dolere vt propria, Dominum deprecari pro huius populi defensione per Apostolorum Principum interuentionem; & vt incolumis hic Præsul perducatur ad Apostolorum Limina, quatenus etiam corporeis eum valeat vlnis amplecti, & conferre de priuilegiis quibus scripserat sibi. Ad Archiepiscopos etiam quas perierat, litteras se direxisse, nec non ad Imperatorem pro Ecclesiæ Rhemenis iustitia deprecatorias, & pro collocata benignitate gratias illi referentes.

Item litteras idem Præsul ad eundem Papam dirigens, de prosperitate ipsius lætificari se inter multas tribulationum quas à paganis patiebatur angustias refert; præfari quoque Vuidonis fatagit commendare fauorem. De prænominato necnon Erminifrido querimoniam repetens, qui admonitus à prænominatis Archiepiscopis inobediens extiterat: B flagitat, vt iterum commoneatur ab auctoritate Papæ, Archiepiscopo hunc asperius increpante; & si peruasa non reddiderit, Ecclesiastico feriat iudicio. Interrogat præterea, sibi que remandari poscit: si ritè valeat fieri Episcoporum ordinatio in qualibet Sanctorum festiuitate, nisi tantum die Dominica, &c.

Ad hæc etiam rescribens idem Papa gratias agit pro ipsius erga Sedem Apostolicam charitate & solitudine, condolens de ipsius afflictione, ac pro ipsius preces se Domino fundere pollicetur alleuatione; & confortans monet in Domini confidere cōsolatione. Item scribit eidem Præsuli pro quodam Dominico à filiis & cognatis propriis oppresso vel expulso, hortans, vt id diligenter inquirat, & eius inde adiutor existat. Item pro quorundam susceptione Anglorum. Item scribit eidem cum Aureliano Lugdunensi, Adalgario, Geilone, Emmenone, & reliquis per Galliam constitutis, pro querimonia Bituricensis Ecclesiæ, super inuassione Frotharij Burdegalenis Episcopi, qui etiam Pictauensem aliquamdiu tenuerat sedem, cui postea Bituricensis fuerat à Ioanne Papa ad tempus propter infestationem barbaricam tali tenore concessa, vt hac remota necessitate, id etiam remoueretur quod necessitas imperarat. Vnde præcipit Papa Stephanus præfatis Archiepiscopis, vt ad propriam sedem illum remeare compellant. Quod si Apostolicis monitis obedire contempserit, nouerint eum Spiritus sancti iudicio perpetuis anathematis vinculis innodatum.

Item pro Teutboldo Lingonensi Episcopo, significans ad se huius Lingonensis Ecclesiæ querimoniam peruenisse, quod abeunte Isaac Episcopo inconsulto Clero & populo, Egilonem quemdam monachum nuper de sæculo venientem in Episcopum Aurelianus Lugdunensis ordinauerit, eis que illata vi præposuerit nolentibus. Quo diuina vocatione D homine excedente ne in idipsum incurrerent concordii voto Clerus & populus Teutboldum ipsius Ecclesiæ diaconum eligentes, ab ipso Papa, sibi met in Episcopum consecrari petierint. Sed ille vniscuiusque Ecclesiæ priuilegium inconcussum seruare volens, id agere distulerit, eumque præfato Aureliano direxerit, scribens ad eum, vt si Cleri populi que vota in eum concordarent, & sacri Canones illi non obuiarent, manus huic imponere non differret. Quod fieri si ratio prohiberet, & id ipsum sibi rescriberet, interim tamen alterum inibi ordinare nullo modo se inconsulto præsumeret: simulque & Orrannum Senogallensem Episcopum à suo latere direxerit executorem. Quem deludens Aurelianus ad Lingonensem præmiserit vrbem, pollicitus se citissimè subsequeturum. Quod cum diu expectaretur, nec ipse aduenerit, nec suæ moræ causam innotescere vel Papæ remandare præuiderit. Quocirca intantum Clerus & populus cum decreto E manu omnium roborato, præfatum electum Romani remiserint obnixè sibi met illum consecrari petentes. Sed nec tunc id agere acquieuerit, volens Lugdunensi Ecclesiæ colatum priuilegium immutilatum consistere. Ideoque iam dicto Aureliano iteratò rescribens, mandauit, vt quia concordii voto Clerus & populus iam dictum diaconum expectabat, aut ipsum consecraret, aut quid in eo reprehensibile iudicaret, rescribere maturaret. Sed is priori inobedienciæ contumaciam adiciens, non solum oblatum consecrare, sed quid in eo reprehensibile iudicaret, sibi rescribere contempserit. Verum contra interdita & sacrorum Canonum statuta quemdam extraneum & eidem Ecclesiæ ignotum, in angulo ordinatum illis ingerere niti præsumperit. At hi potius laborem subire, quàm subici ignoto eligentes ad se redierint implorantes, ne pateretur Ecclesiastica iura violari.

Nos autem, inquit Papa, qui omnium Ecclesiarum in beato Petro Apostolorum principe

XXV.

CHRISTI STEPHANI PAP. VI. CAROLI III. IMP. 5.
885. I. BASIL. MACED. IMP. 19.

SENTENTIA
STEPHANI
PAPAE.

cipē curam suscepimus, scientes inter Episcopos non haberi eum qui neque à Clero electus neque à populo est exoptatus, sēpeditum Teutboldum venerabilem diaconum, ipsorum lamentabilibus precibus inclinati Lingonensi Ecclesie Episcopum consecrauimus, condigna sententia prauaricatoribus illata, licet & aliis prauaricationibus fuerint impediti. Quapropter tuā iniungimus sanctimoniam, vt his nostris Apostolicis litteris perceptis, postposita dilatione, ad Lingonensem accedas Ecclesiam, & eundem Teutboldum à nobis solemniter consecratum Episcopum exinde reuestias, omnibusque Archiepiscopis & Episcopis innotescas pro tantę contumacię vltione, nos eiusdem Ecclesie specialem sollicitudinem suscepisse pro tanti laboris maceratione & apprehensionis illatę reuelatione. Quidquid autem idem venerabilis Episcopus Teutboldus vobis ex nostra parte retulerit, credite, & effectui mancipare nullo modo ambigite, vtpote qui tuam reuerentiam circa nos deuotam consistere credimus.

XXVI. Ad hæc idem præsul Fulco rescribens, gratias agit pro consolatione litterarum ipsius, asserens se paratum fuisse & esse quæcumque sibi ab ipsius Papæ celsitudine iniuncta fuerint adimplere: præfatam verò præceptionem de Teutboldo Episcopo sine mora exple re voluisse, sed Odonis Regis sui consultu interim intermissum, dum Rex idem Legatos suos ad eundem Papam dirigeret, ac per eos iussionem ipsius certissimè cognosceret. Super his autem quæ litteræ ipsius Papæ profecutæ sunt, velle scilicet se omnibus Ecclesiis sua instituta & priuilegia inconfuso ordine intemerata seruari: valdè gauisos vniuersos Episcopos in quorum præsentia hæc recitari fecerat. Consultit autem eius auctoritatem deposcens, vt sibi scriptis remandet, si liceat Coepiscopis suffraganeis suis, qui in eius diocesi consistunt, ordinationem vel Regis vel alterius alicuius personæ sine sua licentia & cohibentia, seu permissione agere, vel aliud aliquid inconfulto suo Metropolitanano aut contra interdicta sui Primatis præsumere. Priuilegium quoque denique à Sede Romana quæsitum, idem Papa huic concessit, scriptumque transmisit Præfui super rebus Ecclesiasticis huic Rhemeni Ecclesie collatis vel conferendis, vt nemo eas inuadere vel detinere præsumeret. Et vt post eius decessum nullo modo aliquis hunc Episcopatum vel Episcopij res occupare illicitè auderet, cum interminatione hæc inhibens Apostolicæ Sedis centuræ.

XXVII. Item scribit ei pro altercatione quæ versabatur inter Herimannum Coloniensem Archiepiscopum & Adelgarum Hambrugensem & Bremensem Episcopum, pro qua Herimannus eidem Papæ & suam direxerat querimoniam, Adelgarius autem & suam direxerat, & postmodum per semet accesserat proclamans ab Herimanno Ecclesie suę priuilegia violari, ideoque in suam præsentiam commonuerat vtrumque venire: sed quoniam Adelgario veniente, Herimannus defuit, tantæ liti finem imponere Papa distulit, ne quidpiam prope iudicare videretur, vnde rediuiua contentio futuris temporibus oriretur. Quocirca iniungit huic Præfui nostro sua ipsius Papæ vice Synodum conuocare apud Vangionem ciuitatem, cum vicinis suffraganeis limitaneisque Episcopis, ad quam Herimannum Archiepiscopum Coloniae & Soudecoldum Moguntinum cum suis suffraganeis, necnon & eundem Adelgarium occurrere iusserat, quatenus quid cuique debeatur, diligens examinatio declararet. Monet etiam fraternitatem ipsius domini Fulconis, ne tibi suam specialem præsentiam, si omnimodis fieri possit, exhibere cum eis quoquo modo differat; quoniam & hæc & alia quæ imminabant Ecclesiastica negotia cum ipso tractanda eiusque terminanda consultu prouiderat. De quo scilicet ipsius aduentu satis gratularetur, volens ad Ecclesiastica deliberanda negotia eius habere præsentiam. Alioquin monet, vt asseritione iuridica perstreuum Episcopalis ordinis virum vnà cum ipsis abeuntem notificet, qualiter se super hoc veritas habeat, quibus si veniendi facultas defuerit, suos cum eo dirigant Legatos, qui eorum vicatione perfuncti disceptandi & deliberandi libertatem possideant, vt nullo vltius tempore perfecta finitiua sententia de hac re necessarium sit necesse quæstionem.] hucusque Frodoardus, quæ vsque ad obitum ipsius Stephani Papæ fuisse propagata noscuntur ex iis quæ idem Pontifex ad eius successorem Formosum scripsit.

XXVIII. Hoc item anno moritur Carolomannus Rex, cui successit in Regno eius filius Ludouicus, cui Ignauus cognomentum fuit, siue quoddam Regno potitus (inquit * Aimoinus) nil strenuè gestit, siue quoddam sanctimoniam quamdam (sicuti à maioribus accepimus) Kale monasterio puellarum abstractam, coniugio copulans suo, peccatum quo nullum maius

* pro vice

OBITU CA
ROLOMAN
NI REGIS.
* Ann. lib. 5.
c. 45.

CHRISTI STEPHANI PAP. VI. CAROLI III. IMP. 5.
885. I. BASIL. MACED. IMP. 19.

A maius esse noscitur, perpetravit.] hæc ipse. reliquus erat ex Ludouici filii Carolus cognomento Simplex genitus ex Adelaide posteriori vxore postremus, sex tantum annorum puer, cuius patrociniū suscipiens Fulco Rhemenis Archiepiscopus, litteris hortatus est Carolum Crassum Imperatorem vt eius defensionem susciperet. de his autem hæc habet Frodoardus in vita ipsius Fulconis: Totius itaque Regni curam gerens idem dominus Archiepiscopus Fulco, litteras dirigit Imperatori Carolo Regis Ludouici Transrhenensis filio pro tutela & defensione Regni Francorum, quod in his partibus à Northmannis multipliciter opprimebatur, asserens hæcenus illud, auxiliante Deo, fuisse protectum, quamdiu patri & æquiuoci eius ac filiorum ipsius regebatur dominatione. Tunc verò illis feliciter humana excedentibus, postquam se proceres Regni eius Imperiali commiserant ditioni, eos vndique multi supergrauarent casus: memoratque ciuitatem Parisiorum, quam caput asserit & introitum Regnorum Neustrix atque Burgundix, barbarica cingi obsidione, citoque capiendam, nisi Dei subuenta fuerit clementia, quæ si capta fuerit, totius dispendium Regni se perperuos; tamque periculosè hæc mala grassari, vt à prædicta vrbe Rhemos nil tutum remanserit, multosque Christianos deserentes religionem, paganorum societati commixtos, ac truitioni subditos esse.] hæc ipse de tutela Francorum Regni: scriptam verò ipsam fuisse epistolam tempore obsidionis Parisiensis, nempe anno post sequentem. Quamdiu autem superstes fuit Carolus Crassus Imperator, nihil tumultuosum à proceribus gestum. quæ autem moliti sint post obitum eius, suo loco dicetur.

CAROLVS
SIMPLEX
COMMENTARIVS
CAROLI CRASSI
80.

CHIESV CHRISTI STEPHANI PAP. VI. CAROLI III. IMP. 6.
ANNVS ANNVS
886. 2. BASIL. MACED. IMP. 20.

SEQUITVR annus Redemptoris octingentesimus octogesimo sextus, Indictione quarta, quo Basilius Imperator moritur. ad annum enim vndeigesimum post Michaëlem occisum, eius Imperium esse propagatum, Curopalates & alij omnes post eum affirmant. Quo autem mense, antiquorum nemo (quod sciam) prodit; & mihi peculiare magis profiteri nescire, quod nesciam, quàm diuinare. Quæ autem obitum eius præcesserunt, hæc primùm recensenda erunt. Meminisse debet Lector, quæ dicta sunt superius de malis artibus atque fallacijs Theodori cognomento Santabareni, cuius etiam eò processit audacia, vt solita fraude commoueret Basiliū Imperatorem aduersus filium, Leonem nominatum, vt eundem Imperatorem antea creatum, in ordinem redactum carceri manciparet, sicque detineretur in præsentem vsque annum, pauloque ante Basiliij patris obitum liberaretur è vinculis.

Quomodo autem id factum, sic narrat Curopalates: Multo interiecto tempore, ex quo in carcerem coniectus est, cum Senatus sæpè pro ipso voluisset deprecari, & variis de causis prohibitus fuisset, tandem opportuna oborta est ei occasio, qua posset quod in animo habebat, & studiosè curabat, perficere. Erat quædam auis in Regia, in cauca inclusa ad spectaculum & oblectationem audientium & videntium (psittacus aui est nomen) quæ humanam vocem imitans, multum loquitur: quæ quidem siue ab aliquo edocta, siue alioquin casu, sæpè, Heu, heu, domine Leo, pronuntiabat. Cumque aliquando lautum fecisset Imperator conuiuium, & accersiti principes Senatus cum eo simul essent, auisque sæpè id quod modo diximus loqueretur: mœsti conuiuiæ à cibis abstinentes cogitabundi sedebant. Quod animaduertens Imperator, causam ab eis, cur non comederent, percontabatur. At illi perfusi lacrymis: Quæm cibum, inquiunt, ô domine, comedemus, quibus ab istius rationis expertis aue tale quid dicitur conuiuium, cum tamen ratione præditi, & domini nostri studiosi habeamur? Nam hoc animal ratione carens, suum dominum requirit: nos autem genio indulgentes, dominum, qui nihil peccauit, oblitum sumus. Qui si peccasse conuincitur, & in parentem dexteram armasse: omnes nos manu nostra cum interficiemus, neque eius vniquam explebimur sanguine. Si verò, de quibus accusatus est, calumniam coarguit: quoad lingua calumnians tantum in ipsum poterit? Mollitus igitur talibus verbis Imperator, tunc ipsos sedere iussit, seque rem diligentiùs

I.
BASILII
IMP. OBITUVS

I I.

*

LEO IMP. BASILII FILIUS LIBERATUR E CARCERE.

III. DE QUIBUS LAUDETUR BASILIUS.

IV. TEMPLA RESTITUTA ET ERECTA A BASILIO.

V. ALIA SACRORVM LOCORVM MONVMENTA RESTITUTA.

VI.

gentius spondit exploraturum : neque sanè multò post ad suum ingenium rediens, è custodia educum sibi præstò esse iubet filium, ademptaq; ei lugubri veste, & superuacua, quæ in luctu excreuerat coma, pristinum ei Imperij honorem restituit. Neque sanè multò post, diarrhœæ morbo correptus, paulatim tali tabe consumebatur, ordinatîsq; ut sibi videbatur, Imperij rebus, instituto herede & successore Leone, decessit è vita, cum regnasset cum Michaële Imperatore annum vnum, deinde solus vndeuginti.

Commendatur Basilij pietas in exædificandis atque restituendis Ecclesiis & exornandis, redivitibus locupletandis. de quibus idem ista Curopalates : Basilij autem Imperator sacrorum templorum, quæ superioribus terræmotibus conuulsa & conuulsata fuerant, quædam etiam funditus deiecta, curam dignam suscepit, aliis recens conditis, aliis collabentibus refectis, aliis item ornamentum & decorem adiunxit. Primum quidem Dei magnæ Sophiæ templi apsidem magnam sublimemq; in multas partes discissam, rui namq; minantem, artificum peritia compaginatam, tutam stabilemque effecit, in qua Dei Genitricis imaginem, vnius infantem sustinentem depinxit, ac Petrum & Paulum principes Apostolorum ad vtramque partem collocavit : reliquasque ruinas, & detritas partes murorum instauravit, annuos item redditus imminutos auxit : cum ob olei penuriam parum abesset, quin sacræ lucernæ extinguerentur, maximæ possessionis dono, quod Manthæa appellatur, lumen perpetuis lucernis, quod numquam extingueretur, subministravit, & hymnopolis sacri templi, id est, diuinæ laudes celebrantibus obsonia copiosius tribui curavit ex annuo possessionis redditu.

Sacrumque Apostolorum templum, quod pristinum decorem amiserat, fulcris, & earum partium quæ consumptæ erant, instauracione vnitum ita refecit, ut recenter conditum videretur. Et Dei Genitricis templum in Fonte, quod præscam pulchritudinem amiserat, renouavit. Alterum Dei Genitricis templum, quod Sigma vocatur, quodque motu terræ exciderat, à fundamentis instauravit, & stabile ac pulchrius quam prius fuerat effecit. Templum quoque in Aurelianis Stephani protomartyris, quod vsque ad fundamentum corruerat, à fundamentis iterum construxit. Duo templa Ioannis Baptistæ in Strobilæa, & Macedonianis, alterum à fundamentis, alterum ex maxima parte reficiendum curavit. Templum quoque Apostoli Philippi, & Euangelistæ Lucae ad Occidentem situm, quæ graui ruina exciderant, à fundamentis iterum condidit. Magnum etiam templum fecit Motij martyris, cuius aditum ad terram deiectum, ita ut sacra mensa frangeretur, adhibita diligentia restituit, ipsiq; vicinum Andreae primò vocati templum collapsum, in pristinam formam redegit. Et S. Romani, & S. Annæ in Secundo, & magni martyris Demetrii, & martyris Emiliani in Rabdo, ex veteribus noua fecit.

Ad hæc templum sancti Nazarij collapsum erexit, & in Rostris Domini templum Christi Resurrectionis, & Anastasiæ martyris elegantissimum adornauit, lapideum pro ligneo. testum fabricatus. & illud Platonis maximi martyris collapsum restituit, & ipsi propinquum gloriosorum martyrum Hesperii & Zoës condidit. Et martyris Acacii in Heptacalo ruinam minans, ne corrueret, instauravit. Et similiter prophetæ Eliæ ad Pitium splendide renouavit, nouumque construxit in aula regia in nomen Domini IESV Christi, & principis Angelorum, & Eliæ prophetæ, itemque Dei Genitricis, & Nicolai celeberrimi Episcopi pulcherrimum templum hoc, quod Nouam Ecclesiam appellant, formositate, pulchritudine & decentia nulli alij cedens, aut exuperandi, vel adæquandi sibi locum relinquens : annuos item redditus constituit ad vsum luminum & sacerdotum hymnos celebrantium. Et quid longioribus opus est verbis? ipsum opus spectatoribus propriam pulchritudinem, & sumptuosam magnificentiam repræsentat. Multa alia sacra templa in palatio ædificanda curavit, in nomen Eliæ prophetæ, martyris Clementis, Saluatoris Christi, & Apostoli Petri, & principis militiæ Michaëlis, quorum pulchritudinem exprimere nec poetica posset magniloquentia.] & inferius post recensita Regiarum ædificia, ista subdit : In foro quoque elegantissimum templum condidit in honorem Dei Genitricis, ut negotiantes haberent orationis domum, si quando negotia eos diutius retardarent. Et sancti Phocæ templum in Sreno constructum, adornatumque, monachorum domum effecit, annuis redditibus idoneis constitutis. Renouavit etiam magnum templum principis militiæ Michaëlis in Softenio iam collapsum, & ad eam quæ nunc appareret pulchritudinem redegit.

Plurimos etiam Iudæos munerum pollicitationibus & largitione, pretiosis donis allectos

A lectos suscepit & attraxit.] hos autem postea Iudaizantes Leo Imperator Basilij filius, edita nouella constitutione, compescuit. Insuper, subdit Curopalates : Et Bulgarorum genus, quod nuper diuino se cultui addixerat, missis eò religiosis monachis, & virtute præditi sacerdotibus in Fide confirmavit. Et Rhos, *Russis dictis*, inito cum illis fœdere, ut salutaris Baptismi participes essent, auctor fuit, misso ad eos Archiepiscopo. Verum miraculum illud quod tunc accidit, operæpretium est enarrare. sic enim se habet : Cum autem adhuc superstitione tenerentur, & ipse Princeps & proceres illius, & ad eò omnis natio, suumque pristinum cultum examinarent, & Christianorum Fidem : Archiepiscopum illum qui ad eos nuper venerat accersitum Princeps interrogavit, quænam essent quæ ille annuntiaret, quæ ipsum docere posset. Qui cum sacrum diuinæ Scripturæ librum protulisset, & quædam miracula recenseret à Deo, quando humana forma assumpta, apud homines erat, facta : Nisi aliquod (Rhos multitudo respondit) simile nos conspiciamus, & maxime quale asserit^b trium puerorum in fornace, nequaquam tibi credituri sumus. Ille verò numquam mentienti fide habita verbo illius, qui dixit : Quodcumque petieritis in nomine meo, accipietis. & : Qui credit in me, opera quæ facio & ipse faciet, & maiora his faciet : Etsi, inquit, haud licet tentare Dominum Deum : attamen si ex animo decreuistis ad eum accedere, petite quodcumque vultis, & hoc faciet omnino propter Fidem vestram Deus, quamuis nos minimi simus & indigni. Ipsi autem statim petierunt, diuini Euangelij volumen in ignem à se incensum proici, quod si illæsum seruaretur, ad eum se accessuros Deum qui ab ipso prædicaretur. Visum est id faciendum. Et cum sacerdos, sublati ad Deum oculis & manibus dixisset : Ostende gloriosum sanctum nomen tuum IESV Christe Deus noster in oculis nationis huius : in fornacem proiectus est liber, incensaque fornace ad horas aliquot, & deinde penitus extincto & consumpto igne, sacrum illud volumen inuentum est permanisse inuiolatum & illæsum, nullo ab igne accepto detrimento. Quod conspicari barbari, & miraculi magnitudine perculsi, sine vlla controuersia ad Baptismum confugere.] hæc Curopalates, & alij omnes Græcorum historici.

Retulit à Deo Basilij Imperator istiusmodi benefactorum operum multiplicia præmia, siquidem tam terra quam mari sæpè deuicit hostes, ut idem Curopalates & alij veteres recensent auctores. Inter alios verò victorias Dei beneficio acceptas, illa magis proficua & memorabilis, qua magna gloria atque potentia elatos hæreticos Manichæos sub Theophrices eorum ciuitatis Principe Chrysochire militantes sic prostravit, ut eorum innumera tunc multitudo collecta ut fumus euauerit. Sed & in eo prælio magnopere est demonstrata diuina potentia, quod gestum est ab ipso per Andream Ducem pium valde virum aduersus Sarracenos Tarsi regnantes, ad quem cum eorum Princeps (inquit idem Curopalates) litteras misisset superbiæ & maledictorum plenas, & hæc indicantes : Nunc videbo an Mariæ filius, eiusque parens tibi proderit, cum contra te cum meo exercitu progrediar. Quas litteras conuittij plenas acceptas ipsi imagini Dei Genitricis appendit, hæc locutus : Vide o Mater Dei, tuque ipsius Filius & Deus, qualia exprobrauit, & superbe dixit contra tuum superstitem populum barbarus iste arrogans. Quibus dictis, assumptis Romanis copiis, contra Tarsum proficisceretur, & cum ad Podandum peruenisset, ibi cum hostibus congressus, multa eade fundit & fugat barbarorum multitudinem, cum prius ibi eorum dominus occubisset, pauci verò vix se Tarsum incolumes recipiunt. Sepultis autem suis, & hostibus in vnum locum coactis, magnaque erecta ad posteriorum memoriam columna, in patriam rediit cum spoliis, &c.]

Accepit à Deo & illud beneficium Basilij Imperator, ut Scytharum barbaræ nationes Chrouatæ dicti & Seruij, missis ad eum legatis, sponte se ipsos subiecerint, accedentesque ad Imperatorem datæ sunt illis & habitandum provinciarum illarum, quæ ab ipsis nomen accepere, ut Croatia & Seruia dicerentur.

De eodem Basilio hic attextendum fragmentum ex Aquitanica historia è Pithœi bibliotheca in lucem prodita, quod sic se habet : Iisdem temporibus rebellantes Bulgari Græciam nimis exasperauerunt, & Basilij Imperator super eos nimis irritatus, voto se obligauit Domino, monachum fieri, si Græcis eos subderet, & per annos quindecim cum hoste super eos laborans, ad vltimum Regibus eorum prostratis Samuele & Aaron, omnem terram eorum obtinuit, & fortissimas ciuitates confregit, & Græcos animi præsidia contra eos vbique ordinauit, populumque Bulgarorum maxima ex parte in Græciam

captiuauit, & sicut voto promiserat, habitum monasticum Græca figura indutus in reliquum est, omni vitæ suæ tempore à concubitu & carnibus abstinens, & Imperiali schemate extrinsecus circumdabatur. Deinde Hiberiam repugnantem per annos septem ita edomuit, vt omnia ad Imperium illius exerceret.] hæc ibi. quàm autem sint consentientia iis quæ à Curopalate narrata de ipso sunt, considera.

X. Ceterum fuisset planè inter summos Christianos Principes numerandus Basilius, tum ob pietatem, tum etiam ob res bellicas præclare gestas, quas idem qui supra Curopalates, & alij post eum diligenter enarrant, nisi seductus à Photio, præuicator factus esset Octauæ Oecumenicæ Synodi cui subscriperat, & tum ipsius, tum Santabareni præstigijs dementatus in Romanam Ecclesiam pro eodem Photio insurrexisset. Ita infelix Græcia, si quos habuit præstantes Imperatores barbaris metuendos, vt Iustinianum, Heraclium, atque Basilius, de quo est sermo, mox vel hæresis vel schisma inglorios reddiderunt atque funestos, opera nefandorum hominum sanctitudinem vitæ extrinsecus præferentium.

XI. Ad postremum de Basilio illud memoriæ non subtrahatur, quod scribendum curauit librum de Iure: ex quo iam deperdito, pauca hæc quæ scripta remanserunt in libro Iuris Græcorum, hinc describenda putauimus, sic se habent, sub hoc titulo: Officium & definitio Patriarchæ. Patriarcha est imago Christi uiua & animata, operibus & verbis in se ipsa veritatem exprimens.

XII. Scopus Patriarchæ propositus est, Primum quidem, vt quos à Deo accepit, in pietate ac honestate vitæ conferuet. Deinde & omnes hæreticos pro virili sua conuertat ad rectam veritatis sententiam, & vnitatem Ecclesiæ. Vocantur autem hæretici tam legibus, quàm Canonibus, qui Catholicæ Ecclesiæ societate non continentur. Præterea vt infideles quoque claris & illustrissimis & admirabilibus factis suis stupefaciens, imitatores Fidei reddat. Finis Patriarchæ, crediturum sibi animarum salus, & Christo quidem viuere, mundo verò crucifixum esse. Propria Patriarchæ, facultate docendi pollere, atque erga vniuersos tam sublimes quàm humiles æqualiter absque animi contradictione semet gerere, ac mansuetum esse erga omnes se conuenientes. Etiam in docendo & redarguendis contumacibus acrem. Pro veritate, æqui iustique conuersatione, proque pietate coram Imperatore loqui non erubescere.

XIII. Cùm Respublica ex partibus & membris ad similitudinem corporis humani constet, amplissimæ huius maximeque necessariæ partes sunt Imperator & Patriarcha. Ideoque subditorum pax & felicitas tam animi ratione quàm corporis est Imperij: atque Pontificatus in omni vnanimitate consensus.] hucusque ibi.

XIV. Idem insuper Basilius Imp. vnâ cum hereditate filio suo Leoni Imperatori egregia monita scriptis reliquit, sexaginta sex capitibus comprehensa, quorum principes litteræ hanc efficiunt sententiam: BASILIUS IN CHRISTO ROMANORVM IMPERATOR LEONI CHARO FILIO ET IMPERII COLLEGÆ.

Auræ quidem sunt sententiæ, digne Christiano Imperatore benè philosophante, qualem cupit ipse parens Basilius filium esse. extant ipsæ quidem ex Græco fonte in alueum Latinitatiseductæ, quarum ne sis penitus expers, ex eis hic vnâ, vel duas ad summum accipe, sic enim tertia se habet post Fidem Catholicam primitus commendatam.

XV. Sanam habe mentem in his quæ ad rectæ Fidei doctrinam pertinent, & summo honore prosequere Matrem tuam Ecclesiam, quæ in Spiritu sancto te lactauit, & capitulo tuo, ad Dei per Christum laudem Imperij coronam mecum imposuit. Si enim quos natura tibi dedit parentes, debes venerari, multò magis eos, qui te in Spiritu sancto genuerunt, omni pietatis officio debes colere. Illi enim duraturam ad tempus vitam liberis per generationem impertiuntur: isti verò æternam per regenerationem largiuntur. Honora ergo Ecclesiam Dei, vt tu vicissim ab ea in honore habere, & sacerdotes eius reuerere tamquam spirituales patres, & deprecatores pro nobis ad Deum. Honor enim qui sacerdotibus habetur, in Deum refertur, & sicut propter te ministros tuos in honore habere iustum est, ita & propter Deum sacerdotes eius magnificere, & in pretio habere sanctum. Quemadmodum enim honor qui eis habetur, ad Deum pertinet, ita eorum contumelia & contemptus longè etiam grauius eius iram prouocat.] hæc Basilius post Fidem Catholicam benè custoditam, apposuit tamquam fundamentum & basim quamdam, super quam vniuersa moles Imperij collocata, firma consistat. Sed accipe aliam

XIV. ADMONITIONES A BASILIO DATÆ LEONI. ^a Cap. 3. extant tom. 5. bibliothec. S. Marg. in fine.

XV. DE CVLTV RELIGIONIS.

A aliam salubrem impertitam filio eidem admonitionem ^a ad rem nostram spectantem:

Euoluere ne vnquam cesses historias veterum, ibi enim reperies sine labore quæ alij magno cum labore congefferunt. At inde bonorum virtutes, & improborum vitia cognosces, & vitæ humanæ varias mutationes, & rerum in ea conuersiones, mundi huius instabilitatem, & Imperij ad cadendum pronitatem disces. Breuiter malefactorum pœnas, & bonorum præmia leges, quorum illa effugies, ne vitioris quæ inde sequitur seueritatem patiaris; hæc autem amplecteris, vt præmia quæ ex iis manant consequi merearis.] Ita Basilius ad Leonem, secundum quod argumentum, memini me præfatum esse in epistola nuncupatoria ad Regem Catholicum tertio Annalium tomo.

Ista & alia quæ tu maiori consules otio Basilius ad Leonem, qui ea accipiens, & custodire laborans, consecutus est præ ceteris illud insigne nomen, vt meruerit cognomento Philosophus appellari, quasi per eum illam felicitatem Orientale sit Imperium consecutum, quam ille pollicitus est sapiens, si vel philosophi regnent, vel si Reges philosophentur. Sed an impleuerit ille ista omnia, ex factis intelliges.

Ad eundem Basilius rursus spectat (ne quid prætermittatur antiquitatis) quòd scribendum curauit, & augendum Græcorum Menologium, quod etiam exornauit imaginibus, quibus singulorum exprimerentur certamina. In cuius fronte eiusmodi scriptum inuenimus iambis versibus epigramma in scripto codice Vincentij Pinelli Parauio ad nos Ferrariam, cum illic essemus cum Pontifice, misso:

*Basilius Imperator huius climatis
In pace prestans, atque rebus bellicis,
Fecit volumen sicut alterum polum
E pellibus pactum, sequens ex ordine
Pulchras ferens imagines vt sidera.]*

C Extat autographum ipsius Basilij volumen imaginibus magni pretij decoratum per dies singulos, singulosque Sanctos, de quibus mentio habetur in versibus. Vidimus & legitimus nobis concessum à Paulo Sfondrato sanctæ Cæcilie Cardinali, nepote felicitis memoriæ Gregorij Papæ XIV. Iam verò reliqua prosequamur.

D Defuncto itaque Basilio Imperatore, eadem die Leo eius filius Imperium moderandum suscepit. qui mox occasione captata, quòd Photius cum Santabareno consilium inijisset de eligendo in Imperatorem cognato ipsius Photij: eum è throno deponit, relegatque in monasterium Armenorum, in eiusque locum germanum suum Stephanum subrogandum curauit. Impostorem verò illum Santabarenum flagris cæsum, oculis priuat, & Athenas in exilium mittit, hominem secta Manichæum, professione magum (vt Constantinus Manasses affirmat) simulatione verò Christianum, & imposturis quibus miracula affectabat, à Basilio Imperatore creditum sanctum.

Porrò substitutio Stephani in locum Photij haud ita perfunctoriè facta est, inconsulto Romano Pontifice Stephano: nam ab eo vt dispensaretur, quòd ordinatus fuisset à Photio diaconus, opus erat; & lex erat Ecclesiastica, vt ordinati à Photio cessarent omnino, nec maiori gradu eleuarentur. Audi igitur quæ in dicto codice Græco post litteras Stephani Papæ superius recitatas subiiciantur de ipsis.

Hæc epistola ad Basilius Imperatorem missa fuit, sed illam accepit Leo eius filius, cum iam pater vita defunctus esset. Qui cum epistolæ vim intellexisset, & omnia Photij facinora cognouisset: quamprimum reuocauit omnes sacerdotes veritatis, & eiecit tyranno & inuasore Photio, fratrem suum germanum introduxit, aduocato etiam Styliano Neocæsareæ Metropoli, cognomento Mapa, & aliis eius in persecutione commilitonibus, Episcopis, præpositis, presbyteris, diaconis, & aliis pietatis sectatoribus, ait illis: Nostrum ex Deo Imperium, pensata veritate, iniquum illum hominem Photium à sede Patriarchali eiecit, & vestram persecutionem sedauit. Nec villo pacto cogam quemquam vestrum, vt inuiti cum illo communicetis. quin potius oro pietatem vestram, vt communicetis cum fratre meo, & fiat vnum ouile. Sin autem inconsultis Romanis, qui Photium damnauerunt, nolueritis fratri meo conuenire, quoniam videlicet à Photio diaconus fuit ordinatus: venite scribamus, & mittamus vnâ Romam ad Pontificem, vt dispenset absolutionem anathematis iis qui à Photio fuerunt ordinati. Scripsit igitur propterea Imperator epistolam ad Pontificem, similiter etiam

Annal. Eccl. Tom. 10.

D d d 3

Mapa

^a Tom. 5. c. 56
bibl. S. Marg.
in fine.

XVI.
DELECTIO-
NE HISTO-
RIARVM.

XVII.

XVIII.

XIX.

LEO VI. IM-
PERAT.
DEPOSITVR
PHOTIUS ET
SVBROCA-
TVR STE-
PHANVS.
EXCAECA-
TVR SANTA-
BARENVS.

XX.

XXI.

XXII.

EPISTOLA
STYLIANI
ITALIORVM
AD STEPH.
PAP. CON-
TRA PHO-
TIUM.

Mapa Metropolitana Cæsareæ & eius socij. epistola verò Metropolitanæ ita se habet:

Sanctissimo ac beatissimo Stephano, domino ac Oecumenico Papæ Stylianus Episcopus Neocæsariæ Euphratesiæ prouinciæ seruus seruorum Dei, & qui mecum sunt Episcopi, necnon omnes Episcopi & presbyteri & diaconi sanctissimæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ, & omnes Præpositi per Occidentem & Orientem constituti, & presbyteri monachi quietam vitam agentes.

Dei Catholica & Apostolica Ecclesia semper præualeat aduersus eos qui illi bellum concitant. Scriptum est enim, quòd Dominus imbecilles reddit eius hostes. Et qui aduersus Ecclesiã bellum gerit, Dei se hostem constituit. Variæ igitur, ô sacrum & venerandum caput, humani generis hostis sunt fraudes, diuersis temporibus alios aliis rationibus à recta via ad vias obliquas homines subtrahentis. Hoc verò præcipue in Dei Ecclesia ille facere consuevit, vbi recta quidem agere, laude dignum est, sicut è contrà à recto recedere, formidabile existit. Cùm itaque in Dei Ecclesia multa iniquitatis vasa inuenisset, venerationem quæ sacris imaginibus exhibetur, tum Christi, tum purissimæ eius Matris & seruorum eius, ab Ecclesiastica disciplina remouere conatus est; sed diuina fauente gratia, nostrorum piorum Imperatorum auxilio nostra Ecclesia suum decorem nunc recepit, & abominabilem illum errorem hæresis circa imagines procul abiecit. Quid verò dæmon bonorum operum osor? Nouam iterum concitat tempestatem. Iterum enim Gregorium suscitatur cognomento Asbestam, id est, inuestigabilem, & Eulapium & Petrum, & eorum socios, ac per eos Christi membra ab inuicem diuellere, & à sanctissimo Ignatio Patriarcha abalienare non dubitauit. Hos itaque Patriarcha sæpius synodicè aduocatos, & qua decebat humanitate tractans, vt nullo pacto à Dei Ecclesia segregati, præda dæmonis fierent, efficere non potuit. Quapropter priuatione tandem & anathemate ipsos damnauit. Illi verò litteras miserunt & Legatos ad sanctissimum tunc temporis Pontificem Romanum beatum Leonem, petentes vt ab ipso, quasi iniuria passi, vindicarentur.

XXIII.

Pontifex verò ad Patriarcham Ignatium scripsit, rogans eum, vt aliquem mitteret suo nomine in Urbem Romam, vt per eum discere posset, quomodo res se haberet de schismaticis illis. Quod Patriarcha Ignatius facere non tardauit, sed misit Lazarum monachum & Confessorem vnà cum litteris, qui rem omnem de Gregorio rectè nouerat, & Pontificem de singulis edocuit. Quapropter Pontifex & ipse damnauit eodem modo quos Ignatius damnauerat, tamquam schismaticos. Sed beato Papa Leone vita functo, iterum illi Benedicto Papæ successoris molestias intulerunt. At Benedictus sanctissimus, re iterum diligenter examinata, eorum damnationem cum Ignatio confirmauit. Qui deinde Photio cuidam schismatico ab Ecclesia Constantinopolitana, & in dignitate constituto inhærentes, & eius fauore vtentes apud Bardam Principem & auunculum Michaëlis Imperatoris; qui & ipse arguebatur à Patriarcha Ignatio turpis incestus gratia, Ignatium ipsum è Patriarchali sede violenter eiiciunt, multas calumnias aduersus eum fingentes, vt Imperatorem ipsum ita subdlexerint, vt Photium pro Ignatio in Patriarchali sede collocaret, à schismaticis electum, & à damnato Gregorio eo die ordinatum. Quando pontifices ipsi, & insigniores ex sacerdotibus, & quicumque in Ecclesia potiores erant, segregati sunt propter illegitimam intrusionem schismatici Photij, inter quos etiam ipse sui minimus omnium. Deinde verò multos ille ad se conuulsit, alios quidem perterrefaciens, alios verò malè tractans, alios muneribus decipiens. Chirographum præterea propria scripsit manu, numquam se aduersus Ignatium, nec eos qui ab illo fuerant ordinati, aliquid mali tentaturum. Nec deinde magnum temporis spatium intercessit, & nulla habita ratione proprii chirographi, in celebri templo sanctorum Apostolorum conciliabulo congregato, depositione & anathemate Patriarcham Ignatium damnat mœchus ipse & adulter Photius.

XXIV.

Deinde verò suam iniquitatem ex superabundanti confirmare volens, ad vestram Urbem Romam, & tunc temporis Pontificem Nicolaum misit Episcopos cum litteris Imperatoris, & petiit ab illo Legatos mitti ad Constantinopolitanam Ecclesiam, qui perenderent quæ ipse contra Ignatium gesserat. quod factum est. Missi enim sunt Rodoaldus & Zacharias cum commendatitiis litteris ad Michaëlem Imperatorem & Photium. Legati itaque cùm Constantinopolim venissent, congregata est Synodus, & Legati subducti quidem à Photio muneribus, minis verò ab Imperatore, nihil fecerunt eorum, quæ

A quæ ipsis fuerant mandata, sed potius Ignatium damnarunt, Photium verò contrà, præter Pontificis mandatum, in Patriarchali sede confirmarunt; & ita ad Apostolicam Sedem cum litteris Imperatoris & Photij sunt reuersi. Quando scilicet zelo quodam motus monachus ille Theognostus, qui & Archimandrita, clàm etiam ipse sub mentita laicali veste Romam proficiscitur, & sanctissimum Nicolaum Papam de his omnibus docet, quæ aduersus Ignatium gesta fuerant. Quapropter Pontifex congregata Synodo, suos Legatos Rodoaldum & Zachariam damnauit, quòd fecissent præter illa quæ sibi fuerant mandata. Aliam item Synodum congregat, & Photium mœchum & inuasorem anathemate damnat, Ignatium verò contrà Patriarcham Constantinopolitanum litteris suis declarat, necnon quæcumque gesta fuerant, tum Michaëli Imperatori, tum Photio aperte signi ficauit.

B Cùm verò post Michaëlem ad Basilium Imperij sceptrum deuenisset, diuino zelo motus ille, Acta quæ in Vrbe Roma à Papa Nicolao gesta sunt, de Photij eiectione, & de Ignatij restitutione confirmauit, & Ignatium ab exilio reuocauit, & Photium à Patriarchali sede eiecit, & ab vtraque parte, Ignatij videlicet & Photij Legatos, vnà cum litteris suis ad Apostolicam Sedem destinauit, mittens præterea figmentum illud Photij pseudosynodi aduersus Nicolaum Papam, qui inuentus est à Legatis vita functus. Hadrianus verò Nicolao cùm successisset, ostensa sunt illi quæ missa fuerant. Iterum igitur Hadrianus Papa localem Synodum congregauit, & eadem quæ beatus Papa Nicolaus, aduersus Photium decreuit: & cùm elegisset pios viros, Constantinopolim misit, & Oecumenica Synodo congregata, presentibus etiam Legatis Orientalium sedium, iterum sententia promulgatur aduersus Photium, quòd vt mœchus & adulter Ecclesiam Constantinopolitanam inuaserit. Quapropter deponitur, & anathematè damnatur, & Ignatius restituitur. Nec tamen propterea Photius quietem habuit, sed iniquos homines & maleficos & deceptores congregauit, & calumnias falsas fingendo non destitit, quousq; beatissimum Ignatium vitam miserè relinquere procurauit. Neque hoc solum, sed etiam dum iam Ignatius in propria sede resideret, Photius ab Oecumenica Synodo damnatus & anathematizatus in Constantinopolitana dicecesi varias habuit ordinationes. Quin etiam cum militari manu, sicut quondam impius ille Macedonius, in sanctam Dei Ecclesiam profiliit, dum nos comministri Sacrum in celebri templo sanctæ Sophiæ faceremus. Qui cùm vidissemus Photium ita impudenter in Dei tabernaculum ingredientem, relicto imperfecto Sacro, aufugimus.

Photius verò sacerdotes Domini & comministros nostros magna vi & multis verberibus vel inuitos ad se conuulsit. Ego verò & qui mecum erant Episcopi, presbyteri & diaconi, & omnes per Occidentem & Orientem Præpositi monachorum & quietam vitam agentes, infinitus videlicet numerus, diuina gratia inconcussi permansimus, quamuis neq; antea neque postea Photio communicauimus: qui cùm illegitimè (vt dictum est) Ecclesiam inuasisset, dubitationem multis iniecit dicentibus, quòd hunc, Photium videlicet, non recipimus, nisi illum confirmauerit Romæ Apostolica Sedes: quod cùm ille didicisset, simpliciores ita decepit: Paulum enim & Eugenium Episcopos à Ioanne Papa ad Ignatium Patriarcham missos, vt cum illo de rebus Bulgarorum prouinciæ agerent; qui cùm inuenissent quòd B. Ignatius iam demortuus erat, Photius illos muneribus corruptos decepit, & Imperatoris minis coëgit, vt dicerent coram omni Clero & Episcopis, & reliquo populo, quòd contra Ignatium à Ioanne Papa essent missi, vt illum anathematè damnarent, & Photium Patriarcham promulgarent. Quapropter plerique comministrorum nostrorum sunt decepti. Ille verò etiam vestram Apostolicam Sedem fraudibus eludere volens, litteras composuit nomine Ignatij Patriarchæ & comministrorum eius, quibus orabat beatitudinem Apostolicæ Sedis, vt Photium reciperet, & has litteras ad nos miserunt. Quapropter Petrus presbyter à vobis in urbem regiam cùm venisset cum Paulo & Eugenio, Photium ab Apostolica Sede receptum promulgarunt.

Hinc capta occasione etiam politicas curas in se suscepit, & ita regiam potestatem usurpare contendebat. Abbatulum enim quemdam ignobilem & humilem atque maleficum sibi familiaritate coniunxit, cuius pater Santabarenus cognomento dicebatur, Manichæus quidem secta, & veneficus professione: qui cùm agnitus esset, & capi dubitaret, ad Bulgaros confugit, adhuc impietatis morbo laborantes, vbi ille Christianorum Fidei abrenunciavit. Huius itaque filius, Abbatulus prædictus Constantinopoli adhuc iuuenis, manens,

manens, traditur Studitarum monasterio à Barda Cæsare, & ibi alitur. Cùm verò ad perfectam venisset ætatem, & omnem iniquitatem calleret, adheret Photio suo simili, quem Photius sacerdotem ordinavit in priore illa sua intrusione ad Patriarchalem dignitatem. Cùm verò Photius à Patriarchali sede fuit eiectus, post Oecumenicæ Synodi promulgationem, Santabareni filius prædictus Abbarulus suggerit Photio, ut aliquem inueniret domesticorum Imperatoris: affirmabat enim per hunc iterum Photium se posse restituere. Inuentus itaque Nicetas cognomento Plorans, qui multis muneribus deceptus, quæ à Santabareno venefico magica pocula & esculenta fuerant parata, apponens Imperatori, facit ut Photius ille exofus, amicus videretur. & sanctissimo Ignatio Patriarchalem sedem tenente, Photium ad palatium reuocauit ex eo loco qui Angustus dicitur, & in palatio contubernalem Photium habebat, ut Photius magis eilet Patriarcha quàm Ignatius ipse, licet in Patriarchali sede ipse Ignatius resideret. Quapropter (ut supra diximus) ordinationes habebat, & ita Imperatorem aduersus Ignatium irritauit, ut ei vitam malè abstulerit.

XXVII. Qui cùm ita malè fuisset mortuus, statim Photius eiusdem sedem occupauit, secum habens Santabarenum illum, quem Imperatori familiarissimum reddidit, & Euchaitarum Episcopum constituit; insignia etiam monasteria in aliis diocesis constituta & aliis Episcopis subdita, ab illis abstulit, eaque tradita Santabareno, ut illa Euchaitarum Ecclesiæ aggregarentur, & Episcopi in illis à Santabareno ordinarentur. Santabarenum præterea iste vnà cum Photio aduersus piissimum Imperatorem nostrum Leonem, qui nunc rerum potitur, malum consilium iniit, & eius patrem Basilium aduersus eum irritant, affirmantes Leonem insidiari, & aduersari paternæ voluntati. Cùm ergo insanabili morbo laboraret Basilus, & iam morti propinquus esset, putauerunt, quòd illo volente, & filio iam procul absente, facile ipsi Imperium obtinerent, ut per se, vel per alium quem vellent, illud administrarent. Sed Dei prouidentia non permisit eorum iniquitatem impleri. Licet enim Leo filius à patre Basilio inter priuatos homines haberetur, quinimò carcere detineretur custoditus: post patris obitum ad Imperiale solium euectus est. Qui Photium quamprimùm eiecit, tamquam multarum iniquitatum auctorem. Nos verò qui illi non obediebamus, & præterea multa mala passi sumus, illis miseris idem Leo Imperator liberauit.

XXIX. Quoniam verò scimus, quòd à vestra Apostolica Sede corrigi, & iuxta Canones corripì debemus: hac de causa humilibus his nostris litteris tuam oramus venerabilitatem, ut misericorditer nobiscum agas, cum populo videlicet, qui non sine rationabili causa Photij ordinationem recepit, ut ne qui Apostolicæ Sedis Legatos Rodoaldum & Zachariam, qui initio Photium confirmarunt in Constantinopolitana sede, deinde Eugenium & Paulum, qui secunda vice cum Photio communicarunt, excepit, vnà cum Photio interitu damnetur, nec alius infinitus numerus ab Ecclesia pellatur. Hoc enim facere consuevit Ecclesia. Oecumenica enim Synodus Quarta Dioscorum iniquitatis principem & auctorem, Flauiani interfectorem beati, videlicet Patriarchæ Constantinopolitani, damnauit & homicidam & hæreticum, ut qui ausus est sanctissimo Papæ Leoni excommunicationem irrogare: eos verò qui à Dioscoro fuerant ordinati, vel lapsi fuerant, cùm tamen pietatis sectatores fuissent, per poenitentiam illos suscepit. Nicæna etiam Septima Synodus auctores hæresis Iconomachorum damnauit, illorum verò sequaces per poenitentiam admisit. Quapropter decet etiam tuam singularem virtutem, Photium quidem tamquam ab initio schismaticum, & à schismaticis illegitimè ordinatum, & propter alia multa, quæ operatus est mala, expellere: eos verò qui ab ipso decepti sunt, misericorditer cum illis dispensari rogamus, ut Ecclesiæ Constantinopolitanæ pax & tranquillitas ita restituarur, & non alij quidem ^a Apollo, alij Cephæ sint, & alij Pauli, & sic vnum corpus Ecclesiæ diuidatur, sed omnes vnanimis, tamquam vnum caput habentes, Christum Deum & Saluatorem omnium nostrum, omnes communiter illi laudes offeramus, & eius præcepta similiter prædicemus. Neque propter vnum hominem peccatorem tantus numerus pereat.

XXX. Nos enim (ut diximus) Imperatorum Christi dilectorum nutu Constantinopolim venientes; dum multi nos ad communionem impellunt, & iuramento affirmant se ab Apostolica Sede dispensationis indultum obtinuisse, ut absque impedimento sacerdotalem dignitatem exercitare possent: nullo tamen pacto illis fidem adhibuimus, à tua sancti-

A sanctitate expectantes aliquid firmi & certi. Hoc autem ausim affirmare, ò venerandum caput, Deum adhibens testem, quòd nullus eorum, qui cum Photio communicarunt, propria id fecerit voluntate, sed potius Principum violentia. Quapropter tuam rogamus beatitudinem, ut populum (parum abest) desperatum misericorditer suscipias. Rogate Petrus, cuius Sedem administrandam obtines, qui ab omnium Domino edoctus fuit, ut ^a septuagies septies ignosceret, etiam iis qui scienter deliquerint. Exaudi nos, ut etiam ^a Matth. 18. tu à Deo benignitatem desuper obtineas, & longo tempore Ecclesiam Apostolicam regere valeas precibus sanctissimæ Dei Genitricis, cælestium Potestatum, Apostolorum, Prophetarum, Martyrum, Confessorum, & omnium Sanctorum. Amen.] hætenus ille. Desiderantur Leonis litteræ eodem tempore (ut superius dictum est) Romam ad eundem Pontificem missæ. Nam posthæc subiiciuntur in dicto codice litteræ Stephani Papæ B ad eosdem Episcopos redditæ, quæ sic se habent:

Stephanus Episcopus seruus seruorum Dei vniuersis Episcopis & reliquis clericis, &c. XXXI. Catholica Christi & Dei nostri Ecclesia fundata supra firmam petram, Apostoli videlicet Petri confessionem, licet plurimis tempestatibus & fluctibus agitetur, nihilominus confirmatur & augetur. Nec mirum si humani generis hostis membra Ecclesiæ tentare aggreditur, qui caput ipsum Dominum nostrum IESVM Christum tentare non dubitauit. Nec igitur mirum si Photium fati exofum ab Ecclesia damnatum eiecit, qui salutiferam Domini Crucem ita delusit, per quam videlicet venerandam Crucem omnia dona sacerdotalis ministerij perficiuntur, & sancti Baptismatis lauacrum sanctificatur. Prædictus itaque Photius laicus homo, si regiam viam ambulasset, & decretis sanctorum Patrum inhæssisset, ad tantam insaniam numquam deuenisset. Quapropter qui Christi humilitatem, venerandam scilicet Crucem contemnunt, percussi sunt tamquam ^b primogenita ^b Exod. 12. Egypti: tunc enim Israëlitarum primogeniti cùm essent signati, seruati sunt ac custoditi: quid verò erat ille sanguis agni in limine Israëlitarum, nisi Crux passionis Christi, quæ in frontibus fidelium imprimitur? Quicumque igitur salutarem Crucem paruipendit, Euangelico ense interimitur.

Sed de Photio quidem ita vos scripsistis, illas verò Imperatoris litteras cùm legissemus, eandem à vestris procul abesse comperimus. Ita enim se habebant, quòd Photius quietam vitam elegit. Quapropter in dubitatione versamur. Multum enim interest, abrenuntiasse, & expulsum esse. Nos igitur absque diligenti inquisitione quaecumque iudicium proferre non possumus. Quapropter nunc sententiam prorogauimus. Et opus est, vtriusque partis religiosissimos Episcopos mitti, ut perpena omni dubitatione, & veritate vtriusque manifestata, dicere possimus quod Deus voluerit. Romana enim Ecclesia instar speculi & exemplaris reliquis Ecclesiis constituitur. Et quodcumque definierit, in sempiternum manet incorruptum, & hac de causa sententias magna cum inquisitione ferre decet.] hætenus ad Episcopos Stephanus Papa.

Ita quidem magna consideratione suspendit iudicium. Etenim si acquiescisset Papa iis quæ scripta erant ab Imperatore de Photio sponte se abdicante, eius sessionem illegitimam quodammodò probasse videri potuisset. Ceterum nullus esse poterat locus renuntiationi ei, qui numquam legitime sedisset; nemo potest dimittere quod non habuit, sed eiiciendus ut latro, qui non sua diu mala fide possedit. Ne igitur probasse eo modo Stephanus Photij restitutionem videri posset, non renuntiationem illius, sed eiectionem potius tam ab Imperatore, quàm ab Episcopis expectat audire.

E Vides igitur quanto pondere Sedis Apostolicæ iudicia suspendantur, cuius sententiæ leges sint atque Decreta sancita perennia? Ita actum cum Episcopis: ceterum quod petebatur, ut dispensaretur cum Stephano germano Imperatoris, qui Subdiaconatum suscepisset à Photio, dispensatum fuisse, & ut oportuit rei consultum ab ipso Romano Pontifice existimandum: nam ille sedisse, atque cum ipso idem Stephanus Papa communicasse inuenitur.

Eiectus autem hoc anno (ut audisti) penitus Photius, nec amplius restitutus, sed in monasterium relegatus, quando obierit, quomodòve diem extremum clausit, in obscuro est; idque dolo schismaticorum, ipsum auctorem ductoremque suum mirè colentium. At quid insuper iidem ipsi schismatici? Quòd autem scirent ex synodalibus scriptis sub Pontificibus Nicolao, Hadriano, aliisque monumentis rerum gestarum S. Ignatij aduersus ipsum, vel aliorum valdè perstringi Photium atque adedò verberari, ut puderet ipsos

QVID SCHISMATICI DECREVERINT.

a Cœcil. Flor. s. ff. 6. Ferrar. habita.

XXXVI. DEI CONSILIO CONSERVATA SCRIPTA DE PHOTIO.

XXXVII. SCHISMATICI MALE MERITI DE S. IGNATIO.

XXXVIII

b Apud. Sav. die 17. Ian. 1091.

XXXIX.

STEPH. PAP. DIVINITVS ADMONITVS QVAERIT CORPORA MARTYRYM

X L.

ipfos eum sequi magistrum atque auctorem schismatis. Quid egerunt? Silentio ea omnia A quæ transacta sunt inter Ignatium & Photium obruenda putarunt, statuentes, scripta illa omnia aboleri, idque iterata sepè in ipsa Ecclesia Constantinopolitana aduersus transgressores sententia anathematis. quod testatus est Marcus Ephesius in Concilio Florentino, his verbis: a Tempore ex eo in Constantinopolitana Ecclesia hucusque solet celebrari, videlicet: Quæcumque in sanctos Patriarchas Ignatium & Photium scripta vel dicta sunt: Anathema sunt.] hæc Ephesius.

At Deus nolens obliuione deleri ipsa, vetera monumenta, quibus adeò egregiè Photius suis coloribus pingitur: non fuit ea penitus perire, sed in hanc vsque diem magna ex parte integra conseruauit, quæ modò in lucem prodita accepisti ex ipsis Græcorum fontibus, præter illa quæ ex Latinis sunt superius recitata. Ceterum attende fatuitatem in tanta caliditate Græcorum schismaticorum. Qui sua ipsorum constitutione dum conuellere conantur quæ in Ignatium atque Photium scripta essent: planè vtriusque scriptiones condemnant. Si enim quæ in S. Ignatium sunt scripta reiicienda esse definiant: planè scripta Photij esse abiicienda consentiunt. Contra verò si quæ contra Photium essent edita, explodenda esse sanxerunt, vtiq; omnes sancti Ignatij lucubrationes oportuit ipsorum sententia esse proscriptas, malè ipsi merentes de tanto suo Patriarcha, quem iidem ipsi, ceteriq; omnes Orientales vt sanctissimum colunt. Sic sunt opera impiorum schismaticorum & hæreticorum, vt suæ ipsorum sententiæ obliquitate damnentur.

Sed quam æquitate, pari sententia quæ contra Photium, & quæ contra S. Ignatium essent scripta censentur, cum alter eorum ab ipsis & vniuersa Catholica Ecclesia colatur vt Sanctus, alter verò secus? Ita illi in gratiam Photij omnia conuertentes, quem haberent auctorem schismatis, quæcumque contra illum conscripta fuissent, quibus non ipse Photij tantum scelera scriberentur, sed cum illis sua ipsorum leuitas in talem hominem sequendo, argueretur, vbique ac semper abolenda, iterato annis singulis anathemate, censuere. Lucratus tamen ex hoc illud fuisse videtur homo nefarius, vt sui ipsius obitus, quo auctor schismatis schismaticis sui similibus, apostaticisque iunctus est angelis, qualis fuerit, nusquam inuenire potuerimus: qui si clarus extitisset & non tenebrosus, certè discipulorum præconiis orbi vniuerso innotuisset, sicut ipse per eos prædicati vbi que inueniuntur errores. Hactenus de rebus quæ spectant ad Orientalem Ecclesiam: ad ea verò quæ sunt Romæ gesta se conuertat oratio.

Hoc eodem anno, die decima septima Ianuarij, quarta Indictione, primo nondum impleto anno Pontificatus Stephani Papæ, facta est ab eodem Pontifice solemnitas translatio corporum SS. martyrum Diodori, Mariani, & aliorum plurimorum Martyrum ex cœmeterio viæ Salarie in Urbem. Hic enim Martyres cum olim conuenissent ad venerationem Chrysanthi & Dariae recentium martyrum frequenti cœtu, oclusa à Gentilibus per parietem ianua, ipsi quoque pari martyrij corona decorari meruerunt, sub Stephano Primo Romano Pontifice. Cumque ad præsentem annum eorum sacræ reliquiæ latuissent, Dei prouidentia factum est, vt eadem diuinitus reuelatæ fuerint huic Stephano VI. Papæ, cuius diligentia effossæ & erutæ, solemnibus pompis translatae sunt in Urbem. Huius quidem rei gesta historia tunc scriptis diligenter commendata, Dei beneficio ad nos vsque integra perseverat, ex qua ea tantum quæ ad inuentionem atque translationem pertinent, hic describenda putauimus, quæ sic se habent:

Hic thesaurus in paradiso collocandus, iniquissimi Cæsaris perfidia, montium ruina absconditus per plura latuit tempora. Et licet à plurimis sit exquisitus Pontificibus, à nullo tamen reperiri potuit. Sed omnipotens Deus, qui immutabilis perseverans, mutabiliter dispensat tempora, suorum Martyrum gloriam reuelare voluit sacris Fidelibus. Vnde sanctum Stephanum suæ sanctæ præfecit Apostolicæ Ecclesiæ. Cuius ad hoc inspirauit animum ardore mirabili, vt tantorum Sanctorum quærere aggredederetur thesaurum ruina obrutum. Hic igitur fossos aduocat, & benedictione munitos, vbi & qualiter fodere debeant, instruit. Reliquit fossas, quas prædecessores sui plurimi plures fecerant, & ostendit eis locum vbi fodere debeant, quem ei reuelatum diuino affamine non ambigimus. Incipiunt fossos terram egerere, sed plus omnibus ipse inisti Deo digno operi. Nam illi fodiunt manibus: hic Deo dignus orat precibus. Illi quærunt fodiendo, hic orando inuenit.

Hoc quis ambigat diuina factum prouidentia? circa primi namque Stephani martyris

A tyris tempora, cum ipse Romanorum gubernaret Ecclesiam, hæc in Christi Martyribus persecutio exorta est; & Sexto Stephano Romanæ præfidente Ecclesiæ, ipsorum facta est inuentio. Ille itaque martyrij coronatus est gloria, hic omnium virtutum redimitus est diademate. Circa illius tempora cœtus Sanctorum per diuersa tormenta ad cælorum gaudia Angelicis choris aggregatus est; huius temporibus per eius sacræ doctrinæ documenta plurimi quotidie eruditi ad virtutes conuertuntur à vitiis. Illius inquam exemplo plures coronam consecuti sunt martyrij, istius exemplo plures bonis operibus locupletati, ad paradisi mœnia festinant, diuersis virtutibus adornati. Ab eo constituti sunt qui Sanctorum triumphos scribendo innotescerent posteris; ab hoc statuti sunt, qui quæsitos & inuentos prodant venerationi Fidelium.

Inuento igitur sacratissimo thesauro nullis copiis cœquando, ipse prior accinctus cryptam ingreditur, & stipatus diuersis venerabilis sacerdotij gradibus, ac cœtu populi Orthodoxæ Fidei, Deo dignas laudes cum exultatione referens, inter ruinas & lapidum congeries propriis cepit manibus omni mundo venerabiles margaritas legere de Sanctorum corporibus: nec cessauit suo sancto studio, donec omnia fragmina artuum à ruinæ segregaret congerie. Collectis itaque artibus, per dies aliquot, propter maximam ruinæ montium congeriem, tanti odoris nectar inerat in loco, vt omnes resciceret qui aderant. Quam obrem fossos magis ac magis labori operam dare exardescabant, lassitudinis & corporei alimenti immemores. Nocturno siquidem tempore Angelicæ voces in crypta audiebantur & psalmodiæ hymnizantium, tantusque splendor illam illustrabat, vt nullus auderet nocturno tempore accedere.

Peracto autem opere, idem sanctissimus Papa litaniam indixit, & congregato omnino cœtu Cleri & populi Romanorum ciuium, discalceatus pedibus, cum lampadibus & crucibus, omnique apparatu Ecclesiastico adueniens, in feretris cum psalmis & canticis spiritalibus Sanctorum corpora introduxit in Urbem, ipseque prior incedens, & feretrum propriis gestans humeris, cum exultatione & iubilo, sub die decimosexto Kalendarum Februariarum, anno Incarnationis Domini nostri IESV Christi octingentesimo octogesimo sexto, Pontificatus verò sui anno primo nandum exacto, Imperij autem domini Caroli excellentissimi Augusti anno sexto, Indictione quarta. Quorum in Lateranensi palatio aliquos, maiorè partem apud Ecclesiam, quam idem iam ruinæ proximam à fundamentis renouauerat, quæ Ad Apostolos dicitur, alios per diuersos Cardinales titulos condidit digna honorificentia, alios etiam circumquaque per diuersa largitus est monasteria, vbi plurimis hodieque coruscant miraculis, ad laudem & gloriam Domini Dei & Saluatoris nostri IESV Christi, cui est honor & gloria in sæcula. Amen.] his verò ista mox subiiciuntur ab eodem auctore conscripta:

Sanctorum Diodori & Mariani, sociorumque suorum reuelationis tempore, quæ Deus dignatus est miracula ostendere, operæpretium dicere duxi. Erat igitur vir quidam illustris & genere & nomine, Franco, quem dominus Stephanus sanctissimus Papa fossoribus præesse instituit, vt & operi admoniti ardentius insisterent, & de inuento cælesti thesauro ipsius sollicitudine, vel quidpiam fraudare nequirent. Quo narrante sub protestatione diuina didici quæ dico. Cum propter inæstimabilem scopulorum ruinam Sanctorum fragmina graui labore legerentur, per dies plurimos tanta inibi fragrantia inerat, ac si lapidum congeries in rosarum flores ac liliorum inæstimabilem multitudinem verteret. Hic prudentiori consilio lampadem aqua plenam, de super oleo modico misso, vix ad crassitudinem vnus digiti accendi in crypta præcepit, quatenus lumine locus non indigeret, qui tanto odore fragrabat. Accensa igitur lampas, continuis septem diebus ac noctibus semper arsit, vt nec oleum deficeret, nec eius flamma villo ventorum flamine extingueretur. Quibus indicis manifestè datur intelligi, quanta gloria digni habeantur in cælis, quorum fragmina artuum inter ruderum cœtum talibus virtutibus coruscant.

Prædictus autem vir cum die quadam opportuno commodo, aliquantum decreuisset abesse, quem fidelem sibi arbitrabatur Adalfredum quemdam sua vice, donec rediret, operi præfecit. Sed hic sacerdotis cuiusdam nomine Albini exhortationibus suasus, de inenarrabili thesauro Sanctorum artuum partem quamdam furatus est, non ob sanctitatis venerationem, sed pro lucri venalis amore, prout res gesta demonstrat. Hic redeunte domino, licentiam petiit propriam domum reuivendi, volens furtum quod

MARTYRYM CORPORA QVAERVNTVR A STEPHANO PAPA.

XLI. COLLIGVNTVR OSSA SS. MARTYRYM.

XLII. TRANSLATIO S. MARTYRYM.

al. quinto,

XLIII. MIRACVLA QVAERVNT FIERI CONTINGVNT.

XLIV. DAT PORNAS QVIFV RATVS EST RELIQVIAS MARTYRYM

fecerunt

CHRISTI 886.

STEPHANI PAP. VI. 2.

CAROLI III. IMP. 6. LEONIS VI. IMP. 1.

fecerat, suo domino nesciente, abscondere. Sed domum veniens, scrinio furtum reposuit & celavit. Nocte autem eadem graui languore percussus, cepit tremere, & toto corpore emortuo, acerrimè vexari, & quantum poterat balbutire, reum se in Sanctos clamabat, nulum cibum, nullumque potum appetens, somni numquam sopore vel ad momentum quiescens. Cumque per aliquot dies semivivus commissum lueret, & omnibus horis mortuus crederetur: tandem clamare cepit Seniore ex nomine.

XLV. Cui cum nuntiatum fuisset, compassione motus, ad visitandum eum profectus est supra memoratus Franco. Venit igitur ad domum, in qua semivivus iacebat languidus: quam cum ingressus fuisset idem Franco; mox ut eum ager conspexit, qui ab omnibus exanimis putabatur, sub celeritate surgens, prostravit se ad pedes eius, & furtum quod de Sanctorum artibus persuasus fecerat, anxius prodidit. Cumque interrogaretur, an se conualescere posse speraret, ait: Ad hoc mihi aliquantè induciæ concessæ sunt, & spatium vitæ præstitum, ut tuis reddam manibus, quod furati reus ausus sum. Nam duos reuerendissimos viros in vestibus albis vultu terribili ad me venisse conspexi, & ut eorum corpora redderem, aut quomodo ea auderem contingere acerrimè cœperunt exigere. Quod cum nimio terrore emortuus negare vellem, & eorum me numquam corpora tetigisse assererem, his qui astabant dixerunt: Findite eum à vertice vsque ad pedes, & de occultis ipsius abditis ossa nostra abstrahite. At ij euaginato gladio imminentes, caput, gulam, pectus, ventrem, & ilia findentes, hinc inde trahere me cœperunt, sola dorsi spina cum ceruice & occipitio scissa non est. Tenuerunt etiam cor, & stringentes illud, acerrimè me cruciabant. Quoties autem cor quantulumcumque relaxabant, anhelitus reddebatur, & respirare mihi modicum dabatur: quoties verò cor tenebatur, moriebar inter manus eorum; & de pectore meo ossa, quæ malè suafus rapui, omnium gemmarum fulgore splendidiora trahebantur. & ita per continuos hos septem dies punior similiter & per noctes. Modò verò priori fissura iuncta, reerò per occipitium & ceruicem & dorsi spinam findendus sum, quamobrem nullo modo me euasurum scio, quia ad hoc tantummodò relaxatus sum, ut hæc proderem, & quod furto rapui redderem.

XLVI. Hæc dicens accessit ad arcellam, in qua Sanctorum pignora absconderat, quam ita clausam reperit, ut nisi securi incisa, nullo modo aperiri posset. Quod idè factum credo, ne vas in quo Sanctorum pignora celata fuerant, alio vsui deinceps habile aptaretur. Reddito igitur furto, & impetrata à Seniore venia, cœpit cum lacrymis & graui gemitu coram ipsis pignoribus petere indulgentiam. Et ut citissimè de domo eius deducerentur, obnixè poposcit. Quæ cum educta essent, ille ad lectum rediens, continuò se findendum expectabat. Sed omnipotentis Dei misericordia, qui in Sanctis suis mirabilis est, & neminem perire, sed omnes vult saluos: vltra eos, quibus ad puniendum datus fuerat, non vidit; sed ab ipsis venerabilissimis viris commonetur, ut hæc palàm nuntiet, & vterius de eorum corporibus nihil præsumat attingere. Post hæc ergo cœpit cibum quærere, qui continuos septem dies nullo alimento percepto, continuatim sub tanta angustia languerat. Et post paucos dies pristinæ est sanitati redditus. Verùm ne quis hæc me arbitretur fingere: in veritate fateor, Francone sub protestatione Domini IESV Christi nominis narrante, audiui.] hæc auctor.

XLVII. Cuius etsi nomen non prodatur, non alius mihi videtur, quàm Anastasius Bibliothecarius huius pariter temporis historicus, qui (ut diximus) eiusdem Stephani Papæ res gestas conscripsit, sed eadem nobis haud integræ conseruatæ, quæ decurtatæ in multis habentur: nam inter alias desideratur mentio de inuentione eorumdem sanctorum Martyrum, quæ cum inibi scripta esset, excisa pagina, ex ea hæc tantummodò reliqua remanserunt: de locis, in quibus eadem sunt collocatæ sacræ reliquiæ, quæ totidem fermè verbis in vita eiusdem Stephani Papæ scripta reperiuntur, ut superius notata leguntur, nimirum: Alios Martyres per diuersos Cardinales titulos, alios etiam circumquaque per diuersa largitus est monasteria, vbi plurimis coruscant miraculis; maximam verò partem digna honorificentia collocauit apud Ecclesiam, quæ Apostolorum dicitur. Hanc senio consumptam & ruinæ proximam idem sanctissimus Papa à fundamentis renouauit.] hæc ibi. eam verò esse basilicam sanctorum Philippi & Iacobi Apostolorum, idem auctor Anastasius ibidem paulò superius ita declarat: Ecclesiam beatorum Apostolorum Iacobi & Philippi, quæ nimio senio consumpta, ruine proxima erat, à fundamento renouauit, quam

CHRISTI 887.

STEPHANI PAP. VI. 3.

CAROLI III. IMP. 7. LEONIS VI. IMP. 2.

A quam collato calice & patena aurata, suo nomine Græcis & Latinis litteris inscripta ornauit: contulit & cortinam lineam, & vela tria serica in circuitu altaris. hæc ibi.] Ad postremum illud non prætereat, hunc Stephanum (sicuti est) à citato auctore dici Sextum & non Quintum ordine Romanum Pontificem; ut intelligas, ab antiquis Pontifices eius nominis benè esse numeratos.

IESV CHRISTI STEPHANI PAP. VI. CAROLI III. IMP. 7. LEONIS VI. IMP. 2. ANNVS 887. ANNVS 3.

B CHRISTI Redemptoris annus sequitur octingentesimus octogesimo septimus Indictione quinta, quo Northmannorum obsidione Parisiensis ciuitas laborans, Dei misericordia implorata, precibus Dei Genitricis, cui ciuitas dedicata est, & sancti Germani Episcopi, atque sanctæ Genouefæ & aliorum Sanctorum eius Ecclesiæ patronorum liberata tandem fuit. sed præcipuè tunc nituit virtus eiusdem sancti Germani in edendis miraculis. Cecinit eiusmodi obsidionem duobus carminum libris Abbo, qui Aimoini historici fuit discipulus, ut idem auctor in eorumdem librorum præfatione testatur. Fuit & idem Abbas, ad quem Aimoinus inscripsit præfationem suarum historiarum. Porro idem Aimoinus ad hæc tempora producens historiam de rebus Francorum, seorsum scripsit duos libros de miraculis eiusdem sancti Germani Parisiensis Episcopi, de quibus superius.

C Scripsit tunc temporis Fulco Rhemensis Episcopus epistolam ad Carolum Crassum, pro obsidione Parisiensis auxilium implorans: Scripsit idem ad Stephanum Papam, de quibus litteris Frodoardus agit in vita ipsius Fulconis Archiepiscopi Rhemensis, in quibus meminit de Parisiensis obsidione.

Hoc anno habita legitur Synodus Colonienfis, in qua actum aduersus raptos reorum Ecclesiarum, oppressores pauperum, & incestas nuptias contrahentes.

Quo etiam anno laborat Ecclesia Anglicana tyrannide Hastingi Dani, qui simulatè Baptisma suscipiens, eo ad inferendam cladem populo vsus est, cuius etiam sequitur Gallia ingemuere.

IESV CHRISTI STEPHANI PAP. VI. LEONIS VI. IMP. 2. ANNVS 888. ANNVS 4. ANNVS 3.

SECVITVR annus Christi octingentesimus octogesimo octauus sexta Indictione in Schoata, quo pridie Idus Ianuarij Carolus Imperator moritur, iam antea repudiatu à suis. magno quidem Dei iudicio factum est, ut ipse Augustam Richardem ex leuibus quibusdam suspitionibus, testantem publicè, se licet iunctam Carolo, adhuc intactam virginem permanere, contra ius fasque repudians, mensè Nouembris in conuentu Tribuniensi repudiaretur à suis, tradito eius Regno Arnulpho Carolomanni filio; adeoque Dei voluntate Carolus ad ima depressus est, ut victum quotidianum ab Arnulpho supplex exposceret. hæc pluribus Regino, qui ipsum laudat ex multis. d Fertur libellus eiusdem Caroli de visione ipsi ante triennium ostensa de locis inferis & purgatorijs, quibus complures torqueri vidit Principum & Episcoporum, qui bellorum ciuiliu fomitem succendissent. habetur in auctario ad Bedam, & recitatur à Vuillelmo Malmesburiense.

Post hæc scissio Imperij, malaque plurima, ex tyrannorum plurium simul exurgentium factionibus orta sunt. Nam Berengarius Dux Foroiliensis in Regem eligitur. Vuido, siue Guido filius Lamberti Ducis Spoleti Imperatoris nomen assumit, vel potius iam diu antè assumptum retinet. In Gallijs Comes Parisiensis Otho, siue Odo pariter in Regem prouehitur, cum uiueret Carolus Simplex legitimus heres. Sed & Rodolphus Corradi filius sibi Regis nomè imposuit. Sic itaque Italia & Gallia hoc potissimum anno sunt ex ijs tyrannis emergentibus magnopere afflictæ. Quod autem deterius videri potuit & planè monstruosum, illud fuit, quòd tam Episcopi quàm Abbates ar-

mati ad bella procederent, in hostes irruerent, cæderent ipsos, & cæderentur ab ipsis. A execrandum planè diu istiusmodi facinus inoleuit in Gallus, cuius merito accidisse putamus, vt externis atque ciuilibus bellis eadem prouincia affligerentur. sed eò deterius, quòd ijdem etiam ab eius temporis scriptoribus laudati reperiuntur nomine bellicæ fortitudinis: cum tamquam sacrorum Canonum violatores & muneris pastoralis & nominis desertores derestandi fuissent.

III. CONCILII MOGVNTI-NVM. 2. Extat to. 4. Concil. Vener. edit.

Eodem anno occasione noui Regis Arnulphi celebrata est Synodus Moguntina, de qua illud primùm considerandum, eumdem Arnulphum nunquam ab antiquis scriptoribus Imperatorem esse nominatum, sed semper Regem, eò quòd nefas esset Imperatoris nomen assumere, nisi illud esset ab Apostolica Sede collatum: quamobrem perperam agere conuincuntur, qui statim post obitum Caroli Arnulphum nominant Imperatorem tamquam heredem Imperij.

IV. STATUS IN-FELIX EC-CLESIA RV M GERMA-NIAE.

Quanam autem ex causa eiusmodi Synodus collecta esset, in eius præfatione produnt B Patres, qua etiam quinsam status infelicissimus Germaniæ Ecclesiarum, his docent verbis: Videte & considerate quàm præclara & nobilia seruorum Dei ædificia destructa & incensa sint & funditus ad nihilum redacta; altaria desolata & penitus conculcata; ornamenta Ecclesiarum Dei valde pretiosa & mirifica direpta, & igne exusta. Episcopi & sacerdotes, & ceteri ordinis Ecclesiæ viri gladio truncati, & diuersis pœnarum generibus morti addicti: omnis ætas vtriusque sexus gladio & igne diuerso mortium genere consumpti. Quid ergo amplius his dici posset? omnia desiderabilia & pretiosa nobis ablata sunt, veluti olim sub comminatione & euersione Iudaici templi illis dictum est: Ecce ego tollam à vobis desiderabilia oculorum vestrorum super quò pauet anima vestra. Multi ergo nostrum, quibus hoc malum contigit, nobilium ædificio templorum, gregi- C que sibi commisso metuebant: quæ omnia vt oculis intuentium patent, ablata sunt & penitus subuersa. Cuius subuersionis periculum incolæ monasteriorum vtriusque sexus metuentes, huc illucque vagantur incerti, penitusque omni solatio destituti, quid agendum, quòve declinandum, errant cum periculo suæ professionis, & sine pastore ignorant.] hucusque Patres, deplorantes illatas quas recensuimus clades à Northmannis subiiciunt iis funestiora, quæ pati cogentur à Christianis raptoribus publicè grassantibus, de quibus hæc sequuntur:

Ezech. 24.

Sed his interea malis amaricati, & pænè vsque ad mortem afflicti, aliud è vicino malum nos coangustat & opprimit, quod quanto vicinius, tanto grauius, nobisque qui pastores dicimur, periculosius. Ecce enim à latere turba raptorum & schismaticorum sæuit, qui pauperes & humiles Christi opprimunt & interimunt, neque Dei respectum habentes, D neque vllam hominis personam verentes. Ab his namque, si deesset paganorum fauicia, redigeretur in solitudinem terra, quia nec sexui, nec ætati, nec paupertati parcere sciunt, sed omnes quos possunt, absque Dei respectu & misericordia despoliant, & crudeliter sui immemores aut igni, aut gladio, aut quocumque mortis genere interimunt; hocque nihil putant & paruipendunt.] hæc sunt quæ ob omnium oculos lugenda Patres & corrigenda quoquo modo proponunt. Statuti sunt in Synodo Canonès vigintifex, quorum tres primi ad Arnulphum Regem spectant, quibus admonetur, quomodo se gerere debeat in Regni benè disponendo regimine.

V. QVANTA MALA EX PVBLICIS GRASSA-TORIBVS.

Qui autem hoc anno Vuido Dux Spoletinus non Regnum tantum Italiæ sed & Imperium sumpsit, eum Romam profectum & Imperatorem inunctum testatur Luitprandus his verbis: Cuius tamen interitum, nempe Caroli de quo dictum, Vuido vt audiuit, E Romam profectus est, & absque Francorum consilio totius Franciæ vnctionem suscepit Imperij. Ine putes statim id factum sub eodem Stephano Papa: nam non sub ipso, sed sub eius successore Formoso id fieri contigisse, ipsius Formosi litteræ ad Fulconem Rhemensem Episcopum datæ significant, de quibus inferius suo loco agendum erit. Cum igitur de Vuidonis arrepto post Carolum Imperio, quod testatur etiam Regino, constet, magnopere miramur, quomodo recentiores Chronographi in serie Occidentalium Imperatorum mox eodem anno quo Carolus Crassus Imperator mortuus ponitur, hoc ipso videlicet anno, Arnulphum collocent Imperatorem, quem veteres eius sæculi Scrip-tores omnes Regem tantummodò nominant, & nullus Imperatorem, nisi postquam Romæ coronatus est post annos octo, vt suo loco dicturi sumus: sed neque (vt dictum est) ipsa Acta Conciliorum eum ad illud vsque tempus Imperatorem appellant. Vuidonem

VI. QVANDO VNCTVS IMP. 2. Luitprand. lib. 1. c. 6.

Annal. Eccl. Tom. 10. E e e 2 enim

CHRONO-GRAPHO-RVM RE-DARGVI-TVR IRROR-DE ARNVL-PHO IMP.

A nem verò vnctum à Romano Pontifice tradunt Imperatorem, ac proinde legitimum successorem.

Hoc eodem anno sanctus Rembertus magnus ille Danorum Apostolus, successor VII. S. Ansgarij in ea functione, & scriptor vitæ eius & imitator egregius, ex hac vita disces- sit. Ita apud antiquum Chronographum Adamum monachum: Obiit, inquit, anno Domini octingentesimo octogesimo octauo, Indictione sexta, cuius depositio est tertio Idus Iunij. Sepultus est extra basilicam sancti Petri ab Oriente, vt ipse rogauit.] hæc ipse, qui eum sedisse annos vigintitres affirmat ex monumentis monasterij Corbeien- sis, mentititque vitæ eius scriptæ à fratribus eiusdem cœnobij, quam illam puto, quæ à Surio sine auctore edita reperitur. quem testatur à Nicolao Pontifice pallium accepisse, multaque de miraculis eius leguntur, quæ omnia breuitatis causa prætereuntes, cupido B Lectori seorsum legenda relinquimus: Habuit Rembertus successorem Adelgarium, quem idem auctor tradit sedisse annis viginti, atque à Stephano Romano Pontifice pal- lium accepisse. sicque Sedis Apostolicæ auctoritate, qua cœperat, eandem esse Eccle- siam propagatam semper apparet.

VII. S. REMBER- TI OBITVS. 2. Adam. lib. 1. c. 38. in fine.

Idem lib. 3. c. 32.

Sur. tom. 1. die 5. Febr.

Adam. lib. 1. cap. 39.

Hoc eodem anno, qui tertius numeratur Stephani Patriarchæ Constantinopolitani, ipse ex hac vita migravit. id ex Curopalate accipitur, qui ait: In sequenti anno, nempe ter- tio Imperatoris Leonis, Stephanus Imperatoris frater & Patriarcha excessit è vita, in cuius locum successit est Antonius cognomento Cauleos, id ipsum constat ex serie Græ- ca Patriarcharum Constantinopolitanorum, in qua ponitur Stephanus iste sedisse tan- tum annos tres. Relatus hic legitur in Menologio Græcorum inter Sanctos, eiusque an- niuersaria dies natalis agitur decimasextima Maij hoc elogio:

VIII. STEPHANVS PATRIAR-CHA CON- STANT. MORITVR, ET ANTO- NIVS CREA- TVR

Extracod. Inris Græc. Romani. to. 1. pag. 301. IX.

C S. Stephani Patriarchæ Constantinopolitani Basilij Imp. filij memoria:

Hic Basilij quidem illustris Romanorum Imperatoris filius fuit. Et propter simpli- ces eius mores atque prudentiam & quietem, virtutisque sublimitatem, adhuc iuuenis Imperatoris & sacræ Synodi, Clerique totius ac populi suffragio, Dei beneplacito atque iudicio Constantinopoleos Patriarcha fuit electus. In magno autem & sacro throno col- locatus, & magnum habens creditum gregem, totius illius Ecclesiæ curam gerens, vigil custos & verus pastor ad Orthodoxæ Fidei pascua proprias agens pecudes, mendicos mi- serans, viduas & orphanos protegens, iniuriamque patientes ab iniquorum eruens mani- bus, Deumque colens in omnibus. Sic itaque faciens, & carnem continentia consumens, in ipso ætatis flore ad Christum migravit.] hæc ibi. Scias autem ob admirandam eiu sdem Stephani innocentiam, quod Nicephorus philosophus in oratione funebri, quam habuit D in obitu eius successoris Antonij, testatur hunc à fasciis sanctum fuisse. Porrò ad hunc eumdem Stephanum Patriarcham extant complures Leonis Imperatoris nouellæ con- stitutions diuersorum argumentorum ad statum tamen Ecclesiasticum pertinentes, quas tu consulas.

Hoc insuper anno Aelfredus Rex Angliæ Æthelinum Vintoniensem Episcopum Romam milit, qui illuc eleemosynas ferret. Sed & sequenti anno collectam vniuersa- lem tam clericis, quàm laicis indixit pro colligendis pecuniis, quas mitteret tum Ro- mam tum etiam Ierosolymam. ipse verò ex suo thesauro partem haud mediocrem adiecit. hæc ex veteribus monumentis Matthæus Vuestmonasteriensis collegit. qui & alia innumera refert, quæ Rex maximè pius in religione Christiana colenda & propa- ganda operatus est.

X. LEGATIO AELFREDI REGIS CVM ELEEMOSY- NIS ROMAM

E Sed & hoc eodem anno quid mirandum Aurelianis in Gallia acciderit, sic accipe ex Glabro: Anno Christi incarnati octingentesimo octogesimo octauo contigit in vrbe Aureliana Galliarum admodum memorabile atque formidolosum portentum. Con- stat ergo in eadem vrbe monasterium in honorem Apostolorum Principis antiquitus constitutum, in quo primitus Collegium sanctimonialium virginum omnipotenti Deo deseruisse dignoscitur, quod etiam exinde cognomento; Puellare dicitur. In cuius deni- que monasterij medio defixum stabat Crucis vexillum, præferens ipsius Saluatoris pro salute humana mortem patientis imaginem. A cuius scilicet imaginis oculis per aliquot dierum spatium continuè, multis cernentibus, riuus emanauit lacrymarum. Ad quod nimirum terribile spectaculum multitudo maxima conuenit hominum: plerique tamen cum illud cernerent, admodum animaduertentes, quoddam esse diui- nitatis prælagium, videlicet illius vrbs superuenturæ calamitatis. Quemadmodum

XI. Glab. lib. 2. cap. 5.

MIRAE V- LVM DE CRV- CIFI XI IMA- GINE.

enim ipse per se Saluator præsciens imminere vrbì detrimentum Ierosolymitanæ, fle- A uisse illam perhibetur: sic denique & hanc, videlicet Aurelianam, paulò post imminen- tem cladem passuram, per expressam suæ imaginis figuram fleuisse comprobatur. Con- tigit ergo post paululum in eadem ciuitate inaudita rei id ipsum (vt putatur) portendens euentus. Denique cum vna noctium custodes videlicet maioris Ecclesiæ, scilicet Episco- pij, ex more exurrexissent, atque ipsius Ecclesiæ portas, quibuslibet ad matutinales lau- des properantibus aperuissent: subitò lupus affuit, Ecclesiam que ingressus, & funem signi ore arripiens, agitantisque illud, insonuit. Cernentes nimirum qui aderant, mentis stupore concussi: tandem clamore emisso, etsi inermes nisu quo valere illum exturbantes, ab Ecclesia expulerunt.

XII. Sequenti verò anno tota illius ciuitatis humana habitatio cum domibus Ecclesiarum terribiliter igne cremata est. Vnde etiam nulli venit in dubium, quoniam vnus cladis B euentus vtriusque rei præcessisset portentum. Erat igitur tunc temporis prædictæ ciuitatis pontifex venerabilis Arnulphus, qui videlicet genere & doctrina sapientiæ pernobilis, ac paternorum fundorum redditibus locupletissimus, cernens excidium scilicet propriæ se- dis, desolationem que sibi commissâ plebis, potiore vsus consilio magnum colligens ap- paratum, cepit domum maioris Ecclesiæ, quæ olim dicata fuerat in Crucis Christi ho- norem, iugiter à fundamentis ædificare. Qui dum acerrimè cæpto operi cum suis omni- bus intenderet, scilicet vt quantocyus honestissimè consummaret, nimum euidenter præstitum illi diuinum iuuam en contigit. Igitur quadam die dum cæmentarij euidamen- ta basilicæ locaturi, soliditatem perscrutarentur ipsius telluris, vt reperirent copiosa auri pondera, quæ scilicet ad totius quamuis magnæ basilicæ fabricam reformandam certissi- mè crederentur sufficere, &c.] hæc de his Glaber eiusdem temporis scriptor. C

THESAVRVS IN FVNDAMENTO REPERTVS.

IESV CHRISTI STEPHANI PAP. VI. LEONIS VI. IMP.

ANNVS 889. ANNVS 5. ANNVS 4.

I. R EDEMPTORIS annus agitur octingentesimus octogesimo nonus, septima Indi- ctione eius exordio consignatus: idemque bellicorum tumultuum frequetia vbi que turbatus, funestissimus verò redditus Germanis & Gallis ob Hunnorum in eas regiones immisiones per Regem Arnulphum, cuius impietatem Luitprandus ita deplorat: O cæ- cam Arnulphi regnandi cupiditatem! O infelicem amarumque diem: vnus homuncio D nis deiectio, nempe Zuuentebaldi, quem aduersarium patiebatur, fit totius Europæ con- tritio. Quot mulieribus viduitates, patribusque orbitates, virginibus corruptiones, sacer- dotibus populisque Dei captiuitates, Ecclesiis desolationes, terris inhabitatis solitudines, cæca ambitio paras? &c.] reliqua bellorum tum in Gallia tum in Italia, quæ inter se mu- tuò digladiantes Principes, perpetuò gessere, quòd non sint nostri instituti, idem te doce- bit, si cupis ea Lector, Luitprandus historicus. Nos res Ecclesiasticas prosequamur.

HUNNI VOCATI IN GERMANIAM.

II. Hoc eodem anno, qui tertius numeratur à tempore, quo à Stephano Papa scriptæ sunt littere Constantinopolim ad Imperatorem Leonem & Episcopos Catholicæ communio- nis, ab eodem Imperatore Leone atque ab iisdem etiam Episcopis legationes mittuntur ad Stephanum Romanum Pontificem, prout ipse antea mittendas iusserat. Testantur hæc ipse litteræ Episcoporum, quibus ista præmissa leguntur in dicto Græco a codice Colum- nense in appendice addita contra pseudosynodum Photianam.

LEGATIONES AB ORIENTE AD STEPHANUM P. P. Cod. Colum. num. 45.

III. Alia epistola deprecatoria missa est post annos tres ab eodem Metropolita Neocæsariæ ad eundem Stephanum Papam Romanum. Quo etiam tempore ex diuersis partibus iuxta Pontificis mandatum, Metropolitæ venerunt, atque Imperatoris homo cum litte- ris Imperatoris.

Ita in scripto codice. EPIST. STEPHANI ET ALIORVM EPISCOPO- RVN AD STEPHANVM PAP.

Sanctissimo & beatissimo Stephano Oecumenico Papæ Stylianus Episcopus Neo- cæsariæ, & qui mecum sunt Episcopi, Eusebius Episcopus Nazianzi, Ioannes Episco- pus Comanorum, Ioannes Episcopus Leontopoleos, & reliqui Episcopi, qui epistolæ sub- scripserunt.

Diuinas & sacras litteras sancti & excellentissimi Pontificatus tui nostra humilitas cum accepisset, magno affecta est gaudio, &c.] Et post procerium epistolæ in quo ha- betur

A betur encomium Apostolicæ Sedis, scripta sunt quæ sequuntur: Diuini tui Pontificatus venerabiles litteræ assererebant, quòd in litteris serenissimorum Imperatorum nostrorum, & nostræ humilitatis magnum est discrimen, cuius discriminis hæc causa est, quòd ij qui Photium abrenuntiasse scripserunt, ijdem ipsi illum receperunt in sacerdotem. Nos verò qui ne vestigium quidem sacerdotij illum habere affirmamus, iuxta legitimam & cano- nicam sententiam æternorum & beatorum Pontificum Nicolai & Hadriani, sicut etiam sancta & generalis Synodus Constantinopoli congregata Legatis Apostolicæ Sedis & trium sedium Orientalium promulgauit, quomodo potuimus scribere, illum renuntiasse, qui ita fuerit condemnatus? Mirati verò sumus, quomodo eum, quem amorem à firma petra Christo ipso epistolæ pro cæmio, eundem in illius sine, vt legitimum pontificem, iudicari debere scripseris. Quomodo enim, qui iam reprobatus est, iterum iudicabitur? B Hoc enim pacto prædecessorum sanctorum virorum decreta de ipso lata irritantur. Ni- hilominus quanto magis voluerit aliquis res Photij examinare, eò magis puto damniatio- nem maiorem illi irrogabit; cuius, vt alia omittamus, vbinam pones ea quæ aduersus in- culpabilem reuera * & aduersus sanctissimum Papam Marinum finxit & * f. Nicolaum commentus est? quæ omnia te non ignorare, certò scimus; quemadmodum litteræ tuæ ad Imperatorem nostrum satis declarant.

Nos verò iterum priores iteramus preces pro iis qui Photium inuiti receperunt; & petimus vt circulares mittas litteras ad Orientalium sedium Patriarchas, vt ipsi no- stram dispensationem recipientes admittant atque confirmet, intercessionibus sa- pientissimi nostri Imperatoris, qui eduxit nos de tenebris & umbra mortis, & largi- tus est nobis lumine liberè frui. Non enim à Canonibus est alienum, Photium quidem C damnatum esse, & eos qui illum inuiti receperunt, & nunc poenitentiae signa exhibent, recipi. Hoc enim etiam magnus Athanasius Alexandria Patriarcha ad Rufinum scripsit, quòd oportet in synodicis conuentibus principes hæresum & schismatum damnatos re- iicere, reliquos verò cum dispensatione recipere. Pax mundo & nobis in Christo I E S V augeatur intercessionibus sanctissimæ Dominæ nostræ Dei Genitricis, sanctorum Ange- lorum, & glorioforum Apostolorum, & omnium Sanctorum.] hucusque Orientales Epi- scopi, posthæc in eodem codice ista subiiciuntur:

Epistola, qua responderetur superiori epistolæ, scripta est à sanctissimo Papa & successo- re beati Stephani Papæ Formoso ad eundem Stylianus. Stephanus cum morte preuen- tus, respondere minimè potuisset, rescripsit Formosus.] quamobrem non nisi post sequen- tem annum oportuit eam Romam esse perlata: etenim eundem Stephanum Papam D certum est scdisse annis sex.

IESV CHRISTI STEPHANI PAP. VI. LEONIS VI. IMP.

ANNVS 890. ANNVS 6. ANNVS 5.

A N N V S Redemptoris octingentesimus nonagesimus, Indictione octaua sequitur, idemque vltimus annus Stephani Papæ numeratur; ad sextum enim ipsum perue- nisse annum liquet; qua de causa, reliqua eiusdem Pontificis præclare gesta, quæ certo an- no consignari minimè contigit, hic ad finem Pontificatus eius recensenda putauimus, vt E in aliis facere consueuimus, atque in primis quæ ex scripto codice Anastasij Bibliothecarij sæpè citato accepimus, in quo ista ita leguntur:

Intuitus sanctissimus Papa Stephanus insolentiam populi, & cæcitatem cordis eius va- niloquiis & nefariis fabulis, & otiosis sermonibus vacantis in Ecclesia, & audiens quos- dam, vulgante fama, maleficiis & incantationibus vii: hac allocutione, Missam cele- brans, populum admonuit:

Filiationem vestram charissimi commonemus, vt conuenientes ad sacratissimum Dei templum, id diligenter pertractare studeatis ad quod venistis. Si enim veraciter templum Dei esse creditis illud, ad quod conuenitis: id proculdubio inibi operari debetis, quod pla- ceat ei, cuius templum est, ad quod conuenitis. Cum enim vbi que Dominus sit in suo ta- men templo specialiter debet requiri. Et quantum ipse inspirare dignatus fuerit, id inibi quod ei placeat, debet expecti. Est ergo misericors Dominus, ita tamen suam misericor- diam

* f. Nicolaum

V.

I.

II.

SERMO STEPHANI PAP.

diam unicuique disponit impertiri, vt rogantibus eam tribuat non ingratis; & tanto largiori illam tribuat unicuique pietate, quanto maioribus gemitibus & ardentiori animo à quolibet sit deprecatus, sicut ipse dicit: ^a Dimittuntur ei peccata multa, quia dilexit multum. Est namque templum Dei locus orationis, sicut ipse alicubi dicit: ^b Domus mea domus orationis est cunctis gentibus. & Psalmista: ^c Domum tuam decet sanctitudo Domine. quippe si orationis domus est, id ibi oportet peragere, quod vocatur; id est orare, psallere, peccata confiteri, amaris oculorum lacrymis & mentis gemitibus delicta abluere, & fiducialiter veniam de commissis culpis implorare. Est quippe ibi specialiter respectus diuinus, assistunt ibi Angelici ordines, Sanctorum chori, qui Fidelium vota & preces sacerdotis pro populo deprecantis ad aures perferunt Domini Sabaoth.

III. Qua ergo fronte in sacratissimo Dei templo assistit, qui inanibus fabulis & otiosis verbis insistit? Nam si de omni verbo otioso in die Iudicij ratio est reddenda: de his maximè reddetur ratio, & exigetur vindicta, quæ in conspectu tantorum Sanctorum proferuntur contumaciter in loco Deo dicato. Quæ inquam spe veniam consequi de præteritis arbitratur delictis, qui non solum peccata sua negligit abluere, sed potius contendit augere? Pauescite illum, qui flagello facto de funiculis, eiecit vendentes & ementes de templo: remissius scilicet est vtiliter negotiari, quam inaniter & otiosè confabulari.

IV. Cum conuenitis ad locum orationis, cum silentio stete, intento corde Dominum deprecamini, vt orantis pro vobis sacerdotis vota suscipiat, preces exaudiat, habentes præ oculis mouentem Dominum & dicentem: ^d Cum istatis ad orationem; dimittite si quid habetis aduersus alterum, vt & Pater vester caelestis dimittat vobis peccata vestra. Hæc meditates, & diuina gratia inspirante, facientes; & Euangelicis & Apostolicis documentis imbui, impetrata ab omnipotenti Deo misericordia, cum fructu bonorum operum, quasi lampadibus illuminati, cum gaudio & Christo representari, & cum Sanctis coronari merebimini.

V. De cetero charissimi, nosse vos volumus, quod legem Dominus populo suo instituens, Moyse teste, intulit dicens: ^e Maleficum non patiaris viuere. In hac itaque Vrbe (quod dolens dico) inueniuntur quidam, qui non solum maleficos non increpant, sed potius tuentur & fouent, per quos incantationibus quibusdam dæmones consulere non perhorrescunt, & diuinæ legis & Apostolicæ doctrinæ immemores, quæ in tonat, dicens: ^f Quæ participatio luci ad tenebras, aut conuentus Christo & Belial? In hoc enim quod Christo contempto, dæmones, Gentium more, consulunt, Christianos se omnimodis non esse fatentur. Quod quàm horribile, quam quæ sit profanum, vt Christo contempto, dæmones Christianus adoret, vnusquisque perpendat, vt tale facinus fieri perhorrescat. Quamobrem quisquis deinceps tali contagio se polluere tentauerit: alienum viuifici fieri corporis & sanguinis Domini nostri IESV Christi, Spiritus sancti iudicio, donec à tanta respiscat ignauia, iudicamus. Qui verò tam salubribus interdicitis contemptor extiterit, & in eadem pestifera pertinacia perseverans, respiscere neglexerit: in perpetuum à Deo Patre & IESV Christo Filio eius sit anathema.] hæc tenus sermo Stephani Papæ ab Anastasio recitatus, qui post hæc subiicit:

VI. Cum quæ talis iste præstantissimus Præsul existeret, & in his quæ diuino cultui conueniunt, finetenus perseveraret: tanta illi est diuinitus gratia concessa, vt quidquid habere posset, facris daret Ecclesijs, captiuos redimeret, sollicitus existens pro salute omnium. quia cum fama eius nominis atque actuum tam per Orientales, quam per Occidentales partes diffamaretur: pænè omnes ad eum accurrebant, vt eius benedictionem perciperent.]

VII. Præter hæc autem non tacendum quod idem auctor subdit de prauo vsu qui tunc irrepperat, cum qui Missas celebrarent in Ecclesia sancti Petri Apostoli, aliquid donare eidem Ecclesiæ ministris ab eis exigeretur. Etenim adeo ingens erat desiderium sacerdotum in loco tam celebri facultatem Missas celebrandi accipere, vt Ecclesiæ eidem aliquid donarent gratitudinis causa, quod postea illiberaliter exigi ab ædituis consuevit. ait enim: In supradicta venerabili basilica cum idem sanctissimus Papa omnium vitiorum fortissimus extirpator malam consuetudinem inueniret, vt presbyteri, qui ibidem quotidie Domino sacrificium offerebant, omni anno vnã vuitam consuetudinaliter darent. quam consuetudinem sanctæ memoriæ dominus Marinus Papa antecessor eius frugerat; sed cum subreptionibus quorundam hominum, tempore Hadriani Papæ

Tertij

A Tertij repullulasset: sub forti obrestatione Stephanus Papa præcepit, vt nullus vnquam ab eis non solum hoc, verum etiam aliquod aliud tributum acciperet, sed cum omni honore, sicut sacerdotes oportet; suum peragi officium eis liceret.] hæc ipse, qui subiicit de donis diuersis Ecclesijs oblati, & aliis restauratis, sed codex mutilatus habetur: nam quæ vsque ad finem eius sunt gesta desiderantur: nec quo mense vel die decesserit ipse Stephanus Papa continet. porro extat Stephani huius rescriptum ^a ad Romanum Episcopum Rauennatem de electione Episcopi Imolenfis. necnon aliud ad Heribertum Archiepiscopum Moguntinum, quo asseritur non probari purgationem per ferrum candens & aquam feruentem.

Hoc item anno moritur vir insignis sanctitate atque doctrina Samson Abbas S. Zoili VIII. Cordubæ ciuitatis, qui tempore persecutionis ab Eulogio descriptæ claruit, vitamque in ^b SAMSONIS ABB. OBITVS hunc vsque annum propagauit in iugi confessione nominis Christi, vexantibus Ecclesiam Regibus persecutoribus. At non solum aduersus eos fuit illi certandum; sed aduersus malos Christianos Martyrum derisores, inter quos qui eminebant alter fuit Episcopus, Comes alter, ambo egregie impietatis homines, Sarracenorum Principum amicissimi. Colliguntur ista non ab alio aliquo auctore, quam ex scripto tunc ab ipso Apologetico litteris Gothicis, quod Toleti in bibliotheca asseruari adhuc, qui vidit & legit Ambrosius Morales testatur; dum in scholiis ad librum primum Memorialis Sanctorum hæc ait: Viuebat Cordubæ hoc ipso tempore presbyter, qui is Abbas postea sancti Zoili fuit, Samson nomine, vir doctus & subtili ingenio, in philosophiæ & sacrarum litterarum studiis versatus. id abundè declarat eius Apologeticum opus, quod tribus libris distinctum scripsit contra Hostigesium Malacitanum Episcopum, qui ipsum in Concilio Cordubensi hæreticum cum conuicio dixerat, quemadmodum ipse in præfatione libri secundi latè commemorat. Ibi se Abbatem Ecclesiæ S. Zoili martyris Era nonagesima prima, hoc est anno Domini octingentesimo sexagesimo tertio factum ostendit. est is annus post Eulogij martyrium tertius vel quartus.] & inferius idem auctor:

In præfatione (inquit) libri secundi de Seruando Comite Christiano, sed nefario homine, ita ait: Postquam multa mala, quæ Christianis viuentibus intulerat, recensuit: Deinde viuorum moribus non contentus, quiescentium (quorum animabus impedire requiem non potuit) ne vel ipsis parcere videretur: corpora, vt fuerant sub aris Dei posita, è suis loculis insignis vespillo traxit, & fidelibus Regis, vt fuerant ancipiti ense truncata, monstrauit; vt hoc factò animos regios in nostrorum perniciem excitaret; quatenus probarentur apud eum debitor mortis obnoxij, qui ausi essent humare illius prostratos pugione.] hucusque ex Samson ille, qui & ad eius sepulchrum exaratum huiusmodi recitat epitaphium cum hoc titulo:

Epitaphium quod idem Cyprianus presbyter in sepulchro domini Samsonis edidit metro heroico: IX.

*Quis quantusve fuit Samson clarissimus Abbas;
Cuius in vna manent hac sacra membra sub aula,
Personat Hesperia, illius fame fota.
Flecte Deum precibus; Lector, nunc flecte peroro;
Aethera vni culpis valeat conscendere terfis.
Discessit longè notus, plenusque dierum,
Sextilis namque mensis die vigesima prima.
Sextilis namq. mensis primo & vigesimo sole.]* ita ibi incompositè, & post hæc:

E Era DCCCXXV I I X.] est is annus Domini octingentesimus nonagesimus. Scriptum est eiusmodi epitaphium à Cypriano presbytero Cordubensi, vt idem qui supra auctor testatur; à quo vtinam ipsum editum fuisset Samsonis Apologeticum, digna horum temporum fax.

Quo pariter anno sanctum virum eremi cultorem qui in Orensi dicecesi claruit, esse defunctum, inscriptio ad eius sepulchrum posita docet, quæ sic se habet: XI.

HIC. REQUIESCIT. FAMVLVS. DEI.
VINTILA. QVI. OBIIT. DIE. X.
KALENDAS. IANVARIAS. ERA.
DCCCXXVIII.

Vbi colitur vt Sanctus antiqua traditione maiorum.

Ecc 4

Eadem

beati Stephani Formoso ad eundem Stylianum. Stephanus enim cum morte praeuentus A respondere minime potuisset, rescripsit Formosus.] his verbis:

VI. FORMOSI PAPAE EPIST. AD STYLIANVM PRO ECCL. CONSTAN. TINOP. CV. RANDA.

Litteras sanctitatis tuae ad Apostolicam Sedem missas, &c.] ita decurtatae in codice habentur, & post multa breuitatis causa omissa haec sequuntur: Petis misericordiam, & non scribis, quomodo sit exhibenda, neque cui, saeculari videlicet vel sacerdoti. Si enim saecularem dixeris: venia dignus is erit, tamquam a saeculari dignitatem adeptus. Si vero sacerdotem dicas: non adhibes mentem, quod dignitatem praebere non potuit, qui dignitatem non habebat. Nihil potuit dare Photius praeter damnationem quam habuit per impositionem obliquae manus; & damnationem praebuit. Quomodo dignitatem potuit accipere qui particeps factus est condemnato? Quoniam pro ordinato misericordiam obtinere petis: animaduerte, quod ordinatorem potius foues, iuxta Domini sacrum eloquium: a Vel facite arborem bonam, B & fructus eius bonos: vel facite arborem malam, & fructus eius malos: numquid potest ficus vnam producere, vel vitis ficus? oportebat igitur istam Ecclesiam, in qua talia deprehenduntur facta, grauissimas dare poenas, vt huiusmodi poenis vestra Ecclesia purgaretur. Continet autem nos benignitas & fratrum dilectio, quae nobis persuadet, vt alia quidem toleremus, alia vero omnino e medio tollamus. Quapropter missimus e latere nostro religiosissimos Episcopos Landenulphum Capuanum, & Romanum, quibuscum sanctitatem etiam hortamur conuenire, necnon Theophylactum Metropolitanum Ancyrae, & Petrum fidelem nostrum: vt ita ante omnia in Photium prauaricatorem & legum euerforem sententia a praedecessoribus Oecumenicis Pontificibus ante omnia synodice prolata, necnon a nostra humilitate confirmata, perpetuo tempore immutabilis permaneat.

VII. Cum iis vero, qui a Photio fuerunt ordinati, misericorditer nos gerentes, decernimus, vt oblati libellis, se deliquisse fateantur, & poenitentia veniam deprecantur, pollicentes se numquam tale quid commissuros. Deinde his peractis, quae sequuntur omnia, quae nostris litteris mandata conspiciuntur, vna cum praedictis viris sanctitas tua peragat, nec aliquid addendo, nec diminuendo aut commutando. Ista enim & a nobis, & a reuerentia tua in communionem Fidelium receptis vt laicis, scandalum delebitur. His vero peractis, si quis ipsorum communicare renuerit: nouerit seipsum a communionem nostram alienum fore. In Domino valete.] haec Formosus sapienter admodum ad sananda simul Ecclesiae Constantinopolitanae vulnera diuturnitate temporis putrescentia.

VIII. Hoc anno defuncto in praelio Sunzo Archiepiscopo Moguntino, in locum eius subrogatur Atto Abbas Augiensis monasterij, totius Germaniae bono, vt pote qui ad restituendam collapsam Ecclesiasticam disciplinam plurimum laborauit, cuius rei causa generalis conuentus Episcoporum collectus est, de quo suo loco dicturi sumus.] haec ex Reginone.

IESV CHRISTI FORMOSI PAP. VUIDONIS IMP. I. ANNVS ANNVS ANNVS 892. 2. LEONIS VI. IMP. 7.

I. ANNVS sequitur Redemptoris octingentesimus nonagesimusecundus, Indictione decima, quo Vuido Imperator Romae coronatur a Formoso Pontifice. De his autem vt nulla possit esse dubitatio, litterae testantur eiusdem Formosi Papae, quarum scriptor huius temporis meminit b Frodoardus in historia Rhemensium Episcoporum in Fulcone eius Ecclesiae hoc tempore Archiepiscopo, cuius auctoris de eodem Formoso Papa monumenta, vna simul inferius reddituri sumus.

II. Id autem cum praestitisset Formosus Papa, concitauit contra seipsum inuidiam eorum, qui eiusdem Imperij coronam cuperent, nempe Arnulphi, & Berengarij; quin etiam Romanos ciues in seipsum reddidit, vt exitus declarauit. Sic igitur primus hic annus est numerandus Vuidonis Imperij, quo reuera dicendus fuit Imperator, coronatus ex more ab ipso Romano Pontifice; cum alioquin iam longè ante se Imperatorem gessisset atque appellasse, ex diplomate ab ipso scripto ante annos quindecim satis apparet. cum auctus est filio Lamberto: quod repertum apud Ioannem monachum monasterij sancti Vincentij ad

VUIDO IMPERATOR CREATVS. bFrod. histor. Rhem. lib. 4. cap. 2.

A ad Fontes Vulturni in chronico eiusdem monasterij ab ipso sub Paschali Papa Secundo conscripto, hic tibi describendum curauimus, quod sic se habet:

In nomine sanctae & indiuiduae Trinitatis Vuido Imperator Augustus diuina clementia.

Cum Augustalis sublimitas in omnibus rebus non solum terrenis, verum etiam Ecclesiarum monasteriorumve cura, vt perficiantur, Deo fauente, sedula intentione oportet vt sit peruegil, quatenus dignis digna tribuamus, cum etiam praeepto diuino inimicis bona praebere, dignum est. Et ideo notum sit omnibus, tam praesentibus quam absentibus nostris fidelibus, quia a Beneuento redeuntes nostra cum coniuge, tandem peruenimus Balbam, cui instabat pariendi tempus: angebatur etenim maxime, quo loco diuerteretur. Tandem vero per suggestionem Leonis venerabilis Abbatis nostri fidelissimi in cellam sui monasterij adeo opulentam deuenimus, quae in honorem sancti Rufini constructa est in loco qui dicitur, Campus de rocca. Post tertium diem dilectissimus filius noster Lambertus natus est nobis. Quocirca vt superna clementia nobis illum ad Imperij gubernacula concedat, per rogationem nostrae coniugis pro merito concedimus monasterio beati Vincentij martyris Christi Ecclesiam sancti Marcelli, quae est constructa in loco Florinae, cum seruis & ancillis, & omnibus suis pertinentiis. Insuper offerimus in praefato monasterio auri puri libras, quantum idem charissimus noster pensat filius. Et vt haec nostra concessio robur perpetuum habeat, & vt ab omnibus obseruetur, veriusque credatur, annulo nostro subter sigillari iussimus. data Idus Nouembris, Indictione decima. Actum in Balba.] siue Valua, est ciuitas apud Marfos haud longè ab antiquo Corfinio, sedesque Episcopalis facta.

VUIDONIS IMP. DIPLO. MA.

C Hoc eodem anno Germanorum Ecclesia rursus Northmannorum grassationibus deuastatur, cum & nobile monasterium Prumiense ijdem depopulati sunt: post quam cladem Regino ipse tunc ibi monachus a monachis Abbas eligitur, sed ad modicum temporis spatium cum praesuisset, inuidorum persecutione deicitur. Scribebat tunc ipse historias huius temporis, perduxitque (vt ipse in praefatione testatur) usque ad annum Redemptoris nongentesimum octauum.

Eodem anno Carolus Simplex quattuordecim tantum annorum puer, filius Ludouici Balbi, Francorum Regni legitimus successor, a Fulcone Rhemense Episcopo vngitur Rex Francorum, reiecto Odone Comite, qui Regis titulum tyrannice vsurpauerat. Quod factum in Concilio Episcoporum & procerum hoc anno Rhemis collecto, vt firmaretur, idem Fulco promotor pro eius defensione litteras dedit ad Arnulphum Germaniae Regem, & ad Vuidonem Imperatorem, sed & ad Formosum Romanum Pontificem iteratas. Quae omnia Frodoardus huius temporis scriptor ex litteris eiusdem Fulconis affert, nimirum quod Odo cum regali abuteretur potestate, Fulco Archiepiscopus Rhemenis & alij proceres conuenerunt, ac sententiis dictis, censent Regnum Carolo deberi, eod quod Franci ex successione Reges habere consueuerint, & hic solus ex regia progenie superesset consanguineus Arnulphi. Itaque exauctorato Odone, Carolus Fulconi inungendus est traditus, vnde contentiones & bella statim sunt exorta: cum Odo & qui partibus eius fauebant, hoc factum grauiter ferrent.

RHEMENSE CONCIL. PROCREAN. DO NOVO REGE.

Porro haec omnia ex litteris Fulconis ad Arnulphum Regem, & aliis ad Formosum & Stephanum Romanos Pontifices datis facilius ac certius intelligi possunt, de quibus hoc ordine meminit in Fulcone idem b Frodoardus, nimirum: Quod Fulco Arnulpho Regi E Transhenens litteras mittens pro causa Regis Caroli, quem paruulum adhuc vnixerat Regem, reddit causas eius prouectionis, eod quod audierat, motum fuisse animum ipsius Arnulphi contra se pro hac perpetracione, commemorans quod decedente Carolo Imperatore huius Arnulphi auunculo, in ipsius Arnulphi seruitium fuerit profectus, cupiens eius suscipere dominium & gubernationem, sed ipse Rex eum sine villo consilio vel consolatione dimiserit. Vnde cum nec in eo sibi spes vlla remansisset, coactus sit eius hominis, videlicet Odonis dominatum suscipere, qui a stirpe regia existens alienus, regali tyrannice abusus fuerat potestate, cuius & inuitus haecenus dominium sustinuit. Et quoniam huius Arnulphi dominium desiderauit, idcirco ad ipsius seruitium profectus fuerit. At postquam nullum consilium in eo reperire valuit: hoc solum quod restabat egit, eligens eum Regem habere, quem solum post ipsum de regia habebant progenie, & cuius praedecessores & fratres extiterant Reges.

a Regino in chron. hoc anno in fine.

CAROLVS SIMPLEX VNGITVR A FVLCONE.

VI. bFrod. histor. Rhem. lib. 4. cap. 5.

CHRISTI
892.FORMOSI PAP.
2.VUIDONIS IMP. I.
LEONIS VI. IMP. 7.VII.
FULCONIS
APOLOGIA
AD ARNUL-
PHVM.

De hoc etiam, quod idem Rex Arnulphus in culpam trahebat, quare non id antè fecissent, reddit rationem: Quòd quando Carolus Imperator decessit, & idem Arnulphus regimen huius Regni suscipere noluit, hic Carolus adhuc admodum corpore simul & scientia paruulus existerat, nec Regni gubernaculis idoneus erat, & instante immanissima Northmannorum persecutione, periculosum erat tunc tenerum eligere. Vt verò ad eam viderunt illum perductum aetatem, in qua salubre sibi consilium dantibus assensum præbere nouerat, susceperint eum secundum Dei honorem, vt Regno consuleret, volentes eum ita instituere, quatenus huic Regno & ipsi Arnulpho proficius valeret existeret. De eo quoque quòd sine ipsius Arnulphi consilio præsumpserint hoc agere: morem Francorum gentis asserit secutos se fuisse, quorum mos semper fuit, vt Rege decedente, alium de regia stirpe vel successione sine respectu vel interrogatione cuiusquam maioris aut potentioris Regis eligerent. Hoc more hunc Regem factum ipsius fidelitati & consilio committere voluerunt, vt ipsius adiutorio & consilio vteretur in omnibus, & eius subderetur tam Rex quam vniuersum Regnum præceptis & ordinationibus.

VIII.

Præterea quod audierat huic Regi suggestum, quia contra fidelitatem ipsius, & propter priuatum hoc egit commodum, infert, quòd clericus ipse, qui hæc iactasse videbatur, antequam de re huiusmodi aliquid idem Archiepiscopus agere conaretur, venerit ad se, præsentibus Hereberto & Elfrido Comitibus, & consilium simulque auxilium quaesierit quid agere deberet de iussionibus Odonis, qui res importabiles ei præcipiebat. Ex parte quoque filiorum Goffredi consilium petierit de malo, quod Odo eis facere conabatur: rogare itaque, vt tale caput communi consilio statueretur, per quod securi possent esse subditi, intendentes vel in Vuidonem, vel in hunc regis profapie Carolum: & simul considerantes quotquot fuerant, ad quem melius attendere deberent, visum illis est propter acquirendi Regis utilitatem, & ipsius Arnulphi cauendam contrarietatem, propterque rectum congruumque regis generis principatum, vt ad hunc Carolum se conuerterent, credentes quia Arnulphus hoc de propinquo suo gratum haberet, ipsique & Regno præsidium ferret. Quod autem iactatum audierat causa Vuidonis hoc eum fecisse, vt hac arte illum subintroduceret in Regnum, & dimisso paruo Carolo, se verteret ad Vuidonem, asserit liuore inuidiæ contra se scienter hæc falsò fuisse iactata. Ait etiam, quòd qualis erat ipse, qui talia diffamabat, talem eundem posse fieri sentiebat; ipse verò non se talem fore, nec talibus ortum natalibus recognoscebat. prædecessores quoque ipsius Regis nequam talia ingenia à progenitoribus suis experti fuerant, quos in omni fidelitate & Regni utilitate probatos habuerint, ideoque honorificè illos sublimauerint: quapropter erubescendum eidem Regi fuisse, vt hoc de se crederet, vel infamia se tali notaret.

IX.

Denique de hoc quod audierat ipsi Arnulpho dictum fuisse, quòd hic Carolus filius Ludouici non fuerit: asseuerat, neminem se posse credere fore, qui eum si viderit, & parentem ipsius agnouerit, non agnoscat illum de regali processisse progenie: quædam etiam signa Ludouici patris sui gestare, quibus agnoscat filius illius fuisse. poposcit ergo Arnulphi regiam maiestatem, vt hæc vera dignanter accipiat, nullisque animum ipsius contra regem innocentem propinquum suum commouere valeat. Sed vtrum hæc quæ asserit, ita se habeant, in sua præsentia, fideliumque suorum examinari faciat, & ad debitum finem perducatur, cogitans qualiter antecessores sui Regni statum gubernauerint, & quomodo regalis culminis successio semper hucusque vigerit. Cùm verò ille tantum Princeps Carolus de tota regali stirpe remanserit: perpendat quid contingere possit, si eum debitus cunctis casus repoposcerit: cùm tot iam alieni à stirpe Reges existant, & adhuc sint plures, qui sibi regium nomen affectent. Quis post ipsius decessum iuuabit eius filium, vt ad debitam sibi Regni conscendat hereditatem, si contigerit hunc sibi propinquum cadere Carolum.

X.

Annectit etiam, quòd in omnibus pænè gentibus notum fuerit, gentem Francorum Reges ex successione habere consueuisse, proferens super hoc testimonium beati Gregorij. Subijcit etiam ex libris Theutonicis de Rege quodam Hermenrico nomine, qui omnem progeniem suam morti destinauerat, impijs consilij cuiusdam Consiliarij sui. Supplicatque ne sceleratis hic Rex acquiescat consilij, sed miseretur gentis huius, & regio generi subueniat decedenti, satagens vt in diebus suis dignitas successione suæ roboretur: & ij qui ex alieno genere Reges extabant, vel existeret cupiebant, non præualerent contra eos, quibus ex genere honos regius debebatur. Asseritque se misisse Alerannum ad eundem

CHRISTI
892.FORMOSI PAP.
2.VUIDONIS IMP. I.
LEONIS VI. IMP. 7.

Adem Arnulphum, suggerendo, vt quoscumque sibi placeret, ex iis qui Carolum Regem constituerant, in suum seruitium pergere præciperet, qui coram sublimitate ipsius hoc ita esse rationabiliter ostenderent. Flagitans etiam orat, vt hæc præmissa benigno Rex tractet animo, & hanc sciat ipsius esse deuotionem, vel intentionem erga ipsius fidelitatem, vt Carolus ad ipsius consilium in omnibus quæ acturus est, respiciat, & ipsius pietate tutus consistat, & vt nemo Regis animum ab auxilio istius Regni, vel eiusdem Caroli deflectere valeat.]

Subdit idem Frodoardus de alijs litteris à Fulcone eodem Archiepiscopo ad ipsum Arnulphum datis eodem argumento. Sed & scripsit quoque idem Fulco ad Vuidonem (alij Guidonem appellant) Imperatorem ex Spoletano Duce, vt idem Frodoardus in vita ipsius Fulconis his verbis significat: Vuidonem Imperatorem legatione suarum visitans litterarum, admodum se de ipsius gaudere faretur gloria & exaltatione; mirari verò atque turbari, quia nullis nuntiis iam longo transacto tempore sibi aliquid de statu & prosperitate sua notificauerit. Exorat autem vt Regi suo Carolo suffragium impendat, & talis erga ipsum existat, qualem eum erga propinquum existeret decet, & vt celerius eum scire faciat, qualem voluntatem circa ipsum habeat.

De Arnulpho quoque Rege significat, quòd non velit eidem Vuidoni pacem seruare. Carolum denique Sedi Apostolicæ suam epistolam dirigere, orationibus se commendando Papæ, atque ipsius petere roborari benedictione. Et vt idem Papa huius Vuidonis eum coniungat amicitia. Poscit etiam, vt eidem Regi de amicitia sua per suum Missum, aut scripta Vuido remandet, sed & suis, vel Ecclesiæ sibi commissæ compatiatur iniurijs, quas fidelitatis ipsius causa tolerabat.] reliqua verò transacta inter Formosum Papam & Fulconem Rhemensem Archiepiscopum, suo loco dicentur inferius.

De eodem etiam Fulcone pro Carolo Rege laborante, hæc Frodoardus subiicit verbis istis: Porro ex hac eadem Rhemeni Synodo scriptum fuisse ad Balduinum Comitem Flandrensem, inuadentem res Ecclesiasticas, liquet, ad quem etiam Fulconem antea scripsisse, idem Frodoardus affirmat, cùm subdit: Scripsit post Hincmarum Fulco Balduino Comiti Flandrensi, redarguens eum pro eo quòd monasterium monachorum sibi vsurpauerat, & insurrexerat contra Regem infidelitate & periurio. Item ad eundem scribens cum Episcopis suis ex Synodo Rhemeni habita anno octingentesimo nonagesimo secundo, arguit eum, quòd Ecclesiastica simul & regalia iura contemneret, locum sacrum monastici ordinis peruadens, & Abbatis sibi nomen vsurpans, vnde communi decreto Episcoporum iudicatum fuerat eum auctoritatis canonicæ anathemate feriendum; sed quoniam Ecclesiæ & publicis utilitatibus Regni videbatur accommodus, censura suspenditur, & emendandi spatium reseruatur.] hæc de his quæ spectant ad Synodum Rhemensem hoc anno habitam ex diuersis tunc scriptis epistolis Frodoardus. Porro Arnulphus ipse primò præstò fuit Carolo, inde verò Odoni contra Carolum fauit, vt Regi no tradit, & alij assentiuntur.

Eodem anno per Legatos Apostolicæ Sedis Viennæ in Gallia Synodus congregata est, cuius ista monumenta reserat codex Papij Massoni:

Hæc Capitula facta sunt anno Dominicæ Incarnationis DCCCXCII. Indiæ x. consensu Formosi Apostolici congregata Synodo apud Viennam metropolim Gallia; præsentibus Legatis Apostolicæ Sedis, venerabilibus Episcopis Paschali & Ioanne, & alijs Coepiscopis eiusdem regni, quorum nomina subter habentur adscripta, in Basilica sancti Saluatoris nomine consecrata.

Vt ab iniusta inuisione & possessione rerum Ecclesiasticarum sæculares abstineant, & quod hæcenus fecisse noscuntur, emendare cogantur. Et si admoniti non se correxerint, tunc congruo tempore virtute Spiritus sancti ex auctoritate beati Petri Apostoli habeantur excommunicati.

Vt sæculares, qui de catalogo clericorum aliquem occiderint, vel castrauerint, vel aliquo membro detruncauerint, seu temerè dehonestauerint, de præteritis pœnitendo Ecclesiæ satisfaciant, & emendare studeant: quod si non fecerint, supradicto tempore excommunicentur.

Vt eleemosynam presbyteri vel Episcopi ægrotantis nemo qualibet fraude violare præsumat: quod si quis fecerit, nisi emendauerit, simili sententia feriatur.

Annal. Eccl. Tom. 10.

Fff

Vt

XI.
FULCONIS
INDEFES-
SVM PRO
CAROLO
STVDIVM.
Frod. lib. 4.
hystor. Rhem.
cap. 1.

XII.

XIII.
Idem cap. 2
MONETVR
BALDVINVS
A SYNODO
RHEM.XIV.
SYNODVS
VIENNÆ
IN GALLIA.

* f. exigantur.

^a Dim. li. 1.

XV. ARNVS EPISCOP. ET SOCIUMARTYRES.

Vt nemo secularium Ecclesie dare vel offerre absque consilio & voluntate Episcoporum, ad quos ipsa Ecclesie pertinent, presumat, & vt nulli census a presbytero, loco muneris ad introitum, vt dicunt, Ecclesiarum exquirantur, aut vi aliqua extorqueantur.] haecenus de Synodo Viennensi. Quid praeterea hoc anno acciderit de nece Arni Episcopi Vuirteburgensis, a Ditmaro sic accipie: Non longe a praedicto amne Caminizo, in pago Cutici dicto Arnus Episcopus sanctae Vuirteburgensis Ecclesie nonus, cum ab expeditione Boemorum reuersus, iuxta plateam in parte septentrionali, fixo super vnum collem sibi met tentorio, Missam caneret, hostili circumuallatus agmine, praemissisque omnibus per martyrium, cum focus semetipsum obtulit Deo Patri, octingentesimo nonagesimosecundo Dominicae Incarnationis anno, temporibus Arnulphi Imperatoris, cum oblationibus consecratis in officium laudis, vbi hodie saepe accensa videntur luminaria, & sanctos Martyres hos esse, nec Slavi dubitant.] pergit dicere auctor de Ecclesia ab eodem Episcopo erecta in suo Episcopatu, de qua reliquiis Chyliani martyris illic positis, & miraculis ibidem editis. At haec ad institutum satis.

IESV CHRISTI ANNVS 893.

FORMOSI PAP. ANNVS 3.

VUIDONIS IMP. 2. LEONIS VI. IMP. 8.

I. SYNODVS A FORMOSO PAPA INDICTA. Fulco li. 4. c. 1.

II. QVAE CVM FORMOSO FRODOARDVS.

ANNVS Redemptoris octingentesimus nonagesimustertius Indictione vndecima sequitur, quo Formosus Papa ob graues perturbationes, quibus vexaretur Dei Ecclesia, generalem Synodum indicit celebrandam hoc anno Kalend. Martiis, eadem Indictione vndecima, ad quam vocauit etiam Transalpinos Episcopos, & inter alios Fulconem Rhemensem Archiepiscopum. Testatur id Frodoardus, dum de ipso Fulcone agit, quibus & ista praemittit de aliis rebus gestis ab ipso Fulcone cum Formoso Pontifice, dicens: Super his quoque, nempe vt se conferret in Urbem, Stephani Pontificis successori Formoso dominus Fulco litteras mittens, qualiter haec a praefato Stephano Papa sibi iniuncta sint significauit, & vt sibi auctoritatis suae in his exequendis scripta dirigeret, expetiit. Vnde & iterum scribens, vehementer admirari se dicit, si litterae suae ad eius praesentiam peruenerint, quid causae fuerit cur adhuc responsum huius Papae non meruerit recipere. Graes inter haec referens, quod sui memoriam dignatus sit habere, & per Abbatissam Bertham verba sanctae consolationis sibi mandare, eumque se videre velle, & collato sermone mutuo verba conferre. Quam rem fatetur immensum sibi gaudium peperisse, vt magis desideret praesentiam, adiciens, sibi ab eo tempore quo ad eum veniat, remandari, locumque, & quod eius sataget praecipit obtemperare: postea postulat vt priuilegium Ecclesiae Rhemenfis sui nominis auctoritate fieri iubeat, sicut etiam praedecessores suos fecisse conlat, & res huic Ecclesiae per suam humilitatem acquisitas perpetua firmitate contra omnes aduersarios munit.

III.

Annotat etiam, qualiter Euerardus Marchio S. Callisti Papae & martyris venerabile corpus a Romana Sede impetrauerit, atque in eius honorem monasterium in praedio suo constituerit, quod praedium post eius obitum ad filium ipsius Rodolphum Abbatem hereditario iure deuenit, qui res ipsas simul cum memorati Martyris gleba, vitae suae diebus absque vlla contradictione tenuerit, & de saeculo migraturus easdem cum monasterio & corpore sacro Rhemenfi sanctae Dei Genitricis Ecclesiae delegauerit, eademque rerum suarum heredem instituerit. Tunc vero Hucboldus quidam sororis huius Rodulphi maritus munus eiusdem Abbatis calumniabatur, & ab Ecclesiae Dei Genitricis iure conabatur auferre. Proinde precatur, vt quid sibi sit in talibus agendum, suis eum instituat sacris litteris, & harum collationem rerum aeterna stabilitate corroboret, atque contradicentes digna excommunicationis ultione percellat.

IV.

PALLIUM OMNI PONTENTI NON DANDVM.

Scrupulum denique sibi dicit & singultum mouere, quod audierat a quibusdam sanctam Sedem Romanam turbari; paratumque se totis viribus pro ipsius honore omnimodis decertare, & eidem Papae veluti domino & magistro in cunctis obsecundare. Subnequit etiam de quibusdam Episcopis Galliarum, qui sibi pallium indebitum a Romana poscebant Sede, Metropolitanos suos tali spernentes tenore: asserens, quod res eadem nisi prudenti praecautae foret sollicitudine, confusionem non mediocrem generaret Ecclesiae, magnum-

A magnumque charitati dispendium valeret inferre. Vnde tam se, quam omnem precari dicit Ecclesiam, ne citò alicuius irrationabili petitioni sine generali assensu & litteris consentiat, ne per hoc Ecclesiasticae dignitatis honor vilescere incipiat, si res indebita quae temere affectantur inconsulte tradantur.

Cui rescribens idem Papa Formosus, monet eum compati debere Romanae Ecclesiae, atque imminenti eius subuenire ruinae, nec ei suam praesentiam denegare: adiungens, haereses vndique ac schismata pullulare, nec qui ad resistendum occurreret esse. Dicitque, longo retroacto tempore perniciosas haereses Orientem confundere, & Constantinopolitanam Ecclesiam nociua schismata perturbare, simul etiam regionis Africanae Legatos insistere, responsa petentes pro dudum exorto inter Episcopos ipsarum prouinciarum schismate. Diuersarum quoque partium legationes diuersa responsa petentes instare. Cuius rei gratia generalem Synodum die Kalendarum Martiarum Indictionis vndecimae se inchoare disposuisse, ad quam eundem remota omni dilatione admonet festinare, vt colloquendo largius de his valeant pertractare, & affluentius ad consulta singula respondere. Northmannicae gentis procellis, quibus afferebat se perturbari, plurimum dolere, & vt eos Excelsi dextera reprimat, Apostolorum Principum suffragiis interuenientibus implorare; litteras vero quas significauerat ad eum per quasdam personas primum se direxisse, ad ipsum minime peruensisse. Miserat etiam alias pro hac eadem Synodo celebranda pridem hinc mense Indictionis decimae, in quibus litteris faretur Italiam tunc semel & secundo horrida bella perpeffam & paene consumptam. Orientalium vero partium se deflere vesanam haeresim in Christum IESVM blasphemiam continentem.

Mittit praeterea Fulco ad Formosum petitem super quibusdam praestariis priuilegium, commemorans B. Remigium genti Francorum Romanae Sedis auctoritate cum gratia Dei Apostolum constitutum. Bernam quoque villam, quae inique dudum subtrahata fuerat, Ecclesiae Rhemenfi restitutam tradit, Duodenacum quoque; sed & ea quae domnus idem Fulco per precarias obtinuerat, Todennum videlicet, & Margolium, Lesteumam & Giuglerium atque Virtudem, necnon Abbatiam quae dicitur Capellis, Ateias etiam & Maniacum, aliaque res, quae dudum ablatae, tunc redditae fuerint Ecclesiae Rhemenfi, restitutas auctoritate confirmat Apostolica, vt eas vel ceteras Ecclesiae possessiones nemo praesumat auferre vel inuadere. Sanciens insuper auctoritate B. Petri, vt nemo Regum, nullus Antistitum, nemo quilibet Christianus decedente Rhemorum Episcopo, vel res ipsius Ecclesiae suis compendiis applicet, neque sub suo dominio teneat, praeter ipsius ciuitatis Episcopum. Sed eandem Metropolim non ultra constitutionem canonicam sine conueniente pastore ex regulis Ecclesiasticis manere cogat, neque aliter ibidem Episcopum, nisi vt sacri Canones iubent, constitui faciat. Promulgans etiam ac statuens idem Pontifex, vt ea quae idem venerabilis praesul Fulco de villis huius Ecclesiae, ac facultatibus earum vibus Ecclesiasticorum ornamentorum, vel luminarium censu stipendiis Canonico ac monachorum atque sanctimonialium, seu matriculariorum & hospitem vel pauperum constituerat, perpetuo inconuulsa permaneant, hanc auctoritatem sui decreti sub anathematis vinculo violatoribus innodatis corroborans. Imperatorem quoque Vuidonem coronatum eodem anno significans Indictione decima.

Item ad ipsius domni Fulconis petitionem misit aliud eidem priuilegium pro eo monasterio, quod Rodolphus Abbas in honorem S. Callisti martyris & Papae ex hereditario proprietatis suae iure constructum, huic Rhemenfi concesserat Ecclesiae, tam eadem coenobia, quam omnes possessiones liberalitate regali, vel aliorum Christianorum munificentia collatas Ecclesiae, siue quas idem Praesul acquirerat, aut deinceps acquiraturus erat, eidem Ecclesiae Apostolicae corroborans & stabiliens potestate.]

Ad postremum, hoc eodem anno, qui & secundus est, ex quo Vuido Imp. Romae a Formoso Papa victus est Imperator, eius pariter filius Lambertus ab eodem Formoso vngitur Imperator. Constat istud quidem ex Frodoardo, dum meminit de Formosi Papae litteris ad Fulconem Rhemensem Archiepiscopum, atque: Hic quoque Lambertum filium Vuidonis anno secundo Imperij patris ipsius, nouum Imperatorem factum fuisse designat. Tunc item pro dioecesanis prouinciae Rhemenfis Episcopis, quod audierat eorum quosdam huius Archiepiscopi sui audientiam contemnere, scribens eidem vt suos conueniat Coepiscopos, ceterorum quoque quod ipsi visum fuerit, Episcoporum collegium conuenire denuntiet, vt de tanto neglectu synodali simul actione perquirant, & quid-

CHRISTI
893.FORMOSI PAP.
3.VVIDONIS IMP. 2.
LEONIS VI. IMP. 8.

& quidquid oportuerit, canonica atque Apostolica muniti auctoritate decernant. Subiiciens, ut nemo à tam Deo digno se subtrahat opere, qui Apostolicæ ipsius particeps voluerit communionis exillere.

IX.
BELLVM
BVLGARICVM.

Quod ad res pertinet Orientales, hoc eodem anno bello acerrimo excitato inter Bulgaros & Leonem Imperatorem, eodemque per plures annos propagato, Turcæ & Hunni aduersus eosdem ab eodem sunt Imperatore vocati, Simeone Bulgarorum Rege validissime resistente. ex quo factum est, ut dissoluto inter Bulgaros & Constantinopolitanum Imperatorem pacis vinculo, æquè spiritualis præfectura, quam Græci sibi (ut vidimus) vindicauerant, è medio tolleretur: iidemque Bulgari Romanæ Ecclesiæ, à qua donis & blanditiis Græcorum descuerant, se sponte subicerent. De bello autem isto plura apud Ciropalatem inuenies.

IESV CHRISTI

FORMOSI PAP.

VVIDONIS IMP. 3.

ANNVS
894.ANNVS
4.

LEONIS VI. IMP. 9.

I.
FORMOSVS
PAPA LA-
BORAT PRO
CAROLO
REGE FRAN-
CORVM.
a Frod. hist.
Rhemens.
lib. 4. cap. 2.
in fine.

ANNVS Redemptoris octingentesimus nonagesimusquartus Indictione duodecima consignatus sequitur, quo Formosus Papa sollicitus, ut stabiliret in Francorum Regno Carolum legitimum successorem, scribit ad Fulconem Rhemensem Archiepiscopum, de quibus Frodoardus: ^a Item pro Caroli profectione ad regnum Regni, quem dominus idem Fulco ad regium culmen adhuc puerum prouexerat, litteras dedit. Et de criminibus Odonis Regis vel correptione ipsius, qualiter esset agendum. Pro quibus idem Archiepiscopus huic Papæ scripta sua consilium & auxilium ab eo petendo direxerat. ^C Vnde & ad eundem Regem Odonem, qui Regnum occupauerat, litteras suas idem Papa delegauit, ut ab illicitis eum reuocaret, ne eundem Regem Carolum, vel quæq; ipsius essent infestaret, induciasque belli differendo daret, donec idem præsul, Fulco scilicet Apostolicam Sedem adire studeret. Item Formosus Papa ^b ad Archiepiscopos & ceteros Episcopos Galliarum scripsit, monens ut conueniant atque commoneant eundem Regem Odonem, ne illicita perpetrentur, & ne aliena vsurpentur, sed bellum sedetur, & omnis hostilis commotio sopiatur; vel induciæ belli, donec Fulco Romam, ceu dictum est, adeat, edicantur; ipsique studeant interim cuncta differre, & pacem ac vnanimitatis concordiam recreare. Item Formosus huic quoque Regi Carolo congruam dirigens admonitionem, eiusque congratulans eminentiæ atque deuotioni, quam Rex idem se significauerat erga Sedem Apostolicam gerere, qualiter ei in Regno sit agendum, succinctè lucideque demonstrat, quem petierat ei benedictum panem pro pignore mittens; & de itinere præfati Præfulis nostri ad Sedem Apostolicam monens: eidem quoque domino Fulconi litteras suas dirigens, hæc supradicta ad præmissas personas se destinasse scripta commemorat, ipsius videlicet suggestionem de pace vel induciis belli inter Odonem & Carolum differendi. Idem Papa scribit ipsi pro discordia sedanda, quam audierat insurrexisse pro Manigauldi ab Alberico perpetrata interemptione. Item petens eundem pro quibusdam Grimlaici dilecti filij sacerdotis, ad Episcopatum, vbi se locus obtulisset, promotione.] hæc de Formosi Papæ litteris Frodoardus; de Fulconis autem ita:

II.
QVAE AD
FORMOSVM
FULCO.

Idem quoque præsul Fulco nonnulla præfato Papæ præter præmissa reperitur direxisse scripta, tam pro sua vocatione qua vocabatur ab ipso ad Sedem Apostolicam, quam pro contentione quæ versabatur inter Reges Odonem & Carolum, necnon pro oppressionem quam Rhemenfis patiebatur Ecclesia, petens ut Papa Regibus scribendo pacem impetraret; Arnulpho quoque Transithenensi auctoritate Apostolica præciperet, ne Caroli Regnum inquietaret, quin potius ei auxilio esset, ut propinquum propinquo deceret: Odonem verò mandaret, ne Regnum istud inuadere aut depradari præsumeret. quod nisi audiret, Apostolicæ Sedis sententiam reformidaret. Item scripsit, quia post admonitionem ipsius Papæ, nec Arnulphus orbitati Caroli subuenire voluit, nec Odo à persuasionem Regni, rapinis ac depopulatione cessauit. sed & Arnulphus res Ecclesiæ Rhemenfis, tam eas quas aliquamdiu iniuste sublatas ipsi restituerat, quam eas etiam quæ numquam prius subtrahæ fuerant, abstulit; ob id tantummodò, quia temerariam eius inuasionem hic Præsul recipere noluerit, & quòd Odo ciuitatem Rhemensem obfederit, innumeras etiam cædes & deprædationes exercuerit, & res Ecclesiæ Rhemenfis suis satellitibus dederit, huius Ecclesiæ insistens rapinis, donec Carolus cum valido exercitus apparatu adueniens eum ab obsessa ciuitate depelleret; significans etiam quòd Robertus homo Arnulphi ex parochia Herimanni Colonientis Episcopi, res huius Ecclesiæ inuaserit ac diripuerit, donec eum vi ac si canem rabidum ab earum deuastatione repulerit: de quo petit, ut nisi admonitus resipuerit, auctoritatis Apostolicæ sententia feriat. his semper turbationibus Regni obsessum impossibile fore significans, ad eius Apostolicam se properare præsentiam, dum semper expectetur bellum, nec aliter posse Regni res componi credatur; sed ipse semper bellum distulerit, non quòd inferiores vel impares fuerint, aut de iniusta causa dubitauerit, sed ne vires Regni bellis attrita paganorum proderentur inuasionibus. Vnde dato placito inter se dexteris securitatis inuicem vsque ad tempus præfinitum dederint, & cetera.

NEGOTIA
ARCHIEP.
RHEM. CVM
FORMOSO
PAPA.CHRISTI
894.FORMOSI PAP.
4.VVIDONIS IMP. 3.
LEONIS VI. IMP. 9.

A satellitibus dederit, huius Ecclesiæ insistens rapinis, donec Carolus cum valido exercitus apparatu adueniens eum ab obsessa ciuitate depelleret; significans etiam quòd Robertus homo Arnulphi ex parochia Herimanni Colonientis Episcopi, res huius Ecclesiæ inuaserit ac diripuerit, donec eum vi ac si canem rabidum ab earum deuastatione repulerit: de quo petit, ut nisi admonitus resipuerit, auctoritatis Apostolicæ sententia feriat. his semper turbationibus Regni obsessum impossibile fore significans, ad eius Apostolicam se properare præsentiam, dum semper expectetur bellum, nec aliter posse Regni res componi credatur; sed ipse semper bellum distulerit, non quòd inferiores vel impares fuerint, aut de iniusta causa dubitauerit, sed ne vires Regni bellis attrita paganorum proderentur inuasionibus. Vnde dato placito inter se dexteris securitatis inuicem vsque ad tempus præfinitum dederint, & cetera.

B Item pro eodem Rege Carolo & Imperatore Lamberto, gratiarum referens actiones, quòd notificauerit sibi de ipso Lamberto & patre se curam habere, filiique charissimi loco eum diligere, atque inuiolabilem cum eo concordiam se velle seruare. Afferens quòd non illum tantum diligeret pro consanguinitatis necessitudine, quia illi denictus habebatur, verum multo magis quia huius Papæ venerator & amator existeret. Precatur autem ut idem Carolus Rex cum prædicto Lamberto in amicitia iungeretur, & Odoni vel proceribus Regni pro causa pacis Papa rescribat, quòd Carolus ad Regnum hereditario sibi iure debitum proficiat: & quamuis tunc totum non possit suscipere Regnum, saltem partem aliquam honori suo condignam concorditer & iuste diuidendo Regnum illi conferuent. Subiungens, acturum se, quod sibi Apostolicus idem Pontifex præceperat super transgressoribus & sacrorum violatoribus Richardo, Manasse; atque ^C Rampone, mox ut Coepiscopos suos in vnum potuerit congregare, tantum Papa remaneret, quoniam æterno illos anathematis vinculo innodauerat, si liceat eis ad pœnitentiam conuersis aliquid impendi misericordiæ, vel eos ad pœnitentiam suscipi, seu quis modus ipsius debeat esse pœnitentiæ. De Rampone verò asseuerat, quia in solum Teutbaldum Episcopum reus existeret, nihil culpæ in Vualterium Senonensem admiserit, ad quem comprehendendum nec præfens fuerit, nec adiutorium vel consensum ad id agendum præbuerit, & cetera.

IV. Item pro Heritauo Taruanensi Episcopo, cuius Episcopo à Northmannis depopulato eum, necessitate cogente, & ad se veniente, sicut oportebat, susceperat, quemque visitatorem cuidam viduata Ecclesiæ constituerat, ut visitando sustentationem, interim dum Episcopus ibi ordinaretur, ex illa caperet. At quia homines præfate Taruanensis ^D parochiæ barbaricæ videbantur esse feritatis & linguæ, supplicat ut responso Papæ mereatur certificari, si hunc viduata debeat præponere plebi, & alterum ei liceret in præmemorata ipsius Ecclesia subrogare, qui acceptior propter parentelam & linguam in eodem loco possit existere.

V. Idem verò Papa rescribens ei, laudibus attollit eundem, congratulans eius dilectioni atque sollicitudini, quam gerebat erga Lambertum Imperatorem, de cuius fidelitate & stabilitate monet eum fieri semper persollicitum, veluti consanguinitatis propinquum, afferens se cum ipso tantam pacis & dilectionis habere concordiam, ut nequeant aliquam ab inuicem prauitate seiungi. Notificat quoque Richardum, Manassem, atque Rampone excommunicatos à se atque perpetuo ligatos anathemate, pro eo quòd tam nefandissima perpetraverint, ut quòd Teutbaldo Lingonensi Episcopo oculos eruerint, ^E Vualterium Senonensem propria sede depulsum custodiæ mancipauerint: mandans ut secum de his consentiat, & conuocatis suffraganeis omnibus suis Episcopis, canonicum super his quod exercuerat iudicium pari modo determinet.

VI. Item scribit eidem Archiepiscopo pro Bertario quodam presbytero, quem Clerus & plebs Ecclesiæ Catalaunenensis consensu Regis Odonis ad Episcopatum dicebatur elegisse, succensens quòd hunc vocatum canonicè noluerit consecrare; sed in transitu defuncti Episcopi Ecclesiam ipsam Heritauo Taruanensi Episcopo beneficiam more ferebatur contulisse: postea quemdam Mancionem nonnullis criminibus irretitum in eadem Ecclesia quasi Episcopum ordinauerit. Cumque prænominatus Bertarius Apostolicam præsentiam adire velleret, comprehensus sit à quodam Conrado huius domini Fulconis vasallo, de Ecclesia tractus, & in exilium per vnum mensem relegatus. Vnde & euocans huic nostrum Præfulem, mandat expresse, sed fraternè, ut suam denominato tempore

CHRISTI
894.FORMOSI PAP.
4.VVIDONIS IMP. 3.
LEONIS VI. IMP. 9.

non deferat ei extero presentiam, habens secum praefatum Mancionem, & iam dictum A
Conradum cum quibusdam denominatis Coepiscopis suis, & cetera.] hucusque ex Fro-
doardo, quae ad res gestas Formosi spectant.

VII. Quod rursus ad Lambertum pertinet, superiori anno, Imperatorem à Formoso Pa-
pa creatum, quem vidimus natum Indictione decima, superioris Indictionum periodi,
hoc anno oportuit fuisse annorum decem & septem: quibus benè consentiunt, quae de
ipso Luitprandus^a habet, ipsum adhuc ephelum fuisse, cum post obitum patris solus
habenas suscepit Imperij. Cum autem litteris Formosi Papae de his certior redditus esset
idem qui supra Fulco Rhementis Archiepiscopus: ad eundem Lambertum recens Imperatorem coronatum litteras paræneticas scripsit, quarum idem qui supra Frodoardus
meminit, easque summatim collectas sic recitat:

VIII. Lamberto Imperatori congratulationis apices dirigens, notificat quid sibi de ipso do-
minus Formosus Papa suis litteris intimauerit, quod scilicet eundem Imperatorem mul-
tùm diligeret, & in omnibus ei consulere loco filij charissimi, atque indissociabilem vel-
let ad eum seruare concordiam. Hortatur ergo hunc Principem, & admonendo flagitat,
vt tantæ benignitati eiusdem Papae gratus existat, illum vt patrem piissimum diligat, om-
nemque illi fidelitatem & obedientiam seruet, eiusque sacris monitis vt verus filius ob-
temperet, & Sedem Romanam digna veneratione honoret. Ita enim vestrum, inquit,
perenni soliditate stabilietur Imperium, & contra omnes inimicos & hostes vestros di-
uinum vobis auxilium suffragabitur; fietque vt omnibus aduersariis vestris diuino adiu-
torio semper superior & fortior sitis. Recordamini, quæso, auunculi vestri & æquiuoci
Lamberti illustriissimi, qualis erga sanctam Romanam Sedem fuerit, qualemque exitum
consecutus sit, & cauete ne in idem exemplum deueniatis, si aliquid simile agere volueri-
tis. Domnum etiam Apostolicum deprecamini, vt eum dignetur absolueret, & pro illo
apud Deum interuenire. Pro me quoque attentius postulo vt eius mihi concilietis bene-
uolentiam, quatenus tam de me, quam etiam de sede Rhementi mercedem dignetur ha-
bere, & sua illi priuilegia inuolabiliter custodire, sicut omnes sancti illius prædecessores
semper fecisse noscuntur. Et si aliquis vniquam aures clementiae ipsius inquietare, & de
nobis aliquid sinistri dicere præsumpserit, non prius obloquentibus credere velit, donec
per me, aut certe per suum vel meum Missum, quod verum sit, possit agnoscere.

IX. De cetero cognoscat Imperialis dignitas vestra, Ramponem propinquum vestrum &
meum, ab eodem domino Apostolico excommunicatum, sicut ex eius litteris agnouimus:
pro quo obsecro magnitudinem vestram, vt eum deprecemini, quatenus illi locum
pœnitendi, & quod admittit emendandi non denegat, nec eum perpetuo anathemate in-
nodatum irrecuperabiliter perire sinat, sed quæ illi placet, pœnitentiam & satisfactionis
mensuram ipsi iniungat. Nobis etiam & vniuersis Italiae vel Galliae Episcopis, quibus de
eius damnatione scripsit, vicissim de sua misericordia quid illum agere, & qualiter esse
conueniat, rescribi iubeat.] Quæ autem insuper Fulco scripserit aduersus Nicolaitarum
repullantem hæresim, idem Frodoardus mox subiicit ista, sic dicens:

X. Albrado Regi transmarino amicabilem litteras mittens grates refert, quia tam bonum
virum & deuotum, Ecclesiasticisque regulis congruentem destinauerit Episcopum in ci-
uitatem Cantaburg nomine: audierat enim quod peruersissimam sectam paganis erro-
ribus exortam, & in illa gente tunc vsque relictam verbi mucrone satageret amputare,
quæ secta suggerere videbatur Episcopis & presbyteris subintroductas habere mulieres,
ad propinquas quoque generis sui quisquis vellet accedere. Insuper & sacras Deo feminas
incestare, vxorem habens, concubinam similiter habere: Quæ omnia quàm sanæ Fidei
sint aduersa, documentis manifestat euidentissimis ex sacrorum Patrum prolatis auctori-
tatibus.] hæc tunc Frodoardus.

XI. Quo pariter anno Formosus Papa pro Ecclesia Anglicana sollicitus, quæ Dano-
rum incursionibus ac bellis diuturnioribus, pænè destituta erat Episcopis (plurimæ nam-
que Ecclesiae viduaræ pastoribus manserant) suis litteris tum Regem tum Episcopos
excitauit, vt omnibus Ecclesiis sui ordinarentur Episcopi. Horum meminit antiquus
historicus^b Vuilelmus Malmesburiensis, sed puro vitio scriptoris quod factum est hoc
anno octingentesimo nonagesimo quarto, scriptum legi anno nongentesimo quarto, ad
quod tempus certum est non potuisse peruenire Formosum, sed longè ante esse defun-
ctum. ait enim:

^b Vuil. de
gest. Reg.
Angl. lib. 2.

Anno

CHRISTI
894.FORMOSI PAP.
4.VVIDONIS IMP. 3.
LEONIS VI. IMP. 9.

A Anno quo à Natiuitate Domini transacti sunt anni^a nongentiquatuor, misit Papa
Formosus in Angliam epistolam, quibus dabat excommunicationem & maledictionem
Regi Eduuardo, & omnibus subiectis eius, pro benedictione quam dederat beatus Gre-
gorius genti Anglorum à Sede S. Petri. Nam per septem annos plenos destituta fuerat
Episcopis omnis regio Geuiforum, id est Vuestfaxonum. Quo audito, congregauit Rex
Eduuardus Synodum Senatorum gentis Anglorum, cui præsidebat Pleimundus Ar-
chiepiscopus Cantuariensis, interpretans districtè verba Apostolicæ legationis. Tunc
Rex & Episcopi elegere sibi suisque salubre Concilium: & iuxta vocem Dominicam
(Messis quidem multa, operarij autem pauci) elegerunt & constituerunt singulos Epi-
scopos singulis prouinciis Geuiforum, & quod olim duo habuerunt, in quinque dimise-
runt. Acto Concilio, Archiepiscopus Romam cum honorificis muneribus adiit, Papam
cum magna humilitate placauit, decretum Regis recitauit, quod Apostolico maxime
placuit. Rediens in patriam, in vrbe Cantuarie vno die septem Episcopos septem Ecce-
lesiis ordinauit, Fridestanum ad Ecclesiam Vuintoniensem, Adelftanum ad Cornubiensem,
Vuerstanum ad Schirebornensem, Athelelmum ad Vuellensem, Eidulphum ad
Cridiensem in Deuonia. Sed & aliis prouinciis constituit duos Episcopos, Australibus
Saxonibus virum idoneum Bernegum, & Mercii Cenulphum ad ciuitatem Dorcestriae
in pago Oxoniae. Hoc etiam totum Papa firmavit, vt damnaretur in perpetuum, qui hoc
infirmaret decretum.] hæc ipse.

Quod autem eo argumento plures scriptas fuisse epistolas ab eodem Papa Formoso,
idem auctor affirmet, accipe vnam ex iis ab ipso ad Episcopos Angliæ scriptam, recita-
tam ab eodem auctore in commentario de rebus gestis pontificum Angliæ. sic enim
se habet^a:

Fratribus & filiis in Christo omnibus Episcopis Angliæ Formosus.

Audito, nefandos ritus paganorum partibus in vestris repullulasse, & vos tenuisse si-
lentium, vt canes non valentes latrare: gladio separationis à corpore Dei Ecclesia vos fe-
rire deliberauimus. Sed quia, vt nobis dilectus frater noster Pleimundus intimauit, tan-
dem euigilastis, & semina verbi Dei olim venerabiliter iacta in terra Anglorum cœpistis
renouare: mucronem deuorationis retrahentes, Dei omnipotentis & B. Petri Apostolo-
rum principis benedictionem vobis mittimus, orantes, vt in benè cœpris perseuerantiam
habeatis. Vos enim estis, fratres, de quibus loquens Dominus inter alia inquit: ^b Vos estis
sal terræ, & si sal euauerit, in quo salietur? & iterum: Vos estis lux mundi; significare
volens, per verbi sapientiam condiri mentes hominum à vobis debere; & in moribus &
in vita vestra bonæ actionis studium quasi lumen apparere Fidei, per quod gradientes ad
vitam, quomodo cautè ambulent, videant, vt ad promissionem æternæ beatitudinis sine
offensa currentes, valeant peruenire.

Nunc accingimini ergo, & vigilate contra leonem, qui^c circuit quærens quem deuo-
ret, & non patiamini vterius in regione vestra, penuria pastorum Christianam Fidem
violari, gregem Dei vagari, dispergi, dissipari. Sed cum vnus obierit, alter qui idoneus
fuerit, canonicè protinus subrogetur. Nam secundum legem, plures^d facti sunt sacerdo-
tes, eò quod morte prohiberentur permanere. Quod David considerans, & in spiritu,
Christi Ecclesiam fore permanuram ad finem sæculi prospiciens, ait: ^e Pro patribus tuis
nascuntur tibi filij, constitues eos principes super omnem terram. Nulla itaque mora sit
subrogandi alium, cum quilibet sacerdotum ex hac vita migrauerit; sed mox vt illi, qui
primæ sedis principatum gerens inter vos, ceteris Episcopis præesse dignoscitur, fratris
obitus fuerit denuntiatus, facta electione canonica, alter consecratus succedat. Quis au-
tem inter vos principatum tenere debeat, quæue sedes Episcopalis ceteris præpolleat,
habeatque primatum: ab olitanis temporibus notissimum est. Nam, vt ex scriptis beati
Gregorij, eiusque successorum tenemus, in Dorobernia ciuitate Metropolim, sedemque
primam Episcopalem constat esse Regni Anglorum, cui venerabilis frater noster Plei-
mundus nunc præesse dignoscitur; cuius honorem dignitatis nos nullo pacto imminui
permittimus, sed ei vices Apostolicas per omnia gerere mandamus. Et sicut beatus Gre-
gorius Papa primo vestrae gentis Episcopo Angulino omnes Anglorum Episcopos esse
subiectos constituit, sic nos prænominato fratri Doroberniae siue Cantorberiae Archie-
piscopo, eiusque successoribus legitimis eamdem dignitatem confirmamus. Mandantes,
& auctoritate Dei & beati Petri Apostolorum principis præcipientes, vt eius canonicis
dispo-

XII.
*DCCCXCIV

XIII.

^a Vuilel. de
gestis Pontif.
Anglia li. 1.^b Matt. 5.

XIV.

^c 1. Petr. 5.^d Heb. 7.^e Psal. 44.

Fff 4

dispo.

CHRISTI
894.FORMOSI PAP.
4.VUIDONIS IMP. 3.
LEONIS VI. IMP. 9.

dispositionibus omnes obediant; & nullus eorum quæ ei suisque successoribus Apostolica auctoritate concessa sunt, violator existat. Si autem quis hominum contra hæc aliquando niti, ac imminuere ista tentauerit, sciat se proculdubio multandum fore graui anathemate, & à corpore S. Ecclesiæ, quam inquietare molitur, perpetuò, nisi resipuerit, separandum.] hucusque Formosus Papa.

IESV CHRISTI
ANNVS
895.FORMOSI PAP.
ANNVS
5.VUIDONIS IMP. 4.
LEONIS VI. IMP. 10.

I. SEQUITUR annus Redemptoris octingentesimus nonagesimus quintus, Indictione decimatertia, quo opera Attonis Archiepiscopi Moguntini præsentis Arnulpho Rege celebrata est Synodus Triburienfis in Germania mense Maio. Miseratus sanctus præsul cladem & deformitatem eius Ecclesiæ, quos valuit collegit Episcopos tempore isto tumultuoso & ærumnoso, celebrauitque dictam Synodum hoc anno, vt eius præfatio docet, & Regino æquè testatur. in qua Episcopi ad restituendam collapsam Ecclesiasticam disciplinam quinquaginta octo Canones statuerunt: extant ipsi omnes, quibus ante omnia actum de Ecclesiastica immunitate inuolata conseruanda.

CONCILIUM
TRIBU-
RIENSE.**II.**
^a Concilium
Tribur. c. 3.
^b Ibid. cap. 8.^c Ibid. cap. 9.**III.**
EPISCOPO
POTIVS
QUAM CO-
MITI OBE-
DIATUR.^d Ibid. cap. 21.
^e al. præci-
piente,**IV.**^f Adam hist.
lib. I. c. 41.**V.**
^g Concilium
Tribur. c. 30.DE CVLTV
ERGA ROM.
ECCLESIAM

Atque primum ^a illud, vt excommunicati ab Episcopis, si contemnant, nec ad pœnitentiam reuocentur, tamquam rebelles capiantur, & ad Regem ducantur. Statutum etiam ^b ne quis bannum ab Episcopis impositum contemnat, nec transgrediatur, sed ipsi obediant omnes. Sed & illud etiam Rex voluit definitum, vt si concurrat ad populum facta iussio Episcopi, vel Comitum loci præsidis, semper populus præferre debeat Episcopi iussionem. sunt hæc verba ^c Canonis:

III. Cùm autem Episcopus Ecclesiam à Domino Deo sibi commissam regens, Episcopatum circumueundo perrexerit, & placitum canonicè constitutum decreuerit, populumque sibi creditum illo inuitauerit. Atque Comes eadem die sciens placitum ab Episcopo conditum, vel nesciens, placitum cum populo suo condixerit, & per bannum illuc venire præceperit: placitum Comitum omnes postponant, & Comes ipse idemque populus post Episcopum festinè pergant, &c.] & illud: ^d Si quis presbyter contra laicum, vel laicus contra presbyterum aliquam querimoniam controuerisiam, Episcopo ^e regente, sine personarum acceptione finiatur, &c.] hæcque secundum antiqua Ecclesiastica iura, de quibus suis sæpè locis superius dictum est. Vnde erubescant & confundantur Ecclesiæ Dei hostes, Politici dicti, discipuli Nouatorum.

IV. Præter Canones causæ quædam & lites versantes inter Episcopos in eadem Synodo cognitæ sunt, vt inter alias causa Bremensis Ecclesiæ, inter Adelgarium Bremensem siue Hamburgensem Episcopum, & Herimannum Archiepiscopum Colonensem, satagentem subiacere sibi eandem Bremensem Ecclesiam; causa autem diutius ventilata, adiudicata est tandem, assentiente Formoso Pontifice, Archiepiscopo Colonensi. rem gestam narrat ^e Adam in sua historia Ecclesiastica.

V. Quòd autem in his tumultibus bellicis plerisque mentis vti Apostolicis litteris cognitum est; visum est iisdem Patribus aduersus eiusmodi temerarium ausum legem statuere dignam planè tanto confesso, quæ sic se habet: ^f

In memoriam beati Petri Apostoli honoremus sanctam Romanam & Apostolicam Sedem; vt quæ nobis sacerdotalis mater est dignitatis, esse debeat magistra Ecclesiasticæ rationis. Quare seruanda est cum mansuetudine humilitas, vt licet vix ferendum ab illa sancta Sede imponatur iugum, conferamus, & pia deuotione toleremus. Si verò (quod non decet) quilibet siue sit presbyter, siue diaconus, aliquam perturbationem machinando, & nostro ministerio insidiando redarguatur falsam ab Apostolico detulisse epistolam, vel aliud quid, quod inde non conuenerit: salua fide & integra circa Apostolicum humilitate, penes Episcopum sit potestas vtrum eum in carcerem, aut in aliam detrudat custodiam, vsquequò per epistolam, aut per idoneos suæ partis Legatos Apostolicam interpellat sublimitatem, vt potissimum sua sancta legatione dignetur decernere, quid de talibus iusto ordine lex Romana statuatur definire, vt & is corrigatur, & ceteris modus imponatur.] hæc tamen sancta Synodus. hæcque satis ad institutum.

IESV

IESV CHRISTI
ANNVS
896.FORMOSI PAP.
ANNVS
6.VUIDONIS IMP. 5.
LEONIS VI. IMP. 11.

ANNVS Redemptoris octingentesimus nonagesimus sextus, decima quarta Indictione inchoatus sequitur, quo (inquit Regino) Arnulphus secundò Italiam ingressus, Romanam venit, & Urbem Romanam cum consensu summi Pontificis armis cepit.] & paulò post: Arnulphus ciuitatem ingressus, à Formoso Apostolicæ Sedis Præfule, magno honore susceptus, ante Confessionem S. Petri coronatus, Imperator creatus est.] hæc ipse, qui in eo quod subdit, quòd mater Lamberti Imperatoris, quæ illic à filio in præsidium relicta fuerat, cum suis latenter aufugit, putauit ante annum vita functum Vuidonem Imp. Ceterum tum ex eius diplomate, tum ex Luitprando adhuc plures vixisse annos apparet. Verùm Romana Synodus sub Ioanne Nono Papa hanc ipsam Arnulphi vnctionem, per surreptionem (vt ait) factam, vt nullam reicit atque condemnat, confirmans eam quæ Lamberto vnctio legitime collata est, vt suo loco sub eodem Ioanne Papa dicturi sumus. Sanè quidem, qui vnixerat Vuidonem atq; eius filium Lambertum Imperatores Formosus, non nisi per surreptionem adduci potuit, vt vngeret (vt Synodus declarauit) Arnulphum. Sic igitur non nisi ex præscripto sacrorum Canonum, & auctoritate Apostolicæ Sedis, omisso Arnulpho, in serie Imperatorum Occidentalium Lambertum posuimus, & prosequemur annos Imperij numerare vsque ad eius obitum; & sic corrigatur error Chronographorum, post Carolum Crassum Arnulphum Imperatorem ponentium, nulla penitus de Vuidone & Lamberto habita ratione; quod priuata scriptorum Germanorum affectio, non veritas persuasit.

I.ARNVL-
PHVS CREA-
TVS IMP.

C Quanta autem à Romanis ciuibus Formosus sit passus, in eos illata vindicta ab Arnulpho declarat. Sic enim Luitprandus ait: ^a Hoc in tempore Formosus Papa religiosus à Romanis vehementer afflictabatur, cuius & hortatu Rex Arnulphus Romanam aduenit. In cuius ingressu, vlscendo Papæ iniuriam, multos Romanorum Principes obuiâ sibi properantes decollari præcepit.] Quæ omnia Formoso summum cum inuidia odium pepererunt. Ex his habes atq; etiam ex Reginone, hoc anno Formosum fuisse superstitem; quibus redarguas omnes qui ponunt eum defunctum anno octingentesimo nonagesimo quinto, sedisseq; tantum annos quatuor & semis, cum non ex Reginone tantum, sed ex Adam quoq; monacho antiquo chronographo constet, ad finem vsq; præsentis anni peruenisse: nam ipse Adam superuixisse Formosum anno secundo à Concilio Triburienfi ^b testatur. annus enim & menses septem intercedunt à Concilio Triburienfi vsq; ad obitum eius qui ex hac vita migravit decimonono Kalend. Ianuarij, vir sanè à scriptoribus huius temporis plurimum commendatus, vt quæ de ipso superius diuersis locis sunt dicta, declarant.

II.^a Luitpr. li. I.
cap. 8.
ARNVL-
PHVS VL-
TVS INIV-
RIAS PA-
PÆ.^b Adam li. I.
FORMOSI
PAPÆ OBI-
TVS.IESV CHRISTI
ANNVS
897.STEPHANI PAP. VII.
ANNVS
I.VUIDONIS IMP. 6.
LEONIS VI. IMP. 12.

SEQVITUR annus Redemptoris octingentesimus nonagesimus septimus, Indictione decima quinta, quo Bonifacius inuadens Sedem tenuit dies quindecim, non numerandus inter Pontifices, vt ipse qui damnatus fuit in Romana Synodo sub Ioanne Papa Nono, vt suo loco dicitur, homo nefarius, iam antea bis gradu depositus, à diaconatu priuatus, inde à presbyteratu. Sed aduersus eum Stephanus Septimus dictus Sextus subrogatur, pulso Bonifacio intruso pariter ab intruso. Ista omnia per vim & metum extorta, maximam irrogarunt ignominiam sanctæ Romanæ Ecclesiæ. Quòd autem intrusorum Pontificum alij vt Pontifices postea recepti inueniantur, alij verò penitus abrogati, vt iste de quo agimus Bonifacio, inde euenit, quòd illi quantumlibet tyrannicè adepti fuerint Sedem, tamen accedente consensu Cleri, fatius esse existimantis eos qualescumque tolerandos, quàm Ecclesiam schismate conscindendam, vt legitimi Pontifices nouis comitiis, consuetis ritibus sint electi. Hæc vt dicamus, illud planè necessariò cogit, quòd vniuersa Ecclesia Catholica eos vt legitimos Pontifices coluit, iisque obediuit, atque vt Christi Vicarios, Petrique successores cognouit, ac cultu, germano Pontifice digno, eosdem frequentauit. quòd nequaquam factum fuisset, nisi de facta postea electione legitima constitisset.

I.BONIFA-
CIUS IN-
VASOR SE-
DIS A
STEPH.
PELLITVR.

Hoc

CHRISTI
897.STEPHANI PAP. VII.
I.VVIDONIS IMP. 6.
LEONIS VI. IMP. 12.I I.
Luitprandus li. 1
cap. 8.NEFANDVM
SACRILE-
GIVM IN
FORMOSI
CADAVER.

I I I.

I. Cor. 3.

SACRAE
IMAGINES
SALVTAR-
RYNT FOR-
MOSVM
PAP.

I V.

FORMOSI
PAPAE,
EIVSQ. OR-
DINATIO-
NVM DE-
FENSIO.

V.

Hoc anno contingere illa nefanda, quæ Luitprandus & alij recensent, sed malè tribuunt Sergio, quæ Stephano huic Septimo synodalia adscribunt Acta, quibus fides maior iure sit adhibenda. Lapsum verò memoria Luitprandum horum auctorem oportuit, vt adscriperit Sergio Papæ quod factum per Stephanum liquet. Sed audiamus quæ narrat ipse Luitprandus: Formoso, inquit, defuncto, atque Arnulpho in propria reuerso, is qui post mortem Formosi Papa constitutus est, expellitur, Sergiusque Papa per Adelbertum constituitur. Quo constituto, vt impius, doctrinarumque sanctarum inscius, Formosum è sepulchro extrahere, atque in Sedem Romani Pontificatus, sacerdotalibus indumentis indutum collocare præcepit. Cui & ait: Cùm Portuensis esses Episcopus, cur ambitionis spiritu Romanam vniuersalem Sedem vsurpasti? His expletis, sacratis mox exutum vestimentis, digitisque tribus abscissis, quibus benedicere moris est, in Tiberim iactare præcepit; cunctosque quos ipse ordinauerat, gradu proprio depositos iterum ordinauit. Ita furore percitus homo non quod iure liceret, sed quod exæstuans rabies suasit, impleuit. non enim fuit error in fide, sed violenta tyrannis in facto. Pergit ille detestans facinus, reclamantibus (vt Sigebertus ait) qui aderant, perpetratum.

Quod quàm malè egerit, Pater sanctissime, in hoc etiam animaduertere poteris, quoniam & hi qui à Iuda Domini nostri IESU Christi proditore ante prodicionem salutem seu benedictionem Apostolicam perceperant, ea post prodicionem, propriisque corporis suspensionem minimè sunt priuati, nisi quos improba fortè fœdarunt flagitia. Benedictio siquidem, quæ ministris impenditur, non per eum qui videtur, sed qui non videtur, sacerdotem infunditur. Neque enim qui rigat est aliquid, neque qui plantat, sed qui incrementum dat, Deus. Quantæ autem auctoritatis, quantæque fuerit religionis Papa Formosus, hinc colligere possumus: Quoniam dum à piscatoribus postmodum esset inuentus, atque ad B. Petri Apostolorum principis Ecclesiam deportatus: Sanctorum quoque imagines huic in loculo positum venerabiliter salutarunt: hoc namque à religiosissimis Romanæ Vrbs viris persæpe audiui. hucusque Luitprandus, Sergio factum sacrilegum adscribens, quod ipse fuerit ad illud perpetrandum antesignanus & auctor. Ceterum grauiorem culpam Stephani Papæ fuisse liquet: qui nefarium scelus, impium & detestandum Synodo collecta probauit, quæ rescissa postea, ignique tradita, fuit à Ioanne IX. vt suo loco dicemus, cùm ista omnia per Stephanum Papam synodicè acta, à Ioanne postea conuocato ad hæc Concilio (vt testantur ipsa Acta eiusdem Romani Concilij) penitus aboleuit, ex quibus erroris arguantur, qui ista de Formoso negant & conficta putant. Extant vetustissima Acta, quibus tum ista sacrilega à Stephano perpetrata, tum etiam obiectiones triginta, & defensiones totidem continentur: cùm addidit ad scelus eam adhuc impietatem, vt factas per Formosum ordinationes nullas esse statuerit. Cùm enim ordinati ab ipso reclamauerint, & inter alios Leo Nolanus Episcopus, ad eum tunc ista Auxilius scripsit:

R. Domino Leoni sanctæ Nolanæ Ecclesiæ Præsuli Auxilius in Domino salutem. Misa legatione asseris te violentius pati oppressiones, vt Episcopale sacerdotium, quod olim à PP. Formoso suscepisti, quasi nihil sit, irritum facias. Quæ ex causa fateris te miræ solertiae Francos, nec non Beneuentanæ ciuitatis peritos consuluisse viros, eorumque consulta apud te scripta retinere, quæ te huiusmodi transgressionem committere, manifesta ratione prohibeant. Nihilominus autem cogis me obiectionibus, quas aduersus eundem Formosum Papam, eiusque ordinationes quidam obijciunt, dialogico schemate breuiter respondere. Misi quod iam in opusculo eiusmodi altercationis causatus sum. Attamen quia de vna auri materia diuersæ conficiuntur species, quæ diuersis hominum voluntatibus placeant: orationibus tuis sultus faciam quod hortaris; ita dumtaxat, vt in vnaquaque obiectione prænotetur infensor, & responsione defensor. Non hic syllogismorum quærat arcta conclusio, non perihermeniaca subtilitas, vtpote qui discipulus sumus Piscatoris, hoc est, Apostoli Petri. Et quamquam in eius nauicula sedeamus, tempestatem patimur, inuocantes Dominatorem omnium, vt imperet ventis & mari, & fiat tranquillitas magna. Fuerunt Capitula.

I. Quod ordinatio, quam Papa Formosus fecit, rata & legitima esse probabiliter ostendatur, etiam si ipse Formosus, vt aiunt, non rectè fuerit ordinatus.

2. Testi-

CHRISTI
897.STEPHANI PAP. VII.
I.VVIDONIS IMP. 6.
LEONIS VI. IMP. 12.

- A 2. Testimonia, quæ Papa Anastasius contulit in defensionem ordinationum, quas hæreticus fecit Acacius.
3. Quod Spiritus sanctus disciplinæ effugiat fictum, ministeriū tamen eius non deserat.
4. Quod Neophyti Constantini ordinatio cōtra statuta sanctorū Patrum deposita sit.
5. Quod eiusdem præuaricationis sit iterata consecratio, cuius præuaricationis est iteratum baptisma.
6. Quod eiusdem præuaricationis sit iterata consecratio, cuius sunt præuaricationis hæretici, qui Catholicos rebaptizare audent.
7. Quod minor culpa, quàm iterata consecratio, infra hæreseon deuotiones inueniatur admixta.
8. Aduersus eos, qui se excusant dicentes: Inuiti denuò consecrati sumus.
- B 9. Aduersus eos, qui dicunt: Non perdet Deus multitudinem præuaricatorum.
10. Vt qui semel & iterum in eodem gradu consecratus est, à sacro ministerio sit excludendus.
11. Vt iuramentum, quod ad scelus perducit, non sit obseruandum.
12. Vt ad Synodum, quæ manifestè contra Catholicam rectitudinem agit, non sit occurrendum.
13. Vt præpositorum culpæ nec omnes legendæ sint, nec omnibus denudandæ.
14. Vt excommunicatio, quæ ad facinus committendum pertinet, non sit obseruanda.
15. De eo quod scriptum est, Siue iuste siue iniuste obliget pastor, gregi tamen timendum est.
16. De eo quod dictum est: Omnia quæ dixerint vobis, seruate & facite.
- C 17. Quod ad peccandum nullius potestati sit obtemperandum.
18. Quod aliud sint pontificales sedes, aliud præidentes: quia si præidentes deuiarint per deuia, sequendi non sunt.
19. De eo quod scriptum est: Quæcumque ligaueris super terram, erunt ligata in cælis.
20. Qualiter Formosus post depositionem suam Apostolica auctoritate fuerit reconciliatus. Nempe quod quamuis iurasset se numquam Romam iturum, tactis sacrosanctis Euangeliis; tale tamen iusiurandum seruandum non fuerit, quod vidit dominus Apostolicus, qui eum reconciliauit.
21. Quod plurimi sacerdotes depositi fuerint, & postea reconciliati.
22. Vt id quod incertum est, solius Dei iudicio relinquendum sit; & de Episcopis, qui ad aliam sedem translati sunt.
- D 23. Quod Osus non Catholicè dixerit, nec laicam in sine communionem recipiat.
24. De eo qui semel in qualibet Ecclesia lector extiterit.
25. Vt absque necessitate vel certis causis existentibus, Episcopus de sede ad sedem transire non debeat.
26. Quod Formosus, quando inthronizatus est, non id quod Episcopus erat, iterum accepit, sed augmentum Apostolicæ dignitatis, quod non habebat, suscepit.
27. Vt qui simultates & lites inter se habeant, alter eorum aduersus alterum testimonium non possit proferre.
28. Quod humanum iudicium quatuor personis iustissimè compleatur.
29. De Concilio, quod in vrbe Rauennate pro Formoso, eiusque ordinatione factū est.
30. De scelere, quod in cadauere Papæ Formosi perpetratum est, &c.] Hæc ex Actis E Formosi Pontificis, sub titulo, De ordinationibus ab eo factis, quare non sunt irritæ, accepta à Papirio Massone, quæ Synopsis esse noscitur prolixioris disputationis. Nam accipe quæ ibidem scripta leguntur, ad Capitulum xxi. spectantia atque trigessimum.

Interrogatio.

Verum in Rauennate vrbe congregata Synodo sancitum est, vt tam Formosus quàm eius ordinatio in suo vigore stabiliter permaneret. Defensio. Vt opinor, tibi contigit, quod ait Psalmus: ^a Foderunt ante faciem meam foueam, in quam inciderunt. Nam ^a Psalm. 36. quod delatis muneribus tale quid in illa Synodo constitutum fuerit, probare minimè poteris: nos autem & plurimi nobiscum compertum habemus, quod non solum Romulæ ciuitatis, sed pænè omnes Italiæ Præsules memorato interfuere Concilio. Quapropter, si fauente Deo regalis potestas vniuersale fecerit Concilium: quid de vobis censendum erit, qui tot Episcoporum sanctiones irritas facere non veriti estis?

Quæ

V I.
^a corruptum
esse textum
sequens illa-
tio docet.

Qua ad ipsum Capitulum trigessimum spectant. Interrogatio.

VII.

Stephanus, qui tertius à Formoso extitit Papa, eundem Formosum aded reprobum esse iudicauit, vt cadauer eius de tumulo extrahi, & in Concilium pertrahi fecerit, ibique eum pristinis vestibus denudantes laico amictu velauerunt, & ferro duobus digitis amputatis, in quodam peregrinorum tumulo sepelierunt, nec multò post in Tiberinũ fluiuium præcipitatur. Defensio. Sicuti belluæ humanitatis immemores, quomodo intellexerunt, ita operati sunt. Miserrimi, vbi hoc didicerunt? præsertim cum Dominus non dixerit, Quæcumque ligaueris sub terra vel sub flumine; sed ait, Quæcumque ligaueritis super terram, erunt ligata & in cælo. De talibus enim ait Apostolus: Quidam habent zelũ Dei, sed non secundum scientiam. Proh scelus! saltem poetã attendere debuerunt sententiam: Parce pias scelere manus, iam parce sepulto. Verumtamen si eiusmodi de sede ad sedem translatio quodammodò illicita fuisset, nõne ecclesiastica pietate tolerare, & non inauditis crudelitibus exaggerare debuerant, & sic demum aduocata vniuersali Synodo generaliter censere, vt deinceps Romana ciuitas tale quid non committeret?]

VIII.

En illa infelicissima Ecclesiæ Romanæ tempora, atque omnium luctuosissima, quibus ipsam contigit domestico bello exagitari, atq; persecutione vexari; quæ nunc cæpta, multo tempore, maximo damno eandem Ecclesiam affecerunt, illata ipsa per Adelbertos Marchiones potentissimos Tusciæ (ita nominat eos Luitprandus, non autem Comites, vt alij, Tusculanos, illi enim postea licet ex eadem radice prouenerint) Principes audacissimos. De isto enim qui Stephanum intrusit, hæc idem auctor: Tantæ quippe Adelbertus erat potentia, vt inter omnes Italiæ Principes, solus ipse cognomẽto diceretur, Dives huic erat vxor nomine Berta, &c.] Istos quidem, quòd viciniore, eò infestiores Romana Ecclesia sensit: etenim (vt suo loco patebit) munitione sancti Angeli ad ripam Tiberis, olim mole Hadriani dicta potiti, quæ non sunt ausi in Romanam Ecclesiam? Vt absq; vlla controuersia dici possit: nullam vnuquã siue à Gentilibus, siue ab hæreticis, siue à schismaticis, aliisve perduellibus, qui ferro, qui scriptis, qui dictis, aliisve quibuslibet modis eam exagitarint, duriores, diuturniores, atq; molestiores passam esse persecutionem illa, quam pertulit ab istiusmodi Adelbertis Tusciæ Marchionibus. Etenim cum Gentiles Imperatores eam persecuti sunt gladio, tunc clariore celebrioreq; vtpote laurea martyrij decorati effulsere Romani Pontifices; cum verò hæretici multiplicis generis in eam inturrexere, iidem eminentiores auctoritate, & sapiẽtiores pietate, atq; doctrina illustriores enituerunt, & cum schismatici eam scindere quàm sæpissimè laborarunt, capiteq; germano truncare: eò magis cõpage vnitate & charitatis ipsum visibile caput coniunctum vni corpori, cuius caput sit inuisibile Christus, decus & ornamentum Ecclesiæ est demonstratũ, pulchreque laudatum. Cum verò hos Romana Ecclesia passa est tyrannos Tusciæ Principes, dominantes siue pecuniis siue armis populo Cleroq; Romano, per quos intrusi in cathedrã Petri, solium Christi, sunt homines monstruosi, vita turpissimi, moribus perditissimi, vique quaque scædissimi: vestimentis exuta gloriæ atq; lætitiæ, miserens, dolens, & lugens, sed in tristitia domina Gentium.

Luitp. lib. 1. cap. 10.

ECCLESIAE PERSECUTIO OMNIUM MOLESTISSIMA.

Thren. 1.

IX.

CVR DEVS PERMITTAT IN ECCLESIA ROMANA MALOS ALIQVANDO PRÆBESSE PASTORES. Prou. 16.

psal. 88.

Ceterum etsi interdum deforme valde turpeq; contigerit apponi Ecclesiæ caput: tolerandum tamen fuit ipsi, quòd non penitus amens sit inuentum, sed Fide Catholica sibi constans, Dei verò permissione supra cetera corporis membra prouectum non sine causa vel ratione, sed magno sui iudicij libramento: etenim pondus, & statera iudicia Domini sunt.] quæ etsi inscrutabilia prædicentur, per transfennam tamen mortalibus intuentibus fiant aliqua saltem ex parte perspicua. Vt enim Deus significaret, eandem suam Ecclesiam nequaquam humanum esse figmentum, sed planè diuinum inuentum: oportuit ostendisse, eam nequaquam prauorum Antistitum opera perdi posse, & ad nihilum penitus redigi, sicut de aliis diuersarum gentium Regnis, & bene statutis Rebus publicis factum constat: quæ tamdiu constitisse leguntur, quamdiu fuere per viros prudentes & virtute præditos administratæ; periisse verò penitus, vbi viris scelestibus tradita sunt earum gubernacula moderanda. Ita quidem illæ, quæ vt humanæ, ab hominibus siue bonis siue malis accepisse noscuntur, siue emolumentum, vel detrimentum, statum, vel casum. At non sic diuina; quæ nullo possunt labefactari hominum vitio, nec mutari peridiq; peccato, sed permanent opus sit in æternum. Sedes igitur Apostolica, Romana ipsa Ecclesia, cum sedes sit Petri, eadem vt manifestetur hominibus esse Christi, quæ dicta sunt propheticè de ipsius Sede, in ista voluit adimpleri, vt eadem semper maneat, soli assimilata vel lunæ; cum dicitur: Sedes eius sicut sol in conspectu meo, & sicut luna perfecta in æternum.] vtpote

A

Vtpote quòd licet sol semper sit idem, eademque luna semper existat, interdum tamen obice nubium eadem sidera minus luceant, & eclipsibus intercurrentibus reddantur obscura. Noli igitur nimis rigidè in Apostolica Sede maiora requirere, quàm quæ in symbolicis signis fuerint diuinitus demonstrata. Sed & recogites velim tu aded austerus exactor, quòd cum Christus non indignatus sit aded scelestos atque aded impios in sua genealogia habere prædecessores: quid aded mirandum & indecens; ipsum etiam habere passum esse successores huiusmodi homines peccatores, licet numquam impios sicut illos?

B

Sed redeamus ad Stephanum, quem non auderem inter Romanos Pontifices numerare, nisi id factum à maioribus inuenissem, vtpote tanto indignum nomine, qui primus & solus nefando & inaudito sacrilegio Petri Sedem aded deturpauit. Iste siquidem (vt habent Acta Concilij sub Ioanne Papa Nono, suo loco inferius recitanda) visumma collecto conuenticulo Episcoporum, simulque presbyterorum Cardinalium sibi similibus, Sergio, Benedicto, atque Martino, diaconis etiam Ioanne, Paschali, alteroque Ioanne, hominibus perditissimis, violatoribus Pontificiæ sepulturæ, Formosi venerandum cadauer effossum, è sepulchro extractum, tamquam viuentem hominem ad iudicium adductum iudicari voluit, atque damnari, & in pœnam tribus digitis amputatis in Tiberim demergi. Intentatum hæcenus scelus, quod non Christianorum tantum aures exhorreant, sed & auertat quoque inhumanos & feros barbaros ab auditu, à fide reuocet, & præ sui immanitate fiat omnibus incredibile. Adiecit perfidus, vt omnes ab eodem Formoso Pontifice sacris ordinibus initiatos exauctoraret. Execrati autem, proh nefas! & lapides tale portentum, sua tunc voce, mutua collisione, clamarunt, spontaneam libentiùs pati ruinam, quàm Romana Ecclesia scandalo tanto depressa, subsistere.

C

Accidit enim tunc, vt sacrosancta basilica Lateranensis, primaria Pontificis sedes; impulso angelo malo, ab altari vsque ad portas penitus solo prostrata corruerit. Quomodo possent stare parietes, tanti facinoris terræ motu primaria concussa cardinis petra? Visum est enim veluti certis characteribus mysticè designatum, in tanta Ecclesiæ Romanæ ruina Sanctuarium tantummodò relictum integrum, in quo Sedes illius existeret, aduersus quam nec ipsæ portæ inferi præualerent. Facta sunt ista in basilica; in cuius Patriarchio Stephanus habitaret. In basilica verò Principis Apostolorum, vbi Formosi erant sacra pignora collocata, ipsæ parietum sacræ imagines (vt audisti ex Luitprando) Formosum sint veneratæ; vt planè acciderit secundum illud Sapientiæ: Condemnat iustus mortuus viuos impios.] sed ad res Francorum.

D

Cum delatum esset in Gallias, defuncto Formoso Pontifice, subrogatum illi fuisse Stephanum, quem tot tantaque nefaria crimina infamarent: nullus tamen fuit principalium sedium Episcoporum, qui ob id se subtraheret à cultu, reuerentia, atque obedientia, quæ impertiri solet Romana Ecclesiæ Pontificibus; probè scientes quique doctissimi atq; sanctissimi, primæ Sedis Pontificem minorum sedium non subiacere iudicio. Quamobrem cum ex more omnes frequentant litteris, & consuetis venerantur obsequijs, cumulantque officijs recens creatis Pontificibus exhiberi solitis, non ignorantes, etiam in successoribus indignis eos venerari Petrum, atque in Petro Christum, atque eos spernentes, spernere Petrum non sine Christi contemptu. Inter alios autem qui Stephanum hunc suis litteris Pontificem salutarunt, fuisse reperitur Fulco Rhemenis Archiepiscopus: nam de ipso Frodoardus testatur, hoc exordio Sedis Stephani intercurrisse litteras inter eumdem Fulconem Rhemensem Episcopum, atque ipsum Stephanum assertum Papam, quarum cuius argumenti singulæ fuerint, docet his verbis:

E

Stephano quoque huius Formosi successori scribens idem dominus Fulco, deuotionem quam erga Romanam Sedem gerebat, conabatur ostendere, & quòd Limina creberrimè cupiuerat Apostolorum adire, sed diuersis obstantibus discriminum causis hæc vota nequiterit adimplere. Vbi significat, Odonem & Carolum Reges in pacis tandem concordia se studente connexos. Cui remittens hic Papa litteras, suas à se suscepisse fatetur, ipsius non admittens, sed reprehendens excusationem; eò quòd alij homines eandem adirent, & ipse faceretur fas adeundi non fuisse concessum. Denuntiat ergo, Synodum se per mensem Septembrem imminentis Indictionis decimæ quintæ certissimè celebrare statuisse, ad quam censendo vocans hunc Archiepiscopum monet expressè, quatenus omni mora repulsã, omni que excusatione remota, eodem tempore suam specialem præsentiam eidem, Synodoque omnino exhibere maturet. Quod si

INAUDITUM STEPHANI SACRILEGIUM.

RVINA PORTENTOSA LATERANENSIS ECCLESIAE.

Sap. 4.

XII.

Frod. lib. 4. cap. 4.

XIII.

XIV. prætermiserit, canonicam in eum ferre sententiam minimè retractabit. A
 Rescribens autem hic venerabilis Præful eidem, quam semper habuerit deuotio-
 nem circa gloriosam Principis Apostolorum Sedem, eiusque sanctos Præfules pandere
 nititur, asserens se tunc varijs oppressiõibus præsentia corporali eandem adire Sedem
 non valuissè. Dilectos autem filios huius Ecclesiæ illuc destinasse, ad itineris sui enar-
 randum incommoditates viua voce, quemdam quoque confacerdotem suum ad id exe-
 quendum se direxissè. Plura se scribere non præsumpissè, quia senserit in epistola sibi
 ab ipso directâ dura se satis inuectione mulctatum, & hoc sibi non modicum incussisse
 miraculum, quòd ita tunc primæ ipsius litteræ grauiter eum perculerunt, cum hæc-
 tenus ab ipsa Sede nil aliud nisi mellitum ac dulce, prædecessoribus sibi scribentibus, veni-
 re consueuerat: quod peccatis tamen suis imputans, vt de malo suo se meritò contrista-
 ri, sic de correptione ipsius se faretur iustificari, reuoluens fieri potuissè, seu * quidam de-
 signat ad se perlato rumore, vt à quibusdam vicinis charitate repletus aliter de se audisset, B
 quàm veritas se haberet. Vnde petit ne facilè huiusmodi personis aurem accommodet,
 donec, vt scriptum est, rem quam nescit diligentissimè inuestiget. Annectens simpliciter
 vt ab ipsis pænè cunabulis educatus canonicis fuerit disciplinis, donec à glorioso Rege
 Carolo Imperatoris Ludouici filio, in palatinis ac domesticis eius sit assumptus obsequijs,
 sicque in aula palatij perseuerans vsque ad tempora Carolomanni Regis Ludouici mi-
 noris filij nepotis eiusdem Caroli, quando à sanctis prouinciæ Rhemenfis Episcopis, nec-
 non à Clero & plebe huius vrbs electus & ordinatus sit Episcopus. Vbi qualiter hanc Ec-
 clesiam paganorum infestatione laborantem repererit, & vt pro pace ipsius ad posse de-
 sudauerit: à Legatis suis, vel aliorum hæc scientium petit explorari narratione, asseuerans
 præmissa se non arrogancia explicare, sed vt nouerit conijciens, quia qui sic enutritus & C
 taliter fuerit ante Episcopatum conuersatus, hoc sibi potius onus quàm honorem, non
 elationis instrumentum, sed humilitatis esse seruitium.

XV. Subnectit autem: Quòd si aliqua Regno quies concessa fuerit, & ab Odone Rege licen-
 tiam impetrare valuerit, ad ipsius beatitudinis vestigia tandem aliquando properare stu-
 debit, dum sibi viæ paruerint, que tunc ab Rendeboldo Arnulphi Regis filio erant obstru-
 ctæ, qui Ecclesiam quoque Rhemensem affligebat iniurijs, res eiusdem suis impertiens
 subditis, cuius tyrannidem Apostolica petit auctoritate reprimi dicens: quia in tam pericu-
 loso, & necessitudinibus pleno tempore suam Ecclesiam proximè sit deserere.] hucusque
 Frodoardus, quibus vides miram obseruantiam Orthodoxorum Antistitum, atque Prin-
 cipum erga Apostolicam Sedem, etiam cum in ea sedere viderint homines scelestissimos;
 atque tantum abfuit, vt eos spernerent, contemnerent, vel non obedirent, vt etiam sum-
 mopere colerent, atque frequentarent obsequijs, ipsorumque gratiam per intercessores
 summo studio venarentur, vt fecissè noscitur idem Fulco, rantis vir, primarius Galliarum
 Antistes, qui per Ioannem Episcopum, vnum ex suffraganeis sanctæ Romanæ Ecclesiæ
 eundem Stephanum Papam sibi conciliare magnopere laborauit; nam de litteris ad eum
 eo argumento conscriptis hæc inferiùs idem a Frodoardus:
 a Frod. lib. 4. bistor. Rhem. cap. 6.

XVI. Ioanni cuidam Romano præfulei suffraganeo scripsit, commemorans affectionem
 dilectionis, quam habebat erga eum, ita vt diceret, nullum se inuenissè recordari, cum
 quo sic concorditer suo coniungeretur charitatis affectu, rememorans magna se quon-
 dam beneuolentia susceptum ab eo fuisse, liberalissimaque humanitate tractatum, ma-
 gnisque beneficiorum impendijs accumulatum. Afferitque se quantocyùs, pace reddita,
 dignis seruitijs ostensurum tam erga eum, quàm erga dominum Papam Stephanum gra-
 tam animi deuotionem; precaturque, vt eum suo fauore tueatur apud ipsius excellentiam
 Papæ, & in quibus necessarium viderit, ei (sicut optimè in ipso conhdit) assistat.] hucusque
 Frodoardus ex Fulconis litteris.

XVII. Obtinuit autem idem Rhemenfis Archiepiscopus ab eodem Stephano Papa, vt quo-
 niam vocatus ad Synodum, ob bellorum fragores præfens adesse minimè posset, id per
 Legatos expleret. De his enim hæc ex ipsius epistolis b Frodoardus. Item pro iussione
 Stephani Papæ, qua mandauerat domino Fulconi, datâ ei licentia interim, vt petierat,
 remorandi, quatenus tunc Honoratum Catalaunensem, & Rodulphum Laudunensem
 Rauennam mitteret ad Synodum ibidem celebrandam: vnde monet, vt sicut Papa iu-
 bet, eius petitioni obtemperent.] hæc de his ipse. Porro de ista Synodo celebranda à Ste-
 phano Papa Rauennæ mentio nusquam.

FULCONIS
APVD STE-
PHAN. PA-
PAM EXCV-
SATIO.

CVLTVS RO-
MANORVM
PONTIFI-
CVM.

a Frod. lib. 4.
bistor. Rhem.
cap. 6.

b Ibidem.

A ANNVS Redemptoris octingentesimus nonagesimoseptauus, Indictione prima in-
 choatur, quo in Gallijs pace fracta paulò antè composita inter Odonem & Caro-
 lum, de qua ex litteris Fulconis Rhemenfis Archiepiscopi ad Stephanum Papam supe-
 riori anno audisti: Carolus diffusus suis viribus, haud adeò potentibus, quibus aduersus
 tantum aduersarium vincere posset, cum Northmannis inire fœdus, & eorum auxilijs
 bellum gerere in consilio habuit. Quod statim vt audiuit idem Fulco Rhemenfis Ar-
 chiepiscopus vir præstantissimus, sacerdotali constantia restitit, atque ipsum ab instituto
 reuocauit, grauissimam ad eum scribens epistolam, ex qua ista recitat a Frodoardus sic
 de Fulcone dicens:
 b Frod. bistor. Rhem. lib. 4. c. 5.

B Carolo Regi suo scribens indignatur valdè sibi perlato, quòd prauis quorundam
 consilijs veller idem Rex se sociare Northmannis, vt illorum auxilio ad Regni decus ob-
 tinendum iuuari posset, sic scribens:
 II.

C Quis enim, inquit, qui vobis sicut oportet fidelis est, non expauescat, vos inimicorum
 Dei amicitiam velle, & in cladem ac ruinam nominis Christiani pagana arma & fœdera
 detestata suscipere? Nihil enim distat, vtrum quis se paganis societ, an abnegato Deo ido-
 la adoret. Nam si, vt ait Apostolus, bonos mores colloquia mala corrumpunt: quanto ma-
 gis corrumpitur castitas animæ Christianæ inimicorum ex consilijs & societate? Neque
 enim poterit non imitari quod assidue viderit, quin potius assuescet paulatim, & quasi
 vinculo malæ consuetudinis trahetur ad facinus. Certò progenitores vestri Reges deposti-
 to Gentilitio errore, diuino cultui se humiliter subdiderunt, & à Deo semper auxilium
 expetierunt, propter quòd & feliciter regnauerunt, & Regni hereditatem ad suos posteros
 transfuserunt. Vos è contra nunc Deum relinquitis, (dicam certè, licet nolès, quia Deum
 relinquitis, cum vos eius hostibus sociatis) vnde & meritò prophetica illa vox ad vos diri-
 gitur, quæ quondam ad Regem Israël similia facientem directâ est: b Quia impio præbes
 auxilium, & his qui oderunt Deum amicitia iungeris. Et certè cum deberetis malis præ-
 teritis terminum ponere, & rapinis & deprædationibus pauperum renuntiare, ac pro his
 omnibus pœnitentiam agere: nunc ad maiorè iram Dei prouocandam his qui Deum igno-
 rant, & in sua feritate confidunt, vos coniungitis. Credite mihi, quia numquam sic agen-
 do ad Regnum peruenietis, immò velociter disperdet vos Deus quem irritatis. Hactenus
 quidem de vobis meliora sperabam: nunc vos video cum omnibus consentaneis vestris
 perituros, si tamen hoc vultis verè agere, & talibus consilijs acquiescere. Re vera qui tale
 vobis dant consilium, non fideles, sed per omnia infideles esse comprobantur, quos si au-
 dire vuleritis, terrenum simul & cæleste Regnum amitteretis.

D Deprecor itaque vos per Deum, vt tale deseratis consilium, neque velitis vos in
 æternum præcipitare interitum, & mihi ceterisque, qui secundum Deum vobis fideles
 sunt, æterni doloris asserre dispendium. Melius enim fuerat vos non nasci, quàm dia-
 boli patrocinio velle regnare, & illos iuuare quos deberetis per omnia impugnare.
 Sciatis enim, quia si hoc feceritis, & talibus consilijs acquieueritis, numquam me fi-
 delem habebitis, sed & quos utcumque potero à vestra fidelitate reuocabo, & cum
 omnibus Coëpiscopis meis vos & omnes vestros excommunicans æterno anathemate
 condemnabo. Pro fidelitate quam vobis seruo, hæc gemebundus scribo, quoniam
 cupio vos secundum Deum & secundum sæculum semper esse honoratum, & non sa-
 tanæ, sed Christi adiutorio ad debitum vobis conscendere Regni fastigium. Reg-
 num enim quod Deus dat, firmum habet fundamentum, quod verò per iniustitiam
 & rapinas acquiritur, caducum est, & citò deciduum, nec diu poterit permanere.] huc-
 usque ex litteris Fulconis recitat Frodoardus, dignis illis quidem sanctissimo sacerdote,
 & libero ab humano affectu pontificis pectore, qui vera atque salubria ingerat Christia-
 nissimo Regi. Procul longè abest, vt eidem Regi suassent ista Politici Nouatores, eos
 inquam hæreticos nostri temporis, qui regnandi iure prosternunt omnia, fidem, iusti-
 tiam, ipsamque etiam religionem, ita pessimè de Regnis & Regibus consulentes. Quàm
 enim præstet, quamque proficuum sit in regnandi iure religionis in primis præ cunctis
 rationem habere, eamque ceteris humanis, & quas suadet prudentia carnis, rationibus
 præferre,

CAROLVS
CONTRA
ODONEM
RVRSVM
AGIT.

a Frod. bistor.
Rhem. lib. 4.
c. 5.

FULCONIS
AD CARO-
LVM EPIS-
DIGNA
SANCTO
PONTIFICI.

b 2. Par. 19.

III.
PERVITIOS
ADMONI-
TIO REGI
FACTA.

CHRISTI 898.

STEPHANI PAP. VII. 2.

VUIDONIS IMP. 7. LEONIS VI. IMP. 14.

præferre, custodire, illibatamque seruare: præter innumera annis superioribus recensita, A doceat præfens exemplum. Etenim cum Carolus salutaribus monitis sanctissimi sacerdotis, iusta, digna, honesta & vtilia suadentis in omnibus acq̄uieisset, protinus auxiliator astitit Deus ipsi, qui auxilia reiecit infidelium: sustulit siquidem aduersarium quam citissimè, quem nec copie Northmannorum v̄mquam vel multo tempore debellassent. Etenim, teste etiam Reginone, anni præsentis exordio, nempe tertia Ianuarij, Salutis anno octingentesimo nonagesimo octauo, idem Odo, quem vocat Ottonem, diem clausit extremum; cum (vt subdit) Principes in vnum congregati pari consilio & voluntate Carolum super se constituunt Regem.] qui tenuit post hæc pacificum Regnum vsque ad annum Redemptoris nongentesimum vigesimum tertium; atque diutius possedisset, nisi ipse sibi in primis detrimento fuisset.

IESV CHRISTI ANNVS 899. STEPHANI PAP. VII. ANNVS 3. VUIDONIS IMP. 8. LEONIS VI. IMP. 14.

7. ARNULPHI OBITU.

Luitpr. li. 1. cap. 9.

Terent. 17.

1. Cor. 4.

11. VUIDONIS IMP. OBITU.

Luitpr. li. 1. cap. 10.

111.

SECUNDA, quo moritur Arnulphus Imperator, vt habet Chronicum Reginonis, consentitque Luitprandus & alij. Regino enim ait: Eodem anno, Arnulphus Imperator tertio Kalendas Decembris migravit e sæculo.] de cuius exitu, seu potius exitio Luitprandus agens, hæc ait: Profectusque in propria, turpissima valetudine expirauit: minutis quippe vermibus, quos pediculos aiunt, vehementer afflictus, spiritum reddidit. Fertur autem, quod præfati vermes adeo scaturirent, vt nullis medicorum curis minui possent. Vtrum verò pro tam immenso scelere, Hungarorum scilicet immisione secundum Prophe- tam, duplici sit contritione contritus, an vt ex præfenti supplicio consequeretur veniam in futuro: solius Dei scientia dimittamus: quod & Apostolus dicit: Nolite ante tempus iudicare, quoadusque veniat Dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium, & tunc laus erit vnicuique à Deo.] hæc Luitprandus, qui & paulo antè, eundem Arnulphum reum fuisse grauissimorum criminum tradit, cum agit de mentis deliquio quod est passus per soporiferam potionem, quam vxor Vuidonis Imp. eidem propinandam curauit. ait enim: Credo autem Arnulphum Regem iusta seueri iudicis censura huiusmodi pestem incurrisse. Secundæ enim res dum Imperium huius vbi- cumq; magnificarent, virtuti sue cuncta tribuit, non debitum omnipotenti Deo reddidit. Sacerdotes Dei vincti trahebantur, sacræ virgines vi opprimebantur, coniugate violabantur. Neque enim Ecclesia confugientibus poterat esse asyllum. In his namque symbola faciebant, gestus turpes, cantus ludicros & debacchationes: sed & mulieres eodem publice prostituebantur.] hæc ipse, quibus planè conueniens finis successit, quem audisti.

Eodem quoque anno defunctum esse Vuidonem Imperatorem, dum insequeretur Arnulphum, idem Luitprandus affirmat, dum ait: Sicut enim præfati sumus, dum redeuntem Arnulphum Vuido e vestigio sequeretur, iuxta fluuium Tarum defunctus est.] hæc ipse. Ex quibus redarguas Reginonem, dum hoc ponēs anno Arnulphi obitum, Vuidonis refert ante annos quinque, nempe anno Salutis octingentesimo nonagesimo quarto, tempore primi aduentus Arnulphi in Italiam: nam liquet post secundum aduentum aduersus ipsum Vuidonem pugnasse, & eum cum insequeretur (vt audisti) defunctum esse.

At hic finis sæculi huius, multis ex causis vniuersæ Ecclesiæ ærumnosi, Romanæ verò potissimum laboriosi ob diuersas tam aduersus Occidentales quam Orientales Principes perdifficiles contentiones: in primis verò ob dirum schisma Græcorum auctore Photio partum; sed ob intestina, eademque implacabilia bella in ipso sinu eiusdem Romanæ Ecclesiæ agitari cœpta, ceteris lugubrius est redditum atque funestius, cum videlicet stertentibus omnibus, quibus ad regimen fuerat vigilandum, immò ipsidem ipsis, vt Apostolica nauis fluctibus obruta penitus mergeretur, operam dantibus: non nisi diuinum debeat existimari miraculum, si ipsa tot tantisque iactata procellis, contrita fluctibus, ventis impulsæ, atque illisa sæpè obuijs quibusque scopulis, detrusa que crebrè violenter in syrtis, potuerit aliquo modo tot malis esse superstes. Vt planè quam apertissimo fuerit demonstratum

CHRISTI 899.

STEPHANI PAP. VII. 3.

VUIDONIS IMP. 8. LEONIS VI. IMP. 14.

Astratum experimento, non humano tantum eam gubernari regimine, sed certè diuinis regi- præfidijs, fulciri subsidijs, supernaque omnino incolumem conseruari potentia. Vt ijs qui ipsa inter tanta discrimina vecti, cum seipos incolumes ad portum in speratum pertigisse cognouerint, sit illud pro dulci celestimate canendum: Nisi quia Dominus erat in nobis, dicat nunc Israël: nisi quia Dominus erat in nobis: & quæ sequuntur, ex Davidis canticis vsurpatum; cum videlicet tandem senserint, Christum ipsum nauis gubernaculum tenuisse, Petrum astitisse, instituisseque Apostolos ceteros remis, ipsosque Angelos nauiter ministrasse. Tu igitur qui in eadem es nauis, ista sedulo meditare; & mirabiles elationes maris videns, pariter intellige mirabilem in altis Dominum. Sed iam ad sequentis sæculi enauigandas syrtis, auspice Christo, vela soluamus.

IESV CHRISTI ANNVS 900. STEPHANI PAP. VII. ANNVS 4. LVDOVICI IV. IMP. 1. LEONIS VI. IMP. 15.



INCIPIT ANNUS Redemptoris nongentesimus, tertia Indictione notatus, quo & nouum inchoatur sæculum, quod sui asperitate ac boni sterilitate ferreum, mali que exundantis deformitate plumbeum, atque inopia scriptorum appellari consuevit obscurum. In cuius limine constituti, ob ea quæ pro foribus adeo flagitiosa nuper contigit apexisse, antequam progrediamur ulterius, hic Lectorem monendo, præfari aliquid necessarium duximus, ne quid scandali pusillus animo patiatur, si quando videre contigerit abominationem desolationis in templo; sed magis miretur, & cognoscat in eius custodia diuinam inuigilare potentiam, cum non vt olim, abominationem tantam secuta mox fuerit desolatio templi; intelligatque solidioribus illo niti hoc fundamentis, nempe promissionibus Christi, firmioribus terra celo que, vt ipse testatus est, dicens: Cælum & terra transibunt, verba autem mea non præteribunt.] Opus namque Dei cum sit, id ipsum verbo suo, quo firmati sunt cæli; tunc statuit esse perpetuum, cum collocans fundamentum super seipsum firmam petram, petrae petram insolubili compagine iungens dixit: Tu es Petrus, & super hæc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam.] vt sicut primam, hanc superpositam esse contingat immobilem, atque desuper structam Ecclesiam esse perennem; nec posse destrui, vt opus Salomonis peccatis hominum, ædificium Dei: ecce enim, vt ait, plus quam Salomon hic.

Procul autem & longius abest, vt sicut hominum, sint opera Dei (quod superius attingimus:) siquidem illa quantumlibet ortu pulchra, progressu florida, simulque fortia videantur: vbi autem culpa illis infelix inhælerit, contingat ipsa vt ariete firmissimo quati, dissolui, in terramque prosterni, vt numquam fuerit adeo benè stabilitum Imperium, firmatum Regnum, atque optimis legibus instituta Respublica, quæ non corruerint, vbi in illis superabundauit iniquitas. Cuius rei certum ex diuinis oraculis exhibetur exemplum in typico simulachro Nabuehodonosor Regi per visum ostenso, quod aureo capite fulgens, in metalla viliora declinans, vbi tandem postrema deserunt in lutum, lapidis percussione fuit Deo ultore contractum. Quod autem est opus Dei, ipsum mysticum corpus Ecclesiæ, sub vno capite Deo coagmentatum & connexum compaginatione Fidelium, ita verbo Domini, virtute Spiritus sancti consolidatum existit, vt non possit culpis hominum destrui, etiam si aliqua cohærentia ipsi membra reddita terrea, exundantia peccatorum in lutum resoluta, defluerint, sed eadem permaneat semper integra, viuens semper Ecclesia, vti altera Arca Noë super fluctus omnes illæsa. Id quidem cum sæpè superius multis exemplis demonstrari contigerit, hoc tamen sæculo frequentioribus, sicut & euidentioribus declaratur experimentis, cum in immensum scelerum excrecente diluuiio, eo penitus obrui videri potuisset omni penè destituta remigio nauicula Perri, quæ vniuersæ typum gerit Ecclesiæ, nisi custodita fuisset summa potentia promissionis Christi, qua dixit: Et portæ inferi non præualebunt aduersus eam.]

Certè quidem in nullo vniquam grauiori visa est versari discrimine, nec manifestiori pereundi penitus constituta periculo, quam cum ingruentibus sæculo isto est iactata pro-

cellis : nam cuncta quæ olim passa est sub Gentilibus Imperatoribus, vel quæ ab hæreticis A
 siue schismaticis, alijve. quibuscumque persecutoribus, horum comparatione sunt æsti-
 manda iustus quodammodò puerorum, immò referenda in lucrum, & computanda in
 certum emolumentum, cum ex illis ipsa Ecclesia effecta sit pulchrior, aucta amplior, atq;
 reddita gloriosior, dum egregium semper reuexerit de impietate prostrata triumphum.
 At quænam mala ista, dices, & vnde tanta omnium acerbissima tempestas exorta? Est pla-
 nè, vt vix aliquis credat, immò nec vix quidem sit crediturus, nisi suis inspiciat ipse oculis,
 manibusque contrectet, quàm indigna, quamque turpia atque deformia, execranda insu-
 per & abominanda sit coacta pati sacrosancta Apostolica Sedes, in cuius cardine vniuersa
 Ecclesia Catholica vertitur, cum Principes sæculi huius quantumlibet Christiani, hac ta-
 men ex parte dicendi tyranni sauiissimi, arrogauerunt sibi tyrannicè electionem Romano-
 rum Pontificum. Quot tunc ab eis, proh pudor! proh dolor! in eandem Sedem, Angelis B
 reuerendam, visu horrenda intrusa sunt monstra? Quot ex eis oborta sunt mala, contum-
 matae tragœdiæ? Quibus tunc ipsam sine macula & sine ruga contigit aspergi sordibus,
 putoribus infici, inquinari spurcitijs, ex hisque perpetua infamia denigrari?

PESSIMUM
 OMNIUM
 MALORUM
 SI SALCV-
 LARES DO-
 MINENTVR
 ECCLESIAE.

IV.
 DEBESTA-
 TIO EORVM
 QUI PRIN-
 CIPES VS-
 NIMIS FA-
 VENT.

V.
 BENE CON-
 SVLTIVR
 ROM. EC-
 CLESIAE
 LIBERTA-
 TI.
 Ezech. I. 3.

VI.
 STEPHANI
 PAP. IN-
 TERTIVS
 INFAMIS.

Quæ cuncta considerans quisque sapiens planè horrescens, in hanc prorsus sententiam
 mecum ibit: Nihil penitus Ecclesiae Romanae contingere posse funestius, retrius nihil at-
 que lugubrius, quàm si Principes sæculares in Romanorum Pontificum electionem man-
 nus immittant. Atque iure existimabit horum pessimos suafortes hostes esse eiusdem Ro-
 manae Ecclesiae infensissimos, procos inquam illos impudentissimos & procacissimos
 (quos numquam Deus esse permittat, nec fieri voti compotes) nefarios dico illos summae
 dignitatis sicut auidissimos ita & audacissimos competitores, qui turpis assentationis le-
 nocinio, vt ad Petri cathedram sibi parent accessum, ad subijciendam ipsam iisdem Prin-
 cipibus sæcularibus, dantes manus iisdem, vt serui dominis famulantur, atque indignè
 nimis & turpiter assentantur.

Qui verò eidem sanctae Sedi bene cupiunt, atque consultum volunt impertitæ ipsi
 per Petrum à Christo diuinitus libertati, & zelo exæstuant paternarum legum: cum
 quid huiusmodi fieri viderint (quod numquam videri contingat) magno animi vigo-
 re & fortitudine semper ex aduerso consurgant, omnique conatu resistere obstiterique
 sacerdotali constantia non formident: robustoque & obfirmato pectore obijciant se
 pro muro domui à Israël, atque etiam, si opus sit, lucroso vitæ dispendio veloces
 occurrant, ne castissima atque sanctissima Mater nostra, princeps omnium Ecclesiarum,
 ipsa Romana Ecclesia prostituarur Principibus sæcularibus pro ipsorum arbitrio abu-
 tenda; sed Christi sanguine partam, defensamque sanguine, sanguine pariter sibi sta-
 tuant conferuandam semper illesam auream eiusdem Ecclesiae libertatem. Hæc licet obi-
 ter dicta, perpetuè tamen maneant vt in ærea fufum columna de incolunitate sanctae
 Romanae Ecclesiae aduersus infestiores hostes iugiter conferuanda, semper loquens im-
 mò clamans indelebile monumentum posteris profuturum. Iam verò, his occasione sæ-
 culi calamitosi monitionibus opportunè præmissis: quæ nobis occurrunt in agro sterili,
 spicas tenues colligamus.

Hoc anno Stephanus Apostolicæ Sedis inuasor & ipse pulsus, detruditur in carcerem,
 vbi pariter strangulatur. ista quidem ex eius sepulchri epitaphio nota sunt, quæ temporis
 obscuritate à nullo scriptore inuenimus enarrata. Petrus Manlius, qui sub Alexandro
 Tertio vixit, collegit sanctæ Vaticanæ basilicæ vetera monumenta in libellum vnum,
 quem imperitia scriptorum admodum deprauatum, plurium exemplarium adhibita di-
 ligenti collatione, quantum licuit, emendauimus: in eo autem inter alia inuenimus eius-
 modi epitaphium à Sergio Christophori successore, ipsoque pariter Sedis Apostolicæ in-
 uasore, post annos decem ita descriptum:

* ALVII.
 EPITAF-
 PHIVM
 STEPHANI
 PAP.

Hoc Stephani Papæ clauduntur membra locello:
 * Sextus dictus erat ordine quippe Patrum.
 Hic primum repulit Formosi spurca superbi
 Culmina qui inuasit Sedis Apostolicae.
 Concilium instituit, praesedit Pastor & ipsi
 Leges satis fessis * iure dedit famulis.
 Cumq; pater multum certaret dogmate sancto,
 Captus, & à Sede pulsus, ad ima fuit.

Carceris

A Carceris interea vinculis constrictus, & vno
 Strangulatus * verbo, exiit & hominem.
 Post decimumq; regens Sedem eum transtulit annum
 Sergius huc Papa, funera sacra colens.] Ita quidem passus facinorosus
 homo, qui que vt fur & latro ingressus est in ouile ouium, laqueo vitam ad eò infami exitu,
 vindice Deo, clausit.

Ita quidem omnia Romæ tam sacra quàm profana factionibus miscebantur, vt pe- VII.
 nes illam partem esset promotio ad Apostolicam Sedem Romani Pontificis, quæ po- STATVS IN-
 tentior appareret, vt modò Romanorum proceres; modò Etruriae Princeps intrude- FELIX ROM.
 ret sæculari potentia quem vellet, & deijceret quem posset Romanum Pontificem ECCLESIAE.
 à contraria factione promorum. Quæ toto hoc fermè læculo sunt aditata, quousque
 Germaniae Imperatores Ottones medij intercessere vtrique parti contrarij, arrogantes
 licet & ipsi sibi pariter Papæ electionem atque electi deiectionem.

B Inter hæc autem præualente in Vrbe Romanorum factione aduersus Adelbertum VIII.
 Tusciae Marchionem, sublato de medio (vt audistis) Stephano dicto Papa Sexto, creau-
 erunt quemdam nomine Romanum, patria Galefanum natum patre Constantino, quem
 tradunt vixisse tantùm menses quatuor & dies viginti, quoniam mense vel die, ex antiquis
 haud facile potest accipi monumentis.

C Quod autem ad tempus Sedis Stephani, vsque ad postrema tempora anni huius per- IX.
 uenisse, ex diplomate priuilegij concessi monasterio S. Vincentij ad fontes Vulturni pos-
 sumus intelligere, quod datum habetur mense Septembri, iam inchoata Indictione
 quarta; hæc enim in eius sine leguntur: Scriptum per manum Andreae Scrinarij sanctae
 Romanae Ecclesiae mense Septembri, Indictione quarta, datum per manum Stephani
 Primicerij anno Pontificatus domini Stephani * Sexti, quinto.

Eodem anno laudatissimus illè, de quo saepe superius, Archiepiscopus Rhemenfis Eccle- X.
 siae Fulco, columnen Francorum Ecclesiae, iussu impij Balduini Flandriae Comitum interfici-
 tur, quod ipsum inuadentem res Ecclesiarum priuatis litteris atque synodalibus monue-
 rat, atque arguerat sacerdotali libertate pariter & charitate, cuius rei causa potissimum sibi
 eum reddidit perinfectum. Hic ille est Balduinus, qui Caroli Calui Regis filiam Iudith
 viduam sibi rapuit in vxorem, de quo plura superius sub Nicolao Romano Pontifice: Pro-
 pinquior autem illatæ necis illa causa præcessit, quòd Abbatia sancti Vedasti, quam inua-
 lerat & possidebat, per Regem ab ipso vendicata fuerat, cuius rei gratia sub pacis inuolu-
 cro hostilem occultans animum, idem Balduinus ipsum crudeliter per suos satellites ne-
 candum curauit. Quomodo autem hoc se habuerit, à Frodoardo sic accipe: XI.

Cuius, inquit, anxietatis, Abbatiae causa sublatae, dolore succensus tam Balduinus,
 quàm omnes ciues Comitatus, dum quærent qualiter se vlscisci possint, amicitiam cum
 eodem præfule sancire se fingunt, quærentes vltionis locum, explorantesque quando è
 metatu suo ad Regis Collegium, stipatoribus vallatus proficisci soleret. Quadam die
 dum paucis admodum comitatus Regis peteret alloquium: eum in via Duce quodam
 Vuinimaro aggredientes intercipiunt. & primum quidem quasi de amicitia, & de recti-
 peratione Balduini affantur; demum verò improuifum lanceis impetunt, prosternunt, XII.
 & perimunt. Quidam verò suorum sese ob nimium eius amorem super ipsum proster-
 nentes, pariter cum eo transfixi & interempti sunt. Ceteri qui superfuere, iis qui ad ho-
 spitalia remanserant, hoc maximi doloris sui nuntium portant. Qui rei nouitate percul-
 si, armisque muniti, percussores Episcopi conantur vltione adoriri. Quibus minimè re-
 pertis, exanimis immensis euulantes plangoribus corpus leuant, & secum ingenti suo-
 rum omnium luctu, Rhemensem ad urbem deferunt. Vbi tamen lotum corpus eius &
 dignis exequiis honoratum, decenti est sepulturæ mandatam. cuius Antistitis hoc ha-
 betur epitaphium:

S. FVLCONIS.
 Hoc tumulo magni Fulconis membra teguntur
 Rhemorum sedis praesulis egregij.
 Germine nobilium quem Francia protulit ortum,
 Aulag; de scholis sumpsit & excoluit.
 Hunc Deus assumptum statuit virtute probatum
 Ecclesiae speculum, pontificemq; piuum.

XII.
 EPITAF-
 PHIVM
 S. FVLCO-
 NIS EPISC.
 RHEM.

Ggg 4

Septenos,

CHRISTI 900.

STEPHANI PAP. VII. 4.

LVDOVICI IV. IMP. I. LEONIS VI. IMP. IS.

Septenos denosq; simul qui prafuit annos, Tres menses, denos in super atque dies. Auxit Episcopium, superaddens plurima rerum, Urbis & istius moenia restituit. Orbis honor, patria tutor, pietatis amator, Pro studio pacis confoditur iaculis. Septennum denumq; diem iam mensis agebat Iunius, & dira morte peremptus obit. Cui Matris Domini, pariter quoque presulis almi Remigij pietas obtineat requiem. Amen.]

XIII. At quæ dira secuta sit vltio viri sanctissimi interfectorem ipsum Ducem, idem qui supra B Frodoardus ita mox subiicit: Denique Vuinismarus eius interemptor ab Episcopis Regni Francorum est cum suis complicitibus excommunicatus & anathematizatus; insuper inanimabili à Deo percussus vlcere, ita vt putrescentibus carnibus, & exundante sanie, viuis deuoraretur à vermibus. Et dum propter immensitatem fœtoris nullus ad eum accedere posset, miseriam vitam miserabili decessu finiuit.] hæc de vltione diuina in sacrilegum Ducem Frodoardus, qui vbi & epistolas ab ipso ad diuersos scriptas enumerauit, earumdemq; argumenta perstrinxit, quibus res ab eo præclare gesta faciliè innotescunt: subiicit eiusmodi narrationem de Ecclesia Rhemensis ab ipso mirificè illustrata, & inter alia de reductione corporis sancti Remigij: Venerabile quoque beatissimi Remigij corpus ab Orbacensi monasterio ad urbem Rhemensem reuocauit. In qua relatione multa & magna sunt ostensa miracula superiùs à nobis partim declarata. Eo tempore Northmannis Francorum terras infestantibus, & diuersa loca depopulantibus, hic pontifex plures tam sacerdotes, quàm ceteros clericos & monachos ad se vndecimque confluentes benignè suscepit, & paternè fouit: inter quos etiam monachos sancti Dionysij cum ipsius martyris pretioso corpore, aliorumque Sanctorum pignoribus recepit & aluit; corpus etiam beati Callisti, concessa sibi vel Ecclesie Rhemensis Abbatia eiusdem Sancti, Rhemos deduci fecit, & post altare sanctæ Mariæ venerabiliter collocauit. iuxta illud pignora beati Nicasij & sanctæ sororis eius Eutropiæ ab Ecclesia tituli sancti Agricolæ honorificè delata constituit, &c.] subiicit de alijs Sanctorum corporibus in eandem Rhemensem Ecclesiam per eum translatis. De scholis verò ab eo institutis subiicit ista: Vocato Remigio Antistidorensi magistro, liberalium artium studiis adolescentes clericos exerceri fecit, ipseque cum eis lectioni ac meditationi sapientiæ operam dedit, sed & Hucbaldum sancti Amandi monachum, virumque disciplinis sophicis nobiliter eruditum accersiuit, Ecclesiamque Rhemensem præclaris illustrauit doctrinis.] huic autem tanto pastori, idem auctor tradit subrogatum hoc eodem anno Heriueum siue Herueum dictum, virum pariter ab eodem satis laudatum, de quo inferiùs suis locis dicendum erit.

S. EVLECO- NIS DIGNA OPERA.

XIV. ENCAENIA COMPO- STELLANA. a Amb. Mo- val. Chron. Hist. an. li. I. cap. 20.

Hoc item anno Ecclesie Compostellanæ ab Adefonso Magno erectæ Encænia sunt celebrata, quæ licet in aliud tempus facta referant alij: ex diplomate tamen hoc anno contigisse, exploratum reddit a Ambrosius Morales, cuius nota temporis ita in fine descripta habetur: Facta donationis charta, anno trigesimoquarto Regni religiosi Principis Adefonsi, præsentibus Episcopis & Comitibus in medio Ecclesie Dei, die Dedicationis templi, 11. Nonas Maij, Era nouiescentena trigesimo octaua.] est hic ipse annus Redemptoris nongentesimus. porrò rei gestæ historia describitur à Sampyro antiquo Chronographo, qui inter alia cum & altaria consecrata ab Episcopis narrat, eos non esse ausos tangere altare, quo venerandæ reliquiæ sancti Iacobi continebantur, quod consecratum iam antiquitus esse putarent, affirmat. quomodo autem post hæc, vndecim elapsis mensibus, ex concessione eiusdem Ioannis Octauj, vt superiùs dictum est, congregatum est Concilium Ouetense, suo loco anno sequenti dicetur.

XV. Eodem anno, de Imperio in Italia acerrimè certatum est: defunctis enim anno superiori duobus Imperatoribus Arnulpho atque Vuidone sibi inuicem aduersantibus, rursus eadem ex causa ruunt in arma Berengarius Dux Foroiulienis, atque Ludouicus Bosonis filius. De his agens Luitprandus, hæc in primis habet de Berengarij conatu: Vuidonis obitu Berengarius vt audiuit, venit festinus Papiam, Regnumque potenter obtinuit.] & alibi: Inter Ludouicum & Berengarium in Italia plurimæ con-

CHRISTI 901.

IOANNIS PAP. IX. I.

LVDOVICI IV. IMP. 2. LEONIS VI. I M P. 16.

A gressiones fiunt. Nouissimè Ludouicus Berengarium fugat, Romam ingreditur, vbi à summo Pontifice coronatus, Imperator appellatur.] hæc ipse de Imperio Ludouici, qui eo positus est (vt ait) vsque ad annum Domini nongentesimum quartum, quo ab eodem Berengario Imperio captus, oculisque priuatus est, vt suo loco dicetur.

IESV CHRISTI IOANNIS PAP. IX. LVDOVICI IV. IMP. 2. ANNVS 901. ANNVS I. LEONIS VI. IMP. 16.

A N N V S Redemptoris nongentesimus primus, Indictione quarta incipit, quo defuncto Romano Pontifice subrogatus est Theodorus Secundus eius nominis, patria Romanus ex patre Photio, qui sedit tantum diebus viginti. quoniam autem die obierit, antiquorum nemo prodit; recentiorum fides ex diuinatione comparata vacillat. Theodoro autem subrogatur Ioannes Nonus patria Tiburtinus patre Rampoaldo, professione monachus, ordine diaconus, de quo suo loco plura dicturi sumus.

THEODORUS PAPA. IOANNES IX. PAPA.

Eodem anno Nicolaus cognomento Mysticus, ita ex præfectura antea nominatus; Constantinopolitanus Episcopus cum sedisset annos vndecim, è throno deponitur iussu Leonis Imperatoris. ita habet Græcè scripta series Constantinopolitanorum Episcoporum. Quænam autem causa præcesserit eius deiectionis, narrat Curopalates in ipso Leone Imp. nimirum quòd cum Imperator, tertia vxore defuncta, quartam superinduceret, Zoën nomine, eas nuptias Nicolaus Patriarcha benedicere recusauit, sed & Thomam presbyterum qui benedixit, presbytetè honore priuauit. Quin insuper ab ingressu Ecclesie Imperatorem prohibuit: qui licet rogatus, cum recipere in Ecclesiam eum nollet, persuasione Samonæ patricij Imperator eum à folio exturbatum exulare iussit, relegarique in monasterium ab ipso conditum dictum Galactenorum. Facta sunt hæc initio mensis Ianuarij. cum nec multo interlapso tempore, substitutus est in locum eius Euthymius, vir pius & summa virtute præditus, quem aiunt, sacerdotium renuentem diuino fuisse oraculo impulsus, vt illud susciperet.] hæc Curopalates. Fuir iste Euthymius genere Isauricus, professione monachus, qui in monte Olympo diu monasticam vitam exercuit, inde translatus ad monasterium ad Sinuum Astatonum positum; cumque venisset Constantinopolim, ab Imperatore cognitus, Patriarchæ Syncellum constituit, quo cieto, suffragio totius Ecclesie deligitur Patriarcha. hæc omnia de ipso habet Areta Casariensis Archiepiscopus in oratione funebri in eius translatione habita. subiicit autem his ista Curopalates:

II. NICOLAY MYSTICVS BICITVR. EUTHYMIVS PATRIAR- CHA CON- STANTE- NOP.

Cogitabat Imperator, sibi multis viris ad id operam nauantibus, legem ferre, qua liceret homini eidem tres vel quatuor vxores ducere, verum hoc omnibus viribus prohibuit fieri Patriarcha.] hæc cum audis, ne putes introducere sua lege voluisse Imperatorem, vt vir tres vel quatuor vxores simul habere posset, minimè gentium, sed successiuè, vna defuncta, acciperet aliam vsque ad dictum numerum quaternarium. Porrò iam antea promulgata ab eodem Imperatore constitutio fuerat, quæ prohibuit tertium matrimonium, vt illud contrahentes pœna per sacros Canones statuta plesterentur, sic enim ipsa se a habet:

III. Leon. Imp. Const. 30.

Opertebat nos. & infra: Multorum brutorum animantium genera, conitige mortuo, perpetuam viduitatem amplectuntur, alterisque nuptiis priores, velut congesta terra obtegere nolunt. Verum quoniam hanc imbecillitatem turpem non esse, quamquam turpissima sit, existimans natura primo suo matrimonio contenta non est, sed nullo pudore tacta, ad secundum etiam procedit. Quin cum illam hic saltem sistere deberet, non tamen id facit. Et quamquam per sacram legem non liceat, à secundo matrimonio ad tertium prorumpit, haud dubiè constitutam in tertium matrimonium pœnam, quòd non exerceatur, contemptui habens, idque eò magis quòd ciuilis lex, qua nescio de causa Spiritus pœnam constituentis decreto non consentiat, sed hos à reprehensione porrò liberat, qui post alterum matrimoniale consortium à matrimoniis abstinere nolint. Idcirco quæ Spiritui placent, sequentes, statuiimus, vt qui ad tertium matrimonium peruenerint, pœnæ, quam in ipsos facer Canon b promulgauit, obnoxij sint.] hæcenus Leonis constitutio. Verum qui hæc sanxit, tertia defuncta, adhuc quartam vxorem accepit, cuius rei

IV. LEONIS IMP. LEX DE TRIGAMIA. b Cœcil. Neoces. c. 3. 7. Basl. ad Amphil. c. 4. 32. q. 1. De his qui.

rei causa à Nicolao Patriarcha ab Ecclesia eiectus est, omnesque turbæ illæ sunt subsecutæ A in eius eiectione & Euthymij subrogatione, cum schismate diuisa Ecclesia illa, Nicolao alij, alij verò Euthymio inhærent.

V. At quomodo se habuerit quadrigamia ista Leonis Imp. in coniugum successione, sic accipe ex præambulis Constantini in Porphyrogegni ad edictum vnionis:

Juris Orientalis lib. 2. Nouel. DE QVA-TVOR LEONIS VXORIBVS.

Imperator ille doctissimus Leo primam quidem vxorem habuit sanctam Theophanonem, ex qua filiam procreauit. Sed ea citò rebus humanis excessit. Itaque cum hæc sancta mulier migrasset ad Dominum, Zoæ, Styliani Tzautzæ, qui ex proceribus & amicis Imperatoris erat, filia iungitur. Illa quoque breui temporis spatio sine liberis extincta, tertiam duxit vxorem Eudociam ex Opsicij prouincia oriundam, olim dicta Meonia, formæ nomine selestam: quæ in puerperij doloribus vnà cum infante moritur. Imperator autem ineffabili dolore correptus, quòd nullos sustulisset liberos, eorum gignendorum desiderio quartam quoque duxit vxorem Zoan Carbonopsinæ filiam, quæ ei Constantinum parit. Verùm Patriarcha Nicolaus & Metropolitanus Imperatorem ab Ecclesia segregant, eamque segregationem nonnulli pontificum breui spatio definiendam, non in longum tempus extendendam aiebant, illis in hoc non assentientibus. Itaque diffidia inter eos erant, magnaque seditio, atque Imperatorem magnopere deprecantem & orantem alij recipiebant, alij contumaciter reiiciebant.

VI. ELECTO NICOLAO SVBROGATVRE EUTHYMIVS.

Cum autem Princeps ipse prudens esset, atque vnde discordia pontificum orta esset, haud ignoraret: loco Patriarcham Nicolaum mouet, Ecclesiæque finibus expellit, vt mendacem, & qui multoties quidem iureiurando confirmasset ac promississet, se Imperatori gratiam pœnæ facturum, at totidem vicibus animum mutasset, remque data opera extraheret. Eius loco Patriarcham constituit patrem suum spirituales Euthymium, virum multis annis exercitatione solitaria nobilitatum, denique prophetici spiritus participem. Is Imperatorem à pœna facit immunem, atque à vinculo diuturno liberat, & ad communionem admittit. sed erant adhuc multi pontifices, qui dispensationi Patriarchæ non assentiebantur, præsertim ij, qui ab expulsi Nicolai partibus stabant.] hæc de his ibi, quibus apertam habes causam scissionis Constantinopolitanæ Ecclesiæ, ita diutius permanentis.

VII. At ex epistola eiusdem Nicolai ad Romanum Põtificem scripta, cum ab exilio est reuocatus in suam sedem, quæ vnà cum alijs eiusdem Patriarchæ epistolis ad nos ab Aloyfio Lolino Episcopo Bellunensi missa est ex sua bibliotheca Græcis libris opulenta, multa narrantur, quæ in recitatis desuper monumentis desiderantur, nimirum, antea à Zoë genitum filium, quàm de matrimonio cum ea contrahendo, ea fuerint actitata. Insuper quòd cum mirum in modum isdem nuptijs idem Patriarcha fuerit refragatus, ab eodẽ Imperatore fuisse legationem missam ad Romanum Põtificem, qui super eiusmodi matrimonium dispensaret; inuentumque tunc sedere Sergium, qui missa ea de causa legatione Constantinopolim, per eam idem quartum Imperatoris contractum cum Zoë matrimonium ratu haberi voluit; curauitque vt eidem contradicens idem Patriarcha Nicolaus in exilium mitteretur; quod & factum est statim. leges ista locupletius scripta in dicta eiusdem Nicolai Patriarchæ epistola ad Romanum Pontificem data, describenda inferius suo loco, eo tempore, quo ipsa reperitur fuisse cõscripta, anno videlicet Redemptoris nongentesimo duodecimo.

VIII. Quod verò ad Theophaniam seu Theophanonem primam Leonis coniugem Augustam spectat, magnæ sanctitatis femina habita est, aded vt edidisse quoque miracula feratur, quorum gratia vbi defuncta est, inter Sanctos à Græcis annumerata est die decima sexta Decembris, hoc elogio:

Beatæ Theophaniæ Leonis sapientissimi Principis sponsæ memoria.

IX. THEOPHANIA AVGVSTA SANCTA.

Beatæ Theophania Constantinopoleos fœtus & Regina, Constantini filia fuit illustris, trium Imperatorum consanguinea, cuius mater Anna similiter erat sterilis vt illa prior Anna Samuelis prophætæ genitrix, sed cum viro frequenter orans sanctam Dominam nostram Dei Genitricem, quæ præsertim ad Bassi colebatur, sanctam concepit Theophaniam, & natam virtutibus instruxit, literas quoque docens. Cum verò Basilius illustris Imperator filio Leoni sapientissimo vellet vxorem coniungere, nec hac meliorem inueniret, ipsam illi desponsauit. Coronata verò & Imperatrix effecta, pauperum tamen non obliuiscatur, sed solitam retinens virtutem & eleemosynam, Deo, qui sibi celorum quoque donauit Regnum, piè famulabatur.] hæc ibi. porro Glycas de eius

A eius miraculis meminit. Addit Curopalates, eundem Imperatorem Leonem in honorem Theophaniæ defunctæ coniugis erexisse templum pulcherrimum proximum Ecclesiæ sanctorum Apostolorum.

Post hæc autem in magnum vitæ discrimen adductus est hoc eodem anno idem Leo Imperator, dum procedens solemnè pompa ad Ecclesiam sancti Mocij martyris ex antiqua Imperatorum consuetudine, ab infano percussus veste in capite, cui prædicitur à Marco Abbate fore vt non moreretur, sed ad decennium vitam propagaret. quod & factum est. porro solemnè illa processio ab eodem Imperatore sublata est.] hæc Curopalates & alij pluribus. At de rebus Orientalibus hætenus, ad Occidentales euocatur oratio.

Eodem anno, mense Martij, vndecim elapsis mensibus post Encænia Compostellana, de quibus superius dictum, celebratum est in Gallæcia Ouetense Concilium, vt iam à tempore Ioannis Papæ Octauo fuerat ordinatum, sed propter ingruentia bella dilatum. In quo inter alia ex eiusdem Pontificis concessione ipsa Ouetensis Ecclesia, cum Adefonsus Magnus illic regiam sedem collocasset, Metropolitana aucta est dignitate. Interfuit inter alios huic Cõcilio Theodulphus Episcopus Legatus missus à Rege Francorum. reliqui autem qui ex propinquis Ecclesiis cõuenere, numerati sunt decẽ & septem Episcopi. Primum igitur omnium (quod dictum est) constituta sede Metropolitana Ecclesia Ouetensi, Ermenegildus eius Antistes Archiepiscopus est appellatus, sicque ea dignitas, quæ antea inhærebat Ecclesiæ Lucensi illi proximæ, in Ouetensem est tunc translata. Actum est etiam vt inuigilarent Episcopi atque ministri eius Ecclesiasticæ disciplinæ, cuius rei perficiendæ causa, bis in anno (vt antiqui Canones docent) Synodum cogerent, in qua ea quæ essent emendanda corrigerent. Additum præterea vt Episcopi illarum Ecclesiarum, quæ fuerant à Sarracenis destructæ, Ouetum se conferentes, in ea Ecclesia militantes, stipem consequerentur, curantes alias circumpositas sub eadem diocesi constitutas Ecclesias. Accidit autem, vt ex multitudine Episcoporum sedibus carentium, & Ouetum confluentium, dicta reperitur ab antiquis Ouetum Ciuitas Episcoporum. His constitutis, appositum est anathema ea non seruantibus. Ab ipsoque Rege hortatorio ad Episcopos sermone dicto, atque ab Ermenegildo iam Archiepiscopo eiusdem generis oratione habita, Episcopis ex more acclamantibus, laudarunt Regem, qui ingentia largiendia eidem Ecclesiæ Ouetensi tribuit, & concessa à prædecessoribus eidem priuilegia confirmauit. His autem & alijs ad politicum totius Regni statum pertinentibus constitutis, absoluta est Synodus die decima quarta mensis Iunij, Era nongentesima trigesima nona, præsentis scilicet anno Redemptoris nongentesimo primo. porro ipsa integra eiusdem Concilij Acta ab eodem, quem diximus, Sampyro exactè descripta leguntur, cuius ad maiorem veritatis elucidationem tu legas quæ ab Ambrosio Morale sunt declarata, & nomina Episcoporum posita, à quo & quæ singulis Episcopis sede carentibus datæ sunt Ecclesiæ in eadem diocesi Ouetensi, ex antiquis pariter monumentis proditur in lucem.

Eodem anno Eduuardus Rex Angliæ filius Aelfredi Regis in Regem coronatus, ob sanctimonialis virginis raptum. parauit exercitum aduersus raptorem Aethelualdum Clitonem suum propinquum, qui tantum sacrilegium perpetrarat, adegitque eum licet potentem in fugam, sanctimonialemque illam in suum monasterium, quod sancta Cuthburga Inæ Regis germana construxerat, reuocauit: hæc pluribus ex antiquioribus monumentis Matthæus V uestmonasteriensis hoc anno.

E IESV CHRISTI IOANNIS PAP. IX. LVDOVICI IV. IMP. 3. ANNVS 902. ANNVS 2. LEONIS VI. IMP. 17.

R EDEMPTORIS annus nongentesimus secundus sequitur, Indictione quinta, quo (vt colligitur ex Curopalata atque Cedreno) contigit expeditio Himerij à secretis Imp. Leonis primarij aduersus Sarracenos, quando reuelari contigerunt res admirandæ Theodistæ Lesbæ in eremo Paros insulæ vitam degentis. Elegans est historia, & omni fide scripta à Legato eiusdem Imperatoris tunc missio in Cretam insulam ad Arabes ibi degentes. sic enim se habet:

Cum

XI. LEO IMP. IN CAPITV PERCVTI-TVR.

XI.

OVENTENSE CONCILIVM.

XII. EDVWARDI REGIS DIGNVM FACINVS.

II. Cum essem aliquando in⁴ Paro insula: fui autem. Nauigabam enim in Cretam, a beato & pio Imperatore missus, qui fuit re vera felix, & ciuitatem Romanorum simul cum suo sepulchro sepeliit. Mittebar autem, partim quidem simul militans cum clarissimo illo Himerio, viro ducendi exercitus peritissimo, qui vniuersæ classi imperabat, & (vt verius dicam) ipsis etiam animi perturbationibus. Ne verò si de eo quod est laudibus dignum, de imperatoria inquam eius virtute, leuiter & per transitum dixerò, eius paruam faciens mentionem, eum afficiam dedecore, vt qui taceam præclara eius facinora, quæ non potest consequi oratio: accedo ad præfens argumentum, illius mentionem opportunè facturus. Mittebar ergo cum illo militaturus, & deducendus ad actiones artis Imperatoriæ, non secus ac pullus ad matrem, ad præclarissima eius stratagemata exiliens. is autem erat scopus & propositum beati Imperatoris, partim autem legatione functurus ad Arabes, qui tunc tenebant Cretam.

III. Cum autem fuisset in Io insula, & ne vterius progredieremur ventus aduersus prohibuisset: nauigauimus in Parum, in transitu visuri situm insulæ, & contemplaturi quod illic esset templum Dominae nostræ Dei parentis. Cum autem delati essemus in portum, qui spectat ad Naxum (is verò sensim & paulatim fit profundus, apteque & eleganter sedet à fluctu, perinde ac si esset ad hoc constructus, & montis concauitate inclusus, vt facile hiemarent & æstiuarent nauigia) descendimus, & cum Parum processissemus, ad templum venimus. Cum autem thurificassemus, & de more precati essemus, admirantes id circumibamus. Erat verò id aspectu dignissimum, & seruans adhuc reliquias veteris pulchritudinis. Erat enim iusta vndique contructum symmetria, & frequentibus erat fultum columnis ex lapide basilico, & scæto lapide vestiti erant eius parietes non secus ac columnis. Lapidem verò aded tenuem & subtilem fecerat artifex, vt viderentur parietes induti esse textis bysinnis. Marimoreus verò nitor tantum ostendebat candorem & splendorem, vt vel margaritarum superaret fulgorem. tam egregius erat lapis, vel potius studium artificis, qui etiam contendit naturæ tribuere similitudinem. Cum autem venerandæ & diuinæ mensæ quod est supra impositum tegumentum, intra portam vidimus, stupuimus elegantiam: ita erat ornatum, vt non videretur habere naturam lapidis, neque ferro & arte, & manibus esse excisum, sed simile erat cuidam succo lacte commixto, cuius suffusio fabrefacta erat ad recti figuram. Tali ergo lapide vidi aliquando lunam curram agentem tauris.] At hinc obiter in mentem venit quod dicebat Cicero lepidè satis admiranti muros ciuitatis insulæ Pari ex candidissimo Pario structos lapide: magis fuisse mirandum, si ex Tiburtino lapide ædificati fuissent, quòd scilicet haud admiratione dignum videretur in Paro insula Pario lapide constructi ædificia. Pergit auctor: Atque iacebat illud quidem contractum. nos autem cucurrimus & propè steterimus execrantis & maledictis omnino insectantes eum qui contriuerat. erat omne id donarium domo Dei planè dignum.

IV. Cum ergo astaremus & admiraremur, & in eum qui confregerat, exclamaremus: videmus repente monachum profectum è solitudine, & progredientem nemore, & ad nos venientem vultu pallidum, genis macilentis, nudis pedibus, totum squalidum, tunica è pilis contexta, super humerali & capitis tegumento tunicæ similibus, zona pellicea cinctum circa lumbos, perinde ac feram hirsutum, tamquam Angelum propitium: neque enim erat similis viro qui cibo vescitur, sed carnis propemodum experti & exangui, & vt semel dicam, virtutum vel ipsius potius Dei habitaculum. Accedens ergo, nos salutauit, & nos eum vicissim. & rogauimus vt diceret, quisnam esset, patriamque & genus, & an solus hinc viueret. Patriam quidem (inquit) & genus, & alia quibus gloriantur ij qui habitant ciuitates, non possum dicere: neque enim est mihi curæ aliquid ex iis quæ sunt in terra, neque delector iis quæ fluunt. Pater mihi & Dominus est Deus, cui soli vitam ago, propter quem solus per hanc errans solitudinem plusquam triginta annis perseuero. Est autem mihi nomen Simeon, dignitas autem, humilis monachus & sacerdos, & minister & mysta viui & incruenti sacrificij. Nos autem viri virtutem reueriti tam ex verbis quàm ex aspectu & indumentis, præterea verò ex exercitatione, & maxime quòd erat Dei sacerdos, ad pedes eius procidentem, preces postulauimus & veniam, quòd eum dignauerimus. Ille autem est precatus, & porrexit verba exhortationis, & iussit vt nos ipsos attenderemus, & non essemus tristi & anxio animo. Est enim, inquit, Deus misericors & patiens, & eos qui ad ipsam conuertuntur, vltis excipit sicut filium prodigum. Cum has & huiusmodi aliàs dedisset exhortationes, siluit.

Apud Metrophr. die 10. Nouemb. & Ser. tom. 6. EXPEDITIO HIMERII IN SARRACENOS.

PARIVM TEMPLVM DEI GENITRICE EX PARIO LAPIDE.

SIMEON SANCTVS ANACHORETA.

Ego

A Ego autem cum essem curiosior, & satis pulchrè viri mores intelligerem: rogavi magni, & supplex ab eo petij, vt nos doceret aliquid ex iis quæ sunt nobis arcana: neque enim mihi videbatur esse expers diuinæ consuetudinis. Ille verò, De his quidem, inquit, satis non dum enim sum dignatus talibus. Huc enim veni vt mea lugerem, non vt quæ sunt supra me quærerem. Hæc autem dicebat, an fingens, an vera dicens. Cum me autem dextera apprehendisset, & demulsisset tamquam iam familiaris, etenim sic eum affecit simplicitas: animæ enim magnorum virorum cum sint participes eius quod est præstantius ad ipsum contendunt accedere, & ipsius primi boni participatione fiunt omni ex parte boni, sinceri, simplices, separati ab his omnibus quæ sunt in nobis, quomodo etiam hic magnus, cum esset iucundus & bonus, videbatur deinceps, eò quòd esset alienus à simulatione, esse vnus ex nobis. Deinde iussit nos sedere in sedibus arte non elaboratis, sed quæ se fortè obtulerunt. Erant autem lapides & columnæ, ex eo quod corruerat, & herba densa & viridis, & fons, ex quo scatebat aqua dulcis ad bibendum, & totus locus erat plenus quiete, & silentio, & diuinis dignis narrationibus. Cum ergo sedisset super herbam, & me iuxta sedere fecisset, videbatur lætari quòd in nos incidisset. Fixis autem ego eum intuens oculis, Tempus est tibi, inquam, o pater, narrandi si quid hinc vidisti pulchrum & dignum quod referatur. Sed iam loqui incipe, & refer: quisnam confregit mensæ diuinæ operculum, & quænam est ea fera & agrestis anima, quæ ausa est tale opus confringere? etenim cogitabam eum paulatim inducere ad perfectiora. ille verò dicere cœpit:

Audisti de illo Nyfiri qui imperauit Cretæ copiis naualibus. Is cum hinc fuisset, & admiratus esset eius elegantiam, in animo habuit id in Cretam transmittere. Postquam autem portas est dimensum, & deinde hoc sacrum & diuinum testum, & pulchrè visum est se habere: deiecit humi, & ad portas traxit, vt duceret. Id verò repente factum est maius & maius, idque sæpè donec tandem cessit Arabs. Cum autem frustra laborasset, & scopum non potuisset attingere (nolebat enim, vt videretur, res diuina inquinari, & execrandis seruire sacrificiis: studebat enim, vt dicitur, id deponere in synagoga donanorum Agar) furorè correptus, cogitabat id confringere. Hæc eum audissem, maledictis insectabar sceleratum illum & execrandum. Ille autem dicit: Ne cures: Dedit autem is haud multo post poenas insolentiæ, vt qui nauem fregerit in Eubœæ promontorio, quod vocatur Xylophagus, & fuerit in eo submersus.

Rogavi autem diuinum illum virum, vt cibum sumeret, & vt consolaretur animi nostri ægritudinem, susceptam propterea, quòd non vterius procederet nauigatio. Videbamus anni tempus terere, aduersis ventis nobis spirantibus. Ille verò cibum sumpsit, & nihil celans, mihi dixit: Nauigabis quidem Naxum, & cum illic in portu nauem tenueris vno die, secundo die post nauigans, tertio die venies Cretam, nihil aduersi reformides, & tibi impositum munus obis vt voles, & vt tibi iussit Imperator, & reuersus pulchrè accipietis ab eo qui te misit. Atque hæc quidem postea facta sunt, vt ille dixit, & finem acceperunt. Cum autem precati essemus, & hymnos in templo dixissemus, descendimus in nauim cum magno illo sene. Manè autem transisimus in Naxum, cum esset fretum solùm decem stadiorum. Ipse verò cum Deo diuinum peregrisset ministerium, & nos diuinis impertuisset Sacramentis, nobiscum cibum sumpsit.] sumpto cibo, quæ rogauit eum vt scriberet sunt ista:

Venatores quidam ex Cretæ insula huc venerunt non multis ab hinc annis. Habet enim insula magnam copiam ceruorum & caprearum. Eorum vnus vir pius, & qui suæ curam gerebat animæ, narrauit narrationem valde consentaneam Dei magnificentia, qui suo tempore facit mirabilia, & quæ sunt præter hominum opinionem. Venit, inquit, aliquando huc venator, & cum ascendissem ad diuinam ædem Dei Genitricis, adorauit, & precatus sum sicut mihi semper erat mos. cum autem post preces circumspexissem, vidi in solo parum aquæ in fossa, & pauca grana lupinorum, quæ madefiebant. Locus enim hic alit lupinos, quomodo reliquæ insulæ herbas diuersas: nam alia quidem producit magnam marathri multitudinem, aliæ autem solum modò rutam, & alia saturciam, & alia thymum, aut aliquid aliud. quod verò fert inter omnia eximium insula, hoc magis nutrit, quàm alia, redditque floridus. Vidi ergo lupinos qui reddebantur teneri, & me quædam subiit cogitatio, quòd esset omnino aliquis, qui hos demississet in lacum, & quòd, vt est verisimile, vir aliquis diuinus hanc habitet solitudinem. Hoc ego reputans, festinabam venire ad focios qui iam intrauerant siluam. optabam autem magnam hanc prædam

Annal. Eccl. Tom. 10.

H h h

prædam

VI. NYFIRI DUX ARABVM TEGUMENTI AL-TARIS FRACTOR.

VII.

VIII.

DE THEO-CRISTE HISTORIA.

prædam consequi; sperabam enim fore, vt magnum aliquod lucrum ab eo acciperem: & cum multum quidem venati essemus, tendebamus ad nauem. sed illi quidem iuerunt ad nauem, ego verò me conuerti ad preces. Ingressus itaque hoc templum Dominæ nostræ, orabam. Video autem ad dexteram sanctæ mensæ templi velut quoddam subtegumen, quod vento agitabatur, & rursus visus sum videre telam araneæ.

IX. Postquam autem progressus volui discernere quod apparebat, audiui vocem dicentem: **EREMITRIX FEMINA.** Siste gradum, neque vltra progrediaris, ô homo, neque accedas propius: Erubescio enim, cum sim femina, à te nuda conspici. Hæc ergo cum audissem, & obstupefactus fuisset me admirabili, volebam fugere: à carne enim mea pili exilierant, & erant spina acutiores: nam quod inaspectatum repente apparet, deiicit ac deprimit spiritus, etiam si quis videatur esse audacis animi. Stabam itaque obstupefactus, & ore aperto. Postquam ad me redij, animo confirmatus, rogavi quisnam esset, & quomodo hanc habitet solitudinem: rursus vox exiit, dicens: Iace mihi, rogo, tunicam, & cum tecta fuero, quantum mihi iubet diuina voluntas, non dubitabo dicere. Cum me itaque superiori amictu exuissem, eum dimisi, & extra portam sum egressus. Illa autem eum accepit, & se induit. Paulo post verò reuersus, video eam stantem vbi prius, & erat figura quidem mulier: id autem quod apparebat, erat supra hominem, pili albi, vultus niger, ostendens parum alboris, pellis quæ membrorum continebat compagem, cum nulla inesset caro, vmbrae similis, forma quæ solum humanam seruabat similitudinem. Hæc ergo (inquit ipse) cum vidissem, timebam, contremiscebam, maledictis incessebam & meam reprehendebam importunitatem, quod cum essem curiosus, meos socios reliquissem. Tremebundus autem & pronus humi cadens, rogabam vt precaretur, & obsecrabam, vt ab ea benediceret. Illa autem primùm conuersa ad Orientem, vt quæ forte vellet meum sedare animum, ne ea videretur esse spectrum, extensis manibus precabatur, parum submurmurans. Conuersa autem ad me, dicit: Deus, ô homo, tui misereatur. Sed quam de causa venisti in hanc solitudinem? & quo opus habens venisti ad insulam, quæ minimè habitatur? sed quoniam diuina huc te duxit voluntas, meæ, vt æstimo, gratia humilitatis, de me te omnia edocebo, vt voluisti. Cum me autem rursus humi prostrauissem, ea sic cœpit loqui:

X. Mihi, inquit, patria est Lesbos, Methymna ciuitas, nomen Theostifte, vitæ institutum monachatus. Cum autem essem adhuc infans, orbata parētibus, à cognatis tradita sum in monasterium virginum, & induta sum habitu monastico. Nata verò decē & octo annos, in diebus Paschalibus excurri in vicum propinquum ciuitatis salutatū fororem: habitabat enim in vico cum coniuge. Noctū autem irruentes Arabes Cretenses, quorum dux erat Nyfiris, omnes abduxerunt captiuos. Manē autem cum pœna cecinissent, enauigarunt, & huic insulæ appulerunt. Adductis autem captiuis, cum quaererent pecuniam, & pretia statuerent, ego accepta occasione, contendens in siluam, cursu feror in intima siluæ, & de cetero non destiti fugere, donec petris & acutis lignis pedes perforaui & cōscidi, & sanguine terram infeci, & tandem defecta viribus, cecidi semimortua, & totam quidem noctem, nō ferens dolorem vulnere, acerbè transégi. Manē autem cum scelestos prædones vidissem nauigantes, liberata sum ab omni dolore, & repleta sum maxima animi voluptate. Et nūc iam trigintaquinque annos, & paulò plus hinc alor perpetuò lupinis & herbis quæ nascuntur in solitudine, vel potiùs Dei verbo, recordata diuinorum ² eloquiorum, quod non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo, quod procedit per os Dei. Nuda autem euasi confractis mihi pannis, cum quibus adducta sum captiua. Induor autem & tegor manu diuina, quæ continet omnia. Hæc cum dixisset, & manus in cælum sustulisset, egit gratias.

XI. Cum autem parum intermisisset, quoniam videbat me tacitè terram intuentem, nec audentem quidem eam fixis aspicere oculis, dixit rursus incipiens: Res quidem meæ, quemadmodum se habeant, narraui, ô homo: peto autem vt vna in re mihi gratificeris propter Dominum. Quando anno sequenti nauigaturus es in hanc insulam venandi causa (scio enim te omnino venturum si Deus velit) vt in vase mundo mihi accipias vnum ex intemeratis donis Corporis Domini nostri IESU CHRISTI. Ex quo enim hanc habito solitudinem, tali dono numquam sum dignata. Hæc ergo cum dixisset, & iussisset nulli quidquam de his dicere: cum precatione me dimisit ad socios. Ego verò me omnia impleturum pollicitus, abij lætus quod Deus meum adimplet desiderium, quod me dignum censuisset, qui talem thesaurum consequeretur. Quomodo ergo sancta mihi iusserat, quando eram cum sociis exiturus ad venandos ceruos & capreas, quas hæc insula

A insula alie multas, & aliarum maximas, & visu & narratu admirabiles: nam ceruis sunt colore similes, ceruis autem maiores magnitudine: est autem eis cornu longum nempe duorum palmorum, non vt ceruorum, ornatum ramis, & adnatis propagimibus, sed totum rectum, & quod vnum solum habeat porrectum stipitem.

Cum ergo essem (vt dictum est) nauigaturus ad venationem, accepta ^{XII.} in pyxide parte diuinæ Carnis Domini, eam tuli ad Beatam. Cum autem venissem in insulam, & declinasset ad eam Dei Matris, eam non offendi; an verò adesset, & lateret, quoniam mecum ascenderant quidam ex sociis, an verò abesset, nescio: hoc autem scio, me non offendisse. Atque alij quidem profecti sunt in siluam venaturi, ego autem clam reuersus sum in templum: & protinus sacrosancta mulier apparuit, induta tunica, quam à me prius acceperat. Cum autem me in terram proiecissem, accurrit, & cum lacrymis dixit **B** eminus: Nequaquam hoc facias ô homo, nequaquam hoc facias; diuinum donum afferens; ne vras miseram, diuina dedecore afficiens. Me itaque tunica apprehensum exiit. Ego autem è sinu meo eduxi pyxidem cum Carne Domini. Cum illa autem in terram cecidisset, diuinum donum accepit, & lamentationibus & lacrymis terram rigans, dixit: Nunc dimittis ancillam tuam Domine: quoniam viderunt oculi mei salutare tuum: quoniam remissionem peccatorum in manibus accepi. nunc abibo quod me tua iubet potentia. Hæc ergo cum dixisset, & manus diu in cælum extendisset, me precibus prosequens, dimisit ad socios.

Cum paucos autem dies venati essemus, & prædam satis magnam cepissemus, reuersi sumus. Et illi quidem reuersi sunt ad nauem: ego autem cucurri, vt illius Beatæ preces acciperem vitæ comites. Cum autem venissem ad templum, & deinde circumspicerem **C** vt eam viderem, vidi eam in eo loco, in quo prius videram; emigrasse. Cum ergo procidissem, & beatos illius pedes essem amplexus, & rigassem lacrymis, stabam mutus, diu dubitans quidnam facerem. Atque videbar quidem sapienter & vtiliter facturus, si cum lacrymis Deo supplicans, & Sanctæ motus reuerentia rogarem, vt huic rei à Deo prouideretur, & quomodo is ostendisset, diuinum iussum exequeretur. Quod si hoc non essem assecutus, secunda erat (vt dicitur) ineunda nauigatio, nempe vt hanc rem sociis communicarem, & cum eis sepultura mandarem Beatæ reliquias hymnis & canticis prosequens pro viribus: sed, vt videtur, non facile contigit se sapienter gerere. Ego itaque non sum assecutus id quod erat honestum & decorum, sed rusticitate & ingenij leuitate (quid enim & venator & imperitus noui excogitarem?) feci rem audaciorum, fide quidem vt mihi videbar, sed minimè Deo grata. Nam cum eius manum amputassem, & **D** liateo texto inuoluissem, ascendi in nauem.

Cum profundo autem vespere è terra soluissemus, & vela expandissemus secundis ventis spirantibus, ferebamur tamquam volantes, & sperabamus nos manè venturos in Eubœam. Cum autem dies illuxisset, inuenti sumus rursus stantes in eodem portu, perinde ac si ab anchora aut aliqua remora teneretur nauis. Metus ergo omnes inuasit, & nos inuicem circumspicientes, tremebundi querebamus causam rei, sciscitantes & inquirentes, num nefarium quidpiam à nobis factum sit, cur arceremur. Cum verò alius aliud dixisset, intelligens ego audax meum facinus, inscientibus omnibus in templum sum reuersus, & cum posuissem manum in corpore Sanctæ, descendi in nauem. Hortatus autem socios cœpi iter ingredi. Cum autem multum prouecti essemus, erat deinceps cymba volucris, velum replente vento, fuitque rectus cursus absque impedimento. Et tunc ego narraui sociis, & quemadmodum Beatam illam inuenissem, & quemadmodum res eius se habuissent, renuntiaui, & quemadmodum donum diuinum attulissem, & ea dormissem, & eius manum habens, ingressus sum vespere, & propter eam retenti sumus, & sperabamus nauigare. & nunc recto cursu ferimur, quia deposui reliquias.

Hæc cum illi audissent, & me multum reprehendissent, proram protinus obuerrunt, & magno studio in Parum sunt reuersi. Omnesque simul cursu in templum contendimus, timentes quidem & contremiscentes, fide autem freti, tamen accedimus: & vidimus quidem locum in quo posita erat, seruantem veluti figuram corporis, corpus autem euauerat. Atque omnes quidem inuasit admiratio & stupor, & huc atque illuc currebamus, considerantes, & circumspicientes, num alicubi cecidisset, aut in vitam esset reuocata. & totam siluam & saltus obibamus, eam inuestigantes, & sicubi diuinus ille lateret thesaurus, miseri, insipientes, & crassi homines, & ea persequentes,

CHRISTI 902.

IOANNIS PAP. IX. 2.

LVDOVICI IV. IMP. 3. LEONIS VI. IMP. 17.

4. Reg. 6. quentes, quæ reuerà non possunt comprehendi, & diuinorum ignari miraculorum, neque A Elifæi reueriti miraculum, qui eos, qui à Rege a Syrorum missi erant ad eum comprehendendum latuit, cum esset in medio eorum, & cum eos priuasset videndi potestate, duxit in Samariam & Regi tradidit. Mitto enim dicere de magno Thaumaturgo, qui eos qui ipsum inuestigabant, vt comprehenderent, in monte orans latuit, vt arbor effectus. Cum ergo (inquit) sic frustrati essemus venerandis illis beatis reliquiis, ad nauem descendimus, & à terra soluentes, domum abiimus, Deum laudantes & hymnis celebrantes, qui semper facit res magnas & admirabiles.] hæc sunt quæ à Simeone sene tunc accepit Legatus Imperatoris, qui & eius petitione eadem scriptis mandauit. Res innotuit, atque ex nobilitate cum egregia probitate, & integritate narrantis auctoris fidem inuenit, aded vt inter Sanctos in Menologio nomen eius adscriberetur: Græci enim colunt eam decima die Nouembriis. Iam verò in his aded iucundis diu morata, ad luctum rerum Occidentali- B

XVI. HUNNI GALLIAM CISALPINAM INVA- DVNT.

b Citat ea Sig. lib. 6. de Reg. Ital.

Hoc anno Hunni, vulgò Vngari dicti, è Pannonia egressi, in Italiamq; progressi, ingenti clade afficiunt transpadanas nobilissimas ciuitates, Ecclesias deuastantes, cunctaque præda atque incendio pessumdantes; Berengariumque obuium cum immenso exercitu præter spem aggressi vicerunt, nec recesserunt quouisque ingenti pecunia pacta, eademque ab eodem Berengario exacta, positi, anno sequenti ad propria sunt reuersi. Post hæc accidit, vt idem Berengarius commiseratus clades nobilium ciuitatum, eis multa suppetitando præstò fuerit, Ecclesiisque bona contulerit: nam eius in diuersas Ecclesias munificentiâ diplomatibus adhuc integris permanentibus, testata remansit. Incensum inter alia tunc fuit famosissimum monasterium Nonantulanum, sed reparatum per Petrum Abbatem, qui illuc etiam tunc transtulit veneranda corpora sanctorum martyrum Synesij & Theoponti ex alio monasterio prope Tamiisium sito ab iisdem incenso. C

IESV CHRISTI IOANNIS PAP. IX. LVDOVICI IV. IMP. 4. ANNVS ANNVS ANNVS 903. 3. LEONIS VI. IMP. 18.

SEQVITVR annus Redemptoris nongentesimustertius, sexta Indictione inchoatus, prorsus obscurus, nulla alia rerum gestarum ad institutum spectante memoria illustratus.

IESV CHRISTI IOANNIS PAP. IX. LAMBERTI IMP. I. D ANNVS ANNVS ANNVS 904. 4. LEONIS VI. IMP. 19.

I. LVDOVICI IMP. CAPTUS A BERENGARIO OCVLIS ET IMPERIO PRIVATVR.

c Luitp. lib. 1 cap. 10.

II. BERENGARII TYRANNIS EXOSA.

AN NVS salutis agitur nongentesimusquartus, Indictione septima, quo (vt auctor est Regino) Ludouicus Imp. captus à Berengario tyranno, oculis simul cum Imperio priuatus est: perseverante in Italia Lamberto Imperatore, qui à Formoso (vt dictum est) coronatus fuerat anno octingentesimo nonagesimotertio, cuius hic sit annus Imperij ab eo tempore iam vndecimus inchoatus, ab obitu verò Vuidonis patris quintus: porò hic primus ex quo Italiæ Principes eum Italiæ Regem nominant, deficientes à Berengario. Ipse verò Lambertus, secundum initam superius rationem ortus eius, ex diplomate parentis ipsius, hoc anno fuisse reperitur ætatis annorum vigintifex, & planè grandior quam describatur à Luitprando verbis istis: c Quia semper Italicenses geminis vti dominis volunt, quatenus alterum alterius terrore coercant: Vuidonis Regis defuncti filium nomine Lambertum elegantem iuuenem adhuc ephebum, minusque bellicosum Regem constituunt. Cæpit denique hunc populus adire, Berengarium deserere. Cumque Berengarius Lamberto cum exercitu magno Papiam tendenti occurrere non auderet, Veronam petiit, isticque securus degit.] hæc ipse. Antequam autem ista fierent, contigit, ipsum Berengarium Romam armato exercitu contendisse, coronamque Imperij ab ipso Ioanne Pontifice violenter extorsisse, sicque tyrannicè Imperatoris nomen vendicasse. Contra verò, eo recedente, vocatum Lambertum Romam ab eodem Pontifice, hoc cupiente Imperatoria corona solemnibus

CHRISTI 904.

IOANNIS PAP. IX. 4.

LAMBERTI IMP. I. LEONIS VI. IMP. 19.

A bus ritibus coronatum. Cum & ipse Pontifex Synodo Episcoporum Romæ collecta, in eodem conuentu Patrum vtriusque Regis causam proposuit, & vtriusque iuribus examinatis, in eam sententiam ab omnibus itum est, vt Berengarij coronatio tamquam vi extorta penitus abrogaretur, Lamberti verò, in quem libera vota Romani Pontificis conspirassent, esse legitima iudicaretur. Facta sunt ista Romæ hoc anno, eademque recitata postea in Synodo Rauennate ab eodem Romano Pontifice congregata. Quod enim haud liberum esset Romæ degere ipsum Ioannem Papam, studentibus nonnullis aduersæ parti contra Lambertum, fauentibusque Berengario: consultius visum est eidem Pontifici inde recedere, atque Episcopos Rauennam ad Synodum conuocare, in qua complura grauioris momenti tractanda forent, nempe abrogatio rerum gestarum per Stephanum prædecessorem aduersus Formosum, quæ minus securè Romæ tractari possent.

ROM. CONCILIVM IN CAUSA IMPERII.

B Meminit huiusmodi Concilij Rauennatis Sigebertus anno superiori, cum ait: Hic etiam ad confirmandam Formosi ordinationem, quem Stephanus Papa deposuerat, Synodum LXXIV. Episcoporum, presentibus Francorum Archiepiscopis & Rege apud Rauennam statuit. Et coram eis combusta est Synodus, quam Stephanus in damnationem Formosi fecerat.] hæc Sigebertus. Extant apud nos tam Romanæ quam Rauennaris Synodi Acta, ex codice Antonij Augustini Romam misso, ex quo ea hic tibi describimus. sic enim se habent:

CONCILIUM RAVENNÆ.

Synodus Acta Rauennæ, tempore domni Ioannis Noni Papæ & Lamberti Imperatoris.] Ita titulus de Actis Synodi Rauennatis, in qua primum quæ gesta sunt in Romana Synodo, sic recitantur:

I V. CAP. I. ACTA ROMANÆ SYNODI

C De abrogatione pseudosynodi habitæ à Stephano prædecessore. Synodum tempore piæ recordationis * Sexti Stephani Papæ, decessoris videlicet nostri celebratam, in quam venerabile corpus Formosi venerandi Papæ de sepultura violata, per terram tractum est; & quasi ad iudicium deductum, iudicari & damnari præsumptum est, quod numquam decessorum nostrorum temporibus factum fuisse traditum est, penitus * abdicamus. Et ne vltius præsumatur fieri per quodlibet Spiritus sancti iudicium, interdici- * al. abrogamus. mus: quia ad iudicium vocari mortuus non potest, cum persona quæ ad iudicium vocatur, ideò vocatur, vt aut fateatur obiecta, aut conuincatur obiectis. Et omnibus patet, quia mortui cadauer pro se nec respondere, nec satisfacere potest.] Hic considera, Lector, quanta solerent successores Pontifices quantumcumque reprehensibiles prædecessores reuerentia prosequi, vt Ioannes Stephanum suum prædecessorem tum Sedis inuasiōe, tum etiam sessione in omnibus plane execrandis facinoribus detestabilem, piæ tamen recordationis Stephanum appellet. Pergunt reliqua in eadem Synodo constituta:

SVB IOANNE IX. * al. Septimi

D Episcopi & presbyteri, & reliquis Clerus, qui eidem Synodo interfuerint, quia ipsi veniam petentes, coactos se terroris metu ac formidine interfuisse, confessi sunt: prece sanctæ Synodi eis indulsumus, statuentes & decernentes, vt nullus futuris temporibus Episcopis vim inferre, vel eos temerè lacerare præsumat, quatenus cum ad Synodum conuenerint, liberè eis tractare & statuere liceat, quæ sanctorum Patrum canonica censura decreuit. Nullusque eos lacerare, vel sacris Canonibus conceptis absque audientia & iusta examinatione inquietare, facultatibus nudare, aut quoquo modo in custodiam retrudere absque status sui periculo pertenter, dicente Domino: * Nolite tangere christos meos, & in prophetis meis nolite malignari. Indignum quippe est vt sacerdotium Senatus præiudicet, cum pateat populum sequendum non esse, sed docendum.

* al. abrogamus.

V. CAP. II.

E Quia necessitatis causa de Portuensi Ecclesia Formosus pro vitæ merito ad Apostolicam Sedem prouectus est: statuimus & omnino decernimus, vt id in exemplum nullus assumat, præsertim cum sacri Canones hoc penitus interdican, & præsumentes tanta feriant vltione, vt etiam in sine laicam eis prohibeant communionem. Quippe quod necessitate aliquoties * indultum est, necessitate cessante, in auctoritatem * summam non est permiffum. Sed neque de gradu Ecclesiastico synodicè eiectum, & non canonicè restitutum ad altiora prouehere vllus præsumat, prout de Bonifacio primum de Subdiac. naru, postmodum de Presbyteratu deposito popularis manus agere præsumpsit. Si verò cuiuscumque sit ordinis vel potestatis, contempto Deo, & calcatis sanctorum Patrum statutis, id quoquo modo tentauerit, non solum Apostolico iudicio anathemate feriat, sed etiam Imperialem indignationem experiatur, quatenus sanctæ Ecclesiæ status inuolabiliter persistat, & iniquorum præsumptio accipiat vltione m.

V I. CAP. III.

* indultum * sumi BONIFACII ELECTIO IMPROBATA.

CHRISTI
904.IOANNIS PAP. IX.
4.L AMBERTI IMP. I.
LEONIS VI. IMP. 19.

VII. Episcopi igitur seu presbyteri atque diaconi, necnon & subdiaconi, ceterique alterius A
ordinis sanctæ Sedis Apostolicæ, qui ab eodem venerando Papa Formoso canonicè con-
secrati, & pro quorumdam libitu temerè deiecti sunt, in proprios ordines & gradus com-
muni sanctæ Synodi consultu reducimus, perpetuoque robore ac canonica censura sta-
bilitos, Deo auctore, decernimus.

VIII. Reordinationes, seu rebaptizationes, & sedium mutationes sancti Patres in Africano
Concilio congregati omnimodis interdixerunt: quos secuti & nos interdiximus, statuen-
tes, vt Ecclesiæ, cui regulariter præpositi, perpetuò consistant; nec eis sine canonicæ au-
thoritatis publica censura eiectis, alij ordinentur, & Ecclesia diuisionem sustineat: sed se-
cundum quod sancti Patres statuerunt, vnusquisque Episcopus suæ Ecclesiæ curam ha-
beat, & Ecclesiasticarum rerum potestate potiatur, ne quoquo modo scissuram sancta
patiatur Ecclesia, quia nec militibus Christum crucifigentibus eius tunicam scindere B
permisum est.

IX. Vnctionem itaque sacri Chrismatis in spiritualem filium nostrum dominum videlicet
Lambertum excellentissimum Imperatorem actam, perpetua stabilitate, dignitatibus
decoratam, firmam & in æternum stabilitam esse, sancto suffragante Spiritu, decerni-
mus. Illam verò barbaricam Berengarij, quæ per surreptionem extorta est, omnimodis
abdicamus.

Consignationes autem sacri Chrismatis & olei, vel quæque pro statu Ecclesiæ gessit,
firma & immutilata, vt omni tempore permaneant, Apostolica auctoritate sancimus.

X. Ea siquidem quæ de ipso prænominato Concilio scripta esse noscuntur, quoniam irri-
ta, & contra canonicam auctoritatem præsumpta sanxistis: decernimus vnà cum consultu
omnium vestrùm (si placet) igne cremetur, sicut de Latrociniali Ariminensi Synodo, C
& Ephesina secunda scriptum continetur: & de his quæ contra sanctissimum Papam
Leonem ab hæreticis acta sunt, & secundum quod tempore domni Hadriani iunioris
Papæ synodali conuentu illa, quæ contra domnum Nicolaum beatissimum Papam Con-
stantinopoli nequiter acta fuerant, igne cremata in sancta Romana Ecclesia cõitat fuisse.

XI. Sergium, Benedictum, atque Martinum dudum presbyteros sanctæ Romanæ Eccle-
siæ, seu Leonem, Paschalem, & Ioannem dudum diaconos sanctæ Sedis Apostolicæ iuste
& canonicè damnatos, & à gremio sanctæ Dei Ecclesiæ sequestratos si aliquis homo, sa-
cratissimis auctoritatibus fractis, illos inter Ecclesiasticos viros, nobis inconsultis, habere
voluerit, aut in ipsos gradus, quibus canonica auctoritate priuati sunt, reducere quoquo
modo aliquando maluerit, siue eos sacerdotes vocare aut habere tentauerit, sciat se fo-
re anathemate percussum à Patre, Filio, sanctoque Spiritu, tamquam qui sanctorum D
Canonum violator extiterit.

XII. Violatores namque seu corruptores sacri tumuli eiusdem domni Formosi Papæ, qui
sub fœdere conspirationis ad capiendum thesaurum, corpus illius trahentes, in fluuium
Tiberim iactare non timuerunt: diuina auctoritate, synodaliq; nostro consultu, nisi
resipuerint, sint à sanctæ Dei Ecclesiæ liminibus separati.

XIII. Quia sancta Romana Ecclesia, cui Deo auctore præsidemus, plurimas patitur violen-
tias, Pontifice obeunte; quæ ob hoc inferuntur, quia absque Imperatoris notitia, & suo-
rum Legatorum præsentia, Pontificis sit consecratio, nec canonico ritu & consuetudine
ab Imperatore directi interfunt Nuntij, qui violentiam & scandala in eius consecratione
non permittant fieri: Volumus id vt deinceps abdicetur, & constituendus Pontifex, con-
uenientibus Episcopis & vniuerso Clero eligatur, expetente Senatu & populo qui ordi-
nandus est, sic in conspectu omnium celeberrimè electus ab omnibus, præsentibus Le-
gatis Imperialibus consecratur. Nullusque sine periculo, iuramentum vel promissiones E
aliquas noua adinventione ab eo audeat extorquere, nisi quæ antiqua exigit consuetudo,
ne Ecclesia scandalizetur, vel Imperatoris honorificentia minuatur.

XIV. Quia scelestissima etiam consuetudo inoleuit, vt obeunte sanctæ Romanæ Ecclesiæ
Sedis Pontifice, ipsum Patriarchium deprædari soleat; & non solum in ipso sancto Pa-
triarchio, sed etiam per totam ciuitatem & suburbana eius talis bacchatur præsumptio:
necnon quia & id inultum hæstus neglectum est, aded vt omnia Episcopia eadem pa-
tiantur vniuersiisque Ecclesiæ, obeunte pontifice: quod ne vltèrius præsumatur, omni-
modis interdiximus. Quod qui facere præsumperit, non solum Ecclesiastica censura,
sed etiam Imperiali indignatione feriat.] *post hac in Codice interposita leguntur duode-*
cim

CAP. XI.
DE PA-
TRIARCHIO
EXPLAN-
DO PRAVA
CONSE-
TVDO.CHRISTI
904.IOANNIS PAP. IX.
4.L AMBERTI IMP. I.
LEONIS VI. IMP. 19.

A *im capita alterius cuiuspiam Concilij, postque ista sequuntur, quæ ad hoc ipsum Rauennæ
habitum Concilium spectant. Porro illa duodecim capita ponentur inferius post Acta Concilij
sub eodem Ioanne Papa habit.*

Perniciosa inoleuit consuetudo, vt iudex publicus vel minister peccata populi, quæ ab X V.
Episcopis sunt inquirenda, quibus animarum sollicitudo commissa est, quasi inquirenda
vendant, & ea occasione licenter scelestia vitia augmententur; & si in proprietate Ecclesiæ
vel clerici feminas inueniant adulteras, infamant, comprehendunt, dilaniant, donec do-
mini earum vel parentes eas redimant, pro quo consanguinei earum in non modicam
deueniunt paupertatem. & eo ordine liberius post venditionem fornicari non metuunt,
dicentes nihil pertinere ad Episcopum, quæ à publico examinata dignoscitur & redem-
pta. quod omnino irregulariter inoleuisse manifestum est. Habeant igitur Episcopi singu-
larum urbium in sua diocesi liberam potestatem adulteria & scelera inquirere, vlcisci, &
B iudicare secundum quod Canones censuerunt, absque impedimento alicuius. Et cum
opus fuerit, ad comprimendos rebelles & contemptores, publicum placitum conuocent,
non ad præiudicandum, sed potius ad ea quæ Deo placita sunt, & saluti animarum con-
ueniunt, prosequendum.] Hic finis Romanæ Synodi, quæ Rauennæ est recitata. At quæ
sequuntur, ad Rauennatem Synodum, quæ facta est coram Imperatore Lamberto,
spectare noscuntur, ita præloquente Pontifice:

Quia diuina inspirante misericordia, vestra nobiscum conuenit fraternitas, vt nutu XVI.
sancti Spiritus, qui suis numquam deest Fidelibus, communi omnium vestrùm consultu,
fratres charissimi, ea quæ necessaria sanctæ Dei Ecclesiæ præuidimus, vnà cum spirituali
filio nostro, gloriosissimo videlicet Imperatore Lamberto, & vestro sancto collegio, &
C quæ nociuo furculo pullulare conabantur in agro sanctæ Ecclesiæ, canonico sarculo era-
dicare studeamus, quæ capitulatim annotata sunt, si omnibus placent, in conspectu om-
nium legantur, examinentur, & examinata, manibus omnium pro futura memoria ro-
borentur, ne vlli vmquam sine status sui periculo eadem violare liceat, sed rata & firma in
perpetuum consistant ad statum & munimen sanctæ Dei Ecclesiæ, ad saluationem om-
nium Fidelium per Dei misericordiam.

RESPONSIO.

Immenfas Deo Saluatori nostro laudes referimus, qui talem vos suæ præfecit Ecclesiæ
eius opportunitatem decernere, vt omne ab ea zizanium eradicare conemini, prout
in hac sancta Synodo cunctis nationibus apertis declaratur iudiciis. Capitula etiam quæ
pro generali omnium cautela ad robur & munimen sanctæ Ecclesiæ conscripta sunt, si
D vestra placet pietati, legantur, qualiter per ea omnes doceamur, quæ obseruare, vel quæ
cauere debeamus, ne in aliquo à regulis sanctorum Patrum (quod Deus auertat) deuia-
re inueniamur.

Si quis sanctorum Patrum regulas contempserit, & gloriosissimorum Imperatorum, XVIII.
Caroli videlicet Magni Imperatoris, & Ludouici atque Lotharij, necnon & filij eius
Ludouici, quæ de Ecclesiasticis decimis in eorum Capitularibus statuta atque sancita
sunt, non obseruauerit: & qui dat & qui recipit, auctoritate sanctæ Sedis Apostolicæ, &
sanctione sanctæ Synodi excommunicationi subiaceat.]

Imperator autem ista seruanda proposuit: Si quis Romanus, cuiuscumque sit ordinis, si- XIX.
ue de Clero, siue de Senatu, seu de quocumque ordine gratis ad nostram Imperialem
maiestatem venire voluerit, aut necessitate compulsus ad nos voluerit proclamare: nul-
lus eis contradicere præsumat, neque eorum res quispiam inuadere, vel deprædari, aut
eorum personas in eundo, vel redeundo, vel morando inquietare præsumat, donec li-
ceat Imperatori potestati eorum causas, aut personas, aut per Missos nostros deliberare.
E Qui autem eos inquietare, eundo, redeundo, vel morando tentauerit, vel eorum quid-
piam rerum auferre: postquam per nostram misericordiam se proclamauerint, Imperia-
lis vltionis indignationem incuriat.

Vt priuilegium sanctæ Romanæ Ecclesiæ, quod à præscis temporibus per piissimos Im- XX.
peratores stabilitum est atque firmatum, ita nunc à nobis firmetur, & diebus nostris (sic
ut concedet) immutilatum seruetur, & sancta Romana Ecclesia Mater nostra exalte-
tur, protegatur, ac defendatur, quoad Imperij nostri est.]

Pontifex his subiicit ista: Vt Synodus, quæ vestris temporibus in basilica beati Petri XXI.
Apostoli pro nonnullis malis eradicandis, & maximè pro causa domni Formosi san-
ctissimi

APPROBATA SYNODUS ROMANA HABITATA IN CAVSA FORMOSI PAPAE. CAP. V.
tissimi Papae acta est, vestro Imperiali consensu, & venerabilium Episcoporum & opti-

matum vestrorum roboretur, ac perpetualiter stabilita seruetur. Quae non inuidiae zelo, sed rectitudinis gratia canonicè peracta.
Vt tantae impietates, pro quibus nos ad vos venissemus, quas etiam per territoria nostra vidimus in tractationibus, deprædationibus, incendiis, rapinis, & violentiis, à vobis diligentissimè inquirantur, & prout necesse est, legaliter emendentur. quoniam tanto dolore percussi sumus talia contemplantés, quòd magis mori cupieramus, quàm talia in nostris diebus cernissemus, de quibus, si emendata non fuerint, vos & nos à summo Iudice distinctè quæremur. Ideò petimus, & per Christum Dominum adiuramus, vt talia impunita non dimittatis.

XXII. CAP. VI.
Vt pactum, quod à beatæ memoriæ vestro genitore domino Vuidone, & à vobis, piissimis Imperatoribus, iuxta præcedentem consuetudinem factum est, nunc reintegretur, & iniuolatum seruetur.

XXIII. CAP. VII.
De locis autem atque rebus, quæ in eodem pacto continentur, præcepta nonnulla illicita facta sunt, quæ petimus vt in eadem Synodo terminentur, & quæ non rectè facta præcepta sunt, corruptantur.

XXIV. CAP. VIII.
Vt patrimonia, seu suburbana, atque massæ & coloniatæ, necnon ciuitates quæ contra rationem, quasi per præcepta largita sunt, petimus reddantur, ipsaque

XXIII. CAP. IX.
Vestrae igitur maiestati non manet incognitum, qualiter illicitas coniunctiones Romani & Longobardi simul & Franci contra Apostolicam & Imperialem voluntatem facere præsumpserunt in territoris B. Petri Apostolorum principis: petimus vt sicut à vestris antecessoribus Imperatoribus prohibitum est, ne quoquo modo fierent, ita amodò vestro Augustali decreto omnimodis prohibeantur, & synodaliter, ne amodò ac deinceps fieri tententur, in perpetuum firmiter statuatur atque firmetur.

XXIV. CAP. X.
De hoc sanè præ omnibus condolemus, quia ad tantum Apostolicum culmen gratia Christi prouecti, cum Ecclesiam Domini Saluatoris, quæ Constantiniana vocatur, destructam cerneremus: direximus pro illius aliqua restauratione ad trabes incidendas, sed qui directi sunt à nobis, quæ necessaria erant, ob malitiosorum hominum infestationem facere nullo modo valuerunt. Super quibus omnibus, charissime filii, videre nobiscum, & quantum sit indecens, quantamque violentiam sancta Mater Romana Ecclesia sit passa, medullitus considerate. & vt amodò & deinceps vestro Imperiali studio ad optatam vigorem perducatur, sicut dilectissimus eius filius & Imperator sublimissimus, operam date. Sed hoc scire vos volumus, quoniam sancta Romana Ecclesia tantum est ad nihilum deducta, quòd & eleemosynæ, quæ pauperibus pro sospitate vestri Imperij distribui solebant, & stipendia clericorum ac famulorum eius omnimodis sunt euacuata. pro quibus verò ad stabilitatem Imperij vestri magis vos oportet cum vestris fidelibus prudenter tractare, vt sicut prædiximus, alicui restorationi ipsius, quæ nimium est afflictæ, operam detis.] his lectis, Papa ad Episcopos conuersus sic perorauit:

XXV. PONTIFICIS INHORTATIO.
Quia vestra omnium fraternitas concordi voce sibi placere proficitur, quæ Christi Dei nostri gratia inspirante præfiximus: hortamur vt secundum debitam sollicitudinem commissæ sibi à Deo Ecclesiæ curam vnusquisque vestrum agere studeat, & gregem Christi sanguine redemptum bonis exemplis ac salutaribus documentis instruat, habens semper præ oculis illum tremendum Iudicem, qui suum sacratissimum sanguinem pro omnibus fudit, vt cum ante ipsius tribunal steteritis, vniciquæ vestrum dicat: a Euge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam: intra in gaudium domini tui.

XXVI. DE PECCATORVM EXPIATIONE INDICENDA.
Cumque Deo auxiliante ad propria veneritis, ieiunium indicite, litaniam celebrate, rogantes & obsecrantes pium & misericordem Dominum, vt furorem mitiget, iram à populo auertat, pacem tribuat, schismata & seditiones comprimat, discordiam auferat, retroacta peccata tergat, & miserando aboleat; quatenus indultis omnibus delictis, misericordiam rogantibus largiatur, & ad protectionem & exaltationem sanctæ suæ Ecclesiæ spiritualem filium nostrum, excellentissimum scilicet Imperatorem Lambertum conferuet, & superbarum gentium illi colla subiiciat sua potenti dextera IESVS Christus Dominus noster, cui est cum Patre & Spiritu sancto honor & gloria in sæcula sæculorum. Amen.] hic finis Synodi Rauennatis hoc tempore coram Lamberto Imperatore habitæ à Ioanne Nono Romano Pontifice. Modò verò hic subiicienda sunt duodecim

A cim capita illa, quæ (vt diximus) interposita in dicto codice reperiuntur, quæ sic se habent, digna quidem quæ ob venerandam antiquitatem edantur:

1. Vt Comes inter honores suos, rapinam exercitus legi subiiciat. XXVII.

2. Vt Imperiales homines ad colloquium siue seruitium Imperatoris properantes, suis stipendiis sint contenti.

3. Vt nullus Comitum Arimannos in beneficia suis hominibus tribuat.

4. Vt homines Comitum nullatenus in domibus Arimannorum resideant, sed domos Reipublicæ instaurent, ibique resideant.

5. Vt scriptoribus publicis nullatenus interdicitur res Arimannorum transcribere, si quando eis fuerit opportunum. Quòd si occasione vitandi exercitus, aut placitum venditæ fuerint; & ipsi eas pendere superfederint, exigatur ab eis vtrumque, sicut ante transcriptionem.

B 6. Vt ipsi Arimanni frequentius quàm in lege statutum est, ad placitum ire non cogantur, nec à Comitibus nec à Sculdaliis.

7. Vt bannum Missi exercitus Imperialis solummodò exigant.

8. Vt pactus Imperatoris ab Episcopis & Comitibus, secundum antiquam consuetudinem soluat. Quòd si nouo tempore Fiscus Comitialis in ius Ecclesiasticum conuerfus est, augeatur stipendium Imperiale ab Ecclesia, iuxta quod res publicæ fuerint minoratæ.

9. Vt omnis decimatio ab Episcopis, vel his qui ab eo substituti sunt præbeatur, nullusque eam ad suam Cappellam, nisi fortè concessione Episcopi conferat. Quod si fecisse contigerit, primum legibus subiaceat humanis, postea excommunicatione populi constructus, ad vitium ipsa Cappella, quæ magis contentionem quàm vtilitatem aliquam præstat, destruat.

C 10. Vt plebes Ecclesiæ nullatenus aut Comitibus, aut Episcoporum vassallis, aut vllis laicis in beneficia tribuantur.

11. Vt in domibus Ecclesiarum, neque Missus, neque Comes, vel Iudex, quasi pro consuetudine neque placitum neque hospitium vendicent, sed in publicis vicis domos constituent, in quibus placitum tenent, & secundum antiquam consuetudinem hospitentur.

D 12. Vt singulæ plebes Archipresbyterum habeant. propter assiduam ergo populi Dei curam singulis plebibus Archipresbyteros præesse volumus, qui non solum imperiti vulgi sollicitudinem gerant, verum etiam eorum presbyterorum, qui per minores titulos habitant, vitam iugè circumspectione custodiant, & qua vnusquisque industria diuinum opus exerceat, Episcopo suo renuntient, nec obtendant Episcopus, non egere plebem Archipresbytero. Quòd si ipse gubernare valeat, quia est valde idoneus, decet tamen vt parriatur onera sua. & sicut ipse Matræ præest, ita presbyteri præsent plebibus, vt in nullo tubet Ecclesiastica sollicitudo. Cuncta tamen ad Episcopum referant, nec aliquid contra eius decretum ordinare præsumant.] hucusque capita illa interposita.

Hoc eodem anno sanctus Grimbaldus presbyter vir magnæ sanctitatis in Angliâ ex hac vita migravit, simulque religiosissima femina Asuitha Regina mater Eduuardi Regis Anglorum. hæc exhibent veteres Annales Anglorum, ex quibus Matthæus Vuestmonasteriensis suam historiam texuit.

IESV CHRISTI BENEDICTI PAP. IV. LAMBERTI IMP. 2. ANNVS 905. ANNVS 1. LEONIS VI. IMP. 20.

REDEMPTORIS annus nongentesimus quintus, Indictione Octaua sequitur, quo Ioannes Papa Nonus ubi sedisset annos tres & dies quindecim obiit, qui & sepultus est apud sanctum Petrum pro foribus ante portam dictam Guidoneam, in cuius sepulchro eiusmodi sculprum erat epitaphium, quod inter alia à Manlio descriptum, ex codice emendatiore sic accipit:

Ecclesiæ specimen, clarissima gemma bonorum, Et mundi dominus hic iacet eximius.

Ioannes

* al. eretis-

IN QVEM STATVM REDACTA ROM. ECCLESIA.

* Math. 25

f. legendum Arimannos, vos Franca, frequentata lib. 5. Capitul. cap. 14. 18. 31. 67. 68. & illi Scholaste pro tributo vniuersari ponitur, sed hic pro persona. * al. victandi

XXVIII.

XXIX.

XXX.

XXXI.

IOANNIS IX. OBITVS.

CHRISTI
905.BENEDICTI PAP. IV.
I.LAMBERTI IMP. 2.
LEONIS VI. IMP. 20.

*Ioannes meritis, qui fulsit in ordine Nonus
Inter Apostolicos quem* vexit Alitonans.
Conciliis docuit ternis qui dogma salutis
* Observarent, Deo munera sacra ferens.
Temporibus cuius novitas* abolita mali est,
Et firmata Fides quam statuere Patres.
Qui moriturus eris, Lector, dic: Papa Ioannes
Cum Sanctis capiat regna beata Dei.]*

II. Ex hoc discimus, non duo tantum, sed tria ab eo fuisse Concilia celebrata, tribus his quibus vixit annis, ex quibus summam sibi laudem comparavit, utpote qui in his turbulentissimis temporibus à Deo ut alter Ieremias, ad hoc sit missus, ut euelleret, destrueret, & dissiparet, quæ à prædecessore Stephano malè plantata, atq; pessimè ædificata fuissent. B Sed antequam ad eum, qui in locum ipsius subrogatus est, Benedictum deveniamus, quæ eiusdem sanctissimi Papæ Ioannis reliqua sunt monumenta hinc describamus. Reperimus in dicto scripto codice Antonij Augustini à nobis sæpè citato epistolam eiusdem Ioannis Papæ ad Herueu Rhemense Archiepiscopum Fulconis successorem, hoc titulo notatam: I I. Rescriptum domni Ioannis Papæ ad consultum Heruei Rhemorum Archiepiscopi de Northmannis nuper ad Fidem conuersis, quorum alij baptizati fuerant & rebaptizati, & post Baptismum gentiliter vixerant, qualiter illis consulendum sit. vbi demum habetur absolutio sui, suorumque.

IOAN. IX. EPIST. AD ARCHIEP. RHEM. Ioannes Episcopus seruus seruorum Dei reuerendissimo confratri nostro Herueo Rhemorum Archiepiscopo.

Vestra fraternitatis, vestraque reuerendæ sanctitatis mellifluas litteras libentissimè C suscipientes, ac diligentissimè pertractantes, & tristes admodum, & vehementer excitimus exultantes. Mœrentes itaque de tantis calamitatibus, tantisque pressuris atque angustis non solum paganorum, verumetiam Christianorum in vestris partibus (ut tua assertio litterarum edocet) accidentibus; gaudentes siquidem de ipsa gente Northanna, quæ ad Fidem, diuina inspirante clementia, conuersa: quæ olim humano sanguine grassata, lætatur, nunc verò vestris exhortationibus, Domino cooperante, ambrosio Christi sanguine se gaudet fore redemptam. Vnde multipliciter ei, à quo procedit omne quod bonum est, immensas gratiarum actiones rependimus, suppliciter obsecrantes, ut eos in soliditate vera confirmare, & æternæ Trinitatis gloriam agnoscere faciat, atque in visionis inenarrabile gaudium introducat.

IV. Nam quod de his vestro eloquio nobis innotuit fraternitas, quid agendum sit, qui D fuerint baptizati & rebaptizati, & post Baptismum gentiliter vixerint, atque paganorum more, Christianos interfecerint, sacerdotes trucidauerint, atque simulachris immolantes, idolothya comederint. Equidem si tirones ad Fidem non forent, canonica experirentur iudicia. Vnde quia ad Fidem rudes sunt: vestro utique libramini, vestraque censura committimus experiendos, qui & illam gentem vestris confinis vicinam habentes, studiosè aduertere, ut illius mores, actusque omnes pariter & conuersationem agnosce- re præ ceteris valeatis.

V. Quòdenim mitius agendum sit cum eis quàm sacri censeant Canones, vestra satis cognoscit industria, ne fortè insueta onera portantes, importabilia illis fore (quod absit) videantur, & ad prioris vitæ veterem, quem expoliauerant, hominem, antiquo insidiant aduersario, relabantur. Et quidem si inter eos tales inuenti fuerint, qui secundum cano- nica instituta se per poenitentiam macerare, & tanta commissa scelera dignis lamentationibus expiare maluerint, eos canonicè iudicare non respuatis. Ita in omnibus erga eos peruiigiles existentes, ut ante tribunal æterni Iudicis cum multiplici animarum fructu venientes, gaudia æterna cum beato Remigio adipisci mereamini.

VI. Munus verò quod nobis vestra sanctitas dirigere dignata est, eo dilectionis amore sus- cepimus, quo à vobis fuit destinatum. Diuina maiestas, vos, vobisque omnes subiectos ita concedat temporaliter viuere, ut intercedente beato Petro Apostolorum principe, omnium peccatorum vestrorum vincula soluat, & ad cælestis Regni gloriam sine vlla offensione perducatur. Oprimus sanctitatem vestram benè valere, & ad piissimum Domi- num pro nobis, piis supplicationibus intercedere.] hucusque Ioannes ad Henueum Rhemensem Archiepiscopum.

Com-

CHRISTI
905.BENEDICTI PAP. IV.
I.LAMBERTI IMP. 2.
LEONIS VI. IMP. 20.

A Commendat item Frodoardus eiusdem Heriuei Archiepiscopi studium exhibitum in VII. conuersione Northmannorum, atque: ^a De Northmannorum quoque mitigatione at- que conuersione valdè laborauit, donec tandem post bellum, quod Robertus Comes contra eos Carnotenus egit, Fidem Christi suscipere cœperunt, concessis sibi maritimis qui- busdam pagis in Rothomagensi, quam pænè deleuerant, vrbe. & iisdem subiectis ad peti- tionem quoq; Vuitonis tunc Rothomagensis Episcopi collecta ex diuersis auctoritatibus sanctorum Patrum vigintiquatuor capitula, qualiter ipsi Northmanni tractari deberent, eidem Archiepiscopo delegauit. Insuper etiam apud Romanum Põtificem super horum conuersione, quæ exequenda forent, insinuare non destitit.] hæc Frodoardus planè con- sentientia ijs quæ modò sunt recitata. Ista de Northmannis, qui Gallias inuaserunt.

Apud eos verò qui suas sedes habebant in Dania, diximus prima semina larga manu ia- ta fuisse Fidei à sancto Ansgario, inde verò ab eius successore Remberto, qui & miraculis VIII. satis admirandis eandem Ecclesiam coalescentem irrigauit, quæ maioribus in dies incre- mentis profecit. Item in Gallijs ex eis plures ad Fidem esse conuersos.

Rursum verò reperitur eiusdem Ioannis Noni epistola ad Stylianum Episcopum IX. Neocæsariæ cognomento Mapam, cum eum ille consulisset suis litteris. extat in codi- ce ^b Columnenti sæpè citato post Octauam Synodum, vbi eius temporis auctor ista præ- fatur ante dictam Ioannis epistolam: Sciendum præterea (inquit) quòd Mapas Me- tropolita Neocæsariensis Stylianus, cum accepisset epistolam Papæ Formosi, ut supra scriptum est, transactis nouem annis, ab amicis & propinquis victus, cum rectam viam veritatis reliquisset, ad contrariam conuersus est, nempe ut communicaret cum ordinatis à X. Photio, & scripsit ad Vrbem Romam, petens ut sibi concedatur facultas cum illis com- municandi. Papa verò Ioannes cum accepisset Mapæ petitionem, animaduertit quo pacto tentans hæc ille scripserat, ut videret, an Romani hoc essent facturi. Quapropter ne- que illi facultatem concessit, neque proprium chirographum, quod petebat, emisit. Re- scripsit autem illi in hunc modum:

Eas quas par est, dilectioni tuæ gratias agimus, honorande frater, quòd numquam à X. Matre tua sancta Catholica & Apostolica Ecclesia Romana declinare voluisti. Neque enim tormenta vlla, neque exilia, neque fraudes adulterorum hominum à Matre tua te diuellere potuerunt. Spero tamen tuarum precum fauore duritiem cordis eorum qui saluari debent, leniendam, & optatam pacem redituram, quod apertis argumentis futu- rum apparet, & schisma quadraginta ferè annorum ad priorem sanitatem reuerfurum. Quæ enim tua Mater reprobauit, tu etiam hucusque reprobasti, & quæ illa approbauit, D etiam tu approbasti.

Voluntus igitur, ut etiam nunc secundum eandem regulam decreta sanctissimorum XI. Pontificum prædecessorum nostrorum inconcussa maneant. Quapropter Ignatium, & Photium, & Stephanum, & Antonium, sicut sanctissimus Papa Nicolaus, & Ioannes, & Sextus Stephanus, & vniuersa Romana Ecclesia hucusque tenuit, etiam nos eodem ordine illos recipimus & tenemus, & illis qui supersunt, ex eorum ordine, eodem pacto manus præbeamus; & ut ipse eodem pacto nobiscum manus præbeas, hortamur; & pacis & communionis illis concedimus vnitatem, dum ipsi eodem pacto regulas seruauerint. Tuum verò chirographum, quod nobis fecisti, quamuis multum quaerimus, inuenire tamen minimè potuimus.] hucusque epistola Ioannis à Federico Metio Latinitati donata, cum alijs quæ sequuntur. Nam idem subijcit auctor, Scholiastem agens:

Perpendenda (inquit) sunt huius epistolæ excogitata verba. Papa enim iste neque ab- soluit, neque recepit Photium, vel eius ordinationem, sed confirmavit decreta prædecesso- rum suorum. Cum enim dixisset, quòd neque tormenta vlla, neque exilia, neque fraudes adulterorum hominum potuerunt te diuellere à Matre tua Romana Ecclesia: tyrannum & persecutorem adulterum apertè declarauit Photium. Vterius verò procedens, ostendit etiam alios post ipsum qui non sunt saluati, neque benè se habet, quadraginta annis sacer- dotis nomine permansisse, & præcepit inconcussa custodiri decreta prædecessorum suo- rum, sancta videlicet aduersus Gregorium Syracusanum & Photium & eorum ordina- tiones. Et cum dixisset: Hac definitione & regula prædictorum illorum etiam nos recipi- mus, & tenemus; Ignatium quidem consecratum apertè, reliquos verò consecrationis ex- pertes significat. Sextus autem à Nicolao Stephanus numeratur: primus enim Nicolaus Photium condénauit, & Ignatium confirmavit, deinde Hadrianus, & post hunc Ioannes, XII. post

post

CHRISTI BENEDICTI PAP. IV. LAMBERTI IMP. 2. 905. I. LEONIS VI. IMP. 20.

post quem Marinus, & post Marinum Hadrianus alter, & Sextus Stephanus, deinde Formosus, & post hunc alij quatuor, videlicet Bonifacius, Stephanus, Romanus, Theodorus, & post hos Ioannes, qui hac scripsit. Cum vero dixisset, quod sicut vniuersa Romana Ecclesia hucusque tenuit, complexus est omnes Pontifices, qui ipsum precesserunt, & qui sunt secuti, quorum decreta dixit se ipsum etiam tenere. Ut fieri minus possit, hac duo simul esse, decreta videlicet illum tenere, & eos qui eorum decretis sunt reprobati, recipere ad sacerdotium, sed tantum pacis & benedictionis illos obtinere communionem, ut saeculares, satis aperte demonstrauit.] haecenus Graecus Scholiastes. Quod superest de eodem Ioanne Nono, Leo 2 Orients tradit dedisse petum priuilegium monachis Cassinatibus, quod & fecisse Stephanum Papam praedecessorem affirmat. Atque de Ioanne satis, post cuius obitum cum vacasset Sedes diem vnum, successit Benedictus eius nominis Quartus, natione Romanus, ex patre Mammolo : qui magnam sibi laudem in primis ex amore pauperum conciliauit, de quo inferius.

Leo Off. lib. I. cap. 50. BENEDICTVS PAPA CREATVS.

XIII. Eodem anno (quod ad res Hispaniae pertinet) qui ea quae Dei sunt, studio propensiori curauit Rex Adefonsus cognomento Magnus, rebus Ecclesiasticis optime consulens, nouissimè verò (vt dictum est) Ouetensi Concilio auctoritate Romani Pontificis celebrato, eas cum in optimum (vt licuit) statum reposuisset, aduersus Arabes bellum gerens, ingentem de ipsis est victoriam consecutus, cadente in praelio illorum duce primario Alcaman nominato, eodemque à suis uti propheta culto. Ita planè Deo praeiuro, semper de infidelibus triumphauit, qui ad Christianam religionem oppressam subleuandam ac propagandam, omnem suam semper adhibuit facultatem. Sed quomodo qui iustus erat, necesse fuit magnis tentationibus agitari, quò apud Deum sanctior, & apud homines clarior redderetur, suo loco dicendum erit.

IESV CHRISTI BENEDICTI PAP. IV. LAMBERTI IMP. 3. ANNVS ANNVS ANNVS 906. 2. LEONIS VI. IMP. 21.

ANNVS Redemptoris nongentesimus sextus Indictione nona, rerum gestarum nulla facè perspicuus, penitus remansit obscurus. Sed ex post additis antiquis monumentis haud mediocrem lucem accepit, qua temporum offusam caliginem, quae irreperat ex antiquorum scriptorum inopia, procul expellat, & manifestetur, iam Sergium Tertium hoc anno sedisse Pontificem, non autem Benedictum. verus enim Inscriptio ita se habet :

SERGIVS PAPA III. c. Anriq. in script. in Ap. ped. p. 1162. num. 2.

HIC SANCTI PRIMI MARTYRIS CORPVS VENERANDVM IN CHRISTO. HVMATVM. QVIESCIT. QVOD DEO DIGNVS SERGIVS PAPA IVNIOR. EREMBERTO. INLVSTRI VIRO. CONCESSIT. AB VRBE. ROMA. CVM. HYMNIS. AC LAVDIBVS. SPIRITVALIBVSQ. CANTICIS. DVM. ESSET TRANSLATVM. QVEM. INTER. SANCTOS. EIVS. SPIRITVS TENEAT. PRIMATVM. IN. MVLTIS. VIRTVTIBVS ET. SIGNIS. EST. DECLARATVM RECONDITVM. EST. CORPVS. BEATI. PRIMI. MARTYRIS CVM. RELIQVIBVS. SANCTI. FELICIANI. ANNO INCARNATIONIS. DOMINI. NOSTRI. IESV. CHRISTI. DCCCXVI. KAL. AVG. INDICT. VIII. ORDINANTE. DOM. ANGILBERTO. ARCHIEPISCOPO. ANNO. XXIII. PASSIO. SANCTORVM. VI. ID. IVN.] Discis ex his igitur, Sergium hoc anno sedisse.

IESV CHRISTI BENEDICTI PAP. IV. LAMBERTI IMP. 4. ANNVS ANNVS ANNVS 907. 3. LEONIS VI. IMP. 22.

I. MORITVR BENEDICTVS PAPA IV.

ANNVS sequitur Christi nongentesimus septimus, Indictione decima inchoatus, quo defunctus est Benedictus Papa eius nominis IV. sepultusque est apud S. Petrum iuxta aditum quo itur ad S. Gregorium, ubi & eius sepulchrum eiusmodi exornatum fuit epitaphio,

CHRISTI CHRISTOPHORI PAP. LAMBERTI IMP. 5. 908. I. LEONIS VI. IMP. 23.

A fuit epitaphio, quod olim exscriptum à Manlio in libello rerum antiquarum basilicæ Vaticanæ, sic se habet ex emendatiori codice redditum :

Membra Benedicti hic Quarti sacra quiescunt Pontificis, magni, Praesulis eximij : Qui merito dignus, Benedictus nomine dictus ; Cum fuerit largus omnibus atque bonus. Huic generis decus & pietatis splendor opimus Ornat opus cunctum iussa Dei meditant. Praesulit hic generale bonum lucro speciali, Mercatus calum, cuncta sua tribuit. Despectas viduas necnon inopesq; pupillos Ut natos proprios assidue resouens. Inspector umuli, compuncto dicit corde : Cum Christo regnes, à Benedicte, Deo.] Ecce quod vnicum extat tanti Pontificis monumentum.

B

Subrogatus est in locum ipsius Leo eius nominis quintus patria Ardeatinus, quem breuitas temporis, quo sedet, reddit obscurum : nam tantum dies quadraginta Ecclesiam gubernasse tradunt veteres, res Romanorum Pontificum profecuti, pulsum verò atque detruum in carcerem à Christophoro, quem sedisse post eum, affirmant ; sed nec Christophori sedem iterisse immocam ; sed post menses septem deturbatam à Sergio inuasore æquè confirmant, quod contigit anno sequenti. Sunt hæc planè tempora, inopia scriptorum obscura, & tyrannide Sedem Apostolicam inuadentium terra.

II. LEO V. CREATVS, QVOD SVBLATO SEDIT CHRISTOPHORVS.

IESV CHRISTI CHRISTOPHORI PAP. LAMBERTI IMP. 5. ANNVS ANNVS ANNVS 908. I. LEONIS VI. IMP. 23.

CHRISTI anno nongentesimo octauo, Indictione vndecima inchoato, rursum praetorurum turbis & factionibus, inuasionibus & grassationibus tyrannorum Romana vehementer perturbatur Ecclesia : siquidem Christophorus violenter è Sede pellitur, vinculis stringitur, in carcerem truditur, atque vitam monasticam amplecti cogitur : ubi autem mortuus est, sepultus fuit in basilica sancti Petri, cuius sepulchro hanc vnico versu appositam inscriptionem, Manlius qui exscripsit sic recitat :

I. CHRISTOPHORO ERECTO SERGIVS SEDIT INVA-DIT.

HIC PIA CHRISTOPHORI REQUIESCUNT MEMBRA SEPULTI.] Exurgit rursus hoc eiecto Sergius ille nefandus, quem audisti in Formosum Papam ita scuisse. potens iste armis Marchionis Tusciae Adelberti, homo vitiorum omnium seruus, facinorosissimus omnium, quæ intentata reliquit ? Inuasit iste Sedem Christophori, non Formosi (vt memoria lapsus asseruit Luitprandus) quem quidem constat post malum ingressum, deterioremq; progressum, pessimum demum esse consecutum egressum. De quo Sigebertus hæc, anno superiori, habet in sua Chronographia : Sergius Romanæ Ecclesiæ centesimus vigesimus praesidet. Ille est Sergius diaconus, propter Formosum à Papatu reprobatus, qui ab eodem Formoso Episcopus factus, ad Francos tamen se contulit, & eorum auxilio Christophorum inuasorem capiens & in carcerem trudens, latenter Romam ingressus, Papatum inuasit, & Romanos minis & terroribus perpulit, ut omnes ordinationes Formosi irritas haberent, &c.] Sed hæc superius, suo loco, sunt dicta de sacrilegio ab ipso in Formosum post eius obitum perpetrato. In quibus corrigendus Sigebertus, dum ordinatum à Formoso Episcopum Sergium dicit, quem acta synodalia superius recitata non nisi presbyterum nominent, Luitprandus verò eum ex diacono arripuisse sibi nomen Pontificis tradit. Ceterum ab omnibus non legitimus Pontifex, sed conclamatur inuasor : vt non mireris si (quod audisti ex Sigeberto) ordinationes Formosi repulit, sed parum istud, nisi alias superinduxisset ordinationes.

II.

Sunt hæc infelicissima illa tempora, cum alter alterius res gestas, intrusus quisque Pontifex aboleret, quæ damnans & execrans huius temporis auctor Auxilius nomine, suo prosecutus est stylo, de quo hæc Sigebertus, cum agit de scriptoribus Ecclesiasticis, inuasoribus illustribus : Auxilius (inquit) scripsit Dialogum sub persona Invasoris & Defensoris, diuinis & canonicis exemplis munitum, contra intestinam discordiam Romanæ Ecclesiæ.

III. RECORDI-NATIONES INVASORVM EIVS-SE PONTIFICVM.

næ Ecclesiæ, scilicet de ordinationibus, exordinationibus, & superordinationibus Romanorum Pontificum, & ordinatorum ab eis exordinationibus, & superordinationibus.] hæc de argumento, in quo Auxilius suo versatus est commentario. Perpetrata sunt ista ab inuaforibus & intrusis in Apostolicam Sedem Pontificis nomen vsurpantibus, & illegitimè thronum Apostolicum inuadentibus. Verùm legitimè creati Romani Pontifices (vt Ioannes Nonus, de quo nuper) ista vehementer sunt execrati.

IV. Ceterùm cum huiusmodi inuafores Sedis Apostolicæ inualuere, quid adeò mirandum sit, si inconcessa sacris legibus ab illis tentata fuerint & vsurpata? quid minus habet alienorum inuafor à grassatore? At ab istis quis iusta legitimaque requirit? At quod mirandum est, isti licet tales fuerint, tamen eo honoris & reuerentiæ fideles omnes præsertim longè positi Boreales populi prosequantur Romanam Ecclesiã, vt quemcumque in ea sedentem, audirent nominetenus Pontificem, eundem, mirum dictu, nulla habita

^a Crant. hist. Eccl. Sax. lib. 3. cap. 1. & lib. 2. cap. 24.

^b Adam li. 1. cap. 42. ^c Leo Ostien. lib. 1. cap. 54. ^d Diff. 79. cap. 1. & 9.

discussione eius ingressus, vt Petrum colerent. Sic enim ab hoc eodem Sergio ^a Colonienfis Archiepiscopus reperitur petiisse & accepisse pallium, & Hogerus successor Adalgarij in Ecclesia Hamburgensi hoc anno ab eodem Sergio æquè accepisse pallium tam ipse, quàm præcessor viri sanctissimi, cui coadiutorem dederat & priuilegia renouarat. Hic igitur vt cumque Pontificem agens Formosi Papæ synodalia decreta rescidit. Etenim qui adhuc in Formosum odio exæstuat immenso, quæcumque statuta fuissent in Concilio Triburiensi eiusdem auctoritate Formosi, nimirum, vt Bremensis Ecclesia suffraganea censeretur Colonienfis Ecclesiæ, iste rescidit, diplomataque Pontificia, quibus eximeretur à Colonienfis Episcopi potestate, ipsi concessit. hæc ^b Adam monachus. Ab eodem quoque ita Pontificem agente obtinuisse priuilegia monachos Cassinates, Leo ^c Ostiensis affirmat. Cum tamen eosdem Sedis Apostolicæ inuafores, non Apostolicos, ^d C sed apostolicos esse dicendos, Ecclesiastica benè disposita ^d censuit disciplina.

V. Cuius præter vim tyrannicam in Pontificatum inuadendo ab auctoribus eius sæculi scriptis proditam, turpitudine quoque vitæ ab eisdem tradita posteris magna infamiæ nota est reddita manifesta. ^e Luitprandus enim obscœna ista nota reliquit his verbis: Theodora scortum impudens, huius Alberici qui nuper hominem exiit, auia (quod dictu etiam nefandissimum est) Romanæ ciuitatis non inuiriliter monarchiam obtinebat, quæ diras habuit natas, Maroziam atque Theodoram sibi non solum æquales, verùm etiam Veneris exortiuo promptiores. Harum vna Marozia ex Papa Sergio, cuius supra fecimus mentionem, Ioannem, qui post Ioannis Rauennatis obitum, sanctæ Romanæ Ecclesiæ obtinuit dignitatem, nefario genuit adulterio, ex Alberto autem Marchione Albericum, qui nostro post tempore Romanæ vrbis Principatum vsurpauit, &c.] Audisti temporis huius deploratissimum statum, cum Theodora senior nobile scortum monarchiam (vt ita dicam) obtineret in Vrbe?

VI. THEODORA NOBILE SCORTUM.

Sed vnde infami mulieri tanta dignitas? Erat ista nobilis Romana femina senatoria orta propagine, excellens pulchritudine, ingenio versutissima, consuetudine Adelberti Tusciæ Marchionis potentissimi reddita procacissima, ex quo etiam quas audisti genuit filias; sicque ex adulteri potentia etiam sibi peperit monarchiam. Nam cum (vt suo loco inferius dicetur) munitio sancti Angeli inexpugnabilis reddita ex mole olim Hadriani, Augustorum sepulchro, possideretur ab eodem Tusciæ Marchione, qui ea potiretur, Vrbi quoque pariter dominari facile posset: hæc pessima femina ea arte dominium Vrbs est consecuta, possidens arcem, illudque in posteros propagare curauit, filias prostituens Pontificibus Sedis Apostolicæ inuaforibus & Tusciæ Marchionibus, ex quibus tantarum inualuit meretricum imperium, vt pro arbitrio legitimè creatos dimouerent Pontifices, & violentos ac nefarios homines, illis pulsus, intruderent.

VII. VISA INTERDVM SANCTIS ECCLESIA PÆNE RELINQVI A DEO.

^f Basfl. ep. 71. ^g Bed. homil. in Mar. c. 6.

Quis ista considerans, non obstupescens, scandalumque, patiens putarit, Deum oblitum Ecclesiæ suæ, quam meretricum arbitrio permisit infamari? Sanè quidem sanctorum Patrũ fuit ista querela, cum superexcrecentibus fluctibus vndiq; pene obrutam viderent Ecclesiã, ea interdum ipsorum animos suggestione pulsante, num Deus dereliquisset Ecclesiã suam. nam audi ^f Magnum Basilium ita malis obrutum ad Alexandrinus ista scribentem: Accessit autem ad hæc animi mei disceptationes & ista cogitatio: An Ecclesiã suas prorsus reliquerit Dominus, &c.] dum videlicet (quod ait ex nostris ^g Beda) nonnumquam Ecclesia à tantis Gentilium pressuris non solum afflicta, sed & scœdata est, vt (si fieri posset) Redemptor ipsius eam prorsus deseruisse ad tempus videretur, &c.]

Turturis

A Turturis lugentis, Ecclesiæ lamentantis vox illa est: ^a Ego derelicta & sola.] sed non ita, quia in his potius cognita est diuina prouidentia erga suam Ecclesiã sollicitior inuigilare, atque protectione, sollicitudine, curaque propensiore eidem inhærescere. Siquidem cum tanta ista vrgerent toto hoc sæculo mala, & scandala increbrescerent: tamen non est inuentus qui ea de causa se ab ipsa Ecclesia Romana abscinderet schismate, vel hæresi eandem impugnaret; sed omnes vbique gentium eidem fidei vinculo, & obedientiæ fœdere iuncti persisterent. Vt ad hoc illud ^b Nahum aptari possit: Quid cogitatis contra Dominum? Consummationem iple faciet, non consurget duplex tribulatio.] nam cum his vrgeretur malis Ecclesiã: non permessa est schismatibus scindi, & proscindi hæresum fraudibus, sed omnes Deus Fideles illi fecit obsequentes. Quod factum planè non esset, nisi Deus eius incolumitati & integritati summa vigilantia prospexisset, sic vt quò longius ab eadem Ecclesia foris visus est recessisse, eò magis intimè eidem cognitus sit inhæsisse, manumque subiecisse, ne prauorum hominum impulsibus agitata corrueret. quod loco miraculi habendum quis neget? Cum maior in eo Dei potentia cognoscatur, si quod in igne est positum, non incendatur, quam si longè remotum ab eo conseruetur illæsum. Et cum sententia Pauli, ^c quale cuiuscumque sit opus probabit ignis: planè opus Dei esse, Romanam Ecclesiã, quæ tot admotis facibus non potuerit ad interitum vsque consumi, & ad nihilum redigi, facti euidentia declarauit. Stetit sanè, stabitque semper immobilis de Sede Petri sententia atque promissio Christi, quòd portæ inferi non præualebunt aduersus eam.

^a Isai. 49.

^b Nahum 1.

^c I. Cor. 3.

Eodem anno tædio longæ præfecturæ patris Regis Adefonsi Magni eius filius primogenitus Garfias nomine adiuuante matre & fratribus conspirat in patrem: sed qui Magni nomen dignè est consecutus ob debellatos sæpissimè Arabes: in hoc ipso, cum nolens ciuili & domestico bello exhauri Regni vires in utilitatem hostium Sarracenorum sponte filio cessit, seipsum superans, non curans quæ sua sunt, planè vt diceretur Maximus dignus fuit. Res tunc gestas, ex Sampyro atque Tudenfi & aliis antiquis monumentis prodit ^d Ambrosius Morales & alij.

VIII. ADEFONSI MAGNI MAXIMA VIRTUS.

^d Amb. Moral. Chron. Hisp. lib. 5. cap. 30.

IESV CHRISTI ANNVS 909.

SERGII PAP. ANNVS 2.

LAMBERTI IMP. 6. LEONIS VI. IMP. 24.

ANNVS Redemptoris nongentesimus nonus, Indictione duodecima sequitur, quo in pago Sueslionensi in loco Trosleio dicto, prouinciale Concilium celebratum est ab Herueo, seu Heriuco Archiepiscopo Rhemenfi, dignum quidem quod describeretur hic integrum, cum tamquam fax in tanta temporum & Ecclesiasticæ disciplinæ obscuritate splenderet. Inuenimus illud in scripto codice Antonij Augustini, acceptum (vt ibi dicitur) ex bibliotheca sancti Remigij Rhemenfis. in cuius præfatione satis quidem diserte hæc habentur de his quæ ad temporis notam pertinent: Vnde anno Dominicæ Incarnationis nongentesimonono, Indictione duodecima, sexto Kalendas mensis Iulij conuenerunt venerabiles Patres & doctores Ecclesiæ, Herueus scilicet sanctæ Metropolis Rhemorum Archiepiscopus, totius plebis Dei famulus, & Coepiscopi Rhemenfis dicecesis, quorum nomina subtus tenentur descripta. In pago Sueslionico, loco Trosleio, de statu Ecclesiæ & totius Regni utilitate tractaturi; & facta solemniter salutatione, omnibusque, vt mos est, ordine residentibus, Archiepiscopus sic exorsus est:

I. CONCILIVM SVESLIONE CELEBRATVM.

II.

Quoniam per aliquot annos, partim infestatione paganorum, partim etiam grauissimis Regni perturbationibus, ac quorundam fallorum Christianorum infestationibus præpediti, iuxta decreta Canonum nequiuimus congregari: nunc quia annuente Domino congregandi nobis facultas, iuxta decreta Canonum data est, cum Dei gratia conuenientibus nobis in vnum, &c.] In primis autem ob oculos ponitur præsentis temporis miserrimus status, tamquam tempus vltionis Domini. nam inter alia: Videtis quàm sit euidentis furor Domini, & manus eius ad feriendum extensa? Ecce enim quot anni sunt, ex quo terram nostram * ægrè sterilitate damnatam aspiciamus; quibus cladibus quotidie intereat populus: iam vidimus depopulatas vrbes, destructa vel incensa monasteria. Agri in solitudinem sunt redacti, ita vt dicere possimus, peruenit gladius

* al. agri

dius vsque ad animam, &c.] his pluribus deploratis, primùm omnium de Episcoporum A correctione ponitur saluberrima institutio, quæ incipit: Denique ne nobis parcere videamur qui aliorum errata corrigere debemus, &c.] his prælocutis, primùm omnium de honore & cultu Ecclesiarum ponitur a constitutio. Deinde ipsi Regi vt potissimo post sacerdotibus Ecclesiæ membro, præscribitur recta secundùm pietatem norma viuendi ex sanctorum Patrum sententiis concinnata, atque ex iisdem fontibus exhortatio ad eundem Regem subiicitur, quæ sic incipit: Et quoniã à nobis ratio exigitur omnium & Principum & subditorum ab eo qui sine exceptione iudicat personarum, & pro ipsis Regibus Regi Regum sumus reddituri rationem: sermo exhortationis ad vestram, domine Rex, nobis habendus est excellentiam, &c.] Tertio verò loco regularium ponitur reformatio, & disciplinæ collapsæ integra restitutio. de quibus agentes Patres, primùm omnium quomiserando statu essent tunc monasteria Gallicana, verbis istis immenso dolore deplorant: B

III. De monasteriorum verò non statu sed lapsu, quid dicere vel agere debeamus, iam præne ambigimus. Dum enim mole criminum exigente, & iudicium à domo Dei incipiente, quædam à paganis succensa, vel destructa, quædam rebus spoliata & ad nihilum propè sunt redacta: si tamen quorundam adhuc videntur esse vestigia, nulla in eis regularis normæ seruantur instituta: siue namque monachorum, siue canonicorum, siue sint sanctimonialium, propriis & sibi iure competentibus carent rectoribus, & dum contra omnem Ecclesiæ auctoritatem prælatis vtuntur extraneis, in eis degentes, partim indigentia, partim maleuolentia, maximeque inhabilium sibi præpositorum facientium inconuenientia, moribus viuunt in compositis, &c.] deplorant præterea quòd laici eadem à Regibus in beneficia præter ius fasque acceperant, adduntque: Nunc autem in monasteriis Deo dicatis, monachorum, canonicorum, & sanctimonialium, Abbates laici cum suis vxoribus, filiis & filiabus, cum militibus morantur & canibus, &c.] hæc detestati admodum Patres, ex sacris Canonibus Conciliorum & Francorum Regum Capitularibus corrigunt. Sed & quoniam sicut in Vrbe ita in orbe sacrilegij illud genus inualuit, vt defuncto Episcopo, eius bona ab omnibus publicè diriperentur, ne id fieret amplius, conati sunt reprimere Patres, canonicarum obice sanctionum. Hæc & alia emendantes, quindecim scripsere capita, multiplicibus Canonibus & sententiis Patrum contexta, vt quot capita, tot dixeris esse catecheses ad restituendam collapsam Ecclesiasticam disciplinam, & euellendos qui irrepserant in omnes hominum ordines prauos mores.

IV. Inter alia autem in fine decimiquarti capitis, quam acceperant ab Apostolica Sede admonitionem de peruersa Orientalium doctrina auctore Photio, his significant verbis: b Sanè quia innouit nobis sancta Sedes Apostolica, adhuc errores & blasphemias cuiusdam vigere Photij in partibus Orientis in Spiritum sanctum, quòd non à Filio, nisi tantum à Patre procedat blasphemantis: hortamur vestram fraternitatem, vt vnà mecum, secundùm admonitionem domini Romanæ Sedis Præsidis, singuli nostrum, perspectis Patrum Catholicorum sententiis, de diuinæ Scripturæ pharetris acutas proferamus sagittas potentes ad conficiendam belluam monstri renascentis, & ad terebrandum caput nequissimi serpentis.] hæc sanctissimi Patres illi. Quibus in primis declaratur perseuerasse eos, qui quomodocumque præsidebant Romanæ Ecclesiæ, in Photij detestatione & anathemate, vt qui nullo addito titulo Patriarchali, nominetur vt laicus. Sed & ex iisdem commendatur modestia & reuerentia Gallicanorum Episcoporum erga Romanam Ecclesiam, dum minimè merita ista scribentis Sergij attendentes, ea tantum quæ ab eo dicerentur considerantes, ipsius obediunt iussionibus, secundùm quod fuerant E olim admoniti à Christo discipuli de sedentibus super cathedram Moyfi Scribis & Pharisæis, vt facerent quæ illi dicerent, & non quæ facerent.

V. Quæ autem istis subiecerunt iisdem sanctissimi Patres exordio capitis decimiquinti, hinc sunt totidem reddenda verbis, quibus agunt de conseruata illibata quam acceperant à Petro & eius successoribus Fide Catholica, cui vt superædificent bona opera, cum hortantur, compendio quodam quæcumque debeat facere quilibet Christianus, admonent toto capite illo, in cuius exordio habentur ista:

VI. His ita prælibatis, nos omnes generaliter alloquamur: qui iuste & piè volunt viuere in communionem sanctæ Ecclesiæ Catholicæ, quæ est vnum corpus Christi, cuius vnus est Dominus, vna Fides, vnum Baptisma. Quæ cum generaliter ab vno capite Christo super petram, id est super Confessionem Petri sit ædificata: manifestum tamen est, per omnem

a Cod. Conc. cap. 2.

III. MONASTERIA ET DISCIPLINA MONASTICA COLLAPSA.

IV. Cod. Conc. cap. 14. PHOTII DAMNATVS ERROR DE SPIRITV SANCTO.

c Matt. 23.

A nem Italiam, Gallias & Hispaniam, nullum instituisse Ecclesias, nisi eos, quos venerabilis Petrus, aut eius successores constituerunt sacerdotes. Et quoniam Ecclesia in nostris quoque partibus (vt dictum est) super hanc petræ soliditatem non tantum fundata, sed ab eo eiusque successoribus etiam est edocta: cum Dei gratia, ipsius beati Petri iustitiantibus meritis, firmitatem Fidei, quam primò perceperat, hætenus inconcussam seruare studuit, nullaque perfidorum consortia recepit. At verò quia multi fide tantum Christiani sunt, opere verò à Christiana doctrina dissentiant, attestante a Iacobo Apostolo, a Iac. 2. dicimus, fidem non solum otiosam, sed etiam esse mortuam sine operibus, &c.]

Ad finem ante nomina subscribentium Episcoporum ponuntur ista, Herueus Rhemorum Archiepiscopus Rothomagensis Archiepiscopus, Rodolphus Laudunensis Episcopus, Erluinus Bellouacensis Episcopus, Rambertus Nouiomagorum Episcopus, Letholdus Catalaunensis Episcopus, Abbo Sueffionensis Episcopus, Stephanus Cameracensis Episcopus, Hucbertus Meldensis Episcopus, Stephanus Maurmorum Episcopus, Oscarius Ambianensis Episcopus.] hæc de his quæ spectant ad Synodum, ex multis pauca. Porro non semel à viro dignissimo Synodus celebrata legitur, sed planè multoties, testante id b Frodoardo, qui ait: Conuentus denique synodales sæpè cum Episcopis dioceseos habuit, in quibus de pace & religione sanctæ Dei Ecclesiæ, itatuque Regni Francorum salubriter competenterque tractauit, &c.]

IESV CHRISTI ANASTASII PAP. III. LAMBERTI IMP. 7. LEONIS VI. IMP. 25.

ANNVS 910. I.

C ANNVS Redemptoris nongentesimus decimus, Indictione decimatertia inchoatus I. sequitur, quo defunctus est Sergius Papa: quem haud diutius superuixisse, quæ dicenda erunt in Ioanne Decimo, manifestè demonstrant. Sicque ipsum Sergium non septennio (vt produnt nonnulli) sed triennio dumtaxat inuasam Sedem occupasse, apparet. Defuncto igitur Sergio in locum eius Anastasius subrogatur, patria Romanus, Luciani filius, qui sedisse ponitur annos duos & totidem menses. De Anastasio asseritur, quòd exposcente Berengario, Ticinensem Ecclesiam plurimis iisdemque magnificis decorauit c ornamenti, concedens nimirum vmbellæ vsum, equoque vehi albo, crucem præuiam in itinere habere, & in Conciliis à laua Pontificis allidendi.

D Ad hæc etiam tempora propagatum esse Lamberti Imperium, ex d Luitprando possumus intelligere, cum ait, quinquennio illi aduersatum fuisse Raginfredum Mediolanensem Comitem, cum antea idem Imp. aliquantisper pulso Berengario imperasset. Hunc ab Vgone Comite Mediolanensi in venatione occultè necatum, ipse e Luitprandus magno opere deplorauit, de cuius indole ista recenset: Inerat namque illi honesta morum probitas, sancta & formidolosa seueritas, & quem iuuentus ornauerat in corpore splendida, mentis canicies decorabat sancta. Planè plus ille Reipublicæ, quam Respublica decoris ei contulerat. Quòd si non circa mors hunc raperet, is esset, qui post Romanam potentiam totum sibi orbem vitiliter subiugaret.] hæc ipse, dum citam (vt ait) eius mortem deplorat; erat enim hoc anno ipse suæ ætatis annorum trigintaduorum, vt ex patris diplomate reddita superiùs diligenti supputatione annorum eius, anno E nongentesimo quarto est demonstratum. Ex quibus corrigas errores asserentium longè antè natum, Imperatoremque creatum atque defunctum.

At hunc quantumlibet probatum moribus, spectataque virtute clarum, qui summam de se expectationem concitasset, sustulit de medio Deus, ne malitia mutaret cor eius. Sed & quòd vindicans Deus peccata parentum in filios vsque in tertiam & quartam generationem, noluit eum in Romano Imperio propagari, cuius progenitores (vt viditti) toties Romanam Ecclesiam inuadentes, deprædati sunt. Sublato de medio Lamberto, Berengarius (vt idem Luitprandus testatur) summa rerum potitus est, & Adelbertus Tuscæ Marchio ad suum pristinum reuersus est principatum.

OMNES ECCLIESI AB OCCIDENTALES EVNDATA A PETRO VEL EIVS SVCCESS.

a Iac. 2.

VI I.

*

b Frod. histo. Rhem. lib. 4. cap. 13.

TICINENSIS ECCLESIA ADMODVM ILLVSTRATA. c Sigon. de Regn. Ital. lib. 6. in Anastasio.

II I. d Luitp. lib. 1. cap. 10.

e Idem lib. 1. in fine. LAMBERTI IMP. OBITVS.

III I.

I.
* Maij
LEON. IMP.
OBITVS.

A NNVS Redemptoris vndecimus supra nongentesimum decimaquarta Indictione incipit, quo Leo Imperator (vt auctor est Curopalates) vndecima mensis* Iunij ventris profluuiio ægrotans ex hac vita decessit. ad vigesimum quintum annum eius Imperium peruenisse & menses tres, testatur Zonaras, Constantinus Manasses, & Glycas; sicque inchoasse ipsum annum vigesimum sextum affirmant. Scriptores rerum ab ipso gestarum cum plures sint, omnes tamen è Curopalate accepisse noscuntur. qui cum confusa nec singula singulis reddant annis, nec nos id in omnibus præstare potuimus. Extant eiusdem Leonis centum & tredecim Nouellæ constitutiones diuersorum argumentorum ad res vel personas etiam Ecclesiasticas pertinentes: voluit enim imitari Iustinianum, vt pro arbitrio sicut de profanis, ita de sacris æquè decerneret, sibi sumens quod summorum Pontificum est. quàm autem ista præsumentes delirent Imperatores, dictum est superius in Iustiniano.

II. Extat præterea ad huc eiusdem Leonis Imperatoris epistola ad Regem Sarracenorum de Christianæ Fidei veritate, & Sarracenorum impietate, cuius hic est titulus: Leonis cognomento Philosphi Imperatoris Constantinopolitani ad Omarum Sarracenorum Regem De Fidei Christianæ veritate & mysteriis, & de variis Sarracenorum hæresibus & blasphemis, Symphoriano Camperio Lugdunensi ex Chaldaica in linguam Latinam interprete, ante annos^a nonaginta. In qua (vt prætermittamus cetera) illud obseruandum, quòd dum Imperator probè doctus de sanctissima Trinitate doctrinam ingerit, Spiritum sanctum à Patre Filioque procedentem absque dubitatione vel hæsitacione aliqua proficitur sic dicens: Ego sum Dominus Deus tuus, Creator tuus, Lumen de lumine, Verbum de Patre, ex quibus Spiritus sanctus procedit.] vnde intelligas eam Orthodoxam de Spiritu sancto doctrinam huius temporis viros disertos recepisse, exclamasse tamen, quòd sine Oecumenici Concilij auctoritate in Symbolo posita esset.

III. Sed quæ eiusdem Leonis Imp. cognomine Sapientis extant adhuc scriptorum monumenta in Vaticanâ Bibliotheca, licet admodum deprauata, enumerare non erit otiosum, numero signando codices, in quibus sparsa leguntur.

Codice 106. Leonis Imperatoris variæ Orationes. num. 204. Itemque præcepta moralia vnà cum interpretatione. sed an ipsius vel alterius, incertum.

Numero 254. Eiusdem Imp. de instruendis aciebus.

Numero 566. Constitutiones Leonis & Basilij.

Numero 803. Eiusdem Imp. Orationes trigintatres, videlicet:

In admirabilem & gloriosam Ascensionem Domini.

In aduentum Spiritus sancti in specie ignis.

In Spiritum sanctum, quòd propria auctoritate adoptionem filiorum Dei hominibus largitus est.

In omnes Sanctos.

In magnum Apostolum orbis Paulum.

In gloriosum prophetam Eliam.

In gloriosam Domini transfigurationem, Orationes tres.

In transitum beatæ Virginis.

In decollationem Præcurforis.

In natiuitatem beatæ Virginis.

In exaltationem sanctæ Crucis.

In admirabilem & gloriosum Domini discipulum Thomam, duæ Orationes.

In gloriosum & à Deo coronatum Demetrium, Orationes duæ.

Quando domus Imperatoris fuit consecrata.

In sanctum Ioannem Chrysostrum.

Quando ingressa est beatissima Virgo in sancta.

In fulgentissimum Ecclesiæ lumen Nicolaum.

In Natiuitatem Domini secundum carnem.

In sanctum Stephanum.

In sancta lumina.

In

A

In sanctum Clementem Ancyranum.

In gloriosum martyrem Tryphonem.

In occursum Domini.

In capite sacratissimi ieiunij, tres Orationes.

Epistola Catholica hortatoria.

In festum Palmarum.

In Sabbatum sanctum.

Numero 331. Leonis ænigmata.

At verò ne in tot paratis spiritualibus ferculis permanens omnino ieiunus, hinc saltem apponendam pro ientaculo putauimus epistolam seu orationem circularem, qua tamquam vbique præsens omnes sibi subditos ad vitam benè instituendam hortatus est, imitatus in his Episcopos, qui huiusmodi encyclicis litteris pastoralibus populum sibi subditum admonere consueuerunt. accipe ipsam à nostro Federico Metio Latinitate donatam, licet ex codice admodum deprauato:

Leonis Imperatoris in Christo sempiterno Rege & Imperatore, Oratio trigesima, vel epistola parænetica Catholica ad quoscumque videlicet Christi fideles scripta hortatoria ad benè sancteque viuendum.

Benedictus Deus Pater, qui per dilectum Filium suum Dominum nostrum IESVM Christum liberavit nos à diaboli seruitute, & in portione Sanctorum suorum nos collocauit, cum filios & heredes inuisibilis gloriæ suæ nos constituerit, & à turpitudine passionum nos segregauerit, & integram nobis eam pulchritudinem instaurauerit, in qua initio creati fuimus, vel potius ea longè meliorem nobis largitus nunc fuerit. Non enim quemadmodum tunc temporis, malus ille dæmon, qui terram comedit, ita nunc liberè potest ad nos accedere, præsertim cum non valeat fixis oculis intueri eorum faciem, qui cælum ipsum pro sua patria sunt assecuti. Benedictus, inquam, etiam Deus Filius, qui nouissimis diebus in similitudinem hominum factus ex muliere, & in tempore cum apparuerit ille, qui vnà cum Patre creauit sæcula, vt cacodæmonem ipsum destructorem vasis fictilis, naturæ scilicet humanæ, in simili figura apparens, contereret, & hominem iam perditum in nouum hominem & incorruptibilem reformaret, & per mortem suam, perpetuam illam mortis incurfionem, & imperium susteret, ac in sanguine testamenti sui firmatam pacem scriberet, & concordiam in cælo & in terra firmaret, assumpta videlicet nostra humana natura in fortem Regni sui, qui dum sibi carnis tabernaculum formauit, nos ex corruptibili tabernaculo ad incorruptibilem mansionem in cælis transformauit, & in diuino lumine fiduciam illam nobis restituit, quam perdidimus illius liuore, qui in lumine permanere noluit, principis tenebrarum, in quo etiam nos dum essemus mortificati in erroris corruptela, nunc ad vitam sumus iterum reuocati, absorpta illa mortalitate per ipsum luminis efficaciam & virtutem, maiorem scilicet participationem & communionem prioris illius largiti nobis luminis adepti, in gloria magnitudinis eius. Benedictus etiam Deus, Spiritus videlicet Dei, qui replet omnia, & in quo cælesti gratia digni facti sumus, & delictorum nostrorum remissionem sumus consecuti, soluta in die condemnationis, & destructa peccati ipsius damnatione.

Liberi itaque à seruitutis iugo, quo tenebamur, in libertate ambulemus, nec iterum priori seruituti nos subiiciamus. Si enim, qui temporalem adepti sunt libertatem, ferre nullo pacto possunt, vt libertate neglecta, iterum ad seruitutis iugum reuertantur, quanto magis nos, qui sempiternam sumus assecuti libertatem, ipsius libertatis gloriam conseruare debemus, nec iterum seruitutis ignominia affici? qui que non vanum libertatis quoddam nomen adepti sumus, quæ in hac vita tantum nos liberos faceret, sed quæ sempiterno tempore mortem vnà cum seruitute conculcasset. Hoc enim erat nostræ seruitutis obsonium, & hac de causa eò magis nostram libertatem tueri debemus, ea in memoriam reuocantes, quæ dum serui essemus passi sumus: illud præcipuè meditantes, quidnam sit, quod pro nobis datum est pretium; non aurum videlicet, non argentum, sed dilecti Filij Dei pretiosus sanguis, quem Pater ipse Deus pro nobis tradidit morti, nec illi peperit propter magnam charitatem, qua nos dilexit. Ne itaque tanti doni immensitatem, quod nobis largitus est Deus, contemnamus, nos iterum seruos statuentes. non enim amplius libertatem huiusmodi iterum assequemur, cum semel dilectus Dei Filius proprium sanguinem fuderit, vt nos à peccatis liberi iustitia repleamur.

Iii 4

Repleti

VII. Repleti igitur sanctitate illius qui omnia replet, thesaurum nostrum nobis largitum A
integrum custodiamus, nec illum nobis à quoquam surripi permittamus. non enim ampli-
us erit excusationis locus. Tunc etenim, licet absque vlla vilitate, fuit tamen relicta
aliqua excusatio: nunc verò quænam esse poterit, cum nulla sit dæmoni facultas ad nos
accedendi? sed potius ille nos fugiat, vt à conspectu ignis, & si illi obuiam steterimus,
fugiet nos proculdubio: sin autem accesserit, eueniet, vt conculcetur sub pedibus nostris,
tamquam is, qui rapinam est operatus. Confidentes hac de causa, non nobis ipsis, imò
illi potius qui ipsum nobis conculcandum reddidit potentia magnitudinis suæ, securi vi-
uamus, non iterum stultè appetentes cibum cognitionis boni & mali, sed Angelorum ci-
bo contenti simus, quem qui degustant, numquam illos pœnitere contingit. Quisnam
verò cibum nactus ad fruitionem vitæ & suauitatis idoneum, amaritudinis & mortis ci-
bum gustare vniquam voluerit? Præterea si in cibis corruptibilibus nullus coinquinari B
cupit, quoniam pacto fieri poterit, vt nos, qui sempiterna fruimur suauitate, cibis amaricu-
dinis cupiditatem carnis coinquinari permittamus? Nullus seipsum (quæso vos) seduca-
cat. omnis quidem concupiscentia carnis, esca est & incentiuum quoddam, modicam af-
ferens suauitatem, deinde verò ad mortem nos præcipites ducit.

VIII. Cum igitur cibum habeamus æternæ vitæ, caueamus ne diaboli escarum delectatione
allecti, ad mortem prolabamur; sed sanctitatis illius, qui nos ab omnibus inquinamentis
nostris purgavit, participes facti sancti efficiamur: Hac enim de causa factus est pro no-
bis ipse^a peccatum, ne amplius in nobis regnet peccatum: mortuus etiam est ipse, ne pec-
cati opera amplius viuant, dum in nobis iustitiæ vixerint opera. Misericordiam, fratres, &
humanitatem diligamus. hæc enim est vitæ cælestis aggregatio, & eos, qui ipsam diligunt,
licet sint in carne, cælestes efficit: quandoquidem etiam ipsum cælestem Deum in carne C
fieri ipsa effecit, & ea quæ inter se immenso distant spatio; in vnum coniunxit. Volute-
mus animo quantum inter sit inter luti massam, & figulum. Quid igitur? figulus, vt faciat
vas vile ad aliquod ministerium, suscipit luti massam, & lutum ipsum non suscipiet se-
ipsum? & seipsum abnegabit? At quomodo fieri secus poterit vas congruum ad aliquod
ministerium, nisi per manus figuli accipiat benedictionem? tunc enim, vt ex eo aliquid
formetur vile est lutum, quando est benè dispositum ad figuli voluntatem. Efficiamur
itaque etiam nos benè dispositi, exacta videlicet & perfecta cum figulo vnione, & ex bo-
no semine bonum fructum afferamus, misericordiam videlicet & clementiam; nec à bo-
no semine malus fructus oriarur, & vitis ad lætitiæ plantata in amaritudinem conuer-
tatur, cum rectè nouerimus, quòd fructus ille, qui non est proprii seminis germanus, be-
nedictionem non obtinet, sed maledictionem, & laborem agricolæ inutilem reddit, & D
spem lætitiæ in mœstitiæ illi conuertit. Ex bono igitur semine fructum diuersum & alie-
num non afferamus, ne mœstitiæ agricolæ præbeamus, & maledictionis sententiam in-
curramus. Sed bonum operemur, bonum agricolam præ oculis habentes, neque malum
in bono admisceamus. non enim est credendum, dum Rex quiescit, latronem arma de-
positurum. Hac igitur de causa ad nobilem Regis domum, quæ nos ipsi sumus, arma ho-
miciæ cacodæmonis irrumperere ne permittamus. Dicit enim Deus, Inhabitabo inter
ipsum, & deambulabo. malus verò dæmon & homicida ab initio hominem odio habuit,
cum superbus sit, & supplantator, & per eum inuidia ortum habuit, & per inuidiam mors
regnauit in nobis. Christus autem cum venisset, tyrannum eiecit, quo eiecto nihil eorum
amplius operatur, quæ antea in ipso operabantur.

IX. Quomodo igitur operabuntur aliquid quæcumque potestatem habebant antequam E
tyrannus eiiceretur? si videlicet Domini victoriam irritam reddamus, & tyrannum eie-
ctum, quasi adhuc regnantem colamus, & veneremur. Cuique autem satis patet, quàm
sit hoc damnabile. conuertamus igitur aduersus eum arma, quæ ipse malè in malitia sua
sibi parauit, eum videlicet odio prosequentes, & inuidiam contra ipsum assumentes
quandocumque ipse iam morti destinatus suarum virium periculum facere contra nos vo-
luerit, ac si adhuc viueret. Bonum verò charitatis vinculum inter nos adinuicè sine quere-
la conseruemus, illum imitantes, qui nos dilexit, Dominum, & non eum, qui nos est
odio persecutus, dæmonem; & sicut Christus Dominus iniquitates nostras ipse porta-
uit, & dum dilexit nos indignos licet aliquo honore, summam sibi gloriam compara-
uit; ita etiam nos æquo ferentes animo adinuicem opprobria & contumelias, gloriam
nobis comparemus, salutem consecuti. Typum enim & exemplar seipsum nobis ille
tradidit,

A tradidit, quomodo oporteat opem ferre & suscipere imbecillos, qui ad infima nostræ im-
becillitatis cum descendisset, qui est supra omnes cælorum virtutes, nihili pendit omnia
incommoda, cum nullo pacto aliter nos infirmos sanari licuisset. Illa sectemur Domini
vestigia, per longanimitatem, nos ipsos humiles reddentes, & aliorum defectus in cha-
ritatis victoria æquo ferentes animo; non irascentes, sed potius pro illis orantes: quan-
doquidem etiam Christus pro illis orabat, qui eum in cruce pro sua fragilitate afficie-
bant iniuria. non enim cognoscebant, neque quid facerent intelligebant, & hac de
causa eum concusserunt, qui terræ fundamenta concutere solet. id etiam nobis declara-
uit, non solum ea longanimitate, qua per ferebat iniurias, verum etiam ex nostra in car-
ne, quam assumpsit, humilitate.

Quid enim vilius corruptione, quam caro ipsa hereditatis loco obtinet? nihilominus x.
B nullus irascitur imbecilli parti corporis, sed compatitur potius illi, fouet illam, & ei fert
opem. Si igitur in rebus quæ sunt obnoxie corruptioni ita fieri solet; quanto magis in
his rebus, quæ corruptione carent? ne propter iniquitatem iniqui fiamus, sed vincamus
in misericordia, vt Deo facti boni, etiam nos ab eo diligamur. Neque propter aliorum in-
firmitatem etiam nos infirmi reddamur, sed potius, si fieri potest, ex nostra firma valetu-
dine aliquid infirmis largiamur, vt illi sanentur, nec amplius claudicet, qui claudus est, &
festuca ab eius oculis remoueat, & videat frater noster, quæ bona sunt & recta. quem-
admodum enim pes sanus non claudicat, ita oculus non hallucinatus videbit recta, iræ
etiam omnis exacerbatio oritur ex infirmitate. Si verò corporis membra non percutia-
mus, sed potius fouebimus, cur eum qui secundum spiritum infirmus est, non miserabi-
mur? sed vulnera potius infligimus, nostram conscientiam pariter vulnerantes? Sed talia
C facere non est illum imitari, qui per vulnera deuicit fortem humani generis hostem, &
qui debilia confirmauit. Sumus inuicem membra: custodiamus propterea mystici cor-
poris integritatem, ne perdamus nosmetipsos. nullus enim suamet perdit membra. Si
verò aliquid amittit, hoc quidem defectu potius euenire solet, non autem excessu.

Quomodo igitur nos virtutem adepti, qua excedere possumus, propter illius excessum x i.
virtutis, qui nos diuites reddidit, iterum in defectu ambulemus, non agnoscentes di-
uitias virtutis nostræ? Perficiamus ad inuicem, quæ nobis desunt in miserationibus: cu-
stodiamus harmoniam illam, in qua nos Spiritus sanctus Dei constituit: singuli ad inui-
cem communicantes quam ab ipso consecuti sumus virtutem, & quam apud nos licet
habeamus, illa tamen ipsi egemus, vt per omnia glorificetur caput omnium Christus; ne
singuli sibi met ipsis satis esse putemus. nullus enim sibi ipsi sufficiens est, sed sufficien-
tia nostra ex Deo ad omnia præberetur abundè per largitionem beneplaciti sui, qua replet
omnia. Nos etiam aperiamus viscera nostra, & compatentia nostra fratrum nostrorum
flamas extinguamus, vt ita nostrum etiam extinguatur incendium. Eleemosynis enim
remittitur peccatum, & in miserationibus pauperum dissipantur diuitiæ malè pactæ,
per eum, qui in paupertate ad cælestes diuitias suas nos vocauit. Ambulemus in simpli-
tate, & non in dolo & iniquitate aliis inuidentes, quod fuit omnium malorum radix
& origo, neque iter teneamus illud, per quod malum omne in orbem introiuit. Si enim
peccatum non deliquisset, nullo pacto mala cognoscerentur. hac de causa dolum &
iniquitatem omittamus, quoniam simplices & recti iungentur Deo. Et quis vniquam
poterit illum peruertere, qui omnem superat rectitudinem? Transeamus etiam in spi-
ritus simplicitate dæmonis laqueos, nec in illos impingamus, ne quo pacto ad propriam
E necem seruemur. Si quis enim proximo suo machinatur mala, seipsum alit ad diem in-
teritus, & carbones coaceruat ad seipsum comburendum, & sibi met spinas seminat, vt in
illis suffocetur. ne itaque spinas nobis ipsis seramus, ea videlicet facientes aliis, quæ no-
bis fieri nolumus.

Quid autem si tu alium conspicias in terra sua bona, semina ferentem mala, propter xii.
eum terram etiam tuam ipse perdes? nullus in fructibus istis qui corrumpuntur, malum
agricolam imitatur in iis quæ deteriora sunt; sed potius diligenter incumbit, vt Deo
fructuum largitori in lætitiæ pro acceptis fructibus gratiam referat. omnis fructus pro
quo non referuntur gratiæ, non est ab ipso agricola Deo, nec ortum habet à feminatio-
ne in diuino lumine facta, sed potius ab occulta noctis temporis zizaniorum superfemi-
natione, & hac de causa tempore messis fructus ille comburendus traditur. Quis inquam
sibi met ignem accendit? qui opus suum ad dolorem sibi parat, & non ad tranquillita-
tem?

tem? vel quis, dum Rex aliquis ipsum ad quietem & Imperium inuitat, miseræ opera A quæret? Fugiamus miseriam quæ est in hoc nostro mortali corpore, dum spiritus, qui regnat, nos inuitat ad Regnum.

XIII. Si verò etiam molestias patimur, hoc erit propterea, vt regnemus, non vt vniuersam vitam agamus in dolore, sed vt per transitoriam angustiam, ad eam quæ numquam deficit, tranquillitatem transeamus, & per penuriam diuites efficiamur, & in labore quiescimus: quemadmodum Lazarus ille Euangelicus per labores quietem adeptus est, & per vlcera in sinu Abrahæ foueri meruit. Si quis verò nunc quidem infeliciter agit, futuram suam lætitiã iniquitate aliqua non maculet; inueniet enim ita pro breui labore & calamitate sempiternum gaudium & lætitiã. Igne namque purgatur aurum, & anima miseriarum flamma suum splendorem adipiscitur. Cum gratiarum actione speremus in eum, qui sibi complacuit, vt per combustionem in carne largiretur nobis probationem. B Non tardabit diu spes ista, & adueniet expectationis tempus, & tunc manifestabitur eorum beatitudo, qui in patientia tamquam igne sunt probati: nec erit amplius labor, neque dolor, vel fames, vel frigus, sed lætitiã, & cibus cælestis, & suauitas sempiterna.

XIV. Quicumque verò cum temporali aliqua delectatione meliorem vitam nacti sumus, quàm vt igne probemur: non propterea ab ipsa delectatione nos vinci sinamus, & quæ nobis data sunt ad salutem, faciamus, vt miseriam sint nobis occasio sempiternæ, sed quali fideles præpositi domus, villicationis nostræ rationem inculpabilem reddere nos paremus illi, qui eam nobis commendauit, nec comestationibus & ebrietatibus & immunditijs voluptatum nos ipsos reddamus obnoxios; sed potius præsentis felicitate vtamur ad gratiarum actionem illius, qui nos discreuit in altitudine diuitiarum suarum, & cum essemus ex eadem luti massa, nos præ alijs honorauit, fratres nostros nobis subiiciendo, ita tamen vt & nos subiiciamur in sancta humilitate & subiectione, non imperiose regnantes in animi elatione, & arrogantiã, sed cum misericordia in visceribus spiritualibus alijs tamquam filijs imperantes, & imbecillioribus tamquam potentes, & omnes cum omnibus misericordiam exercentes, vt hoc pacto nos ipsos lucremur, nec illum propter mundum amittamus, qui vicit mundum, & beneficij loco digni odio habeamur: sed diligamur potius, & cum ille venerit, qui nos dilexit, lucremur præterea pro his nostris rebus, quæ nihil sunt, mercedem in gloria Dei, cui laus & honor in sæcula sæculorum. Amen. Valet in Spiritu sancto, corruptionis imbecillitatem patientia superantes, virtute incorruptibilitatis confirmati, & roborati.] hætenus epistola circularis Leonis Imperatoris.

XV. Ita planè cum vel philosophi Christiani regnant, vel reges philosophantur. Porro suæ D pariter vestigia pietatis impressa reliquit etiam in b commentario, quo res bellicas pertractauit, vbi inter alia, vt pridie eius diei quo prælium & certamen sit inuendum, curare debeat dux exercitus per sacerdotem vniuersum exercitum expiari aqua lustrali, vel benedicta (quod Græci dicere solent ἀγίασμα, id est aqua sancta aspergere, ἀγίασμα. Sic apud Græcos Ecclesiastico more dici solet aqua benedicta:) præterea habetur ibidem, vt quotidie manè & vespere vniuersus exercitus dicere debeat Trishagium hymnum.

XVI. Ne quid de Leone Imperatore prætermittamus, scribit de eo Curopalates ædificasse templum, in illudque intulisse corpus sancti Lazari & corpus sanctæ Mariæ Magdalænæ fororis eius. Verùm Galli Narbonenses hæc se possidere, constantius profitentur, sed de his aliàs.

XVII. Leone autem vita functo (inquit Curopalates) Alexander frater eius iuuenis qui vige- E gestimum ætatis annum transegisset, habenas Imperij suscepit, simul regnante Constantino Leonis filio puero.] Verùm in numerum annorum ætatis Alexandri errorem irrepisse non dubium est, cum idem auctor in Basilio dicat, tertio anno eius Imperij tertium filium nomine Alexandrum Cæsarem ab eodem Basilio creatum esse, qua ratione dicendum est Alexandrum hoc tempore excessisse annum ætatis quadragesimum ex quo à patre Cæsar creatus est. verùm non scribentis error, sed obliuiscntis auctoris fuisse apparet ex eo, quod Cedrenus ex Curopalate cuncta depromens, eadem totidem verbis de ætate vicenaria Alexandri conscribit. erratum quoque in ætate Constantinii Imp. Leonis filij, dicturi sumus inferius.

XVIII. Alexander igitur simul atque ad Imperium peruenit (inquit Curopalates) accersitum mittit Nicolaum Patriarcham iam antea eiectum, è Galacrenis, vbi degebat exul, & de sede

A sede Euthymio eiecto, Nicolaum iterum reduxit. Et cum eo sedens in Magnaura, facto silentio, Euthymium Patriarcham abdicauit, quem addicti Nicolao clerici simulatque abdicatus est, veluti agrestes in eum inuadentes feræ, percutere, pugnos infligere, colaphis cædere, facram barbam euellere, in ceruicem impellere, aliasque intolerabiles pœnas ipsi infligere, equitem vocantes & adulterum, vt qui ad alienam vxorem ingressus esset, nempe Nicolai Ecclesiam accepisset. At religiosus ille vir clementer & æquo animo hæc perfererat.] ita se habent res Constantinopolitanæ Ecclesiæ Imperatoribus omnia præter fas iusque sibi vendicantibus, pro arbitrio deponentibus & intrudentibus Constantinopolitanæ Ecclesiæ Patriarchis. Quanam vindicta diuinitus consecuta sit sacrilegum clericum illum Nicolai participem, qui Euthymij barbam euulsit, idem Curopalates sic subdit: Clericus verò qui illius canos euulserrat, eadem hora domum suam reuersus, eadem igne consumptam reperit, & filiam malè affectam & dissolutam, quæ multos deinde annos ita vixit, vt mendicare cogere, & tolerandæ vitæ rationes inquirere.] De Euthymio verò Patriarcha ista: Euthymius in exilium ad Agathi loca missus, paulò post excessit è vita. Et in urbem introductus in suo monasterio sepelitur.

Deplorat Aretas Archiepiscopus Cæsariensis, quòd cum ista adeò inhumana & profusè feralia in venerandum senem à sceleratis pseudoclericis illis committerentur, adessent Legati Sarracenum spectatores. Vbi enim recensuit acerbissimi clericorum illorù odij in Euthymium causam, nimirum quòd eos palàm simoniæ intentos coercuisset: Hinc (subdit ipse) præter ceteros in hunc quoque virum sanctitate plenissimum superbæ, contumeliolæque, silentio prætereundæ illæ nunc à nobis iniuriæ: nefas namque mihi arbitror esse, si recensenda denuò earum turpitudine linguam inquinem meam, cum eas etiã barbarorum meritò qui; auersari abhorrereque debuissent; quandoquidem aderant etiam legationis causa Sarraceni, & totius illius maioris quàm scenicæ aut tragicæ vilius sceditatis participes fuere, actorum similes spectatores, quando nefas erat alioqui, vt hæc impiorum theatro spectarentur, quæ tam scelerata ab impijs agebantur. Huiusmodi porro præclara initio munera illa mox etiam sequebantur, multa exilij, notorum ab eo omnium propter imminètes formidines in rebus asperis fuga, &c.] hæc de rebus gestis in Euthymiu Aretas.

IESV CHRISTI LANDONIS PAP. CONST. VIII. SOLIVS IMP. ANNVS ANNVS ANNVS 912. I. I.

D SEQUITUR Christi annus nongentesimus duodecimus, Indictione decimaquinta, quo moritur Anastasius Papa, qui & sepultus est in basilica sancti Petri, in cuius sepulchro eiusmodi insculptum fuisse epitaphium, testatur Manlius qui exscripsit, sicque se habet ex emendatiori codice depromptum:

Vais Anastasij requiescunt membra sepulchro: Sed numquam meritum paruula claudit humus. Rexit Apostolicam blando moderamine Sedem Tertius existens ordine Pontificum. Ad Christum pergens, peccati vincula sperat Omnia clementer soluere posse sibi. Vndique currentes huius ad Limina templi, Vt præstet requiem, poscite corde Deum.]

E In locum autem ipsius subrogatus est Lando, patria Sabinus, Trani filius, de quo dicendum est inferius: modò autem nouum portentum orationem auocat Constantinopolim.

Hoc enim anno sexta die mensis Iunij (vt tradit Curopalates) Alexander Imperator moritur infami exitu. Air enim: Alexander autem sexta Iunij mensis, lotus & pransus, vinoque ebrius, post meridiem pila lusurus descendit, exortoque labore quodam in ipsius intestinis, præ cibus, quibus se ingurgitauerat, atque ebrietate, reuersus in palatium, multo è naribus ac pudendis effuso sanguine, postridie mortuus est.] Sed ipsum ita confectum ira Dei, ob contemptum diuinitatis, Aretas Cæsariensis Archiepiscopus testatur in hæc verba, dum agit de prauorum hominum consuetudine, quam delegerat: Cetera quidem videor mihi missa facturus quæcumque contumeliosus ille in sanctos viros effecit:

cit: eaque commemorabo tantum modò, vnde pulcherrimè existimo, me morum eius A peruerſitatem declaraturum. Mos erat Regibus Chriſtianorum, qui idem illis communis eſt cum omnibus Chriſtianis, vt quotieſcumq; Dei baſilicas ingrediuntur, aperto eas capite ingrediantur: quem quidem ¹ Paulus ipſe Apoſtolus primus induxit, atque omnibus in Chriſtiana Republica obſeruandum mandauit. Hunc morem cum ſapientiſſimi videlicet illi familiares Alexandri atq; optimi viri ſuſtuliffent: perſuaſerunt homini, Alexandro ſcilicet, craſſæ cutis ac de ſuillo genere tantum non grunniendi (cui enim quaſo æquius cõparari ille poterat quàm ſui Bæoticæ?) vt cooperto capite in loca ſacroſancta ingrederetur. Quam quidem diſciplinã ille cum admiſſet, atq; ad maiora etiamnum perdiſcenda facinora ſe paratum præberet, nimirum pulchrè ille quoq; conſecutus eſt caſus.

III. Etenim vbi hominem ſic perſuaſum illum introducere, & violacei coloris amictum teſtum ſacræ menſæ dimoueret, magno cum ſuo, tum illius futuro dedecore (quando, vt opinor, poena hæc illatæ viro ſancto necis erat futura) conſeſtim ille poſt facinus iſtud tam audax, mète captus eſt, nec ex ea die in poteſtate ſua ampliùs fuit. Nam & audaciſſimum, non tamen omni ex parte reprehendendum facinus maiori mox ac pernicioſiori alio cumulauit. Cum enim ſtatuis iis quæ in Hippodromo ſunt, ſolium Baccho ſacrificium fieri feciſſet: ſanè meritam eius rei mercedem ilicò reportauit. Siquidem iis nondum peractis ſacrilegijs, miſerabiliter ſublimes intra cubiculum ſuum eſt aſportatus. Caſu nihilo mitiorè, quàm fuit ille Herodis, ² qui cum Iacobum Zebedæi filium in gratiam eorum qui Chriſtum occiderant, intermiſſet, ac Petrum ipſum Apoſtolorum principem ſimili modo fuiſſet adortus, meritum ipſe quoque facinoris ſui præmium eſt conſecutus, quippe qui in maxima, quæ ad diem ſolem nem hominum frequentia conuenerat, regio ſatellitum comitatu ſubnixus, ſummo cruciatus, ſcatentibus vndique ex eius corpore vermibus, deſceſſit è vita.] hæc de miſerando & prodigioſo impij hominis obitu Aretas.

QVAS PAS-
SVS IMPIVS
IMP.

Ab. 12.

IV.
VOX IMPIA
POENA VE-
LOX.

V.
FVNVS IN-
FAVSTVM
ALEX. IMP.

Apud Erempertum in rebus geſtis Longobardorum huius temporis narratur, quòd idem Alexander intuitus ſtatuas illas deorum Roma Conſtantinopolim olim delatas, blaſphemam eam emiſit vocem: Heu, quando iſtas colebant Romani, potentiffimi & inuicti perſeuerarunt! iuſſitque eas ſerico operiri. tunc ſequenti nocte per quietem vir aſpectu lucidus ei apparens, ſeuere admodum eum arguens, & percutiens, dixit: Ego ſum Romanorum princeps Petrus, & ſtatim euigilans timore vehementi correptus, ſanguinem ore vomens exitiali morbo correptus, extinctus eſt. Sed quæ de funere ipſius idem qui ſuprà Aretas ſubiiciat, accipe:

Noftris profectò quemadmodum miſerrimè ille fuit elatus, quantaque in eius funere facièdo adhibita feſtinatio: ſella regia, qua eius corpus portabatur, cõtracta, perinde quaſi D ægrè tuſiſſet ſcleraſiſſima illa ſarcina preſſam fuiſſe. Meminiſſe præterea poteſtis, quàm grauitè cœdeque infelix illud corpus cõteret, quantuſque & quàm teter eſſet odor ille, quem occurrentium ſibi nanibus aſſaret, cuiſmodi videlicet, qui aromatum, quæ incenderentur, omnium odorem confunderet. Intumuerat præterea mirandum in modum. Atque hæc quidem diuinæ prouidentia etiam nunc in rebus humanis vitæ huius indicia fuere. Nam & colliqueſcente iam in putorem corpore, eius adhuc ſpirantis tabidas carnes ex inferioribus aiunt partibus effluxiſſe. Quo quidem factum eſt, vt vix ad deſtinatum ſepulchrum delatum turpiter fuerit, ignominioſeque proiectum.] & paulò poſt: Ad ea quæ diximus & illud acceſſit, quòd neque ſolita quidem viris pijs poſt mortem adhiberi exequiarum iuſta ei perſoluta fuere; neque regia exhibita à magiſtratibus pompa, præter pauciſſimos quosdam, eorundemque contemptriſſimos, qui cuiſlibet etiam de vulgo ſolium E officium præſtaturuſſent.] & paulo inferius etiam de eius ſectatoribus iſta: Quid verò eius conſilij primarij auctores, maximeque illa circumcirca nefarium caput palpitanſ cauda? Aliorum nimirum iam exitum vidimus, quorum memoria cum ſonitu perit. Alijs etiam ex propinquo iam imminere videmus: neque enim gemitus pauperum peribit in finem. Canetque chorus iuencularum, noſtri inquam ſæculi Eccleſiarum, victoriæ carmen, nouo & importuno Pharaone vnà cum curribus vectoribusque demerſo. Siquidem huiusmodi exitum expeſtabat morum aſperitas, durities, im placabilitate.] hæc Aretas cum agit de translatione Euthymij Patriarchæ, de qua ſuo loco dicendum.

VI.
CONSTAN-
TINVS VIII.
IMP. SOLVS.

Defuncto itaque Alexandro ſolus imperat Conſtantinus puer Leonis filius ſub tutoribus, quem tunc ſeptennem fuiſſe dicunt Curopalates & alij. Inter tutores autem Imperatoris, idem reſtitutus Nicolaus Patriarcha eſt annumeratus. Qui tunc quidem non ſede tantum

A tantum potens, in quam anno ſuperiori (vt vidimus) fuerat reuocatus, ſed adhuc etiam adminiſtratione pollens Imperij, ipſe tutor Imperatoris, memor iniuriarum antiquarum, quas paſſus fuerat ſub Leone, à quo, ſuadentibus Sedis Apoſtolicæ Legatis, è throno depoſitus & in exilium miſſus fuerat: querelis plenam ad Romanum Pontificem ſcripſit epiſtolam, qua cum exactè admodum rei tunc geſtæ hiſtoriam narret, pluribus diſſerit aduerſus quadrigam admittentes Romanos Pontifices, cuius cauſa, quòd ipſe eam non probaret, ſolum vertere coactus fuiſſet. Naſti nos ipſam ab Aloyſio Lolino Epilcopo Bellunenſi rerum noſtrarum ſtudioſiſſimo, vnà cum alijs memoria dignis eiſdem Patriarchæ epiſtolis, hæc deſcribendam curauimus; ſic ſe habet:

Sanctiſſimo Papæ veteris Romæ Nicolaus Patriarcha C P. de Tetragamia à Romanis recepta.

B Inde principium ſcribendi ſumã, beatiffime Pater, vnde nobis tot mala promanarunt. Poſt tertie vxoris obitum, ſubiit optimi atq; dilecti nobis Imperatoris animum quartum quoque connubium experiri velle: quod nemo antè nedum priuatus, verum etiam amplioris gradus ſub ditione Romana auſus fuerat. Quæ enim tam effuſè petulã libido refragantibus ſanctorum canonum ſancitis non cohiberetur, niſi ſummo imperio ſuffulta, licere ſibi cenſeret, quidquid concupiſſet: Vicit ergo ad extremum amor, quartaque iam vxor expectata eſt: puer autem obtentui aſſumptus, qui pridem ab ea genitus, ſucceſſioni Imperij nullo proliſ adhuc ſubſidio innixi deſtinabatur. quod quidem fieri minimè debuerat: neque enim quartus ſubſecutus illegitimam coniunctionem ratam effecit. alioquin obuium vnicuique & in promptu foret legibus illudere. Hunc Imperatoris conatũ Eccleſia Orientalis, pro eo ac grauitas rei poſtulabat, tam moleſtè tulit, vt conſpiranti Antiliſitum conſenſu ſolem nem illam pompam Auguſtorum filiis exhiberi ſolitam, (id enim pater flagrantiffimè cupierat) in baptizando puero veterit: niſi priùs à ſe mulieris miſſionem iuraret Imperator. quod & ore præſtitit promptiffimè, quamuis aliud animo occultè volueret. Nondum enim triduum à Baptiſmo filij effluxerat, cum pueri mater in palatium, vt Principis decet nuptam, apparatu regiſico accitit: cærimoniæ expediuntur nuptiales, nullius ſacerdotis interuentu, Imperatore ipſo & ſponſi & auſpicijs munus exequente. Quod quidem non aliter ac ſi fundamenta totius fidei conuellerentur, non Præſules modò clericosque cuiuſcumque ordinis commouit, verum etiam totam ſimul ciuitatè perculit. Me autem quid aliud tunc agere oportuit, quàm quòd amico, Antiliſiti, excubitori, de Eccleſiæ dignitate Principiſque ſalute dies nocteſque cogitanti, agere par erat? Primùm quidem ad genua ipſius, immò ad pedes vſque prouolutus, & mohebam eum vt errantem, & vt Imperatorem obſecrabam: vereretur ſtaſtigium dignitatis Auguſtæ, in qua non ſecus ac in facie vel tantillum quidem maculæ oculi vix poteſt: agnoſceret longè ſe ſublimiorem Regem tam inauditum facinus cælitus vlturum: non ideò Principes legibus exolui, vt vitam per omne ſcelus impunes ac infranes agant, ſed vt ſibi leges ipſi ſint, virtutis præſcripto mores componentes. Poſtremùm conditionem aſſerebam lacrymis abortis, vt ſaltem ſecubaret à muliere tantisper, donec acciti Romæ veteris ceterarumque Patriarchalium ſedium Legati, nobiſcum, quid factò opus eſſet, diſceptarent.

His ego tunc verbis nihil profuturis (obſtruxerat enim eius aures amor) Regem fatigabam; cum interim Roma adueniunt Legati, quos ille (ſic enim publicè ſermonibus diuulgabatur) connubio firmando euocarat. Res ſanè, ſi quæris, hominibus noſtris indigniſſima eſt viſa, ſummoque cum dedecore coniuncta: quippe quæ procurationem mihi debitam alijs deferret, prouincias Patriarchales, iam pridem inter ſe Patrum ſanctionibus diſcretas, turpiter confunderet: nefarium ſcelus olim ab Eccleſia dira execratione vititũ, in ius denuò nullo ſeruato iure reuocaret. Non ignoro à calumniatoribus iactatum, me per ſuperbiam, Legatorum conſpectum atque colloquium ſpreuiſſe: quaſi verò mihi integrum fuerit, aut palam adire viros ſumma paſſim inuidia flagrantès ob rumorem, quem plerique ſparſerant, ad eſſe reprobarum à nobis nuptiarum aſſertores; aut ipſe Imperatori non ſuaſerim, ſecretum nobis in palatio cum Legatis congregandi locum daret, vbi remotis arbitris de quaſtione iſta nuptiali diſceptaremus. quod ille facere neglexit, in meam vnus perniciem animo intentus: quam quidem ita conſutis dolis eſt aggreſſus. Primum omnium, nonnullos noſtrorum Præſulum partim donis, partim pollicitationibus illectos, quaſi ſuas peculiare aduerſus me copias conſcripſit: deinde me iuſſit in Regiam accerſiri ad conuiuium, quod illi inſtruire quotannis in beati Tryphonis feſto moris erat.

Annal. Eccl. Tom. 10.

Kkk

Accedo

V I I.

NICOLAI
PATRIAR-
CHAE CON-
STANTINO-
POLITANI
AD ROMA-
NUM PON-
TIFICEM
EPISTOLA
DE TETRA-
GAMIA.

V I I I.

IX. Accedo imperterrita comite fretus conscientia, solemni cœtui intersum, epulis accum- A
bo: inter sacra mensæ denique abripior, atq; nauigio impositus in exilium agor immitissimum, non amico, non famulo, non libro denique, cuius lectione me solari possem, fugam comitante: vbi non tam hiemis rigore, rerumq; omnium egestate pressus, quam custodum violentia pœnè enectus diu mansi. Pari inclementia in reliquos sanioris consilij sœuitû est, carcere, relegatione, vinculis afflicti omnes, deliquisse pœna tantummodò creduntur. Accessit, ne quid planè nobis deesset mali, aut superesset præsidij, Legatorum asperitas, qui non secus ac si Roma ad indicendum nobis bellû huc delati essent, nos indignissimis modis oppugnarunt. tantum miserorum odium, tantus contemptus ordinis homines incesse- rat. Et quidem decebat, primatum Ecclesiasticum sibi vendicantes, rem totam seriò inquirere, atq; ad summum Pontificem referre, non autem per summam iniuriam atque ludibrium eorum damnationi assentiri, qui nullius affines culpæ, Principis indignationem in- B
currerunt ob id solûm, quia fornicationis labè sunt abominati. Verum esto, duos aut tres viros delatorum hinc calumniis, inde potentiorum prece seu pretio expugnatos, humani aliquid, cum homines sint, pati potuisse: Occidentales Præfules meris inimicorum mendacijs inductos, innocentium exilium suo confirmasse suffragio, quis ferat: præsertim cum indicta causa aliqûe damnare, ne barbari quidem, nedum Romani moris vsquam fuerit.

X. At factò dispensationis nomen, vt audio, prætentitur: quasi verò per vllam dispensationem liceat fidei dignitatem, Ecclesiæ disciplinam imminuere, effractisq; canonum repagulis fornicationem introducere in sancta; aut non infer nascens Euangelij initia, huiusmodi crimen Apostolorum sanctionibus, vnà cum immolatijs & suffocato, vetitum non fuerit. Dispensatio, ni fallor, cum sibi imitandam proponat Dei miserationem, quæ delictum aufert, non fouet, salutaris quædam condescensio censenda est, peccatori C
quidem manum, vt se humo attollat, porrigens, non autem iacere permittens lapsò. Non excrabo, quæ in hanc sententiam retulit Vas electionis, cum sint nota omnibus: miror magis, cur nos eo potissimum relegamur nomine, quòd vestigijs inhærentes Patrum, damnata ab illis non permittimus: Ecclesiæ decreta, animarumq; nobis à Deo creditarum salutem, Principis gratia seu indignatione potiora ducimus.

XI. Non deerunt fortasse, qui obiiciunt, errori suo latebram quærentes, hoc, de quo lis est, matrimonium esse merum, non autem fornicationem. Itane verò matrimonium vocatur immunda cum quarta muliere coniunctio? Et quid aliud est vim inferre verbis, si dira lasciuientis animi libido tam honesto nomine prætentitur? Honorabile connubium Paulus^a appellat, & genialem torum impollutum. cur igitur eos, qui huiuscemodi culpæ succubere, sacri canones ab Ecclesia eiciunt? cur brutalè hanc luxuriam, & fines humanos D
supergressam vocant? At Romanis id in more positû (non enim desunt, qui id dicunt, laudi ne id vobis, an vitio vertentes, non fat scio) nam apud vos, si famæ credimus, non modò quarta vxor, verum quinta, & sexta, & super hæc alia atq; alia permittitur. vsq; ad orci fauces inexhausta illa dispensatione omnes prosequente, illudq; subinde Apostoli verbû^b ingerente: Sarius esse nubere, quam vri. Quasi verò ille intemperantiæ patronus induci debeat, qui ne omnibus quidem secundas nuptias suasit, dum ait: ^c Dico autem innuptis & viduis, bonum esse illis sic permanere, quòd n̄ continere nequeunt, nubant: viduis quidem mulieribus permittens secundum connubium ob sexus imbecillitatem; viris autem non item, nisi his tantum, qui matrimonij iugum nondum sunt experti: his enim nubere sarius quàm vri. alioquin si cum quarta muliere concubitus coniugiû est, cur illud Clemens tam apertè damnat? Clemens inquam ille alumnus atq; auditor Petri? Sic enim apud eum legitur: Monogamia quidem naturæ atq; legi cõsentanea est: Digamia verò post promissionem illegitima, non ob coniunctionem, verum propter mendacium: Trigamia intemperantiæ indicium: quæ autè Trigamiæ additur, aperta fornicatio est, & indubia incontinentia. E

^a Ex Apocrypho Circa decepti, in his aberrant.

XII. At non vnus è plebe, sed Imperator est, qui id aggreditur, cuius voluntati refragari nefas. Præclarè sanè: an quia omnes ille dignitate supereminet, ideò nobis enitendum, vt inquinatior quoque reliquis appareat: eadè ratione pedum, ne luto respargantur, summam curam adhibebimus, capitis prorsus nullam? Apage. Nõne vides ad Principis vitam tamquam ad exemplum populorum conformari mores? pronumque magis esse praua imitari, naturali quadam ad deteriora humani ingenij inclinatione? Quòd si principibus viris, quia potestas à Deo maior eis attribuitur, ideò nequam agere plus licet: quid inter eos & iumenta differet, quæ copia reddit efferaiora contumeliosioraque? Potentes potenter examina-

A examinabuntur, monet^a ille. Quinimodò si in idem crimen tribunus & miles gregarius im-^a Sap. 6.
pegerit, magis hoc illum disciplina puniet castrensis: adeò dignitas non mitigat, sed incendit pœnam. Neq; verò à me in eum sensum hæc dicuntur, vt velim diris à vobis impeti Imperatorem, tale nefas ausum, ipsumq; Sergium Pontificem prædecessorem vestrû. Non ea mens animo, nec tantus vindictæ amor Dei seruos decet. ambo hac vita excessere pridem, supremi omnium Iudicis tribunal adituri: ille verò etiam antequam hinc emigraret, agnouit se biliter errorem suum, veniamq; à Deo petiit, me inter primos hortatore ac deprecatore (aderã enim tunc fortè ab exilio reuersus, ab eoq; Ecclesiæ gubernationi restitutus.) In eos animaduertendum, beatissimi Pater, qui super sunt, qui tot in me tantaq; turbas criminationibus falsis excitarunt. Hæc tuæ erunt partes, id à te dignitas primum tua, Romanæq; Sedis decus exigit; id qui nunc rerum potitur Imp. misso ad te palatij magistro, nosq; omnes obnixè petimus atq; B
obsecramus. Deus sanctitatem tuam incolumem seruet.] hæcenus Nicolai Patriarchæ epistola: aliam verò de ineunda plena cõcordia idem scripsit, quã inferius suo loco subiiciemus.

Quod ad res pertinet Occidentales, ipsamq; Romanam Ecclesiam, hoc anno (quod Luit-^{XIII}
prandus benarrat) Theodora potentissimo scorto ac impudentissimo agente, Lando Papa^b Luitpr. l. 2.
Ioannem, quem illa turpissimè deperibat, ex Rauennate presbytero creatum Episcopum^c cap. 13.
Bononiensem, defuncto tunc Petro Episcopo Rauennate, in eius Ecclesiæ Archiepiscopatum transtulit. Quo factò, eumdem Landonem, modico interlapso tempore, ex hac vita migrasse testatur. Porro Theodora non quieuit, donec eundem Ioannem ex Archiepiscopo Rauennate in cathedram Petri violenter intrusit. Duplici causa tanta aucta est meretrix potestate, tum quòd eius filia Marozia (vt dictum est ex eodem auctore) iuisset Sergio pseudo-papæ prostituta, tum etiam quòd altera filia Theodora Adelberto Marchioni Tuscia iuncta C
adulterio esset, ex qua Albericus est natus, qui patris potentia Vrbi dominabatur. Hic status infelix sanctæ Romanæ tunc temporis Ecclesiæ, vt arbitrio potentissimæ meretricis Theodoræ matris omnia mouerunt. Accessit verò ad potentiam eius, quòd defuncto Adelberto Marchione Tuscia, loco ipsius regnans filius eius ex Berta coniuge Vuido nomine, Maroziam scortum Sergij in vxorem acceperit. hæc omnia^d Luitprandus eius temporis scri-^d Idem li. 3. cap. 4. in fin.
ptor. Quanta autem esset potentia Tuscia Marchionum, ex eodem auctore probe intelligere potes, dum de ipso hæc ait: ^d Hic Rex potius quàm Marchio poterat appellari, in nullo quippe mihi est inferior, nisi solummodò nomine. ^d Idem lib. 2. c. 10. in fin.

Quæ tunc facies sanctæ Ecclesiæ Romanæ, quàm scõdissima, cum Romæ dominantur^{XIV}
potentissimæ æque ac fordidissimæ meretrices: quarum arbitrio mutarentur sedes, darentur^{FACIES LV- RIDA ROM. ECCL.}
Episcopi, & quod auditu horrendum & infandum est, intruderentur in Sedem Petri earum^d
Damaſij pseudo pontifices, qui non sint nisi ad consignanda tantum tempora in catalogo Romanorum Pontificum scripti. Quis enim à scortis huiusmodi intrusos sine lege legitimos dicere posset Romanos fuisse Pontifices? Nusquam Cleri eligentis vel postea consentientis aliqua mentio, Canones omnes pressi silentio; decreta Pontificû suffocata, proscriptæ antiquæ traditiones, veteresq; in eligendo summo Pontifice consuetudines, sacriq; ritus, & pristinus vsus prorsus extincti. Sic vendicauerat omnia sibi libido, sæculari potentia freta, insaniens, cæstro percita dominandi. Dormiebat^e tunc planè alto (vt apparet) sopore Christus in nauis, cum hisce flantibus validis ventis, nauis ipsa fluctibus operiretur. Dormiebat, inquã, qui ista non videre dissimulans, sineret sic fieri, dum non exurgeret vindex. Et quod deterius videbatur, deerant qui Dominum sic dormientem clamoribus excitarent discipuli, stertentibus omnibus. Qualesnam reris delectos ab hisce monstris presbyteros & diaconos Cardinales^e Matih. 8.
fuisse putandum: cum nihil tam naturæ inſitum sit, quàm vnumquemque sibi similem generare? quos in omnibus is à quibus delecti fuerint, consentisse dubitare quis poterit? imitatoriq; esse ipsos, sectatorq; eorum vestigia quis non facile credat? & optasse hos omnes, Dominum dormisse semper, & nunquam in iudicium surrecturum, euigilaturum numquam ad ipsorum cognoscenda & punienda facinora, quis non intelligat?

Sed vna illa reliqua consolatio pijs: quia etſi Dominus dormiuit, in eadem tamen nauis dormiuit, in eadem nauis, quæ typum Ecclesiæ gerit, constitit, nec ab ipsa recessit, semperq; in Ecclesia mansit, in qua (vt ita dixerim) tenetur suis promissionibus vincetus, & suis verbis arctius alligatus, cum dixit: ^f Vobiscum sum vsq; ad consummationem sæculi.] obligatusq; spon-^f Rogauit pro te, Petre, vt non deficiat Fides tua.] &: ^h Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam.] Qui ergo dormit ad tempus Dominus, tandemⁱ vigilat, vt perficiat verbum suum. vt hac ex parte dici possit: Ecce non^k dormi-^k Psal. 130.
tabit,

tabit, neque dormiet qui custodit Israel. Iustus igitur qui ex fide uiuit, ista considerans, secun- A ritate Domini promissionem & certitudine fidei, securus cum Domino dormit, vigilans preci- bus ad interpellandum ipsum ut iustificetur in sermonibus suis: ut quae promissit adimpleat.

XVI.

Psal. 31.

Scandalum verò ille tantum patitur in hac horrida tempestate, qui fidei expertus, ad fluctus obruentes nauim intentus oculis, Domini in eadem commorantis nauis penitus obliuiscitur, atq; inesse non putat, illud impium mente voluens: Quomodo scit Deus, & si est scientia in excelsis.] sicut impij Nouatores Euangelicæ Fidei, quam profitentur exortes, talibus obrui fluctibus videntes Petri nauiculam, non esse in ea Christum, impiè blasphemantes, posseque eam mergi immò demersam contra Christi promissiones obganniunt; plane cæci atque cæcorum duces, cum Christum in nauis dormientem non vident, nec sentiunt Dei præsentiam ex grandi miraculo. Quodnam hoc dices? Euidens planè illud, quòd cum nauicula sic esset operata fluctibus, mersa non est, onusta tanto pondere peccatorum. Cur non mersa? cur B non vortice maris absorpta? quia Christus semper est inuentus in ea: alioquin planè perire necesse erat, si cura tantum hominum regeretur. Sed quia Christus in ea, & ipsa in Christo Romana Ecclesia semper fuit, hætenus incolumis perseverat. Non mersa igitur opera hæc fluctibus nauis, quia in ipsa licet dormiens, Christus erat, quod velis, nolis, necesse est fatearis, infidelis & impie; qui huiusmodi impietate tua maiores quam venti isti immittis fluctus in nauim, Deo magis odibilis impietate, quam illi libidine.

CHRISTVS LICET DORMIENS SEMPER EST IN NAVI.

XVII.

Matth. 8. Luc. 8.

Hinc est illud quòd excitatus à discipulis Dominus, antequam increparet ventum (secundum b Matthæum & Lucam) suos discipulos primò arguit infidelitatis; inde verò ventum redarguendo compefcuit, mareque sedauit, quibus videlicet symbolicis signis edocemur, maioribus fluctibus concuti Ecclesiam Dei, si fides infirma vacillet, quam omni genere persecutionum extrinsecus afflicteur. Quòd si redarguendi fuerunt illi modicæ fidei: quanto isti ex infidelitate & impietate, quibus tamquam vehementioribus fluctibus nauiculam hanc, qua vehitur Christus, quatiunt, ab ipso ut corripiantur, sunt digni? Blasphemant isti ut impij, filij autem Ecclesiæ Deo grati, Deum benedicunt & laudant, quòd tandem & ab his etiam sicut ab alijs fluctibus Petri nauiculam liberauerit, atque cum illis miraculi magnitudinem admirati pariter dicunt: Quis putas hic est, quia & ventis & mari imperat, & obediunt ei?] Ipse est Deus noster, verax in sermonibus suis, & sanctus in operibus suis, qui ab eiusmodi cœnosis fluctibus, quibus obrui videbatur (suo tempore, cum visum est ipsi) sanctam Romanam Ecclesiam liberauit: modò verò his tentari passus est eam, cum tam deformia patientem nec prohibens quasi dormiens, dissimulauerit se videre, cum adhuc fluctus eminentiores immiserit in nauiculam ventus, dum Landone illo defuncto, Sedem Petri ita inuasit Ioannes Rauennas Archiepiscopus potentia Theodoræ. D

XVIII.

Leo Ost. li. 1. cap. 55. IOANNES X. PSEVDOPAPA. PA. c. Ibidem & c. 57. in fine.

De hoc dicturi, in primis quod ad tempus pertinet, hoc anno eum sedere cœpisse, ex Chronico d Cassinate certum colligitur argumentum, quòd cum ingentem victoriam de Sarracenis contigisse dicat anno Redemptoris nongentesimo decimo quinto, Indictione tertia, inuasionis verò Ioannis anno tertio, utiq; hoc ipso anno se in Sedem Apostolicam intrusisse, opus est affirmare. hæc de tempore. De inuasionem autè idem auctor iterum fidem facit, ut planè non nisi pseudopontificè, & Antipapam eum opus sit appellare, cuius exordia turpitudinis Luitprandus est profecutus in vita Theodoræ nobilis scorti, quâ citat. eò enim peruenere huius temporis infortunia, ut etiâ famosissimæ meretricis vita scriberetur. ait enim exordiens historiam matris & filiarum impudentissimarum feminarum his verbis alia occasione superius recitatam:

XIX.

Quo tempore venerandæ Romanæ Sedis Ioannes Rauennas summum Pontificatum tenebat (hic autem tam nefando scelere contra ius factus; Pontificij culmen obtinuit) Theodora E scortum impudens, huius Alberici, qui nuper hominem exiuit, auia (quod dictu etiam foedissimum est) Romanæ ciuitatis non inuulter monarchiam obtinebat. Quæ duas habuit natas, Maroziam atq; Theodoram, sibi non solum cœquales, verum etiâ Veneris exortiuo promptiores. Harum vna Marozia, ex Papa Sergio, cuius fecimus mentionem, Ioannem, qui post Ioannis Rauennatis obitum, S. Romanæ Ecclesiæ obtinuit dignitatem, nefario genuit adulterio; ex Adelberto autem Marchione Albericum, qui nostro post tempore Romanæ Urbis principatum vsurpauit. Jhæc summam de omnibus illis impudicissimis feminis, deq; earum sobole tanta aucta potentia, pergit verò originè pseudopapæ huius, & progressum recensere: Per idem tempus Rauennatis sedis, qui secundus post Romanum Archierium Archipræsulatus habebatur, Petrus pontificatum tenebat. Qui dum subiectionis officio debite nominatum Ioannem Papam, qui suæ minister Ecclesiæ tunc temporis habebatur, Romam sæpius & iterum domino dirigeret Papæ: Theodora (ut testatur vita eius) meretrix

XX. DE IOANNIS PSEVDOPAPAE PRIMORDIIS.

A meretrix impudentissima, Veneris calore succensa, in huius speciei decorem vehementer exarsit, secumque hunc scortari non solum voluit, verum etiam atque etiam post compulsi. Hæc dum impudenter aguntur, Bononiensis Episcopus moritur, & Ioannes iste loco eius eligitur. Paulò post, ante huius diem consecrationis, nominatus Rauenat Archiepiscopus diem obiit, locumque eius Ioannes, Theodoræ instinctu, priore Bononiensi Ecclesia deserta, ambitionis spiritu inflatus, contra sanctorum Patrum instituta sibi vsurpauit. Romam quippe adueniens, mox Rauennatis Ecclesiæ ordinatur Episcopus. Modica verò temporis intercapedine, Deo vocante, qui eum iniuste ordinauerat Papa, defunctus est. Theodora autem Glycerij mens peruersa, ne amarij ducentorum miliarium interpositione, quibus Rauenna sequestratur à Roma, rarissimo concubitu potiretur: Rauennatis hunc Ecclesiæ Archiepiscopatum cœgit deserere, Romanamque, proh B nefas! pontificium vsurpare.] hucusque de ingressu pseudopapæ, nefario inuatore, meretricis viribus Romæ pollente. reliqua inferius suis locis.

Hoc anno habita est Synodus Confluentana in Gallia, de qua ista apud Iuonem: An- xxi. no Dominicæ Incarnationis nongentesimo duodecimo apud Confluentiam, iussu vene- a Iuo p. 9. rabilium Principum, Caroli videlicet & Henrici Regum reuerendissimorum, congregati sunt Episcopi numero octo, Herimannus Agrippinensis Archiepiscopus, Theido Vuir- c. 66. burgensis Episcopus, Luittharius * Mundanensis Episcopus, Dodo Osnaburgensis Episco- * Mindensis pus, Rihgnouunno Vuormatiensis Episcopus, Rithuuius Strazburgensis Episcopus, Vnuuanus Padeburnensis Episcopus, cum Abbatibus, aliisque sacri ordinis viris quamplurimis. Qui ipso cooperante, & sententias eorum confirmante Domino Christo, in synodali res- dentes conuentu, multa vtilia ac sanctæ Dei Ecclesiæ profutura saluberrimo tractantes C consilio, inter cetera quæ statuerunt, hoc maximè necessarium, & instanti (proh dolor!) tempore per abusum frequentissimum cognationis incestum, summa cautela vitandum firmauerunt: hoc est, ne vllus Christianus infra septimam generationem nuptias copulare præsumat.] hæc apud Iuonem. præter hæc de ipsa nihil. sed ad res Hispaniarum.

In hunc usque annum superstitem fuisse Regem Adefonsum Magnum, cum regnasset xxxi. annis quadraginta sex, vltra quatuor illos annos quibus cesserat Garfiæ filio, ex veteribus monumentis, iisdemque fide dignis, Ambrosius in supputatione temporum reliquis præferendus rerum Hispaniarum historicis, tradit, deque eius sepultura pluribus agit. Paulò enim ante obitum non vt Rex, sed vt dux exercitus militans sub Rege filio, ingens modestiæ & animi submissionis specimen edens, ingenti victoria de Mauris potius, dignus à Deo est habitus, qui triumphare deberet in calo. In quo vno potissimum Deus D ostendit, quantum possint arma Fidelium aduersus infideles semper præua pietate. Tenuit haud diu Regnum post patris obitum Garfiæ filius, infelix heres parentis optimi: nam qui non expectata morte patris Regnum inuasit, à Deo vltore post triennium ex hac vita subtrahitur, vt euenerit illi secundum sacram parœciam: b Hereditas ad quam in b Prou. 20. principio festinat, in fine benedictione carebit.]

Hoc eodem anno Berno Abbas ordinis sancti Benedicti Gigniæ, Cluniacensis xxxi. cœnobij & instituti fundator moritur, in cuius locum Odonem hoc pariter anno fuis- CLVNIA- se substitutum, Sigebertus ponit in Chronicis. Inter sanctos autem Abbates Clunia- CENSIVM ORDINIS INSTITV- cernens, Odonem primo loco, eiusque successores, Maiolum, Odilonem, Hugonem TIO. numerat sanctus c Bernardus. Ceterum nec primus Odo, nec tantummodò recensiti c Bernard. ad egregia sanctitate floruisse narrantur, sed ante Odonem, primus numeratur atque lau- Guilielmum datur Berno Abbas, cui successit Odo; & huius successor, qui ponitur Ademar, & Abbatem plurimum commendatur Hildebrandus, qui bis incitatus vt fieret Abbas, recusauit Cluniac. semper, magis appetens obedire, quam præesse, vt testatur d Odilo, cum sancti Ma- d Exat apud ioli prædecessoris vitam breuiter scripsit, originemque Cluniacensem repetens, ista ha- Sur. die 11. bet, deplorans monasticum institutum in Gallia remissum & dimissum; cum Deus qui illud reuiuifcere faceret, viros sanctissimos excitauit. aitque: Salutaris igitur propo- sita perniciofa remissio, atque prolapsio ad illud vsque tempus latenter irreperat, quo fauente Guilhelmo Christianissimo Aquitanorum Principe, beatæ memoriæ Abbas Berno in Burgundiæ regione, Mariceni cespite, pago, quem Cluniacum vocant, mo- DE BERNO- nasterium cœpit extruere, atque in ea structura quantum potuit, operæ & studij po- NEET ODO- NE PRIMIS- sedit, tandemque piæ deuotionis affectu, & multo labore ad laudabilem perduxit ABBATISVS exitum. Eius enim & merito & exemplo complures inuitati, tranquillum vitæ mo- CLVNIA- nasticæ

nastica portum expetunt, & ad Deum, contempto saeculo, conuertuntur, e quibus vnum A nobis commemorandum suscepimus, quem multorum saluti destinatum fuisse, comper- tum est. Odo ille dictus est, vir sane per omnia valde dignus, beatissimo Martino Turo- nensi Episcopo deuotissimus, & Turonensis Ecclesiae clericus atque canonicus.] de quo ita Sigebertus de illustribus Ecclesiae scriptoribus: Odo muscus ex archicantore Turo- nense monachus, & primus Abbas Cluniacensis, in homiliis scribendis & declarandis, & maxime componendis in honorem Sanctorum cantibus elegans ingenium habuit.] hac ipse. Sed quod primum Abbatem Cluniacensem ipsum appellat, eidem supra Odi- lioni repugnat, qui primum Abbatem loci illius Bernonem appellat, atque eius succes- sorem Odonem fuisse, de quo sic pergit: Iste igitur vir honestus & valde utilis in regu- lari exercitatione probe institutus, post supradicti patris Bernonis obitum ad monaste- rij regimen multorum Fidelium electione successit. Vt verò idem ipse ad virtutum sa- B stigia conscenderit, studiis eius id palam testantibus, Romanus orbis cognouit, &c.] hac de his Odilo, de eius post hac successoribus subiiciens narrationem.

a Sigeb. eod. lib. cap. 125.

XXIV.

b Idem an- no 895. DE BERNO- NE ABBATE AVGIENSE. c Idem de clar. scrip. Ecclesiast. cap. 157.

Sic igitur non Odo, sed Berno fuit primus institutor & fundator Cluniacensis mona- sterij, qui cum esset (vt dictum est) Abbas Gigniacensis Cœnobij, in cella eiusdem Cœ- nobij fundauit Cluniacense Cœnobium ex bonis auia suae Comitissae, & ipse ex Comite monachus, vt idem b Sigebertus testatur. Alio namque claruit tempore alius Berno Au- giæ Abbas, vir doctrina insignis, numeratus inter claros scriptores Ecclesiasticos. Repe- ritur fuisse iste Berno Hincmari Rhemensis Ecclesiae Episcopi discipulus, cuius meminit idem Hincmarus in epistola ad Aeneam Parisiensem Episcopum, quam vnica in bi- bliotheca Vaticana repertam, hac tibi edendam putauimus, perbreuem illam his verbis: Hincmarus nomine non merito Rhemorum Episcopus ac plebis Dei famulus, dilecto C fratri ac venerabili Episcopo Aeneae salutem.

Nostri fratres de monasterio S. Dionysij per licentiam domni Abbatis Hludouici ad educandum atque erudiendum commiserunt mihi quemdam adolescentem nomine Bernonem, quem vestra fraternitas Acoluthum ordinauit. propterea quoniam sine ve- stra licentia eum nolumus in nostra Ecclesia diutino tempore immorari, petimus dile- ctionem vestram, vt de illo nobis litteras canonicas faciatis, quatenus eum in nostra Ec- clesia possimus regulariter ordinare.] Ad illum verò sic Aeneas:

XXVI.

Venerabili in Christo patri Hincmaro Rhemorum Archiepiscopo Aeneas sanctae Pa- risiensis Ecclesiae Episcopus in Domino salutem. Canonica atque Ecclesiastica sancit auctoritas, vt nemo Episcoporum alterius Eccle- siae ordinatum, sine consensu vel litteris dimissoriis illius Episcopi, cuius ordinatus fue- rat, in propria parochia retinere, aut ordinare praesumat. Hanc denique institutionem sanctorum Patrum plenissime retinentes, rogastis nobis quemdam Ecclesiae nostrae fi- lium, & à nobis nuper Acoluthum ordinatum nomine Bernonem, qui causa discendi atque educandi vestris in partibus quondam missus] hucusque tantum in scripto codice Antonij Augustini, reliqua desunt.

XXVII.

Quod spectat rursus ad Cluniacense cœnobium erectum, in fragmentis Floriacensis Chronici hac leguntur: His temporibus Guilelmus Comes Aruernorum & Dux Aquitaniae Cluniacum fundauit cœnobium. S. Giraldu Aureliacum fundauit monasterium. Ebbo quidam Princeps partium Bituricensium Dolense cœnobium aedificauit.] hac ibi. vt planè dicendum fuerit post duras hiemes: Flores apparuerunt in terra nostra.

XXVIII.

CONRADVS REX IN SA- XONIA PRI- MVS POST CAROLIGE- NAS.

Eodem quoque anno defuncto Ludouico Rege Germaniae, Conradus Dux in Re- gem eleuatur, regnauitque annis septem. In Ludouico autem finem accepit progenies Caroli in Regibus Germanorum. Ita veteres chronographi Adam & alij. Ludouico enim Arnulphi filio Caroli in Gallia regnantis fratrueli nullus fuit filius, adeo vt opus es- set ex alia familia Regem querere, & licet in Othonem Henrici patrem Ducem Saxoniae vota omnium conuenirent, ipse ætate grauior recusauit accipere, & Conradum præ- posuit quem elegerunt.

XXIX.

ROLLONIS AD FIDEM CON- UERSIO.

Hoc pariter anno Rollonem Ducem Northmannorum Galliarum inuaforem, Chri- stianam religionem amplexatum, sacro Baptismate initiatum, veteres Annales docent, quos collegit Matthæus Vuestmonasteriensis, qui rem gestam pluribus narrat.

ANNVS Redemptoris nongentesimus decimustertius, Indictione prima notatur, quo habetur consignatum diploma illud memoria dignum Ragneri Ducis Lotha- ringiae poenitentis. Hic enim cum prius Ecclesiastica bona, nullo Dei timore coërcitus, sæpius inuassisset, ac deprædatus esset: tandem poenitens, in se reuersus, donatione am- plissimi latifundij satisfaciens, suae donationis diploma confecit, quo seipsum redarguens & accusans, verè poenitentis posteris reliquit exemplum: quod acceptum ex monasterio sancti Matthiae Treuirensis Ecclesiae cusum habetur inter monumenta antiquitatum B commentarij Stemmatum Lotharingiae, istis verbis:

In nomine Patris & Filij & Spiritus sancti. Amen. Ragnerus omnibus Matris Eccle- siae filiis, & eam filiali amore complectentibus salutem ab eo qui in medio terræ salutem I I. DIPLOMA DE POENI- TENTIA RAGNERI DVCTIS.

Quia Deus corda multorum dura & inflexibilia per infusionem Spiritus sancti in me- dio ventris sui facit liquecentia, sicut & ea, medicamento charitatis apposito, ad mo- dum ceræ ante faciem ignis liquefcens dimollescit. Nouerit igitur diuersitas omnium praesentes litteras inspectura, vt rebus Deo dicatis fidem debitam reddat, ac deinde ab Ecclesiarum turbatione, audita nostra fortuna, caueat: quod habita super me terribili examinatione diuina propter Ecclesias Dei à me iniuste & sine causa oppressas ac vasta- tias, quare iuste mortem aeternam merueram, sed per suam misericordiam, ipse qui non desiderat mortem peccatoris, sed vt magis conuertatur & viuatur, & qui est Deus non vnus misericordiae, sed Deus misericordiarum ac totius consolationis, me sauans, tem- pus poenitendi, & satisfaciendi locum dedit salutis meae.

Ego qui persecutor Domini ac sponsae suae Ecclesiae fui, videlicet Ragnerus, qui non sum dignus vocari Dux, sed praedo, iusti ac boni Sadigeri filij Fernci, filij Loheri, filij Lamperti, ex beato sanctoque genere beatorum Martini, Clodulphi, Arnulphi filij f. Ar- noaldi, filij iusti Ducis Ansberti clari Romanorum Senatoris, filij Vamberti senis, filij Alberici, filij Clodij criniti, filij Pharamundi, filij Marcomiri, filij Clodij, filij Dagober- ti, ex praecleara Troianorum familia orti Francorum Orientalium & Occidentalium Regum & Ducum filius, providere cupiens, bonosque paternos ac pios mores, quos D impiè desideria effrenatae libidinis sequi volens, dereliqueram, iterum resumens, ad iram Dei debitè placandam, quam certè in me venisse fateor ob delicta mea, & faciliorem peccatorum meorum remissionem habendam, ac de bonis Ecclesiarum à me male & ini- iuste ablatis restitutionem iustam ac bonam faciendam, consilium Domini à longè pro- posse faciens, dicentis: Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cum defeceritis, recipiant vos in aeterna tabernacula: de bonis meis, non meis meritis mihi restituti, sed sua sola misericordia, quae dicit: Quacumque hora ingemuerit peccator, iniquitatum non recordabor. &: Si fuerint peccata eius vt coccinum, quali nix dealbabuntur, & si fuerint rubra sicut vermiculus, velut lana alba erunt. propterea: Petite scilicet iuste & accipietis, quærite piè & inuenietis, pulsate reuerenter & aperietur vobis: aliquid in gazo- phylacio Domini cum Zachæo principe publicanorum ponere decreui.

Conferunt apponi Regum faciectionis in diplomariis. ab ipi o Ragnero, & aliis eiusdem sa- milia Ducibus, alia restantur ipsorum diplo- mata, recitata: singula in codicem commenario Stemmatum Lotharingia Ducum.

Luc. 16.

Isai. 1.

praeterea: Mat. h. 7.

Igitur nouerint omnes tam praesentes quam futuri, quod ego supradictus Ragnerus praedo Lotharingiae superioris, Mosellanicae inferioris, Arduanae, Moselant, seu Hasba- niae, Buillon, Allatiae, Metensium, Verdunensiumque Princeps dominus & Dux imme- ritus per praesentes litteras, ob amorem acerbissimae passionis Domini nostri Iesu Chri- sti, cuius sanguine redemptus sum, ac beatæ Mariae Virginis Matris eiusdem Domini, & reuerentiam sanctorum Apostolorum Petri & Pauli, ac gloriosi Matthiae Apostoli martyris, necnon sanctorum Episcoporum & Confessorum Eucharij, Valerij, & Mater- ni, liberè, purè, sine fictione & contradictione, cum magna cordis contritione restituere cupiens quæ iniuste rapueram: do reuerendo patri ac domino Abbati & fratribus mona- sterij S. Eucharij (quod modò dicitur monasterium S. Matthiae) extra muros vrbs Tre- uiricae constructi, ac iuxta flumen Mosellae aedificati, villam nostram Bedeodorf, cum omnibus appenditijs & allodijs. Item & curtes in Conehan super Mosellam, quatenus Kkk 4 ipsi

CHRISTI IOANNIS X. PAP. CONST. VIII. SOLIVS IMP. 913. 2. 2.

ipsi qui sine intermissione coram Domino astant iugiter offerentes sacrificium laudis, A & die noctuque interpellare dignentur misericordiam Dei pro me maximo peccatore, pro mea vxore domina Ermingarda Franciæ Regina iam ab humanis exempta, pro filiis ac filiabus meis tam viuis quam defunctis, videlicet Gisilberto, Rigimiro, seu Reucino, Theoderico, Othone Comite, Pirardo Episcopo, Ermingarda, Bertha, Vigeberto, Hidelberto, Eua, Beatrice, Adella, Stephano, necnon pro toto populo à Domino sua gratia mihi tradito, ac etiam pro redemptione animarum parentum meorum, prædecessorumque Ducum ac toto populo Christiano. Et vt hæc mea donationis ac testamenti mei auctoritas firmiter, sine contradictione, seu hæsitacione à successoribus meis obseruetur, in filiorum meorum viuorum, ac magnatum, totiusque populi præsentia subter eam signaui, & sigilli mei impressione ac appensione iussi roborari. Data Treuiris, nona die mensis Maij, anno ab Incarnatione Domini nongentesimo decimo-tertio.] Subscriptio autem sic:

Ragnerus Lotharingorum Dux & prædo, quia Ecclesiam Dei persecutus sum.] hætenus ibi.

IESV CHRISTI IOANNIS X. PAP. CONST. VIII. SOLIVS IMP.

ANNVS ANNVS ANNVS 914. 3. 3.

I. ANNVS Redemptoris nongentesimus decimusquartus, Indictione secunda notatur, quo aduersus Constantinum Imperatorem Bulgaricum exoritur bellum obsidende Simeone eorum Rege Constantinopolim, cum repulsus ille & in Hebdomum reuersus à Patriarcha Constantinopolitano tutore Imperatoris conuenitur, & ad pacem componendam suadetur; ei que annuens Simeon, ab eo benedictionem accipit, ipsique imposito capitis pro corona; & conuiuio ab Imperatore acceptus, pace stabilita, donatus muneribus ad propria rediit. hæc pluribus Curopalates, & alij ex ipso eadem enarrantes. Verùm pax haud diu constans fuit, Bulgaris Thraciam rursus infestantibus, & Hadrianopolim inuadentibus. Post hæc autem Patriarcha ipse tutor Imperatoris per Zoën Augustam matrem Imperatoris è palatio eiicitur.

II. Eodem anno Ioannes Apostolica auctoritate quam vsurparat, Ioannem Archidiaconum Ecclesiæ Capuanæ consecrat Abbatem monachis Cassinensibus, defuncto Leone, tenuitque annis decem & nouem ac menses septem, primam non ex gremio, sed ex clerico redditum monachum, constitutum Abbatem. Cuius res gestas Leo Ostiensis stylo profecutus est.

I. BERENGARIUM BELLYM PER SIMEONEM REGEM GERMANIAM.

a Leo Ost. lib. 1. cap. 56.

IESV CHRISTI IOANNIS X. PAP. BERENGARII IMP. I. CONST. VIII. SOLIVS IMP. 4.

ANNVS ANNVS 915. 4.

I. ANNVS nongentesimus decimusquintus, Indictione tertia sequitur, quo Sarraceni, qui in Campania apud Garilianum diu multumque sedes tenuerant maximo Christianorum damno, debellari penitus profligantur, & in nihilum rediguntur. Quod E primùm ad tempus spectat, hoc anno id accidisse, consignatum habetur in antiquo Chronico Cassinate apud Leonem Ostiensem verbis istis, re gesta iam narrata: Hoc modo auxilio & misericordia Dei, Sarraceni ab his partibus eliminati sunt anno Dominicæ Incarnationis nongentesimo decimoquinto, Indiæ. tertia, mense Augusti.] anno tertio absolutò, & quarto inchoato (vt superius habet) ex quo Ioannes pseudopapa Romanam Sedem (vt ait) inuaserat. hæc de his quæ ad tempus spectant, cuius in primis ratio habenda est, vt veritas firma consistat, quæ temporum inconstantia nutat.

I. SARRACENI IN CAMPANIA PENITVS EXTINCTI.

II.

Porro quæ hoc anno sunt finem consecuta, plures ante annos sunt pertractata. Quòd enim iidem Sarraceni foedere iuncti essent cum Neapolitanis, Caietanis, & aliis populis finitimis, exceptis Capuanis, formidolosi & inuincibiles videbantur. Quamobrem in eo primùm laborandum fuit, vt Christiani Principes ab eorum societate diuellerentur omnino.

CHRISTI IOANNIS X. PAP. BERENGARII IMP. I. CONST. VIII. SOLIVS IMP. 4. 915. 4.

Anino. Laborasse in his vidimus magnopere Ioannem Papam Octauum, nec tamen penitus consecutum quod voluit. Cumque res in deterius quotidie laberentur, id aggressus est facere Atenulphus Princeps Capuanus, qui ad Leonem Imperatorem tunc adhuc viuentem filium suum Landulphum Legatum misit. à quo persuasus Imperator misit Nicolaum Patricium in Italiam cum copiis atque muneribus ad Principes Christianos, nempe Patriciatu dignitatem ad Gregorium Neapolis Ducem, necnon ad Ioannem Ducem Caietæ, quos hac arte diuulsit à Sarracenis. Contrà verò curatum est, vt sancto foedere simul iungeret vnà cum istis Principem Salernitanum Gaimarium, simulque Appulos atque Calabros. His autem accesserunt copie Ioannis Papæ, qui cum Alberico filio Adelberti Marchionis Tusciæ foederatis se iungens, cum eodem venit in prælium. Quorum omnium ingenti numero Sarraceni vallati tribus mensibus ab iis obfessi, fame cogente Berumpentes fugerunt in proximos montes & siluas, quos Christiani infecuti, vix paucis elapsis, omnes interemerunt, dicto anno atque mense. ista omnia in Chronico Cassinate Leo Ostiensis. Discrepat in his Luitprandus, dum legationem ad Græcorum Imperatorem non à Principe Capuano, sed ipso suadente, à Ioanne qui agebat Pontificem missam tradit, additque hæc ad postremum: Græcis igitur Latinisque quotidie conflictantibus, Deo miserante, Pœnorum ne vnus quidem superfuit (ita vocati Sarraceni, qui ex Africa venerunt) qui non aut gladio trucidaretur, aut viuus continuò caperetur. Vili sunt autem à religiosis Fidelibus in eodem bello sanctissimi Apostoli Petrus & Paulus, quorum precibus Christianos credimus meruisse, quatenus Pœnos fugarent, & ipsi victoriam obtinerent.] hæc ipse.

CHRISTIANI PRINCIPES VNITI ADVERSVS SARRACENOS.

a Luitprand. lib. 2. c. 14.

Quod ad Ioannem Papam nuncupatum spectat, potuit contigisse, vt qui inuasor, fur, & latro ingressus erat, accedente Cleri consensu, haberi cœperit legitimus Romanus Pontifex: cuius quidem rei argumento sunt legationes ex diuersis orbis partibus ad eum missæ, magis verò cultus fuit, cum eius opera Sarraceni, ita vt audisti, sunt extincti. His quàm felicissimè præliis confectis, eodem anno Berengarius ab eodem Ioanne agente Pontificem Imperator inungitur mense Septembri, quod eius plura diplomata attestantur: quod factum ab eodem Pontifice putatur, ad referendam gratiam ob auxilium impetratum in bello aduersus Sarracenos suscepto, atque feliciter confecto.

III.

BERENGARIUS IMP.

b Sigon. eadè citat de Regn. Ital. lib. 6. hoc anno.

Quo etiam anno Ordonius filius Adefonsi Magni, defuncto fratre Garzia, regnare cœpit, qui & primus transtulit Regni sedem Oueto Legionem, & appellatus est Rex Legionensis, non amplius Asturicensis. Idemque conuocata Synodo duodecim Episcoporum, ibidem solemnè ritu sacram vnctionem, qua vngi consueuerunt Reges, accepit; pietate insignis, dum Regiam in basilicam cathedralem conuertit, hæcque secundo vel tertio sui Regni anno facta esse, Ambrosius Morales existimat, quem consulat. Porro sub eodem Rege (vt ex recta temporum ratione Ambrosius ipse colligit) duo insignes sanctitate Episcopi ex hac vita migrarunt, nempe Attilanus Episcopus Zamorensis, & Gennadius Episcopus Asturicensis. Attilanus autem ab Urbano Secundo reperitur inter Sanctos esse relatus.

IV.

ORDONIUS REX LEGIONENSIS.

Quo item anno S. Hogerus Archiepiscopus Hamburgensis, cum sedisset annos septem, ex hac vita migravit sanctitate celebris, cum Ecclesia Saxonie eo tempore ab irruentibus vndique hostibus magnopere vastaretur. de his enim hæc Adam antiquus chronographus: In diebus illis immanissima persecutio Saxoniam oppressit, cum hinc Dani & Slauis, hinc Bohemi & Vngari lamarent Ecclesias. Tunc parochia Hamburgensis à Slauis, & Bremensis Vngarorum impetu demolita est. Interea Confessor Dei Hogerus obiit, & sepultus est in Ecclesia S. Michaëlis cum decessore suo anno Domini nongentesimo decimoquinto, decimotertio Kalend. Ianuarij eius depositio habetur. Huius corpus Episcopi cum post annos centum viginti, diruta senio cappellula quæreretur, præter Cruces pallij & ceruical Episcopi nihil potuit inueniri. Et credimus resurrectionem huius impletam esse, quod aliàs traditur in Dauide & Ioanne Euangelista contigisse veraciter.] hæc ipse, à nobis relata ad significandam potius eius sanctitatem, vt talis de eo opinio haberi potuerit, quàm vt eius ea de re sententiam certam probemus. De eius successore agendum anno sequenti: deque iis quæ tunc aduersus Ecclesiarum incendios diuinitus contigere.

V.

c Adam lib. 1 cap. 45. SAXONVM ECCLESIA DIRA PERSECUTIONE VENATVR.

IESV CHRISTI IOANNIS X. PAP. BERENGARII IMP. 2. ANNVS 916. ANNVS 5. CONST.VIII.SOLIVS IMP.5. A

I. R EDEMPTORIS annus nongentesimus decimus sextus, Indictione quarta incipit, quo Vngaris siue Hunnis Saxonum Ecclesiam deuastantibus, inter alias Brementem comburentibus, diuina sunt ostensa aduersus incensores prodigia, cum Hogero successisset Reginardus, cuius tempore hæc contigisse, Adam sic enarrat: In diebus illis grande miraculum fertur à posteris Brementis contigisse, Vngaros scilicet incensis Ecclesiis, sacerdotes ante altaria trucidasse, Clerum vulgo mixtum aut impune occisos, aut duos in captiuitatem. Tunc etiam Cruces à paganis truncatæ ludibrio habitæ, cuius signa furoris vsque ad nostram ætatem durauerunt. Sed Deus zelotes, cuius passio ibi derisa est, incredulos abire non passus est inultos. Nam subito & mirabilis orta tempestas à semicremis Ecclesiarum tectis scindulas eleuauit, quas in facies atque ora paganorum rotans, dum fugæ præsidium quærunt, aut in fluium præcipitari compulit, aut in manus ciuium concludi. hæc ipse adeo detestatus paganos Cruces frangentes, atque ludibrio afficientes. Quid si ista tempora præuidisset, cum non à paganis, vel exteris hostibus, sed ab ipsis Saxonibus Christianis, pro pudor! hæc & his deteriora aduersus sanctissimas Cruces & sanctas Ecclesias fieri contigerunt: planè paganis sceleriores suos Saxones deplorasset, & conclamasset. Sed spes est, ut pristina fidei memores, maiori accensi ardore resipiscentes, ista condemnent, atque cum fœnore emendent. Potuit ad tempus fides Catholica apud Christianissimos Saxones prauorum hominum opera iacturam pati, sed extingui penitus (quod Deus auerrat) numquam crediderim. Quem verò successorem habuerit Reginardus, qui vix annum sedit, dicitur suo loco anno sequenti. Hac pariter Hunnorum incurfione Augustanam Ecclesiam incensam penitus ac deuastatam fuisse sub Hiltino eius Episcopo, in vita S. Valtrici eius successoris, qui incensas Ecclesias restaurauit, describitur.

II. Quod ad res pertinet Orientis, hoc anno qui numeratur decimus quintus ab exilio Nicolai Constantinopolitani Patriarchæ, idem ipse vnà cum Imperatore Legatos misit ad Ioannem Papam pro ineunda perfectâ concordia cum Romana Ecclesia. deditque eis epistolam ad eundem Pontificem: quam acceptam, vnà cum aliis, ab Aloysio Lolino Episcopo Bellunensi amico nostro, hic describimus:

Ioanni beatissimo Papæ, &c. Quot quantisque ærumnarum fluctibus per xv. annos iactati simus (tot enim plus minus effluxere, ex quo primum scandala Ecclesiam CP. peruagata, omnia turbauerunt) & dememinisse mihi permolestum est, beatissime Pater, & memorare scienti tibi superuacuum. læta potius amicis, & coëx cubitoribus impartiri iuuat, Ecclesie nempe pacè subsecutam, conspirantemque omnium ordinum, in his quæ sunt fidei, consensum. Cum enim in eo esset res, vt nulla amplius spes humanis experimentis nostra metientibus superesse videretur: affulsit subito illa captum omnis intellectus supergressa pax, Dominus scilicet & Deus noster Iesus Christus, qui sæuam illam hiemem atque tempestatem communis hostis opera coortam, in ipsa Halcyonia mutauit: adeo vt nullum penitus dissensionis vestigium remanserit, nulla odij cicatrix: omnes velut ex condito veterum obliti idem planè sentiunt; omnes sanctæ matris Ecclesie, quæ eos obuiis vlnis diu expectarat, optatissimum eunt in amplexum. & nostræ quidem ita se res habent. Verum quia & vestram fraternam dilectionem, cuius erga nos officia temporum difficultatibus intermissa sunt, expetimus, & consuetam Ecclesie vnionem exoptamus: ideo has ad vos dare litteras decreuimus, vt omnis offensionis memoria deposita S. V. ad sinceram amicitiam, atque coniunctionem animorum, pastoribus populorum debitam, prouocaremus; quæ tum demum raris hinc inde Legatis coalescet, cum iudicatum fuerit concorditer, quartum connubium, quod dissensiones & scandala in Ecclesiam inuexit, non rei ipsius, sed personæ causa permissum esse; suadente tunc occasione lenitatem atque affectum erga Principem indulgentiorem, ne repulsa ipsius animus offensus, deteriora moliretur. Sic enim & Sanctitatis tuæ nomen ex sacro Ecclesie CP. albo, vt mos olim erat, vnà cum nostro rursus celebrabitur; & nos omni ex parte gaudio repleti, iucunditate pacis perfruemur. Enim uero vt huic curæ sedulo incumbas, te iterum atque iterum rogat Deo dilectus Imperator, oratore Romam ad Sanctitatem tuam destinato CL. V. Basilio Protospathario, & aurei triclinij præfecto, cui nos comitem

Adam li. I. c. 46. BREMENIS ECCL. QUAE PASSA AB HUNNIS, ET QUID IPSI A DEO.

Constantinopolitanam NICOLAI PATRIARCHAE CONSTANTIN. AD IOANNEM PAPAM EPISTOLA DE INEUNDA CONCORDIA CVM ROMANA ECCLESIA.

Sanctitatem vestram

Constantinopolitane

CHRISTI IOANNIS X. PAP. BERENGARII IMP. 2. 916. 5. CONST. VIII. SOLIVS IMP. 5.

A comitem itineris, curarumque conscium adiunximus Eulogium honorabilem presbyterum. Hos tu, beatissime Pater, & excipies (vt spero) fronte hilari, & nos mutuis legationis officiis remunerabis; Ioanni venerabili Episcopo, cuius apud nos iam experta virtus, idmunus, si expedire videbitur, iniungens, aut alicui alij moribus illi non abumili, qui, si qua sunt adhuc correctionis indiga, doctrina atque consilio emendare valeat nobiscum, iuxta Ecclesiasticas constitutiones. Vale in Domino beatissime Pater.] hæc tenus Nicolaus Patriarcha de pace Orientalis Ecclesie cum Apostolica Sede.

IESV CHRISTI IOANNIS X. PAP. BERENGARII IMP. 3. ANNVS 917. ANNVS 6. CONST.VIII.SOLIVS IMP.6.

B NONGENTESIMVS decimus septimus annus Christi, Indictione quinta inchoatur, quo vir sanctissimus, humilis spiritu Vnni nomine in Saxonia egregia sanctitate clarens, successit Reginardo, palliumque petiit & accepit à Ioanne Pontifice Romano nominato. De isto enim hæc Adam: Vnni Archiepiscopus sedit annos decem & octo. Annos eius obitumque vt supra cognoui, memoriæ traditum est à fratribus, cum Reginardus transisset, Leudradum Brementis chori præpositum à Clero & populo electum. Qui hoc Vnni pro cappellano vtens, ad curiam venit. Rex autem Conradus, diuino (vt creditur) Spiritu afflatus contempta Leudradi specie, paruulo Vnni, quem retrò stare conspexerat, virgam obtulit. Cui etiam Papa Ioannes Decimus (vt priuilegium indicat) pallium dedit. Erat autem vir, sicut in electione & transitu eius videri potest, sanctissimus, pro qua sanctitate Conrado & Hemiro Regibus familiaris & reuerendus fuit.]

Audisti, Lector, virum Apostolicum ab eo, qui in Sede Apostolica vtrumque sedebat, pallium accepisse, non merita in cathedra Petri sedentis animo disquirentem, vel eius ab eo factam Sedis inuasionem examinantem; utpote qui probè sciret vir sanctus, non carere mysterio, etiam vmbra Petri, quæ non est ipse Petrus, magnam Deum contulisse virtutem in miraculis, vt Acta testantur, edendis.

Subdit verò Adam: In diebus suis, huius scilicet Archiepiscopi Vnni, Vngari non solum nostram Saxoniam, verum circa Rhenum, aliasque trans Rhenum prouincias, Lotharingiam & Franciam demoliti sunt: Dani quoque Slauos auxilio habentes primò Transalbianos Saxones, deinde circa Albim deuastarunt, magno per Saxoniam terrore grassantes. Apud Danos eo tempore filius Ardeuich Gorm regnauit, crudelissimus inquam vermis, & Christianorum populis non mediocriter infestus. Ille Christianitatem, quæ in Dania fuit, profus delere molitus, sacerdotes Dei à sinibus eius depulit, plurimos per tormenta necauit.] hæc ipse de persecutione Danorum Ecclesie, quæ numeratur prima à Ragnerio, secunda ab Ericio, tertia à Gorm Regibus excitata. Quomodo autem factum per Vnni Archiepiscopum Hamburgensem hoc anno creatum, vt collapsa ibidem in Dania Christianitas iterum sit reparata, inferius dicturi sumus sub Henrico Rege, quando ea fieri contigerunt.

Eodem anno, Indictione quinta, sexta mensis Augusti bello confato in Orientè inter Romanos & Bulgaros, victoria potiti Romani, mox versa alea, improuisa fuga iidem victos Bulgaros fecere victores. Rem gestam pluribus describit Curopalates, ex quo alij accepere. præerat tunc Bulgaris regia potestate Simeon, qui cæsis Romanis, Constantinopolim obfessurus, à ciuibus in fugam vertitur ipse cum suis.

At quæ ista præcesserunt, vtiq; magna consideratione atque admiratione pariter digna; quippe quod Legatos à Ioanne Romano Pontifice missos pacis firmiter ineundæ causa non audierit, contempserit potius cupiditate regnandi; qui semper vincere solitus, victus cum ignominia fugit. de qua tunc missa à Ioanne Pontifice legatione extat epistola Nicolai Patriarchæ Constantinopolitani ad eundem Simeonem Regem Bulgarorum, quam ex prædiuite promptuario rerum Græcarum nostri Aloysij Lolini Bellunensis Episcopi acceptam, Latine primum ab ipso reddita, inde verò vt se habet in codice Græcè scriptam, subruide vt tempus ferebat, ad pleniorum fidem hic tibi describendam curauimus. sic se habet: Simeoni Principi Bulgaria.

Es tu mihi quidem filij adhuc loco, dilectissime Princeps, licet omnem iam pridè obedientiam patri à filio debitam exueris. Hinc fit, vt cum præscus ille, quo te sum profecutus, amor,

VNNI EPIS. ACCIPIIT PALLIUM A IOANNE PONTIFICE. Adam lib. I c. 47.

II.

III.

DANORVM ECCLESIA PERSECUTIONEM PASSA ITERVM.

IV. BULGARIVM BELIVM REPERTVM.

V.

VI.

NICOLAI PATRIAR. CHAE CON. STANTIN. AD SIMO. NEM RE. GEM BYL. GARTAE E. PISTOLA. DE LEGA. TIONE A. IOANNE. PAPA MIS. SA.

amor, tum etiam sanctissimi Romani Papae, cui minime parere, nefas, grauis apud bonos A omnes auctoritas, me in lacrymas & preces ire iterum impellat. Is cum a fama rerum no- strarum vniuersum iam orbem peruagata accepisset Christiani populi clades, direptiones, fugas, vastitatem, & reliqua belli, quibus affligimur, incommoda; quae pietas eius est in gregem Domini sanguine redemptum, & nostris ex animo indoluit malis, & eis, ne proserpant latius, ire obuiam decreuit. Legatos itaque misit, Theophylactum primum inter eius Episcopos locum obtinentem, & Carum eiusdem ordinis, praestantissimos viros, qui te suis adhortationibus aut inducerent ad pacem, foedusque nobiscum ferendum; aut si iussa detrectares, Spiritus sancti nomine insolubili anathematis vinculo obstringerent. Hos ego (nam id mihi beatissimus Pontifex iniunxerat) vt tuò & commo- de ad te peruenire possent, addito comite & itineris duce sedulo curassem, ni me deterruisset ab incepto malus quidam rumor, qui de te pridem inoleuit.

VII. Diceris enim, fili mi, solere Legatos ad te venientes in vincula coniectos asseruare, im- mani planè & omnem supergresso barbariem exemplo. Quae enim est tam effera, tam ab omni humanitatis sensu remota natio, quae tale facinus non inter nefaria scelera recen- seat? Quapropter cum & sanctissimi Papae exequi mandata valde cuperè, & Legatorum incolumitati consultum vellem, illos quidem summis induxi precibus, vt hic apud nos consistenter, veritus ne à te post longae peregrinationis tedium ac laborem aliquid pate- rentur mali: Apostolicas verò litteras ad te perferendas dedi, quibus exhibebis te facilem & obsequentem, si me audies, immò si rationem habueris dignitatis salutisque tuae. Caue enim putes, idem tibi planè licere in sanctissimum Pontificem Romanum, quod in me olim licuit, quem ludibrio habuisti tam diu. Si quid in eum commiseris, non impunè feres. Apo- stolorum primores, quorum ille ad aras quotidie litat, iratos in te oculos conicientes, quasi propriam iniuriam contemptum illius vitum ibunt. Subeat animum Ananiae & Saphirae casus, quos obiurgatio Petri neci dedit: menti obuersetur Elymae magi Paulo contradi- centis caecitas. Haec Apostolicae indignationis monumenta cogitantè excipiet te, certò scio, horror quidam, & pauor salutaris, nec permittet, vt beatissimi Papae monita despicias. praefertim si vera sunt, quae de te narrantur à cuius, praecipua quadà veneratione prosequi Prin- cipes illos diuos: quos si verè suspicis ac colis, eorum insidentem throno minime contem- nes. Haec de legatione Romana, cuius aduentu (cur enim tibi sub Christi signis quamuis aduersus Christianos diaboli fraude pugnanti commune gaudium inuideam?) scandalis, quae ob tetragamiam apud nos omnia turbarat, impositus est finis, pax Clero reddita, coe- tus facti mira animorum conspiratione habiti, & vt verbo dicam, Romana ac Constanti- nopolitana Ecclesia ita in vnam eamdemq; coalita est fides ac confensio, vt nihil ampli- us veteret, quò minus nos opacissima illorum communione & sanctificatione perfruamur.

ROMANAE ET CON- STANTINO- POLITANAE ECCLESIAE CONSEN- SVS.

VIII.

Reliquum est, vt te postremo admoneam loco, ne posthac, cum ab his qui rerum po- tiuntur, litteras acceperis, Senatu potius rescribas, quam illis ipsis. Ridiculum enim est, & tua prudentia planè indignum, adire seruos, posthabito eo cuius ipsi capeunt iussa: nisi te ludere delectat in re haud quidem ludicra. Quin tu potius, si te serid poenitet bellorum, si cladum non tam acceptarum quam illatarum piget, sensum animi tui Imperatoribus ex- prome, conditiones offer, diem locumq; colloquio praescribe, siue tu ipse ad nos accedere, siue alios mittere malueris, nulla in me mora est, adero, quocumq; vocaueris, cum delectis ex Senatu viris, rem fortasse confecturus ex voto, si Deus annuet. Quòd si longè alia tibi mens est, nisi hominibus nostris ludibrium debes, posthac ab huiusmodi irrisionibus, quae te minime decent, abstinebis. Deus te eò validiore ope tueatur, quò grauius regendi alios onus suscepisti, ne, quòd plerumq; principibus viris accidit, oneri succubas.] *Graccè autè sic:*

Συμμεῶν ἀρχόνι Βουλγαρίας.

IX.

Εἰ μὲν ὡς ἔθος ἀγαπῶμεν παρ' ἡμῶν, προσφιλέστατε ἀρχόν, εἰ καὶ τῶν λογισμῶν ὑμῶν τῶν ἀποβλέποντες. τὸ μὲν πικρῶν παρ' ἡμῶν, τὸ δ' ἐπιπλοῦν τῶν ἀγαθῶν πάντων ῥά μιν, ὡς ἀπειθεῖν ἀθέμιτον κρινόμεν. οὐτ' ἔτι, ἐπειδὴ τοῦ σῶστος ἀποστολῆς τὴν γῆν τὰ ἡμέτερά ἐλευνά παραγγεῖται, αἱ συμφοραὶ αἱ ἀχμελωσίαι, ἡ ἀπώλεια, ὡς ἔστιν ἀσπλαγχνῶς τοῦ λαοῦ τῶν πικρῶν τῶν χειρῶν ἀμείων ἀγέλλων, ὅθεν φέρων ἐν τῇ καρδίᾳ τὴν πληγὴν, ἵνα μὴ τὸ κακὸν πλατύνεσθαι ἔρπει, ἀπίστευτον ληθῆσθαι, θεοφύλακτον τῶν ὑπαρχόντων ἡμῶν ἐπιποσίων, ἔτερον δ' ἐπιπλοῦν τῶν ἀποστολῶν, καὶ πάντων ἀνδρῶν ἀνδρώπολις ἀρετῆς ὑπερέχοντες. ἀλλὰ γὰρ τού- τους

A πους ἀπέστειλε πρὸς σε, ἐπιτολὰς κομιζόμενος, ὡς ὁ σκοπὸς, εἰρηνίῳ μετ' ἡμῶν βραβεύσει, ἢ δεσμῶν σε ἀλύτῳ ἐν ὀνόματι ἁγίου Πνεύματος. Τούτους οὐκ ἐπὶ τούτῳ πρὸς σε ἀπεσταλμένοις ἡβουλήθημεν καὶ ἡμεῖς πρὸς σε ἀποστείλαι, καὶ γὰρ καὶ πρὸς ἡμᾶς ὁ ἀγῶνας. Πάπας ἀπέστειλε, γρά- φων παντὶ ἔσοπον ἀσφαλίστατα σὺν τρυφῆς καὶ ὀδύνης δι' ἡμῶν ἐπιπεμφθέντων πρὸς Βουλγαρίαν. ἀλλ' ἐμείνο ἐν θυμῶντες, ὡς οὐκ οἶδα πότεν τέκνοι ἡγαπητῶν καὶ τέτο κοινῆν ἀγάπης οὐ καλῶς τὸ τὸς ἀποσταλέτας ἐν δεσμοῖς κρατῆσαι. ὅπερ ἐν οὐδενὶ τῶν ἄλλων ἐδυνάω, οὐδ' ἐν τοῖς ἀπέστει- ῶνται γὰρ ἡμῶν ὑπεσάλθημεν, ὡς μετὰ τὸς ἀνδρας, μὴ τῆς ἀλλοτρίου ἐπιποσίου, ἀλλ' ὑπέστησαν ποσῶ- ῶν μῆν. ὁ δὲ ἐπιποσίωντες, καὶ εἰς τὴν τῶν σου ἐνοχολίαν ἐμπροσθεν. δὲ τῶν τὸ μὲν γραφῶν πρὸς σε γράμμα τῶν ἀγαθῶν πάντων ὅθεν ἀπέμφοθη, τῶν δ' ἐπιποσίων φησάμενοι τῆς πρὸς σε ἀφίξεως ἐσέχοντο ἡμῶν, καὶ ἐπὶ τῶν μὲν ἡξιοσάμεν. ἐστὶ ἄρα ἀπειθεῖς, εἰ ἡμῶν πρὸς σε καὶ τὴν ἑαυτῶν σωτηρίαν φρονεῖς. Ἐξίεις, ἔμνη βουλῆς, ὡς περ ἡμῶν, καταφρονήσαι ἔπει καὶ τῶν καὶ πρὸς σε γράφοντες ῥά μιν ἀρχόντων ἀρχόντων. ἀλλ' εἰ ἡμᾶς ἐν ἐδενὶ ἔδου, τίμησον ἐμείνω τῶν νεοστῶν, μὴ ποτε ἀπμαζομένης ἀπὸ οὐκείων οἰ κορυφαῖοι τῶν Α' ἀποστόλων τῶν ἀπμῶν ποιησάμενοι, ὡς ὁσημέραι τούτοις καλλίμερον, δὲ μετ' ἐπιβλέψασιν ἐπὶ σε. ἀγαλόγισται Πάπας, ὅπως Ἀνανίαν καὶ ἡμῶν συζυγοὶν τῶν θανάτων παρέδωκαν ἐν μόνῃς ἀγαπητικῆς. ἐν θυμῶνται Παύλου, ὅπως Ἐλύ- ματῆ μαζου τῶν ὀφθαλμῶν ἡμῶν ἔσεν, ἐπειδὴ ἔδοξε πρὸς ἐναντιότητα φέρεσθαι Ἄποστολῶν. τῶν- ται οὐκ ἐν θυμῶνται, καὶ φερίων καὶ φόβον ἀναλαβού εἰς τὸ μὴ τῶν διδασκαλίαν τῶν μακαριωτάτων πάντων τῶν ἀποστόλων. μάλιστα ἐπὶ καὶ αὐτῶν, ὡς γὰρ μαζάμενοι, πρὸ πολλοῦ ποιῆ τῶν πμῶν τῶν κορυφαῖοις ἐμείνω τῶν ἀγίων. οὐκ εἰ ἀλλοτρίως πμᾶς, πάντως οὐκ ἀπμῶν τῶν ἐν τῶν φερίων τῶν κατ' ἡμῶν. τῶν τῶν τῶν κατ' ἡμῶν τῶν ἀφίξεως οἱ καὶ τῶν σπαιδαλα τῶν ἐν τῶν τε- ταρτῶν γάμου συμβεβηκῶν ἔπαυσαν, καὶ εἰρηνίῳ τῶν κλήρω παρέδωκαν. κοινῆ γὰρ τοῖς ἀρχόντοις μυστηρίοις, καὶ σὺν θεοπροβῶν ὁμοιοῖα ὑπηρετήσαμεν. καὶ λοιπὸν, ὡς ἐν κεφαλαίῳ εἶπειν, ἔπει ἡ ῥά μιν καὶ ἡ Κωνσταντινουπόλις ἐκκλησία μῶν γέροντες συμποίας ἐ ὁμοιοῖας, ὡς μὴ δὲ ἐπὶ καλλίμεν ἡμᾶς μετῆρ ἐν τῶν ἀγασμῶν καὶ τῆς κοινωνίας, ἐγχαίσαμεν οὐκ ἐπὶ τῶν τῶν ἡμῶν καὶ αὐτῶν καίπερ τῶν ἐξ ὀλοῦ ἀπὸ ἀπὸ τῶν καλλίμεν τῶν Χριστιανῶν, ἀλλ' ὁμοῖως τῶν Χριστοῦ λαοῦ τῶν χεῖρες ἐπὶ τῇ κοινῇ ἀγαλλίαση.]

Vidistine Lector, quomodo ipsa necessitas extorqueat veritatem, & det vexatio intel- lectum? quibusnam elogiis praedicet Apostolicae Sedis auctoritatem tantus Patriarcha, aliàs olim, vt vidisti, in eam infensus, ac parum æquus? cum praesertim hoc tempore fe- derit in ea, qui flagitiosissimis vitæ moribus contemptibilis omnibus videri posset ipse Ioannes. At non qui federet, sed quo nomine federet, & cuius locum vcuumque teneret, Patriarcha considerans, nempe principis eorum Petri: ea ita certa assertione comminan- do conscripsit, in quibus haud falsus vates extitit, vindice exurgente Petro aduersus Re- gem barbarum, arrogancia & fastu tumentem, humana atq; diuina pariter contemnen- tem: cum (vt audisti) eo ipso tempore, quo ciuitate Constantinopolitana potiri putaret, ipse turpi fuga suæ consulere salutem coactus fuerit, vix euadens. Hic verò reliquas eius- dem Nicolai epistolae ad diuersos Principes scriptas, ab eodem Lolino Episcopo missas, haec tenent numquam visas, pariter describere, ne pereant, operæpretium existimauimus: cum & ad historiam rerum gestarum huius temporis spectare noscantur, quæ eisdem continentur, vt quæ sequitur de Armenorum conuersione:

Ad Armeniam Principem.

Nil pietate praestantius, nil humano generi conducibilis inueniri potest; tunc enim de- mum ritè, & ex maiorum praescripto colitur Deus, cum hæc altius radices egerit, & inua- luerit. Dei autem cultus quid non boni affert, quid non mali abigit, si non aliunde inco- lumitas priuatim vnicuique nostrum, non publicè familiis, vrbibus ipsis, denique populis promanet? Hinc fit, vt magna inter mortales concertatio omni æuo fuerit, dum vniuersis- que opinionem, quam de Religione vel ipse concepit semel, vel aliorum traditione hau- sit, tueri aduersus diuersa sentientes cupit: aded opinionum receptæ affluuissè multum est. Idem planè dices nobis euenire, quod veteri panno, quem vbi coloris succus altius infecerit, discerperis citius, quàm eluas, nisi opem afferat Deus gratiæ suæ face mentibus prelu- cens. Ille quidem suauit Catholico viro, de quo scribis, vt ad vos diuerneret, populumque orthodoxos edoceret ritus: ille vobis auctor fuit, vt prisco agnito errore ab optimo Imperatore nostro, cuius omni obsequij genere coniuncti esse vultis, ne in his quidem, quæ sunt Fidei, diffidatis. Illius deniq; impulsu est effectum, vt aliquem è cætu vestro mittere velitis, quem nos, ea prius quæ ad religionem faciunt edocetum, in vestrum Antistitem proue- heremus. Quod mirum est, quanta animi gratulatione exceperimus, memoria repetètes

XI. NICOLAI PATR. CON- STANTINOP. AD ARME- NIAE PRIN- CIPEM EPI- STOLA, DE ARME- NORVM CON- VERSIONE.

Phocij præstantissimi prædecessoris nostri in eodem agone irritos conatus, dum vir ille facer omnē lapidem mouens, disceptationibus; alloquis, Legatorum missione vrget opus. quod Deum arcano prouidentia suæ consilio in hunc diem Ecclesie vniversæ, Armenisq; omnibus, si bona sua norint, longè optatissimum distulisse crediderim, vt inclytam nobilitatem tuam maiori cælestium donorum cumulo ditaret, sibi arctiori beneficij vinculo obstringeret. Tu modò fac, vt promissa extent; omnem rumpere moram, virum illum, à te primoribusq; vestra Ecclesie electum, itineri accingi iube; breui eum ad vos mysterijs initiatum orthodoxis, Armenis quidè hætenus ignotis, & sacris nobiscum Catholico more operatū remittemus. Deus te, tuosq; omnes ab humana & spiritali nequitia defendat.] hæc ad Armeniæ Principem, de Armenis ipsis ex hæresibus, quibus innumeris à perfidis Seuerianis & Manichæis infecti erant, ad Fidem Catholicam reuocatis. At videamus quæ idem scripserit ad Principem Sarracenorum, de crudelitate ipsorum, qua miserimos exagitarent Christianos, cum tamen ipsi Sarraceni, qui degerent Constantinopoli, etiam libero perfrui Oratorio sinerentur benignitate Imperatoris. Epistola sic se habet:

Principi Sarracenorum.

XII. NICOLAI PATR. CON- STANTINOP. AD SARRACENORVM PRINCIPEM EPISTOLA, DE CRVDELITATE IPSORVM IN CHRISTIANOS.

Qui populos imperio regit, quantum reliquos homines potestate supereminet, tantumdem virtute antequam debet. Quæ à me non idè dicuntur, quòd te, potentissime Princeps, imparem oneri, aut non ex æquo præstare censam animi ac fortunæ bonis, (non ignota mihi est tua sermone omnium celebrata laus) sed quia sinister quidam rumor hic percrebuit, te in nos esse animo infestiore, quorumdam fraude inducendum, qui tibi falsò nuntiarunt, Sarracenorum Oratorium, quod in hac regia vrbe extat, homines nostros demolitòs esse, nonnullòque tuæ gentis per vim & metum adegisse, vt patrio abiurato ritu nomina Christianæ religioni darent. Hanc delationem ab hoste humani generis, omnis mendacijs parente, ortam, occasionem tibi præbuisse aiunt iussionis, qua indixisti omnia Christianorum sub tuo imperio degentium templa deuastari. Atrox sanè& horrendi carminis edictum, tuæque per tot bella conquista gloria planè indignum, quod neque facti inquisitio præcessit vlla, nec direxit consultatio. Atqui decebat tot victorijs auctum, tam solertis ingenij ducè, rem tantæ molis cunctanter & seridè indagasse priùs; inuenisses enim (quod & inuenies vti spero breui) fabulam hanc totam per summum scelus à maleuolis, & à Christiani nominis calumniatoribus effictam. Cui enim ignota est Imperij Romani ab vltima vsque origine clementia? cuius non ad aures peruenit Augustorum nostrorum quasi tradita per manus pietas, & animi moderatio in victos? quibus, si patriam excipis, & suorum conspectum, nihil ferè deest ex earum rerum genere, quæ ad vitam rectè & commodè degendam faciunt. Argumento sit vel hoc ipsum, de quo lis est, Sarracenorum Oratorium, quod iam olim Imperatorum indulgentia exædificatum, sartum tectumque, non aliter ac si apud vos esset, hætenus seruat. Interroga postliminidè reuersos, discas extra aciem ciuem & hostem nullo discrimine apud nos haberi. Confer nunc hos mores cum Sarracenorum sæuitia aduersus Christianos, qui apud eos seruitutem seruiunt, quos, quasi parum esset in ergastulis rerum omnium egentes asseruari, nonnumquam in medium productos per iocum & ludum iugulant, aut arbori appensos lapidibus ac telis petunt, cum hic truncatio capitis grauisissima omnium etiam in scelere immani sit animaduersio. Quod verò attinet ad vim, qua doles ad Christianismum impulsos Sarracenos tuos: procul abest ab huius dedecoris suspitione Imperator noster, procul tota purpuratorum cohors, & quicumque demum nobilitate aut indultia in hac luce hominū resurgunt. Verum permitamus, obscuræ aliquem notæ, pœnas mox luiturum, si innotuerit scelus perpetrasse, quid tot meruere Christianorum millia? cur vnus ob noxam innocens natio affligitur, sacrilq; patriis arcetur? reclamante cõmuni Gentium iure, ipsulq; prophetæ vestri sanctione, qua ille Christianorum, modò iugum non detrectent, incolumitati ac religioni satis cauit. Hæc nos ad te paucis perscripsimus, muneri nostro quidem consentanea, quod non tam Christiani gregis amplectitur curam, quàm tuæ omniumque salutis procuracionem. plura nuntiabunt visores tui, & ij, quos illis itineris comites adiunximus. Quibus te, vt sedulo animum intendas, etiam atque etiam rogamus, simulque vt des te ad lenitatem: sic enim & ij, qui tibi nunc subiiciuntur, imperij tui moderationem laudibus extollent, & mansuetudinis memoriam omnis excipiet posteritas. Vale Sarraceniæ gentis eximium decus atque ornamentum.] hætenus Nicolaus Patriarcha ad Sarracenorum Principem. Quæ autem sequitur epistola ad Episcopos data, ad tempus spectat, quo eiectus in exilium,

exilium, nullum ex iis defenforem inuenierit, immò & proditores eisdem passus fuerit.

Episcopis extra communionem existentibus.

Sanè ita est, vt cælesti illo ore Paulus affirmat, hominibus imponi potest, Deo autem reuelantur omnia nostra, atque innotescunt. Hæc pauca vobis sit satis dixisse, quos ego, vt mitissimè dicam, infelici fatu Ecclesie mihiq; genui. quidni enim vos sic appellem, qui me, quem etiam meritò damnatum defendere debueratis, vt par erat filios parentem, nullius affinem culpæ, immò per summam iniuriam solio eiectum, quasi parum fuerit deseruisse, prodidistis? hæc animo reuoluite, iram Domini scelorum vlticem expectantes.] huic ista subiecta legitur:

Duci Longobardiæ.

Christi hostes te vicissè gratulor, vel eo potissimum nomine, quòd expectationem de te meam minimè fefelleris, qua tua hæc egregia facta & præfagebam multò antè, & prædicabam. Meminisse enim potes, cum te penè inuitum, atque restitantiem, vt id munus susciperes, impellebamus, in prouinciam ablegantes, tunc quidem omnium miserimam, nunc autem tuo beneficio florentem. vnde non tam sperabam rediturum te, summa quam iam pridem es adeptus gloria, quàm amplissimis virtuti tuæ condignis præmijs ornatum. Verum posteaquam, vt sunt res humanæ, aliter omnino accidit, ad vota est nobis recurrendum, quibus à Deo tibi deprecamur in hoc quidem sæculo incolumitatem, in futuro autem æternam beatitudinem.] hanc sequitur alia isto titulo:

Principi Amalphantano.

Amorem in nos tuum singularem, effusissimumq; in Ecclesiam, quæ nobis credita est, studium, & antèa quidem fama ipsa tuas litteras præuertens nuntiarat, & nunc ex ipsa, amantissimè ad nos præscriptæ retulerunt: plurimum igitur tibi hoc nomine debemus, soluturi numquam nisi votis, quibus fausta tibi omnia precamur à Deo. Nam quidquid nostræ euigilare curæ, aut eniti vires vnquam poterunt, & perexiguum sanè est, & tibi antèa ob præclara tua in nos beneficia obstrictum. Negotium tuum de redemptione captiuorum explicuimus aliqua ex parte: totum confici, quæ rerum ac temporum difficultas est, haud sanè potuit. Aderit, vt speramus, breui manus Domini, egregios istos conatus tuos promotura, quam neque Agarena immanitas, nec vlla omnino vis contrà niti potest. tu modò, quod facis, sedulo incumbere operi, & in id libram auri expende, quam tibi mitimus. Diuinatione quadam præfagit animus breui fore, vt Deus nobis præbeat occasionem, liberatis fratribus, summas ei gratias agendi. Incolumem te Christus tuosque omnes seruet, illæsumque à visibili & inuisibili hoite.]

IESV CHRISTI IOANNIS X. PAP. BERENGARII IMP. 4. ANNVS 918. ANNVS 7. CONST. VIII. SOLIVS IMP. 7.

ANNVS Redemptoris nongentesimus decimus octauus, Indictione sexta inchoatur, quo legatio a missa est à sancto Episcopo * Sifenando, & ab Ordonio Rege Legionensi ad Ioannem X. Romanum Pontificem: qui ea functus est legatione Ioannes, aliter, Ioannellus, appellatus reperitur. hæc omnia ex veteri historia Compostellanorum Episcoporum, in qua licet certus annus legationis huius non habeatur expressus, tamen ex eo quòd ibi asseritur eundem legatum annum integrum Romæ fuisse detentum, & paulò post ipsum Sifenandum ex hac vita migrasse confectum senio, anno Redemptoris nongentesimo vigesimo, vtique hoc anno potius quàm alio aliquo eam contigisse legationem, possumus opinari. hæc de his quæ ad tempus spectant.

Quod autem ad legationem à Sifenando missam pertinet, eam præcessisse occasionem, eadem Compostellana Acta docent, quòd Ioannes Papa, vt qui ex pluribus delictis conscientia sauciatus, animi dolore languesceret, inter alia salutis suæ remedia, illud excogitauit, vt nomine suo Legatum mitteret Compostellam ad venerandum corpus Iacobi Apostoli. Cum & litteras dedit ad dictum eiusdem loci Episcopum sanctum Sifenandum, vt iuges preces pro se funderet apud eundem sanctum Apostolum, vt propitius sibi esset in hac vita, & in hora obitus sui. Qua præuia occasione, idem Episcopus ad Ioannem Pontificem, eundem quem diximus Ioannem presbyterum legauit, cui & Ordonius Rex cum pretiosis muneribus ad ipsum Papam litteras dedit. Legatus vbi Romam

XIII. NICOLAI PATR. CON- STANTINOP. AD EPISC. EPISTOLA.

XIV. EIVSDEM AD DVCEM LONGOBAR. EPISTOLA.

XV. EIVSDEM AD PRINCIPEM AMALPHITANVM EPISTOLA.

I. a Amb. Moral. Chron. Hist. lib. 15. cap. 47. * al. Sifenando, LEGATIO MISSA AB EPISC. SIFENANDO ET ORDONIO REGE.

II. IOANN. X. LEGATIO AD S. IACOBVM.

CHRISTI IOANNIS X. PAP. BERENGARII IMP. 4.
918. 7. CONST. VIII. SOLIVS IMP. 7

peruenit, dignè exceptus est ab eodem Pontifice, atque honorificè habitus, retentisque (vt dictum est) anno integro Romæ, sed non otiosè. Siquidem occasione Missalis Mozarabi, quod tunc erat vsui in pluribus Hispaniarum Ecclesiis, magna oborta est contro- uersia: nam cum Sifenandus in peruestigandis Romanæ Ecclesiæ sacris ritibus totus in- tentus, eos inuenisset in multis planè diuersos ab iis, qui in eodem codice continerentur, ex illis hos emendandi in iis qui grauioris viderentur esse momenti, ab eodem Pontifice facultatem accepit. Cuius etiam explendi muneris gratia idem Apostolicæ Sedis Legatus ab eodem Papa decernitur. Qui multos ab Vrbe receptos secum deferens libros, rediit in Hispaniam, & simul conferens, quamuis multa ritu diuerso, in nullo tamen ea discre- pare inuenit à Catholica veritate. Quamobrem ad eundem Pontificem rediens, visa ac cognita retulit in Synodo tunc coram eodem Pontifice congregata. Cui visum est, omif- sis reliquis vt leuioris momenti, vt Romano ritu sacratiora illa potissimum verba, quibus B ipsum diuinitus institutum sacrificium incruentum perficitur, proferretur quæ aliquibus additis vel mutatis ita in dicto Missali, scripta essent, videlicet: HOC EST CORPVS MEVM QVOD PRO VOBIS TRADETVR.] &: HIC EST CALIX NOVI TESTA- MENTI IN MEO SANGVINE, QVI PRO VOBIS ET PRO MVLTIS EFFVNDETVR IN REMISSIONEM PECCATORVM.] Sic igitur tunc ea controuersia definita, quæ tamen multos post annos (vt suo loco dicitur) est repetita.

DE DIVER- SIS RITIBVS CONTRO- VERSIA SE- DATA.

IESV CHRISTI IOANNIS X.PAP. BERENGARII IMP. 5.
ANNVS ANNVS CONST.VIII.CVM ROM.IMP.8.
919. 8.

I. ROMANVS COLLEGA IMPERATO- RIS CON- STANTINI AVG.

ANNVS Redemptoris nongentesimus vndeagesimus, Indictione septima inchoa- tur, quo bello ciuili flagrante Constantinopoli, insurgentibus tyrannis aduersus pue- rum Constantinum, ad eos euitandos Romanus Patricius classis præfectus assumitur ab eodem collega Imperij: vigesima enim quarta mensis Septembris inauguratus est Cæsa- ris dignitate, mensè verò Decembris Imperij diademate coronatur, tyrannis malè mul- ctatis; Zoë verò Augusta matre Imperatoris è palatio abducta, & in S. Euphemie mona- sterium detrusa, ibi tonderi & monasticam profiteri vitam coacta est. Quæ omnia vin- culis nuptialibus sunt cautius stricta ne soluerentur, iuncta nimirum Romani filia Hele- na nomine matrimonio Constantino. hæc cuncta pluribus Cæropalates, hocque esse peracta anno demonstrat.

II. HENRICVS REX GER- MANIÆ.

Eodem anno veteres Chronographi obiisse ponunt Conradum Regem Saxonum, at- que Francorum, eumque transfuisse Regnum in Henricum filium Othonis Ducis Saxonie. De his acturi, quod in primis ad tempus spectat, cum alij in aliud tempus ingressum Hen- rici in Regnum ponant, cum tamen omnes consentiant annis eum decem & septem illud tenuisse, constet verò ex Frodoardo huius temporis scriptore, eum obiisse anno nongen- tesimo trigesimo sexto: vtique hoc eum anno regnare cœpisse dicendum. Consentiant Frodoardo Lambertus, Sigebertus, Marianus Scotus, & alij. Hunc verò ita electum, cum veller Archiepiscopus Moguntinus Herigerus vngere, minimè acquieuit, respondens se vnctione indignum esse. Porro ipsam non sine damno ab eo prætermiffam, diuinitus ostensum est S. Vdalrico Augustano Episcopo per visum, cum ei ab Apostolo Petro ad id significandum ostensi sunt duo gladij, alter cum capulo, sine capulo alter, dictumque ab eo ipsi: Dic Henrico Regi: Ensis ille qui sine capulo est, significat Regem, qui sine bene- dictione Pontificali regnum tenebit: capulatus autem, qui benedictione diuina Regni te- nebit gubernacula.] hæc in vita eiusdem S. Vdalrici. Citat eandem visionem Vdalrici Ditmarus a huius sæculi scriptor, qui & de eodem Henrico ista habet:

III. HENRICVS REGIS POE- NITENTIA.

Henricus pater Othonis filiam Eruiini senioris viduam velatam ducit vxorem. Redar- guitur à Sigilimundo Halberstatensi Episcopo, qui eos ad Synodum citat, sed interce- dente Imperatore, cuius Henricus auxilium petit, res non est vltra progressa.] & infe- riùs: Audiui quoddam hic Henricus Romam causa orationis petens, plus pedibus quam equo laboraret, & à multis interrogatus, cur sic ageret, culpam profiteretur.] poenituisse enim, & ea relicta, aliam duxisse vxorem, Matildem nomine, ex qua tres suscepit filios, idem Ditmarus testatur.

IESV

IESV CHRISTI IOANNIS X.PAP. BERENGARII IMP. 6.
ANNVS ANNVS CONST.VIII.CVM ROM.IMP.9.
920. 9.

SEQVITVR annus Redemptoris nongentesimus vigesimus, Indictione octaua, quo (vt testatur Cæropalates) mensè Iulio Ecclesia Constantinopolitana diuisa schisma- te ab iis qui sectabantur partes Euthymij, & aliis qui Nicolao fauebant, inita inter eos pace atque concordia, simul vnitur. Sunt hæc verba Cæropalatis: Iulio autem mensè Indictione octaua Ecclesiæ vnio facta est, vnitis Metropolitanis & clericis, qui à Nico- lao Patriarcha & Euthymio diuisi fuerant.] Sic igitur illo sublato schismate, quo alij sectantes Nicolaum, Euthymium alij, ab inuicem scissi erant, restabat tamen adhuc B quæstio de polygamia disquirenda, occasione Leonis Imperatoris exorta, quæ anno se- quenti terminata est.

I. VNIO IN CON- STAN- TINOP. EC- CLES. FACTA

Facta hoc anno vnione, pariter procuratum ab Euthymianis, vt ipsius Euthymij in exilio defuncti corpus Constantinopolim transferretur, de qua translatione ista habet Aretas Cæsariensis: Atque is etiam qui nefariè fuerat damnatus, suis saltem post obi- tum restitutus est, vt haberet etiam denuò sacra promissionis terra dilecti osia Ioseph, quibus per leuissimos quosque ex sacro ordine viros iusta soluerentur. Commodum enim edictum Reges promulgant, nempe Constantinus atque Romanus: atque vndique extemplò, velut ex composito (quamobrem enim hæc magna adeò cum celebritate non fierent?) ingens confluens multitudo, maxima quadam pompa victorem illum ab exilio redeuntem cœpit comitari innumerabilibus facibus, quarum bonam partem re- gia pietas suppeditabat, mare totum collustrans, suauissimisque incensis odoribus, mo- lestam illam maris nauisem discutens, & perpetua hymnorum modulatione pontificem mirè concelebrans. Ceterum simul vt ad Virgam (litoralis tractus est nomen) appule- runt, sublata est de regio lembo sacrosanctum illud tabernaculum, atque in S. Emi- liani adem illatum, ibique similiter appositis hymnis, decantatus est Dei seruus, & lau- datione cuiusdam de pontificum numero honestatus.

II. Aret. Cæs. apud Lipom. tom. 3.

TRANSLA- TIO CORPO- RIS EUTHY- MII PA- TRIARCH. CON- STAN- TINOPOLIM

His ita peractis, cum sublatum inde sacrum gestaretur feretrum, atque in honestissi- mum hunc ipsum locum inferretur: sustolli vndique ab omnibus cœptus est clamor, magistratibus, priuatis, locupletibus, tenuibus, viris, feminis, paruis, puberibus, impu- beribus, quorum partim eum secundum Deum parentem vocabant, partim pastorem requirebant, alij propugnatores desiderabant: nam & nutritorem illum suum egeni ap- pellabant, mulierculæ suum, cum adeò discesserit, defensorem primarium, pueri disci- plinæ suæ moderatorem vociferabantur; omnes denique pro se quisque eum, in quo op- portunum sibi subleuandis indigentis suis positum esset profugium. Itaque dum huius- modi cum laudatione funus celebratur, in hoc religiosissimum templum ab omnibus conuenitur, vbi peractis reliquiis quæ ad persoluenda funeri iusta deerant, cum iam peri- culum esset, ne quod superfluerat sanctissimi viri tabernaculum, ne propter eorum qui eò confluerant fidem, discerperetur, violenter de raptorum manibus extortum excus- sumque est, atque hoc modo in sacrosancto hoc, quem videmus, loculo, sacrosanctum verè Dei hominem conciliauimus.] hucusque de Euthymij facta tunc translatione Are- tas Cæsariensis, hæc oculis intuitus.

III.

Eodem anno rebellantis Principes Francorum à Carolo Rege, cognomento Simplice, E ed quoddam ipsius contemptis propensior ille esset erga Haganonem Laudunensem virum ignobilem, quem præ ceteris conaretur extollere, Herueus Archiepiscopus Rhemen- sis non sine magno labore Carolo conciliauit. hæc Regino & Frodoardus. Porro idem Carolus hoc eodem anno legationem misit ad Henricum Saxonie Regem, & cum ea sancti Dionysij sacra pignora, tanto munere illud liberè professus vnà cum sanctorum Martyrum venerandis reliquiis transferri è Francis in Saxones Regnum pariter atque re- liqua bona omnia; idque haud vanè iactari, sed experimento iam esse perspicuè demon- stratum, nimirum ex translatione sancti Viti martyris ex Gallia in Saxoniam facta, cum eo simul ad Saxones veluti fato quodam (si ita dicere Christiano liceret) Francorum gloriam commigrasse. Hæc autem ne putes vana esse commenta, audi quæ de his ha- bet Vuitichindus sæculi huius scriptor: Quoniam Henricus Rex Rhenum transierat ad dilatandum super Lotharios imperium suum: occurrit ei Legatus Caroli, & salu- tato

IV. LEGATIO CAROLI RE- GIS AD HEN- RICVM RE- GEM SAXO- NYM.

CHRISTI IOANNIS X. PAP. BERENGARII IMP. 6.
920. 9. CONST. VIII. CVM ROM. IMP. 9.

tato eo verbis humillimis: Dominus meus, inquit, Carolus regia quondam potestate præditus, modò priuatus, misit me ad te, demandans, quia nihil ei ab inimicis circumuento incundius, nihil dulcius esse possit, quàm de tui magnifici profectus gloria aliquid audire, ac fama virtutum tuarum consolari. & hoc tibi signum fidei & veritatis transmisit: protulitque de sinu manum pretiosi martyris Dionysij auro gemmisque inclusam. Hoc, inquit, habeto pignus fœderis perpetui & amoris vicarij. Hanc partem vnici solatij Francorum Galliam inhabitantium, postquam eos deseruit insignis martyr Vitus, & ad nostram perniciem, vestramque perpetuam pacem Saxoniam visitauit, communicare tecum maluit: neque enim postquam translatus est corpus eius à nobis, ciuilia vel externa cessauere bella: eodem quippe anno Dani & Northmanni regionem nostram inuaserunt.

V. Rex autem munus diuinum cum omni gratiarum actione suscipiens, prosternitur reliquiis sanctis, & deosculatus eas, summa veneratione veneratus est.] Narrauit Legatus post hæc Henrico historiam martyrij sancti Viti, eiusque sub Ludouico factam translationem sacri corporis in Saxoniam. Ex quo (illud rursus inculcans) res Francorum coeperunt minui, Saxonum verò crescere, donec dilatata ipsa iam sua magnitudine laborant (vt videmus) in amore mundi, & totius orbis capite patre tuo, cuius potentia maiestatem non solum Germania, Italia, atque Gallia, sed tota ferè Europa non sustinet. Colite itaque tantum patronum, quo adueniente, Saxonia ex serua facta est libera, ex tributaria, multarum gentium domina. Neque enim talis ac tantus summi Dei amicus tui gratia indiget, nos verò famuli ipsius indigemus. Vnde vt eum possis habere intercessorem apud caelestem Imperatorem: habeamus te aduocatum apud terrenum Regem, tuum scilicet patrem atque fratrem.] hucusque Legatus. Subdit autem auctor propagationem Regni per Henricum factam in exteris nationes. refert enim has vicinas ipsi nationes ab eo redditas tributarias, Aboretos, Vulcos, Hæcellos, Dalamancos, Bohemos, atque Redarios, præter Alemannos & Baioarios, quorum Reges in deditionem accepisse, idem superius testatur auctor.

IESV CHRISTI IOANNIS X. PAP. BERENGARII IMP. 7.
ANNVS ANNVS CONST. VIII. CVM ROM. IMP. 10.
921. 10.

I. ANNVS sequitur Redemptoris nongentesimus vigesimus primus, Indictione nona, D quo mense Iulio sublato in Ecclesia Constantinopolitana schismate de trigamia, edictum vnionis est promulgatum; quo definitum est, matrimonium post tertiam vicem iterare non licere, ita testante Theodoro. Tempore enim Leonis Sapientis Imperatoris quartò nubentis occasione (vt dictum est) magna discordia in Ecclesia Constantinopolitana oborta, trigamiam pluribus admittentibus, respuentibus eam aliis, perseverauit ea vsque in præsentem annum, quo vnionis edictum est promulgatum, datum autem anno superiori, quo definitum est, quando trigamia permitti possit, & quando secus, de quo agit Theodorus Balsamo in Photij^a Nomocanone, & in Notis ad epistolam canonicam sancti Basilij ad^b Amphiloichium, qui hæc de ipso edicto atque promulgationis tempore habet: Vnionis verò decisio, & tonus qui editus est sub Constantino Porphyrogenito & Romano, Constantino quidem imperante, focero autem eius Romano patris Imperatoris auctoritatem & dignitatem obtinente, anno ab origine mundi scilicet sexmillesimo quadringentesimo vigesimonono, Indictione nona, & qui singulis annis legitur in suggestu, mense Iulio: hæc dicit circa finem:

II. Deinceps autem communi sententia ac iudicio pronuntiauius, ex præsentis anno sexmillesimo quadringentesimo vigesimonono, Indictione nona, neminem oportere se quarto matrimonio iungere, sed esse omnino reiiciendum. Et si quis ad eiusmodi coniugium venire voluerit, esse omni Ecclesiastica congregatione priuatum, & ab ipso in sanctum templum ingressu alienum, donec in coniugio permanserit. Hoc enim etiam sanctis Patribus qui nos præcesserunt visum est. Nos verò etiam sententiam apertiore reddentes, ipsum vt à Christiana Republica alienum abdicamus.] hæc ex Theodoro de Orientalium vsu. Diuersam autem de his consuetudinem ab antiquo tempore esse serua-

I. VNIONIS
EDICTVM
DE QVADRI
GAMIA EX
PLOSÀ.

^aTheod. in
Nomoc. Phot.
tit. 3. de laic.
^bIdem in ep.
Basil. ad Am
phil. cap. 4.

CHRISTI IOANNIS X. PAP. BERENGARII IMP. 7.
921. 10. CONST. VIII. CVM ROM. IMP. 10.

A seruatam in Ecclesia Occidentali, suo loco demonstratum est, in qua ad euitandam fornicationem, secundum illud^a Apostoli: Melius est nubere quàm vri,] nullus possit terminus ducendi vxorem. nam narrat sanctus Hieronymus sub Damaso nouisse vxorem, quæ sepelisset vigintiduos viros, & virum qui superuixisset viginti & vni vxoribus. narrat ista in epistola ad Ageruchiam; & aduersus Iouinianum libro primo: Non damno (inquit) digamos, immò nec trigamos, & si dici potest octogamos, &c.] sed hæc omnia ex indulgentia, secundum illud eiusdem^b Apostoli: Qui infirmus est, olus manducet.] Porro hæc de inita concordia in Ecclesia Constantinopolitana gesta fuerunt ibidem Constantinopoli in Synodali conuentu. Synodum enim ad illa omnia componenda oportuit congregari, quam tunc etiam consultam fuisse à monachis extra urbem illam morantibus de quibusdam dubitationibus, responsiones ex eadem Synodo ad eos redditæ docent, quæ adhuc extant^c.

At hic reddendum est ipsum vnionis edictum, datum anno superiori, hoc autem promulgatum legitur. sic enim se habet ex Græco redditum & cufum in volumine Iuris Græcorum:

Tomus vnionis, siue expositio sanctæ vnionis in Ecclesia Constantinopolitana, Constantini & Romani tempore: quorum ille tunc imperabat, hic ea dignitate fulgebat, quòd Imperatoris pater audiret.

Dominus Deus noster IESVS Christus discipulis suis, & Apostolis, atque iis qui cum his digni euaserunt hereditate ipsius, eximium quoddam bonum, nimirum pacem reliquit, hoc suis iudicium tradens affectionis erga ipsum, si vinculo pacis constructi, spiritus vnionem non dissoluerent: cum prius ipse suo nobis exemplo, quænam eius de pace sententia sit, ostendisset; qui supra omnem sublimitatem positus, ad infimam nostram extremitatem descenderit, perindeque ac nos, carnis & sanguinis particeps factus sit, vt à se inuicem diuisos ad vnitatem redigeret. Hinc illis etiam qui eius in doctrina sunt instituti, hereditatem hanc reliquit, vt pacem inter se colant. Neque dumtaxat hoc, verum etiam vt alios inter se dissidentes ad pacem trahant. Enimverò cum res ita comparata sit, inde ab initio in hoc vsque tempus haud cessauit illius mali seditiosa improbitas sacrum Ecclesiæ corpus, modò hanc, modò illam causam mouens, perturbare. Sed enim hic talis est. At pacis auctor ac magister Christus, Deus ille noster, qui dixit inferorum portas Ecclesiæ suæ non prauerturas, semper ista scandala in ipsius mali caput conuertens, Ecclesiæ suæ pacem illibatam conseruat. Hic ipse Christus, pax nostra, Deus, Pater, Pontifex, verus pastor, sanctis castissimæ sponsæ suæ, nimirum Ecclesiæ, liberis à se inuicem diuulsis, prouidentia gratiaque sua vnionem restituit, eosque rursus ad matris inculpatum sinum congregauit: atque ipsi quidem matri concessit, vt ob congregationem liberorum gauderet, sibi verò gloriæ ac laudis oblationem, ab ore vno, atque vno corde profectam, tribui, omnibus autem illis, qui non ad turbulentam dæmonis voluntatem declinant, sed pacis auctoris mandatum colunt atque obseruant, gratiarum actionis præstationem. Enimverò superioribus temporibus accidere scandalorum occasiones tales, quales eæ sanè fuerunt: & quouis tempore, malo se commouente, sapientes Ecclesiarum gubernatores idoneam medicinam inuenerunt.

Nunc autem quòd Ecclesiam ex causa matrimoniali perturbari contigerit, quando istud ipsum matrimonium reprehensione non caret, ad eius prohibitionem sacrum Ecclesiæ iudicium fert, ne progressio fiat vterius, hæc nuptiæ locum inueniant. Sic enim & nunc & in posterum à videntibus scandalis immunes sese reddent, quicumque contentionem & rixam non potius amant, quàm Christi pacem. Quippe remota occasione, ex qua nata fuere scandala; causa nulla est quæ prohibeat, quò minus pacis studiosi pacem colant. In quouis enim negotio sic comparata res est. Cum causa fallax procreationis absurdorum remota est, ad elegantiam pristinam redeunt, quæ inde vitium contraxere: sic cum à morbo corpus est occupatum, vbi morbi causa recessit, integra valetudo redit. Et mari ventorum violentia turbato, postquam tempestas cessauit, tranquilla serenitas reuertitur. Quamobrem nos publicè congregati pontifices atque sacerdotes, quibus non semetipsis (nam mitto dicere aliis) placere lubuit, sed visum potius est, Ecclesiæ pacem seditionibus anteferre; quando de matrimonialibus occasionibus scandala nata fuerunt, ea ipsa expurganda putauimus, atque cauendum, ne deinceps ipsi in hominum vitam irrepentibus, tum Ecclesia per-

I. Cor. 7.

Rom. 14.

Extr. 6.

Eibl. Man-

gar. col. 621.

III.

VNIONIS

EDICTVM.

I V.

CHRISTI
921.IOANNIS X. PAP.
10.BERENGARII IMP. 7.
CONST. VIII. CVM ROM. IMP. IO.

turbetur, tum eorum vita, quibus sic viuere libitum est, damnabilis euadat. Ac proinde de sententia iudicioque communi decernimus, ne ab hoc anno præfenti, qui est annus mundi sexmillesimus quadringentesimus vigesimus octauus, Indictionis octauæ, quartas nuptias ullus contrahat, sed vt prorsus ex reiiciantur. quod si quis ad eiusmodi coniugium progredi decreuerit, ab omni cœtu Ecclesiastico exclusus esto, & ab ipso in sanctam ædem ingressu tantisper alienus, donec in hoc coniugio permanerit. Hoc enim sanctis quoque Patribus, qui ante nos vixere, visum fuit. Ac nos sanè sententiam reddentes apertioem, eum velut alienum à Republica Christianorum abdicamus. Et in hunc quidem modum de quarto matrimonio.

v. Ceterum vt & illa quæ ad alia matrimonia pertinent, honestiùs constituantur, & conciliationem vita Christianorum non indignam habeant; de tertio quoque matrimonio definimus, ne simpliciter atque temerè perficiatur. Nam permissum id quidem est à Patribus, velut inquinamentum quoddam, cum necdum id temporis, vti nunc, res citra pudorem perageretur, ac latè diffusa foret. Sed ita contingeret, ac si quis illas in domum sordes, in angulo fortè fitas negligat. Nunc verò cum spatium sibi quoddam audaciæ sumpserit, & magnam ad frequentiam progrediendo, nihil turpitudinis habere, nihil sordium existimetur: rectè visum est repurgandum, sicuti nec fœdum aliquid non iam ampliùs in angulum reiectum, sed per ædes ipsas diffusum, vilo modo relinquimus, sed expurgamus, & nauseam ex eo prouenientem remouemus. Itaque tam imbecillitati humanæ nos accommodantes, quàm honestatis vitam Christianorum decentis rationem habentes, hoc in tertiis nuptiis seruandum statuimus, vt si quis ad annum quadragesimum prouectus, & neque naturæ motus reuerentia, neque vitæ decentis & honestæ, quæ à Christianis requiritur, habita ratione, sed vitiosa tantum libidine victus, ad tertium se matrimonium proiecerit: omni accuratone ac diligenti obseruatione adhibita, perceptionis Sacramenti ad quinquennium exors sit; neque de hoc tempore vilo modo quidquam decidatur.

vi. Nam qui post annum ætatis quadragesimum in Ecclesia Christi & esse, & appellari amat inquinamentum, quodnam in corrigenda vita studij certum præbebit argumentum, propter quod Sacramentorum perceptionis tempus ei minuendum sit? quin ne postea quidem, quàm ad illibatam hanc perceptionem admissus fuerit, ei licitum erit, vt ad perceptionem hanc alio tempore accedat, quàm in sola salutari Christi Dei que nostri Resurrectione, propter factam (quanta sanè fieri potuit) ex præcedenti ieiuniorum abstinentia repurgationem. Hæc autem dicimus, cum nulli de prioribus matrimoniis extant iis liberi, qui iam post annum ætatis quadragesimum vxorem ducere voluerint. D Quippe si liberi sint, tertium ei coniugium permittendum non erit. Est enim sanè quàm iniquum, intempestiuæ libidini patrem indulgere, nec liberis è prioribus matrimoniis susceptis prospici atque cauere, vt mœroris expertes sint, & perturbationis, & aliorum quæ generi mortalium ex secunda multorum liberum procreatione solent accidere. Quin etiam si quis annos triginta natus, & liberos ex prioribus coniugiis susceptos habens, vxori tertiæ copuletur; & ipse citra vllam impetrationem veniæ perceptionis Sacramentorum ad annum quartum exors esto, cum satis pateat eum nulla alia re, quàm intemperantia motum, & quod carnalis libidinis mancipium sit, ad eiusmodi se matrimonium conferre.

vii. Itidem posteaquam mysteriorum perceptionem impetrauerit, ter dumtaxat iis fruendi quotannis facultatem habebit, semel in salutari Christi Dei que nostri Resurrectione, secundo in obdormitione immaculatæ Dominæ nostræ Deiparæ, tertio, Natalitio die Christi Dei que nostri, propterea quod in his ieiunium præcedat, & emolumentum ex eo proueniens. Quod si liberi nulli superstites sunt, quandoquidem sobolis procreationem appetere non eiusmodi quiddam est, quod veniam non mereatur; condonandum erit hoc matrimonium, & ea tantum pœna, quæ dudum & hucusque fuit in vsu mulctandum. Atque hæc de tertiis etiam nuptiis. Enimvero nec secundas nec primas citra cautionem admittimus, sed eas quoque sic contrahendas statuimus, nullam vt improbam causam habeant, vel ex raptu, vel ex præcedente clandestino stupro: sed vt legitimæ sint, & iniquationibus huiusmodi ac impuritate scortationum careant.

viii. Si quis igitur indicatis hisce constitutionibus spretis ad coniugalem consuetudinem primam, vel alteram, coiuerit: eum Christi Ecclesia, quæ pura est, nec labem vllam, vel

CHRISTI
921.IOANNIS X. PAP.
10.BERENGARII IMP. 7.
CONST. VIII. CVM ROM. IMP. IO.

A vel rugam habet, salutaribus censuris subiiciens, non priùs ad sacrorum perceptionem mysteriorum admittet, quàm definitum ob scortationem tempus accuratè compleuerit: (nisi fortè necessarius è vita discessus vrgeat) hoc est, donec annus septimus completus fuerit. Sacerdos autem, qui neglecta lege iam sancita, quemquam horum ad sacram aliquam perceptionem audebit admittere, de gradu suo periclitabitur; & is qui contra sanctionem promulgatam ad communionem sacram admissus fuerit, rursus inter exortes communionis referetur, donec annus septimus impleatur.] hucusque tomus siue edictum vnionis.

At si hæc oportuit facere, certè quidem quæ maioris erant momenti, non debuerunt prætermitti, immò vehementi studio primùm omnium curari, nempe vnio cum Romana Ecclesia, à qua scissi Photij communicatione fuere. Frustrà namque cum fratribus B pacem quærit, qui à Matre, ipsa Ecclesia Catholica alienus, vt inimicus oberrat. Porro licet hæc composita per edictum visa sint: tamen in maiorem rursus discordiam eruperunt, adeò vt vix post annos octoginta fuerint sub Basilio & Constantino iterum sancita concordia ad vnitatem reuocata.

Hoc tempore Romanus Imperator secundo loco nominari (vt par erat) solitus, in edictis vel aliis publicis monumentis; primò verò Constantinus Porphyrogenitus, fastu tumens, primùm vendicans sibi locum, vt secundo loco Constantinus nominaretur effecit, ex quo sibi (quod est commune superbiorum omnium, vt qui se exaltant humiliantur) exitum comparauit, vt inferiùs suo loco dicitur. plura de his Cæropalates.

Quod ad res Occidentales pertinet, flagrant omnia ciuilibus bellis, barbaris insuper vbique grassantibus, Hunnis & Sarracenis. Tunc & accidisse tradit Frodoardus infestum, vt Angli ex more quamplurimi peregrinantes ad Limina Apostolorum inter angustias Alpium à Sarracenis intercepti lapidibus obruti fuerint.] Verùm nec his ingruentibus malis cohiberi potuit Anglorum pietas, quin more solito magno cœtu frequentarent Limina Apostolorum: nam secundum illud Cantici canticorum: Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam:] maiori fidei ardore ex Anglia Romam proficiscentes, rursus post sequentem annum in idem incidere discrimen, & ab iisdem cæsi sunt Sarracenis, vt idem Frodoardus eo anno testatur.

Quæ ad præsentem rursus annum spectant: addit his idem auctor, quod eodem anno habita est Synodus apud Trosleium in Gallia, cui præfuit Herueus Rhementis Archiepiscopus, præfente Carolo Rege. desiderantur eius Acta: Adicit insuper Northmannos à Roberto Comite superatos, eosdemque ita edomitos, Fidem Christianam D suscipere incepisse.

IESV CHRISTI IOANNIS X. PAP. BERENGARII IMP. 8.

ANNVS
922.ANNVS
11.

CONST. VIII. CVM ROM. IMP. 11

CHRISTI annus nongentesimus vigesimus secundus, Indictione decima incipit, quo vigesima Februarij Theodora Augusta Romani Imperatoris vxor moritur, & declaratur Augusta Sophia nurus eiusdem Romani Imp. vxor verò Christophori eius filij.] hæc pluribus Cæropalates, & alia multa de Bulgaris iterum atque iterum Constantino-polim oppugnantibus.] Ita se habuerunt res Orientales.

Quod verò spectat ad Occidentales, hoc eodem anno Ioannes qui Romæ Pontificem agebat, reiecto Hilduino à Clero electo Tungrensi Episcopo, Richarium ordinavit à Rege propositum: ante annos enim duos ista orta contentio, & Romam perducta causa ab eodem Pontifice est iudicata. Narrat Frodoardus partis vtriusque merita ab eius exordio verbis istis: Hoc anno, nempe vigesimo supra nongentesimum anno, & sequenti quoque agitur inter Hilduinum Episcopum & Richarium Abbatem de Episcopatu Tungrensi contentio. Siquidem Rex illud Episcopium Richario, quia Hilduinus à se deficiuit, cui priùs ipsum concesserat, dedit: Hermannus verò Archiepiscopus Hilduinum ibi Episcopum eligente Clero & populo, fauente quoque Gisleberto, quem plurimi Lotharienses Principem relicto Carolo Rege delegerant, ordinavit. Carolus verò reuersis ad se Lothariensibus & ipso Gisleberto, Richario Abbati, &

IX.

X.
ROMANVS
IMP. PRIMVM
SIBI
VENDICAT
LOCVM.XI.
ANGLI PEREGRINANTES
ROMAM
OCCISI A
SARRACENIS.

XII.

II.
IOAN. PAP.
IUDICAT
CAUSAM
INTER
HILDVINVM
ET
RICHARIVM

nou

CHRISTI IOANNIS X. PAP. BERENGARII IMP. 8. 922. 11. CONST. VIII. CVM ROM. IMP. II.

non Hilduino ipsum Episcopatum concessit.] hæc ibi, & præfenti anno ista: Richarius qui Romam profectus fuerat propter Episcopium Tungrense, reuersus est ordinatus à Ioanne Papa Episcopus, Hilduino ab ipso Papa excommunicato.] hæc Frodoardus, ex quibus, sicut & ex aliis multis, apparet, orbem Christianum cognouisse summum Pontificem Ioannem inuasorem, nemine sibi arrogante de Apostolica Sede iudicium tanti ponderis, existimans vnusquisque nomen etiam malè licet vsurpatum ipsis Romani Pontificis ueneratione dignum; quod semel susceptum ab aliquo, nemo auderet contemnere. tantopere coluere maiores vel ipsum nomen Romani Pontificis. Quòd si tanti vitrum, quanti margaritum?

III. Accidit verò item in Galliis, vt rursus proceres Francorum, Carolo Rege relicto, eadem ex causa, quòd Haganonem deperiret, ergaq; eum omnia eius studia, spretis ceteris, conuenterentur, elegerint Robertum Comitem Regem, solemnique ritu eundem Archi-

ROBERTVS COMES VN GITVR REX FRANCOR.

* Iesedis,

episcopus Rhemenis vnixerit, de quibus hæc Frodoardus: Franci Robertum seniorelem eligunt, ipsiq; sese committunt. Robertus itaque Rhemis apud S. Remigium ab Episcopis & primatibus Regni constituitur. Heriuicus Rhemorum Archiepiscopus obiit tertia die post consecrationem Roberti Regis, scilicet sexto Nonas, Iulij quarta die antequam vigesimumsecundum sui Episcopatus expleret annum.] & inferius eodem anno: In pago quoque Parisiaco in villa quæ dicitur * Gesedis, multa miracula in Ecclesia S. Petri à quarto superiore anno, ex quo scilicet reliquæ de barba ipsius Apostoli illuc sunt relatæ, facta memorantur: ita vt inter cæcos & claudos vel contractos amplius quàm centum septuaginta sanitate donari referantur, dæmoniaci verò quotquot illuc abierant, sano sensu, pulis dæmonibus redierint, præter alia innumerabilia quæ ibi sunt acta.] hæc Frodoardus, res sui temporis scriptis prosequens. miranda sunt hæc, nec perfunctorie transeundo, inconsiderata relinquenda. Etenim ita Deus Petri nomen fecit tunc esse celebrius atque potentius, dum & eius barbæ pilos, qui sunt excrementa corporis, tanta voluit præstare virtute, & fulgere miraculis: cum illud magis infamaretur ab eius Sedis inuasore Ioanne, vt eo amplius ostenderetur in radice virecere, quod existimari posset exiccatum in ramis; vt non dabitares super hanc petram esse ædificatam Ecclesiam, & portas inferi aduersus eam non præualere, quantumlibet etiam ipsi qui super eius Sedem sedent, eam impugnent moribus prauis.

IV. Sed & in Italia feruent bella ciuilia, hoc anno (vt Frodoardus notat) Berengario Imperatore per Rodulphum Galliæ Cifalpinæ Regem (vt ait) siue vt Luitprandus, Burgundiæ Principem in Italiam vocatum, bello superato.

BERENGAR. SVPERATVS A RODVLPHO.

IESV CHRISTI IOANNIS X. PAP. BERENGARII IMP. 9. ANNVS ANNVS CONST. VIII. CVM ROM. IMP. 12. 923. 12.

I. IOANNES MITTIT PALLIVM AD ARCHIEPISCOPVM RHEMENS.

ANNVS sequitur Redemptoris nongentesimus vigesimustertius, Indictione vndecima, quo Ioannes Papa mittit pallium ad Sculphum nuper creatum Rhemensem Archiepiscopum post Heriuicum defunctum.

Eodem quoque anno, Martij mensis die decimosexto passa est in Hispania sancta Eugenia martyr sub Rege Sarracenorum Habdarraghman huius nominis quarto, Regni eius anno duodecimo. Hic enim quo odio flagrarer in Christianos, ex cognomine, quod ipse sibi sui Regni exordio indidit, poterit quis intelligere. Etenim Auancer Abemdin Ala (vt est apud Rudericum Archiepiscopum Toletanum) se vocari præcepit, quod, Legis diuinæ defensor interpretatur, quam à Christianis contemni sciret, & subsannari. Sed & illud sibi ipse addidit cognomentum, vt dici voluerit Amomiramolin, quod Rex credentium sonat, vt idem testatur auctor.

II. S. EUGENIAE MARTYRIVM IN HISPANIA.

Hic igitur cum Christianorum sæuissimus hostis fuerit, eius in Christianos persecutionis acerbissimæ periere monumenta. de duobus tantum martyribus ab eo neci traditis memoria viger, Eugeniae inquam, quæ passa reperitur hoc anno, & Pelagij qui post sequentem de impio barbaro egregie triumphauit. Cum verò periissent Eugeniae martyris Acta, quod è ruderibus resosum est epitaphium vetustate pæne consumptum, sed ab Ambrosio primò omnium interpretatum, & ex acrostichis eiusdem Eugeniae martyris nomine

CHRISTI IOANNIS X. PAP. BERENGARII IMP. 9. 923. 12. CONST. VIII. CVM ROM. IMP. 12.

A nomine reddito, fecit eius memoriam, quæ perierat, redituam. Sic enim haud pridem apud Corduban in vico dicto Marmoleios, è domus erigendæ fundamentis est ossis eiusdem Martyris epitaphio eruto, vt ab ipso repertum est, describitur:

e LIS VVLNERA GENV VS TRVCVLENTVM EX QVI FOECVNDATA. NOBIS HIC RETENTAT IN CÆLO DE HINC MERUIT PER SÆCVLA VIGENS ADIVNCTA POLLET CVRIE, SANCTORVM IN ARCE MERCEDES IPSO RVTVLI SVB SOLE CORVSCAT AMBIENS SACRI GLORIAM DE MERCE CRVORIS. REX TRIBVI CVI CORONAM PER SECLA FVTVRA. TV ITAQVE NVTIBVS MARTYR NOS MANDA DIVINIS. IDEM SVB ERA NOVIES CENTVM IVGVLATOR F SEXAGIES ET VNO SEPTEM DECEM CALENDIS APRILIS.

S. EUGENIAE MARTYRIS EPITAPHI.

Hæc ita vt vides exarata, & ex parte frequenti transitu abolita pedibus sunt inuenta, sed Dei prouidentia factum, vt saltem EUGENIA MARTYR legi potuerit in acrostichis, hoc est primis singulorum versuum elementis, illis hic additis alio caractere litterulis, quæ desiderari videbantur, & necessariè exigebat ceterarum litterarum contextus, aliis adhuc integris permanentibus, quibus annus, mensis ac dies, quibus est passa, essent expressi.

C Hoc pariter anno Rex Carolus ingentem conflaturus exercitum, vt Robertum Regem profligaret, etiam Northmannos sollicitauit contra consilium & admonitionem Fulconis Rhemenis olim Archiepiscopi: factumque vt quemadmodum cum eius parens monitis Northmannos in auxilium vocare desit, Deum citò habuerit adiutorem, qui tyrannum statim è medio tolleret: ita è contrà modò eos vocans, Regnum penitus cum libertate perdiderit. Quomodo autem ista se habuerint, narrat quàm exactissimè Frodoardus, quæ sic summatim collecta legas: Carolus Rex contra pactas inducias cum exercitu contra Robertum imparatum irruens, conflato proelio illum occidit, ipse verò victus ab eius filio Hugone fuga sibi consuluit; dolo demum Eriberti Comitis captus, in carcerem detrusus est. Cum proceres Rodulphum Richardi filium è Burgundia vocatum in Regem eligunt Successione in monasterio sancti Medardi, Robertique filia Emma dicta Rhemis ab Archiepiscopo consecratur Regina. ita in Galliis res Francorum hoc anno se habuerunt.

III.

RODVLPHVS REX FRANCOR. CREATVS.

Insuper eodem reperitur anno defunctus Galterus Archiepiscopus Senonensis, cuius extant salubres canonicae constitutiones. Eodem quoque anno (vt auctor est^d Dicmarus) xix. Kal. Februarij, Indictione vndecima ex hac vita migrat Sigismundus Halberstadenfis Episcopus sanctitate vitæ perspicuus, ex cuius prædicatione ei subrogatur Bernardus.

IV. Tom. 1. lib. Marg. col. 64. V. b. Dicm. lib. 1. Chron.

IESV CHRISTI IOANNIS X. PAP. CONST. VIII. CVM ROM. IMP. ANNVS ANNVS ANNVS 924. 13. 13.

E

ANNVS Redemptoris nongentesimus vigesimusquartus, Indictione duodecima incipit, quo Berengarius Imperator à suis occiditur. rem gestam pluribus narrat Luitprandus Ticinensis. Quod ad tempus necis eius pertinet, testem habemus Frodoardum huius temporis accuratum chronographum. Dignas quidem suscepit Berengarius pœnas, quòd fœdere iam antea cum Hunnis inito, eisdem hoc anno iterum maiori agmine in Italiam intulit, in odium Rodulphi à quo ante annum bello fuerat superatus, illo hoc tempore detento in Galliis iam anno superiori Rege Francorum electo.

I. BERENGAR. IMP. OCCIDITVR.

Quam autem cladem Hunni siue Vngari hoc anno intulerint Galliæ Cifalpinæ, idem Frodoardus sic breuiter narrat ante obitum Berengarij: Vngari ductu Regis Berengarij, quem Longobardi pepulerant, Italiam depopulantur, Papiam quoque urbem populosissimam

II.

PAPIA AB HVNNIS INCENDI- TVR.

...fissimam atque opulentissimam igne succendunt, vbi opes periire innumerabiles, Ec- clefię quadragintares succensę, vrbis ipsius Episcopus cum Episcopo Vercellensi qui se- cum erat, igne fumoq; necatur, atque ex illa penę innumerabili multitudine ducen- ti tantum superfuisse numerantur, qui ex reliquiis vrbis incensę, quas inter cineres le- gerant, argenti modios octo dederunt Vngaris, vitam murosq; ciuitatis vacuę redi- mentes. His expletis Vngari per abrupta transeuntes Alpium iuga venerunt in Galliam, quos Rodolphus Cisalpinę Rex Gallię & Hugo Viennensis inter angustias collium Al- pinorum claudunt. Vnde in primo loco per deuia montis euadentes Gothiam impetunt, quos insequentes prędicti duces sternunt ex eis, quos reperire potuerunt.] hęc Fro- doardus. Vsta est autem (inquit Luitprandus eius ciuis) infelix olim formosa Papię an- no Dominicę Incarnationis nongentesimo vigesimoquarto, quarto Idus Martij, Indi- ctione duodecima, feria sexta, hora tertia. Quorum memoriam qui ibidem combusti B sunt, vos & quicumque legeritis, faciatis, vehementer exoro.] hęc ipse, subdens de eius restitutione narrationem.

III. RODULPHVS REX AEGRO- TANS DIVI- NV M PER SAN CTOS IMPLORAT AVXILIVM.

Ægrotans hoc anno idem Rodolphus Rex Francorum, quibus pietatis studiis nifus sit conualefcere, dignum est ex eodem auctore Frodoardo hic recitare: Grauiissimo (inquit) languore corripitur, cuius a reciduo, dum iam conualefcere putabatur, opprimitur, & penę desperatus, a pluribus Rhemos ad sanctum Remigium se deferri fecit. vbi nonnul- la dona largitus. Ceterum pręter vxoris partem, quidquid sibi thesaurorum supererat, per monasteria Francię Burgundięq; direxit, & quatuor hebdomadibus apud S. Remi- gium demoratus, tandem reintegrata sanitate, Sueffonicam petiit vrbem, &c.] hęc Fro- doardus, qui & de Synodo hoc item anno habita in Galliis, subiicit ista:

IV. SYNODVS ALIA APVD TROSLIIVM

Synodus Episcoporum Rhemenfis diocesis apud Troslieum Octobri mense habita, C Sculpho Archiepiscopo Rhemenfi pręsidente, in qua Isaac Comes ad emendationem & satisfactionem venit pro his quę prauę aduersus Ecclesiam Cameracensem perpetraue- rat, & vadatus argenti libris centum, pacatur cum Stephano pręfate vrbis Episcopo, prę- sente Heriberto & pluribus Francię Comitibus.] hęc ipse in Chronico & in historia Rhemenfi, quibus adiicit quędam miracula hoc anno diuinitus edita.

V. SVDALRI- CVS EPISC. AVGVSTA- NVS.

Accidit pręterea, vt hoc anno, bono totius Christianę religionis, lucerna ardens & lu- cens non amplius subtrus modium abscondita teneretur, sed luceret super candelabrum exaltata, cum videlicet sanctus Vdalricus nobili genere ortus, nempe ex Hucbaldo Co- mite Kyburgenfi & Ditperga Burchardi Sueuicę Ducis filia, ab ipsis incunabulis mirificis sanctitatis indicii in eo diuinitus patefactis, Augustę Vindelicorum est electus Episco- pus, Apostolico more, secundum pręcedentes prophetias. Res ab eo pręclare gestas licet D rudi verborum stylo, candido tamen & expolito sinceritate & veritate illius æqualis est profecutus, sed pertaxi alij rusticitatem fontis, easdem aquas inde acceptas argenteo me- lius vase propinandas sitientibus existimarunt, Gebeardus videlicet eiusdem ciuitatis Episcopus, & Berno Augię Abbas. Sed quę Verbum incarnatum pannis inuolutum non laciniolis ac pretiosis indumentis sui exordio Christiana simplicitas diuinitus datum ac- cepit, ipsa pura, integra, incorrupta, omni ex parte suo candore fulgente, suismet collu- strata radiis, veritate gaudet & acquiescit. Quo nomine benę precamur viro maximę pio atque discreto Marco Velfero Augustano, qui latentem & penę obrutum terra fonticu- lum, vt iterum flueret laborauit; dum inquam eiusdem Vdalrici vitam primitus scriptam ab auctore, qui eum oculis vidit, & cum eo conuersatus est, iam obliuione sepultam, ty- pis cudendo, & notis illustrando reuocauit ad vitam. In qua (quod ad electionem Vdal- ricus in Episcopum pertinet) de pręcedenti Romę audita a Marino, qui postea fuit Pon- tificex, prophetia hęc habentur: E

VI. *Marino

Interim verò libuit eum Limina visitare beatorum Apostolorum Petri & Pauli: cum- que illuc peruenisset, a venerando Papa * Martino benę susceptus est. Et ab eo interro- gatus, de qua prouincia vel ciuitate esset natiuus. qui respondens, dixit: De prouincia Alamannia, & de ciuitate Augusta oriundus sum, versorq; in seruitio Adalberonis eius ciuitatis Episcopi. Ne turberis, inquit, animo, o frater, ille, de quo mihi dixisti, senior tuus Adalbero migravit a sæculo, & Deo iubente, te eiusdem matriculę, hoc est Eccle- się cathedralis siue matricis, decet esse pastorem. Eo quidem renuente, inquit: Cur recu- sas destinationem Dei? si nunc inconcussam & indefolatam accipere & gubernare refra- garis in tranquillitate: inantea verò destructam & deprędatam in perturbatione accipies, & cum

A & cum labore gubernabis & reedificabis. Altero verò die, sine licentia Papę, propter tri- stitiam defuncti domini sui, & ne ab eo plus verbis constringeretur, exiuit e Roma, Au- gustamq; reuisit, & inuenit ita sicut pręfatus Papa prędixit.] addit verò post Adalbe- ronem susceptum Hiltinum, eundemq; pręfuisse eidem Ecclesię annos quindecim, ipi- que subrogatum sanctissimum virum Vdalricum.

Hęc autem cum annos ante quindecim contigisse certum sit, anno nimirum Redem- ptoris nongentesimonono, quo planę constat Sedem Apostolicam occupatam fuisse de- tentam ab infami Sergio illo, de quo supra, non legitime electo Pontifice, sed inuafore: vnde quem auctor nominat Marinum Papam, fortasse is tunc temporis legitimus habe- batur Pontifex; sed quoniam obscurissimę ea tempora transierunt, de eodem Marino quoddam tunc federit, non alibi quam hic mentio inuenitur; quamobrem ea fuit Velferi B doctissimi scholiastis interpretatio, vt per anticipationem ibi dictus Marinus sit Pontifex appellatus, qui tamen sedisse reperitur post annos decem & octo. Corrigendus tamen est Sigebertus qui aduentum Vdalrici in Vrbem sub Pontificatu eiusdem Marini Papę recentet, anno videlicet Redemptoris nongentesimo quadagesimosecundo, quod pro- cul abhorret a veritate.

Quod ad statum Ecclesiarum Hispanię spectat: quę Cordubę erat (vt vidimus) sub VIII. Sarraceno Principe laborabat, reliquę verò sub Legionensi Rege Ordonio auctę ma- STATVS RE- RVM HISPANIE. gis in dies ab eodem Rege reeditibus ac donis quieuerunt, in eam spem erectę, quoddam ingenti barbarorum exercitu ex Africa per Regem Cordubę conuocato, per eundem Ordonium superato, pax perpetua stabienda esset. Sed turbauit mox omnes inspera- ta mors Comitum Capellę, qui vocati a Rege ad pręlium, cum venire renuissent, vel alia causa (vt produnt alij) perducti postea Legionem, truncari capite iussi sunt; ipseque Rex qui Arabum terror erat, hoc ipso anno mortuus est, cum regnasset nouem annis & mensibus sex; vt Sampyrus & Tudenfis affirmant. Successit Ordonio frater Froila, no- minis huius Secundus, nullo iure, sed inuafione tyrannica, tenuitque tyrannicę Regnum mensibus quatuordecim, qui ex nece insontium cognomen adeptus, vt Cruelis appel- laretur. quo factum est, vt eo sublato de medio, rebus ad interregnum deductis, duo fuerint creati iudices, quibus bellandi aduersus hostes, & iudicandi populum libera est concessa potestas. Post annum autem creatus est Alfonso huius nominis Quartus cog- nomeno Monachus, filius Garfię (vt Tudenfis affirmat) siue Ordonij, vt plures con- sentiunt: cum ex aduerso in Asturia iam quartus filius Alfonsi Magni Regnum sibi ven- dicasset Ramirus. hic status rerum vndique fluctuantium summam collectus. sed ad D res Anglorum.

Hoc anno, defuncto Eaduardo seniori Anglorum Rege, qui in locum eius successit IX. Aethelstanus, liberatus ab Elfrido aduersario Romę extincto, cum ad Confessionem S. Petri periurare non timuisset, in sua donatione facta sancto Petro ista manu sua eidem appendicem posuit, quibus res gesta clariüs innotescit:

Sciatis sapientes regionis nostrę, non has pręfatas terras me iniuste rapuisse, rapinam- que Deo dedisse; sed sic eas accepi, quemadmodum iudicauerunt optimates Regni An- glorum, insuper & Apostolicus Papa Romanę Ecclesię Ioannes. Elfrido defuncto, qui nostrę felicitati & vitę æmulus extitit, nequitię inimicorum nostrorum consentiens, qui me voluerunt, patre meo defuncto, cęcare in vrbe Vintonia, si non me Deus sua pietate eripuisset, sed denudatis eorum machinamentis, remissus est ad Romanam Ec- clefiam, vbi se coram Apostolico Ioanne iureiurando defenderet. Et hoc fecit coram altari sancti Petri. sed facto iuramento cecidit coram altari, & manu famulorum suo- rum portatus est ad Scholam Anglorum, & ibi tertia nocte vitam finiuit. Et tunc Apo- stolicus ad nos remisit; & quid de eo ageretur, a nobis consuluit, an cum ceteris Chri- stianis corpus eius poneretur.

His peractis, & nobis renuntiatis, optimates regionis nostrę, cum propinquorum il- lius turba efflagitabant omni humilitate, vt corpus illius per nostram licentiam cum X. corporibus poneretur Christianorum: nosque illarum efflagitationi consentientes, Ro- mam remisimus, & consentiente Papa, positus est ad ceteros Christianos, quamuis in- dignus. Et sic iudicata est mihi tota possessio eius in magnis & modicis. sed & hęc apici- bus pręnotauimus litterarum; ne quamdiu Christianitas regnat, aboleatur. Vnde mi- hi pręfata possessio, quam Deo & sancto Petro dedi, donatur; nec iniustus noui quam

CHRISTI IOANNIS X. PAP. CONST. VIII. CVM ROM. IMP.
925. 14. 14.

Deo & sancto Petro hanc possessionem dare, qui æmulum meum in conspectu omnium cadere fecerunt, & mihi prosperitatem Regni largiti sunt.] haftenus Regis chirographum ad donationem illam appositum, descriptum verò à Vuilelmo Malmesburiensi vna cum ceteris ad eundem Regem spectantibus.

^a Vuil. de Ge-
sis Reg. Ang.
lib. 2. cap. 6.

IESV CHRISTI IOANNIS X. PAP. CONST. VIII. CVM ROM. IMP.

ANNVS ANNVS ANNVS
925. 14. 14.

I. **S**EQVITVR Christi annus nongentesimus vigesimus quintus, Indictione decima-
tertia, quo dum sub iugo barbarico assidue gemit Hispania, egregio martyrio Pe-
lagij pueri annorum tredecim læta virefcit: quod etli non armis, pietate saltem vincat,
& per puerum ducat de impio tyranno triumphum, atque præclara terra cæloque spe-
ctata trophæa in æternum mansura sublimet. Tantæ rei vident in tota Hispania vbique
memoriæ, altaribus & Ecclesiis consignatæ; diesque natalis insignis Martyris sacrificiis,
sacrisque laudibus ducendus annis singulis est religiose præscriptus, cuius & præconia
omni dicendi genere, historico atque poetico celebrata leguntur. Virgo enim Saxona,
quæ his temporibus claruit, poetria præclarissima Rhosvuinta nomine, vt olim tym-
panistria Dauidi de Goliath triumphanti, puero virgini simul & martyri occurrens ceci-
nit laudes, eandem aucto numero ex virginitate centeno, atque ex prærogatiua marty-
rij multiplicato milleno.

S. PELAGII
PVERI IN-
SIGNEMAR-
TYRIUM.

II. Plures sunt qui Pelagij præclarum martyrium conscribere, antiquior autem cete-
ris, qui tum vixit, eodemque in loco versatus interfuit Raguel totius rei gestæ hi-
storiam est profecutus, qui primùm causam, cur puer decennis detineretur in carce-
re, eam asserit, quod cum in bello aduersus Gallaciæ ab Arabum Rege excitato,
captiuus Ermoigius Episcopus remansisset, ductus Cordubam, vt se nexibus liberaret,
eiusdem Pelagium sobrinum suum, decem annorum reliquerit obsidem puerum ele-
gantissimæ formæ atque spectatæ virtutis, quique totum illud triennium & semis, quo
mansit inclusus, venturi præcius, ad martyrij præparationem impendit. Cum verò ve-
nustus facie non ad martyrium, sed ad delicias tyranni educeretur è carcere, ab eodem-
que mille modis suaderetur ad turpia: magnis ille animis renitens, comparauit sibi ea
occasione martyrium. quod quonam modo transactum fuerit & consummatum, ab eo-
dem auctore sic accipe:

III. Interea post constantem scilicet fidei exhibitam confessionem, cum eum ioculariter
Rex tangere vellet, *abuti scilicet*; Tolle canis (inquit S. Pelagius) numquid me similem
tuis effeminatum existimas? Et illic vestimenta, quæ indutus erat scidit, & fortem in
palæstra se athletam constituit, eligens potius dignè pro Christo mori, quam turpiter
cum diabolo viuere, & vitis inquinari. Ipsum vero adhuc suaderi posse Rex existimans,
suis præcepit tyronibus, vt eum suasiis delinrent lenociniis, si fortè apostatando, tan-
tis acquiesceret regalibus pompis. Sed ille, adiuuante Domino, fortis stetit, & intrepidè
permanfit, Christianum se solummodò prædicans, eiusque per sæcula præceptis obsecun-
dare se dicens. Cuius feruentissimum Rex spiritum contra se persistere videns, atque in
suis desideris sperum esse intelligens: ira stimulatus, Appendite, inquit, illum in forci-
pes ferreas, ac lictum tamdiu sursum, deorsum vicissim leuantes deponite, quousque aut
animam exhalet, aut Christum esse Dominum denegat. Quod beatus Pelagius forti ani-
mo pertransiens, stabat intrepidus, qui adhuc pro Christo pati penitus non recusabat.

ACTA MAR-
TYRII S. PE-
LAGII.

CRVDELIS-
SIME CAE-
DITVR MAR-
TYR.

Cuius cum immobilem Rex constantiam videret; iussit eum membratim gladio scindi,
& in flumen proiici. Qua ministri potestate accepta, per tam immania in eum, exerto
pugione, ludibria debacchati sunt, vt putares sacrificia componere de eo, quem immola-
ri, eis insciis, in conspectu Domini nostri IESV Christi erat necesse. Et qui iam electus
manebat in caelis, adhuc duriter patiebatur in terris: nam alius brachium radicitus am-
putauit, alius tibias defecauit, alius etiam ceruices ferre non desistit. Interea stabat Mar-
tyr intrepidus, ex quo guttatim sanguis distillabat pro sudore proflus, nullum interim
præter Dominum IESVM Christum inuocans, pro quo pati non recusabat, dicens:
Domine eripe me de manu inimicorum meorum. Quem sanè diuina potestas non de-
seruit,

CHRISTI IOANNIS X. PAP. CONST. VIII. CVM ROM. IMP.
925. 14. 14.

A seruit, faciens illum in pœnis Confessorem, ac sub gladij mucrone gloriosum in cælis
martyrem. Porro manus quas ille ad Deum leuabat, illi sceleratissimi gladio amputabant.
Inter quæ beatissimus Pelagius fessus anhelabat. Et quia qui hominum miseraretur non
aderat, Deum solummodò inuocabat. Clamabat quidem athleta fortissimus, sed præ-
sens certamini præerat Dominus, Veni, inquit, accipe coronam, quam tibi ab initio
mundi promisi. Inter hæc spiritus migravit ad Deum, corpus verò proiectum est in flu-
minis alueum. Sed post hoc nullatenus defuere Fideles, qui illud quærent, atque in
sepulchrum honorificè deferrent, cuius quidem caput cœmeterium tenet S. Cypriani,
corpus verò cespes sancti Genesij.

O verè dignum Deo martyrium, hora septima cœptum, vespere autem eodem die
consummatum! Quis vniquam tale donum vllis compensare valebit sermonibus, &c.]
B paulò post verò ad eundem conuersus Martyrem, iis eum compellat precibus: O beatif-
sime testis Pelagi, qui inter delicias minasque Christum conseris, ac blanditiis cedere no-
lis, eligens magis mori pro veritate, quam viuere sæculo & carere iustitia. Et quem iam
Christus in sorte habebat electorum, promissionibus noluit cedere perditorum! Vnde
quæsumus, sancte Martyr, Ecclesiæ patrocinare, eamque foueto indefessè præfidiis, quam
tibi famulari conspicias votorum oblequelis, quatenus te coram Deo habeat patronum,
quem Gallæcia oriundum, sed martyrij sanguine Corduba tenet gloriosum.

Igitur hic beatissimus Pelagius ætate circiter tredecim & semis passus est annorum
Cordubæ, vt dictum est, ciuitate, Habdarraghman Rege imperante, die videlicet Do-
minica, hora decima, sexto Kalendas Iulias, Era nongentesima sexagesimatertia, re-
gnante Domino IESV Christo, qui viuic & regnat cum Deo Patre in vnitae Spiritus
sancti, vnus in Trinitate Deus in sæcula sæculorum Amen.] haftenus scriptio Raguelis,
quam appendicem ad Eulogium positam, Ambrosius scholiis illustrauit, reliqua ad-
dens quæ spectant ad factam postea translationem, & cultum Martyris celeberrimi.
Sed inuisamus res Francorum.

Cum autem grassantibus vbique tyrannis, Gallicanæ Ecclesiæ vastarentur, quæ ceteris
viribus præstabat Rhemenfis Ecclesia, in maximo discrimine constituitur. Quod enim
apud eam sacra Regum vnctio seruaretur, & in eo qui eidem Archiepiscopus præsideret,
collocata videretur esse potestas vngendi Regem, & sic totius Regni cardo in ea verti quo-
dammodò videretur: sicut à legitimis Francorum Regibus eius Archiepiscopi summo co-
lebantur honore, ita è contrà à tyrannis innumeris consuevit affligi molestiis.

Præ ceteris autem qui hoc tempore post Regem emereret in Galliis Heribertus Comes
D Aquitania, erat Rodulpho Regi qui Regnum inuaserat præ cunctis metuendus. Hic igitur
Rhemenfi inhians Ecclesiæ, opportuna oblata occasione, pro ea liberanda ab infesta-
tione eam inuadentium dominorum, pactum iniisse traditur cum eiusdem Ecclesiæ Ar-
chiepiscopo Seulpho, vt suus filius Rhemenfi præficeretur Ecclesiæ. Verùm eiusdem Co-
mitis ministri moræ impatientes è medio sustulere eundem Archiepiscopum propinato
veneno, hoc ipso anno, qui tertius eius est sedis. Hæc pluribus Frodoardus.

Seulpho ita, vt audisti, sublato de medio, quid tum accidit? Illud planè tunc pri-
mum contigit in Ecclesia Dei videri monstrum, numquam haftenus in orbe Christiano
visum nec auditum, immò nec puto mente conceptum; cum videlicet puer nondum
quinquennis, nondum alicuius inferioris ordinis capax, vix ferula prima addiscens ele-
menta, Rhemenfis eligitur Archiepiscopus. Tanta ista aded noua, aded turpia ac dete-
standa, solo auditu horrenda atque pudenda ne fabulam putes anilem, prodo eius aucto-
rem, ex quo etiam cuncta verbatim describimus Frodoardum huius temporis scripto-
rem eiusdem Ecclesiæ filium, qui rem gestam sic narrat: ^b Nec mora, post ipsius Seul-
phi Rhemenfis Archiepiscopi obitum Heribertus Comes Rhemos venit, aduocans Ab-
bonem Sueffonicum Episcopum & Bononem Catalaunicum. Quibus sibi iunctis, tra-
ctans electionem huius Rhemenfis Ecclesiæ, tam clericos quam laicos ad voluntatem
suam intendere fecit. Sequentes igitur eius consilium, ne fortè per extraneas personas
Episcopus diuideretur, eligunt filium ipsius admodum paruulum, qui necdum adhuc
quinquennis tempus expleffe videbatur. Patrata ad Regem deferunt, properant eius au-
toritatis impetrandæ gratia. Rodulphus igitur Rex, hac electione comperta, præfatorum
Episcoporum consilio Rhemensem Episcopatum committit Heriberto æquitatis
censura disponendum & regendum ab ipso.

I V.

V.
TEMPVS
MARTYRII.

VI.

VII.
HERIBERT.
INVASOR
RHEMENSIS
ECCLESIAE.

^a Frod. hist.
Rhem. lib. 4.
cap. 17. 18.

VIII.

PVER NON-
DVM QVIN-
QUENNIS
ARCHIEP.
RHEM.
^b Frod. lib. 4.
cap. 19. ean-
dem in chron.
hoc anno.

CHRISTI IOANNIS X. PAP. CONST. VIII. CVM ROM. IMP. 925. 14. 14.

IX. Quin etiam Legatos Ecclesie cum Abbone præsule Romam mittere satagit, huius electionis decretum secum ferentes, & assensum Papæ super ea petentes. Ioannes itaq; Papa, interueniente præsule Abbone, petitioni eorum consensum præbens, Episcopatum Rhemensem Abboni Episcopo delegat, quæ sunt Episcopalis ministerij ab ipso in eodem Episcopatu tractanda atq; definienda decernens. Heribertus itaque Comes potestate potitus Rhemensis Episcopij: iniuste priuauit tam me* qui interfueram præmissæ electioni, quam nonnullos alios & clericos & laicos beneficiis possessionum Ecclesiasticarum, quibus à prædecessoribus Episcopis munerati videbantur obsecundationis gratia, quæ pro libitu suæ voluntatis quibus sibi placuit, impertiuit, &c.] hucusque Frodoardus.

X. Vidisti Lector, cuius auctoritate Pontificis (si tamen ipse Pontifex est dicendus) id primum fuerit introductum in Ecclesia Dei, Ioannis Decimi, quo turpior nullus, cuius sicut ingressus in cathedram Petri infamissimus, ita & exitus nefandissimus. Non ista Nicolaus B vel audire tulisset, aliqui sive alius legitime electus Pontifex, sed opus illo dignum, quem infamis femina, infami opere in Petri solium intrussisset. At verò quod in tanta Ecclesia malè fuit à malo Principe usurpatum, in exemplum citò transit aliorum, vt complures huius sæculi Principes sibi sanguine coniunctos adolescentulos in summas cathedras curauerint promouendos, quod hoc ipso sæculo non sine magno dedecore factum etiam Romæ, Constantinopoli, & in aliis præclaris ciuitatibus, inferius dicturi sumus. At vti nam quod hoc sæculo ortum, cum eodem sæculo fuisset extinctum, & non in posteriora sæcula propagatum tantum nefas, quo iura omnia Ecclesiastica sauciantur!

IESV CHRISTI IOANNIS X. PAP. CONST. VIII. CVM ROM. IMP.

ANNVS ANNVS ANNVS 926. 15. 15.

I. ANNVS Christi sequitur nongentesimus vigesimus sextus, Indictione decimaquarta, quo Hugo Comes Arelatenis, siue Prouinciæ dictus, in Italia regnare cœpit, Rodulpho eiecto, de quo hæc Frodoardus hoc anno: Hugo filius Bertæ Rex Romæ super Italiam constituitur, expulso Rodulpho Cisalpinæ Galliæ Rege, qui Regnum illud peruaserat, & alteri feminæ, viuente vxore sua se copulauerat, occiso quoque à filiis Bertæ Burchardo Alamannorum Principe ipsius Rodulphi socero, qui Alpes cum ipso transmeauerat in Italiam Regni gratia recuperandi genero.] hæc ipse. Porro de his agens Luitprandus, hunc Hugonem Comitem tradit fuisse Prouinciæ, siue Arelatenisium, eumque delatum nauigio Pisas Tusciæ ciuitatem. Cumque (inquit) eodem peruenisset, affuit Romani Papæ, Ioannis scilicet Rauennatis Nuntius. Affuerunt etiam pene omnes Italicenses Nuntij, qui hunc vt super eos regnaret, inuitabant.

II. His autem, vt erat longo tempore hæc cupiens, percitus, venit Papiam, cunctisque conuenientibus, Regnum suscepit. Post paululum Mantuam abiit, vbi & Ioannes Papa ei occurrens, fœdus cum eo percussit. Quo tempore Berta matre Hugonis mortua, Vuido filius eius, quem ex Alberto genuerat (sicut prædiximus) Tusciæ Marchiam tenebat, qui Maroziam scortum Romanum sibi vxorem acceperat.] sed de Hugone inferius sæpè.

III. Signatur quoque præsens annus nobili pietatis memoria, dedicationis videlicet Ecclesiæ sanctorum Hadriani martyris & Nataliæ coniugis apud Legionem in Hispania. Cultu quippe Sanctorum semper claruit Ecclesia Hispana, aded vt à longè positis vndique prouinciis Sanctorum semper reliquias perquisierit, licet prædiues sanctis martyribus in ea passis eadem Ecclesia fuerit. acceptis igitur eorumdem Sanctorum, qui Nicomedie in Bithynia sunt passi reliquiis, eorumdem Memorias erexere, Oueti primum regia munificentia Adefonsus Magnus, inde in parochia Legionensi pij Christiani Gifundo & eius coniux Leubina, cuius Ecclesiæ dedicationis hoc anno factæ eiusmodi extat vetus a inscriptio:

Hanc Christi aulam S.S. Hadriani & Nataliæ nomine dicatam instruxit Dei famulus Gifundo cum coniuge Leubina. Era discurrente nouies centena octaua quinquagena. Sit tibi Domine ratum famulorum ratissimum votum, quod tibi alacri deuotione in honorem Sanctorum testium parauerunt. Suscipiantur à te, pie Deus, orationes miserorum.

Quif.

CONFIRMAT IOAN. PAP. PRÆSYMPTVM SCÉLVS. quinnon

HUGO REX ITALIAE. b Luitpr. li. 3 c. 4. in fin.

VIGENS CVLTVS SANCTORVM IN HISPANIA.

c. Apud Amb. Moral. Chr. Hist. li. 6 c. 5.

CHRISTI IOANNIS X. PAP. CONST. VIII. CVM ROM. IMP. 926. 15. 15.

A Quisquis hic tristis ingreditur, fusa prece, lætior inde redeat. Consecratumque est templum ab Episcopo Cixilianensi. Era DCCCCLXIII. IV. Idus Octobris.] & super Ecclesia portam:

Qui hanc Christi aulam ingreditur sine mente bona, nec vota valent nec dona. Ergo malas mentes deponant ingredientes.] In altari autem ubi sacra reliquiæ asseruantur, habentur ista: Hic iacent duorum sanctorum Martyrum sacrata ossa, quorum virtute Deus quotidie multa facit miracula.] hæc ibi.

IESV CHRISTI IOANNIS X. PAP. CONST. VIII. CVM ROM. IMP.

ANNVS ANNVS ANNVS 927. 16. 16.

CHRISTI sequitur annus nongentesimus vigesimus septimus, Indictione decimaquinta, quo in Gallia apud Trosleium rursum est Synodus congregata, in qua Herluinus Comes publicam egit pœnitentiam, eò quòd duxisset vxorem, alia superuiente. Meminit huius Synodi Frodoardus in Chronico hoc anno. qui addit, hoc pariter anno ob simultatem exortam inter Heribertum Comitem atque Rodulphum Regem Francorum, ab eodem Comite eductum esse de carcere Carolum Regem: quod Ioannes Papa vt faceret, litteris comminatoriis iubebat, cum Heribertus ipse (idem inquit Frodoardus) cum Carolo Rhemos veniens, inde litteras mittit Romam Ioanni Papæ, significans ei de restitutione & honore Caroli, vt ille sibi etiam sub excommunicationis interminatione mandauerat, se pro viribus decertare.] verum pace composita cum Rodulpho, rursus Rex Carolus est coniectus in carcerem anno sequenti, cum iam eundem Ioannem Papam sciuisset è throno depositum atque carceri mancipatum, esse defunctum anno sequenti.

Alia Synodus hoc eodem anno celebrata ponitur apud Duisburgenses occasione Bennonis Metensis Episcopi, qui ante biennium, dum vitam eremiticam in Alpibus duceret, electus Metensis Episcopus, hoc anno ab ipsis Metensibus excæcatur, cuius immanis sacrilegij causa dicta est Synodus celebrata, in qua omnes illius sceleris auctores excommunicantur, & Adallera loco ipsius substituitur. Porro Benno ipse patienter omnia tolerans, exemplo relictus magnæ tolerantia viri, cognominatus est Benedictus: meminit eiusdem sequenti anno Frodoardus.

Hoc etiam anno Adefonsus quartus huius nominis Rex in Hispania sponte se abdicans, vitam monasticam amplexus est, Ramiro relinquens Regnum, de quo superius; sed cum desertor sacra militiæ factus, recuperationi relictæ Regni operam daret, ab eodem Ramiro captus, oculis orbatus est.] qua etiam pœna mulctati sunt tres filij Froilæ defuncti Regis, cum aduersus eundem Ramirum insurrexissent, quod fieri contigit anno Redemptoris nongentesimo trigésimo. Porro Ramirus patræ sæuitiæ pœnitens, delictum bonis operibus expiare curauit, monasteria erigens, multaque donans Ecclesiis. hæc pluribus qui sunt profecuti res Hispaniarum.

IESV CHRISTI LEONIS VI. PAP. CONST. VIII. CVM ROM. IMP.

ANNVS ANNVS ANNVS 928. 1. 17.

ANNVS sequitur Redemptoris nongentesimus vigesimus octauus, Indictione prima, quo contigit Ioannem Papam, olim Sedis inuasorem è Sede deponi, in carceremque detrudi. Ad hunc vsque annum illum sedisse, huius temporis scriptor Frodoardus aperte testatur, sicque errare eos certum est, qui quatuordecim dumtaxat numerant annos eius Sedis: nam quem constat ex antiquis Chronicis Cassinatibus sedere cœpisse anno nongentesimo decimo tertio, & ad præsentem peruenisse, decimum quintum liquet impleisse. Ait igitur hoc anno Frodoardus: Interea Missus Heriberti Comitis Roma reuertitur, nuntians Ioannem Papam à Vuidone fratre Hugonis Regis propter simultatem

Annal. Eccl. Tom. 10.

M m m 3

tatem

I. SYNODVS APVD TROSLEIVM.

II. In addit. ad Regim. Chro. SYNODVS DVISHVRGENSIS.

III. b. Amb. Mor. lib. 16. cap. 7. 9. 10. ADEFONSVS REX MONACHVS.

I. IOAN. PAP. IN CARCERE DETRVDITVR.

tatem quamdam exortam reclusum in carcere.] & rursus anno sequenti: Ioannes Pa-
pa à quadam potenti femina cognomine Marozia Principatu priuatus sub custodia deti-
netur, & quidam vi, vt plures afferunt, actus angore defungitur.] hæc ipse. Porro rem ge-
stam paulò latius ^a Luitprandus his verbis:

^a Luitpr. li. 3.
cap. 12.

II. Vuido interea Tusciæ prouinciæ Marchio cum Marozia vxore de Ioannis Papæ eie-
ctione cœpit vehementer tractare, atque hoc propter inuidiam quam in Petrum fra-
trem Papæ habebant. quoniam quidem illum Papa quasi fratrem proprium honorabat.
Contigit itaque Petro Romæ degente, Vuidonem clam multos habuisse milites congre-
gatos. Cumque die quadam Papa cum fratre, paucisque aliis, in Lateranensi palatio ef-
set, Vuidonis & Marozia milites super hos irruentes, Petrum fratrem, ipsius ante ocu-
los interfecerunt, eundem verò Papam comprehendentes, custodiae manciparunt, in
quo non multò post defunctus. Aiunt enim quod cervical super os eius posuerunt, sicque B
eum pessimè suffocarint.] hæc Luitprandus. Subiicit verò de Ioannis Papæ Vndecimi,
filij Sergij creatione, sed ille post Leonem & Stephanum sedit. de hac eadem facta hoc
anno eiectione Ioannis, hæc Leo ^b Ostiensis in Chronico Cassinate: His diebus pulso
à Romanis Ioanne prædicto qui Apostolicam inuaserat Sedem, Leo Sextus ordinatus est
Pontifex.] Sic igitur dignum suis sceleribus finem accepit inuasor, & detentor iniustus
Apostolicæ Sedis Ioannes. vt qui per impudicam feminam sacrosanctam Apostolicam
Sedem violentus arripuit, æquè per impudicam mulierem eiectus, & coniectus in car-
cerem, ea simul cum vita caruerit. Subrogatus est autem in locum eius Leo eius nomi-
nis Sextus Christophori primicerij filius, quem sedisse omnes affirmant tantum sex men-
ses ac dies quindecim: sed hæc anno sequenti.

IOAN. PAP.
MALE PER-
IIT.

^b Leo Ost.
lib. 1. c. 57. ³²²
finc.

III. Quo pariter anno Raterius Lobienfis monachus, vir miræ simplicitatis, sed experien-
tia liberalium artium nominatus cum Hilduino, qui in Lotharingia Episcoporum Leo-
dientem olim ambierat, in Italiam ad Hugonem Regem profectus, Veronæ Episcopus
ab Hugone constituitur, Hilduino Mediolani Episcopo ordinato.] hæc Sigebertus hoc
anno. quando autem inde idem Raterius sit expulsus, suo loco dicitur.

RATERIVS
EPISCOPVS
VERONEN-
SIS.

IV. Quod ad res pertinet Orientales, hoc eodem anno, mense Septembri, inchoata Indi-
ctione secunda, iterum Simeon Rex Bulgarorum adortus Constantinopolitanam ciui-
uitatem, grauissima intulit suburbis damna, donec inita pace redempta muneribus, est
reuersus ad propria. Rem gestam enarrat diligenter Curopalates, signans cuncta, vt me-
moriam digna, certa temporis nota his verbis:

SYMEON
REX BVLG.
AGGREDI-
TVR CON-
STANTINO-
POLIM.

V. Septembri autem mense, Indictione secunda, Princeps Bulgariae Simeon omnem ex-
ercitum Constantinopolim ducit, & Macedoniam prædatus loca Thraciæ comburit, & D
omnia quæ ante pedes ei erant, in suam redegit potestatem. Cumque prope Blachernas ca-
stra posuisset, postulauit vt ad se mitterentur Nicolaus Patriarcha & nonnulli eorum qui
magistratum gererent, vt de pace agerent. Acceptis igitur vtrinq; obsequiis, ne vllæ pos-
sent infidiæ instrui, & Patriarcha freto iureiurando, in consultatione propositu est, quem
senatorij ordinis oporteret cum ipso exire. Delectus est igitur Michaël Stypiotes, & Ioan-
nes Mylticus, & qui apud Imperatorem res moderabatur. Iam enim Ioannes Rector ad
Imperatorem delatus è palatio egressus, in suo monasterio capillos toronderat. Cum igitur
hi ad Simeonem accessissent, de pace collocuturi, eos dimisit, & ipsum Imperatorem
Romanum velle se dixit aspiceret, quem certior factus erat, virum esse prudentem, ac ve-
rum. Huic rei Romanus libenter consensit. Mittens igitur ad litus Cosmidij viros ad id
idoneos, in mari descensum munitissimum construxit, vt Imperatoria triremis nauigans E
ibi, velut in portu maneret, ipsum vndique septum mari diligenter curans. imperauitque
in medio saltigium construi, vbi inter se colloquerentur.

VI. At Simeon missis militibus sanctissimum Dei Genitricis templum ad Fontem com-
bussit, quod Iustinianus Imperator ædificarat, & omnia quæ circum erant incendit. ex
quo perspicuum erat, nolle pacem. Sed Imperator cum ad templum Blachernarum cum
Patriarcha venisset, in sanctum sepulchrum ingressus, adhibitisque precibus cum cantu
Deo, & sumpto omophorio, id est velo superhumerali, Dei Genitricis è templo egres-
sus est, armis tutis conspatus. Igitur decora instructa classe, quam secum habebat, ad
statutum locum peruenit: nona dies erat Nouembris mensis, qua hæc gesta sunt.] ad
quem locum etiam vbi cum suis peruenisset Simeon, quæ eo congressu inter eos mutuò
tractata sint, sic inferius Curopalates:

Aiunt

A Aiunt igitur Romanum Simeoni dixisse: Audiui te hominem Christianum, & Dei VII.
cultorem esse, sed facta nequaquam video verbis consentire. Si enim re vera Christianus CONGRES-
es: parce tandem nefariis cadibus, & impiæ sanguinis effusioni, & foedus ini nobiscum SVS ROMA-
qui Christiani sumus, cum & ipse Christianus sis & voceris, neque velis Christianorum NI IMP. ROM.
dexteris sanguine Christianorum eiusdem Fidei contaminari. Homo es etiam ipse, & REGE BVG-
mortem expectas, & resurrectionem, & iudicium, & præmium eorum quæ gesseris in GARORVM.
vita. hodie es & cras in puluerem despoliaberis. Si diuitiarum amore captus hæc facis, ego
te his ad fatietatem explebo: tantum amplectere pacem, & ama concordiam, vt etiam
ipse tranquillam vitam agas & incorruptam, & Christiani tandem desinant arma contra
se mouere. hæc dixit Imperator. Simeon verò pudore perfusus ob eius humilis animi vir-
tutem, pollicitus est se pacem facturum, & ita data & accepta salute, discessere, cum Im-
perator magnificis donis Simeonem profectus esset.] hæc de congressu atque inita
concordia. addit autem post hæc idem auctor:

VIII.
FILIUM IMP.
ROM. AVCTI
DIGNITA-
TIBVS IMPE-
RATORIS.

PAX COM-
POSITA CVM
REGE BVG.

Die autem festo Christi natali, Indictione secunda, Romanus Imperator duobus filiis
suis coronam imposuit, Stephano & Constantino, in magno templo, tertium filium
Theophylactum Patriarcha in clericum rotondit, subdiaconum ipsum eligens, cum et-
iam ante Syncellum creatum iam prius ad sancta transisset cum ordine subdiaconorum.]
hæc facta hoc anno recitat Curopalates.

IESV CHRISTI STEPHANI VIII. PAP. CONST. VIII. CVM ROM. IMP.

ANNVS ANNVS ANNVS
929. I. 18.

C AN NV S Redemptoris nongentesimus vigesimus nonus, Indictione secunda, in-
choatur, quo Carolus Rex Francorum, cognomento Simplex in carcere moritur, I.
relictò filio Ludouico, qui educabatur in Anglia apud Alstanum Regem auunculum
suum, de cuius vnctione inferius dicendum. interim verò Rodolphus regnare pergit.
hæc Frodoardus ^a, qui ait, & in hunc vsque annum peruenisse Ioannem Papam deten-
tum in carcere, obiisseque miserè miserum diem. quo etiam qui in locum eius fuerat
subrogatus Leo, cum & ipse detrusus in carcerem, defunctus est post sex menses & dies
quindecim, subrogatus est in locum eius Stephanus eius nominis Octauus, dictus Sepri-
mus, natione Romanus, Theudemundo parente genitus. ita vetus codex Vaticanus de
Romanis Pontificibus.

^a Frodoard.
in Chron.
hoc anno.
OBIVS LEO-
NIS: SVB-
ROGATIO
STEPH. PAP.

Eodem anno de lancea ex Christi clavis confecta, quid referat Sigebertus in pri-
mis sic accipe: Lanceam mirandi operis ex clavis IESV Christi crucifixi sanctificatam,
quæ dicitur primi & magni Constantini Imperatoris fuisse, donatam Rodolpho Regi
Burgundionum & Italiae à Sampson Comite Rex Henricus precibus, minis, muneri-
bus, addita etiam parte prouinciæ Sueuorum à Rodolpho extorquet, & hanc ad insigne
& tutamen Imperij posteris reliquit.] hæc Sigebertus. Sed tantæ rei paulò latiore auri-
di narrationem in rebus gestis sancti Gerardi, qui hoc tempore egregia claruit sanctita-
te. hæc enim ibi: ^b

II.
DE SACRA
LANCEA
QUAM HEN-
RICVS REX
EST ADE-
PTVS.

^b Apud Sur.
tom. 5. dia
3. Oct.

Henricus Rex Othonis Saxonum Ducis filius, vt erat Deum timens, & amator reli-
gionis Ecclesiasticæ, vbi percepit Rodolphum Burgundionum Regem habere tam cæ-
lestis & inestimabile donum, quod idem Rodolphus pro summo amicitia munere à
Sampson Comite acceperat, missis ad eum Legatis, tentauit multis oblatiis muneribus
si ab illo impetrare, sibi que aduersus tum visibiles tum inuisibiles hostes arma inuictissi-
ma, triumphumque perpetuum comparare posset. At Rodolpho Rege id se nulla vim-
quam ratione daturum asseuerante, modis omnibus Henricus Rex, quem muneribus
emollire non posset, minis intentatis frangere conatus est, affirmans se omne eius Re-
gnum ferro & flammis vastaturum. sed quia illud quod petebatur munus eiusmodi erat,
quo olim Deus terrena cælestibus, vtraque pacificans coniunxit, Rodulphi Regis animus
tandem diuinitus est emollitus, ita vt iusto Regi iusta petenti annueret. Quo autem amo-
re donum hoc eximium Rex Henricus complexus sit, hoc ipso vel maximè declarauit,
quod non modò auri & argenti muneribus Rodolphum Regem honorauit, verum etiam
Sueuiæ prouinciæ non minima parte donauit.

III.

M m m 4

Deus

IV. Deus autem qui cordium inspector est, & bonas muneratur voluntates, qua mercede huius rei causam pium Regem Henricum in aeterna vita affecerit, quibusdam indicis etiam in hoc seculo prodere voluit, quando hostes in ipsum incurrentes, hoc victorioso preunte signo, semper terruit atque fugauit. Tali igitur occasione, diuina fauente voluntate, sanctam illam lanceam Rex Henricus adeptus est, quam filio, de quo nobis in praesentiarum sermo est, e vita decedens dereliquit vna cum Regno, non minori veneratione ab eo conseruandam, vti non pauci restantur victoriae, quas per eam orando obtinuit.] hac ibi. Verum quod dicitur ex clauis Dominicis illam esse consecratam, verius puto esse dicendum ex aliqua parte clauis, alio ferro coniuncta illam elaboratam: nam de clauis Domini aliis locis positus, & ad alium vsu adhibitis, suo loco superius pluribus dictum est. Hic vero tu lauda Christiani Principis pietatem in cultu sacrarum reliquiarum exhibitam. Porro eadem pariter de lancea scripsit Luitprandus, dum recenset ingentem Othonis B Henrici filij victoriam eiusdem lanceae auxilio consecratam.

Luitpr. li. 4. cap. 12.

V. Sed & de alia lancea eidem Henrico ab Hugone in Gallia regnante missa, sic accipe ex historia de Gestis Anglorum, sed prius de gladio ista: b Ensem Constantini Magni misit scilicet, in quo litteris aureis nomen antiqui possessoris legebatur: in capulo quoque super crassas auri laminas clauum ferreum affixum cerneret, vnum ex quatuor, quos Iudaica persecutio Domini corporis aptarat supplicio. Lanceam Caroli Magni pariter misit, quam Imperator inuidiosissimus contra Sarracenos exercitum ducens si quando in hostes vibrabat, numquam nisi victor abibat. Ferebatur esse eadem, quae Dominico lateri Centurionis manu impacta pretiosi vulneris hiatus paradisum miseris mortalibus aperuit: vexillum item misit Mauritij beatissimi martyris, & Thebeae legionis Principis, quo idem Rex in bello Hispano quoslibet infestos & confertos inimicorum cuneos dirumpere & in fugam solitus erat cogere.] & cetera quae ibi recensentur munera ab Hugone ad Henricum missa, cuius in cultu sacrarum reliquiarum pietas maximè commendatur.

IESV CHRISTI STEPHANI VIII. PAP. CONST. VIII. CVM ROM. IMP.

ANNVS ANNVS ANNVS 930. 2. 19.

I. ANNVS sequitur Redemptoris trigessimus post nongentesimum, tertia Indictione accēptus, quo, inquit Sigebertus, Henricus Rex Reges Northmannorum & Abre-ditarum Christianos facit.] ita quidem Rex maximè pius ab his quos vincebat barbaros, duo exigere consuevit, Fidem Catholicam videlicet, & tributum. Factum est autem cum idem Rex cum exercitu penetrasset in Daniam, & eius Principes ibi fecisset obsequentes, vt ibi praedicatione sanctissimi viri Vnni Archiepiscopi Hamburgensis Christianitatem, quam consecuti olim fuerant ab Ansgario Dani, receperint. De his enim vetus Chronographus Adam saepe citatus hac habet: c Tunc beatissimus noster Archiepiscopus Vnni videns ostium Fidei Gentibus apertum esse, gratias Deo egit pro salute paganorum, praecipue verò quoniam legatio Hamaburgensis Ecclesiae pro temporis importunitate diu neglecta, praeueniēte misericordia Dei & virtute Regis Henrici, locum & tempus operandi accepit. Igitur nihil asperum & graue se arbitrans subire posse pro Christo, latitudinem suae diocesis per seipsum elegit circuire. Secutus est eum (vt aiunt) grex vniuersus Bremensis Ecclesiae, boni pastoris absentia moesti, secumque in carcerem & in mortem ire parati.

Adam. hist. Eccl. lib. 1. cap. 49. 50. 51. DANORVM ECCL. RE-FLORESCIT.

II. Postquam verò Confessor Dei peruenit ad Danos, vbi tum crudelissimum Gorm diximus regnare: illum quidem pro ingenita flectere nequiuit sauitia. Filium verò Regis Haraldum sua dicitur praedicatione lucratus, quem ita fidelem Christo perfecit, vt Christianitatem, quam pater eius semper odio habuit, ipse haberi publicè promitteret, quamuis nondum Baptismi sacramentum perceperat. Ordinatis ita in Regno Danorum per singulas Ecclesias sacerdotibus, sanctus Dei multitudinem credentium commendasse fertur Haraldo. Cuius etiam sultus adiutorio & Legato, omnes Danorum insulas penetravit, euangelizans verbum Dei Gentibus, & Fideles quos inuenit illic captiuos, in Christo confortans. Deinde vestigia secutus magni praedicatoris Ansgarij, mare

A mare Balticum remigans, non sine labore peruenit in Bircam, quò iam post obitum sancti Ansgarij annis septuaginta nemo Doctor ausus pertingere, praeter solum (vt legimus) Rimbertum. ita persecutio nostros retinuit.] & inferius post loci descriptionem hac de eiusdem praedicatione:

In eo portu Confessor Domini egressus, insolita populos appellare coepit flegatione. Quippe Sueones & Gothi, vel (si ita melius dicuntur) Northmanni, propter barbaricæ excursionis tempora, qua paucis annis multi Reges cuncto Imperio dominati sunt, Christianæ religionis penitus oblitus, haud facile poterant ad fidem persuaderi. Accepimus à sapedicto Rege Danorum Suen, tunc apud Sueones imperitasse quemdam Ring cum filiis Erich & Emund, ipsumque Ring ante se habuisse Amund, Biorn, Olaph, de quibus in gestis S. Ansgarij legitur, & alios, quorum non occurrit vocabulum. Est credibile, ath-B letam Dei Vnni eosdem Reges, quamuis non crediderint, adiuisse, eorumque licentia Regnum Dei per Sueoniam praedicasse. Meo autem arbitrato, sicut inutile videretur eorum acta scrutari, qui non crediderunt: ita impium est praeterire salutem eorum qui primùm crediderunt, & per quos crediderunt. Sueones igitur & Gothi à S. Ansgario primùm in Fide plantati, iterumque relapsi ad paganismum, à sancto patre Vnni sunt reuocati. Sufficit hoc scire, ne si plura dicimus, mentiri velle dicamur: Melius est enim (vt ait B. Hieronymus) vera dicere rusticè, quàm falsa disertè proferre.] hac veritatis amantissimus auctor de coalescente noua Ecclesia inter barbaricas vepres.

Quo pariter anno Constantinopoli defuncto Nicolao Patriarcha, in locum eius subrogatur Stephanus Archiepiscopus Amasæ. hac ex Curopalate.

CIESV CHRISTI IOANNIS XI. PAP. CONST. VIII. CVM ROM. IMP.

ANNVS ANNVS ANNVS 931. I. 20.

ANNVS sequitur Christi nongentesimus trigessimus primus, quarta Indictione inchoatus, quo Stephanus Octauus, Septimus dictus, cum sedisset annos duos, mensem vnum, & dies quindecim, ex hac vita migravit. Cum in eius locum, potentia Vuidonis Tusciae Marchionis & Maroziae matris, intruditur Ioannes Sergij pseudopapae ex dicto scorto Marozia filius. Talia pati coacta est sancta Dei Romana Ecclesia, vt sic deformiter à tanto monstro inuasa conculcicaretur. De cuius inuasionē hac habet Luitprandus: a Quo mortuo (de predecessorē Pontifice loquens) ipsum Maroziae filium nomine Ioan-nem, quem ex Sergio Papa meretrix ipsa genuerat, Papam constituunt.] Vuido scilicet Tusciae prouinciae Marchio & ipsa Marozia eius coniux. Porro pseudopontificem Ioan-nem hunc adhuc ætate iuniorem fuisse oportuit, qui matrem talem meretricem haberet ætate florentem, amoribus aptam, adeo vt sua pulchritudine Hugonem Italiae Regem post mariti Vuidonis obitum prouocaret, & immenso eius damno in Vrbe protraxerit, vt suo loco dicturi sumus. Ita planè tantæ vires Marchionibus Tusciae in Vrbe erant, vt pro arbitrio quos vellent è Pontificali Sede deponerent, & alios intruderent, vt ex eodem huius temporis scriptore Luitprando facile intelligi potest. Cum enim (quod dictum est) occupassent munitionem pontis Hadriani, dictam ab Ecclesia in vertice collocata, Sanctum Angelum, dominabantur Vrbi, cum & diuitiarum potentia Romanos sibi etiam deninxisset. quamdiu igitur viguit horum tyrannis, infelicissimus fuit in omnibus Romanæ Ecclesiae status, vt saepe contigerit eam non habere legitimè creatos Pontifices, sed quos saecularis potentia intrusisset.

STEPH. PAP. OBIVS ET IOAN. XI. INVASIO.

Luitpr. li. 3. cap. 12.

MVNITIO S. ANGELI.

IESV CHRISTI IOANNIS XI. PAP. CONST. VIII. CVM ROM. IMP.

ANNVS ANNVS ANNVS 932. 2. 21.

ANNVS Redemptoris nongentesimus trigessimus secundus, Indictione quinta inchoatur, a quo nouis motibus Italia quatitur, Arnolde Baioariae Duce aduersus Hugonem Italiae Regem Veronam vsque progrediente, sed repellitur ab Hugone, à quo pari-

I. Sigeb. hoc anno.

pariter a Ratherius Veronenſis Epifcopus, qui eum vocauerat, Verona deducitur, & Pa-
pam relegatur, vbi de ſui exilij ærumna librum conſcripfit. De Arnolſo, quem alij Ar-
nolplum nominant, S. Vdalricus Auguſta Vindelicorum Epifcopus per quietem vidit,
in concilio Sanctorum ipſum accuſari & iudicari vti ſacrilegum, deſtorem monaſte-
riorum, & eorum bona laicis diuidentem. de quo Othonis Friſingienſis eſt quoque ſimi-
lis accuſatio, cum de ipſo ait: b Hic eſt Arnolphus, qui Eccleſias & monaſteria Baioariae
crudeliter deſtruxit, & poſſeſſiones earum militibus diſtribuit.] Occiſus autem ipſe, vbi
eius eſt completa nequitia, poſt ciuitatem Auguſtanam ab eo deprædatam. Has tantum
fruges ſterilis annus in horrea Annalium infert. Sed locupletatur auctario, nempe Con-
cilio Erpeſfurt, aliàs Erfordia, hoc ipſo anno celebrato, quod poſt cuſum hunc Tomum
accepimus: ſic ſe habet:

b Orholib. 6.
cap. 18.

CONCILIUM
ERFOR-
DIENSE.

II. Anno ab incarnatione Domini noſtri I E S V Chriſti D C C C C X X X I I. anno etiam B
Domini c H. Regis Chriſtianiſſimi X I I I. Indictione v. ſub die Kalendarum Iunia-
rum congregata eſt apud Erpeſfurt ſancta & vniuerſalis Synodus, vt Rex ſapientiſſimus
cum conſilio primatum ſuorum decreuit, inſpirante omnium Saluatoris clementia pro
vtilitate & ſtatu ſanctæ matris Eccleſiæ. Cuius Regis ſolertiam prudentiſſimi viri Hildi-
berti Archiepiſcopi d gubernabat: conſidentibus religioſiſſimis ſacerdotibus, id eſt,
e R. ſanctæ Treuerenſis Eccleſiæ Archiepiſcopo, Vnni ſanctæ Hamaburgenſis Eccleſiæ
Epifcopo, Adaluardo f Fardunenſis Eccleſiæ Epifcopo, Ricuino Argentinæ ciuitatis
Epifcopo, Nodingo Conſtantiæ Eccleſiæ Epifcopo, Vnuano Paderbrunnenſis Eccleſiæ
Epifcopo, Berhardo Haluerſtadienſis Eccleſiæ Epifcopo, Othilrico Auguſtudenſis
Eccleſiæ Epifcopo, Burchardo Vuirziburgenſis Eccleſiæ Epifcopo, Duodone Ofnebur-
genſis Eccleſiæ Epifcopo, Rumaldo s Memigernafurdenſis Eccleſiæ Epifcopo, Eburgi-
ſo a Mimidonenſis Eccleſiæ Epifcopo, nec non & Abbatibus, aliisq; ſacri ordinis viris.
Porro cum eorum vnanimitate ac primùm Deo fauente capitula infra notata, 1 quàm
pro populi Chriſtiani correptione collecta ſunt.

c Henrici
d Deſſ aliquid.
e Ruitgero,
qui anno 934
obijt.
f Vindonenſis
hodie in Gallia,
ſed malum de
Germania capi-
nam ſupadurci
Germanie pa-
populi, qui for-
tè Tacito Suan-
donis.
g Monaſte-
rienſis
h Antonino Mi-
midunum, vul-
gò Milſen.
i Deſſ hic mæ-
brum præcedi-
tam, vt inſinuat
ſequens parti-
cula, quàm.

Caput Primum.

III. Vt deinceps natalitia X I I. Apoſtolorum ſumma veneratione ſolemniter celebrentur,
& in Vigiliis antiquitus ſtatutis atque hætenus ab antecęſſoribus noſtris ſeruatis ieiunio-
rum vota omni diligentia perſoluere decernimus: quia quos cælitus ſublimioris meriti
ſcimus, hos & amplioris dignitate honoris à nobis colendos eſſe non dubitamus.

Caput Secundum.

IV. Placita ſæcularia Dominicis vel aliis Feſtis diebus, ſeu etiam in quibus legitima ieiu-
nia celebrantur ſecundùm canonicam institutionem, minimè fieri volumus. Inſuper
quoque glorioſiſſimus Rex ad augmentum Chriſtianæ religionis conceſſit, vt nulla iudi-
ciaria poteſtas licentiam habeat Chriſtianos ſua auctoritate ad placitum bannire ſeptem
diebus ante Natale Domini, & à Quinquageſima vſque ad Octauas Paſchæ, & ſeptem
diebus ante natiuitatem S. Ioannis Baptiſtæ, quatenus ad eundem eccleſiam orationibusq;
vacandi liberius habeatur facultas.

Burch. li. 13.
cap. 22.
Iuo p. 4. c. 57.
Decret. 15.
q. 4. cap. Pla-
cita.

Caput Tertium.

V. Præcipimus namque, vt nullus Chriſtianus eccleſiam pro reuerentia petendo, ibiq;e
manendo, indeq;e reuertendo, alicuius publicæ poteſtatis banno ibidem conſtringatur,
ne fortè, dum ad eccleſiam cauſa orationum properat, per bannum impediatur pro ſa-
lute animæ deuorè inſiſtere.

Burch. li. 13.
cap. 28.
Iuo p. 4. c. 60.

Caput Quartum.

VI. Si quis præbyter, aut diaconus negligens vitæ ſuæ, mala de ſe ſuſpicari permiſerit,
& eius infamia coram Epifcopo canonicè denotatur, admoneatur ab Epifcopo ſemel,
bis, ac tertio, vt vel prodendo reatum, culpabilem ſe eſſe cognoſcat, & ſic iuſtæ corre-
ptionis ſententiam excipiat; aut adhibitis ſecum collegis, iuramento ſe expurgando, in-
nocentem ſe eſſe demonſtret.

Similia qua-
dam in Con-
cil. Agatheſi
cap. 4. apud
Iuon. p. 6.
c. 226.

Caput Quintum.

VII. Vt nemo niſi conſentiente proprio Epifcopo, aut eius Miſſo, ieiunium ſub obtentu re-
ligionis ſibi imponat, vnum præ aliis excipiendo, omni modo interdiciamus. Quod &
factum diſplicet, & in futurum fieri prohibemus, quia plus cauſa ariolandi eſſe cogno-
ſcitur, quàm ſupplementum legis Catholicæ.] hætenus quæ accepimus.

Burch. li. 13.
cap. 27.
Iuo pag. 4.
cap. 59.

CHRISTI annus ſequitur nongentefimus trigefimustertius, Indictione ſexta, quo
infaustus Ioannes pseudopapa, ſicut violenter Romanam ingreſſus eſt Sedem, ita
violenter quoque deiicitur, in carceremq;e detruditur. De his dicturi, in primis quod
ad temporis pertinet rationem, Frodoardus huius temporis ſcriptor accuratus hæc ha-
bet: Anno octingentefimo trigefimotertio Miſſi Rhemenſis Eccleſiæ Giſo & Almulti-
cus Roma redeuntes pallium Artaldo præfuli deferunt, nuntiantq;e Ioannem Papam
filium Mariæ, quæ & Marozia dicitur, ſub custodia detineri à fratre ſuo nomine Albe-
rico, qui matrem quoque ſuam clauſam ſeruabat, & Romam contra Hugonem Regem
tenebat.] hæc ipſe. Porro cauſa cur iſta obuenerint, Luitprandus a aperte reſerat, rem-
que geſtam ſic narrat:

B

Marozia verò ſcortum impudens nimis ſuos nuntios poſt Vuidonis mariti ſui obi-
tum Hugoni Regi dirigit, eumq;e inuitat, vt ſe adeat, Romamq;e ſibi nobiliſſimam
ciuitatem aſſumat. hoc autem non aliter poſſe fieri teſtabatur, niſi eam ſibi Rex Hu-
go vxorem faceret.] Erat autem idem Hugo ex eadem matre, qua Vuido vir eius de-
functus, genitus, Berta nomine vxore Adelberti Tuſciæ Marchionis; ſicq;e Hugo iſte
frater erat Vuidonis Marozia viri. Cuius rei cauſa in feminam inceſtuofam his ita veri-
bus idem Luitprandus exclamat:

Quid Veneris facibus compulſa Marozia ſeniſ?
Coniugis ecce tui ſpectas in ſuauiæ fratris;
Nubere germanis ſatagens Herodia binis,
Immemor aſpiceris præcepti cæca Ioannis,
Qui fratrem vetuit fratris violare maritum.
Hæc tibi Moyleos non præſtant carmina Vatiſ,
Qui fratri ſobolem fratris de nomine inſiſit
Edere, ſi primus nequeat ſibi gignere natum.
Noſtra tuo peperiffe viro te ſæcula norunt.
Reſpondeſ (ſcio) tu: Nihil hoc Venus ebria curat.
Aduenit optatus cen bos tibi ductus ad aram
Rex Hugo, Romanam potiùs commotus ob Vrbeſ:
Quid inuat, ô ſcelerata, virum ſic perdere ſanctum?
Crimine dum tanto ſatagis Regina videri,
Amittis magnam Domino tu iudice Romam.] hæc ipſe in ſceleſtiſſimam fe-
minam. pergit verò idem Luitprandus locum deſcribere, in quem aduenientem Ro-
mam tunc recepit ipſa Hugonem:

C

D

In ingreſſu, inquit, Romanæ Urbis, quædam eſt miri operis, mireq;e fortitudinis con-
ſtituta munitio, ante cuius ianuam pons eſt pretioſiſſimus ſuper Tiberim fabricatus, qui
primus Roman ingredientibus atque egredientibus eſt; nec eſt alia niſi per eum tranſ-
eundi via: hoc tamen niſi conceſſu cuſtodientium munitio fieri non poteſt. Munitio
autem ipſa (vt cetera deſinam) tantæ altitudinis eſt, vt Eccleſia que in eius vertice videtur
in honorem ſummi & cæleſtis militiæ principis Archangeli Michaëlis fabricata, dicatur
ECCLESIA SANCTI ANGELI VSQ;E AD CÆLOS. Rex denique ob muni-
tionis confidentiam, derelicto longè exercitu cum paucis Romam aduenit. Qui decenter
à Romanis ſuſceptus, in prædictam munitioem ad prædictæ Marozia meretricis thala-
mum declinauit. Cuius inceſto dum poritus eſſet concubitu, Romanos quaſi iam ſecu-
rus deſpicere cepit. Habuerat ſanè Marozia filium nomine Albericum, quem ex Albe-
rico Marchione ipſa genuerat. Qui dum matris hortatu Regi Hugoni vitrico ſcilicet
aquam funderet vbi manus ablueret: ab eo pro correptione in faciem cæſus eſt, eò quòd
non moderatè & prudenter aquam effunderet.

E

Is verò vt illatam ſibi poſſet vlcifci iniuriam, congregatis in vnum Romanis huiusmo-
di eos ſermone conuenit: Romanæ Urbis dignitas ad tantam eſt ſtultitiã ducta, vt me-
rettricum etiam imperio pareat. Quid enim tædus, quidve turpius, quàm vt vnus mulie-
ris inceſtui Romana ciuitas pareat? Romanorum aliquando ſerui, ſcilicet Burgundiones,
Roma-

I.
IOAN. PSEV-
DOPAPA
DETRVSVS
IN CARCE-
REM.

Luitpr. li. 3.
cap. 13.
II.

MAROZIAE
EXECRAN-
DA TVRPI-
TVDD DE-
CANTATA A
LVITPRAN-
DO.

III.

HVGONIS
CONIVGIUM
INCESTVO-
SVM CVM
MAROZIA.

IV.
ALBERICVS
ADVERSVS
HVGONEM
REGEM RO-
MANOS CON-
CITAT.

Romanis imperent? Si meam priuigni scilicet sui faciem cecidit, cum praesertim nouus A habeatur hospes, quid vobis iam inueteratum facturum creditis:] hanc & alia locutus in detestationem Hugonis; quae sunt post haec secura subiicit, dicens: Nec mora; his auditis, Hugonem Regem cuncti deserunt, atque eundem Albericum sibi dominum eligunt: & ne spatium quidem milites introducendi suos Rex Hugo haberet, munitionem confestim oppugnant. Liqueat diuinae dispensationis esse hoc consilium, ut quod Rex Hugo tam nefario turpiter coeperat scelere, id tum omnimodo obrinere non posset. Tanto quippe est terrore coactus, ut praesertim seipsum ea ex parte qua ciuitatis muro munitio inharebat deponens, eam desereret, atque ad suos confugeret. Expulsus igitur est Rex Hugo, & cum praefata Marozia Romanae Urbis monarchiam Albericus renuit, fratre Ioanne suo summi atque vniuersalis Praesulatus Sedi praesidente.] hucusque Luitprandus. reliqua de carcere Ioannis pseudopontificis & Maroziae ab ipso Frodoardo narrata desiderantur, B quae Legati ab Vrbe venientes, fideles nuntij retulere.

V. Hic mirari non desino, quod cum tale monstrum Sedem Apostolicam occupasset, cui non aetas, non natalitia, non legitima suffragaretur electio, & qui nihil nisi nomen Pontificis malis usurpatum artibus retineret: tamen nomen tantum reueriti Pontificis Episcopi qui procul essent, omnem ei exhibuere reuerentiam, ut est in exemplo Artaldus, de quo diximus ex Frodoardo, Rhemensis Archiepiscopus, qui dictos Legatos ad eum misit, ut pallium peteret. Erat autem Artaldus ipse ex monacho factus Rhemensis Archiepiscopus ante biennium, electo Hugone puero, qui annorum quinque aetatis fuerat a patre in eam sedem intrusus. Electus Artaldus ob insignem animi virtutem, quam & ostendit, ubi in ea sede locatus esset, antequam etiam pallium accepisset, Milonem Comitum excommunicauit ob Catalaunense Episcopium depradatum, ut idem Frodoardus enarrat. Tantus vir ergo tanti facit Romani Pontificis nomen in homine immerito, illegitimè collocato: non ipso neque vilo alio audente super Romanum nominatum Pontificem sibi arrogare iudicium.

VI. Eodem anno iteratos motus Vngarorum in Germaniam Frodoardus recenset, contra quos, ut ait, Henricus Rex profectus eos ad internecionem deleuit, triginta sex millibus ex eis occisis, ceteris captis, aut flumine absorptis. Sed de his pluribus Vuitichindus a, qui de eo scribit quod ut suos hortaretur ad bellum, inter alia haec tunc pro concione dixerit: Consulite igitur vobis ipsis, & quid super hac re faciendum eligite. Theaurum diuinis officijs sanctificatum tollamne, & dabo pro nostra redemptione inimicis? An certè addam cului diuino pecuniam & honorem, ut ab ipso potius redimamur, qui verè noster extat Creator & Redemptor? Ad haec populus leuauit voces in altum, inquiens: se à Deo vi- D uo & vero redimi omnimodis desiderare, quia fidelis & iustus sit in omnibus viis suis, & sanctus in omnibus operibus suis. Operam suam deinde promittens Regi contra gentem acerrimam, dextris in caelum eleuatis, pactum firmavit.] Sicque prauia pietate, reddito sibi propitio numine, tantam quam audisti omnibus saeculis memorandam de inuictis, pauendi scilicet; omnibus obtinuit Rex ope diuina victoriam. De eodem idem enarrat auctor, quo eiusdem maximè religio commendatur, nimirum primarium Henrici vexillum nominatum fuisse ANGELVM, eò quod illud esset Angeli imagine insignitum. Vnde recentiores illi in haesim abducti miseri Saxones erubescant, qui hodie cultum sanctarum deestantur imaginum, longè degeneres à pietate maiorum, quos ingenti praconio omnia saecula commendarunt. De eadem insigni victoria agens b Luitprandus, tradit vouisse tunc Henricum Regem, de suo Regno simoniacam haesim euulsurum fore, quae altas in eo fixerat radices praedecessorum conniuentia, si de Hunnis victoria potiretur, quam hifce pietatis officijs est consecutus. Addit etiam ab eodem Rege curatum, ut victoria eadem in suo coenaculo pictura insigniter exprimeretur, in qua ob sui excellentiam, rem, inquit, veram potius quam verisimilem videas.

VII. Quod ad res Graecorum spectat, eodem hoc anno defunctus est Stephanus Constantinopolitanus Patriarcha, cum praesulisset Ecclesiae illi annos duos & menses vndecim. cum haec Curopalates & alij de tempore eius sedis planè testentur, & in Graeco catalogo Episcoporum Constantinopolitanorum habeatur expressum: corrigendus est error illaptus in Curopalatem & alios, qui ab eo de mendoso codice acceperunt, ubi legitur ipsum Stephanum defunctum decima quinta Indictione. Sed res accidit quae numquam in ea Ecclesia est audita, ut post Stephanum non alius nisi temporaneus substitueretur Antistes,

DE ARTALDO RHEMENSIS ARCHIEPISCOPI PALLIUM A IOANNE PONTIFICENTE.

HENRICVS PIETATE PRAEVIASUPERAT HUNNOS. Vuitich. de reb. Sax. li. 1.

De hunc. li. 2. c. 8. 9. in fin.

A Antistes, nempe Tryphon monachus, qui sedit vsque dum Theophylactus filius Imperatoris legitima esset aetatis, ut posset fieri Patriarcha. Ceterum secundum Curopalatem, qui numerat annos sedis Theophylacti vigintitres, hoc anno ipsum reuera oportuit fuisse creatum Patriarcham, sed loco ipsius Tryphonem subrogatum administratorem eius Ecclesiae; aliàs dicendum esset, duos vno tempore Patriarchas vnus eiusdemque Ecclesiae esse creatos. Porro Theophylactum sexdecim tantum annorum, hoc tempore, fuisse puerum, idem in eius obitu tradit Curopalates.

TRYPHON TEMPORANEVS PATRIARCHA CONSTANT. THEOPHYLACTVS PATRIARCHA.

IESV CHRISTI IOANNIS XI. PAP. CONST. VIII. CVM ROM. IMP.

ANNVS ANNVS ANNVS B 934. 4. 23.

ANNVS Redemptoris nongentesimus trigessimusquartus, Indictione septima incipit, cum opera Alberici Romae tyrannidem exercentis, graue Ecclesiae Romanae inflatum est vulnus, cogente ipso Ioannem Papam concedere inconcessa Patriarchae Constantinopolitano. Quanam ista fuerint, à Luitprando in Relatione suae legationis ita narratur: Sed quid hoc commemorem? cum ipsa Constantinopolitana Ecclesia nostrae sanctae Catholicae atque Apostolicae Ecclesiae Romanae merito sit subiecta. Scimus, immò videmus Constantinopolitanum Episcopum pallio non uti, nisi sancti Patris nostri permisso. Verum cum impiissimus Albericus, quem non stillatim cupiditas, sed velut torrens impleuerat, Romanam ciuitatem sibi usurparet, dominumque Apostolicum quasi seruum proprium in conclauis teneret: Romanus Imperator filium suum Theophylactum eunuchum Patriarcham constituit. Cumque eum Alberici cupiditas non lateret, missis eò muneribus satis magnis, effecit, ut ex Papae nomine Theophylacto Patriarchae litterae mitterentur, quarum auctoritate tum ipse, tum successores absque Paparum permisso pallii vterentur. Ex quo turpi commercio vituperandus mos inoleuit, ut non solum Patriarchae, sed etiam Episcopi totius Graeciae pallii vrantur. Quod quam absurdum sit, censere opus non est.] haec Luitprandus. & quidem quae conuersa sunt in magnum detrimentum etiam ipsius Constantinopolitanae Ecclesiae, ista indebita accipientis, & abalienantis se magis ea occasione à sinu Matris.

QVOD ALBERICVS COGIT IOANNEM PRAESTARE.

Hoc eodem anno diuersis in locis Galliarum miranda contigisse Frodoardus narrat, atque in primis: Rhemis, inquit, in Ecclesia beatae Genitricis Dei Mariae, solemnitate Annuntiationis Domini, dum sacra Missarum ab Artaldo praesule inibi celebrarentur, quidam iuuenis contractis poplitem neruis reperi solitus, repente resolutis extensisque genuum crurumque compagibus assurgit, retentatoque gressu, iam diu oblita recepit vestigia. Item in Ecclesia S. Hilarij ante portam Martis, caecus quidam nomine Paulus illuminatur, admonitus prius in somnis, ut ad ipsum locum veniret, ibique lumen recipere deberet.] & inferius: Eodem anno diaconus quidam Viredunensis, nomine Adelmannus languore depressus, spiritum visus est amisisse. Sed antequam feretro imponeretur, reuersus, ita surrexit validus, ut sibi videretur nihil aegritudinis fuisse perpeffus. Qui se diuersa suppliciorum vel refrigerij loca vidisse testatur, seque loco poenali deputatum; Dei verò Genitricis precibus, beato quoque Martino intercedente, ad agendam poenitentiam praesenti vitae redditum. haec omnia Frodoardus hoc anno.

QVAE MIRANDA ACCIDERINT RHEMIS.

IESV CHRISTI IOANNIS XI. PAP. CONST. VIII. CVM ROM. IMP.

ANNVS ANNVS ANNVS 935. 5. 24.

ANNVS Redemptoris nongentesimus trigessimusquintus, Indictione octaua sequitur, quo Rhemis apud S. Macram Synodus celebratur praesente Artaldo Archiepiscopo Rhemensi, in qua praedones & Ecclesiasticarum rerum inuasores ad correctionem vocantur, ut Frodoardus testatur. de ea verò nihil praeterea.

SYNODVS AD S. MACRAM.

ANNVS 936.

ANNVS I.

ANNVS 25.

I. HENRICI REG. GERMAN. ORIVS, ET OTTONIS SVCESSIO. a Vuitich. li. I. in fine.

ANNVS Redemptoris nongentesimus trigessimus sextus, Indictione nona, quo moritur Christiana religionis decus Henricus Rex Germaniae, relicto Regno filio suo Ottoni, patri pietate atque fortitudine militari non impari. Quod ad tempus spectat, id hoc anno contigisse, testis est huius temporis scriptor Frodoardus. Sed & Ditmarus etiam huius saeculi scriptor testatur, eum hoc anno obiisse, sexto Nonas Iulij, anno suae aetatis sexagesimo, Regni decimosexto. De eius vero obitu ita Vuitichindus Saxo: a Perdomitis itaque cunctis circumquaque Gentibus, postremo Romam proficisci statuit, sed infirmitate correptus, iter intermisit. cumque se iam grauari morbo sensisset, conuocato omni populo, designauit filium suum Ottonem Regem, &c.]

II. b Crant. in Merop. li. 3. cap. 11.

Porro vt qui de religione Christiana bene meritus est Henricus commendatur ab omnibus, qui & b asseritur, duas nouas sedes erexisse, alteram in Valletfleue in terra Lunenburgensi, cui & primum Episcopum Marcum praeficiendum curauit, virum sanctitate vitae conspicuum, miraculis clarum; alterum vero Episcopatum in oppido Misna ad Albim fluuium constituit; aliaque monasteria aedificauit, & vbi multipliciter pietatis post se egregia monumenta reliquit, a Deo ad requiem vocatus est, relicta coniuge valde pia Mathilda nomine, de qua ista c Luitprandus, dum agit de eiusdem Henrici sepulchro: Henrici corpus in Saxoniam deportatum in nobilissimarum ac religiosissimarum monasterio puellarum, quod in ipsius Regis praedio, vocabulo Quintelingaburch situm liquet, in Ecclesia cum immensa est veneratione repositum. Vbi & venerabilis eius coniux, Regni que confors ex eadem gente nomine Mathildis, vltra omnes quas viderim & audierim matronas pro delictorum expiatione celebre exequiarum officium, viam Deo hostiam offerre non desinit.] Addit Ditmarus, per eundem Henricum Cuius Daniae Regem ad Christi Fidem conuersum, & Danos ipsos ab immolatione hominum per eum reuocatos: post obitum vero Mathildem coniugem multis diuersisque sanctis operibus eius animam Deo commendasse. haec ipse libro primo. Idem addit, quod defuncto Henrico, Otto eius filius inuictus est Aquisgrani ab Hildeberto Archiepiscopo Moguntino, habita licentia a Vigfrido Archiepiscopo Colonienfi, in cuius dioecesi Aquisgranum esset.

OTTO IN VNIGITVR REX.

III. RODVLPHO REGE FRANCORVM MORTVO LVDOVICVS REX VNIGITVR.

Quo pariter anno cogitur conuentus Episcoporum & procerum Lauduni, vbi recipitur & Rex inungitur Francorum Ludouicus filius Caroli Simplicis, in Anglia haecenus conseruatus, ob inuafores Regni tyrannos. De his enim hoc anno Frodoardus his verbis; vbi de Rodulphi Regis obitu enarrasset, quem hoc pariter anno contigisse tradit: Hugo Comes trans mare mittit pro accersendo ad apicem Regni suscipiendum Ludouico Caroli filio, quem Rex Ethelstanus auunculus ipsius, accepto prius iureiurando a Francorum Legatis, in Franciam cum quibusdam Episcopis & aliis fidelibus suis dirigit. Cui & Hugo & ceteri proceres Francorum obuiam profecti, mox nauim ingresso in ipsis litoris arenis apud Bononiam sese committunt. Deindeque Laudunum ab ipsis deductus, & regali benedictione ditatus vngitur atque coronatur a domino Arraldo Archiepiscopo Rhemenfi, praesentibus Regni Principibus cum Episcopis viginti & amplius.] haec ipse. Sicque ad progeniem Caroli Magni per Ludouicum Regnum Francorum reuertitur: sed quamdiu manserit, quae suis locis dicentur inferius declarabunt; nimirum per successores vsque ad annum Redemptoris nongentesimum octogesimumseptimum. E iam reliqua anni huius videamus.

IV. OBIVS IOAN. PAPE XI. LEONIS VII. SVBROGATIO.

Eodem quoque anno moritur intrusus Papa Ioannes, Sedis Apostolicae potius inquinator quam rector, de quo Frodoardus huius temporis scriptor: Ioanne Papa fratre Alberici defuncto, Leo quidam Dei seruus Romae Papa constituitur.] haec ipse, secundum eorum sententiam, qui hunc sedisse annos quatuor & decem menses tradunt, cum hunc ad annum sextum peruenisse, ex Frodoardi testificatione haec spectantis opus sit affirmare. Addit his ista idem Frodoardus eodem anno: Hugo Italiae Rex Romam nisus capere, afflicto suo exercitu fame, & equorum interitu, pacta tandem pace cum Alberico, dans ei filiam suam coniugem, ab obsidione desistit. Repertisque quibusdam fratris sui Bosonis contra se, vt fertur insidiis, eundem fratrem suum dolo capit atque in custodiam mittit.] At de Hugonis Regis Romam aduentu, & pace cum Alberico contracta Luitprandus

CHRISTI 936.

LEONIS VII. PAP. I.

CONST. VIII. CVM ROM. IMP. 25.

A dus pluribus agit. Fuisse autem sequestrem huius componendae pacis Odonem Abbatem a Leone Papa vocatum, paulo inferius dicturi sumus. subiicit vero ista: Per idem vero tempus in Ianuensi vrbe, quae est in Alpibus Cocciis octingentis stadiis a Papi distans super Africanum mare constituta, fons sanguinis largissime fluxit, subsecuturam cunctis patenter ruinam insinuans. Eo quippe anno Poeni cum multitudine classium illud perueniunt, ciuibusque ignorantibus ciuitatem ingrediuntur, cunctos, praeter exceptis ac mulieribus, trucidantes, cunctosque ciuitatis & Ecclesiarum Dei thesauros nauibus imponentes, in Africam sunt reuersi.] haec de his ipse.

a Luitpr. li. 4. cap. 1. 2. 3.

Sed & quod nouum immensum malum Dei Ecclesiam deturpare tunc coeperit, praeter alia multa, quibus iam sacris silentibus omnino legibus, hoc deplorato saeculo est mirum in modum afflictata, sic narrare pergit: Hoc in tempore Manasses Arelatenfis ciuitatis Episcopus, agnita Regis Hugonis potentia, a cuius ipse sanguine affinitatis lineam traxerat, deserta commissa sibi Ecclesia, ambitionis spiritu, multas violaturus, immo laceraturus Ecclesias, Italiam petiit. Hugo autem Rex se Regnum securius obtinere sperans, si affinitate coniunctis Regni officia largiretur, contra ius falsque Veronensem, Tridentinam, Mantuanam, commendauit illi, seu (quod verius est) in escam dedit Ecclesias.] qui nec his contentus, Ecclesiam Mediolanensem inuasit, vt idem auctor inferius pluribus narrat. Sed, vt aliquo velamento, tamquam ficus folijs, peccatum obtegeret nefarius homo, id se agere exemplo tradebat Principis Apostolorum, qui Antiochenam, Romanam, & Alexandrinam possidisset Ecclesias. Haec ipsum rudem, & inconcinne, temereque garrientem idem auctor Luitprandus, acri (vt par erat) inuectiua exagitauit. qui de eodem homine, Dei eiusque legum contemptore addit, neque his acquiescisse, sed Marchiam Tridentinam ab affine Rege obtinuisse, atque armis indutum in eiusdem Regis exercitu militasse.

V I. IANVENSIS CIVITAS A SARRACENIS CAPTA.

VII. MANASSES PLVRES SIBI VENDICAT EPISCOPATVS.

Hoc item anno ex hac vita migrat sanctissimus vir ille, decus Saxoniae, Vnni Hamaburgensis Archiepiscopus, potens opere & sermone, de quo plura superius testatur id Adam antiquus Chronographus, de quo ait: Perfecto autem legationis suae ministerio, cum tandem redire disponeret, Euangelista Dei apud Bircam aegritudine correptus ibidem fessi corporis tabernaculum deposuit, anima vero cum multo animarum triumpho stipata, caelestis patrie Capitolium semper laetatura conscendit. Tunc discipuli pontificis exequias eius cum fletu & gaudio procurantes, cetera quidem membra sepelierunt eodem loco vel oppido Birca, solum caput reportantes Bremam, quod decenti honore condiderunt in Ecclesia S. Petri coram altari. obiit autem peracto boni certaminis cursu in Scythia (vt scribitur) anno Dominicae Incarnationis nongentesimo trigesimo sexto, Indictione nona, circa medium Septembris, hic est annus Ottonis Magni primus, a transitu S. Vuillehardi primi Episcopi Bremensis centesimus quadagesimus octauus.] ad haec autem idem auctor adiicit hanc apostrophen: Eia vos Episcopi, qui sedentes, gloriae, lucri, ventris, & somni breues delicias in primo Episcopalis officij loco ponitis: respicite, inquam, istum pauperem & modicum saeculi, immo laudabilem magnumque sacerdotem Christi, qui nuper tam nobili sine coronatus, exemplum dedit posteris, nulla temporum vel locorum asperitate vestram pigritiam excusari posse: cum per tanta pericula maris & terrae feroces Aquilonis populos ille pertransiens ministerium legationis suae tanto impleret studio, vt in vltimis terrae finibus expirans, animam suam pro Christo poneret.] haec ipse, iuste dignaque, qui & de eius in Episcopatu non indigno successore ista subiicit: c

VIII. VNNI ARCHIEPISC. HAMABVRGENSIS OBIVS. a Adam li. 1. cap. vlt. *al. Angolorum

Adaldagus Archiepiscopus Vnni successor, sedit annos quinquaginta tres. Iste est qui nobis (vt dicitur) Rempub. restituit genere illustri, decorus specie, morumque probitate speciosior, a choro sumptus est Hilteneshermensis, consanguineus & discipulus B. Adaluardi Ferdensis Episcopi, cuius tunc vita probata, fama illaesa, & fides in Palatio erat cognitissima. Quem ferunt etiam doctrina & miraculis celebrem Slauorum populis eo tempore praedicasse, quo in Scythas Legatus extitit: eius nimirum opera & testimonio commendatus in curia Adaldagus ferulam pastorem suscepit a magno Ottono, pallium sumptis Archiepiscopale a Papa Leone VII. manus impositionem, sicut praedecessores eius, a Moguntino Praefule.] haec Adam.

* Suetia

c Idem lib. 2. cap. 1.

Hoc eodem anno contigit Odonem Abbatem Cluniacensem Romam proficisci, vocatum a Leone Pontifice ob instaurationem monasterij S. Pauli, cum in via visitans seruum Dei Adhegium cognouit de vnctione Ludouici Francorum Regis, id ipsi reuelante S. Martino. scribit haec omnia Ioannes eiusdem Odonis discipulus, qui eidem Odoni ad-

IX. ADALDAGVS ARCHIEPISCOPVS HAMABVRGENSIS.

X. ODO ABBAS CLVNIAC. ROMAM VOCATVS A LEONE.

^a Ioan. in Odone, lib. 1. apud Sur. rom. 6. die 10. Nouemb. hæsit, vt ipsemet testatur ^a in vita ipsius Odonis, quam post obitum scripsit, vbi hæc in eius exordio: Institutus primus Abbas Cluniacensis, Franciæ, Aquitaniæ, Hispanorum, & Romanæ Urbis cœnobiorum dux fuit. Cumq; Romam venisset, me miserum terrenis implicatum nexibus offendit, motusq; misericordia, cum me ad suum traxit rete, ad Ticinense S. Petri monasterium perduxit, &c.] Visum est Leoni Pontifici sanctum virum magnique nominis è Galliis Romam accersire, vt collapsam in Vrbe in monasteriis disciplinam monasticam restitueret, inciperetq; à monasterio famosissimo S. Pauli.

XI. At non ea tantum causa Romam vocatur à Leone Papa Odo, sed etiam vt pacis componendæ inter Hugonem Regem Italiæ, & Albericum Romæ Principem sequester esset. hoc etenim anno Hugonem venisse cum exercitu ad expugnandam Urbem, testis est Frodoardus in Chronico, & Luitprandus, de quibus nuper est dictum. Quod autem spectat ad legationem Odonis cum Romam ad has componendas discordias à Leone Romano Pontifice vocatus esset, hæc Ioannes eius discipulus & peregrinationis comes: ^b Sub idem tempus à Leone summo Pontifice in Italiam missi sumus pacis componendæ causa inter Hugonem Longobardorum *Italia Regem*, & Albericum Romanæ Urbis Principem.] & inferius de obsidione Urbis: Cum Romuleam Urbem propter inimicitias qui erant cum Alberico Principe, Hugo Rex, cuius antè meminimus, obsideret: vir sanctus & intra & extra Urbem discurrens, hortabatur eos ad mutuam pacem, Regisque furorem sedare, & Urbem obsidione liberare conuincitur.] quod, vt dictum est, eo modo tractatum est fœdere nuptiarum, data filia Hugonis Regis Alda nomine in coniugem Alberico, vt Luitprandus testatur. Recenset idem Ioannes complures sancti viri tum in via, tum in Vrbe, præclare res gestas, quibus ingentis charitatis atque humilitatis specimen haud vulgare dedit, è quibus sat erit hîc vnum vel alterum exemplum attexere.

XII. Interim accidit (inquit) vt euntem illum iuxta beati Andreae Apostoli monasterium, quod Cluuium Scauri vocant, rusticus quidam cum propter aquæ lagunculam eum occidere meditaretur (vt enim Scriptura dicit: Qui ambulat simpliciter, ambulat confidenter) ille more suo nulli nocens, nihilq; mali suspicans, demisso gradiebatur capite. In tantum enim ille studiosus erat obseruandæ regulæ, vt longo vsu, vbicumque esset, siue stans, siue ambulans, aut sedens, semper inclinato esset capite, fixoque in terram vultu, quod quidem in causa fuit, vt à quibusdam, à tempore conuersionis suæ, per iocum appellatus sit Fossorius. Cum autem fossor ille caput eius ictu appeteret, quatuor iuxta illam viam erant, clamoribus editis eius manus cohibuerunt. At Pater mitissimus nescio quos denarios mutuo acceptos ei dono dedit, beneficium pro maleficio reddens. Vbi verò Princeps memoratus id comperit Albericus, manus illi amputare voluit, sed vir pius admodum obnixè pro illo deprecans misero veniam impetrauit.] hæc tunc sanctus Odo. sed pergit auctor:

XIII. Et ad multorum, & ad vestras aures peruenit, quid cuidam furi Pater noster Odo, non ita pridem Romam veniens fecerit, quod tamen mihi annotare libet, non tam vt vestræ industriæ innotescat, quam ne in obliuionem abeat, si non sit litteris commendatum. Permanente igitur illo intra Urbem orationis causa, visum omnibus fuit, vt frater noster Godefridus in agrum mitteretur equorum pastoribus inuigilaturus. Eadem nocte somno oppressis pastoribus, & Godefrido in precibus vigilante, fur affuit, raprumque conscendit equum, & fugam inuit. Videbat id quidem Godefridus, sed equum perdere maluit, quam frangere silentium ex regula constitutum, quod si rupisset, fur ille mox relicto equo, in pedes, *nempe in fugam*, se coniecisset. Attamen vnum è pastoribus excitans, id quod fiebat, signis ei indicabat. Nocte exacta, manè videns furem non procul remotum cum equo consistere. Itaque comprehensum illum, iniectis vinculis ad Patrem Odonem remittunt. Is verò mox quinque solidos argenteos ei dari iubet, dicens: Fas non est absque iusta mercede dimittere, qui tota nocte magnos esset perpeffus labores. Postea verò, cum Deo trahente, monasticum essem amplexus institutum, & deinde fratres me esse suum Priorem voluissent, sæpè illum furem mihi indicabant, & quod filius esset molendinarii nostri, qui quories pater eius venisset contra ipsorum voluntatem, solidos illos reperere me cogebant.] hæc & alia plura Ioannes, qui ab eodem Odone, restituito monasterio S. Pauli, eidem præfectus est Abbas. Quando verò iterum contigit Romam reuerti post biennium, suo loco dicturi sumus.

IESV

A ANNVS sequitur Redemptoris nongentesimus trigessimusseptimus, Indictione decima, clade Vngarica in Italiam illata memorabilis, præcipuè verò Campanis, de qua ista habet Leo Ostiensis: ^a Indictione decima venientes innumerabiles Vngari, omnia circa Capuam prædati sunt. Eadem verò & Beneuenti fecerunt, Sarnum vsque ac Nolam discurrerunt, & deastantes omnia, peragrantesq; Liburiam, iterum Capuam reuersi, diebus duodecim in Campo Gariliano commorati sunt. Quo scilicet tempore multos ex hominibus nostris Castrensis scilicet monasterij captiuos duxerunt. In quibus redimendis ea expendimus quæ infra notantur: Coronam argenteam magnam cum catenis argenteis, pocula argentea quatuor, thuribulum argenteum inauratum, cochlearia argentea tria ponderis libræ, turenos viginti, planetam diarodinam Byzantium viginti, planetam aliam cum listis argenteis Byzantium sexdecim, planetam aliam cum leonibus, vnas de pallio longitudine passuum quatuor, latitudine palmorum trium, pannum altaris diarodinum pro Byzantibus octo, ostiales tres pro Byzantibus tredecim, Astancas duas pro Byzantibus octo, puluinaria serica tria pro Byzantibus decem. Et inde victoria elati onusti præda Marforum fines ingressi sunt, & eadem facere cœperunt, incendentes & depopulantes omnia. Nutu igitur Dei, Marfi ac Peligni in vnum conuenientes, in eos dispositis insidiis irruunt, & omnibus ferè trucidatis, ingentem prædam retulerunt, quicumque autem ex eis euasere Marforum gladios, fuga dilapsi ad suos se receperunt.] hæc de Vngaris Leo.

Quo pariter anno alia pars eorumdem inuadens Gallias, ingentem cladem intulere, de qua ista admiratione digna Frodoardus hoc anno habet: Cæli pars ardere visa est, & Vngarorum persecutio ab eadem parte per Franciam insecta est, qua villæ & agri depopulati, domus basilicæque conflagratæ, captiuorum educta multitudo, nonnullas tamen Ecclesias, ignibus applicitis, non valere succendere. Ecclesiam sanctæ Mariæ apud Rhemos, duabus etiam segetum metis quæ parietibus penè ipsius quibus inhærebant exustis, incendere nequiverunt. In Ecclesia beati Basoli cum quidam Vngarorum ascendere super altare nitens, aræ manum applicuisset, ipsa manus eius altaris inhæsit lapidibus, nec omnino quæit auelli, donec ceteris Vngaris aræ saxum circa ipsam manum incidentibus, partem lapidis qui manui eius inhæserat, in admirationem omnium, perferre conatus ethnicus. Quidam presbyter de Bauonis Curte (sic enim villa vocatur eius Ecclesiæ) nomine Adalgarius captus est ab eis & adductus vsque ad pagum Bituricensem. Qui cum esset in vinculis & compedibus ferreis, noctu visio cuidam concaptiuo apparuit, iussumque est, vt diceret eidem presbytero, quatenus fugam caperet, vt se resolutum videret, pariterque cum visione catena ipsius referata est. At ille mortem metuens, quam barbarus illi sæpè minabatur, si eum de fuga fortè reprehendisset: catena sibi pedes reuinciens, & seram quæ exilierat in compede requirens, iterum munire sibi serâ studuit vincula, non ausus euadere fuga. Nocte altera iterum visio memorata facta est captiuæ, quæ presbyterum ad eandem fugam roboraret, iterumque vincula ipsius resoluta sunt. Animatus ad id tunc tandem presbyter fugam petiit, & in palude quadam diebus aliquibus latens, vbi præterisse barbaros comperit, patriam tum demum repetiit.

Is nobis reulit quod viderit in eadem hac captiuitate quemdam Orbacensis cœnobij monachum nomine Hucbaldum, quem frequenter ethnici trucidare voluerunt, nec carnem eius incidere valuerunt: Deum ergo eum esse dicebant. Equidem (vt hic presbyter refert) nudum eum vidit in medio positum, & sagittis vndique appetitum, nec sum motenus saltem cute præcisâ vulneratum: resilliebant enim ab eius corpore, vt ab adamante, recisæ sagittæ, nec signum ictus vllum eius apparebat in cute. Sed & gladio cum omni conatu eum nudum se vidisse percuti dicit, ac nihilominus caro ipsius intemerata permansit.] hæc miranda satis Frodoardus de captiuis detentis ab Vngaris.

Eodem anno Aquisgrani conuentus generalis habetur Regni procerum & Episcoporum, in quo Otto in fine anni superioris à patre relictus Regni heres, nouis comitiis confirmatur, & ab Archiepiscopo Moguntino sacris ritibus vngitur. Hæc autem quomodo se

Annal. Eccl. Tom. 10.

N n n 3

habue.

I V.
AQVISGRA
NI VNGL
TVR OTTO
RXX.

^aVuitichindus habuerint, ita Vuitichindus eius temporis scriptor enarrat^a: Defuncto itaque patre Patriæ & Regum maximo optimo Henrico, omnis populus Francorum atque Saxonum, iam olim designatum Regem à patre filium eius Ottonem eligit sibi Principem. Vniuersalis electionis notantes locum, iusserunt esse ad Aquisgranum palatium. est autem locus ille proximus Iulo, à conditore Iulio Cæsare cognominato. Cumque illud ventum esset, Duces ac præfectorum principes, cum cetera principum militumque manu congregata in xysto basilicæ magni Caroli coherenti, collocauerunt nouum Ducem in folio iridem constructo, manus ei dantes ac fidem pollicentes, operamque suam contra omnes inimicos spondentes, more suo fecerunt eum Regem. Dum ea geruntur à Ducibus ac cetero magistratu, pontifex maximus (*ita auctor nominat præcipuum illorum Antistitum Archiepiscopum Moguntinum*) cum vniuerso sacerdotali ordine, & omni plebe infra in basilica præstolabatur processionem noui Regis.

V. Quo procedente, pontifex obuius læua sua dexteram tangit Regis, suaque dextera lituum gestans, *pastoralem videlicet baculum*, linea indutus stola, planetaque infulatus, progressusque in medium vsque fani, substitit. & reuersus ad populum qui circumstabat, (nam erant deambulatoria infra supraque in illa basilica in rotundum facta, quod ab omni populo cerni posset.) Eni, inquit, adduco vobis à Deo electum, & à domino rerum Henrico olim designatum, nunc verò à cunctis Principibus factum Regem Ottonem. Si vobis ista electio placet, dexteris in cælum eleuatis, significate. Ad hæc omnis populus dexteris in cælum leuans cum clamore valido imprecari sunt prospera nouo Duci. Proinde procedit pontifex cum Rege, tunica stricta more Francorum induto, ponè altare, super quod insignia regalia posita erant, gladius cum balteo, chlamys cum armillis, baculus cum scepro ac diademate. Eo quippe tempore erat summus pontifex nomine Hildebertus Franco genere, monachus professione, nutritus & doctus in Fulda monasterio, & ad id honoris merito progrediens, vt pater eiusdem loci constitueretur, deinde summi pontificatus Moguntiacæ sedis fastigium promeruisse. Hic erat vir miræ sanctitatis, & præter naturalem animi sapientiam, litterarum studiis satis clarus, qui inter cetera gratiarum dona, spiritum prophetiæ habuisse prædicatur. Et cum quæsiõ esset pontificum in consecrando Rege, Treuiris videlicet & Colonia Agrippinæ, illius quia antiquior sedes esset, & tamquam à beato Apostolo Petro fundata, istius verò, quia eius ad dioccesim pertinebat locus: & ob id sibi conuenire arbitrati sunt huius consecrationis honorem. Cessit tamen vterque eorum Hildeberti cunctis notæ almitati.

VI. Ipse autem accedens ad altare, & sumpto inde gladio cum balteo conuersus ad Regem: Accipe, inquit, hunc gladium, quo eiicias omnes Christi aduersarios, barbaros, & malos Christianos, auctoritate diuina tibi tradita omni potestate totius Imperij Francorum ad firmissimam pacem omnium Christianorum. Deinde sumptis armillis ac chlamyde, induit eum: His cornibus, inquit, humitenus demissis, monearis, quo zelo fidei feruere, & in pace tuenda perdurare vsque ad finem debeas. Exinde sumpto scepro, baculoque: His, inquit, monitus paterna castigatione subiectos corripas: primumque Dei ministris, viduis ac pupillis manus misericordiæ porrigas; numquamque de capite tuo oleum miserationis deficiat, vt in præfenti & in futuro sempiterno præmio coroneris, perfususque ilico oleo sancto, & coronatus diademate aureo ab ipsis pontificibus Hildeberto & Vuigfrido, ac omni legitima consecratione completa; ab iisdem pontificibus ducitur ad solium, ad quod per cochleas ascendebatur; & erat inter duas marmoreas miræ pulchritudinis columnas constructum, vnde ipse omnes videre, & ab omnibus videri posset. Diuina inde laude dicta, Sacrificioque solemniter celebrato, descendebat Rex ad palatium, & accedens ad mensam marmoream regio ornatam apparatu, resedit cum pontificibus & omni populo, Duces verò ministrabant.] hæcenus de sacra Ottonis Regis inauguratione tunc facta. Et quidem diuina per sacrum huiusmodi ministerium vnctionis perfusus gratia, barbaros ingruentes nullo fermè negotio superauit, & ciuilibus armis sepè circumseptus & obrutus victor semper euasit, vt pluribus docent eius temporis scriptores, qui res ab eo præclare gestas sunt prosecuti Vuitichindus & Luitprandus. Ab hoc igitur anno, quo in Regem vnctus est, coeptum est numerari tempus Regni eius, ita testante Rotgero^b monacho in Brunone.

^bRotg. in vit.
S. Brun. c. 6.

SEQVITVR annus Redemptoris nongentesimus trigemosoctauus, Indictione vndecima, quo die sexta mensis Augusti, ipso natali SS. Martyrum Iusti atque Pastoris Hispanis in primis solemniter, Ramirus Rex Legionensis in Hispania de Arabibus Cordubæ regnantibus, & Africam incolentibus, arma simul aduersus Christianos Hispanos communicantibus, votis nuncupatis, conciliato numine, Deo fauente, victoriam planè ingentem est cõsecutus, omnium scriptorum genere, etiam hostium, eam narrantium celebratam. Accidit enim, vt cum iterum copiarum Regis Abderragham tunc Cordubæ regnantis casus ab eodem Ramiro Rege fuissent: ira fremens ille maiorem quam vnquam antea aduersus eum expeditionem parandam curaret, vt acceptas vlcersi omnino posset iniurias. quamobrem præter eum quem ipse congregauit ex sibi subditis, ex Africa petitis militibus, collegit exercitum centum quinquaginta millium peditum, equitum verò quinquaginta millium. Sed cum longè numero esset impar exercitus Christianorum, vt cum tanta barbarorum multitudine congregi posset: pius Rex ad diuinum implorandum auxilium se conuertit, nuncupatisque diuinitati votis, aggressus est hostes, præuis (vt aliqui tradunt) duobus Angelis equestrum militum formam præferentibus, quorum ope est parata victoria, cæsis octoginta millibus hostium, ducto captiuo Rege Mauro nomine Abenain Cæsaraugusta regnante, ceteris in fugam conuersis & dispersis, ipsoque Rege Abderragham vix elapso, cum paucis profugo Cordubam reuertente. Scripserunt hæc Samyrus atque Tudenensis, & ipsi quoque Arabes suis ista Annalibus intexuere. Exactaque temporis multipliciter ratione deducta, id hoc ipso anno accidisse Ambrosius^a Morales egregiè posteris testatum reliquit. His feliciter actis, Deo debitæ persolutæ sunt gratiæ, vota que nuncupata impleta, prout eiusdem Regis diplomata fidem faciunt.

Porro his addunt nonnulli qui persecuti sunt res Hispaniæ, ipsum Arabum Regem Abderragham, hac accepta clade, vbi Cordubam reuersus est, magnam aduersus Christianos sibi subditos persecutionem excitasse, tuncque passum S. Victorem, necnon etiam Euphrosynam, pari decoratam corona martyrij.

Hoc eodem anno (vt ad res Vrbanas conuertamus orationem) accidit vt Odo Abbas Cluniacensis, qui ante biennium Romam à Leone Papa ad restituendam in monasterijs Vrbis collapsam regularem monasticam disciplinam vocatus fuerat: ad liberandam Vrbem ab Hugonis Regis obsidione per pacis remedium, iterum Romam veniret, & quas benè plantauerat plantas sanctæ monasticæ institutionis, sua præsentia atque monitione rigaret. Quæ autem tunc contigerint admiratione digna, hic describenda putauit. Qui tunc Romæ aderat eius discipulus, præfecturamque gerebat monasterij sancti Pauli Ioannes, in rebus ab eo præclare gestis a se conscriptis inter alia, quæ ad præsentem annum spectant, hæc habet:

Ante triennium nobis Romæ apud sanctum Paulum agentibus, Abbas Balduinus rogauit Odonem, vt vitam B. Martini Episcopi, quam Sulpitius in Galli & Posthumiani dialogo scribit, quibusdam scholiis illustraret. Paruit ilico vir sanctus, & accito fratre Othecario, operi manum admouit. Interim dum sunt in opera, pulsatur campana hora vespertina. Mox illi (vt habet regula) relictis illis quæ in manibus habebant, ad Ecclesiam properant, relicto codice aperto, in loco illo, vbi resederant. Erat autem tunc hiems. Eadem nocte tanta vis imbrium è cælo ruit, vt omnes monasterij officinæ implerentur.

Porro locus ille, in quo codex ab eis relictus erat, ita situs est, vt aqua quæ ex obliquo è vicinis tectis labitur instar torrentis in eum decidat. Mansit itaque apertus codex, fluxerunt aquæ illa nocte copiosissimæ: & quamuis codicis abluerent margines, scripturam ipsam attingere ausæ non fuere. Manè coram omnibus exhibitus est liber, stupebant fratres nihil esse læsum à pluuia. sed vir sanctus mira prudentia vsus: Quid miramini, inquit, fratres? Non dubiteris aquam non fuisse ausam attingere sancti Martini vitam. Dicebat autem id ore iucundo. Quidam autem tunc frater qui erat promptus ad loquendum, accepto codice: Intuemini, inquit, & videte, quam vetustus est hic liber, & à tineis exesus, & vsque adeo nec humefactus, vt planè squalidus videatur, & ecce Pater noster dicit, cum dudum lotum, nunc aquam attingere formidasse. Tunc verò venerandus

I.
VICTORIA
INGENS
ADVERSUS
ARABES IN
HISPANIA
REGNAN-
TES.

^aAmbrosius
Morales
egregiè
posteris
testatum
reliquit.
His feliciter
actis, Deo
debitæ
persolutæ
sunt gratiæ,
vota que
nuncupata
impleta,
prout eiusdem
Regis diplomata
fidem faciunt.

II.

III.

ODO ABBAS
CLUNIAC.
ITERUM RO-
MAM ADIT,
VT EAM HUGONIS
OBSIDIONE
LIBERET.

IV.

MIRACVLVM
DE CODICE.

V.

us Pater: Tace, inquit, nec sic loqui pergas: Non est enim difficile Martino simile, cuius laus apud omnes Gentes celebratur. Ita vir sanctus, quæ eius causa fecerat Dominus, in sancti Martini laudem retulit.] subiicit verò mox ista de miraculo valdè insigni sancti viri à Deo precibus impetrato.

V I. Per idem, inquit, tempus Albericus Princeps contulit nobis monasterium sancti Eliæ, cuius beatus Gregorius in Dialogo meminit. Cùm sit autem durum (vt idem B. Gregorius ait) in mente veteri noua meditari: monachos quos illic inuenimus, ab esu carniū retrahere non potuimus. Constituit autem ibidem Pater noster Præpositum vnum è fratribus nostris Theodoardum nomine. Is vt vidit se virtute & sanctitate ab eo vitio eos reuocare non posse: cœpit in finitimis regionibus pisces emere, vt vel sic eorum satisfaceret voluntati. Iam enim penitus defecerant equi, quos ei pater Odo reliquerat huc illucque discurrentes. Eam verò illorum improbitatem, suumque laborem Præpositus Patri nostro identidem significauit. Illo igitur Dominum deprecante, vallis cui monasterium præeminet, non ita procul, coniunctis inter se collibus, ita conclusa est, vt exiguo torrenti per eam mananti, aditus præcluderetur. Inde igitur paulatim magna aquarum collecta vis lacum effecit, vt nec deinceps opus fuit Præposito pisces emere, lacu illo eos suppeditante. Cui verò hoc tribuendum esset, quidam imperiti homines minimè aduertunt, eò quòd eius præces, quas eadem causa beatus Odo ad Dominum fuderat, auribus suis non percepissent. Non attendentes illud a Psalmographi: Desiderium pauperum exaudiuit Dominus, præparationem cordis illius audiuit auris tua. itemque b illud: Voluntatem timentium se faciet, & deprecationem eorum exaudiet.] In quo planè impletum illud quod est in promissionibus Domini, c vt qui habuerit fidem quantum granum sinapis, montes è loco moueat.

MIRACVLVM DE MOTV MONTIVM.

a Psal. 10. b Ibidem.

c Math. 17.

VII. Ita planè magnè Odo hoc deploratissimo sæculo à Deo electus, vt alter Ieremias, vt euellat & destruat, dissipet, plantet & ædificet, vocandus secundum illud d propheticum, ædificator sepium. nam cùm quamplurima monasteria obseruantia penitus monachalis expertia in diuersis prouinciis à diuersis accepisset Principibus, qui ea sibi vendicant, eadem ad custodiam regularis disciplinæ, non sine magno labore perduxit. Hinc factum est, vt Cluniacensè nomen per Cluniacensè Abbatis alumnos in diuersas prouincias dispersit, fuerit breui tempore mirificè propagatum. Qui hæc pluribus cupit, consulat Ioannem iam dictum peregrinationis ipsius aliquando comitem.

VIII. Hoc ipso anno Princeps Boëmæ Vuenceslaus vir sanctus à fratre suo Boleslao occiditur ambitione capiendi principatus seducto. In cuius vltionem Rex Otto bellum Boleslao indixit, & longa inter eos concertatio per annos quatuordecim perducta est. D relatus est autem ipse ab Ecclesia Romana inter Martyres die natali ipsius, quarto Kalendaras Octobris.

IX. Eodem anno, rebellantibus aduersus Ottónem Regem Henrico fratre, Eberardo Duce Francorum, atque Gisleberto Duce Lotharingæ, comparatoque validissimo exercitu, Ottone verò aduersus eos expeditionem parante: vt ostenderet Deus, non vinci hostes armis tantum, sed precibus, & præualere iustam causam omni apparatu validissimo, atque fidendum potius diuinæ quàm humanæ potentia: in transitu Rheni sic permisit Ottonis discidi copias, vt aliis ad ripam vltiorem transmissis, aliis in citiore remeantibus cum Ottone, necesse fuerit illis qui transmiserant amnem, ex improviso apparente ingenti exercitu hostium, cum illis conferre manus. Et quamuis paucissimi numero essent, eos tamen vicerunt atque fugarunt, incrementa parta victoria. Vt autem ista se habuerunt, e Vuitichindus Saxo describit, & f Luitprandus & g alij: Tunc Rex (inquit Luitprandus) denique suorum tantam constantiam non sine diuino instinctu considerans: quoniam fluuio intercedente, corporali præsentia suis subuenire non poterat, recordatus populi Domini, qui repugnantes sibi Amalechitas orationibus Moyfi serui Dei deuicerat, protinus de equo descendit, seq̃ue cum omni populo lacrymas fundens ante victoriferos clauos manibus Domini nostri IESV Christi affixos suæque lanceæ impositos, in orationem dedit. quantumque iusti viri (secundum iusti viri sententiam h Iacobi) tunc valeret oratio, res manifesta probauit. Eo namque orante, cùm ex suis nullus occumberet, hostes sunt in fugam conuersi, nonnullique eorum cur fugerent penitus ignorabant.] hæc Luitprandus.

g Vuitich. li. 2. f Luitpr. li. 4. cap. 11. g Sigebertus hoc anno.

h Iac. 5. OTTO REX PRECI BVIS AD DEVM SVPERAT HOSTES.

ANNO sequenti nongentesimo trigésimo nono, Indictione duodecima, Otto Rex in Alfatia circumdatus potentissimo exercitu aduersariorum, insperata potitur alia, Deo ministrante, victoria, de qua Vuitichindus & Luitprandus. Quod in primis ad tempus spectat, eam illo contigisse anno, quo Gislebertus Dux Lotharingæ infelix occubuit, Frodoardus est auctor. Sed quibus egregiè factis idem Otto ad tantam victoriam consequendam absque labore, in summo discrimine positus, aperuerit sibi viam, disces à Luitprando, dum ait: a Vnum autem, vnum, pater egregie, velim diligenter attendas (sic com- a Luitpr. li. 4. bellat Episcopum Liberitanum, ad quem historiam illam scribit) quod, cùm audieris plus b Ottonem animi passiones quàm hostes viciisse, miraberis: Huiusmodi vincere aduersarios, permittente Deo, nonnumquam & peccatores possunt; inconcussam animi tenere virtutem, prosperis scilicet non extolli, & aduersis non frangi, perfectorum solum modò est. Audi igitur in tanta hac fluctuante procella (cùm scilicet desereretur à suis) quo fidei supra petram, quæ Christus est, sit ardore fundatus.

Comes quidam tunc prædiues cum eo erat, cuius multitudo militum Regis aciem condecorabat. Hic itaque videns quamplurimos ex Regis acie desertores ac transfugas fieri, non interiorem sed exteriorem considerans hominem, tacitus hæc secum loqui cœpit: Quidquid à Rege in hac perturbatione constituto petiero, sine dubio impetrabo, præsertim cùm & acre bellum imminet, ac ne se deseram, timeat. Nuntius itaque directis, Regi supplicat, vt Abbatiam quamdam Lauresheim dictam, prædiis ditissimam, sibi concedat cum suis possessionibus, vt quod sibi deerat, militibus suis ministrare præualeat. Rex autem columbina non solum, sed vt erat viperina calliditate susstarcinatus, non hoc quid portenderet, minimè aduertere potuit: vnde & his nuntiis apologeticum dedit, dicens: Illi, quid super hac re sentiam, verbis potius explicabo quàm nuntiis. Quod qui eos direxerat audiens, immensa est affectus animi lætitia, sperans quod poposcerat impetrasse. Vnde & moræ impatiens Regem adiit, eumque sententiam super hac re promere postulauit. Cui Rex populo circumstante: Obedire, b inquit, magis oportet Deo, quàm hominibus. Quis enim sanum sapiens, ignorat, te hæc non humilitate petitionis, sed comminationis auctoritate dixisse? Scriptum est enim: c Nolite sanctum dare canibus. d Quod quamuis de Doctoribus spiritualiter intelligendum esse prædicetur: ego tamen satis me dare canibus sanctum censeo, si monasteriorum prædia, quæ à religiosis viris Deo sunt militantibus tradita, tulero, & sæculo militantibus dederò. Tibi verò tam procaciter iniusta petenti, sub testimonio totius populi, nec hoc nec aliud vniquam te à me accepturum esse testificor. si cordi tibi est cum ceteris infidelibus auolare; quanto citius, tanto melius. His auditis (quia facies speculum est mentis) cordis verecundiam vultus rubore nudauit, concitatusque Regis ad pedes corruens, se peccasse, se grauitè deliquisse, confessus est.] hæc de his ipse. Sed quomodo insperatam, Deo duce, de aduersariis sit victoriam consecutus, attende quid subiiciat:

Euerardus & Gislebertus, audito Regens in Alfatia esse, quoniam neminem qui eis resisteret, verebantur: permagno collecto exercitu, Rheni alueum ad Andernacum petranseunt, Regisque fideles circumquaque demoliri procedunt. Vdo sanè Hermann Ducis Sueuorum frater, necnon & Conradus cognomento Sapiens, quos superius diximus Regi esse fideles, ipsi in partibus erant. sed quia eorum copiarum copiis impariter extiterant, his occurrere trepidabant. Verùm iubente Deo, non locutionis, sed inspirationis modo, hos cum multis spoliis redeuntes ponè sequuntur. Cumque paululum processissent; quidam eis flens & euulans obuiam venit sacerdos. Qui rogatus ab eis, quò iret? cur fletet? Ab istis, inquit, prædonibus ego venio, qui paupertatis meæ arumnam, vno quod possidebam iumento ablato, dilatarunt. Quod cùm præfatus Vdo & Conradus audirent: An Gislebertum atque Euerardum viderit, examussum sunt sciscitati. Quo respondente; quoniam cum præda cunctis penè trans Rhenum missis, ipsi soli cum eorum electis militibus (quod nec benè vertat) capiunt cibum: tanta celeritate super eos irruunt, vt si videres, non eos currere, sed diceres transuolare. Quid plura? Euerardus gladiis occiditur, Gislebertus Rheni vndis submergitur, quas quoniam exuperare

a Luitpr. li. 4. cap. 15. 16. OTTONIS VIRTVS LAVDATA.

EGREGIVM FACTVM OTTONIS REGIS.

d Act. 5. Math. 7.

INSIGNIS OTTONIS VICTORIA IN REBELLES PRINCIPES

perare præ multitudinem non potuit, anima recedente defecit. Ceterorum verò nullus au- fugit, qui non aut viuis caperetur, aut gladio truncaretur. Vides igitur quemadmodum super Regem tribulantes Dominus manum miserit, quem in viis suis ambulante[m] cog- nouit.] hæc de victoria Luitprandus huius temporis scriptor, subiiciens his ingentes gra- tiarum actiones, quas Otto Deo retulit, vbi de victoria nuntium accepisset, cum ad Ec- clesiam tunc temporis Deo iustissimam causam suam commendaturus accederet. Sed & Henrico fratri rebellionis principi supplicibus votis veniam petenti benignus indulgit, immò & ducatu Burgundiæ ipsum donauit.

I V. DE GISLEBERTI D V CIS PIETA TE.

Extant apud Surium die 3. Octobris, tom. 5.

Quod ad Gislebertum Ducem Burgundiæ, eiusmodi factionis in Ottonem Regem vnum ex principibus spectat, qui fororè ipsius Ottonis filiam Henrici Regis duxerat vxo- rem, non prætereundum, eum dem ipsum, nisi regnandi cæca fuisset cupidine captus, inter sapientes piosq[ue] Principes fuisse annuerandum, vtpote qui fermè solus in Galliis, aliis B res omnes Ecclesiasticas dissipantibus, diuinum cultum propagare animo ardenti curarit. Ipse enim oraculo diuino commotus, nobile S. Gerardo, inuito licet, monasterium Bromiense contulit, vt monasticam illic collapsam restitueret disciplinam. Auctor a qui in rebus gestis S. Gerardi ista fusiùs est profecutus, de eodem Gisleberto ista subnectit: Verùm ne Gislebertus Dux sine laude à nobis abscedat, fuit ille erga sanctum Gislei lo- cum siue monasterium satis humanus & valde munificus, quadam prædia subtrahens militibus suis, quibus non pauca beneficij loco contulerat, eaq[ue] iure perpetuo possidenda tradens ibidem Christo militaturis. Vbi sanè vnum est quod moneo repetens, iterumq[ue] monebo. Tibi dico Vrsidonge Cellensis monacho, qui Ducis Gisleberti largissima stirpe victitas, ne sis aliquando immemor animæ eius, sed incomprehensam clementissimi Saluatoris benignitatem precibus importunis pulses, aurea perpetuæ vt contingat premia vi- tæ. Et ne fortè desperabundus obmurmures, quòd aduersus dominum suum Romanum Principem rebellarit: cogites eum durissima morte luisse pœnas, & Dominum I E S V M non bis vindicare in idipsum.] hæc ipse. Extant huius Gisleberti duo diplomata data Abbatibus diuersorum monasteriorum, sed alterum ex his, quod notatum habetur ano- sequenti, errore factum apparet, nam ad dictum annum non peruenit.

V.

Quod verò spectat ad S. Gerardum, de quo est mentio, eluxit hoc sæculo tenebroso ipse egregia sanctitate profapia nobilis ex Austrasiarum Ducibus ortus, qui solitariam primò vitam eligens ad restituendam collapsam penitus monasticam disciplinam à Deo vo- catus, vtiliter hoc est functus munere, adèd vt decem & octo monasteria ad regularem reuocarit obseruantiam, quibus ipse vigilantissimus cura pastorali præerat.

VI.

LEO PAPA MORITVR, STEPH. IX. SVBROGA TVR.

Eodem anno defuncto Leoni Papæ, cum sedisset annis tribus & sex mensibus, subro- gatur Stephanus Nonus, dictus Octauus, patria Germanus, quem idem, qui nuper no- minatus sanctus Gerardus Romanus adit, vt acciperet ab eo Apostolicas litteras pro munimine monasterij Bromiensis, quas & libenter impertitas accepit. hæc in ipsius Gerardi vita pluribus.

IESV CHRISTI STEPHANI IX. PAP. CONST. VIII. CVM ROM. IMP.

ANNVS ANNVS ANNVS 940. I. 29.

I. STEPHANVS PAP. ASCEN- DERATIS VLTIV DE- FORMATVS.

SE QV I TVR annus nongentesimus quadragesimus, Indictione decimatertia, quo Ste- phanus Papa natione Germanus, cum à Romanis, post habitis Cardinalibus, esset ele- ctus, opera Ottonis Regis tyrannorum in se odium concitauit, adèd vt à quibusdam sa- crilegis fuerit crebris ictibus facie deformatus. Albericus enim qui his temporibus (vt superius dictum est) Principatum in Vrbe gerebat, ratus non posse Vrbe se dominium retinere securum, si non gentilis suus, & ipi probè notus atque fidelis Pontifex Romæ federet, in eundem Stephanum se exhibuit parum æquum, ita sinens eum manibus impiorum lancinari. Ipse verò Stephanus Papa ita vultu vulneribus deturpatus, à publico abstinuit congressu hominum. licet reuerà nõ dedecori, sed ornamento sint quæque stig- mata propter iustitiam à satanæ ministris illata, & eò pulchriora, quò magis perspicua spectantibus fiunt. Hæc de Stephano à Romanis adèd malè habito vetus liber de Roma- nis Pontificibus, ex quo reliqui accepisse creduntur, scripta continet. Quòd verò Ger- manus

A manus natione electus Pontifex adèd malè habitus à Romanis fuerit: Ottonis Regis ex- citauit animum in eos vliscendi, agendiq[ue] vt eiusmodi vis tyrannica in promotione Pontificum auferretur. quamobrem factum est, vt immiscendi se ipse in electione Ro- manorum Pontificum, occasionem aliquam cœperit cogitare: quando autem id perfe- cerit, suo loco dicetur.

Hoc etiam anno defuncto Ethelstano Anglorum Rege, successit Edmundus, qui cum mox sanctum Dunstanum suum consiliarium elegisset, sed suasionem æmulorum ei cecidit: suo didicit periculo, quanti Principes facere debeant viros veritatis amatores, Deum- timentes. Rem gestam exactè narrat Osbertus in Dunstano verbis istis: Sublato ex hac vita Rege Ethelstano, successit ei in Regnum Edmundus frater eius. Hic post aliquot consecrationis suæ dies, missis nuntiis, rogat Dunstanum venire ad se: sciens quippe qua ratione, qua prudentia, qua omnis probi consilij gratia præditus fuerit, magnopere desi- derabat illum sibi proximum esse, cuius industria fultus tam se quàm Regnum sibi com- missum sub æquitatis virga faciliùs gubernaret. Dunstanus itaque Regi quasi præcullen- ti, secundum Apostoli præceptum, obediendum esse perpendens, Regem adit, & salua in omnibus reuerentia ordinis sui, eius imperio se subicit. Ipse suo consilio Regni negotia disponebat, ipse lites & contentiones, si quando oriebantur, destruebat; ipse pa- cem & concordiam inter omnes nutrebat. Nullus in qualibet causa vniquam de iniuria sibi illata conquestus est, si ad comprobandam iudicis sententiam Dunstanus mediator aut arbiter sederet. Rex ipse & princeps, quiq[ue] ita ei submissi erant, vt contra id quod ipse iuberet, ordinaret, nemo quidquam faceret. Magnus itaque habebatur à cunctis. Hæc omnium bonorum inuidus hostis attendens, & quo modo ea turbaret, sua arte perquirens, inuenit quosdam, quorum corda benè nouerat virum non sincerè diligere, sed ei specietenus sui amorem prætereundum. Hos ad dissipandum bona quæ non amabar, ardentèr contra virum inflammat, ac primò clam, postea palàm ad detractionem eius il- lorum ora relaxat. Quid dicam in tantam discordiam profecerunt verba malignan- tium, vt subuersa omni pace, Dunstanus non solùm pristino honore priuaretur, sed & curia depelleretur.

Quo factò, die tertia Rex in siluam venatum iuit; silua autem ipsa montem magnæ altitudinis occupat, qui mons in summitate sui interruptus, ingens præcipitium & hor- ridam abyssum offert. Cum ergo fugitantem ceruum hac illacq[ue] Rex insequeretur: ceruus ad præruptum montis hiatum perueniens introrsum ruit, ac in partes discissus in- terit. Insectantes canes par ruina inuoluit. Equus quem Rex sedebat, ruptis habenis ef- frænis effectus obstinato cursu Regem post bestiam portans ad vltimã fortem Regi præ- ceptis barathrum patens intentat. Ille trepidat & angustiat. Occurrit interim animo ini- uria Dunstano illata, ingemuit, & se quàm citissimè illam multiplici commendatione correcturum (solummodò imminentem sibi mortem eius meritis ad horam auertat Deus) celeri mentis sponcione Deo promittit. Cuius cordis præparationem auris Dei è vestigio audiens, illius misertus est. Equus namque ilicò substitit, & Regem à periculo mortis liberatum valde gratiosum Deo reddit. Inde ad hospitium Rex reuersus, aduna- tis Principibus suis, rei quæ acciderat ordinem pandit, & Dunstanum cum honore & re- uerentia adduci præcepit. Actaq[ue] coram eo penitentia pro iniuriis, quas ei intulerat, veniam ab eo cum humilitate postulat. Qua potitus, fidum se amicum viro deinceps omni tempore futurum, nec vltius cuiusquam maledicis verbis de eo crediturum pol- licitus est, &c.] Subdit his de accepto dono Regis loco ædificandi monasterium, deq[ue] eius erectione, quod Glasouia nuncupatur.

Eodem anno nobile Agaunense monasterium S. Mauritij à Sarracenis inflammat. De quorum grassationibus in peregrinos Romam petentes, & occupatione eius monaste- rij, Frodoardus meminit. Verum quæ post conflagrationem eiusdem monasterij accide- rint, in rebus gestis S. Vdalrici Augustani Episcopi ab auctore eius temporis scriptis hæc leguntur: c Regionem quoque Burgundionum tempore alio adit, & ad Agaunensium locum, vbi S. Mauritius cum suis sequacibus propter nomen Domini martyrium sum- pfit, magnæ humilitatis studio visitauit: quia antea à Rege Burgundionum promissio- nem accepit, vt vnum de sanctis Martyribus ex eius datione & adiutorio inde ad Augu- stam referre mereretur. Et cum illuc die, Sabbati perueniret, monasterium nouiter ex- ultum à Sarracenis inuenit, & nullum de habitatoribus ibi conspexit, nisi vnum ædis ædilem,

Osbert. in vit. Dunsta- ni cap. 13. 14 apud Sur die 19. Maij, to- mo 3.

I. Pet. 2.

III. REX IN IM- MENSVM PERICVLVM ADDUCTVS.

EDMUNDI REGIS AN- GLIÆ ER- GA DVNSTA NVM OFFI- CIA.

IV. CONFIA- GRATVM MONASTE- RIVM AGAV NENSE.

Vit. S. Vdal. à Marco Vel- sero edita, cap. 15.

adilem, combustum monasterium custodientem. Cumq; ille totam noctem in Dei laudibus ibi permaneret, & manè cum radius solis primùm latitudini terrę lucem diffunderet, Missam de sancta Trinitate celebravit. Qua expleta, cum alteram statim venerationi diei Dominicę congruentem celebrare cœpisset, duodecim clerici cum multitudine populi aduenientes, ministerij sui celebrationem audientes persisterunt. Quo peracto, sanctus Episcopus eosdem fratres salutavit, & muneribus honoravit: & ob quam rem illuc deueniret, notum fecit. Qui hilaritatis eius dulcedinem & sanctitatis religionem persentientes, ne delectabili desiderio priuatus abiret, aperta collocationis Sanctorum spelunca in scopulo excisa, plurima parte sanctarum reliquiarum donatum lætificauerunt.

V. CUM verò optabili licentia clericorum & amantissima dimissione populi inde rediret, Constantiam ciuitatem causa orationis visitauit, & inde ad Augiam insulam venit, & ab Aleuico Abbate charitatiuè susceptus, & omnimodis commodis benè procuratus est. B cumq; amabili colloquio inter se sermocinarentur: omnia quę ei in itinere acciderunt, nota fecit. Beneuolentia autem Abbatis, cum audiret eum pro amore sanctarum reliquiarum exire, desiderio eius satisfaciens, non modicam partem de corpore S. Mauritij, & de aliorum multorum sanctorum reliquijs, ei donans lætum abire permisit. Augustæ verò ciuitati cum appropinquaret, præmissis nuntijs demandauit, vt ad optimum donum sanctarum reliquiarum, quod secum attulerat, honorificè clerici cum populo & cum Crucibus & incenso pigmentorum, aquaq; benedicta occurrerent, & suscipiendo gloriosè, cum laudibus & melodijs congruis perducerent honorificè cum illo in Ecclesiam in honore sanctę Dei Genitricis Marię consecratam. Illuc cum perductum esset, ab Episcopo cautè collocatum est in arcam auro & argento coopertam, ad laudem Dei omnipotentis, & in auxilium populi aduenientis in nomine Domini nostri IESV Christi, cui est honor & gloria per infinita sæcula sæculorum, Amen.] hucusque tum viuens, & forsan etiam iisdem præfens auctor.

VII. QUOD verò audisti celebrasse sanctum duas Missas eodem manè in Ecclesia monasterij Agaunensis, accipe quę idem auctor de ipso ait superius capite tertio: Missas autem tres vel duas, aut vnam, secundum spatium temporis cantare quotidie non desit, si infirmitas corporis, aut aliquod studium bonum ei non subtrahit.] Vbi apponit ista nobilis Scholiastes Velferus: Liberum olim erat sacerdotibus, quot vellent vna die Missas celebrare, quod ex Vualafrido colligas capite vigesimoprimo, & fortassis ex S. Leonis Papę epistola septuagesimanona ad Dioscorum, capite secundo. Concilium verò Salegustadiense, cui Bruno Augustanus interfuit, anno millesimo septuagesimotertio, constituit capite quinto, ne quis trium Missarum numerum excederet. Alexander verò Pontifex, qui D obiit anno millesimo septuagesimotertio, ad vnam reuocauit.

VII. Hoc pariter anno apud Narbonam in oppido cui nomen, Fons coopertus, Concilium celebratum est, in quo controuersia agitata reperitur de finibus dioceseos inter Episcopum Vrgellitanum & Pallariensem, decretumque vt Pallaria vrbs sacra peteret ab Vrgellitano Episcopo. Quę præterea in eo Concilio decreta fuerint, ignorantur.

IESV CHRISTI STEPHANI IX. PAP. CONST. VIII. CVM ROM. IMP.

ANNVS ANNVS ANNVS 941. 2. 30.

I. ANNVS Redemptoris nongentesimus quadragesimus primus, Indictione decima quarta sequitur, quo (vt auctor est Frodoardus) apud Sueffiones Synodus habetur in causa altercationis inter duos, qui se Archiepiscopum Rhemensem esse profiteretur, Hugonem videlicet, qui puer (vt dictum est) in gratiam patris eius electus fuerat, & Artaldum, qui eo pulso, in eam sedem ex monacho fuerat coopertus. In qua Synodo idem iussus est cessare Artaldus, eò quòd iurasset, se numquam in eum Archiepiscopatum intromissurum: Hugoq; receptus, eò quòd Clero populoque petente vocatus esset, factum est, vt ordinaretur Episcopus. qui vt sedem recepit, ab exilio eundem reuocauit Frodoardum, qui anno superiori cum peregrinaretur ad sepulchrum S. Martini, tentus fuit ab Heriberto Comite Hugonis patre, atque mensibus quinque detentus. His peractis, qui Sueffione conuenerunt Episcopi, Rhemos profecti in Ecclesia

SYNODVS SVESIIONENSIS. c Frodoard. in Chron. hoc anno. c. hist. Rhem. lib. 4. cap. 27.

A clesia sancti Remigij consecrant Hugonem eius ciuitatis Archiepiscopum, cui anno sequenti (vt suo loco dicitur) à Stephano Romano Pontifice missum est pallium, à Rheimensibus publica legatione petium.

Quo item anno Fridericus Archiepiscopus Moguntinus iterum postulatus iudicio defectiois atque coniurationis iniurę hoc ipso anno ab Henrico Ortonis fratre, & alijs Principibus, in quos ipse Otto animaduertit: purgavit se publica testificatione per corporis & sanguinis Christi perceptionem. hæc apud Reginonē hoc anno. Addit his a Vuitich. lib. 2. prope finem. IN MONACHOS PERSECUTIO PERFRIDERICVM

B Quo factum est, vt plures proprię infirmitatis conscij, deposito habitu, & relictis monasterijs, graue onus sacerdotum deuitarent. Fuerunt autem quidam qui summum pontificem Fridericum hoc non purè sed fictè fecisse arbitrati sunt, quatenus venerabilem virum & Regi fidelem Abbatem Fuldensē Hadumarum, quoquo modo posset, dehonestaret: ipse enim erat magnę prudentiæ & industriæ: sub cuius temporibus templum famosum Fuldense igne consumptum est, & ab eo restauratum, & multo maiore decore perfectum. Hic pontificem Fridericum sub custodia tenuit secunda coniuratione culpabilem, primùm honorificè, sed cum litteras ab eo scriptas deprehendisset, satis seuerè. Pontifex verò dimissus, dum vltionem quærir, & contra tantum virum leges non preualerent, humillima monasteria auctoritate tentauit, vt ad excellentissima aqualiter procederet. sed huiuscemodi simulationes incassum profusæ: nam Abbas in gratia & amicitia Regis permanfit, & causis interuenientibus pontifex quod cogitauit, non impleuit.] hæc Vuitichindus.

C Quod ad res Italię spectat, nihil præterea quod prodamus inuenimus, nisi diploma priuilegij concessi ab Hugone & Lothario filio Italię Regibus monasterio sancti Vincentij fontes ad Vulturni posito, quod recitat Ioannes eiusdem monasterij monachus in suo Chronico, quod ab exordio mundi vsque ad tempus Paschalis Papę Secundi perduxit, ex quibus antiquitatis monumentis certa quę in eis tempora consignantur, suscepto conducunt instituto. Est eius exordium: Si feruore charitatis accensū de statu & restauratione Ecclesiarum Dei diligenti cura & indagatione tractamus: Regnum nostrum stabilire, ac feliciter nos regnare cum Christo, nequaquam ambigimus, &c.]

D collata confirmat priuilegia eidem à Desiderio Rege Longobardorum, & Galliarum Imperatoribus Carolo, Ludouico, atque Lothario. in fine autem tempus eius consignatum ita habetur: Giseprandus Camerarius ad vicem Bosonis Episcopi Archicancellarij recognouit. Data xiiii. Kal. Augusti, anno Incarnationis nongentesimo quadragesimoprimo; Regni verò domini Hugonis decimo quinto, Lotharij verò decimo, Indictione decima quarta, in Campania iuxta oppidum Romanicę feliciter.]

Quod ad res pertinet Orientales, hac decima quarta Indictione, Iunio mense, tradit Ciropalates, Russorum classem ad Imperatorem superatam esse, ac penitus profligatam, ita vlciscente numine aduersus eos, qui Christianis immensa intulerant mala: nam de his Ciropalates: Quę verò isti mala perpetrarint, antequam debellarentur, ea superant omnem tragediam. Nam ex his quos ceperant alios in crucem egere, alios clavis in terram affixere, alios quasi scopos propositos sagittis petiere. Qui verò ex captis sacerdotij dignitate præstabant, horum capita acutis clavis traiecere. Sacra quoque templam non pauca combussere.] hæc ipse.

Porro huius gloriose victorię meminit etiam Luitprandus, hosque quos Græci Russos vocant, ipse Northmannos appellat, cuius pariter ratione omnes populi Boreales essent appellandi Northmanni. nam (vt ait) Nord, Aquilo, man, vir dicitur: ita vt Northman, idem quod Aquilonaris sonet. Horum autem Ducem seu Regem Inger nominatum tradit.

II. a Vuitich. lib. 2. prope finem. IN MONACHOS PERSECUTIO PERFRIDERICVM EPISC. MOGUNT. b Matth. 13.

III. IV. RVSSORVM CLASSIS SUPERATA A GRAECIS.

v. c Luitp. lib. 5. cap. 6.

I. DAMASVS LEGATVS A STEPHANO PAP. MIS- SVS.

SEQVITVR annus Redemptoris nongentesimus quadragesimus secundus, Indictio- ne decima quinta, quo Francorum proceribus aduersus Ludouicum Regem rebel- lantibus, & recipere eum detrectantibus, Legatus Stephani Papæ (inquit Frodoardus) nomine Damasus Episcopus Romæ ob hanc legationem peragendam ordinatus in Franciam venit, afferens litteras Apostolicæ Sedis ad Principes Regni, cunctosque Fran- ciæ vel Burgundiæ habitatores, vt recipiant Regem suum Ludouicum; quod si negle- xerint, & eum amplius hostili gladio persecuti fuerint, excommunicationis depromens interminationem. Pro qua re colloquentes Episcopi Rhemensis diœceseos cum Heri- berto Comite, deprecati sunt eum, vt intercederet apud Hugonem Principem pro re- ceptione Regis.] & paulò post: Legati Rhemensis Ecclesiæ Roma regr. ssi pallium deferunt Hugoni Episcopo ab Stephano Papa transmissum. Cum quibus pariter lega- tio venit principibus Regni, vt Ludouicum Regem recipiant, & sic Legatos suos Ro- mam dirigant. Quod si vsque ad Natiuitatem Domini facere non procurarint, excom- municandos tunc fore se nouerint.] hætenus de his Frodoardus. qui & paruissè Princi- pes Romano Pontifici docet, vt planè, tunc maximè quanti fecerint Principes Romani Pontificis auctoritatem, omnibus innotuerit. Sic igitur Ottone etiam Germaniæ Rege Ludouico studente, diu ingenti pace idem Ludouicus regnans potitus est.

II. IVGE BEL- LVM INTER HUGONEM ET ALBERTI CVM. Luitp. lib. 5. cap. 1. in fine.

Qui verò extra prouincias Italiæ trans montes ad conciliandos Principes Stephanus Papa mittit legationem, Romæ frustra laborat, vt Italiæ Regem Hugonem & Alberi- cum Romanum Principem, iterùm fracta pace, bello recrudescente, Hugone Romanos iugi bello hostiliter impetente, inter se scedere sancto conciliet atque mutua concordia iungat. De Hugonis namque Regis conatibus hæc habes in a Luitprando: Ea tem- pestate Hugone Rege turpiter expulso, Albericus (vt præfati sumus) Romanæ ciuitatis monarchiam obtinebat, quem Rex Hugo quotannis grauius opprimebat, gladio & igne, quæ poterat, vniuersa consumens, aded vt ciuitates præter Romam, in qua ipse con- federat, omnes auferret. sed & ipsam sine dubio, tum depopulando, tum ciues mune- ribus corrupendo conquisiuisset, nisi occulta & iusta Dei sententia illi prohibiuisset.] hæc Luitprandus.

III. ODO CLV- NIACENSIS ITERVM ROMAM CAUSA PA- CIS VENIT.

Porro sanctus Odo Cluniacensis Abbas, qui ante annos sex eadem ex causa, vt Hu- gonem & Albericum pacis vinculo iungeret, à Leone Papâ vocatus fuerat, eisdemque muro nuptiarum foedere colligarat: ad idipsum opus exhibendum Romam iterùm à Stephano Romano Pontifice reuocatur. De quo pauca tantùm hæc Frodoardus hoc anno: Dominus Odo Abbas pro pace agenda inter Hugonem Regem Italiæ & Albericum Romanum Patricium apud eundem Regem laborabat.] hæc ipse. Porro ipsum S. Odonem & Romam venisse, & illuc ad vltimum ferè spiritum ægrotasse, qui res ab eo gestas fideliter profecutus est Ioannes eius discipulus monasterij sancti Pauli Abbas, com- mesque peregrinationis ipsius fideliter narrat his verbis: b

Extrat apud Sur. die 18. Nou. rom. 6.

IV. ODO LABO- RAT IN- FIRMITATE CORPORIS.

Postquam autem aduentauit tempus illud, quo erat ad æternam perducendus re- quiem, & pro rectè factis suis mercedem recepturus, Romæ manentem acuta eaque per- petua corripit febris. membra dolore franguntur, frigidus ignis ipsas cum carnibus me- dullas absomit, diuersaque perpeffionum genera in vno eodemque homine aded cum- mulantur, vt magno essent argumento, eum iam iamque à Domino accitum iri. Et vir ille sanctus sic se affectum sentiens, toto pectore nihil cupit aliud, quàm dissolui, & esse cum Christo, Apostolum e imitans. Percurrerat iam sanctorum laborum certamen, & totius virtutis cursum egregium compleuerat, vt non immeritò consideraret, diuinæ benignitatis gratia, in cælis repositam sibi esse iustitiæ coronam. Sed cum interim de sua vocatione hæreret, cupidus admodum fuit Martini sui orationis gratia prius inuisendi, & ei extremum spiritum cum corporis fauilla commendandi. Ab ipsis enim incunabu- lis eximium quemdam erga illum amorem conceperat. Nec defuit piis votis beati viri diuina clementia.

Philipp. 1.

V.

Sequenti nocte vidit virum quemdam præstanti forma, auditque in visione eum ta- lia sibi dicentem: Iam quidem, ô sancta & Deo dilecta anima, inlat tempus vocationis & disso-

A & dissolutionis tuæ, sed Martinus retinet te precibus suis, vtque possis redire in pa- triam, vires subministrat. Cum autem eò perueneris, mox tibi vita pro morte, & bea- ta electorum societas pro laboribus tuis à Christo donabitur. Visionem illam non du- biam efficiunt signa mox sequentia: ægritudo corporis mox fit remissior, salus accel- erata redit.

Dat igitur se itineri quàm molesto, corpusque præ etate graue & præmortuum negli- gens duos exantlat labores pro beatissimi Martini amore, tanto iam in spiritali obse- quio deuotior, quanto de præmio securior. tandem post multas itineris difficultates ve- nit Turones, imminente iam beati Martini celebritate. Gemina tunc vrbi illi impor- tata lætitia, tum ex annua beati Martini solemnitate, tum ex domni optata Odonis Pa- tris præsentia cunctis gratissima. In ea autem celebritate beatus Odo quàm pius & de- uotus fuerit, quas preces beato Martino lacrymis permixtas obtulit, quæ contriti cordis sacrificia, tamquam hostia viuens in salutari illa ara immolauit, nos ob virium tenuita- tem pro dignitate explicare non valemus. De sua enim vocatione sollicitus, animo erat ad Deum suspenso, & labentium rerum immemor puro mentis intuitu sola cælestia contemplabatur. Atque eum in modum totam illam diem transigens, cum videret se differri ab expectata corpore migratione, angi animo cœpit. Ecce autem quarto inde die febris redit, tum verò ille tamquam voti compos de Dei misericordia fit securus, & quamuis corporis deficerent vires,

Sed mens læta Deum cernit, suspirat, anhelat: Vltima vox resonat: Tu Christe parce redemptis. Martinum ingeminat, Martinum suscipit, orat.

C Porro monachos vndique aduolantes, & acerbissimè suam desolationem deploran- tes sermonibus instruit, precibus Deo commendat, impertit benedictionem, iisque non sine lacrymis vltimum vale dicit. Decimo quarto Kalendas Decembris, in quem diem etiam incidit octaua Martinianæ celebritatis, cum sacrosancta Eucharistia prius se com- municasset, beatus ille spiritus corruptilibus carnis vinculis absolutus, liber abit ad su- peros, & beatissimo Martino duce, ereditorum sibi talentorum fructum multiplicem fideliter repræsentat, atque illic præmia amplissima recipiens; Sanctorum cœtibus ad- mixtus, beatæ immortalitatis splendet candore, præstante Domino nostro IESV Chri- sto, qui viuut & regnat in sæcula sæculorum, Amen.] hæc Ioannes.

Porro hoc quidem anno eius ad Deum migrationem contigisse, idem qui supra testa- tur Frodoardus, qui de ipso in fine anni huius hæc ait: Dominus Odo venerabilis Abbas multorum restaurator monasteriorum, sanctæque regulæ reparator, Turonis obiit, & sepultus est apud sanctum Iulianum.] hæc ipse, quæ habebat præ oculis. Ex quo erroris re- darguas Sigebertum, qui eundem Odonem decessisse ponit ante annos quinq; nemp- e nongentesimo trigesimo septimo Redemptoris. Successit autem ipsi in monastica præ- fectura Adamarus, quem beatæ simplicitatis & innocentia filium nominat Odilo in vita a sancti Maioli, quem in monasterio successorem aluit in Christo, commendatus ab eodem patientiæ nomine, quod oculorum luminis priuationem mira patientia to- lerasset.

Porro quod ad restitutionem pertinet monasticæ disciplinæ; non ipse Odo tantùm Abbas Cluniacensis ad hæc præstantia hoc tempore laborauit, sed incumbit in opus Adelbero Metensis Episcopus, de quo ista Sigebertus Gemblacensis in vita quam edidit S. Guiberti Confessoris: Ad hæc, inquit, inter primos à Deo missus est Adelbero primus huius nominis Metensis Episcopus, qui nobilium Christianissimus, & Christianorum nobilissimus (erat enim frater Friderici Ducis) in hoc primum regiminis sui dedit exer- citium, vt sæculari potentia & Episcopali censura exturbaret à sua diœcesi irreligiosa- tis vitium. Huius bonæ intentionis oculum intendens primùm super monasticam di- sciplinam, elaborat eam ad Apostolicæ vitæ redigere normam; & incipiens à Gor- zia, quæ ceteris monasteriis erat præstantior in sua parochia, vbi institutæ religionis vix ipsa apparebant vestigia, non prius destitit, quàm monasticæ vitæ professores a sæ- culi vanitate retractos rectæ viæ reddidit, & ante omnia radicem malorum, & malam monachorum nouercam, scilicet proprietatum concupiscentiam mucrone pastorali extinxit, & qui in sæculi compitis patebant luporum moribus, Dominico ouili inclust. Collaborabat sibi ad hoc opus Abbas Agenoldus, restaurandæ religionis adiutor oppor- tunus.

unus. Itaque extirpatis nociuis radicibus de Dominici horri areola, Adalberone Episcopo plantante, Agenoldo rigante, Deo autem incrementum dante, crescebant subito virtutum plantaria. Quicumque ergo abrenuntiantes saeculo suave iugum Christi tollere volebant: quam mites & humiles corde exemplo Christi esse deberent, hic ad discabant. Quicumque ex militari habitu in timore Domini fortitudinem suam mutabant; hic quasi in campo diuini tyronicij experimentum sui capiebant. Quicumque ex clericali forte ad altiorem humilitatis gradum optabant ascendere: hic cum a Jacob non in somnis, sed reuera scalam caelos attingentem merebantur videre, per quam Angelos ascendentes & descendentes possent videre. Cum ergo hic tantus religionis feruor tam longè & tam late caloris sui diffunderet flammam: huc ad disciplinam Domini omnis confluebat nobilitas, omnis dignitas, omnis sine personarum discretionem professio concurreret & aras. Nec quisquam vel initium conuersionis se credebatur arripuisse, cui non contingeret Gorziensi regulæ initiatum esse, &c.] pergit dicere de conuersione & professione monastica cum vitæ sanctitate sancti Guiberti illuc ex nobili militia fugientis, de quo inferius latius dicturi sumus.

X. Hoc anno mense Aprilis datum habetur priuilegium à Constantinopolitanis Imperatoribus, Romano, Constantino, & aliis Romani filijs, monasterio sancti Vincentij ad fontes Vulturini, quod in suo Chronico vnà cum aliis monumentis ad idem spectantibus Ioannes monachus earum rerum scriptor intexuit. Flagrantia in Italia bella ciuilia effecerunt, vt Constantinopolitani Imperatores potirentur Calabria, Apulia, atque ea Campaniæ parte, quam Vulturinus alluit, posita antea sub ditione Ducum Longobardorum Beneuenti & Capuæ. Priuilegium autem ipsum ex Græco malè translatum vti descriptum caractere Longobardo inuenimus, ita reddimus, sicut se habet:

XI. In nomine Patris & Filij & Spiritus sancti. Romanus & Constantinus, Christophorus & Stephanus & Constantinus Christi amicissimi & fidelissimi in Domino benigni Imperatores disposuimus istud præsens nostrum benignum sigillum.

DIPLOMA ORIENTALIUM IMP.

Nostri Imperialis magnifica prouidentia non solum sacerdotibus actibus decet concedere iuuamen, sed & his qui monasticam vitam eligunt, opportunum illorum iuuamen amplificat, vt in omnibus reuerentia prouidæ nostræ virtutis ostendatur. Ergo & in ipsa venerabili mansione beati Vincentij, quæ adiacet in ipsa amica Christi in nostro Themate existente Longobardia, cum his quæ sub ea sunt monasterijs, & omnibus rebus eorum sigillum excusationis illud, quod & Deo nostro charum Imperium nostrum concedere præcepit, vt excusentur ipsa prædicta monasteria & hereditates eorum ab omni tentatione & angaria publica, & ab ipsis Patricijs & Strategijs Græcorum, & ab Imperialibus qui in Tassidijs diriguntur, ab Imperio nostro, & à Trinarchis, Drungariis & Comitibus Thematum, & à iudicibus, & vsque à quocumque homine, cui creditur seruitium publicum Imperij nostri. Insuper ab ipsis Longobardis Patricijs, & Castaldais, vel ab omni homine Græco & Longobardo, cui creditur seruitium publicum, & tantum attendere ministerio ipsius Mansionis, & ipsis quæ sub ea sunt monasterijs & rebus eorum, vt orent pro Imperio nostro.

XII. Sancimus verò licere, & potestatem tribuimus ipsius mansionis Abbati per præsens nostrum benignum Chrysobolum & sigillum, vt ea quæ ablata sunt loca eius & monasteriorum, & eorum res à diuersis faciebus potentissimis, ista exquirere, cum iusta ratione eripere & habere sub sua potestate, & à nemine contra fieri, neque à Græco, neque à Longobardo iudice: sed vt dictum est, perquirere ista, & cum iusta ratione recolligere, & habere sub sua dominatione. Præcipimus verò & istud, vt habeant licentiam, & non contra fiat à quolibet, vt ascendere Abbas aut transmittere hominem suum ad Imperium nostrum secundum petitionem suam, sustinens, qui præsumpserit contrarium in his quæ sunt præcepta à nobis, aliquid operari, atque ex nostra increpatione adueniet ei periculum. Sufficiens omnibus ostensio tantummodò istius præsentis nostri benigni sigilli facti secunda Aprilis mensis quintadecima Indictione. In quo & illud à Deo coronatum Imperium nostrum per cinnabrim consuetam Imperialis magnificentiae subscriptionem propria manu composuit, & aurea bulla signari præcepit.] hucusque diploma Imperatorum.

REDEMPTORIS annus nongentesimus quadragesimus tertius, Indictione prima, ordine sequitur, quo Stephanus Papa, vbi sedisset annos tres, menses quatuor, & dies quinque (vt habet vetus codex Vaticanus de Romanis Pontificibus) ex hac vita migravit: quoto autem mense vel die non dicit, sed tantum in locum ipsius fuisse subrogatum. Secundum huius nominis Marinum, quem alij Martinum nominant, natione Romanum, qui omnis infanabilibus tumultibus bellicis, totum se tradidit ad componendam Ecclesiam, tam in cleri, quam in monachorum reformatione, & in basilicarum restauratione, & cura pauperum. Litteris verò egit vt inter Christianos Principes mutuo decertantes pax componeretur. hunc iam olim fuisse dono prophetiæ imbutum, res gestæ Vdalrici Episcopi Augustani declarant, de quibus nos suo loco superius egimus.

Eodem quoque anno defuncto Heriberto Francorum Comite, rursus per Arraldum de Archiepiscopatu Rhemenfi negotium faceffitur Hugoni eius filio, de quo anno superiori. Quomodo autem non nisi sub Agapito Papa eiusmodi controuersiæ habita Synodo definiti valuerunt, suo loco pluribus ex Actis synodalibus dicturi sumus.

SEQUITUR annus Redemptoris nongentesimus quadragesimus quartus, Indictione secunda, quo post celebratam Constantinopoli Synodum, in qua dolose depositus est Tryphon Patriarcha Constantinopolitanus, in locum eius substitutus est Theophylactus filius Imperatoris. Quomodo autem ista se habuerint, ita Curopalates narrat: Exacto autem definito tempore, quod Tryphon Patriarcha definerat, nolebat vt pollicitus fuerat, de sede decedere, sed iudicium quærebat & crimina sibi obici, quibus ab Ecclesia merito pelleretur. Et cum Imperator hac in re quid consilij caperet, ignoraret: Casarius Theophanes, quem Charrinum etiam appellabant, eloquens vir tristem cernens Imperatorem, neque illusionem, neque dolum Tryphonis æquo animo ferentem, pollicitus est ipsi incepta ad exitum perduciturum. Imperator autem cum approbasset illius pollicitationem, dolo aggreditur Patriarcham, & ad ipsum accedens, dixit: Multum, ô domine, contra te conatur Imperator, & causas inquirat, quibus te de sede merito detrahere possit, sed cum multum labore, non tamen inuenit. quomodo enim in fonti culpa adscribi aliqua poterit? Verum vnã causam afferunt, qui tibi detrahere student, aiunt te litteras prorsus ignorare. Si igitur hanc remouere possimus, lupus inhians videbuntur ij, qui contra te machinantur. Si quid igitur mihi aulesces, tota Synodo præsentem, in charta non scripta scriptum tuum nomen & sacerdotij dignitatem mittito Imperatori, vt certior de hac re factus, de spe decidat, desistatque contra te aliquid moliri.

Visum est illi vtile consilium: Statim igitur cunctam Synodum alloquitur Patriarcha: Qui me de sede iniuria detrahere cupiunt, ô sacri ministerij collegæ, multis admotis machinis, vt probabili causa inuenta, me expellerent, non inuenere. Ad extremum hoc mihi obiciunt: expertem me litterarum esse aiunt. Nunc igitur coram omnibus vobis has litteras inscribo, vt videntes, ac certiores facti calumniatores, desinant iniuria mihi negotium faceffere. Dixit, & sumpta charta non scripta, coram omnibus ita scripsit: Tryphon miseratione diuina Archiepiscopus Constantinopolis nouæ Romæ & Oecumenicus Patriarcha. Et scripta per protothronum mittit Imperatori. Quibus ille acceptis, & alia in non scripta charta desuper contenta, causam cur se abdicaret, scripsit, videlicet indignum se throno cuiusque volenti cedere. Et hac excusatione ad Synodum allata, ab Ecclesia Tryphon remouetur, multum conquerens de fraude, & protothronum grauius accusans: anno verò post & mensibus quinque (tantum enim temporis requirebatur ad perfectam Theophylacti ætatem, qua Princeps sacerdotum deligeretur) Februarij mense, Indictione secunda creatur Patriarcha Theophylactus Imperatoris filius.] hæc Curopalates.

III. FILIA HVG. REGIS IVNCTA FILIO CONSTANT.

Luitp. lib. 5. cap. 5. in idem lib. 5. cap. 9.

SARRACENI FRAXINETI RECIPIUNTUR IN FOEDVS AB HVGONE. in idem lib. 5. cap. 7.

4. Reg. 13. 2. Par. 16.

V. IMAGO CHRISTI EDESSA CONSTANTINOPOLEIM TRANSLATA. Extrat apud Metaph. die 16. Augusti.

VI.

DE SACRAE IMAGINIS TRANSLATIONE ORATIO CONST. IMP.

Eodem quoque anno, dicta q; Indictione secunda, idem auctor tradit, missam fuisse legationem à Constantino Imp. Leonis filio ad Hugonem Italiae regem, vt filio suo Romano eius filiam Bertam nomine iungeret matrimonio, quod & factum, intercurrente pariter ab ipso Rege Hugone ad eundem Imp. legatione, pro mittenda classe aduersus Sarracenos. Qui functus est legatione Imperatoris, fuit (vt ait Curopalates) Paschalis Protospatharius Dux Longobardus. ab Hugone autem suum vitricum fuisse missum, Luitprandus affirmat. Misit igitur Bertam filiam suam ex concubina genitam Constantinopolim per Sigefredum Parmensem Episcopum iungendam Romano filio Constantini Porphyrogeniti, Bertam autem ipsam Græco mutato nomine Eudoxiam vocauere. præstitit quod pollicitus fuerat; Constantinus classem mittens; quæ omnes Sarracenorum naues exussit, quæ Sarracenis Fraxineti commorantibus erant auxilio. Factum insuper vt ipse Hugo armis potens ipsum caperet Fraxinetum, Sarracenis fuga lapsis in montes proximios. Quibus hæcenus feliciter actis, vt timens Hugo rex Italiae Berengarium Marchionem Eporregiæ ciuitatis, tyrannum Italiae, cum iisdem Sarracenis foedus iungeret. Qui sic securi redditi hostes Christianæ Fidei, sicut antea, Christianos inde transeuntes, vt ex more Apostolorum Limina frequentarent, neci tradiderunt. Ait enim Luitprandus: Eo verò loco constituti Sarraceni quàm multorum Christianorum ad beatorum Apostolorum Petri & Pauli Limina transeuntium sanguinem fuderint, ille scit solus numerum, qui eorum nomina tenet in libro viuientium. Sanè quidem Frodoardus, qui per singulos annos res gestas sui temporis digessit, frequentissimè id factum memorat.

IV. In ipsum autem Hugonem cum Christianæ religionis hostibus foedus ineuntem ita inuehitur Luitprandus: Perquam iniquè tibi Rex Hugo, Regnum defendere conaris. Herodes ne terreno Regno priuaretur, innocentes multos occidit, tu vt obtineas, nocentes & more dignos dimittis. & paulò post: Puto, seu (quod verius est) credo te non legisse, nec audiuisse, qualiter iram Domini incurrit Rex Israel Achab, dum Regem Syriæ morte dignum foederatum dimitteret Benedad, &c.] Sanè quidem vbi Hugo iniit foedus cum Sarracenis, omnia ipsi infelicissimè ad obitum vsque cessere.

V. Sub eadem Indictione secunda Curopalates de famosissima illa imagine Christi Redemptoris miraculo expressa, ipso Christo viuente, & ad Abagarum missa (de qua suo loco superius fusiùs dictum est) & Constantinopolim Edessa translata hæc habet: Cum verò Romanorum copiis Edessa obsideretur: Edesseni malis obsidionis grauiter oppressi, Legatos ad Imperatorem miserunt, petentes vt exercitus ab obsidione recederet; scèque polliciti sunt precium daturus sanctam Christi effigiem. Soluta igitur obsidione, tradita est imago, & ad regiam urbem perducta, eam excipiente Imperatore cum splendido atque decenti satellitio per regij cubiculi præfectum Theophanem.] hæc Curopalates, & alij ex eo.

VI. Verùm hæc quæ summam Curopalates & alij ex eo scriptis prodidere, ipse tamen Constantinus Porphyrogenitus Imperator prolixiorum de eadem sacra imagine historiam profecutus, vbi de eius origine & progressu orationem instituens plura locutus esset: demum ad ea, quæ ad hanc de qua est sermo translationem pertinent, sermonem conuertens, exactam de his narrationem habet his verbis:

Postquam autem ad hanc urbem Reginam vndique confluxerunt quæ sunt optima & pulcherrima, eratque Dei voluntas, hanc quoque sacram imaginem hic recondi cum aliis thesauris: Romanus qui erat Romanorum dominus Imperij studium adhibet, vt per ipsum ciuitatum Regina hanc consequatur. Diuersis verò temporibus mittens Edessam, petebat vt ea cum epistola quam Dominus sua manu scripserat ad eum mitteretur. Et promittebat se contra eis daturum in permutatione Sarracenos numero ducentos, & argenti duodecim millia. Edesseni autem dicebant sibi non conducere, suæ ciuitatis custodem & conseruatricem argento & hominibus mortalibus permutare. Cùm autem ille sæpè petendo instaret, illi verò preces reiicerent: tandem sexies millesimo quadringentesimo quinquagesimo secundo anno ab origine mundi, misit Amiras Edessenus, rogans, vt scripta cautione per aureum signaculum, quod haberet firmitatem, fideiuberet Imperator, non esse Romanorum exercitus hostiliter inuasuros quatuor ciuitates, dico autem Rhocam, quam vox barbara vocat Edessam, Charram, Sarotze, & Samosaram; neque ex eorum agris prædas esse acturos, aut eos qui in illis habitant redacturos

in ca-

A in captiuitatem; tradendos autem esse sibi ducentos Sarracenos ex contribulibus cum ea quæ prius fuit promissa quantitate pecuniar. Quod si faceret, sciret se ad eum esse missurum illam quæ quærebatur, imaginem & Christi epistolam.

Imperator verò eius boni desiderio concedens omnia; quæ fuerant proposita, cùm dedisset ea quæ petebantur, misit Abramium Deo charum Samosatæ Episcopum, qui illo tempore hic agebat, ad diuinam illam suscipiendam imaginem; & Christi Dei nostri epistolam olim ad Abagarum missam. Aduertens autem & qui misit; & qui erat minister, ne in ea tradenda callidè deciperetur, & ne descripta & non vera traderetur pro ea quæ tunc fuit descripta propter Persicum casum; has ambas cum alia quæ celebratur in Ecclesia Nestorianorum, quæ ipsa quoque (vt est verisimile) sumpta fuerat ex prima, quæritas accepit ad fidem faciendum; quæ rursus sunt redditæ, retenta sola principali & vera. Sed hoc quidem postea. Tunc autem excitabatur magnus tumultus à Fidelibus qui erant Edessæ, aliis quidem persuasus; aliis verò coactis; aliis etiam minis mortis territis, effecit vt ea traderetur.

Cùm autem tonitrua & fulgura cum pluuia vehementissima diuina providentia subito erupissent, dum Edessa esset exitura imago & Christi epistola: rursus mouebantur ij qui captiui retinebant, & affirmabant, Deum iis quæ fiebant, significare, diuina voluntate non fieri rerum sanctissimarum ex eo loco translationem. Sed cùm præfectus Sarracenorum, penes quem erat vniuersa potestas, statuisset, standum esse conuentis, & implendum esse promissum: egreditur è ciuitate effigies pretiosissima, & epistola à Deo scripta; & huc afferebatur. Et viam quidem conficientes ij qui ea ferebant, peruenerant ad Euphratem, & rursus tumultus excitatur nullo priorum minor, Edessenis dicentibus; quod nisi diuinitus ostensum fuerit signum aliquod, nullo modo dimittent id, quo continetur omnium securitas. Datur ergo eis signum, cùm essent infideles & tentarent: Nautis enim cum qua erat iis propositum transmittere Euphratem, cùm adhuc esset in portu à partibus Mesopotamiæ, vbi eam solùm ingressi sunt Episcopi diuinam imaginem afferentes & epistolam, cùm seditiosi tempestate adhuc retinerentur: repente sine remigibus, sine eo qui gubernaret, aut traheret, appulit ad terram quæ erat ex aduerso, gubernata sola diuina potestate. Quod quidem omnes qui conuenerant stupore impleuit & admiratione, & persuasit, vt non inuiti concederent emissionem.

Hinc perueniunt Samosatam ministri eorum quæ ferebantur. Erant autem Samosatæ, & Edessæ pontifex & eius primus præbyter, & alij quidam religiosi Christiani, cum quibus vnà erat etiam minister Amira, qui Roma reuertebatur. Hic cùm aliquot dies morari essent, multis illic factis miraculis, rursus iter sunt ingressi. Et rursus in via innumerabilia fiebant miracula à sacra imagine & Christi epistola: cæci enim ex improuio aspiciebant, & claudi reddebantur sani membris integris: saltabant qui longo tempore in lecto decubuerant, & sani fiebant quibus erat manus arida, & (vt semel dicam) fugabatur omnis morbus & infirmitas. Et qui sani erant Deum glorificabant, & laudabant eius admirabilia.

Cùm autem multum iam viæ confecissent, veniunt etiam ad sanctissimæ Deiparæ monasterium, quod vocatur Eusebij monasterium, quod quidem est in loco qui dicitur, Optimatum. In templo verò huius monasterij, quo par fuit honore, reponitur capsula, quæ miraculorum effectricem tegebat imaginem; & multi qui accesserunt pura & sincera affectione curati sunt à suis morbis. Quod etiam venit quidam vexatus à dæmone, quo tamquam instrumento vtens malus spiritus, & multa per ipsam eloquens quæ pertinebant ad laudem imaginis & epistolæ (nam olim quoque, Nouimus quod sanctus Israel; dicebat qui erant earumdem cum illo partium) tandem hæc quoque est vaticinatus: Accipe, inquit, o Constantinopolis gloriam & lætitiã, & tu Constantine Porphyrogenite, tuum Imperium. His dictis fuit homo curatus; & statim liberatus à dæmonis vexatione. Horum autem verborum fuerunt multi testes. Nam cùm Imperator misisset obuiam ei quod desiderabat, magistratus & primos totius Senatus, & multi ex satelliticis simul cum eis exiuisent, accidit vt Magistri & Patricij cum inferioribus ordinibus ea audirent, & de his ferrent testimonium. Et quoniam quæ prædicta fuerant, citò euenerunt, iure est dubitandum, vndenam præscientia accesserit ad dæmones: non enim creduntur eam ex se habere, cùm à diuina gloria exciderunt; & pro luce dicti fuerunt tenebræ. Sed clarum est, quod quomodo diuina virtus vsa

³ Num. 21. ⁶ 29. est ^a Balaamo ministro eius quæ tunc fuit prædictionis, & alias aliis sæpè ea re indignis A sapienti quodam & solerti consilio: ita nunc quoque virtus quæ erat in diuina effigie vsa est dæmone, & idèd per eum præsignificauit, quæ mox erant ventura. Sed cum hoc quidem sic euenisset, eius meminisse interim non fuit fortasse alienum. pergemus autem ad ea quæ sequuntur, narranda.

XI. Decimoquinto mensis Augusti, Imperatoribus de more festum celebrantibus semper Virginis & Dei Matris Mariæ in venerabili templo quod est in Blachernis, circa crepusculum illuc peruenerunt ministri harum rerum pretiosarum, & reposita est in superiori oratorio huius templi arca, quæ intus habebat imaginem & epistolam. Quod venientes Imperatores, eam extrà reuerenter adorauerunt; deinde cum honorificè magno comitatu & multis lampadibus ad regiam eam portassent triremem, cum ea venerunt in Regiam, & in templo quod illic est, & nominatur Pharos, propterea fortasse, quòd sicut B vestis splendida id sit egregiè ornatum, eam reposuerunt die sequenti, qui erat mensis decimus sextus: & piè & reuerenter salutantes eam rursus & adorantes. Illinc sacerdotes, & iuuenes Imperatores (senex enim domi manserat propter corporis infirmitatem) cum psalmis & hymnis & copioso lumine, per descensum ad mare, ea in triremi regia rursus imposita, prope urbem remigantes, vt quodammodò urbem conseruaret, per ipsum maris ingressum appulerunt extra muros ciuitatis, qui sunt ad Occidentem. Quo in loco egressi è nauis, pedibus ingredientes Imperatores & totus Senatus & sacrorum Antistes cum tota Ecclesiæ congregatione, eo quo par fuit, comitatu profecuti, tamquam aliam arcam, vel potius super eam vas conducebant, quod illa sanctissima & pretiosa custodiebat. Et cum qui erant extra muros transfuissent vsque ad portam Auream, deinde ingressi ciuitatem cum psalmodiis & hymnis sublimibus & canticis spiritualibus & infinito lumine lampadum publicam celebrantes deductionem, iter faciebant per mediam ciuitatem, sanctificationis & roboris per hoc esse participem ciuitatem credentes, illasamque & inexpugnabilem esse in æternum conseruandam.

Otiosa autem turba concurrente ad spectaculum, homo quidam paralyticus & imbecillus, & qui iam longo tempore suis innitebatur famulis, surrexit, vt videret diuinam imaginem transeuntem, qui simulatque eam aspexit, præter opinionem sanus effectus, cum cognouisset esse confirmatas & corroboratas bases suorum pedum: accurrit ambulans ipsis pedibus, & exosculatus est capsam imaginis, & Deum magnificauit, narrans quod in se factum fuerat miraculum. Quem cum vidissent omnes qui simul aderant, & verba eius audiuisent, emiserunt gloriam Deo vniuersorum, qui semper facit mirabilia. Tam multæ autem lacrymæ præ gaudio sunt profusæ, & tam multæ ad Deum preces & gratiarum actiones factæ sunt ab vniuersa ciuitate, diuina imagine & veneranda epistola transeunte per mediam ciuitatem, vt verbis explicari nequeant, vtpote quod vidit oculus, non possit consequi oratio. Res enim quæ sunt excellentes, pulchrius est videre quàm audire, solentque talia à tergo relinquere.

XIII. Cum ergo ad forum, quod est ante Augusteum, venissent duces celebritatis, & à via recta parum declinassent ad sinistram: veniunt ad clarissimum templum sanctæ Sophiæ. Et intra adytorum propitiatorium reponunt pretiosam imaginem & epistolam. Cum hic autem adorasset tota Ecclesiæ congregatio, & (vt par erat) honorasset: illinc rursus egressi sunt cum sancto onere qui peragebant processionem, & cum venissent in Regiam, in atrio quod cognominatur Triclinion, super thronum Imperatorium, in quo confueuerunt respondere de rebus magnis, tunc diuinam collocant imaginem; cathedram omnino sanctificari Imperatoriam, & simul iustitiam & benignitatem eis planè largiti qui in ea sedebant, non immeritò credentes. Intensa autem de more facta oratione, post eam impletam, hinc sublata fuit diuina imago, & in prædicto Phari templo, in dextera parte quæ vergit ad Orientem, conseruata fuit & reposita ad gloriam Fidei, & custodiam Imperatorum, & ad tutelam totius ciuitatis, & status Christianorum. Sed ò diuina similitudo eius, quæ mutari non potest Patris similitudinis! ò character characteris diuinæ substantiæ! ò venerandum & omni honore dignum signaculum primariæ pulchritudinis Christi Dei nostri (tecum enim loquor tamquam cum re animata) conserua & custodi semper eum qui piè & moderatè nobis imperat, & tui aduentus memoriam luculenter celebrat. Quem cum tua benignitate ad auitam & paternam sedem extulisti: conserua eius germen, & generis successionem, & sceptrorum perpetuitatem: statum

APOSTRO-
PHE AD
S IMAGI-
NEM.

IN REGIAM
DEPERVNT
TVR SACRA
PIGNORA.

XII.
SANATVR
PARALYTICVS.

A statum pacificum præbe Reipublicæ: concede, vt hæc Regina ciuitatum maneat inexpugnabilis, & vt nos placentes archetypo tuo Christo Deo nostro, admittamur in eius Regnum caeleste, eum glorificantes & celebrantes. Quoniam eum decet gloria & adoratio in sæcula sæculorum. Amen.] Ceterum hæc oratio quæ nomine Constantini Porphyrogeniti Imp. habetur inscripta, non patris sed filij eiusdem nominis Imperatoris fuisse apparet. Filius enim quoque Porphyrogenitus Constantinus est dictus; omnes enim qui nati purpura induebantur, vel in Porphyro palatio nascebantur, Porphyrogeniti dicebantur. Porro ipsa dies decimasexta Augusti; qua eadem sacrosancta imago Constantinopolim delata est, ex eo tempore fuit perpetua memoria consecrata, annisque singulis ritibus solemnibus celebrata. In Menologio enim ipsorum dicta die hæc scripta leguntur:

Commemoratio imaginis non manufactæ Domini Dei & Saluatoris nostri IESV Christi ex vrbe Edeffa egressæ, in hanc à Deo seruata & regiam urbem deportatæ.]

At verò postea bellis ingruentibus, ipsa Constantinopolitana ciuitate sæpè capta, & ab hostibus direpta, atque à Catholica primùm communionem sepe discissa, Dei prouidentia factum est, vt eadem imago veneranda fuerit Romam perlata, vbi hæcenus colitur in titulo S. Siluestri.

Quod rursus ad hanc eandem imaginem spectat, non tacendum est, quod contigit sub eodè Constantino Porphyrogenito, describiturque fidelissimè in vita sancti Pauli in Latro, à loco ita nominati Anachoretæ, qui hoc tempore miranda claruit sanctitate, his verbis: Photium illud, qui Patricius honore clarus, moribus etià clarior fuit, eoque nomine Constantino Imperatori inter præcipuos ministros lectissimus, hanc ad Sanctum miserat cum litteris. Qui cum ad eum peruenerit, datisque & receptis iam litteris, ad reditum accingetur: vnus ab eo Sanctus petiit, vt non manufactæ Christi imagini, quam Mantile sanctum appellare mos est, lineum æquale velum applicaret; idque sibi mittere ne graueretur. Factum est quod postulabat, missumque velum ex animi sententia: quod cum expandisset, Christi effigiem in eo adamussim expressam, & figuræ figuram exactissimam vidit, aliis autem nihil tale apparebat.] hæc auctor, qui subdit de eodem Photio ista:

Patricio huic Photio, dum apud diuinum Patrem versatur, curæ fuit, externa etiam hæc obseruare; qualis eius facies esset, quales oculi, vox, gressus & alia, tum in primis, quales oculi & aspectus. Etenim hoc etiam illi in mandatis dederat Constantinus Imperator: conatus itaque est iussa exequi; sed nulla ratione potuit. Discedens enim deducendi se Simeoni arcanum prodens, fassus est: Conatus, inquit, persæpè in eius faciem oculos defigere; numquam potui. Nam ex ea tamquam radius quidam solis emissus oculos meos perstringebat, & claudere cogebat.]

Porro egregia eius sanctitas conspicuum eum fecit non Orientali tantum orbi, sed etiam Occidentali; frequentatus enim est vndiq; Principum legationibus, quòd sciretur in primis Fide esse Catholicus, & communicatione iunctus Apostolicæ Sedi. nam ibidem auctor eius temporis: Notus sit omnibus, adeò vt Petrus Bulgariæ Princeps perhumanis illum epistolis modestissimisque crebrò salutaret; & vt pro salute sua Deum deprecaretur, orabat: Papa etiam Romanus (sic enim appellari solet) cum eius aures tanti viri fama impleffet, monachum quemdam proeectum ad eum misit, non alia de causa, quàm vt eum salutaret; vitamque ipsius & formam penitus agnosceret; reuersusque postea omnia ipsi vt se haberent, explicaret.]

In primis autem coluit eum Constantinus, quem diximus, Imperator, cuius complures res epistolas adhuc integras conseruari ad eum missas, idem testatur auctor, in Laura, cuius idem Sanctus curam aliquando gessit: Omnia quidem dexterè eidem contigebant Imperatori, quæ ex Pauli eiusdem sententia ageret, infeliciter verò si contrà. nam audi quid idem ibi auctor enarret: Parabat, inquit, ille classem, quam instruxerat sanè numerosissimam aduersus Cretenses mittere, *Sarracenos scilicet*, qui iam diu insulam illam occupatam adhuc detinebant. Scripsit autem ad magnum hunc Patrem, vt de illo confuleret, bello scilicet. Rescriptis is: nullo modo ex sententia Dei expeditionem illam videri. & hoc quidem ipse.

Imperator autem impenfarum opum sumptus, quos in paranda classe fecerat causatus, consilio non paruit. Quos verò neglecti consilij fructus acceperit, & quomodo missæ eopix à Cretensibus habitæ sint, norunt omnes, & Imperatorem ipsum haud leuiter pœnituit. Sed haudquaquam in hoc vno pœnitentia stetit; sed quo etiam tempore ad celebrari-

XIV.

XV.

S. PAVLI
ANACHO-
RETAE DI-
GNA ME-
MORIA.

XVII.

COLITVR
PAVLVS ET
IAM ROM.
PONT.

XVIII.
CONSVLIT
PAVLVM
IMP.

XIX.

leberrimum illum inter Sarracenos, Chaundam dico, nomine ipso notissimum pro captiuorum Christianorum permutatione Basilium Rhodium misit: tunc etiam monuerat idem Sanctus, ne mitteret, inutilemque & sine fructu suum conatum fore. ex his vero, quæ Legato aduersa obtigerunt, didicit ille, quàm inconsultò fecerit, non obtemperando. Ceterum cultu & obedientia & obseruantia erga sanctum virum quàm cuncta alia illi prospera cesserint, quamque liberatus tyrannide suorum ad plurimos annos Imperium propagauerit, quæ à Curòpalate & aliis scripta sunt, fidem exploratam faciunt. De eodem autem Paulo rursus alia occasione dicendum inferius.

XX. Eodem anno, decimasexta Decembris, inchoata iam tertia Indictione, Romanus Imperator, qui cum in honore esset, non intellexit, ex collega in quem à Constantino assumptus erat, iam in dominum mutatus, sibi filiumque suis assumens & tribuens primatum Imperij, nomen tantum inane Constantino legitimo heredi Leonis Augusti relinquens: à Stephano suo filio, Imperatore ab ipso pariter declarato capitur, exiit Imperio, & attonsus in monachum relegatur in insulam, cum vigesimum sextum annum in Imperio degisset. Sed & post mensē elapsū & dies quinque, nempe vigesimaprima Ianuarij eiusdem tertiæ Indictionis, idem Romani filius Stephanus & Constantinus fratres inter se mutuo de Imperij primatu certantes, ambo in mensa tenti, & in insulas deportati sunt. sicque (vt prius erat) vni Constantino Leonis filio est relicto Imperium. Præstitit hoc illi in Imaginis suæ aduentu Constantinopolim I E S V S Christus, qui semper exaltauit humiles, superbos è sede deponens.] hæc pluribus Curopalates aliisque Græcorum historici, & ex Latinis ^aLuitprandus profusus, sed ad res Occidentalis Ecclesiæ.

^aLuit. lib. 5. cap. 9. 10. 11.

XXI. De rebus Germanicis valde mirandum, quod hoc quidem contigisse anno Frodoardus sic narrat: In Transthenensibus Germaniæ regionibus quidam homo erat, cuius manus abscissa fuerat, & post annos quatuordecim (sicut asserunt qui eum nouerunt) solito dum noctu dormiret, ei ex integro restaurata est. In iisdem partibus per quosdam pagos ignei globi ferri videbantur in aère, quamquam nullas illic circumuolantes incenderent domos & villas. A quibusdam vero locis, crucibus oppositis cum benedictione Episcopali & aqua benedicta, repellabantur.] hæc Frodoardus sui temporis res gestas posteris fidelissimè tradens. Vuitichindus ^b & ipse sui temporis scriptor, de manu homini restituta rem paulò diuersam sic narrat: Hominis etiam cuiusdam manus sinistra ferro amputata, post annum ferè integrum restituta est ei dormienti, quæ pro signo miraculi sanguinea linea loco coniunctionis notabatur.] hæc ipse. Sed liberat fidem suam Frodoardus diuersa scribens, dum aliorum relatu se ea accepisse testatur.

XXI. QVÆ ADMIRANDA IN GERMANIA ACCIDERENT.

^bVuitich. lib. 2.

XXII. Hic ad finem anni huius describemus vnicum quod extat monumentum Marini Papæ, nempe diploma hoc anno datum, continens priuilegium concessum monasterio sancti Vincentij super Vulturni fontes, recitatum in suo Chronico à Ioanne monacho eiusdem monasterij, qui claruit & scripsit tempore Paschalis Secundi, quod scriptum caractere Longobardo, accepimus ab eiusdem monasterij Abbate & Patriarcha Alexandrino Camillo Caietano viro dignissimo, meique amantissimo. sic enim se habet:

XXIII. Marinus Episcopus seruus seruorum Dei Leoni venerabili Abbati in monasterio Christi martyris Vincentij, quod situm est in partibus Samnij territorio Beneuentano super fontes Vulturni fluminis, & per te eunctis successoribus tuis in eodem venerabili monasterio regulariter promouendis in perpetuum.

Quoniam pia sollicitudine conuenit nos pro vniuersis Dei Ecclesiis semper inuigilare, & tota mentis intentione venerabilium locorum integritates procurare: idè vtilitati illorum, & maxime pro quiete monachorum optamus subsidia conferre, vt diuinæ misericordiæ remunerationem in sideris arcibus consequamur. Igitur quia petistis à nobis, vt monasterium beati Vincentij martyris vnà cum omnibus sibi pertinentibus monasteriis, cellis, cappellis, terris & castellis, seruis & ancillis, cum vniuersis redditionibus suis sub iurisdictione sanctæ Romanæ Ecclesiæ, cui Deo auctore deseruimus, nostri priuilegij auctoritate muniremus: Idcirco vobis, tuisque successoribus legitimis Abbatibus illud concedimus detinendum, vt nullius alterius Ecclesiæ ditionibus submittatur, sed cum omnibus sibi subiectis monasteriis & cellis, hoc est monasterium beati Petri Apostoli, positi iuxta fluuium Sab territorij iam dicti Beneuentani monasterij sanctæ Dei Genitricis Mariæ in Locosano, monasterium Domini Saluatoris quod possum est in Aliso, monasterium sanctæ Mariæ in loco Apiniaci territorij Marcicani, mona-

XXIII. DIPLOMA MARINI PAP.

A monasterium sanctæ Mariæ ad Duas basilicas; monasterium sanctæ Mariæ in Castanero, monasterium sanctæ Mariæ in Poliuè territorij domo . . . monasterium sanctæ Mariæ in Planisi, monasterium sancti Petri in Vipera in ipso casale Leonis, monasterium sancti Petri in Concola, monasterium sancti Petri in Trita, monasterium sanctæ Mariæ in Musano, monasterium sanctæ Mariæ in Arola, monasterium sancti Georgij in Salerno, monasterium sancti Vincentij in Capua, monasterium sancti Martini, & monasterium sanctæ Crucis in monte Marisco; monasterium sanctæ Columbæ in Sora, monasterium sancti Donati cum inclyta valle Sorana. Hæc omnia cum omnibus sibi pertinentibus rebus sub tutela Sedis Apostolicæ permaneant.

Conceditur etiam vobis vestrisque successoribus Abbatibus licentia Apostolicæ Sedis nostræ, vt quamlibet Christianitatem indigentibus in prædicto venerabili monasterio quemuis Episcopum ad inuitandum ire volueritis, habeatis omnimodò potestatem, similiter ad sanctas Ecclesiæ consecrandas, & ordinationes de sacerdotibus & diaconibus per tempora faciendas, & de omni gradu ibidem adimplendo. Protestamur etiam, vt nullus Episcopus debeat exinde sacerdotem vel diaconum ad suam Synodum prouocare, nisi suæ fuerit propriæ voluntatis, aut Abbates vel monachos quoquomodò iudicare vel excommunicare. Volumus etiam, & Apostolica iniungimus auctoritate vobis & vestris futuris Abbatibus, vt de qualicumque Ecclesiæ sacerdotes vel clerici si venerint ad habitandum in congregatione fratrum, siue ad monasticum suscipiendum habitum se contulerint, statim recipiantur. Chrisma verò & Formas à quolibet Episcopo vobis voluntas fuerit impetrandi, liceat semper secundum quod diximus sub Apostolica nostra potestate. Et omnem cuiuslibet Ecclesiæ sacerdotem in præfato venerabili monasterio quamlibet ditionem habere potest Sedes Apostolica prohibemus, ita vt nisi ab Abbate monasterij fuerit inuitatus, nec Missarum solemnias ibi celebrare præsumat. Statuentes Apostolica insuper censura, sub diuini iudicij obtestatione, sed & validis atque atrocibus anathematis interdictionibus prohibemus, vt nullus vnquam præsumat cuiuscumque dignitatis præditus & potestatis, vel in eodem monasterio vel eius causis incumbere, aut de rebus & possessionibus, vel Ecclesiis subiectis, vel quidquid de his iuris eius esse videatur, aut quoquomodò auferre, aut alienare, sed nec quamlibet malitiam, aut iacturæ molestiam ibidem, siue pacis, siue barbarici belli tempore aliquo modo, inferre.

Item præfatum, sicut dictum est, monasterium, perpetua stabilitate decernimus sub iurisdictione sanctæ Romanæ Ecclesiæ permanendum. Promulgantes verò & hoc auctoritate beati Petri Apostolorum principis coram Deo & eius terribili examine, per huius nostri priuilegij constitutiones sancimus ac decernimus, vt loca quæ à quolibet Episcopo vel Abbate coëmpta sunt, necnon diuersorum locorum possessiones, quæ à Regibus, Ducibus, Principibus, Castaldais, & à ceteris Christianis concessa eidem venerabili loco; vel postmodum concessa vel oblata fuerint, ipsius iure monasterij in perpetuum permanenda statuimus. Nec liceat (sicut dictum est) ex eis vel omnibus eiusdem monasterij pertinentibus, cuiuslibet magnæ vel paræ personæ auferre, vt perfectè iuxta id quod dictum est, subiectum idem venerabile monasterium Apostolicis constitutis aut priuilegiis consistat, & inconcussè permaneant. Et liceat eosdem monachos de sua congregatione Abbatem semper eligere: & liceat ipsi Abbati suos monachos iudicare, & non solum virile, sed & muliebri monasterium sibi subiectum.

Siquis autem (quod non optamus) nefario ausu præsumpserit, quæ à nobis ad laudem Dei nostri pro stabilitate iam dicti venerabilis monasterij statuta sunt, refragari, aut in quoquam transire voluerit: anathematis vinculo innodatus, & cum diabolo & angelis eius atque Iuda traditore Domini nostri I E S V Christi æterno incendio concremandus deputetur. At verò qui pio intuitu obseruator in omnibus extiterit, custodiens huius nostri priuilegij constitutum, ad cultum Dei respiciens: benedictionis gratiam à Domino Deo nostro misericordissimo multipliciter consequatur, & vitæ æternæ particeps fieri mereatur. Benè vale.

Scriptum per manum Hadriani Scrinarij sanctæ Romanæ Ecclesiæ, in mense Martio, Indictione secunda. Dat. per manum Stephani Primicerij Defensorum huius Apostolicæ Sedis; anno Pontificatus domni Marini summi Pontificis secundo, in sacratissima Sede beati Petri Apostoli.] hæc tenet diploma Marini. ex quo si non aliud, certè exactam temporis eius Sedis quisque in tanta obscuritate inueniet rationem.

ANNVS	ANNVS	ANNVS	A
945.	3.	34.	

I. **S**EQVITVR annus Redemptoris nongentesimus quadragesimus quintus, tertia Indictione, quo (inquit Frodoardus) Hugo rex Italiae Regno depulsus a suis, & filius ipsius in Regnum susceptus est.] haec pauca satis ad temporis notam consignandam, atque significandum a Deo fuisse reiectum Regem, simulac foedus iniit cum Sarracenis. Sed qui Manassi affini suo plures (vt diximus) dedit Episcopatus, vt eo modo (quod putabat) Regnum sibi stabiliret: iusto Dei iudicio eum primum rebellem sensit, cupiditate illectum potiundi Archiepiscopatu Ecclesiae Mediolanensis a Berengario sibi pollicito: sicque eidem Berengario Italiam repetenti aperuit ostium, & vt alij Principes Italiae ab Hugone desicerent, procurauit. Sic igitur secundum illud Dauidicum: ^a In operibus manuum suarum comprehensus est peccator,] tunc accidit. Porro rem gestam pluribus prosequitur Luitprandus, qui & quomodo Hugonis filius Lotharius sit receptus in Regnum, ita describit: ^b Eo namque Mediolani degente, ac Italicas dignitates sibi adherentibus dispensante, Rex Hugo Lotharium filium suum non ad Berengarium solum, verum ad totius populi praesentiam dirigit, petens, quia se eis non morigerum, abdicarunt: filium qui nihil in eos deliquerat, saltem pro Dei amore suscipiant, ac voluntatibus eorum morigerum reddant. Lothario itaque Mediolanum petente, Rex Hugo Papia omni cum pecunia egressus, Italiam deserere, atque in Burgundiam ire cogitauit. Sed res ista eum retinuit, quoniam dum misericordia inclinati Lotharium in Ecclesia beatorum Confessoris & martyrum Ambrosij, Geruasij & Protasij ante Crucem ^C prostratum erigerent & Regem sibi constituerent, quamprimum ad Hugonem dirigunt nuntium, per quem illum iterum super se regnare promittunt.] Porro haec omnia dolo acta esse, vt Hugonem Regem cum thesauris suis Berengarius in potestatem acciperet, idem Luitprandus affirmat. Verum Hugo nihil sibi tutum videns, tandem in Prouinciam, vnde venerat Arelatenis Comes, reuersus est, nec diu post vixit. Leo ^c Ostiensis in Chronico Cassinate haec amplius de eodem Hugone Rege habet: Ipse Hugo cum omni thesauro suo in Burgundiam properans, monasterium illic permagnificum construxit sumptibus propriis, quod sub titulo sancti Petri appellari voluit: ibique omnibus traditis, ipse monachus effectus est.] haec Leo Ostiensis.

II. Porro hoc eodem anno datum habetur diploma ab eodem Hugone Rege & filio eius Lothario de concessione facta Canonicis Vercellenibus, quod acceptum ex Archiuo eiusdem Ecclesiae, hic tibi putauimus describendum. sic se habet:

In nomine sanctae & indiuiduae Trinitatis. Hugo & Lotharius diuina clementia Reges. Quae sanctis & venerabilibus locis diuino cultui mancipatis, more bonorum Christianorum, deuotissime contulerimus nostri muneris suffragio, certissime credimus, nos nostrumque Regnum intercessionibus Sanctorum caelesti iuuamine semper subleuari, atque diuinis beneficiis sublimari. Quocirca nouerit omnium sanctae Dei Ecclesiae fidelium . . . dilectum illustremque Marchionem nostram monuisse clementiam, vt pro amore Dei omnipotentis, sanctique Eusebij, qui praedicando fidem Catholicam, palmam martyrij est decensissime consecutus, Canonicis Vercellenis Ecclesiae, cui venerabilis Atto praesse videtur Episcopus, alueos fluminum Serui & Sicidiae largiremur: hanc petitionem satis omnibus penne Principibus huius regni ratam suscipientibus, per praecipuum nostrae auctoritatis alueos praedictorum fluminum Canonicorum Vercellenium dominio, prout iuste & integraliter possumus, praesentialiter concedimus & elargimur, sicut posita sunt compita a Briulle vsque ad ripam quae est iuxta Cappellam S. Columbanii intra hos fines decurrentium flumina cum insulis & eorum ripis nobis pertinentibus, praedictis Canonicis S. Eusebij, vt dictum est, largimur, perinde vt piscatores, nauium redibitores atque riparum eorum vsui famulentur. Vercellinos vero portus per hoc praecipuum veluti praedecessores nostri pio amore ordinauerunt, ad usum luminarij Ecclesiae S. Eusebij, in qua sanctissimum eius corpus requiescit, & ad indumenta clericorum ibi iugiter famulantium concedimus. Si quis huius igitur nostri praecipui statutum aliquando, quomodocumque, instigante diabolo, infringere conatus fuerit: sciat se compositurum auri optimi libras mille, medietatem Camerae, & medietatem Ecclesiae praedictae S. Eusebij, suisque clericis, qui

^a Psal. 9.
^b Luitp. lib. 5. cap. 13.
^c Leo Ostiensis Chron. Cass. lib. 4. cap. 64. in fine.
HUGO REX MONACHVS

ANNVS	ANNVS	ANNVS
945.	3.	34.

A cis, qui ibi pro tempore fuerint. Et vt verius credatur, diligentiusque ab omnibus obseruetur, manibus propriis roborantes, anulo nostro insigniti iussimus. Dat. & act. Papiae Idus Augusti anno Incarnationis Domini DCCCCLV. Regni vero D. Hugonis x. x. Lotharij xv. Indict. III.] Sed non tanti meriti pauca ista apud Deum fuerunt, vt iustam Dei vindictam de facinoribus perpetratis potuerint anteuertere. Quae tamen & dici misericordia potuit, quae animae ipsius profutura esset, secundum illud Dauidicum: Contra brachium peccatoris & maligni quaeretur peccatum & non inuenietur.

Gisefrandus Episcopus & Cancellarius ad vicem Bosonis Episcopi & Archicancellarij recognoui.] haecenus diploma datum, haud dubium antequam Hugo & Lotharius in molestias enarratas incidissent.

Eodem anno rursus recrudescunt bellis in Gallis inter Ludouicum Regem atque Hugonem Francorum Ducem: cum vir sanctissimus Theotilo Archiepiscopus Turonensis, vt inter eos pacem componeret, laborasset, re imperfecta, ex hac vita migravit, de quo Frodoardus hoc anno his verbis: Dominus Theotilo venerandus vrbis Turonensis praesul obiit, qui dum de pace inter Regem & Principes componenda certaret, hisque studiis occupatus a Lauduno rediret, aegritudine corporis in ipso deprimatur itinere. Cumque vltimum exhalasset spiritum, apparuit signum quoddam luminis per aera discurrens cubitum longitudinis habere visum, cuius lumine ad depellendas noctis tenebras sufficienter perfuncti sunt, qui funus eius deducebant; talique potiti solamine, per millia ferè (ceu fertur) ducenta, Turonicam vsque corpus eius perferunt urbem. quodque in monasterio sancti Iuliani, quod idem vir sanctus summa instituerat religione, iuxta sepulchrum domni Odonis reuerenter humatur. Et exinde ipsum templum ^C diuinis illustrari miraculis declaratur.] haec Frodoardus, qui & eodem anno haec inferius de clade immissa caelitus & curata diuinitus habet:

In pago Parisiensi, necnon etiam per diuersos pagos hominum diuersa membra ignis plaga peruaduntur, quaeque sensim exusta consumebantur, donec mors tandem finiret supplicia. Quorum quidam nonnulla Sanctorum loca petentes, euasere tormenta. Plures tamen Parisiis in Ecclesia S. Dei Genitricis Mariae sanati sunt. adeo vt quotquot illò peruenire potuerint, asserantur ab hac peste saluati: quos Hugo quoque Dux stipendiis aluit quotidianis. Horum dum quidam vellent ad propria redire, extincto referuescunt incendio, regressisque ad Ecclesiam liberantur.] haec Frodoardus.

Eodem anno Ludouicus Rex Francorum dolo Hugonis Principis comprehensus est a Northmannis, quos putabat sibi fideles, & per annum integrum in custodia detinetur, nec solutus nisi dato Hugoni quod petierat castro Laudunensi. haec Frodoardus anno praesenti, ac sequenti. Quomodo autem ad firmandum Ludouico Regnum Francorum, oportuerit successorem Marini Agapitum Papam in Gallias Legatum a latere mittere, suo loco dicitur. Non destiterunt Romani Pontifices, oblata occasione, occurrere semper periclitantibus Francorum Regibus, eisque pro viribus Apostolica auctoritate supplicias ferre; atque frequentioribus legationibus e latere missis, eosdem aduersus hostes reddere tutos, ipsumque Regnum a tyrannis liberum stabile, id praestantes ex animo, vt pote grati, memores beneficiorum antiquitus acceptorum, cum scilicet Christianissimi Reges tam prompto animo toties descenderint in Italiam, ad liberandam Romanam Ecclesiam, oppressam multiplicium hostium inuasionem, atque vendicandam subactam in pristinam libertatem, & restituendam spoliatam in bonorum possessionem.

E IESV CHRISTI AGAPITI II. PAP. CONST. VIII. SOLIVS IMP.

ANNVS	ANNVS	ANNVS
946.	I.	35.

CHRISTI annus sequitur nongentesimus quadragesimus sextus, Indictione quarta inchoatus, quo (inquit Frodoardus) Marinus Papa decessit, cui successit Agapitus.] Quoto autem mente vel die, apud veteres vbique silentium: sedisse autem Marinum annos tres, menses sex, dies tredecim, habet vetus codex Vaticanus de Romanis Pontificibus. De rebus gestis eiusdem Pontificis, quae habet Leo Ostiensis in Chronico Cassinate tantum nota habentur, reliquis obscuritate temporis obuolutis. Leo igitur agens de

III. THEOTILI EPISC. TURONENS. OBITVS.

IV.

V. LUDOVICVS REX FRANCORVM CAPITVR.

I. MARINI II. PAP. OBITVS.

^a Leo Oſienſ.
lib. 1. c. 60.
61. 62.

I I.

Balduino Franco Abbate Caſſinate, hæc ait: ^a Hic priuilegium ſumpſit à domno Mari- A
no Papa Secundo de conſuetudine huius monaſterij.

His temporibus Sico Epiſcopus Capuanus contra inſtituta diuina & humana agens,
Eccleſiam ſancti Angeli, quæ tunc ad Arcum Dianæ dicebatur, quia illic Diana fuerat
templum, nunc autem dicitur ad Formam, quam prædeceſſor ſuus monacho noſtro, vt
ibi monaſterium conſtrueret, dudum conceſſerat, violenter eripiens, cuidam ſuo diacono
in beneficium dedit. Quod cum eidem ſancto viro Papæ ab ipſo monacho fuiſſet in-
dicatum: mox Apoſtolice auctoritatis litteras eidem Epiſcopo ſcripſit, acriter in illum
inuectus, ignorantiam Canonum, litterarum inſcitiam, familiaritatem ſæcularium, re-
merariamque tranſgreſſionem illi exprobrans, mandansque vt eandem Eccleſiam mo-
nacho ſine dilatione reſtituat, vt in ea monaſterium, ſicuti ab anteceſſore ſuo illi ſub ana-
thematis obligatione conſtitutum fuerat, conſtruire poſſet. quod ſcilicet monaſterium B
tam ab ipſius Epiſcopi, quam ab omnium ſucceſſorum ſuorum inquietudine ac moleſtia
liberum, ex tunc ſub cuſtodia & poteſtate ſancti Benedicti monaſterij, quod tunc Ca-
puæ erat, perpetuò eſſe conſtituit. Diaconum verò illum, cui Eccleſiam eandem Epiſco-
pus ipſe conceſſerat, præterquam in officio altaris ab omni ipſius Epiſcopi conſortio alie-
num eſſe mandauit, quibus in rebus niſi obtemperafſet Epiſcopus, ſacerdotali ſe honore
priuatum & excommunicationis nodis aſtrictum ſciret.] & inferius:

I I I.

Quo tempore venerabilis Papa Marinus eandem Eccleſiam S. Mariæ de Capua cum
omnibus iuribus ſuis Caſſinenſi cœnobio per priuilegium ex integro confirmauit: quod
itidem confirmauerunt Ioannes Decimus quintus, Benedictus Octauus, Benedictus No-
nus, Leo ac Stephanus I X. Abbatibus noſtris Balduino, Aldigerio, Manſoni, Athenul-
pho, Theobaldo ac Friderico. Per idem tempus cum monaſterium S. Sophiæ de Bene- C
uento Principum vi per annos aliquot fuiſſet cœnobio noſtro ſubtractum, hic idem Ab-
bas oſtenſis Romanorum Pontificum. Regumque præceptis, qui prædictum monaſte-
rium huic loco firmauerant, recuperatum iterum ſub noſtri monaſterij ditionem rede-
git. Poſt hæc à memorato Pontifice Marino Romam euocatus, quoniam vir magnæ prou-
dentia, multumque potens viſus eſt: monaſterium S. Pauli* ſibi Marinus Papa commi-
ſit,] deſuncto, vt puto, Ioanne illo, qui ipſi monaſterio ab Odone Cluniacenſe, Leone
Pontifice (vt dictum) iubente, præfeſtus fuerat. hæc ſunt quæ de Marino Papa ſcripta
reperi potuerunt, pergunt verò Leo Oſienſis:

* al. ipſi

I V.

Rurſus autem cum ſanctæ Sophiæ monaſterium à Principibus peruaſum, monaſterio-
que ſubductum eſſet, & ſub his ferme diebus deſuncto Marino Agapitus ei in Sede Apo-
ſtolica ſucceſſiſſet, Abbaſque inde coram illo queſtus eſſet: ſcripſit idem Apoſtolicus Prin- D
cipibus dictis, acriter arguens, cur talia tentare præſumerent. Quod ſi ſecus facerent, ſci-
rent ſe anathematis mucrone feriendos.] & paulo inferius: His etiam diebus cum mona-
ſterium quoque noſtrum quod erat Capuæ ſub ditione ſua, cupiditatis ſeu lucri gratia Prin-
cipes memorati redegiſſent, & per hanc occaſionem fratres ibi morantes ſæculariter uiue-
rent: comperto hoc memoratus Pontifex, conquerente Abbate noſtro, ſcripſit continuò
præfatis Principibus Apoſtolice auctoritatis acres nimium litteras, illorum nequitiam ve-
hementer increpans, cur tantum ſcelus perpetrare auſi eſſent. præcipiens quòd nullam
vlterius dominationem in eodem monaſterio exercere præſumerent. omnes autem mo-
nachi ad ſuum Caſſinenſe cœnobium, relictis ibi duobus aut tribus tantum ſenibus fra-
tribus cum omnibus monaſterij rebus, protinus redirent, ibidem ſub Abbate proprio
Domino ſeruituri. Sin autem vel Principes vel monachi ſecus agerent, ſeu quiſpiam ex E
eius monaſterij rebus aliquid inuadere auderent, niſi reſiſcerent, auctoritate Apoſtolica
communionem priuandos. Aliud quoque priuilegium ab ipſo tandem Pontifice memoratus
Abbas accepit de monaſterio ſancti Stephani iuxta Tarracinam, quod beatus Benedi-
ctus, vt in vita eius legitur, per viſum apparens mirabiliter conſtrui iuſſerat, & loca ſingu-
la ibi, quid ædificandum eſſet, ſubtiliter designauerat.] hæc in ingreſſu Agapiti Leo.

V.

Florebat hoc tempore ſanctitate clarus Guibertus, cuius præclaras res geſtas Sieber-
tus ſcriptis mandauit, lucerna planè inter tot tenebras ardens & lucens, à quo inter alia
egregia ſanctitatis monumenta, hoc eodem anno eſt erectum in Gallia nobile monaſte-
rium Gemblacenſe, quod tum Ottonis Regis, cum ipſe apud eum non nihil preſſuræ
paſſus fuit ab inuidis, tum etiam Agapiti Romani Pontificis priuilegiis communicur. De
his enim iſta habet Siebertus eiufdem cœnobij monachus in Guiberto: ^b De rebus Ec-
cleſiæ

^b Apud Sur.
die 23. Maij
tom. 3.

A cleſiæ traditis, & de libertate eius loci charta conſcripta Imperiali eſt edicto conſirmata,
& anuli impreſſione Imperiali auctorizata. quæ auctorizatio facta eſt ſolemniſter Leodij
duodecimo Kalend. Octobris anno Dominicæ Incarnationis nongentefimo quadrageſi-
moſexto, Indictione quarta, Regni domini Ottonis Primi, anno vndecimo, cathedram
Traieſtenſis Eccleſiæ regente Vhogone.

Ad hanc confirmationem Imperialis poteſtatis acceſſit etiam Apoſtolice Sedis aucto-
ritas, dum à Benedicto Septimo huius nominis Papa decretum eſt, vt rata eſſet in perpe-
tuum Gemblacenſis cœnobij prærogata immunitas. Decretum eſt etiam vt de alio mo-
naſterio Abbas ibi non conſtituatur, ſed ipſi ſerui Dei ſecundum ſancti Benedicti regu-
lam viuentes ex ſua propria congregatione Abbatem eligendi poteſtatem habeant, & vt
Abbas ipſe priuilegiis Sedis Apoſtolice, inſulis decoretur, & vt ipſum monaſterium ſub
B iurisdictione ſanctæ Romanæ Apoſtolice Sedis conſtitutum, nullius alterius Eccleſiæ iu-
riſdictionibus ſubmittatur, interminantes ex auctoritate beati Petri Apoſtolorum princi-
pis, ſub diuini obſtatione Iudicij, ac validis anathematis interdictionibus, vt nulla ali-
quando vel magna vel parua perſona aliquid de rebus & poſſeſſionibus ad idem monaſte-
rium pertinentibus auferre, vel alienare præſumat. Hoc ſcriptum per manum Bonifacij
Notarij Regionarij atque ſcriuarij ſanctæ Romanæ Eccleſiæ datum eſt viii. Kalen. Aprilis
per manus Stephani Epiſcopi & Bibliothecarij ſanctæ Sedis Apoſtolice, anno Pontificatus
domini Benedicti Septimi Papæ nono, imperante Otone à Deo coronato magno & paci-
fico Imperatore anno decimoſexto, qui eſt annus Domini nongentefimus quinquageſi-
muſtertius.] hæc ibi. Sed corrige que de nomine Imperatoris habentur, nondum enim Otto
Imperator erat, ſed rex tantum, cum iſta fierent. Verum & ſi reliqua ad annum decimum
C ſextum eiufdem Ottonis (vt habet) referre velis, ſic opus eſt corrigas: Agapiti Papæ Se-
cundi anno ſexto, Chriſti verò nongentefimo quinquageſimo primo. ſed de his ſatis.

Hoc eodem anno Anglicana Eccleſia, nouo Rege Edredo ſubrogato fratri ſuo Ed-
mundo, benè diſponitur, dum ſancto Dunſtano tantum Regnum gubernandum com-
mittit, quod tenuit annos nouem. ſub quo etiam claruit S. Aelfegus Vintonienſis Epi-
ſcopus, de quo anno ſequenti.

Eodem anno apud Nouiomum in Gallia reperitur & eleuatur venerandum corpus
S. Hunegundis virginis, quæ egregia claruerat ſanctitate ſub S. Eligio eiufdem ciuitatis
Epiſcopo. rei geſtæ admirandæ ſatis huiusmodi auctor ſcriptis mandauit ver-
bis iſtis: ^a Cum diu ſacrum corpus eius ſub terra conditum iacuiſſet, quædam ſanctimo-
nialis, Berta nomine, miræ abſtinentiæ, multæ patientiæ, paupertatis valdè ſtudioſa, exi-
miæ humilitatis, miſericordiæ operibus dedita, ieiuniis & vigiliis & precibus intenta, ex
diuina reuelatione locum ſepulturæ eius cognouit, anno ſalutis nongentefimo quadrage-
ſimoſexto, Ludouico regnante. Cumque immenſo affecta gaudio tantum theſaurum
ſubitò eleuare vellet, venerandus preſbyter Gito ſanctorum pignorum Quintini & Vi-
torici martyrum cuſtos, caſu ſuperueniens eam obiurgauit, dicens ſas non eſſe ſine au-
toritate Epiſcopi ſacrum corpus leuari. Ita ad dies trigintaduos intactus manſit ſarco-
phagus iam apertus, apud quem diu noctuque ſacris vigiliis incumbentes, Epiſcopi ad-
uentum ſuſtinebant. Quo ſpatio multa illic diuinitus ſunt declarata miracula, atque in-
gens ſplendor perpetuò ad ſacrum corpus permanſit, ita vt à pectore virginis & ſurtum,
pro ſordibus pulueris nitentia relucereſt fragmina margaritarum, & quibusdam clariſ-
mis erumpentibus ſcintillis aſpicientium reuerberarentur obtutus. Tanta etiam ibidem
E ſentiebatur odoris fragrantia, vt omnium nares ineffabili ſauitate completerentur. Qui-
cumque autem ad ſacrum illud corpus intueri poterant, quocumque eſſent affecti mor-
bo, ilicò curabantur. Porro odoris illius ſemper increſcebat ſauitas.

Inter cetera autem miracula ipſo die eleuationis ſanctiſſimæ virginis, cum ſeuiffimus
morbus totum illum pagum ad eò occuparet, vt vix eſſet domus in qua non iaceret agro-
tus, omnes illi cum eleuato ſacro corpore ſimul e ſuis lectulis ſani ſurrexerunt. Tandem ac-
ceſſit Rodulpho Nouiomenſis Eccleſiæ Archidiacono, poſteà eiufdem vrbs religioſo
Epiſcopo, & ex collegio beatiffimi martyris Quintini à certis Patribus, Gitone, Rober-
to, aliisque pluribus magnæ pietatis viris, peractis Miſſarum ſolemniis, itum eſt ad tumu-
lum, ibidem etiamnum circa caput & pectus ſanctæ virginis, illo quod diximus caeleſti
lumine ad eò coruſcante, vt nemo poſſet ad plenum intueri. Leuatum eſt ſanctum cor-
pus è ſepulchro ſeptimo Idus Nouembris, &c.] ſubiicit hic auctor complura alia mi-
racula

V I.
MONASTÈ-
RIVM GEM-
BLACENSE
AGAPITI
PAPAE PRI-
VILEGIIS
MYNITVM.

V I I.

V I I I.
CORPVS
S. HUNE-
GUNDIS
VIRG. RE-
PERTVM ET
ELEVATVM.
Apud Sur.
die 25. Aug.
tom. 4.

I X.

racula Dei operatione, virtute tantæ virginis edita. sed ista ad institutum satis.

X. Quod ad res pertinet Orientales, eodem tempore (Luitprandus inquit) Constantinus Imperator, qui deiecit Romano filiisque eius, Constantinopoleos regebat Imperium, audito Berengarium potentia præstare Lothario, per Andream, qui ab officio Comes Curia dicebatur, litteras Berengario dirigit, in quibus continebatur, vehementer se Berengarij nuntium velle videre, cuius in reditu cognosceret, quanta eum charitate diligeret. Scripsit etiam ei commendatitias litteras pro Lothario, vt fidelis ei esset administrator, cui Deo largiente, extiterat gubernator. Constantinus nunquam sollicitudinem non paruam Lotharij pro salute habebat, religiosè ob amorem nurus suæ cogitans, quæ Lotharij soror extiterat.] hæc de legatione Constantini Augusti Luitprandus. Ab ipso verò Berengario ad Constantinum mittitur idem ipse Luitprandus historicus, qui suam ipsius legationem describit, multaque admiratione digna narrat, quæ vt curiosa ad institutum nostrum nihil spectantia, prætermittimus recitare.

LUITPRANDVS LEGATVS CONSTANT. IMP. AD BERENG.

IESV CHRISTI AGAPITI II. PAP. CONST. VIII. SOLIVS IMP.

ANNVS ANNVS ANNVS 947. 2. 36.

I. SYNODVS VIRDVNENSIS.

CHRISTI annus sequitur nongentesimus quadragesimus septimus, Indictione quinta, quo habita est Synodus Virduni, cuius celebrandæ causa extitit lis inueterata inter Hugonem olim puerum ordinatum Archiepiscopum Rhemensem, & Artaldum contra eum postea ordinatum, quem pulsatum, anno superiori à Ludouico Rege in sedem illam fuisse restitutum, Frodoardus affirmat, annitente illo contra eum, & alijs pro eo proceribus laborantibus. Cum verò, inquit, horum causa tam Ludouicus Rex quam Hugo Dux magnopere turbarentur, ad has sedandas turbas, Synodus hoc anno (inquit Frodoardus) circa medium mensis Nouembris habenda denuntiatur. Interim verò sedes Rhemenfis Artaldo conceditur.] & inferius: Eodem anno Synodus Virduni habita est, præsentente Rotberto Treuirensi Episcopo cum Artaldo Rhemenfi, Adelrico Aquensi, Adelberone Metensi, Goslino Tullensi, Hildebaldo Transihenensi, Mirnegardo Vurdenfi, Israël Britone, præsentente Brunone Abbate fratre Regis Ottonis, Agenoldo quoque & Odilone cum alijs quibusdam venerandis Abbatibus,] hi sunt quos potuit temporis importunitas Episcopos in vnum colligere. Quid autem in ea actum sit, hæc ipse:

II.

Ad quam Hugo Episcopus euocatus, missis etiam duobus ad eum deducendum Episcopis, Adelberone & Goslino, venire noluit. Vniuersa verò Synodus domino Artaldo Rhemenfi tenendum iudicauit Episcopium. Indicitur etiam Synodus Idibus Ianuarij habenda.] hæc de his Frodoardus hoc anno. At quoniam negotium perarduum haud videbatur posse per prouinciales Episcopos terminari, & causa valde implicita defini: placuit vt plenum Concilium conuocari deberet ex Episcopis videlicet Gallia atque Germaniæ, quod factum est anno sequenti coram Apostolica Sedis Legato.

III.

HYGONIS SYBOLA LEGATIO AD AGAPITVM PAP.

Sed quid inter hæc Hugo? probè sciens quanti ponderis esset Romani Pontificis auctoritas in eiusmodi definiendis controuersis, Sigeboldum clericum suum legat Romam ad Agapitum Papam, tradens ei litteras falsas, quas finxit conscriptas esse ab Episcopis Rhemenfis diocesis, quibus petebatur, vt Episcopatus eiusdem Rhemenfis Ecclesiæ eidem ab Apostolica Sede confirmaretur Hugoni. His nuntius acceptis litteris, Romam ad Pontificem proficiscens, eas ipsi obtulit, quarum fide ab eodem Agapito Papa surripuit dolosè litteras ad Episcopos Gallia atq; Germaniæ, quibus significabatur, vt Hugo Rhemenfis Ecclesiæ sedere deberet Episcopus. Quomodo autem eadem litteræ ab ipsa Synodo anno sequenti celebrata præsentente Apostolica Sedis Legato ostensæ sint falsæ, suo loco dicetur.

IV.

Flor. hist. S. AELFEGI EPISC. VVINTONIENSIS OBITVS.

Moritur hoc anno sanctus Aelfegus Vuintoniensis in Anglia Episcopus, sanctitate clarus, & spiritu prophetiæ imbutus, de quo ista scripta reperimus hoc anno quo fuit eius transitus: De beato quoque Aelfego legitur, quod in die Cinerum, cum de more pœnitentes de Ecclesiæ liminibus remoueret, hortatus est eos vt tempore Quadragesimali ieiunio & castitati vacantes, diebus illis vxorum etiam delicijs abstinerent. Quorum vnus, ceteris Episcopi iussionibus reuerenter obtemperantibus, ioculari cœpit, dicens, se abstinere non posse à venere, à cibo, pariter & coniugio. Cui Episcopus: Contristas me

A me miser oppidò, nesciens quod tibi pariat dies ventura. Et sic homo ille recedens duram beati Aelfegi prophetiam nebulo experitur, dum postera luce in cubiculo sit repertus exanimis, incertum vtrum à diabolo suffocatus. Altero quoque tempore, dum sacros ordines celebrasset, tres monachos ad ordinem promovit presbyteratus. Completis itaque ordinibus, Præsul sanctæ recordationis astantibus dixit: Hodie tribus monachis manus imposui, quorum duo pontificalis ordinis gratiam obtinebunt, vnus in ciuitate Vuigornia, ac deinde in Cantia; alter meam sedem quandoque implebit: tertius voluptatum perulantia accensus exitum miserabilem fortietur. Quam vtique sancti Præsulis prophetiam, vt prædixerat, rerum exitus comprobauit.] Qui enim Vuigornij, & deinde Cantia Antistes extitit, fuit sanctus Dunstanus; qui autem sedem Vuintoniensem post eum accepit, fuit Aelfinus, vt ex Osberto pater, tertius autem nobis incompertus.

B Hoc eodem anno, qui vndecimus Regis Ottonis numeratur, septimo Kalend. Februarij, moritur eius coniunx Aedita Regina sanctitate præclara, quam & post obitum miraculis claruisse, Ditmarus eius temporis scriptor testatur.

Celebrata est hoc pariter anno nongentesimo quadragesimo septimo Asturiæ in Hispania sub Salomone eius ciuitatis Episcopo Synodus, in qua nonnulla de rebus ad Christianam disciplinam benè disponendam & conseruandam tractata feruntur. at desiderantur eius Acta, quibus hæc possint sigillatim fieri notiora.

IESV CHRISTI AGAPITI II. PAP. CONST. VIII. SOLIVS IMP.

ANNVS ANNVS ANNVS 948. 3. 37.

SEQUITVR Christi annus nongentesimus quadragesimus octauus, Indictione sexta, quo Agapirus Papa Legatum à latere Marinum misit in Galliam, cum ad stabiliendum Ludouici Regnum, quod factione Hugonis Principis varijs nutabat tumultibus; tum etiam ad cognoscendam cum illarum partiũ Episcopis causam Rhemenfis Ecclesiæ, quifnam eius legitimus esset Episcopus, Artaldus vel Hugo. De his omnibus abundè Frodoardus eiusdem Ecclesiæ Rhemenfis presbyter, omnia ista ob oculos habens, ab his incipit:

Anno nongentesimo quadragesimo octauo, Synodus prædicta, quæ scilicet indicta fuerat celebranda hoc anno Idibus Ianuarij, celebratur in Ecclesia sancti Petri ante castrum castri Mosomi à domno Rotberto, ceterisque Treuirensis dioceseos Episcopis, & aliquibus Rhemenfis. Veniens illuc Hugo & locutus cum Rotberto Treuirensi Archiepiscopo Synodum noluit ingredi, litteras verò quasdam ex nomine Agapiti Papæ misit ad Episcopos per clericum suum qui eas Roma derulerat, nihil auctoritatis canonicæ continentis, hoc tantum præcipientes, vt Hugoni Rhemense redderetur Episcopium. Quibus lectis, ineuntes Episcopi consilium cum Abbatibus & ceteris sapientibus qui aderant, responderunt, non esse dignum vel congruum, vt mandatum legationis Apostolicæ, quam dudum Rotbertus Archiepiscopus, deferente Friderico prælule Moguntinensi, coram Regibus & Episcopis tam Gallia quam Germaniæ susceperat, & partem iam petitionis ipsius exegerat, propter illas litteras intermitterent, quas insidiator Artaldi præsulis exhibebat: immò quod regulariter cœptum fuerat, canonicè pertractaretur. Sicque præceptum est, vt recitaretur capitulum decimum nonum Carthaginensis Concilij, de accusato & accusatore. Quo recitato, iudicatum est, secundum definitionem ipsius capituli, vt Artaldo præsule retinente communionem & parochiam Rhemensem, Hugo, qui ad duas Synodos euocatus venire contempserat, à communionem & regimine Rhemenfis Episcopij abstineret, donec ad vniuersalem Synodum, quæ indicebatur ad Kalendas Augusti, sese purgaturus occurreret. Ipsumque capitulum mox in charta describi fecerunt Episcopi coram se, subnectentes hanc etiam definitionem suam, & eidem Hugoni miserunt. Qui post alteram diem eamdem chartam Rotberto præsuli remisit, hoc verbis remandans, quod ipsorum iudicio nequaquam obediturus sit.

Interea proclamationis litteræ à domno Artaldo diriguntur ad Sedem Romanam. Domnus igitur Agapitus Papa Vicarium suum Marinum Episcopum mittit ad Ottonem propter euocandam & congregandam generalem Synodum, litteræque ipsius Papæ mittuntur ab Vrbe Romana speciatim quibusdam Episcopis Gallia Germaniæ-

SYNODVS IN GVLEHEIMENSIS. * ad Engleheim

que vocantes eos ad Synodum. Quae Synodus congregata est ex praeccepto praefati Papae in * Engleheim palatio regali in Ecclesia beati Remigij honore dicata, septimo Idus Iunij, causa videlicet maximarum dissensionum, quae agitabantur inter Regem Ludouicum & Hugonem Principem, inter Artaldum quoque Rhemensem Episcopum & Hugonem illicite substitutum eiusdem urbis Praesulem, quae dissensiones omne perturbaerant Regnum Francorum. ad quam Synodum celebrandam, adueniente praedicto Marino Sedis Apostolicae Vicario, conuenerunt etiam Germaniae Praesules cum quibusdam Galliarum Episcopis.

- Rotbertus videlicet Treuirensis Archiepiscopus.
- Artaldus Rhemenfis.
- Fridericus Moguntinensis.
- Vuigfridus Colonienfis.
- Adaldagus Hamaburgensis.
- Hildebaldus Mitnegardonurdensis.
- Goslenus Tullenfis.
- * Adelbero Metensis.
- Berengarius Virdunensis.
- Fulbertus Cameracensis.
- Rodolphus * Litudunensis.
- Ricoo Vuarmacensis.
- * Raimbaldus Spirensis.
- Roppo Vuirzeburgensis.
- Conradus Constantiacensis.
- Oldericus Augultensis.
- Zethardus Hildesheimensis.
- Bernardus Halberstadenfis.
- Dudo Paderbornensis.
- Michaël Ratisponensis.
- Farabertus Tungrens.
- Liopracus Ribunensis.
- Dodo Ofinaburgensis.
- Eueris Mindensis.
- Baldricus Traiectensis.
- Heroldus Salsburgensis.
- Adelbertus Bazsoensis.
- Starcandus * Cistadiensis.
- Hotat Leouicensis.
- Vuicardus Basiliensis.
- Lidac Ribuenfis.

IV. Residentibus his Praesulibus in Ecclesia dicti loci post praemissas preces, secundum ordinem celebrandi Concilij, & post lectiones sacrae auctoritatis, ingressis gloriosis Regibus Ottone ac Ludouico, & simul residentibus, post allocutionem praefati Marini Sedis Apostolicae Legati, exurgens Ludouicus Rex à latere & consensu domni Regis Ottonis proclamationis suae querimoniam propalauit coram praemisso Romanae Sedis Vicario, ceterisque confidentibus Episcopis, referens, qualiter accersitus fuerit à transmarinis regionibus per Legatos Hugonis, ceterorumque Franciae Principum ad suscipiendum suae paternae hereditatis Regnum, cunctorumque votis & acclamationibus procerum, militiarumque Francorum sublimatus & consecratus sit ad apicem regalis moderaminis obtinendum; postea verò eiectus sit à praefato Hugone, & dolis appetitus ac comprehensus per annum integrum sub custodia fuerit ab eo detentus, nec aliter eius absolutio potuerit obtineri, nisi Landunum castrum, quod solum tunc Regina Gerberga cum fidelibus suis regis sedibus retinebat, Hugone id occupante, dimitteret. de his omnibus malis, quae post Regni susceptionem passus fuerat; si quis obiiceret, quod sui facinoris causa eidem fuissent illata, inde se iuxta synodale iudicium & Regis Ottonis praecceptionem purgaret, vel certamine singulari defenderet.

V. Deinde surgens Artaldus Archiepiscopus protulit secundum iussionem Papae Romani, quam ei delegauerat, liti initium atque tenorem, quae versabatur inter ipsum & Hugonem subrogatum sibi Ecclesiae Rhemenfis Antistitem.

VI. Postquam litterarum recitationem, & earum propter Reges iuxta Teotiscam linguam interpretationem, ingressus Synodum quidam Sigeboldus praemissi Hugonis clericus attulit litteras, quas Roma detulerat, quasque iam in alia Synodo Mosomi propalauerat, asserens easdem litteras sibi Romae ab ipso qui aderat Marino Vicario datas. Qui Marinus proferens litteras, quas idem Sigeboldus Romam tulerat, praecipit eas coram Synodo recitari. In quarum recitatione repertum est (prout ipsae litterae fatebantur) quoddam Vuido Episcopus Suesfonicus, Hildegarius quoque Bellouacensis, Rodolphus Laudunensis, ceterique cuncti Rhemenfis dioceseos Episcopi easdem litteras ad Sedem delegauerant Apostolicam pro restauratione Hugonis in sede Rhemenfi & expulsionem Artaldi. Postquam lectionem exurgentes Artaldus, & praefatus Rodolphus, qui in iisdem litteris memorabatur, Fulbertus quoque Cameracensis Antistes, easdem litteras refutarunt, asserentes quod eas antea numquam viderint, vel audierint, neque in earum delegatione consensum praebuerint. Quibus cum idem clericus contraire non posset, li-

PRIMA SESSIO IN QVA ARTALDVS IVDICATVR LEGITIMVS EPISC. RHEM.

cerit

Ac et in eos calumniis obstrepens: praecipit dominus Marinus, suggerens vniuersae Synodo, vt sibi consilium & rectum iudicium proferrent super huiusmodi calumniatore, & calumniarum in Episcopos delatore. At illi, postquam delator publicè confutatus est falsa detulisse, lectis capitulis de huiusmodi calumniatoribus: iudicant & vniuersim censeant, eum quo fruebatur honore, priuari debere, ac secundum capitulorum tenorem in exilium detrudi. Diaconatus igitur quo fungebatur ministerio multatus, à conspectu Synodi reprobatus abscessit, Artaldo verò Praesuli qui omnibus se Synodis praesentabilem fecerat, non refugiens synodale iudicium, Episcopium Rhemense iuxta Canonum constituta & sanctorum Patrum decreta, omnino retinendum atque disponendum decernunt, laudant atque corroborant.

Secunda confessionis die post recitatas diuinæ auctoritatis lectiones, & Marini Vicarij allocationem, suggestit dominus Rotbertus Treuirensis Archiepiscopus, vt quoniam iuxta sacrae legis instituta restauratum atque restitutum fuerat Rhemense Artaldo Praesuli Episcopium, in eiusdem sedis inuaforem synodale perageretur iudicium. Praecipit itaque Marinus Vicarius, vt canonicam super hac praesumptione Synodus proferret sententiam. Iubentur ergo sanctae legis Catholicae recitari capitula. Quibus recitatis, secundum sacrorum Canonum & sanctorum decreta Patrum Sixti, Alexandri, Innocentij, Zosimi, Bonifacij, Caestini, Leonis, Symmachi, ceterorumque sanctorum Ecclesiae Doctorum, excommunicauerunt, atque ab Ecclesiae Dei gremio repulerunt praedictum Hugonem Rhemenfis Ecclesiae peruaforem, donec ad poenitentiam & dignam satisfactionem venire procuraret.

Ceteris quoque diebus tractata sunt quaedam necessaria de incestis coniugiis, & Ecclesiis, quae presbyteris in partibus Germaniae dabantur, immò venundabantur indebitè, & auferebantur à laicis illicitè: Prohibitum igitur atque statutum est, ne id omnino praesumeretur ab aliquo. Sed & de aliis Ecclesiae Dei vtilitatibus tractata sunt, & definita nonnulla.] hucusque de synodo Frodoardus, in qua, vt audisti, definita fuit causa Rhemenfis Ecclesiae, quae autem reliqua erat causa definienda inter Ludouicum Regem atque Hugonem Principem, delata ipsa fuit ad Synodum Treuiris hoc eodem anno celebrandam, ad quam interim idem Hugo Princeps vocari deberet litteris Marini Apostolicae Sedis Legati, de qua idem Frodoardus hoc eodem anno post enarrata nonnulla de militaribus copiis hinc inde deductis aduersus alterutrum per Ludouicum & Hugonem, ista narrare incipit:

Post haec Artaldus Archiepiscopus Rhemenfis Treuiros proficiscitur ad Synodum Ducum Episcopis Vuidone Suesfionico, Rodolpho Laudunensi & Vuicredo Morinenfi. Quod peruenientes Marinum sese praestolantem repererunt cum Rotberto Archiepiscopo Treuirensi. Ceterorum verò Lothariensium atque Germanorum Praesulum illuc inuenere neminem. Confidentibus igitur illis, sciscitari coepit Marinus Vicarius, quid egisset post praemissam Synodum Hugo Princeps erga ipsos & Regem Ludouicum. At illi referunt supra memorata, quae ipsis & Ecclesiis eorum intulerat mala. Requirit ergo de vocatione ipsius Principis Marinus, Vtrum perlata ei fuissent litterae vocationis, quas ei perferendas delegauerat. Cui respondetur ab Artaldo Archiepiscopo, quod quaedam eorum perlatae sunt, quaedam verò perferri non potuerunt, earum gerulo ab ipsis grassatoribus intercepto: vocatus tamen fuerit tam litteris, quam internuntiis. Requiritur itaque si adit aliquis ex parte ipsius Legatus. Vbi cum nullus fuisset inuentus, decernitur Expectandum, si forte aduenturus esset in crastinum.

Quod cum minimè contigisset, & omnes qui aderant tam clerici quam illustres laici excommunicandum esse acclamarent, definitur ab Episcopis, hanc excommunicacionem differendam vsque ad diem tertiam. Tractatur autem de Episcopis qui vocati fuerant, & venire distulerant, vel his qui ordinationis Hugonis participes extiterant. Et Vuido, quidem Suesfonicus se culpabilem, prostratus coram Marino Vicario & Artaldo Archiepiscopo confiteretur. intercedentibus autè pro eo apud Marinum Rotberto & Artaldo Archiepiscopo, absolui ab hac noxa mereret. Vuicfredus Morinenfis immunis ab hac ordinatione reperitur. Adest Transmarini Nouiomentis Episcopi Legatus quidam presbyter, astruens, eundem Praesulem ita graui languore detentum, vt ad eandem Synodum venire non valuerit. id quoque nostrates qui aderant, testabantur Episcopi.

Tertia tandem die, insistente praecipue Liudolpho Legato & Cappellano Regis Ottonis,

VII. SECUNDA SESSIO IN QVA DAM NATAVR HVGO INVASOR SEDIS RHEMENSIS.

VIII. QVAE IN RELIQUIS SESSIONIBVS.

IX. SYNODI TREVIRESIS PRIMA SESSIO.

X. SECUNDA SESSIO.

XI. TERTIA SESSIO.

CHRISTI 948. AGAPITI II. PAP. 3. CONST. VIII. SOLIVS IMP. 37.

nis, quoniam idem Rex id omnino fieri precipiebat; excommunicatur Hugo Comes A inimicus Ludouici Regis pro supra memoratis malis ab ipso perpetratis, eo tamen modo, donec resipiscat, & ad satisfactionem coram Marino Vicario vel Episcopis, quibus iniuriam fecit, deueniat. Quod si facere contempserit, Romam pro absolutione sui proficiscatur. Excommunicantur & duo pseudoepiscopi ab Hugone damnato ordinati, Thetbaldus & Iuo, prior post expulsionem ipsius in Ambianenti vrbe, alter post damnationem eiusdem Hugonis in Siluanestenti ab eo constituti. Excommunicatur etiam clericus Laudunensis nomine Adelomus, quem accusauit Rodolphus Episcopus suus, ed quod Thetbaldum excommunicatum in Ecclesiam introduxerit. Vocatur Hildegarius Bello-uacensis Episcopus litteris prefati Marini, vt veniat coram eo, vel eat Romam rationem redditurus coram domno Papa pro illicita ordinatione praedictorum pseudoepiscoporum, cui interfuerat. Vocatur & Heribertus Heriberti Comitis filius ad satisfactionem venire pro malis, quae contra Episcopos agebat. His gestis, Episcopi reuertuntur ad sua. Liudolphus autem Cappellanus Ottonis Marini Vicarium deducit ad Regem suum in Saxoniam, vbi consecraturus fuerat Ecclesiam Fuldenfis monasterij: post cuius consecrationem idem Marinus, exacta hieme, Romam reuertitur.] haecenus de Synodis hoc anno celebratis, & rebus gestis a Marino Legato Frodoardus.

IESV CHRISTI AGAPITI II. PAP. CONST. VIII. SOLIVS IMP.

ANNVS 949. ANNVS 4. ANNVS 38.

I. SYNODVS ROMANA.

SEQUITVR annus Redemptoris nongentesimus quadragesimus nonus, Indictione prima, quo ab Agapito Papa Romae est Synodus celebrata, de qua pauca ista habet Frodoardus hoc anno: Agapitus Papa Synodum habuit apud Sanctum Petrum, in qua damnationem Hugonis Episcopi apud Ingelheim factam confirmauit, excommunicans etiam Hugonem Principem, donec Ludouico Regi satisfaciatur.] haec ipse.

II. DANORVM ECCLESIAE FELIX PRO-PAGATIO. Adam lib. 2. cap. 2.

Eodem anno debellatis ab Ortone Rege magna victoria Danis, iisdemque in Christianam religionem acceptis, & Ecclesiis in Dania ordinatis, Agapitus Papa eorum Metropoli Hamburgensi Ecclesiae gratulatus, eidem priuilegia a praedecessoribus data innouauit, quae facta esse hoc anno, quo numeratur duodecimus sedis Adaldagi Archiepiscopi, testatur Adam vetus Chronographus, qui summam ista complexus haec habet: Otto igitur Rex diuino fultus auxilio, quamprimum ab insidiis fratrum suorum ereptus est, iudicium & iustitiam populis fecit. Deinde postquam omnia ferme Regna, quae post mortem Caroli defecerant, suo imperio subiugarat: in Danos arma corripuit, quos antea pater eius bello compressit. Enimvero tunc rebellare moliti, apud Hedaby Legatos Ottonis cum Marchione trucidarunt, omnem Saxonum coloniam funditus extinguentes. Ad quam rem vliscendam Rex cum exercitu statim inuasit Daniam, transgressusque terminos Danorum, apud Sliasuuigh olim positos, ferro & igne vastauit totam regionem vsque ad mare nouissimum, quod Northmannos a Danis dirimit. Et vsque in praesentem diem, a victoria Regis, Ottosfund, dicitur. Cui egredienti Haraldus apud Sliasuuigh occurrens, bellum intulit, in quo vtrisque viriliter certantibus, Saxones victoria potiti sunt. Dani victi ad naues cesserunt, tandemque conditionibus ad pacem inclinatis, Haraldus Ottoni subiicitur, & ab eo Regnum suscipiens, Christianitatem in Dania recipere spondit. Nec mora, baptizatus est ipse Haraldus cum vxore Gunild & filio paruulo, quem Rex noster a sacro fonte susceptum, SuenOtto vocauit.

III. INCREMENTVM DANORVM ECCLESIAE.

Eo tempore Dania Cismarina, quam Iutland incolae appellant, in tres diuisa Episcopatus Hamburgensi Episcopatu subiecta est. Seruantur in Bremensi Ecclesia praercepta Regis, quae signant, Ottonem Regem in sua ditione Regnum Danicum tenuisse, adeo vt etiam Episcopatus illi donarit. In priuilegiis autem Romanae Sedis videri potest, quod Agapitus Papa Hamburgensi Ecclesiae de salute Gentium congratulatus, omnia quae a decessoribus suis Gregorio, Nicolao, Sergio & ceteris Bremensi Archiepiscopatu concessa sunt: & ipse concessit Adaldago. Cui etiam sua vice ius ordinandi Episcopos tam in Dania, quam in Septemtrionis populis Apostolica auctoritate concessit. Igitur beatissimus Archiepiscopus noster primus ordinauit in Dania, Haroldum ad Slesuich, Liadagum

CHRISTI 949. AGAPITI II. PAP. 4. CONST. VIII. SOLIVS IMP. 38.

Adagum ad Ripam, Reginbrundum ad Arhusiam. Quibus etiam commendauit illas Ecclesias, quae trans mare sunt, in Fionia, Seland, & Scane, ac in Sueonia. Anno Archiepiscopi factum hoc est duodecimo. Et haec quidem initia caelestis misericordiae secutum est tale incrementum, Deo cooperante, vt ab illo tempore vsque in hodiernum diem Ecclesiae Danorum multiplici Borealium Gentium fructu redundare videantur.

Quod autem intercesserit ingens miraculum, vt Haraldus Danorum Rex fieret Christianus, accipe a Vuitichindo temporis huius scriptore, qui ait: Dani antiquitus erant Christiani, sed nihilominus idolis ritu Gentili seruientes. Contigit autem contentionem super cultura deorum fieri in quodam conuiuio, Rege praesente, Danis affirmantibus Christum quidem esse Deum, sed alios fore eo maiores deos, quippe qui potiora mortalibus signa & prodigia per se ostenderent. Contra haec clericus quidam, nunc vero religiosam vitam ducens, Episcopus nomine Poppo, vnum verum Deum Patrem cum Filio vnigenito Domino nostro Iesu Christo & Spiritu sancto, simulacra vero daemonia esse, testatus est: Haraldus autem Rex, qui velox traditur fuisse ad audiendum, tardus ad loquendum, interrogat si hanc fidem per semetipsum declarare velit. Ille incunctanter velle respondit. Rex vero custodiri clericum vsque in crastinum iubet. Mane autem facto, ingentis ponderis ferrum igne succendi iubet, clericumque ob fidem Catholicam candens ferrum portare iussit. Confessor Christi indubitanter ferrum rapit, tam diuque deportat, quo ipse Rex decernit. manum incolumem cunctis ostendit: fidem Catholicam omnibus probabilem reddit. Ad haec Rex conuersus, Christum Deum solum colendum decernit, idola respuenda subiectis gentibus imperat; Dei sacerdotibus & ministris honorem debitum deinde praestitit. Sed haec virtutibus merito patris sui, Ottonis Regis scilicet, adscribuntur, cuius industria in illis regionibus Ecclesiae sacerdotumque ordines tantum fultere.] hucusque Vuitichindus. Huic miraculo ad stipulatur etiam praeter alios Ditmarus, qui hoc ipso saeculo claruit, atque scripsit. Adam etiam de his agens, ista subiicit quae sequuntur:

I V. Vuitich. lib. 3.

FIDES PROBATA MTRACVLO.

Ditmarus Chron. lib. 2. Adam lib. 2. cap. 3.

V. SLAVI AD FIDEM CONVERSI.

Ferunt etiam, eo ipso tempore eundem fortissimum Regem Ottonem vniuersos Slauorum populos suo imperio subiecisse: quosque pater eius vno grandi praelio domuerat, ipse Otto tanto deinceps Dei adiutorio constringit, vt tributum & Christianitatem pro vita simul & patria libenter offerrent victori. Baptizatusque est totus Gentilium populus. Ecclesiae in Slauonia tunc primum constructae, de quibus rebus circa finem, vt gestae sunt, opportuniuissimum aliquid dicturi.] haec Adam Bremensis Ecclesiae canonicus. Addit Ditmarus, his temporibus accidisse plurimas animarum sensibiles apparitiones, ad indicandam, inquit, earum immortalitatem, quam Slavi negabant. Haec ipse huius temporis scriptor sui Chronici libro primo. Sed ad res Italiae.

Hoc eodem anno Vngari inuasuri rursus Italiam, ingenti oblata pecunia a Berengario, continentur. Quomodo autem eiusmodi opportuna vius occasione idem Berengarius a clericis tributum exegit, d Luitprandus ita recenset: Per idem tempus Taxis Vngarorum Rex magno cum exercitu in Italiam venit. Cui Berengarius non ex propria pecunia, sed ex Ecclesiarum ac pauperum collectione decem modios nummorum dedit. Fecit autem hoc non vt populi curam haberet, sed vt hac occasione magnam pecuniam congregaret, quod & fecit. In omni enim aetate omnisque sexus, tamque ablactatus quam lactens pro se nummum dedit, quibus aes commiscens, ex paucis decem modios fecit. ceteram vero partem, & quidquid ex Ecclesiis tulit, sibi retinuit.] haec ipse. Quomodo autem iidem Vngari ex Italia in Aquitaniam transiere, post sequentem annum Frodoardus narrat.

V I.

Luitp. li. 5. c. 15. infra. VNGARORVM NOVA INCVRSIO PFCVNIA REDIMI- TVR.

IESV CHRISTI AGAPITI II. PAP. CONST. VIII. SOLIVS IMP.

ANNVS 950. ANNVS 5. ANNVS 39.

SALVTIS annus agitur quinquagesimus post nongentesimum, Indictione octaua, quo Lothario Rege Italiae veneno sublato a medio, Berengarius vendicat sibi Italiae Regnum. haec Frodoardus hoc anno. Porro vxor Lotharij Adelais filia Rodulphi Regis intra munitionem Canusinam se continens, litteris Ottonem Regem ad sui liberationem vocare non desistit, qui comparato exercitu, anno sequenti (vt suo loco dicitur) in Italiam

I. OBITVS LOTHARII REGIS.

Italiam descendit. Leo autem Ostiensis de Lotharij morte agens, sic ait: Lotharius post annos ferme quatuor in phrenesim subitam incidens, diem clausit extremum: ipseque deinceps in Italia reguandi Francorum Regibus terminum dedit. Eo defuncto vxor eius Adelais ad Attonem propinquum suum sese in Canusinam munitissimam arcem contulit.] vbi mansit quousque Otto Rex veniens, Berengarium ab Italia fugauit.

At non litteris Adelaidis tantum, sed & Agapiti Romani Pontificis vocatum epistola Ottonem Regem, vt liberaret Italiam a tyrannide Berengarij, testatur Anonymus, qui olim scripsit vitas Romanorum Pontificum. Equidem cum sanctissimus Pontifex vidisset tyrannum manus misisse in personas Ecclesiasticas, ab eis tributum exigentem, haud diutius id tolerandum ratus, auxilium a Rege maxime pio expetendum putauit, quod & feliciter consecutus est, vt dicitur anno sequenti.

Quo pariter anno quinto Ianuarij, Ramirus Rex Legionensis in Hispania post multas insignes de Arabibus victorias consecutus, ac nouissime paulo ante obitum iisdem in proelio apud Talauera ad internecionem vsq; deletis, Deo gratias redditurus, Ouetum profectus est, vbi plurimorum Sanctorum sacrae reliquiae asseruabantur; illicque agrotare incipiens, Legionem delatus, in Vigilia Epiphaniae (vt omnes veteres scriptores rerum Hispaniarum aequè consentiunt) moritur: Facta (inquiunt) confessione Episcopis & Abbatibus qui secum aderant, deuote suscepit Sacramentum corporis & sanguinis Domini Iesu Christi. Quo facto, se a Regno quod a patre susceperat, abdicauit, proclamans cum lacrymis: Nudus egressus sum de utero matris meae: nudus reuertar illuc. Dominus mihi adiutor, non timebo quid faciat mihi homo. His ita peractis, vitam finiuit, & in monasterio sancti Saluatoris, quod filiae suae construxerat, tumulatur,] cum regnasset annos viginti duos, menses duos & dies viginti quinque, cui mox successit Ordonius eius filius huius nominis tertius. Laudatissimus plane Ramirus habetur tum religione, tum bellica fortitudine, quibus simul iunctis semper accidere consuevit, vt hostes cedant, cunctaque alia bene succedant. Tenuit Ordonius Regnum annos quinque & menses septem, quibus civili bello magis quam externo eum contigit fatigari, rebellantibus aduersus eum Sancio fratre, & cum eo Castellae Comite. Sed de his pluribus qui profecti sunt res Hispanas.

IESV CHRISTI AGAPITI II. PAP. CONST. VIII. SOLIVS IMP.

ANNVS ANNVS ANNVS 951. 6. 40.

REDEMPTORIS annus sequitur nongentesimus quinquagesimus primus, Indictione nona, quo Otto Rex in Italiam veniens, fugatis Berengario Regem agente, & eius filio Adelberto, duabusque eius filiabus captis & in Germaniam missis, Adelaudem Reginam Lotharij olim coniugem accepit vxorem. haec Leo Ostiensis. Eadem Frodoardus hoc anno, qui & addit: Sarraceni meatum Alpium obsidentes a viatoribus Romanam petentibus tributum accipiunt, & sic eos transire permittunt.]

Porro ista non esse facta ante mensem Octobris videri possunt ex Berengarij diplomate priuilegij concessi monasterio sancti Vincentij ad fontes Vulturni, in cuius fine ista leguntur: Hubertus Cancellarius ad vicem Bruningi Episcopi & Archicancellarij recognoui & subscripsi. Dat. vi. Kal. Octobris anno Dominicae Incarnationis nongentesimo quinquagesimo primo, Regni vero domini Berengarij atq; Adelberti piissimorum Regum primo, Indictione decima. Actum in Plebe S. Marini, in Dei nomine feliciter. Amen.]

Quo pariter anno Amalaphus tyrannus in Anglia cum aded inualuisset, vt eius Regni partem dimidiam possideret, alteram Eadredus legitimus Rex teneret: vbi aggressus est incendio tradere Ecclesiam sancti Balteri, mox numine vindice, repentina morte percutitur: sicque absque armis factum, vt vniuersa Angliae Monarchia idem pius rex potiretur Eadredus.

Consignatur hic pariter annus Erae nota Gomefani Hispani presbyteri praefatio in commentarium S. Ildesonsi de laude perpetuae virginitatis Dei Genitricis Mariae, quam excipit petente Gotiscalco Episcopo in Aquitania, accepimus eam vna cum aliis antiquitatis monumentis a Nicolao Fabro Parisiis missis, quae ne pereant suis quibusque locis intexenda curauimus. sic enim ipsa se habet:

AGAPITVS PAPA OTTONEM ADVERSVS BERENGARIVM VOCATVM. R. AMIRI REGIS OBSERV. I. Leo Ostien. lib. 1. c. 64. I. Frodoard. in Chron. hoc anno. Flor. histor. Mat. Vicesim. monast. hoc anno.

Ad

Ad Gotiscalcum Episcopum Gomefanus.

Ego quidem Gomefanus, licet indignus, presbyterij tamen ordine functus in finibus Pamploniae abba Hyldenensis architerij in atrio sacro ferente reliquias sancti ac beatissimi Martini Episcopi regulariter degens sub regimine Patris almi videlicet Dulquitti Abbatis inter agmina Christi seruorum ducentorum ferè monachorum compulsus a Gotiscalco Episcopo, qui gratia orandi egressus a partibus Aquitaniae deuotione promptissima, magno comitatu fultus ad finem Galliciae pergebat, concitus Dei misericordiam sanctique Iacobi Apostoli suffragium humiliter imploraturus, libellum libenter conscripsi a B. Ildesonso Toletanae sedis Episcopo dudum luculentissime editum. In quo continetur de laude Virginitatis S. Mariae perpetuae Virginis Iesu Christi Domini nostri Genitricis. Vbi praedictus Ildesonsus Episcopus diuino spiramine afflatus, oraculis Prophetarum imbutus, Euangeliorum testimonijs roboratus, Apostolorum documentis instructus, caelesti simul & terrenorum contestatione firmatus, gladio verbi Dei armatus Iouiniani perfidiam vulnerauit, & pugione verissimae rationis Heluidij errorem destruxit, Iudaeorum quoque duritiam non solum ad stipulatione Angelorum & hominum, sed etiam daemnonum prolata confessione iugulauit. Iam vero quam dulcia quamque diuino munere compta prompserit eloquia, quisquis in hoc libello solerter legerit, facile praeuidebit. ex quo & credulus hauriet suauitatem, & anceps reperiet vnde a se procul repellat erroris prauitatem. Vnde aestimo incunctanter vt pari gloria dicitur a Christo pontifex Gotiscalcus, qui hanc laudem Genitricis Domini nunc Aquitaniae sanctae Mariae Anitio in propriam sedem specialiter aduexit. Sicut Ildesonsus Episcopus, qui eam vniuersae Ecclesiae Catholicae dudum generaliter tradidit, quia & si materia defuit laboris, tamen sacra deuotio retributio mercedis.

Mihi autem exiguo atque miserrimo Gomefano concedat Christus gloriosae Genitricis suae interuentu placatus, hic emundari a sorde facinorum, & post expletum vitae huius cursum, cum Sanctis omnibus in Regno caelorum perfrui gaudio feliciter sine fine mansuro. Transtulit hunc libellum sanctissimus Gotiscalcus Episcopus ex Hispania ad Aquitaniae tempore hiemis diebus sequenti Ianuarij mensis, corrente feliciter Erae nongentesima octogesima nona, regnante Domino nostro Iesu Christo; qui cum Deo Patre & Spiritu sancto vnus Deus gloriatur in saecula saeculorum. Amen.] haec tenus ibi, ex quibus etiam peregrinationis antiquus vsus ad corpus S. Iacobi in Gallaciam innotescit.

IESV CHRISTI AGAPITI II. PAP. CONST. VIII. SOLIVS IMP.

ANNVS ANNVS ANNVS 952. 7. 41.

SEQUITUR Christi annus nongentesimus quinquagesimus secundus, Indictione decima, quo Otto Rex cum inuitatus fuisset ab Agapito Papa venire Romam, prohibente Alberico Principe, qui (vt dictum est) Vrbi dominabatur, venire non potuit, & licet id ipse Rex missa legatione petiisset, non impetrauit. haec Frodoardus hoc anno.

Quo etiam, Augusti mense, Augustae Raetiae prouinciae publicus habetur conuentus Episcoporum, necnon Principum Francorum, Saxonum, Bauarorum, Alemannorum & Longobardorum, vbi Berengarius cum filio Adalberto sese subiiciens Ottoni, ab eo, vt subditus, recepit regendam Italiam. Sed quibus infectus erat prauis moribus, & in iisdem ab adolescentia enutritus & auctus, in senectute non caruit: nam ab iisdem vt mancipium vile possessus, vbi rediit in Italiam, Episcopos & Principes male habuit, quorum omnium odium & inimicitiam in se conuertit. haec apud Regionem hoc anno. Porro ista de subiectione Berengarij & eius filij Adelberti per visum ostensa diu ante fuisse sancto Vdalrico Augustano Episcopo, qui eius res gestas est profectus, eius temporis scriptor affirmat. Otto autem Rex haud ingratus pro acceptis a Deo beneficijs, gratias ipsi rependens, inter alia hoc ipso anno multa donauit Ecclesijs, praecipue vero a Onaburgensi, quae omnia qui profecti sunt res Saxonum, numerant.

Porro post haec, editum liquet istud ipsum, quod diximus celebratum Concilium Augustanum ab Episcopis Italiae, Galliae, atque Germaniae, cui & Otto Rex interfuit, rogatus ab Episcopis, eiusdemque canones vndecim inuenies Antiquae lectionis tomo quinto, Canisianae collectionis.

D

I. OTTONI NON CONCEDITVR VENIRE ROMAM. II. BERENGARIVS RVRSVS IN ITALIA REGNAT. III. CONCILIVM AVGVSTANVM

IESV

ANNVS 953. ANNVS 8. ANNVS 42.

*nl. Luithulphi

MALE MVLTATI QVI AVGVSTAM SVNT PRAEDATI.

ANNVS Redemptoris sequitur nongentesimus quinquagesimustertius, Indictione undecima, quo Otto Rex in gratiam Adelaidis coniugis eius matri Bertæ contra ius fasque Abbatiam dedit Merenstein appellatam: sed suo graui damno; tunc enim in eum conspirationes eius filij * Lindulphi & Chunradi Ducis sunt cœptæ, omniaque turbaræ. De his pluribus apud Reginonis appendicem, & Vuitichindum & alios res gestas Ottonis prosecutus. Inter has turbas cum sanctus Vdalricus Augustanus Episcopus vnâ cum suis pro Rege staret, Arnolphus Comes Palatinus filius Arnolphi Ducis Bavariz, qui aduersus Ottonem partes eius filij Luithulphi sectabatur, Augustanam ciuitatem cum suis ingressus, eam est deprædatus. Quæ autem diuina hos secuta sit, titio, auctor eius temporis, fidei, licet rudi stylo, prosecutus res gestas S. Vdalrici sic narrat:

Nullus enim eorum, qui antea sibi spolia Augustæ ciuitatis in contrarietatem sanctæ Dei Genitricis Mariæ vendicauerunt, impunitus euasit, nisi qui se suis propriis rebus cum indulgentia reuerendi Episcopi redimere non distulerunt. Manus proprias vnus ex his lacerando, vicinis suis in veritate dicentibus, perditio sensu, spiritu exhalauit. Alius autem cum ablato de Augusta ciuitate libro caballum sibi bene placentem comparauit, & secum adduxit in domum suam, vxorique suæ monstrauit & dixit: Melius mihi placet istum formosum caballum habere, quam librum cum quo hunc comparauit, in Augusta relinquere. Cuius verbis respondit vxor eius dicens: Utile tibi fortè fuisse, si manus tua hunc librum iniuste non retigisset. Interim verò ille leuigando manu in posteriora rangebatur caballum. Et statim ab eo percussus, mortuus est. Nouis & improuisis his cladibus, & aliis multis for midolosis rebus in reis peractis, à multitudine populi compertis, timor magnus inuasit eos, qui se esse reos cognouerunt de prædicta prædatione Augustæ ciuitatis: non solum in eos qui illuc peruenerunt, sed & qui aliquid de iniuste acquisitis ab eis acceperunt, & ideo ad poenitentiam & lamentationem conuersi, digna emendatione, & restitutione abstractarum rerum, & cum efflagitatione indulgentiæ Episcopi, studuerunt se cum Christo, & cum sancta Maria matre eius pacificare. Non post multum verò temporis præfatus Arnolphus, qui se præsumpsit res sanctæ Mariæ hostiliter inuadere, & incorrigibilis sine poenitentia perdurauit, obfessa Ratispona ciuitate, paratus ad prælium, exiuit, & statim in articulo tumultus occisus est. Quidam etiam homo de Episcopatu qui dicitur Eihsteten, partem vilissimi mensalis ad suam proprietatem portauit, & statim à dæmone occupatus, nullum abscondendi locum ab eo inuenire potuit, neque in Ecclesia, neque extra Ecclesiam, neque aspersus aqua benedicta, quin iuxta eum semper videretur manere, donec Augustam egrediens, iniuste inde rapta reportauit, & Episcopum cum scopis ei flagella imponere pro Christi nomine postulauit, & insuper indulgentiam præfati delicti condonare, sicque liberatus à dæmone, saluatus recessit. hæc ibi. Quod autem ad Arnolphum malorum omnium architectum spectat, iam ante plures annos idem sanctus Vdalricus de eius damnatione visum acceperat, quod accusaretur in Sanctorum concilio de multorum monasteriorum ab eo facta destructione, & quod eorum bona laicis in beneficia contulisset, quæ omnia idem auctor accuratè describit.

LEGATIO BRVNONIS AD AGAPITVM PAP.

*nl. Rotger. in vita S. Brun. c. 23. apud Sur. tom. 5. die 11. Oct.

Legatio inter hæc mittitur pro pallio accipiendo Romam à Brunone Archiepiscopo Colonienfe, qui hoc eodem anno (vt auctor est Frodoardus & alij) defuncto Vuicfredo Archiepiscopo Colonienfi, in locum eius legitima electione subrogatus est. Erat idem Bruno frater Ottonis Regis, qui ab ineunte ætate vsus magistro Israele, sic dicto Scotorum Episcopo, multum profecit doctrina & pietate. Porro res ab eo præclare gestæ scriptæ sunt à Rotgero monacho, qui proximus his temporibus vixit, qui de pallio ad eum ab Agapito Papa misso eiufmodi texuit historiam: Seruus Domini Bruno secundum dignitatem sedis suæ, Romanæ quoque Sedis & Apostolicæ benedictionis priuilegiis debuit insigniri, & cum eis pariter, qui traditam à beato Perfo Apostolo sanam seruauere doctrinam, Catholicæ Fidei integritate in vera confessione & inuolabili veritate prædicationis vniri. Synodicam suam epistolam per Hadamarum venerabilem Fuldenfis monasterij Abbatem Romam ad Agapitum miræ sanctitatis Papam direxit, in qua cuius spiritus esset, & quia pastor ab ouibus electus, à Domino missus esset, innouit; appellatque

A latiusque est ibi concors & conciuus Apostolorum, princeps & propagator Domini præceptorum. Legatus inde cum magna mentis alacritate reuersus, pio pastori, cui antehac gratia Dei collatum est (secundum Prophetam) oleum gaudij pro lectu, tum attulit pallium laudis pro spiritu in cœroris. Spiritus namque Dei cordato homini, & sacramento huius magnificæ virtutis magis quam his quæ visibilibus gerebantur, intento diuinitus inspirauit, vt erigeret cor suum in spem per gaudium spirituale, ne tristaretur in eo, quem sensat imminere, labore: Cor enim quod nouit amaritudinem animæ suæ, in gaudio eius non miscebitur extraneus. Sapientiæ hæc verba sunt.

Legatus ergo (vt loqui cœpimus) Roma rediens, bonum nuntium Coloniam ferre accelerauit, portans sacrum habitum ab vniuersali Papa missum prætendentem iugum Domini suauæ & onus leuæ, & ipsum quod sub eo dispensatur, humile ministerium, quod B. verba Domini testantur dicentis: Qui maior est vestrum, erit minister vester. Ferens simul reliquias de proprio corpore sancti Pantaleonis martyris, & priuilegium Apostolicæ sublimitatis auctoritate traditum. quo & eodem pallio, præter consuetudinem sacerdos Domini, quoties vellet, indui permissus, & concessis omnibus quæ petebantur, ipse præ magnitudine virtutis & sapientiæ, in participatum eius operis & propè in concessum tantæ dignitatis admissus est. Properauit in occursum eius lata ciuitas, vndique iubilans accurrat multitudo. Conuenient in suburbio prope antiquum locum, vbi Ecclesia eiusdem pretiosi Martyris erat inculta adhuc & ruinæ proxima: ibi deportata sunt grata onera, deinque suo quaque loco reposita.] hæc de his Rotgerus.

ANNVS 954. ANNVS 9. ANNVS 43.

SEQUITVR annus Christi nongentesimus quinquagesimusquartus, Indictione duodecima, quo (inquit Frodoardus) Alberico Patricio Romanorum defuncto, filius eius Octavianus, cum esset clericus, principatum adeptus est. Quique postea, defuncto Agapito, suggerentibusque sibi Romanis, Papa Vrbis efficitur. Sic Frodoardus ista inuitus scriptor temporis huius, quiq; post annos duodecim ex hac vita migravit. ex quo iure mendacij arguas omnes qui dixerunt per patrem Albericum eius filium Octavianum esse promotum ad Pontificatum: nam iam antè ille decesserat, quam eius filius pontificatum inuaderet, quod contigit anno sequenti. Remansit ergo clericus princeps, qui de arripiendo sibi Pontificatu statim agere cœpit, quod (vt dictum est) sequenti anno perfecit.

Eodem anno corpus S. Matthæi Apostoli Salernum esse translatum, Leo Ostentis in Chronico Cassinate sic narrat: Quinto huius Abbatis, nempe Aligerni, anno, qui est à natiuitate Domini nongentesimus quinquagesimusquartus, beatissimi Apostoli & Euangelistæ Matthæi corpus, quod primò apud Aethiopia, vbi passus est, postmodum verò apud Britanniam per multa tempora quieuerat, eiusdem sancti Euangelistæ reuelatione repertum atque Salernum translatum est.] hæc Leo.

Accidit hoc item anno, vt S. Vdalricus Augustanus Episcopus ad Ottonem Regem, ac filiū eius Luitholphum habentes exercitus ad pugnam paratos, sequester pacis accedens, eos inter se mutuo cœciliauerit, vt de eo illud elogium Ecclesiasticum iure occini potuisset: Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo, & inuentus est iustus, & in tempore iracundiæ factus est reconciliatio.] de his enim ita rebus ab eo gestis: Cum Rex Otto in Alemannia propter eos qui cū Luitholpho filio eius ditioni suæ regalis potestatis contradicere voluerunt, cum exercitu conuersaretur iuxta flumen quod Hilara vocatur, in campo oppidi quod dicitur Tussa, & ibi sæpeditus filius eius Luitholphus cū alio exercitu obuius ad pugnandū contra eum deueniret, & cū tanta vicinitate coniuncti essent, vt nulla ambiguitatis spe detenti manerent in vtrarumque partium multitudine, ni bellum ab eis committeretur: tunc amabilis Deo Vdalricus Episcopus in Deum tota fiducia confidens, assumpto Curienfis Ecclesiæ Hartberto religioso Episcopo, legationes inter eos facere cœpit, & ad pacis concordiam exorare, & ne populus qui à Deo illis commendatus est ad regedum, pro eorum reatu duceretur ad perditionem, Deo autem annuente duræ eorū mentes, patris scilicet Ottonis & filij eius Luitholphi de proficua admonitione

& doctrina venerandorum Episcoporum in mollitiam versæ, pactum pacis inter se placitauerunt, & turbine belli mitigato, in sua cum pace redierunt.] hæc ipse, eademque ex eo Berno Abbas. quod factum hoc anno, decimosextimo Kal. Ianuarij, Marianus affirmat. Opera insuper Brunonis Colonienfis Archiepiscopi factum esse, vt pater filio reconciliatus ei Italiæ Regnum delegarit, scribit Rotgerus^a monachus in Brunone.

^a Rotger. in
vita S. Brun.
cap. 35.

IV.
LUDOVICI
ORITVS, ET
LOTHARII
SVBROGA-
TIO.

Quo pariter anno (vt Frodoardus testatur) inoritur Ludouicus Rex Francorum, cuius filius Lotharius puer apud sanctum Remigium Rex consecratur ab Artaldo Rheimensi Archiepiscopo, fauente Hugone Principe & Brunone Archiepiscopo Colonienfi, ceterisque Præsulibus & procenibus Franciæ, Burgundiæ & Aquitaniæ.] Sed & eodem anno defuncto Friderico Archiepiscopo Moguntino, subrogatus est in locum eius Vuilelmus filius Ottonis, cuius magna est laus ex sacerdotali constantia apud Petrum Damianum. agemus de eo suo loco. Firmavit ipse suo chirographo tempus quo sedere cœpit, quod sic recitatur inuenies apud Marianum Scotum: Eodem verò anno ego Guilelmus tantæ successionis indignus, loco eius cum consensu Cleri & populi eiusdem tantæ sedis, decimosexto Kalend. Ianuarij (ipsoque die pace inter Regem Ottonem & filium eius Luitholphum facta) in loco Arantedi sum electus, & die nono Kal. Ianuarij Moguntia ordinatus.]

V. Eodem anno celebrata est à Rodulpho Nouiomenfi Episcopo Synodus, & inter alia in ea stabilitum de feriando die sanctæ Hunegundis virginis, cuius corpus haud pridem inuentum fuerat. In non seruantes autem sanctæ Synodi decretum, diuina sunt ostensa prodigia, vt illud inter alia quod post decennium accidit, quod sic recitatur in^b appendice ad vitam eius:

^b Apud Sur.
die 15. Iun.
tom 4.

VI.

Anno Dominicæ Incarnationis nongentesimo sexagesimoquarto, in ipsis feriis beatæ Hunegundis, in villa quæ dicitur Salmulphi, messores frumenta secabant. Eos presbyter illorum crebrò reprehenderat, dicens, se interfuisse Synodo, in qua Rodulphus Nouiomenfis Episcopus iussisset sanctæ Hunegundis festum deuotissimè celebrari. Ac illi se excusabant, quòd vicinos suos cernerent laboribus insudare. Itaque Rorgildis puella, presbyteri huius (sicut ipse nobis retulit) ex sorore neptis, colligebat spicas quas illi messores relinquebant. Ecce autem dum se inclinat ad eas colligendas, eam, quam primùm sustulit, recenti sanguine madentem conspicit. Admirans vnde ille esset sanguis, reiecit spicam: tollit alteram, tollit tertiam, quartam, quintam, & multas alias, & omnes videt sanguinolentas. Territa valde currit ad patrem suum, qui tum fortè in agrum exierat, indicat quid sibi acciderit. Pater ceu puellari leuitate ductam reprehendit, iubet redire ad cœptum opus. Illa verò trepidante, sequitur eam pater, simulque plurimas colligit spicas cruore madidas. Inquirunt, num quis ex messoribus digito faucio sit. Illis obtusescens, & sanctè affirmantibus, nullius læsam esse manum, quasdam spicas ad Ecclesiam ferunt, offerunt presbytero, remque ei omnem exponunt. Ille ait, nisi certiora afferant documenta, se hominibus incredulis non ausum esse pro concione id indicare. Illo hoc dicente, quasi crassæ quædam lacrymæ ex spicis sanguineæ prorumpentes, guttæ in terram decidunt. Tunc ille panè exanimis effectus præ timore, sicut priùs timuerat indicare illud populo, ita nunc multò etiam magis celare timet, ne sua negligentia tardiùs ad populi noticiam perferatur.

EX VIOLA-
TIS INDI-
CTIS A
SYNODO
PERRIS MI-
RACVLVM.

VII.

Dato igitur signo, populum ad Ecclesiam conuocat, eius inobedientiam reprehendit, diuinum exponit miraculum. Illi audito tam insolito miraculo animis consternantur: ad agendam pœnitentiam se promptissimos exhibent. Denique ab Ecclesia egressi, circumquaque vicinis suis denuntiant, ne deinceps vacent operi, sed ad Ecclesiam se conferant, rem stupendam visuri. Exterrentur omnes, missa faciunt opera, haud aliter quàm si imminentes hostes fugerent. orant supplices, ne cælesti ultione plectantur. Interea rusticus quidam Rotbertus nomine in eadem villa frumentum excutiens, dum hæc ad ipsum perferuntur, proiicit è manibus flagellum, promittit se ab opere cessaturum. Sed homo ineptus, quasi id leuius esset, scopas arripit, conuertit in area frumentum. Mox verò brachium eius obrigescit; humique prostratus clamat se reum, & ilicò è vita abiturum. Ea res superiorem timorem auxit.

VIII.

Presbyter verò circumquaque discurrens, sanguinolentas spicas vicinarum Ecclesiarum Episcopis ostendit. Turbantur omnes, conuocatisque suarum parochiarum hominibus, cum crucibus & cæreis simul omnes nudis pedibus cum votis supplicibus, comitante

A rante etiam illo, cuius brachium obriguerat, & puella spicas sanguinolentas ferente, ad monasterium perpetuæ Virginis Mariæ & sanctæ Hunegundis properè contendunt: ibi-^a que prostrati fatentur culpam suam, petunt humiliter, vt Fratres pro ipsis Dominum deprecetur: quod etiam factum est. Eant iam qui non credunt huic signo, & calumniantur pariter cum eo, quod item in sanguine patratum est sub Pharaone in^a Ægypto. Nos verò benedicamus Deum, qui mirabilis^b est in Sanctis suis, qui dat virtutem & fortitudinem plebi suæ. Benedictus Deus in secula. Amen.]

^a Exod. 7.
^b Psal. 67.
^c Rotger. in
vita Brun.
Episc. Colon.
cap. 38. apud
Sur. tom. 5.
die 11. Octob.

Hoc eodem anno^c Ratherius vir illustris inter scriptores huius temporis, idemque Episcopus Veronensis, inuidorum persecutione pulsus ab ea Ecclesia, à Brunone Colonienfi Archiepiscopo susceptus in patrocinium, ab eodem præficitur Ecclesiæ Leodiensisi. de quo ista Rotgerus in Brunone: Ratherius Veronæ, quæ ciuitas est Italiæ, ordinatus^d Præsul, cum ex quadam leui suspitione, vt mos est gentis illius, ab honore sedis illius esset expulsus, Leodiensium cathedrali vacanti magna eius industria secundum statuta Canonum incardinatus est. Quod quidem propter abundantem doctrinam & eloquentiam copiosam, qua inter sapientissimos florere visus est, non eidem Ecclesiæ solum cui præfuit, sed & multis aliis circumquaque valde proficuum fore putatum est. Simul, quia in illis partibus per zelum & contentionem, vnde fieri solet^d inconstantia & omne opus prauum, quidam etiam sacerdotes Domini plerumque (quod dictu nefas est) terrenæ plus iusto confisi potentia populum imperitum scandalizabant: sæpedictus, sæpedicendus dominus Bruno Colonienfis Archiepiscopus, cui iam totius Regni dispensandi cura imminabat, ratus id quod verum fuit, hunc eiectionem, antehac & neglectum, hoc tanto beneficio ad illud fidei & veritatis fœdus adduci, vt à nemine posset reduci, ita demum os loquentium^d inimica obstruere posse credidit, si nulla occasio scandali posset in eorum Episcopo reperiri. Sed ad suam perniciem pars sinistra præualuit. Quidquid pro eorum salute gestum est, hoc sibi pestiferum æstimabant. Quid multa? erratum est, scuitum est, nec cessatum est, donec expulsionem eius crudelitati tuæ & nequitia satisfacerent. Ablata est omnis spes restitutionis eius. conspiratio enim grauissima facta est; quæ, nisi & hic penitus amoueretur, & eundem locum Baldricus, qui erat de magnatum terræ illius profapia oriundus, subrogaretur, sedari non posse visa est. Ad hanc sentinam tempestates vndicæ & innumeræ confluerunt. nauis Ecclesiæ, laborante remige, fluctuauit; gubernator ipse procellosæ tempestatis imperum ferre non potuit. Cessit igitur, cessit ne vinceretur à malo, sed vinceret in bono malum. cessit aduersantium voluntati, vt suo eos gladio iugularet. sibi obstricti sunt sacramentorum fide spontanei, vt si accipere mererentur Episcopum quem petebant, inuicta exinde firmitate auctoritatem Ecclesiæ & ius Imperatorum tuerentur. At ne quid in huiusmodi negotio imperfectum restaret, quod curiosi alienarum rerum inuestigatoribus scrupulum commoueret, cum Imperatore germano suo id effecit, vt Ratherio Episcopo bis iam destituto antiqua sedes Veronensis Ecclesiæ redderetur.] hæc de Ratherio Brunonis opera dato Episcopo Leodiensibus, & restituto in sedem pristinam Veronensem.

IX.
RATHERIVS
EX VERON.
ELIGITVR
LEOD. EPI-
SCOPVS.

Porro abiectionem potiùs, quàm canonicam depositionem fuisse Ratherij ab Ecclesia Veronensi, sicut & Petri ab Ecclesia Rauennate, testantur^e Acta Rheimensia sub Gerberto, his verbis: Item quæ circa Ratherium Veronensem Episcopum vsu vel consuetudine prouenerunt, ab omnibus abrogata sunt. Vterque enim nec abdicationis porrecto libello, nec sacerdotalibus depositis insignibus, successorem acceperat, Ratherius quidem Milonem, Petrus Honestum monasterij beati Apollinaris Abbatem, quem Honestum dominus Ioannes Papa, cognomento Bonus ad consecrandum prius sibi allatum vidit, quàm de Petri deiectione vel fama nuntiante cognouerat.] hæc ibi.

^d Tac. 3.

^e al. iniqua

X.
^e Acta Rheim.
cap. 44.

At non hic finis eius angustiarum, siquidem itidem Verona pulsus est, qui pulsus iam antè fuerat, ab Hugone in Italia regnante, cuius expulsionem eam afferunt causam, quòd in eius prauos mores inuectus est: prius verò eiectionis ea prætexta fuit causa, quòd in suspitionem adductus esset, quòd in Italiam contra eundem Hugonem Arnoldum vocasset. ob idque de triplici sua eiectione ipse lusit hoc versu:

Verona præsul, sed ter Ratherius exul.] reuersum autem post tertium exilium in suum monasterium Lobienfe, vnde progressus erat, obiisseque ibi diem extremum anno primo Ottonis Secundi, qui numeratur nongentesimus septuagesimus tertius, Sigebertus affirmat, in suo autem tumulo, humilitatis ergò hæc scribi voluisse, Henricus

XI.

testatur: CONCVLCATE PEDES HOMINVM SAL INFATVATVM. A
XII. Eius autem ingenij lucubrationes istae relictae fuerunt, liber scriptus in primo exilio de
suis arumnis, alius in secundo exilio, inscriptus Phrenesis, tertius in tertio, Inefficax, titulo
praenotatus. Insuper ab eo constat scriptum librum de corpore & sanguine Domini.
Rursum alium contra Anthropomorphitas, quorum error in Gallia Cisalpina eo tempore
valde coaluerat. Alium Antagonisten nominatum, Confessionum quoque librum
vnum, insuper & vitam sancti Visimari Episcopi, ex cuius praefatione, sicut ex vnguibus
leo, cognoscitur vir fuisse eximia virtutis, dum (quod est in sacris a sententiis) iustus in
principio sermonis accusator est sui, Dei providentiae & iusto eius iudicio cuncta tribuens,
haec habet, cum meminit de suo exilio: Apud venerabilem nuper S. Comanae Ecclesiae iusto
Dei iudicio exulans Episcopum, reperi libellum, &c.] & in fine: Precor interea inter huius mundi
miserrime fluctuantem naufragia orationum vestrarum contineat anchora: id ipsum ab exiguitate licet
postuletis mea, modo tanti peccatoris non dedignetur Dei pietas intendere suffragia, &c.] haec ipse.
Hicque status luctuosus nobilissimae Ecclesiae Veronensis, cui hoc tyrannorum tempore frui non licuit
Episcopo suo Ratherio huius temporis magni nominis viro, quae aliis saepe digna fuit quam plurimos
sanctissimos habere pastores, quibus tabulae Ecclesiasticae decorantur, illustratur verò adhuc
amplius hoc nostro saeculo integerrimo viro Augustino Valerio digno eius Episcopo, antiqua
probitate antiquioribus praedecessoribus merito comparando, doctrinam autem pluribus
praefereudo, nostri quidem sacri Cardinalium Collegij ornamento.

XIII. Eodem anno (Ditmarus ait) cruces in vestibus apparuerunt, quod signum dignè accipientibus profuit, irridentibus autem obfuit.

I. ANVS Redemptoris sequitur nongentesimus quinquagesimus quintus, Indictio-
ne decimatertia, quo ingens perturbatio Ecclesiam Romae inuasit: quo sanctissimo
Agapito bene functo munere pastorali ex hac vita migrante, cum annos nouem, menses
septem, dies decem sedisset (quoniam autem mense vel die decesserit, antiquorum nemo
prodit, recentiores verò suo id arbitrato diuinant) ipse quem diximus anno superiori
Octavianus Alberici filius Urbis Princeps Apostolicam Sedem inuadit. cui etiam omnia
quae conueniunt ad legitimam electionem suppetissent, ex aetate tamen longè dispari, vt
legitimè ordinari potuisset Episcopus, redarguitur illegitimè electus, qui (vt ostenditur)
iuuenculus erat vix pubertatis annos excedens. De inuasionem verò eius Sedis acturis nobis
repetenda sunt hic recitata anno superiori verba Frodoardi temporis huius scriptoris
fidelissimi, haec dicentis: Alberico Patricio Romanorum defuncto, filius eius Octavianus,
cum esset clericus, principatum adeptus est: qui que postea, defuncto Agapito, suggerentibusque
sibi Romanis, Papa Urbis efficitur.] haec anno superiori.

II. Albericus autem pater eius munitionem sancti Angeli, quae dominabatur Romae, Hugone
Rege pulso (vt dictum est) occupauerat, & Romanae Urbis principatum sibi pariter
vendicauerat; cuius successor filius & ipse tyranni heres, tyrannus duplex efficitur
maiorum consilio, dum etiam in Ecclesia ambiens Principatum, summum Pontificatum
vsurpat, quo totius orbis Christiani Principibus (spirituali regimine praesit. Addunt faces
homines factiosi insano puero, vt quae eius aetatem superant, audeat atque perficiat. An
autem ipse hoc tempore plenam pubertatem expleuerit, ex his quae Luitprandus, qui
cuncta habebat praeculis, scribit, possumus dubitare, dum recitat Ottonis Imperatoris
verba de ipso dicentis: Puer est, facile bonorum mutabitur exemplo viroto. Haec
Otto dum excusat in adolescentulo audita scelera, planè significans eius aetatem, qua
plenam ephebiam non excesserit.

III. Verum & illud magnopere considerandum est ad rei veritatem inuestigandam, quod
quando Otto Imperator dicebat ista, octauum ipse agebat in Pontificatu annum, vt quae
suo loco inferius dicturi sumus declarabunt. At quot annorum Octavianus hoc tempore
esse potuit, qui puer & puerilia gerens, nominatus fuit ab Imperatore post annos octo?
crit

OBITU AGAPITI PAPAE. IOANNES XII. INTRADITVR PA. AETA. GAN NIS CVM PONTI CATVM INVASIT.

A erit & hoc haud adeò difficile reperire, si nuptiarum patris & matris eius recta ratio certi
temporis habeatur. Constat quidem, Luitprando auctore & aliis, quod pater eius duxit
uxorem Aldam Hugonis Regis filiam (vt dictum est) anno nongentesimo trigesimo sexto
circa finem eius: adeò vt ipse etiam si primogenitus fuit, non potuerit nasci ante annum
trigesimum septimum: qua ratione dicendum esset, ipsum ad summum nonnisi
annos decem & octo habere potuisse, cum inuasit Pontificatum.

Verum ipsum non fuisse primogenitum, ex eo possumus intelligere, quod cum con-
stet ante hanc vitam clericalem amplexum esse, alium cui Principatus deberetur, natum
esse ante ipsum oportuisse. Sed demus, primogenitum ipsum fuisse, primoque anno con-
iugij natum, certè (vt dictum est) nonnisi agentem decimum octauum creatum Ponti-
ficem oportuit. Abortiuum istum tunc paruerit Romae tyrannus vi pollens, armis om-
nia miscens, omnia audens atque subuertens, vt nullo pacto dicendus tunc fuerit legiti-
mus iste Pontifex, in cuius electione lex nulla sit suffragata, sed omnia vis & metus im-
pleuerint: cum qui nec aetate diaconus esse potuit, ostensus sit tamquam in scena minus
Pontificem agens. Attamen accedens consensus, hunc tolerandum utcumque perdi-
tissima illa tempora suaserunt magis, quam Ecclesiam schismate scindere, cuius vitandi
causa, utpote mali omnium pessimi, vniuersa Catholica Ecclesia eum est venerata Pon-
tificem, minoris sciens esse mali monstruosum quantumlibet caput ferre; quam duobus
capitibus infamari, & secari corpus vnum in duo. Hic autem reuera primus inuentus
qui mutauit sibi nomen, vt qui ex Octauiano, voluerit nominari Ioannes, pro mutata,
non exuta tyrannide: nam qui dictus est a patre ob temporale Urbis dominum Octauia-
nus, ob spirituale nomen Ioannes appellari idcirco voluit, vel quod eo nomine eius pa-
truis, Ioannes XI. Papa sit appellatus, vel vt in nomine saltem bene posset audire in adu-
lteriis acclamationibus, quibus malè vsurpatum proferri soleret sacrum illud eloquium:
Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Ioannes.]

Hoc eodem anno magno Dei beneficio contigit, vt Otto Rex Germaniae infestissi-
mos barbaros Hunnos in Germaniam se confertissimo exercitu infundentes deleuerit,
testatur id Frodoardus hoc anno. quam quidem victoriam longè antè fuisse a sancto
Vdalrico diuina reuelatione praecognitam, qui res ab eo gestas fideliter est profecutus,
affirmat: Indicauit ei (inquit) venturam supergressionem Vngarorum, & loca belli,
& quamuis laboriosè, tamen victoriam Christianis concessam esse. nuntiauit.] & infe-
rius: Altero pro certo statim anno, quod est, anno incarnationis Domini nostri IESV
Christi nongentesimus quinquagesimus quintus tanta multitudo Vngarorum erupit,
quantam tunc temporis viuentium hominum nemo se antea vidisse in vlla regione pro-
sistebatur: & Noricorum regionem a Danubio flumine, vsque ad Nigram siluam, quae
pertinet ad montana, simul deuastando occupauit, & cum Lycum transcenderet, & Ale-
manniam occuparet, Ecclesiam sanctae Afrae concremauit, & totam prouinciam a Danu-
bio vsque ad Siluam deprædauit, & maximam partem, vsque ad Hilarum fluium igne
combussit: Augustam autem ciuitatem obsedit, quae tunc imis sine turribus circumda-
ta muris, firma ex seipsa non fuit. Sanctus autem Antistes magnam valde multitudinem
optimorum militum secum intra septa ciuitatis collocatam habebat, ex quorum agili-
tate & audacia ciuitas fortiter firmata, Deo iuuante consistebat.] subiicit auctor de di-
ligenti studio ab ipso sancto Episcopo tunc exhibitò, quando stola tantum sacerdotali
munitus, non galea, non clypeo reclusus, huc & illuc equo vectus discurrens inter arma
perseuerauit illaesus. haec die, noctu autem quid ageret, sic subdit:

Ille autem totum spatium noctis in oratione pernoctans, religiosas mulieres in ciuitate
congregatas concitabat, vt vna pars earum cum crucibus ad Dominum deuotè clamando
intra circumirent, & altera pars clementiam sanctae Dei Genitricis Mariae pro defen-
sione populi & pro liberatione ciuitatis studiosissimè pauimento prostrata flagitaret. Ipse
autem minima particulam noctis ante matutinam horam corpus requie soporis indulsit,
vt matutinis laudibus expletis, aurora primùm irruumpente, salutis sacrificij hostiam
Deo libare licuisset. Ministerio sacro peracto, viatico sacro omnes recreauit, humilique
admonitione persuasit, vt in fide recta persistentes, spem suam in Domino componere
non dubitarent, indicens eis omnigenam sponsonem consolationis, & annuntians Psalmo-
graphi Dauid verba dicentis: Si ambulauero in medio umbræ mortis, non timebo mala,
quoniam tu mecum es, &c.] Sic planè accidit secundum illud Apostoli: Sancti per

IV. CVR RECE- PTVS PON- TIFEX ILLE IOANNES. EX OCTA- VIANO IOANNES. Ioh. I. V. VNGARO- RVN NOVA ET OMNIUM NUMERO- SISSIMA IRRUPTIO. VI. S. VDALRI- CVS PRO- PUGNATOR AVGVSTA- NAE CIVI- TATIS. Psal. 22. Heb. 11.

VII.

INGENS OTTONIS VICTORIA ADVERSVS VNGAROS.

fidem castra etiam verterunt exterorum,] vt planè non minori virtute ipse Auguſtanam A

defenderit ciuitatem, quàm Otto Rex eos pugnando deleuerit. de quo mox subiicit iſta: Rex igitur cùm tantum exercitum Vngarorum perſpexiſſet, æſtimauit non poſſe ab hominibus ſuperari, ni Deus omnipotens eos occidere dignaretur, in cuius adiutorium confidens, ſuorumque conſolationibus Principum roboratus, bellum viriliter cum eis agere cœpit: & cùm mutua cæde vtrobiſque cecidiſſent, & his interfectis qui ad occiſionem à Deo prædeſtinati erant: glorioſa victoria Ottoni Regi à Deo, cui nihil eſt impoſſibile, data eſt, ita vt exercitus Vngarorum in fugam verſus virtutem præliandi vltra non haberet. Et quamuis incredibilis numerus illorum occiſus fuerit, tantus tamen adhuc exercitus eorum remanebat, vt hi qui de propugnaculis Auguſtæ ciuitatis eos venire conſpexerunt, non pugna laceſſitos eos redire exiſtimauerant, donec prætereuntes ciuitatem, vltiora Lyci fluminis litora feſtinando reſpetere cognouerunt. Rex autem cum B ſuis eos ſequens, & quibus ſe coniungere potuit occidens, veſpertina hora diei peruenit ad Auguſtam.] Sed & ſequenti die eorūdem inſequendo deleuiſſe teſtatur, eorumque Reges Ratiſponam perductos, in ipſorum ignominiam laqueo ſuſpendiſſe. Celebrata eſt omnium ore tanta victoria, quam obtentam tradunt die S. Laurentij, ex qua vix ſeptem vel ſex fugientes euafiſſent. Numquam autem apud noſtrates talem eſſe auditam victoriam, apud Reginonem teſtatur auctor, qui Auctarium ad eius hitoriam appoſuit. De hac victoria Ottonis aduerſus Vngaros meminit etiam Ditmarus huius temporis ſcriptor, aitque quòd pugnaturus Otto aduerſus eos in die S. Laurentij martyris, vouit eidem Sancto dedicare Episcopatum Merſepurgentem, quando & exurgens poſt celebratam Miſſam à ſancto Vdalrico Confefſore, Epifcopo Auguſtano, poſt ſacram acceptam ab eo Communionem, haſtam ſacram accepit, & pugnavit & vicit. hæc quidem C ipſe libro ſecundo ſui Chronici. His quoque addimus de eadem perinſigni victoria tunc aduerſus Vngaros obtenta, quæ & ipſe vltimus ſcriptor a Rotgerus in vita Brunonis Archiepiſcopi Colonienſis, ait his verbis: Imperator indici ſanxit ieiunium ipſa die, quæ tunc erat in Vigilia ſancti Laurentij martyris, pro cuius interuentu ſibi populoque ſuo ipſum Deum popoſcit eſſe refugium.] hæc fuit Chriſtiani Principis ad victoriam ſtrata via, nempe ieiunium, per quod Sanctorum ſibi conciliaret auxilium.

a Apud Sur. rom. 3. die 11 Octobr.

VIII. b Cranz. hiſt. Sax. lib. 4. cap. 6. 7.

IX.

c Osbert. in vit. S. Dunſt. S. Tim. c. 22. apud Sur. die 19. Maij. 10. 3. c. Flor. hiſt. flor. Maſſ. Vneſtmonaſt. hoc anno.

Porro ingentes gratiarum actiones repenſas Deo, Dei que Genitrici Mariæ, omnibus que Sanctis pro tam glorioſa conſecuta victoria, qui res Saxonum proſecutus eſt b Cranzius tradit. Qui verò ſuis præſtò fuit propugnantis ciuitatem præſul ſanctiſſimus Vdalricus, eorūdem poſt bellum quos liberauit, aluit ciues, clericis que inopia laborantibus neceſſaria miniſtrauit, locaque ſancta incenſa reſtituit, S. Afræ Eccleſiam in loco ipſi diuinitus oſtenſo ædificauit, aliaque addidit pia opera tanto Antifite digna.

Hoc pariter anno Anglicana Eccleſia deſuncto optimo Rege Eadredo, ſiue Eadredo, ſuccedente Eduino Edmundi Regis filio, voluptuoſo viro, ſacrarum legum contemptore, non nihil eſt perturbata, S. Dunſtano ipſo Regni exordio in exilium relegato, eò quòd ipſe eum è ſinu impudentiſſimæ feminæ violenter abſtraxiſſet. Quomodo autem iſta ſe habuerint, narrat c Osbertus his verbis: Erat in illis diebus mulier quædam ex magna & alta progenie filiam adultam ſecum habens. Vtramque, quantum ad corpus ſpectat, formoſa ſpecies decorabat. ſed quod pudicis mentibus non paræ offenſioni erat, libidinoſus animus & habitus, qui iuxta in eis operabantur, eandem ſpeciem valde decolorabant. Hæ præfato Regi Eduino aſſidue adhærebant ſuis blanditiis & nutibus illecebroſis, pro viribus operam dantes, quatenus vnâ earum ſibi in coniugium copularer. E Ad quas ille, impudico illiciti amoris deſiderio feruens, indecenti amplexu, nunc hanc, nunc illam, neutrius ad aſpectum in hoc erubeſcens, diſtingebat. Præterea die quo ipſe Eduinus in Regem eſt conſecratus, à loco conuiuij, in quo cum Archiepiſcopis, Epifcopis, Abbatibus, totiuſque Regni Principibus ſedebat, iam præſus exiit, & relictis omnibus in cameram, vbi præfata feminæ erant, ſolus ſecedit, capiti que corona ſublata, ſe inter illas medium iecit. Quod optimates cognoscentes, oppidò indignati ſunt, & rem tractantes inter ſe, Odonem Archiepiſcopum Cantuarienſem, qui dignitate ceteris eminebat, vnanimiter hortari cœperunt, quatenus viros mitteret qui Regem ſiue volentem, ſiue nolentem feſtinè reducerent.

X. Ad quod agendum cùm hi & illi regiam iram metuentes ſe excuſarent, tandem ſuper Dunſtanum, & eius conſanguineum Kinſinum Epifcoporum ſententia verſata eſt. qui

DUNSTANVS REGEM E MEDIO IMPVDICARVM FEMINARVM ABSTRACT. HIT.

A qui ex præcepto ſummi Pontificis & aliorum omnium ingreſſi ad Regem, eum (vt dixi) in medio duarum illarum decubantem repererunt. Tunc Dunſtanus primùm in ignominioſas mulieres aſpera increpationis verba vultu & voce contorquens, laſciuias earum, ſicut verum caſtitaſis amatorem decuit, deteſtatus eſt. Deinde Regem vt ſe tanti opprobrij exortem faceret, monens; ad proceres eum redire, eoſque ſua præſentia exhilarare, ſummiſſa voce precatus eſt. Qui animi ſui furore ſimiliter & vultus ſui rubore perſuſus, dum ſe rediturum omnino negaret; Dunſtanus manum illius arripuit, & à loco violenter abſtractum, impoſito capiti eiſdem diademate, ad conuiuantes introduxit. Quod mulieris ignominia nullatenus æquanimiter ferens, ſæuis verborum inuectionibus in virum ſurrexit, & ſe eum conſuſioni perpetuæ tradituram, garrula conteſtatione deuouit. Et hoc quidem deteſtabile votum, non tepelcente malitia eius, factò exercere B ſolicita poſtmodum fuit. Effecit namque apud Regem, vt cuncta, quæ in Dunſtani monaſterio habebantur, diripi ac deuſtari, & ipſum è Regno eliminatum in exilium pelli iuberet.] hæc Osbertus eius temporis auctor. Quomodo autem, vindice Deo, Rex ob ſcelus in virum ſanctum commiſſum pellendo eum è Regno, ipſe è Regno ſit expulſus, & quæ cauſa eius exilij fuerat femina ſceleſtiſſima, ab iſdem Regis perſecutoribus necata ſit, idem auctor inferius narrat, ſed hæc nobis fatiſ ad inſtitutum.

Eodem anno deſuncto Ordonio Rege Legionenſi, relicto filio Veremundo adhuc impubere, Regni habenas moderandas ſuſcepit Sancius Craſſus ipſius Ordonij frater. Quod fertur de ingenti victoria monitu Pelagij Erenſitæ hoc tempore obtenta per Ferdinandum Gundifaſuum, an veritate ſubſiſtat, conſule Ambroſium, ceteris à nobis hiſtoricis rerum Hiſpanarum præferendum.

XI.

C IESV CHRISTI IOANNIS XII. PAP. CONST. VIII. SOLIVS IMP.

ANNVS ANNVS ANNVS 956. 1. 45.

SEQUITVR annus Chriſti nongentefimus quinquageſimus ſextus, Indictione decimaquarta, quo grauiſſima peſtilentia vexauit Boreales prouincias, prodigioſis antea in veſtibus crucibus apparentibus. Ea autem a & ipſe Otto tactus, ſancti Viti martyris interceſſione liberatur. De eo enim ita Vuitichindus: b Eo tempore Imperator (ita per anticipationem appellat, qui tantum Rex erat) & ipſe ægrotare cœpit; ſed meritis Sanctorum, quibus fidele iugiter obſequium præbet, maximeque patrociniò inelyti martyris Viti, cui aperuit os ſuum, de infirmitate conualeſcit, & mundo, vt ſol lucidiſſimus, poſt tenebras ad omnem decorem & delicias condonatur.] hæc ipſe.

I.

Hoc eodem anno moritur Theophylaſtus Conſtantinopolitanus Patriarcha, homo omni ex parte turpiſſimus, de quo iſta Cuſtopalates: Menſis Februarij vigintiſeptima, Indictione decimaquarta, deceſſit è vita Theophylaſtus Patriarcha, ſacerdotio functus annis vigintitribus, diebus vigintiſiquæ, ſexdecim annos natus, quando contra Canones Eccleſiæ accepit gubernacula, & ſub pædagogis, heu! vſque ad aliquod tempus vitam tranſegit: atque vti nam id ſemper ille feciſſet! Videbatur enim grauis & moderatus: ſed cùm iam ad maturiorem perueniſſet ætatem, permiſſus ſuo modo viuere, nihil ex iis quæ turpiſſima eſſent, aut omnino interdicta prætermiſit, venales proponens Eccleſiaſticos ordines, & creationes Epifcoporum, & alia faciens, quæ veris Epifcopis indecora ſunt, equorum cupidine infaniens, & venationibus deditus, aliaque turpia patrans facinora, quæ ſigillatim enarrare, præterquam quòd haud decer, etiam nefas eſt. Sed vniſtantum facienda eſt mentio, vt illius mens à diſciplina abhorrens oſtendatur. Amore intolerabili tenebatur equos poſſidendi, & ſupra duo millia ſibi comparatiſſe dicitur, quibus alendis ſemper plurimum ſtudebat, non fœnum aut hordea illis apponens, ſed pinorum fructus, & amygdala, & piſtacia, itemque daſtylos & caricas & vuas paſſas molliores odoratiſſimo vino miſcens, & crocum, cinnamomumque & baſamum, atque alia aromata cum iis quæ diximus ſingulis equis apponebat ad alios cibos.

II.

THEOPHYLACTVS PATRIARCHA MORITVR.

Aiunt etiam ſacra peragenti, magna illa quinta ſacræ Cœnæ die, & preces myſteriorum legenti, miniſtrum illum, cui fuerat equorum commiſſa cura, hoc bonum nuntium attuliſſe, maxime inſignem illam phorbantem equam, addito nomine, peperiſſe.

III.

NEFANDA SCELERA THEOPHYLACTI.

Et illum præ nimio gaudio, quod reliquum erat sacrificij vtrumque peracto, cursu ad stabulum contendisse, conspectoque nato pullo, absurdo spectaculo expleto, ad magnum templum redisse, vt absolueret sanctæ Dei & Saluatoris nostri Passionis hymnum. Illius item opus fuit, mos qui etiamnum viget, in sacris & publicis populi celebritatibus contumelia afficiendi Deum, & Sanctorum memoriam per quædam indecora cantica ac risus, & temerariis exclamationibus, dum matutino tempore hymni perficiuntur, quos oportuit afflicto atque contrito corde pro nostra salute Deo adhiberi. Coacta enim frequentia hominum infamium, ipsisque præfecto Euthymio quodam cognomento, Cæsne, quem ipse Ecclesiæ domesticum creauerat, satanicas saltationes, & indecoros clamores, & cantica ex triuiis atque fornicibus percepta, eos celebrare docuit. Et ita viuens, vitam finit, dum temerè equitans ad quemdam maritimum murum illisus, sanguinem ex ore expuit, & biennium morbo laborans, cum in hydropisum incidisset, mortuus est.

IV. POLYEUCTVS GRECIVS PATRIARCHA CONSTANTINOPOLITANVS

Ac tertia Aprilis mensis eadem Indictione in locum ipsius Patriarcha eligitur Polyuctus monachus, Constantini alumnus atque discipulus, à parentibus exectus, diutiusque in monastica vita laudabiliter versatus, quem Imperator ob excellentem sapientiam & simplicitatem morum & inopiam delegit Patriarcham, non Heracleæ Episcopo (vt mos erat) sed Basilio Cæsareæ manus imponente. Nicephorus enim Heracleæ præses Imperatori quadam de causa iniustus, haud permissus est manus imponere. Ex quo non mediocris infamia iniusta est, non modò qui delegit & manum imposuit, verum etiam ipsi electo, vt qui manus sibi imponi non secundum Canones consentisset: atamen delectus, & veritatem liberè professus, multum studij adhibebat, vt insolentia propinquorum senis Romani in iudicium vocaretur: & magno Sabbato Imperatorem in magnum templum ingressus adduxit ad vlciscenda patrata facinora, quod ipse haud libenter fecit. quin etiam Basilius, qui postea regij cubiculi præfectus fuit, è serua natus seni Romano, quiq; Helenam sororem suam Imperatori traditam nuptui Reginam effecerat, ita effecit Constantinum, atque ei persuasit, vt non solùm Patriarchæ condemnaret creationem, sed etiam causam quæreret & occasionem, qua eum de sede deiiceret, multum etiam Theodoro Cyzico in ipsum hunc instigante.] his de Theophylacto & successore narratis, ad recens emergsum Ioannem Romanum pseudopontificem idem Curopalates stylum conuertit, sic dicens:

V. MANVS S. IOANNIS BAPT. CONSTANTINOPOLITANI TRANSLATA.

Quasi verò tempus ambiciosè decertaret, vt simul consentientes & concordés ostenderentur Patriarchæ: etiam Romanorum Occidentis Ecclesiam gubernandam sortitus est Ioannes Alberici filius ad omnem lasciuiam & vitium propensus. Quem Otto Francorum Imp. cum eiecisset, in eius locum alterum pastorem præfecit Ecclesiæ.] sed id postea. At paulò post: Adducta est, inquit, eodem tempore ex Antiochia in urbem regiam veneranda Præcursoris manus, à quodam diacono, Job nomine, furto rapta: quæ cum ad Chalcedonem peruenisset, Imperator missa regia trireme, & Senatorij ordinis Principibus, egresso quoq; obuiam Patriarcha Polyucto cum omni Clero, cum facibus & lampadibus & thure eam in Regiam perduxit.] hæc Curopalates, & alij recentiores ex eo.

VI. OBITVS S. PAVLI ANACHORETAE.

FESTA DIES S. ALCATE-RINÆ SOR-LEMNIOR.

Hoc eodem anno, qui supputatione Græcorum à mundi origine numeratur sexmillesimus quadringentesimus sexagesimus quartus, decimaquarta currente Indictione, ex hac vita in cælum migravit magnus ille Paulus anachoreta, de quo superius mentio facta est. Prænoui suum exitum fore decimaquinta mensis Decembris, cuius rei causa lætior effectus, Sanctorum natales dies hilarior celebravit. præcipuè verò quam alacrius colere consuevit S. Æcaterinæ, de cuius festa die hæc in eius vita auctor fidelis: Et aliorum quidem Sanctorum memoriæ hilaritatis ansam Paulo dabant: martyris verò Æcaterinæ non solùm voluptate Sanctum replebat, sed propemodum exultatione & tripudio. Et enim celebrabat illam non corporis tantum sensu, sed admixta simul spirituali læticia: aut potius præcipuum id erat, quod spiritui dabat. Ferienti igitur, & sub dio epulanti cum fratribus largus imber imminebat, monachosque surgere parantes ipse inhibuit. & pluuia cursum tamquam iussa repressit, ne gutta quidem vel tenui lapsa, quoad sublatæ sunt mensæ. Idem verò surgendi initium fuit & pluuie cadendæ: mox enim magno impetu & copia ferri, quasi tessera data, cœpit.] Demum verò sancti Nicolai die, spirituali tantum epulo celebrata mystagogia, cum suis refici voluit; vbi febre correptus, quod reliquum fuit vitæ temporis vique ad obitum in Dei laudibus perseuerans & hortationibus ad suos, versum illum Dauidicum insonans: In manus tuas Domine commendo spiritum

Atum meum, ex hac vita ad Deum recessit, cuius in cælum migrationis visiones haud dubiæ factæ sunt pluribus, quos auctor recenset, simulque miracula post obitum etiam edita, quæ breuitatis causa prætermittimus.

Illud tantum summam de eo sic habeto, quod patria fuit Elæa ciuitate Pergamo vicina, patre Antiocho Comite naualis exercitus, matre Eudocia, eademque sanguine propinqua S. Ioannico anachoreta, de quo plura Tomo superiori: secutus est fratrem Basilium vitam anachoreticam agentem in Brachianis montibus, quo defuncto, ipse Paulus verticem montis Latri nominati conscendit, in cuius vertice saxum attollitur columnæ instar, in quo vitam Angelis parem exercuit annis pluribus: locus haud ignotus, quem antea incoluerat sanctus Athanasius anachoreta tempore Michaëlis Imp. Icono- clasta. de quo ista breuiter auctor: Athanasius qui Michaëlis temporibus vixit, eius qui insanam Iconomachorum hæresim complexus est. Ea ergo hæresi sæuiente, reginam vrbium deserens, Latrum montem petiit, & columnam hanc nullius manu laboratam conscendit. Saxum id præcelsum erat, nubes ipsas pænè attingens, in cuius vertice natia spelunca visebatur, quam subiens, duos & viginti annos inclusus in ea mansit. Postea hinc exiens, monasterio exceptus est, quod Phrygiæ adiacet nomine Aphapsis, vbi vitam clausit maximis & pluribus miraculis illustris.]

Porro & illustrem fuisse montem illum Latrum dictum habitatione monachorum Sinaitarum, qui ob Sarracenorum incursum inde profecti Dei monitu illuc migrarunt, ipse testatur, habitasseque in eo Acacium, de quo Ioannes Climax scribit, idem testatur. At verò admirandam Pauli vitam hæcenus Latinis incognitam, ex antiquo Græco codice Sforzianæ Bibliothecæ Romæ existentis acceptam Iacobus Sirmundus Aruernus Ricomagensis Societatis I. E. S. V. professor, vir sanè doctissimus, primus Latinitati donauit.

NONAGESIMVS quinquagesimus septimus Redemptoris annus Indictione decimaquinta ordine sequitur, quo Ioannes qui agebat Romanum Pontificem, inuasa potius Sede, iuuenili ardore spirans minarum & cædis, exercitum colligit, auxiliares copias ex Spoletano Ducatu conducit, ducitque aduersus Principem Capuanum Pandulphum, qui auxilio fultus Gilulsi Principis Salernitani, Ioanni restitit, atque ad propria remeare cœgit. Ad quem postea ipse Ioannes pacis legationem misit, quam benigno Princeps accipiens animo, eidem foedere iunctus est. hæc ex historia Longobardorum Principum Beneuentanorum & aliorum, quæ antiquitus scripta asseruatur Romæ in Columnenti bibliotheca.

Accidit his diebus in Oriente, vt nimia seueritate Episcopi presbyter à Fide factus apostata, innumerabilia mala aduersus Imperium perpetrarit. rem gestam sic breuiter prosequitur Curopalates: Cum autem Ameras Tari, dux Sarracenorum contra Romanos cum exercitu profectus esset, atque in Herculis vicum milites prædatum misisset, quidam presbyter Themel nomine sacrificium incruentum peragens, vt agnouit Sarracenorum irruptionem: relicto sacrificandi munere, ita vt erat indutus, manibus gestans Ecclesiæ mysterium, sic eos qui inuaserant propulsauit, & multos vulnerauit, haud paucos interfecit, reliquis in fugam versis, & ab Episcopo interdicto ei sacrificandi munere, postquam non impetrauit veniam, ad Agarenos se contulit, & Christianam fidem eiurauit, atque cum ipsis egressus non solùm Cappadociam & finitima loca vexabat, sed etiam vsque ad Asiam quæ Minor dicitur, peruenit: & quanta detrimenta intulerit, nec scribere quidem nobis fas est.] hæcenus ipse. Sed ad res Occidentales.

Hoc eodem anno Anglia depressa ob regimen Eduini Regis, eo pulso, & substituto ex parte Edgardo, respirare cœpit: nam statim reuocauit ab exilio S. Dunstanum, inuitumque præfecit Episcopum Ecclesiæ Vuigorniensis, in cuius consecratione accidit illud mirandum, vt S. Odo Cantuariensis Archiepiscopus expressis verbis consecrauerit eum in Cantuariensem Archiepiscopum, propheticè quod esset futurum præsignans, sicq; Apostolico more secundum præcedentes prophetias ad summum illum thronum, suo tempore,

VII. DE ATHANASIO ANACHORETA.

VIII.

I. IOAN. PAPAE CONATVS IN PRINC. CAPVAN.

II. PRESBYTER APOSTATA INCVTS SARRACENIS.

III. EDGARVS REGNAT IN ANGLIA QVI REVOCAVIT DVN-STANVM.

CHRISTI IOANNIS XII. PAP. CONST. VIII. SOLIVS IMP.

* Vuigorienfem

pore, vt dicturi fumus, afcendit. Erat planè idem Odo (inquit rem narrans Osbertus in Dunftano) vir quidem fanctus, & magnarum virtutum prerogatiuis ornatus. Hic Dunftanum in Pontificem * Vuineiorum confecraturus, adminiftrantibus qui aftabant, omiffo ipfius Ecclefie titulo, ad Archiepifcopatum Cantuarienfem titulauit, & quali fuccefforem feu confortem fibimet confecrauit. Vnde à præfentibus, cur hoc faceret rogatus, refpondit: Non confringitur lege donum & vocatio Dei. Vtique vir ifte fcio quis fit, & ex dono gratiæ video, quòd eum Spiritus fanctus elegerit, ex quibus verbis meritum vtriusque turba quæ circumftabat; præclarum effe coram Deo animaduertit.] hæc Osbertus de magno Anglicanæ Ecclefie lumine.

IESV CHRISTI IOANNIS XII. PAP. CONST. VIII. SOLIVS IMP. ANNVS ANNVS ANNVS 957. 2. 46.

I. BERENGA- RIUS TYRAN- NIS INVA- LESCIT.

a Sigeb. hoc anno.

II. PROPAGA- TIO FIDEI IN TYRCIS.

III. b Idem hoc an. Mol. de Sum. Belg.

IV. S. ODO CANT. EPI- SCOP. MO- RITVR, ET EALSFINVS SVCCESOR MALE PV- NITVR.

NONGENTESIMVS quinquagesimo octauus Chrifti annus Indictione prima incipit, quo, defuncto anno superiori Luitholpho Ottonis Regis filio à patre miffo ad coërcendam tyrannidem Berengarij; tyrannus folutus timore impunè graffatus, abfque delectu profanà facràque deuafans; fub cuius duro iugo vifque ad Ottonem ipfius aduentum Italia genuit. Quo pariter anno Otto ipfe in Slauos ducit exercitum, eofque debellat, occifo eorum Regulo a. Hic in memoriam reuocandum, quod de eodem Ottone fcribit Cuiropalates hoc tempore, nempe Turcarum Regem fiue ducem, Fidei Chriftianæ defertorem ab Ottone captum, fufpenfum fuiſſe in patibulo. Totius autem rei geftæ feriem fic narrat:

Non defitebant etiam Turcæ in Romanorum regionem irrumperere, eamque depopulari, quoad Bolesfodes ipforum dux, cum decreuiſſet Fidem Chriftianorum amplexari, venit Conftantinopolim, & baptizatus, à Conftantino Imp. fufcipitur. Patriciatus dignitate donatus, ac multæ pecuniæ compos effectus, deinde domum reuerfus eſt. Paulò poſt etiam Gylas ipſe quoque Turcarum dux Conftantinopolim ingreſſus baptizatur; paribusque & ipſe affectus muneribus & honoribus diſceſſit. Aſſumpſit autè & tecum monachum quemdam Hierotheum nomine, qui habebatur religioſus & pius, Turciæ Epifcopum à Theophylacto delectum. Qui eò profectus, multos à barbaro errore in religionem Chriftianorum traduxit. Verùm Gylas in Fide permansit, neque ipſe Romanos inuadens, neque captos Chriftianos negligens, ſed redemptos pretio curans, in libertatem vendicabat. Bolesfodes autem violato fœdere diuino, sæpè omnem exercitum in Romanos adduxit. Quod cum in Francos quoque facere decreuiſſet, captus ab Ottone ipforum Rege in cruce actus eſt. Et ea quæ fuerat vxor ducis Rhos, qui contra Romanos claſſem adduxerat, Elga nomine, mortuo ipſo viro, Conftantinopolim ſe contulit, & baptizata cum ſinceræ Fidei cultum ſe ſuſcipere inſtituiſſe oſtendiſſet; & pro ſui propoſiti dignitate ornata domum rediit.] De iſta eſt mentio apud Reginonem anno ſequenti, quam nominat Helenam his verbis: Legati Regiæ Rugorum, ſiue Ruſſorum, quæ ſub Romano Imp. Conſtantinopoli baptizata eſt, ſicte (vt poſtea claruit) ad Regem Ottonem venientes Epifcopos & præſbyteros eidem genti petebant.] Ceterum de dicto duce Turcarum ab Ottone capto, & morte multato, apud Latinos nuſquam mentio.

Moritur hoc anno b fanctus Gerardus Abbas Bromienſis monaſticæ diſciplinæ reſtitutor & propagator, die tertia Octobris, cuius res geſtæ ad Gontium Abbatem ſcriptæ fideliter adhuc extant.

Inſuper hoc anno moritur S. Odo Cantuarienſis Epifcopus, ſucceſſoremque habuit Ealsfinum nequiſſimum hominem, qui malis artibus in eam ſedem irrumperens Romam venturus accipere palliũ, infelici exitu in via extinctus eſt. Res geſta ita narratur ab auctore, qui ante annos prope trecentos claruit, Matthæo Vueſtmonaſterienſe monacho: Eodem anno fanctus Odo Cantuarienſis Archiepifcopus Regem Eadrinum, ſiue Eduinum, & Elginam ab inuicem ſeparauit, vel cauſa conſanguinitatis, vel quia illam vt adulteram adamauit. Quo etiam anno idem Odo vir ingenio clarus, virtute laudabilis, & ſpiritu prophetiæ pollens, humanis rebus exemptus, in paradifum eſt Angelorum manibus deportatus. quo ad cæleſtia tranſlato, Ealsfinus (Edelſinum hunc nominat Osbertus

CHRISTI IOANNIS XII. PAP. CONST. VIII. SOLIVS IMP.

A in Dunſtano) Vuentanæ vrbis Epifcopus, datis muneribus profuſis per internuntios Regem Eadgarum circumuenire ſtudens, cum Simone Mago thronum Cantuarienſis Eccleſiæ, pecuniæ interuentu, conſcendit. qui primo introitus die abſtinere non potuit, quin furias mente diu conceptas euomeret: ad tumulum ſancti Odonis accedens, illudque pede conculcans, dixit: Peſſime ſenex; nunc animam licet ſerò emiſiſti, & meliori locum faciens, reſceſiſti. Nunc verò quod diu concupieram teneo, te inuito; & inde tibi malas gratias ago. Et ſic fatus, cum rabidus ille ſopori membra dediffet ſequenti nocte, vidit beati Odonis effigiem ſibi aſtare, atque impropere conuuiuium, atque velox illi exitium comminari. Sed Ealsfinus ſomnij vanitatem eſſe quod viderat exiſtimans, non minùs ad obtinendum pallium Romam properabat (ita enim antiquo more Cantuarienſes Archiepifcopi non per aliam, ſed per ſeipſos Romam adire, & pallium petere conſueuerunt) vbi cum per Alpes viam expediret inceptam, nihil aliud remedij habere potuit, dum niuali tempore eſſet congelatus, niſi vt exenteratorum equorum adhuc calentibus extis pedes immergeret, quibus ſanctiſſimi viri conculcauerat ſepulturam. Sed nec ſic algore deficiente, ſed potiùs inualeſcente, vitam flagitiouſam morte miſera terminauit.] hæc ipſe. Porro eidem ſedi paulò poſt, cedente Bixtelino, S. Dunſtanus eſt præfectus Antifites, de quo ſuo loco inferius dicturi ſumus.

IESV CHRISTI IOANNIS XII. PAP. CONST. VIII. SOLIVS IMP. ANNVS ANNVS ANNVS 958. 3. 47.

C ANNO Redemptoris nongentefimo quinquageſimonono, Indictione ſecunda, Legati Helenæ Regiæ Rugorum, quæ ſub Romano Imp. Conſtantinopolitano Conſtantinopoli eſt baptizata, ſicte, (vt poſt claruit) ad Regem Ottonem venientes, Epifcopum & præſbyterum eidem genti petebant.] hæc apud Reginonem hoc anno, ſequenti verò ait, Sibutium ex cœnobitis S. Albani ab Adalago Hamburgeni Epifcopo Rugorum Epifcopum ordinatum; eum verò anno ſequenti diem obiſſe, in locumque eius ſubrogatum fuiſſe Adalbertum monachum ex cœnobitis S. Maximini in Rugorum ſiue Ruſſorum Epifcopum, qui anno ſequenti à ſua ordinatione malè à populis illis acceptus, vix fuga lapſus euafiſt, occiſis nonnullis ex ſuis, ipſe verò benignè ab Ottone ſuſceptus apud Vuilelæum Moguntinum Epifcopum honorificè retinetur, donec defuncto D Vutitz Burgenſi Abbate, ab eodem Ottone eidem monaſterio præficitur Abbas. hæc omnia apud Reginonem.

Quo pariter anno Frodoardus temporis huius ſcriptor recitat Arnulphi Marchionis Flandriæ Rhemos aduentum, cum ſacris oblationibus, vt religioſum Principem deceret. ait enim: Arnulphus Comes Rhemos venit, & Eccleſiam ſanctæ Mariæ non modico argenti pondere muneravit. Vnde arca, in quibus ſancti Calliſti, ſancti Nicaſij, & ſanctæ Eutropiæ membra, ceterorumque ſanctorum quondam pignora continentur, ornata & cooperata ſunt: ſed & quemdam Euangeliorum librum auro argentoque decorauit. Monafterio quoque S. Remigij dona contulit.] hæc ipſe. Quomodo autem ille per ſanctum Gerardum Abbatem Bromienſem, de quo anno ſuperiori dictum eſt, occaſione morbi calculi ab eo iam antea curati ad meliorem frugem conuerſus fuerit: haud erit otioſum hic enarrare ex ſideli eiufdem temporis ſcriptore, a rem geſtam ita perfequente:

Per hoc tẽpus Arnulphus Marchio Flandriæ dominabatur, vir valde opulentus quouis genere diuitiarum, vti hodieque, claret in ditiori eius ſobole. is morbo grauiffimo vexatus, nullam ex tantis opibus ei potuit adhibere curationem: reſtè enim quadrabat verſus ille:

Aeger diues habet nummos, ſe non habet ipſum. perpetuis enim cruciamentis conſciebat eum calculus, morbus intolerabilis, vrinæ meatus obſtruens. Multi quidem ad eum aduolabant medici, ſuam peritiã egregiè iactantes, vt ſcilicet à pecunioſo homine nummos, & lautas epulas emungerent. Aiebant illi, incifione opus eſſe, & ſine ea nullam poſſe ei fieri medicinam: ſed Princeps veritus, ne dum remedia vitæ captat, vitam proſtus amittat, non patitur ſe vlla ratione incidi. Porro medici ei animum adde- re volentes, illo inſpectante octodecim eodem affectos morbo inciderunt, eoſque omnes dempto vno, qui mortuus eſt, breui curarunt. Sed ille vnus è vita ablatuſ facile con- firma-

ADALBERTVS RVSSORVM EPI- SCOPVS.

II. ARNVLPHI MARCH. FLANDRIÆ OBLATIONES.

a Apud Sur. die 3. Octob. rem. 5.

III.

firmavit Comitis animum, ne se pateretur incidi. Tandem Deo illi suam gratiam aspirante, ad se reuersus, spem quam inconsultè in hominem arte posuerat, in eo collocat, qui omnia curat solo sermone.

IV.
CVRATVR
ARNVLPHVS
A. S. GERAR-
DO.

Hausito enim bono odore famæ beati Gerardi, præsertim ex illuminatione cæcæ mulieris: submissè admodum per celerem nuntium eum rogat, ut ad ipsum venire minimè grauetur. Venit ille, & Princeps honorificè occurrit venienti, eumque, ut par erat, officiosissimè excipit. indicat cum lacrymis morbi acerbitem; orat ut pro ipso Deum omnipotentem deprecetur. At vir Dei, Crede mihi, inquit, mi frater, non ego tantæ mihi virtutis ac meriti conscius sum, ut tu quidquam huiusmodi à me homine vilissimo debeas expectare; perfectorum istud est, eorum maximè qui iam corpore exuti Domino semper assistunt. Ego verò quisnam sum, ut à me homine vilissimo rem tam difficilem exigas? Si vis perfectam, Domino committe medelam. At Comes è diuerso? Sentio, inquit, mi pater quid velis: occasionem quæris ne id mihi præstes beneficij. Sed quæso te, præpotentis Dei benignitate fretus, ne mihi differas afferre remedium, quod ego certissimè mihi in tanta doloris acerbitate per tuas preces affuturum polliceor. Noli obsecro inhumanum te mihi exhibere, sed miserere mei hominis moribundi, ut tui quoque Deus misereatur.

Beatus vir sic respondit lacrymanti: Ne videaris frustra à me petiisse remedium, indicabo tibi quod facias: Iacta semper in Dominum cogitatum tuum; & quia multis auctus es diuitiis, aliquid ex eis erogato in pauperes, & poteris abolere enormitatem scelerum tuorum: propter peccata enim interdum huiusmodi mala accidunt. Vbi verò hac ratione tibi Christum propitium reddideris, etiam optatam licebit recuperare salutem. Ad hæc Comes: Gratissimum est, inquit, quod hortaris, serue Dei, modò possum Christi experiri clementiam. Ecce instar Zachæi illius Evangelici, à dimidium bonorum meorum do pauperibus, si tamen sopiri queat morbus grauissimus, me miserè depascens. Deinde præcipit domesticis suis, ut fideliter sancti viri consilium exequantur.

*Luc. 19.

Porro autem indicit ei vir Dei triduanum ieiunium, ipse pariter cum eo ieiunans, ut ea victus parsimonia purificati, immò spiritali refectioe recreati, digni ad percipienda Christi mysteria ambo accederent. Eo ieiunio religiosè, ut res exigebat, expleto, Sanctorumque suffragiis lacrymosè imploratis, vir Dei diuinis accingitur armis, Missamque suo more lacrymabundus celebrat. Cumque iam sacram sumpsisset Eucharistiam, & Marchioni quoque inhianter expectanti eam impertisset: confestim reddendi lotij appetitu Marchio corripitur. Itaque secedens cum vrina nullo negotio calculum eiicit, & pristinae sanitati mirabiliter restitutum se gratulatur. Quæ illius animum tum exultatione obtinuerit, quas Dei laudes omnes illi fauentes depromplerint, quanta erga virum Dei extiterit veneratio, nemo, ni fallor, requirit, cum nulla id possit à nobis oratione explicari. Subdit auctor de eiusdem S. Gerardi contemptu diuitiarum, cum ab offerente Arnulpho ingentem pecuniæ thesaurum accipere noluit. suscepit verò laborem, nempe oblatam curam monasteriorum totius Flandriæ, quæ reuiuiscere fecit monastica disciplina. Ipse verò Comes curatus corpore, & anima pariter conualuit pristinae vitæ renuntians.

VII.
EDVINI RE-
GIS AN-
GLIÆ OBI-
TVS ET SAC-
VATIO.

Hoc eodem anno perfectam pacem obtinet Ecclesia Anglicana, defuncto Eduino Rege, & succedente in monarchiam Regni totius Edgari. Hæc Osbertus, & alij qui profecuti sunt res Anglicanas. Porro precibus sancti Dunstani quem afflixerat, ne penitus ad inferos damnaretur, animam eius ereptam, ita idem narrat Osbertus: Interea Eduinus è vita præsentis subtractus est, & anima ipsius Dunstano in orationibus occupato à quibusdam terribis hominibus cursim è vestigio est præsentata. Cuius miseriam miseratus suarum iniuriarum immemor, pro liberatione eius immensos omnipotenti Deo lacrymarum imbres effudit, nec ab eis destitit, donec se pro eo exauditum agnouit. Facto igitur non grandi interuallo, Mauri illi ad Dunstanum sua præda vacui redeunt. Et quia suas iniurias vlcisci superuacue venerant, calumniosa voce depromunt; quorum ille furores nihili pensans, Deo super ineffabili misericordia eius gratias egit. hæc ipse. Porro miser Eduinus magis procacis meretricis impulsu, quam sua voluntate peccauerat, haud omnino malus, natus ex Regina sancta, cuius precibus factum, ut in fine suorum scelerum penitens ex hac vita discesserit.

IESV

IESV CHRISTI IOANNIS XII. PAP. CONST. VIII. SOLIVS IMP.

A ANNVS

ANNVS

ANNVS

960.

5.

49.

SEQUITVR annus Redemptoris nongentesimus sexagesimus, tertia Indictione, quo Ioannes aſtertus Papa, tyrannidem Berengarij haud ampliùs ferens, aduersus eum legationem misit ad Ottonem Regem, de qua hoc anno apud Reginonem agitur, de quæ aliis aliunde ab Italia eadem ex causa ad eum concurrentibus legationibus: quas omnes recenset Luitprandus a his verbis de singulis agens:

Pugnantibus, immò sæuentibus in Italia, & ut veriùs fateamur, tyrannidem exercentibus Berengario atque Adelberto, Ioannes summus Pontifex & vniuersalis Papa, cuius tunc Ecclesia supradictorum Berengarij atque Adelberti sæuitiam erat experta, Legatos sanctæ Romanæ Ecclesiæ, Ioannem videlicet Diaconum Cardinalem & Azonem Scriuarium serenissimo atque piissimo tunc Regi, nunc Augusto Cæsari, destinauit Ottoni, suppliciter litteris & Regum signis orans, quatenus pro Dei amore, sanctorumque Apostolorum Petri & Pauli, quos delictorum suorum cuperet esse remissores, se sibi que commissam sanctam Romanam Ecclesiam ex suorum inimicorum faucibus liberaret; ac saluti, & pristinae libertati restitueret. hæc continentur in ista legatione. cum eodem tempore, eodem motu sancti Spiritus alij aliunde (ut dictum est) ad eundem Regem confluxere ex eadem causa Legati, de quibus subdit:

Hæc dum Romani Legati conquererentur: vir venerabilis Vualbertus sanctæ Mediolanensis Ecclesiæ Archiepiscopus semiuuius ex supradictorum rabie Berengarij atque Adelberti liberatus, superiùs memorati Ottonis potentiam adiit, indicans se non posse pati Berengarij Adelbertique, necnon Vuillæ sæuitiam, quæ Manasse Arelatensem Episcopum contra ius fasque Mediolanensis Ecclesiæ sedi præfecerat. Aiebat sanè hanc Ecclesiæ suæ calamitatem, quæ quòd se suisque capere oporteret, interciperet. sed Vualdo Cumanus Episcopus hunc ponè est secutus, non disparem à Berengario atque Adelberto & Vuilla, quàm Vualbertum contumeliam se esse perpeſsum clamitans. Venerant & nonnulli alterius ordinis ex Italia viri, quos inter illustris Marchio Orbertus cum Apostolicis concurrerat nuntiis, à sanctissimo Ottone tunc Rege (ut dixi) nunc Augusto Cæsare auxilium experens. hæc Luitprandus, his subiiciens eius in Italiam expeditionem, quæ contigit anno sequenti. Quod ad Vuillam pertinet, de qua sunt allata ad Ottonem querelæ, filia fuit Bosonis Marchionis Tusciæ fratris Hugonis, vxor Berengarij, impudicitia, sæuitia, atque omnium denique vitiorum laborans infamia; quam iure omnium seminarum nequissimam fuisse, idem Luitprandus affirmat.

Porro sic vocauit Ioannes Papa Ottonem in Urbem, ut tamen antè Legatis Apostolicæ Sedis ille iuramento promitteret, sibi Romanæque Ecclesiæ fore benè consulturum, omniaque Romanæ Ecclesiæ bona à tyrannis sublata restituere. Quibus etiam iuramento dato, Otto consensit. Forma ipsa tunc iuramenti concepta & Legatis exhibita, recitatur à Gratiano verbis istis:

Tibi domino Ioanni Papæ ego Rex Otto promittere & iurare facio per Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, & per lignum hoc viuificæ Crucis, & per has reliquias Sanctorum, quòd si permittente Domino, Romam venero, sanctam Romanam Ecclesiam & te rectorem ipsius exaltabo secundum posse meum, & numquam vitam, aut membra, & ipsum honorem quem habes, mea voluntate, aut meo consilio, aut meo consensu, aut mea exhortatione perdes. Et in Romana Vrbe nullum placitum aut ordinationem faciam de omnibus que ad te, aut ad Romanos pertinent, sine tuo consilio. Et quidquid in nostram potestatem de terra S. Petri peruenerit, tibi reddam. Et cuiusque Regnum Italicum commiserò, iurare faciam illum, ut adiutor tui sit ad defendendam terram sancti Petri, secundum suum posse. Sic me Deus adiuuet, & hæc sancta Dei Evangelia. hucusque ibi. Eadem habentur in Vaticana bibliotheca in codice à Cencio Camerario scripto, in quo Romanæ Ecclesiæ factæ donationes, & multiplices iuramentorum formæ inter alia expressa leguntur. Meminit eiusdem Ottonis promissionis istius Ioannes ipse, cum per Legatos ad eum missos quereretur, non fuisse sibi seruata promissa. ut ex appendice ad Luitprandum sumus inferiùs suo loco reddituri. Ioannes igitur malè consilius de sua in Sedem Apostolicam intrusione, sic liberationem Romanæ Ecclesiæ ab

Annal. Eccl. Tom. 10.

R R R

Ottone

I.

Luitpr. li. 6.
cap. 6.

II.

III.

QUERELAE
VNDIQUE
DE TYRAN-
NIDE BE-
RENGARIJ.

*al. Comanus
vel Comensis

Idem lib. 4.
cap. 5.

IV.

Dist. 63.
cap. 33. Tibi
domino.

V.

OTTONIS
REG. PROMISSIO
IURATA IOANNI
PAPAE.

Luitpr. li. 6.
cap. 6.

Ottone quem vocat, exoptat, vt tamen antea voluerit sibi esse consultum, ne sui Pontificatus quoquo modo iacturam pateretur. innatum est à natura latronibus, vt omnes semper timeant, etiam socios, atque adiutoribus non se credant.

VI. Ceterum vice versa ipse Ioannes per Legatos suos promisit Ottoni Regi Imperij titulum ex more exhibendum, simulque ea omnia tum ipsum tum successores eius prestaturos Imperatori, quæ Eugenius Papa & Leo promississent sponte Imperatoribus. quænam ista fuerint, intexta habentur in ipsius Ottonis diplomate donationis factæ eidem Ioanni Pontifici, quod inferius suo loco ponetur.

VII. Eodem quoque anno venit Romam S. Dunstanus Cantuariensis creatus Episcopus ad Ioannem Pontificem, vt ab eo pallium acciperet. de eo enim ista Osbertus in Dunstano: Post hoc temporis, opportunitate accepta, beatissimorum Petri & Pauli Limina petiit, & eum summæ Sedis Pontifex magno sinceræ dilectionis affectu illud venientem excepit, secumque postea familiariter agens, & agendo, templum S. Spiritus esse cognoscens; magnifice illum honorauit, ac stola sui Apostolatus pro qua venerat decentissimè decorauit. Sicque delegata ei legatione Apostolicæ Sedis, genti Anglorum pastorem ac salutis eorum prouisorum destinauit. Itaque vir Dei Roma reuersus, & in Patriarchatum primæ sedis Britanniarum receptus, in ipsum mundi principem quasi gigas surrexit, & armaturam Dei verbi à dextris & à sinistris constanti virtute in eum vibrare, & membra eius circumquaque debellare, & profternere cepit ac eneruare, &c.] forma autem confessionis sic Apostolicis litteris expressa est: b

a Apud Sur. die 19. Maij tom. 3. S. DYNSTANVS CAN-TYAR. ARCHIEP. ROMAM VENIT.

b Vilel. de Gest. Pontif. Angl. in Dunstano.

VIII. Idem Cantuariensis

Ioannes Episcopus seruus seruorum Dei, confratri Dunstano Dorobernensis Ecclesiæ Archiepiscopo vitæ perpetuæ permanendam in Christo salutem.

Si pastores ouium solem geluque pro gregis sui custodia, die ac nocte ferre contenti sunt, & oculis conspiciunt vigilantibus, ne aliqua ex ouibus aut errando pereat, aut laniata morsibus rapiatur: quanta cura, quantoque sudore debemus esse peruigiles ob salutem animarum, qui dicimur pastores esse earum? Attendamus igitur, nos officium exhibere erga custodiam ouium Dominicarum; ne, quasi lupo veniente, territi fugiamus: ne in die diuini examinis pro desidia nostra ante summum Pastorem & negligentia vestra excruciemur, vnde modò honoris reuerentia in sublimiore arce ceteris diiudicamur. Primatum itaque tuum, in quo tibi ex more antecessorum tuorum vices Apostolicæ Sedis exercere conuenit, ita tibi ad plenum confirmamus, sicut B. Augustinum eiusque successores præfatæ Ecclesiæ Pontifices habuisse dignoscitur.

IX. Pallium verò fraternitati tuæ ex more ad Missarum solemniam celebranda commendamus: quo tibi non aliter vti concedimus, quam eo vsu, quo antecessores nostri prodiderunt, Ecclesiæ tuæ priuilegiis in suo statu manentibus. Neque tua prudentia hoc incognitum habet, vel quicumque, quantum indumenti honor moderatione actuum tremendus erit. Honestati morum tuorum hæc ornamenta conueniunt, quatenus, Deo auctore, posses esse conspicuus, ita vt vita tua filiis tuis sit regula; & in illa, si qua fortitudo illis inest, dirigantur, dum in ea quæ imitentur, aspiciant.] Et in fine epistola:

* Sexto Ioan. Pont. XII.

X. Sancta Trinitas fraternitatem vestram gratiæ suæ protectione circumdet, atque ita in timoris sui viam te dirigat, vt post vitæ huius amaritudinem, ad æternam peruenire simul mereamur dulcedinem. Et hoc scriptum est per manum Leonis Scrimarij Sedis Apostolicæ in mense Octobris, Indictione quarta, die primo Kalend. Octobris, anno * duodecimo summi Pontificis Ioannis.] Vidisti extrema duo, Episcopum sanctissimum, Pontificem verò moribus perditissimum, attamen illum hunc reuereri, colereque obseruantissimè, recognoscens in illo personam Petri. At de his hæc tenus. iam verò ad ea quæ spectant ad Orientale Imperium conuertamus orationem.

CONST. IMP. A FILIO VENENO ROTATVS.

XI. Hoc eodem anno, die nona Nouembris, Constantinus Imp. veneno moritur. quæ autem causa præcesserit de veneno à filio ipsi propinato, hæc habet Curopalates: Romanus autem Constantini Imp. filius, cum iam ad maturiorem peruenisset ætatem, neque sustinere posset à parente suo res administrari, consilium cepit de eo è medio tollendo, conscia etiam sua vxore caupone. Cum enim Constantinus poculum ad sese expurgandum sumpturus esset: illi clam venenum miscuerunt, & Nicetæ mensæ præfecto permisérunt, vt illud Imperatori porrigeret. Quod ille sumpturus positum ante venerandas imagines, siue casu quodam, siue etiam sponte lapsus, maiorem partem effudit, reliquum autem à Constantino epotum, quod nimis exiguum esset, otiosum & inutile fuit, amissa pro-

A propria vi. Verum etiam sic Constantinus vix potuit superesse, grassante in illius latere veneno, & malè ipsum afficiente.

Anno autem sui Imperij post Romanum quinto decimo, Septembri mense, Indictione tertia, anno mundi sexmillesimo quadringentesimo octauo, exit Constantinus Imp. in Olympum montem, specie quidem vt Patrum qui illic degebant, precibus armaretur, reuera autem, vt cum Theodoro Cyzici Præsule coniungeretur, qui tum ibi commorabatur, cumque eo de abdicando Polyeucto Patriarcha Constantinopolitano consultaret. Illuc igitur profectus, siue corporis morbo, siue rursus à filio veneno infectus dolens, recessit, & ad extremum Septembris mensis in lecto decumbens, ad regiam urbem peruenit, nonaque Nouembris mensis vita functus est, infectis rebus, de quibus consuluerat, relictis, cum vixisset omne vitæ tempus annos quinquagintaquatuor, & menses duos, regnasset autem cum patre & Alexandro puero, atque matre annos tredecim, deinde cum Romano qui tyrannidem occupauit, annos vigintifex, & postquam ille Imperio exiit, solus rerum potitus, annos quindecim.] Ab Alexandri autem obitu annos quadraginta nouem inchoatos. Mortuusque sepelitur cum suo parente, vsque ad extremum spiritum Polyeucto infectus, ac de eo deiiciendo cogitans.

CONSTANTINI IMP. OBITVS ET ÆTAS.

C Quibusdam diebus ante ipsius obitum, ad quoddam tempus continenter appetente vespera, lapides supernè emissi, & intra illius domos multo impetu dilapsi eximios strepitus edebant: cum verò existimaret à superioribus locis magna vi eos deferri, custodes ad multas noctes instituit, si quem deprehenderent id ausum, sed frustra se laborare nescius erat, quippe cum non ab hominibus ea res accideret, sed à superiori potentia fieret.] hæc Curopalates de obitu Constantini, qui & de eius vitæ moribus superius agit, cum vino deditum reprehendit, & oscitantiam in rebus publicis administrandis, læuitiam in puniendo, & in deligendis magistratibus neglectum maximum. de his autem quæ in eo laudem meruerunt, subiicit ista:

XIII. LAPIDES PRODIGIOSE IMMISSE.

D Non omnino laudabilem actionum expers fuit Constantinus: quæ enim sumus in præfenti commemoraturi, & laude & administratione digna, obscurare, & veluti umbra quadam tegere potuerit multa illius vitia. Etenim doctrinas, Arithmeticam, Astronomiam, Geometriam, & omnium præstantissimam philosophiam, quæ iamdiu negligentia, & superiorum Principum inscitia defecerant, proprio studio recuperauit, perquisitis in vnaquaque ipsarum peritissimis ac probatissimis viris inuentis, magistrisque constitutis, & probos homines approbans, & apud se retinens, expulsa temeritate auctor fuit, vt breui Reip. administratio ad probabiliorem rationem traduceretur. Curam item suscepit earum artium, quæ cum manu tractentur, mechanicæ dicuntur, & ad magnam incrementum eas perduxit. Fuit etiam erga Deum pius, religiosus, & liberalis, neque vquam cum supplicationes fierent ad sacra templa, accessit inanis, neque sine fructu coram Deo conspectus est, verum magnifica dona, qualia deceret amatorem Christi Imperatorè, afferebat.

XIV. LAUDABILES MORES CONSTANTINI IMP.

E Ad postremum autem hæc reddamus eiusdem Constantini Imp. admonitionem ad Romanum filium suum pariter Imperatorem, de non ineundo connubio cum externis gentibus, quod fragmentum esse videtur excerptum ex prolixiori eiusdem Constantini ad filium scriptione. Accepimus autem id Parisiis delatum ex bibliotheca Catharinæ Medicæ Reginæ Franciæ Græcè scriptum, Latinitate autem donatum à nostro Petro Morino Parisiensi his verbis:

XV.

E Agedum verò inde transi: & ad aliud postulati genus à ratione alieni, & indecori, decentes & conuenientes rationes exquire ac edisce: si qua enim vquam natio ex infidelibus his Borealibus gentibus postulauerit, vt cum Romanorum Imperatore affinitatem iungat, ac vel filiam eius sponsam accipiat, vel propriam dedat filiam, vt vxor sit Imperatoris, vel filij eius: vt ere his verbis, & eiusmodi illorum irrationabilem petitionem repelle, ac dicit: De hoc negotio atque argumento præceptum esse ac formidabilem constitutionem atque indeprecabilem Magni & sancti Constantini in sacra mensa Catholicæ Christianorum Ecclesiæ S. Sophiæ descriptam: Ne vquam Romanorum Imperator affinitatem cum natione contrahat, diuersis moribus ac peregrinis à Romanorum statu vtente, maximè verò quæ alterius fidei sit, nec sacro initiata Baptismo, præterquam cum solis Francis. Hos enim solos magnus ille vir Constantinus sanctus excepit, quod & ipse habuit à partibus illis ortum, ita vt cognatio, multumque commercium sit Francis ac Romanis. Et cur Imperatores hortatus est vt cum illis solis connubia ini-

XVI. FRANCO-RVM ANTIQVA NOBILITAS.

rent? propter antiquam partium illarum ac gentis claritudinem atque nobilitatem : con- iunctionem autem cum aliis interdicens sanciuuit, vt qui id ausus esset, tamquam trans- gressor paternarum institutionum, ac sanctionum Imperatoriarum, alienus iudicaretur à Christianorum cœtibus, & anathemati traderetur.

XVII. DE LEONE EDICTI CONTEM- PTORE.

At memoratus ille Imp. Leo, qui & coronam (vt antè dictum est) ab Ecclesia sumpsit, ac sibi imposuit absque eius sententia qui tñ Patriarcha erat, ac breui improbi sui conatus dignas pœnas exoluit: ausus est sancti illius Imperatoris præceptum, quod iam expositum est in sancta mensa descriptum, spernere, & pro nihilo habere, ac postquam semel à Dei mandatorumque eius timore desciiuit, instituit cum Chagano Chazaræ fœdus nuptiale, eiusque filiam vxorem duxit, magnumque ex eo probrum & sibi inflixit, & Romano- rum Imperio, vt qui maiorum violauerit præcepta, ac nihili fecerit. Verumtamen ne ille quidem Christianus orthodoxus erat, sed hæreticus atque Iconomachus. Quamobrem huiusmodi scelorum causa in Ecclesia Dei assidue abdicatur, & anathematizatur, vt & Dei & sancti magnique Imp. Constantini constitutionis transgressor ac euersor. Nequa- quam enim capit, Christianos cum infidelibus nuptialem societatem facere, & inire affi- nitatem, Canone id prohibente, atque ab vniuersa Ecclesia statutu; Christianorum talem alienum existimante, qui sapientum Imperatorum Romanorum sanctiones infregerit.

XVIII. DE ROMA- NO EDICTI TRANS- GRESSORE.

Quòd si obiiciatur: Quomodo igitur domnus Romanus Imp. cum Bulgaris affini- tate se iunxit, ac domno Petro Bulgaro propriam neptem dedit vxorem? Defenden- dum est, domnum Romanum idiotam & illiteratum hominem fuisse, nec ex iis qui an- teà in Regia educati erant, moreisque Romanos à principio secuti, neque à genere regio ac nobili, ideoque arrogantius licentiusque multa fecisse: nec in eo tunc Ecclesiæ vetan- ti paruisse, neque mandatum ac edictum Magni Constantini sequi voluisse, ideoque C mente, sententiaque audaci ac arrogante, suumque sequente consilium, ac omnis ignara honestatis, recusanteque quod decorum est, atque pulchrum amplecti, & à maioribus traditas constitutiones tenere, id facere esse ausum, cum hanc solam prætexeret rationa- bilem causam, vt tantam multitudinem captiuorum Christianorum tali factio liberaret, Bulgarique Christiani essent, ac nobiscum Fide sociati. sed nec alioqui Imperatoris & legitimi Regis filia erat, quæ dabatur nuptum, sed tertij & vltimi, ac etiam alienæ subditi manui, nec in negotiis Imperij vllam habentis potestatem. Et verisimile id fuit, ac si aliqua ex consanguineis Imperatoris cognatione longinquior, nec proxima regiæ no- bilitati collocaretur ad nuptias propter aliquod publicè vtile obsequium cuiusdam po- stremi hominis, & nihil fermè pollutis.

XIX.

Postquam autem id domnus Romanus perpetravit contra regulam & traditionem Ec- clesiasticam, magniq; & S. Constantini edictu ac præceptum: tum viuo illi hoc exprobra- tum est, criminiq; datum, ac exosus fuit Senatui, populoque vniuerso atque ipsi Ecclesiæ, quod odium exitu eius declaratum est: tum post mortem similiter contemnitur, & incu- sator, & damnationi subiacet, quippe qui nouo exemplo rem designauit indecoram, ac nobilitate Reip. Romanæ indignam. Vnaquæq; enim gens suos mores habet, ac leges & iura, quæ ab aliis differunt. debetque sua tenere, ac ex eadem quisque delectu habito vitæ inire ac exercere societatem. Quemadmodu enim singula animalia cum suo genere consociantur: ita iustum est, singulas nationes non ex alienæ gentis, & alia lingua vrenti- bus, sed ex generis ac linguæ suæ hominibus contubernia nuptiaru contrahere: nam inde concordia & consuetudo, amabiliisque congressus & societas vitæ, naturæ vi oritur. Alie- ni verò mores ac dissimiles leges offensionem gignere ac odium & seditionem solent. Ex quo non amicitia & cõmunio, sed inimicitia dissidiaque nascuntur. Propterea non oportet eos qui ex legibus imperare volunt, ea imitari ac sequi, quæ à nonnullis malè per im- peritiam vel per temeritatem gesta sint: verum eorū qui conuenienter legibus ac iustè re- gnarunt, præclara facta habere tamquam bonas imagines, ad imitationem exemplum, & quæcumque agunt, ad eorum æmulationem conari dirigere. Exitus demum, quem is ha- buit ob facinora ex consiliis suis nata, dominus nempe Romanus, idoneum exemplum est ad respiscendum ei qui velit quæ ab eo malè gesta sunt, æmulari.] hætenus ibi.

XX. ROMANVS IMP.

Defuncto Constantino Romanus eius filius succedit Imperator, qui & eodem anno Basilium filium suum per Polyuctum Patriarcham voluit coronari.

XXI.

Claruit hoc tempore in Oriente S. Lazarus monachus in Galesio monte iuxta Ephe- sum, cuius vitam scripsit Georgius Patriarcha.

IESV

ANNVS sequitur Redemptoris nongentesimus sexagesimus primus, Indictione quar- ta, quo Otto Rex Germaniæ vocatus in Italiam legationibus Ioannis Papæ & alio- rum, antequam recederet à Germania, Vuormatiæ comitia habuit, in quibus filiu suum Ottonem ex Adelaide genitum creauit Regem, quem Vuilelmo Moguntino Archiepi- scopo eius ex alia matre filio nutriendum commisit. quibus peractis, nullo obice in Ita- liam venit, atque Papiæ constitit. Inde verò Romam anno sequenti profecturus præmi- sit Attonem Abbatem Fuldensem ad habitacula statuenda. hæc apud Reginonem hoc anno. De his agens Luitprandus hæc ait: Horum, inquit, Rex piissimus lacrymosis que- stibus inclinatus, non quæ sua sunt, sed quæ IESV Christi, cogitans, filium suum sibi cognominem, contra morem puerilibus in annis, Regem constitutum in Saxonia dere- liquit: ipse collectis copiis in Italiam percitus venit. Qui tanto Berengarium atque Adel- bertum celerius expulit, quanto euidentius constar, quòd commilitones Petrum & Pau- lum sanctissimos Apostolos habuit. Bonus itaque Rex dispersa colligens, & contracta consolidans, quod cuique proprium fuit, restituit.] hæc ipse, qui bene Principibus Apo- stolorum tantam sine sanguine partam victoriam tribuit. Etenim bellici apparatus Be- rengarij ad resistendum haud mediocres erant, sed eos Deus citò dissoluit. Quomodo id acciderit, historia Longobardorum Ducum Beneuentanorum aperit his verbis:

Adelbertus Berégarij filius venit cum magno apparatu, populufq; nimis valdè ad Clu- sas venit fauces (istæ sunt Alpium ora per quæ Transalpini se consueuerunt immittere in Italiam) qualiter cum Ottone certamen inirent, feruntq; plurimi, sexaginta millia pugna- toru fuisse cū Adelberto, sed cum vna die vnaque nocte ibi morarentur, & Ottonis exer- citus non appropinquaret, Comites ad Adelbertum dixerunt: Vellemus, domine, vt Pa- piam cum paucis pergas, & tuo genitori dicas, quatenus Longobardorum Regnu sub ve- stra ditione committat, quia nos minimè sub illius potestate amplius iam durabimus. Si vobis committit Regnum, nos totis viribus pugnabimus, sin autem, Italiæ Regnum exte- ro Regi commitemus, quia scuitiam illius eiusque cõiugis omnimodè sustinere nequi- mus. Sed dum patri & matri quod dictum ei fuerat, intimasset, & pater dictis obtempe- rasset, mater verò Vuilla dictis eius nullo modo assensum dedit. Quapropter ad Clusas reuersus est, & suis Comitibus omnia propalauit. At illi omnes exinde irati sunt, protinus- que illum reliquerunt, & vnusquisque in suas vrbes remeauit. Sicque Otto Rex sine im- pedimento in Italiam introiuit, atque Italiæ Regnum obrinuit.] hæc ibi. quæ desideran- tur in aliis, sicque (quod ait Luitprandus) auxilio Apostolorum Petri & Pauli, difficilli- mum bellum Otto magna gloria absque vllò labore confecit. Quomodo verò his magna felicitate confectis, est profectus in Vrbe, suo loco anno sequenti dicturi sumus.

Hoc eodem anno ab Ottone Rege translatum fuisse Magdeburgum corpus S. Mau- ritij ducis Thebæorum legionis, & aliorum quorundam suorum sociorum, illicque decenti honore eosdem Martyres cultos esse, testatur Ditmarus huius temporis scriptor libro secundo sui Chronici.

Quod ad res pertinet Oriëtis, hoc anno, Indictione quarta, tradit Curopalates, Cretam insulam, postquam annis fermè quadraginta à Sarracenis fuerat occupata, à Nicephoro Phoca eiusq; germano Leone recuperatam, Sarracenis inde deiectis, ac penitus victis & profligatis. Cum autem longa possessione Sarracenorum propemodū iam in ea Christia- nitas defecisset, aliis metu, blanditiis aliis ad Mahometanum cultum abductis, dirutisque Ecclesiis omnibus, iis exceptis, quas ipsi in sacrilegū vsu suæ impietatis cõuerterant: con- silium Dei fuit, vt ad tantam Cretensium Ecclesiæ desolationem instaurandam, virum san- ctissimum Niconem mitteret Armenum genere, cuius res præclare gestas Græcè conscri- ptas, ex Sfortiana bibliotheca acceptas Iacobus Sirmundus Aruernus Ricomagensis (quæ alicubi errore Parisiensem nominauit) Societatis IESV professor, in Latinum conuertit. Hic quippe non à Græcis tantum, sed à Latinis honore Sanctorum cultus inuenitur: die enim vigesima sexta Nouembris à Græcis in Menologio, & à Latinis in Romano Marty- rologio eius nomè inter Sanctos relatum habetur, annis singulis publicè in Ecclesia reco- lendum. Cuius primordia (vt res summas summam perstringam) sic breuiter accipe:

Annal. Eccl. Tom. 10.

R I T ;

O T E U S

OTTO FI- LIUM OTTO- NEM GER- MANIÆ RE- GEM FA- CIT. Luitpr. li. 6. cap. 6.

ARS QVE BELLO OT- TONITALIÆ REGNUM CONSEQUI- TVR.

III. S MAVRITII CORPORIS TRANSLA- TIO.

IV. CRETA IN- SVLA RECV- PERATA.

V. Ortus iste in Ponto Polemoniaco parentibus honestissimis, iisdem insciis, ubi adoleuit, fugam arripiens, ad monasterium Aureæ petræ dictum, situm in finibus Ponti & Paphlagoniæ, religione sanctissimum sese contulit: ibique sub eius monasterij Abbate viro religiosissimo, ad duodecimum annum monasticam vitam omnibus numeris perfectionis excoluit. Cùm verò diuinitus admonitus eius Abbas, ipsum ad plurimarum gentium conuersionem vocatum è monasterio abire cogit ad Apostolatulatus sui munus implendum: vt planè de eo illud Ioannis elogium haud incongruè vsurpari possit: ³ Fuit homo missus à Deo.] quippe qui vt alter Ioannes, Vox clamantis in deserto, & illud vbi- que iugiter in clamantis, **PŒNITENTIAM AGITE**, ab iisdem vocibus cognomen- tum acceperit, vt dictus sit *Μετνοειτε*, id est, Pœnitentiam agite. Qui primùm Orientis vbi peragrasset regiones, Apostolatulatus sui primitias in conuersione Armenorum ab innu- meris quibus detinebantur erroribus, Deo dicitur consecrassè. ista tamen ab auctore non recensentur, eò quòd ipse res ab eo gestas in Græcia tantùm, vbi & defunctus est, vt sibi notiores, scribendas suscepit. Vbi verò Dei omnipotentis misericordia, Creta insula est recuperata à Christianis, ad eius culturam idem Nicon ab Oriente euocatus, à Deo mit- titur. Quæ autem ibi operatus sit, sic accipe ab auctore narrata:

NICONIS
APOSTOLA-
TUS.
² Io. 17. 1.

VI. Cùm igitur regiones non paucas Orientalium partium peragrasset, & publica pœni- tentiæ prædicatione innumeras gentes ad salutis portum per pœnitentiam, meliorisq; vitæ mutationem perduxisset: ad Cretam insulam nauigandum sibi esse intellexit. illuc enim diuino quodam nutu vocabatur. Etenim simul atque Insulam ingressus est ab Aga- renorum iugo nuperrimè liberatam, Romanoq; Imperio restitutam per Nicephorum, fœdis autem detestandæ Agarenorum superstitionis vestigiis adhuc plenam & refertam, cuius scilicet incolæ diuturna atque assidua cum Sarracenis consuetudine, ad illorum mores, proli dolor, abrepti, nefanda etiam & profana eorum Orgia fuerant amplexi. Vt igitur eò delatus, solemne illud suum, Pœnitentiam agite, in clamare cœpit: attoniti peregrino & inaudito prædicationis genere Insulani, animisq; incensis, vehementer in eum commoti sunt, ad eò quidem, vt manus etiam inferre cogitarent: manifestum enim ad furorem illos adegerat res noua & inusitata, præoccupatos nimirum, deditosq; (vt diximus) superstitionis Sarracenorum cærimonis.

NICON IN
CRETA
PRAE-
DICATIO-
NE.

VII. Videns ergo immitis atque intractabilis gentis ingenium, sentiensq; tantam duritiem, nisi prudenti quadam arte perdomari non posse: secundam (quod aiunt) nauigationem, priore omiſſa, instituit, sapientumq; medicorum exemplo, eorum curationem appositè simul ac solerter aggressus est. Habebat enim Paulum in ea re ducem ac magistrum. Ita- que missam faciens insolitam illam prædicationi rationem: quod ex vsu futurum in eo iam elucens perspicax futurorum gratia præmonebat, seorsum aliquos abducens, quos reliquis intelligentiores, & ad bonum excipiendum paratiores norat, blandis primùm verbis illorum ferocitatem lenire, duritiemq; animi emollire cœpit; deinde sensum cor permouere, occulta cuiusque facta (vt meus Iesus olim Samaritanæ) vitæque flagitia redarguens. Quo factum est, vt eximiam eius virtutem agnoscentes, confessim iras pone- rent, animorumq; impetus reuocarent, & quem malo nunc affecerat, eundem magno suo bono venerarentur, propositamq; ab eo rectam Fidem amplectentes, odij modum ad beneuolentiæ profectusq; sui cumulum conuerterent. Consuetudo enim (vt ait ille) ad maiora & perfectiora viam munit. Itaque sapiens, si minùs verborum copia, at veri- tatis facultate piscator erat, hominum animas venari sciens, easq; ad immortalitatem diuinis eloquiis & non humanæ sapientiæ, sed Spiritus sancti doctrina traducere. Ex illo igitur tempore Cretenses Niconem tamquam à Deo missum Apostolum habuerunt, totamq; Insulam eius fama compleverunt. Confluebant ad eum vniuersi, & sicut Deo, illi adhærebant, ita vt vim legis quidquid præceperat, obtineret.

VIII.
CRETEN-
SIVM CON-
VERSIO.

Quare cùm securo iam animo ad solitam prædicationem rediisset: ad Baptismum omnes, veræq; Fidei disciplinam pertulit. Tum errore omni è medio sublato, Ecclesiis per totam Insulam ædificatis, sacerdotibus, diaconis, ædituisq; designatis; reliquis et- iam ritibus & cærimonis aptè distributis, viuendi legibus descriptis, omnibus denique quæ in animo erant, ne quem Cretensium boni expertem relinqueret, ordine constitu- tis, Gortyna discessit, triumq; dierum iter progressus, quodam in loco sub noctem con- stitit, vbi antiquissimi templi, quantum ex ruderibus conicere erat, vestigia cerneban- tur. Hoc in loco cùm nocturno hymno ritè decantato, & crucigero baculo humi fixo,

sonno

A somno se dedisset: lucernarium quasi lumen ante baculum in aëre libratum videre visus est. At somno decusso cùm surrexisset, non iam somnium, sed vera visio obiecta est, di- uina quædam lampas haud materialis à Cruce irradians, ad diluculum vsque astanti & oranti, Deoque gratias pro tanto munere agenti lumen exhibuit.

Cumq; iterum, Deo (vt paruit) sic volente, somno indulisset; ornata mulieris spe- cies apparuit, quæ dirutum templum instaurari iubebat, omniù Domino sic placere con- firmans. Illo autem interrogante, quænam esset, quæ talia pro imperio iuberet: Photina sam, inquit, & famula Christi. Quòd nisi re ipsa quod volo expleueris, pedem ex Insula non efferes. Experrectus ad hæc Sanctus, propter visionis varietatem ambiguo ani- mo erat, vt inane potius infomnium fuisse crederet, quàm diuinæ gratiæ illustrationem. Quare quæ audierat contemnens, cceptum iter tenebat. Cùm repente ademptam sibi oculorù aciem sensit, eoq; tandem indicio diuini numinis imperium id fuisse cognouit: quòd vbi iussa exequi constituit, visum mox recepit. Sed quoniam nec ligo in promptu erat, nec pala, nec adiutor vllus, ò mira Domine & arcana opera tua! nocte infecuta, finiti- mus loci accolis ignea ibi columna per tenebras lucens apparuit; prodigioq; exciti, subitò accurrerunt, & cum ex Nicone quæ viderat, didicissent, suam quisque operam conferre iussi, communi omnes consensu imperio paruerunt. Itaque sedula eius sollicitudine, vigi- lantia, alacritate, opus exactum, templumq; Martyris biennij spatio perfectum est. In qua postea aram erigendam ac ritè consecrandam curauit, sacerdotesq; in ea institui, simulq; omnia iuxta Ecclesiasticos ritus peragi præscripsit. Omnibusq; posthæc vale- re iussis, nauigium confendit, ac secundo cursu prouectus Epidaurum, quod Damalam incolæ cognominant, die quinto peruenit, &c.] at de rebus Cretensibus hætenus.

IX.

PHOTINAE
MART. AP-
PARITIO.

C Quomodo autem vniuersam Græciam pœnitentiam prædicando peragravit, plura- que miracula operatus sit, atque vberes fructus ex sua prædicatione collegerit: idem auctor pluribus narrat Abbas monasterij eiusdem sancti Niconis nomine nuncupati, qui patria Lacedæmonius eius vitam scripsit anno Domini millesimo centesimo quinquage- simo, vt ex ipsius scriptis apparet.

X.

IESV CHRISTI IOANNIS XII. PAP. OTTONIS IMP. I.
ANNVS ANNVS ROMANI IMP. 2.
962. 7.

D SEQUITUR annus Redemptoris nongentesimus sexagesimussecundus Indictione Quinta, quo (inquit Frodoardus sui temporis res gestas per annos singulos digerens) Otto Rex Romam pacificè adit, & amabiliter exceptus, atque honore illic Imperiali sublimatus est.] hæc ipse multa paucis constringens, quæ sic distinctè magis apud Regi- nonem inuenies, cùm ait: Eodem anno nongentesimo sexagesimo secundo Rex Natalem Domini celebrauit, *Papia scilicet*, indeque progrediens Romæ fauorabiliter susceptus ac- clamatione totius Romani populi & Cleri ab Apostolico Ioanne filio Alberici, Impera- tor & Augustus vocatur & ordinatur. Papa quoque multa illum secum charitate deti- nuit, & diebus vitæ suæ numquam ab eo se defecturum promissit.] hæc ibi, reliqua postea. Addit his Luitprandus qui præsens iisdem esse poterat, restituta fuisse omnia ab Ottone quæ essent Romanæ Ecclesiæ per tyrannos ablata, aliaque addita munera: Ait enim de Ottone cùm in Italiam venit: Quod cuique proprium fuit, restituit: dehinc Romam similia facturum adit, vbi miro ornatu miroq; apparatu susceptus, ab eodem summo Pontifice & vniuersali Papa Ioanne vñtionem suscipit Imperij: cui non solum propria restituit, verum etiam ingentibus gemmarum auri & argenti muneribus ipsum honora- uit. Iusturandum verò ab eodem Papa Ioanne supra pretiosissimum corpus Petri, atque omnibus ciuitatis proceribus, se numquam Berengario atque Adelberto auxiliaturum, accepit. Post hæc in patriam properanter repedauit.] sed hîc corrige textum, atque loco, Patriam, Papiam restitue. sic enim apud Reginonem, vbi dicitur: Otto postquam voca- tus est Imperator, Papiam rediit, illicq; Pascha Dominicum celebrauit.

I.

OTTO RO-
MAM VE-
NIENS
CREATUR
IMPERA-
TOR.

II.

OTTO IMP.
ROM. EC-
CLESIAE
ABLATA
RESTITUIT.

Sic igitur qui vocatus est Pontificia per Ioannem legatione in Italiam Otto, vt libera- ret in primis Romanam Ecclesiam à tyrannis: rependere minimè prætermisit quod acce- perat beneficium, cùm à Ioanne creatus est Imperator, idque exemplo piorum præde- cello-

cessorum Imp. Quid ni Romanæ præstaret Ecclesiæ, quod vnicuique suis in Italia spoliato, pius Imperator, iustitiæ cultor, sponte atque libenter exhibuit? & cumulatè redderet ipsi, à qua Occidentalis orbis auctus esset Imperio, bona, quæ nec ipsi absque tyrannide, & infamiæ nota, & anathemate possidere villo pacto liceret? Quidni obseruaret, quod (vt audisti) fuerat iuramento antea ad Ioannem misso Romam pollicitus? Sic igitur rerum potitus, sua Petro, cuius ope nec gutta sanguinis fusa, vel gladius saltem exertus, pulsus tyrannis, iure restituenda constituit. De quibus quoddam hætenus integrum conseruatur diploma hinc describendum putauimus. Extat autographum aureis exaratum litteris, asseruaturque Romæ in Castello sancti Angeli, duo vero exscripta exemplaria habentur in Vaticana bibliotheca; ex quibus ista:

III. In nomine Domini Dei omnipotentis Patris & Filij & Spiritus sancti. Ego Otto Dei gratia Imperator Augustus vnà cum Ottone glorioso Rege filio nostro, diuina ordinante prouidentia spondemus atque promittimus per hoc pactum confirmationis nostræ tibi beato Petro principi Apostolorum & clauigero Regni cælorum, & per te Vicario tuo domno Ioanni summo Pontifici & vniuersali XII. Papæ, sicut à prædecessoribus vestris vsque nunc in vestra potestate atque ditione tenuistis & disposuistis ciuitatem Romanam cum Ducatu suo, & suburbanis suis, atque viculis omnibus & territoriis eius, montanis & maritimis, litoribus atque portibus, seu cunctis ciuitatibus, castellis, oppidis, ac viculis Tusciæ partibus, id est, Portum, Cærumcellas, Cerem, Bledam, Marturianum, Sutrium, Nepem, Castellum Gallisem, Ortem, Polimartium, Ameriam, Tudam, Perusiam cum tribus insulis suis, id est, Maiore, Minore, Puluentim, Narniam, & Vtriculum cum omnibus finibus ac territoriis ad superscriptas ciuitates pertinentibus. Necnon Exarchatum Rauennatem sub integritate, cum vrbibus, ciuitatibus, oppidis & castellis, quæ piæ recordationis domnus Pipinus & domnus Karolus excellentissimus Imperator prædecessores videlicet nostri beato Petro Apostolo, & prædecessoribus vestris iam dudum per donationis paginam contulerunt, hoc est ciuitatem Rauennam, & Æmiliam, Bobium, Cefenam, & Hadrianis atque Gabellum, cum omnibus finibus, territoriis atque insulis, terra marique ad superscriptas ciuitates pertinentibus, simul & Pentapolim, videlicet Ariminum, Pisaurum, Fanum, Senogalliam, Anconam, Ausimum, Humanam, Hesium, Forum Sempronij, Montem Feltri, Vrbinum, & territorium Balnense, Calles, Luciolis, & Eugubium cum omnibus finibus & territoriis ad easdem ciuitates pertinentibus.

IV. Eodem modo territorium Sabinense, sicut à domno Karolo Imperatore antecessore nostro beato Petro Apostolo per donationis scriptum concessum est sub integritate. Item in partibus Tusciæ Longobardorum Castellum Felicitatis, Urbem veterem, Balneum Regis, Ferentum, Viterbium, Ortem, Martam, Tuscanam, Suanam, Populonium, Rosellas cum suburbanis, atque viculis omnibus, & territoriis ac maritimis, oppidis ac viculis seu finibus omnibus. Itemque Almus cum Insula Corsica, deinde in Suriano, deinde in monte Bardonis, deinde in Berceto, exinde in Parma, deinde in Regio, exinde in Mantua, atque in monte Silicis, atque prouincia Venetiarum & Istria, necnon & cunctum Ducatum Spoletanum, seu Beneuentanum vnà cum Ecclesia sanctæ Christianæ posita prope *Papiam iuxta Padum, quarto milliario.

V. Item in partibus Campaniæ Soram, Arces, Aquinum, Arpinum, Theanum, & Capuam, necnon patrimonium ad potestatem & ditionem vestram pertinentia, sicut est patrimonium Beneuentanum, & patrimonium Neapolitanum, & patrimonium Calabriae superioris & inferioris. De ciuitate autem Neapolitana cum Castellis & territoriis & finibus & insulis suis sibi pertinentibus, sicut ad easdem respicere videntur, necnon patrimonium Siciliae, si Deus nostris illud tradiderit manibus. simili modo ciuitatem Caietam & Fundum cum omnibus earum pertinentiis.

VI. Insuper offerimus tibi, B. Petre Apostole, Vicarioque tuo domno Ioanni Papæ, & successoribus eius pro nostræ animæ remedio, nostrique filij & nostrorum parentum de proprio nostro Regno ciuitates & oppida cum piscariis suis, id est Reatem, Amiternum, Furconem, Nursiam, Baluam, & Marium, & alibi ciuitatem Interamnem cum pertinentiis suis.

VII. Has omnes supradictas prouincias, vrbes, ciuitates, oppida & castella, viculos & territoria, simulque & patrimonium pro remedio animæ nostræ & filij nostri, siue parentum nostrorum, ac successorum nostrorum, & pro cuncto à Deo conseruato atque conseruando

A uando Francorum populo, iam dictæ Ecclesiæ tuæ, beate Petre Apostole, & per te Vicario tuo spiritali patri nostro domno Ioanni summo Pontifici & vniuersali Papæ eiusque successoribus vsque ad finem sæculi, eo modo confirmamus, vt in suo detineat iure, principatu atque ditione.

Simili modo per hoc nostræ delegationis pactum confirmamus donationes, quas piæ recordationis domnus Pipinus Rex, & postea domnus Carolus excellentissimus Imperator beato Petro Apostolo spontanea voluntate contulerunt: necnon & censum vel pensionem, seu ceteras dationes, quæ annuatim in Palatium Regis Longobardorum inferri solebant siue de Tuscia, siue de Ducatu Spoletano, sicut & in superscriptis donationibus continetur, & inter sanctæ memoriæ Hadrianum Papam, & domnum Carolum Imperatorem conuenit, quādo idem Pontifex eidem de superscriptis Ducatibus, id est Tuscano & Spoletano, suæ auctoritatis præceptum confirmauit, eo scilicet modo, vt annis singulis prædictus census ad partem Ecclesiæ beati Petri Apostoli persoluatur, salua super eisdem Ducatus nostra in omnibus dominatione, & illorum ad nostram partem & filij nostri subiectionem. Ceterum, sicut diximus, omnia superius nominata ita ad vestram partem per hoc nostræ confirmationis pactum roboramus, vt in vestro permaneant iure, principatu atque ditione, & neque à nobis neque à successoribus nostris per quodlibet argumentum, siue machinationem in quacumque parte vestra potestas imminuatur, aut à vobis inde aliquid subtrahatur de superscriptis videlicet prouinciis, vrbibus, ciuitatibus, oppidis, castris, viculis, insulis, territoriis, atque patrimoniis, necnon & pensionibus atque censibus, ita vt neque nos ea facturi simus, neque quibuslibet ea facere volentibus, consentiamus. Sed potius omnium quæ superius leguntur, id est prouinciæ, ciuitates, vrbes, oppida, castella, territoria, & patrimonium, atque insulæ, censumque & pensiones ad partem Ecclesiæ beati Petri Apostoli atque Pontificum in sacratissima illius Sede residentium, nos in quantum possumus defensores esse testamur, ad hoc, vt ea in illius ditione, ad vtendum & fruendum, atque disponendum firmiter valeant obtineri, salua in omnibus potestate nostra, & filij nostri, posterorumque nostrorum, secundum quod in pacto & constitutione ac promissionis firmitate Eugenij Pontificis, successorumque illius continetur, id est:

Vt omnis Clerus, & vniuersa populi Romani nobilitas propter diuersas necessitates, Pontificum irrationabiles erga populum sibi subiectum asperitates retundendas, sacramento se obligent, quatenus futura Pontificum electio (quantum vniuersiusque intellectus fuerit) canonicè & iuste fiat, & vt ille qui ad hoc sanctum atque Apostolicum regimen eligitur, nemine consentiente, consecratus fiat Pontifex, priusquam talem in presentia Missorum nostrorum, vel filij nostri, seu vniuersæ generalitatis facit promissionem pro omnium satisfactione atque futura conseruatione, qualem domnus & venerandus spiritalis Pater noster Leo sponte fecisse dignoscitur.

Præterea alia minora huic operi inferenda præuidimus, videlicet, vt in electione Pontificum, neque liber neque seruus ad hoc venire præsumat, vt illis Romanis, quos ad hanc electionem per constitutionem sanctorum Patrum antiqua admittit consuetudo, aliquid faciat impedimentum. Quodd si quis contra hanc nostram institutionem ire præsumperit, exilio tradatur.

Insuper vt nullus Missorum nostrorum cuiuscumque impeditiois argumentum componere in præfatam electionem audeat, prohibemus: Nam & hoc omnimodis instituere placuit, vt qui semel sub speciali defensione domni Apostolici, siue nostra fuerint suscepti, impetrata iuste vtantur defensione. Quodd si quis quemquam illorum, qui hoc promeruerunt, violare præsumperit, sciat se periculum vitæ suæ esse incursum.

Illud etiam confirmamus, vt domno Apostolico iustam in omnibus seruent obedientiam, siue Ducibus ac Iudicibus suis ad iustitiam faciendam. Huic enim institutioni hoc necessariò annectendum esse perspeximus, vt Missi domni Apostolici seu nostri semper sint constituti, qui annuatim nobis, vel filio nostro renuntiare valeant, qualiter singuli Duces ac Iudices populo iustitiam faciant. Hanc Imperialem constitutionem quomodo obseruent, qui Missi, decernimus, vt primùm cunctos clamores qui per negligentiā Ducum seu Iudicum fuerint inuenti, ad notitiam domni Apostolici deferant. & ipse vnum e duobus eligat, aut statim per eosdem Missos fiant ipsæ necessitates emendatæ, aut Misso nostro nobis renuntiante per nostros Missos à nobis directos emendentur. Hoc vt ab omnibus fidelibus sanctæ Dei Ecclesiæ, & nostris firmum esse credatur, propriæ manus signa-

III.
OTTONIS
IMP. DIPLO
MA CONFIR
MATIONIS
IVRIVM EC
CLESIAR
ROM.

*Forū Pom
pili.

*Paduam
v.

VII.

viii.

ix.

DE ROM.
PONTIFI
CVM ELE
CTIONE.

x.

xi.

xii.

signaculo, & nobilium optimatum nostrorum subscriptionibus hoc pactum confirmationis nostræ roborauimus, & bullæ nostræ impressione obfirmari iussimus.

- * Signum domni Ottonis serenissimi Imperatoris, ac suorum Episcoporum, Abbatum, & Comitum.
- * Signum Adaldagi Hamaburgensis Ecclesiæ Archiepiscopi.
- * Signum Hartberti Curienfis Ecclesiæ Episcopi.
- * Signum Druogonis Osnabrugensis Ecclesiæ Episcopi.
- * Signum Votonis Argentinensis Ecclesiæ Episcopi.
- * Signum Otuuini Hilsensheimensis Ecclesiæ Episcopi.
- * Signum Landuuarti Mindonensis Ecclesiæ Episcopi.
- * Signum Otgeri Nemetinensis Ecclesiæ Episcopi.
- * Signum Geronis Tortonenfis Ecclesiæ Episcopi.
- * Signum Hucberti Parmanensis Ecclesiæ Episcopi.
- * Signum Vuidonis Mutinensis Ecclesiæ Episcopi.
- * Signum Attonis Fuldenfis monasterij Abbatis.
- * Signum Guntharij Herolfesfeldensis monasterij Abbatis.
- * Signum Eberarti Comititis.
- * Signum Guntharij Comititis.
- * Signum Burgharti Comititis.
- * Signum Vtonis Comititis.
- * Signum Cronratis Comititis.
- * Signum Ernustes.
- * Signum Thiecheris, Ricdages, Liupen, Hartuuiges, Arnolues, Ingilthies, Burchartes, Retinges.

XIII. Anno Dominicæ Incarnationis nongentesimo sexagesimo secundo, Indictione quinta, mense Februarij, decimotertio die eiusdem mensis, anno verò domni Ottonis Imperij inuictissimi Imp. vigesimo septimo, facta est hæc actio feliciter.] ita numerans à tempore adepti Regni, eisdem annos iungens cum Imperio, cuius hic primus est annus numerandus, reliquos autem annos præteritos proprios esse Regni, eiusdem Ottonis diplomata docent, atque Acta synodalia cuncta, quibus nihil constantius. Vt appareat, improprie à tempore Regni numerari æquè annos Imperij, quod hoc anno (vt vidisti) accepit initium, à quo tempore & nos annos Ottonis Imperij incipimus numerare. Porro ista de electione Rom. Pontificis, vt decernerentur, ius tyrannorum effecit, vt aliàs sæpè superius dictum est, aduersus quos Imperatoris opus fuit auxilium implorare.

OTTO PER-
SEQUITUR
ITALIAR
TYRANNOS.

XIV. Quæ autem hoc anno ab eodem Ottone Imp. sint gesta, vbi Papiam rediit, apud Regionem ita narratur: Imperatore Augusto ab Vrbe recedente, & Papiæ Pascha celebrante, Berengarius in quodam monte, qui dicitur, Ad sanctum Leonem (*est in Umbria locus, tamquam Vlyssis Ithaca, vt nidus in vertice montis altissimi unde quaque prærupti positus*) plurimis vndique secum copiis attractis se muniuit. Et Vuilla in lacu maiori in quadam insula, quæ dicitur Ad sanctum Iulium, se inclusit, filij verò Adelbertus & Guido huc illucque incerti vagabantur, quasdam tamen munitiones cū suis sequacibus adhuc possidebant, hoc est Grad Castellum, & Traualium, & insulam in lacu Comano. Tunc Vuilla in primis hostiliter aditur, & redempto omni de lacu exitu, quotidianis fundibulariorum & sagittariorum, aliorumque belli instrumentorum impugnationibus fatigatur, & non plenis duobus mensibus obsessa capitur, & ad vltimum clementia Imperatoris dimissa, quod vellet, ire permittitur, quæ quanta potuit celeritate Berengarium adiit, & ne se Imperatori dederet, omnibus modis persuasit.] hæc ibi. reliqua anno sequenti.

XV. Tunc Otto pius Imp. recuperatam insulam sancti Iulij in diocesi Nouariensi positam restituit Ecclesiæ Nouariensi, cuius diploma in Archiuo eius Ecclesiæ hætenus custoditum sic se habet:

In nomine sanctæ indiuiduæque Trinitatis, Otto diuinæ dispositione prouidentie Imperator & Rex, &c.

Diuino cultui locis mancipatis viscera nostræ largitatis, seu donationis, si patefecerimus, plurimum nobis ad Imperij nostri stabilitatem animæque nostræ remedium, atque æternæ remunerationis emolumentum proficere minimè titubamus. Quapropter notum sit omnium sanctæ Dei Ecclesiæ fidelium nostrorumque præsentium scilicet ac futurorum

OTTONIS
DIPLOMA
DE INSVLA
S. IULII.

A rutorum vniuersitati: Nos non immemores beneficiorum trinx inscrutabilisque Maiestatibus, quæ semper circa nostræ imbecillitatis fragilitatem operatur, specialiter tamen deo quod misericorditer nobis victoriam tribuens quoddam Castellum, videlicet insulam sancti Iulij, iam dudum per Berengarium Regem ab Episcopatu Nouariensi sublatam, & sibi vsurpata, necnon contra nos in rebellionem positam, nostræ subdiderit ditioni; per nostræ Imperialis auctoritatis paginam tribuisse, & omnino concessisse Ecclesiæ in prædicto Castro sitæ; in honorem verò sancti Iulij Confessoris Christi, cuius corpus humatum requiescit, quasdam res nostræ iuri & dominationi hætenus subiectas infra Comitatum Plumbientem iacentes, hoc est curtes duas, Barazolam & Agredade; quarum vna quæ dicitur Barazola habens Mansos viginti & tres, & altera quæ dicitur Agredade habens Mansos decem & septem, in sumptum & vsum Canonicorum ibidem Deo & sancto Iulio Confessori Christi famulantium vnà cum terris, campis, vineis, pratis, siluis, aquis, aquarum decursibus, piscationibus, molendinis, cultis & incultis, seruis & ancillis, Aldionibus & Aldiabus, omnibusque in integrum ad prædictas res penitus pertinentibus, cum accessibus & ingressibus eorum superioribus & inferioribus. hoc autem sancimus, & omnino per nostrum Imperiale præceptum statuimus; vt nullus Episcopus præfate Nouariensis Ecclesiæ, qui pro tempore fuerit, præsumat iam prædictas res de victu cum stipendio Canonicorum subtrahere, & sibi vendicare. Sed de nostro iure & dominio in vsum & sumptus Canonicorum atque prouidentiam, qui pro tempore fuerint, transfundimus, atque delegamus; vt habeant, teneant, & fruantur in perpetuum, omnium hominum inquietudine vel controuersia remota; & pro criminum ablutione nostrorum cunctis diebus, quibus Deus eundem locum perseuerare tribuerit, precationibus misericordem Dominum placare faterentur, quatenus in die districti examinis repudiato fetigero, lanceo hæreamus consortio.

Si quis igitur huius nostræ concessionis præcepti violator extiterit culpabilis, soluere cogatur centum libras auri optimi, medietatem cameræ nostræ, & medietatem Canonicis S. Iulij, quibus illata iniuria. Quod vt verius credatur, diligentique cura ab omnibus obseruetur, manu propria roborantes, anuli nostri impressionem inferius affigi iussimus.

Signum domini Ottonis & inuictissimi Imperatoris. Data 1 v. Kalend. Augusti, anno Dominicæ Incarnationis DCCCCLXII. anno verò Imperij domini Ottonis serenissimi Augusti primo, Indictione quinta, actum in Villa quæ dicitur Horta, prope lacum eiusdem sancti Iulij feliciter. d. o. c.]

Vidisti, Lector, quæ malè consulant Nouatores Politici Regibus suis bona Ecclesiarum subicientes ipsis? Berengarius abstulit quæ erant sancti Iulij dono piorum Principum collata bona, & perdidit Imperium, Otto qui restituit, illud acquisitum propagauit ad posterum. Inhient, inhient (vt voluit) in damnum suum rebus, iuribusque Ecclesiarum. Quid erit? vti que (iuxta Sapientem) id quod fuit: vt nisi desistant ab huiusmodi sacrilegiis, ipsi à Christo vltore sint omnino suis ipsorum bonis iuste priuandi. Si enim nec pretio licuit absque immenso damno suo Achab Regi accipere vineam Naboth parentum suorum antiquam hereditatem: licebit impunè Principi Christiano Ecclesiarum antiquitus possessa bona quibusuis coloribus rapere, & excogitatis artibus quibuscumque (vt sæpe vidimus factum) auferre? Nequaquam ista relinquuntur inulta. Vindex exurget Deus.

Eodem anno celebrata est in Gallia Synodus Meldensis, occasione vacantis sedis Rhemenfis, defuncto anno superiori Arualdo, in qua fauore Lotharij Regis cum à quibusdam Episcopis electus esset Hugo, qui (vt dictum est) iam puer quinquennis in eam intrusus fuerat, sed per Agapitum Papam eiectus: rescripto Ioannis Pap. XII. à cceptis cessatur, & alius eligitur. De his omnibus Frodoardus ista habet, hoc anno: Synodus tredecim Episcoporum in Pago Meldensi supra Maternam fluium ex Rhemenfi videlicet ac Senonensi diocesi celebratur, præsidete Senonensi Præsule, satagentibus quibusdam Episcopis, vt Hugoni sepedito redderetur Rhemense Episcopium. Renitentibus autè præcipue Roricone Laudunensi & Gibuino Catalaunensi præsulibus, & assentibus quod à tot Episcopis excommunicatus, à minori numero absolui non poterat. Ita relinquitur vsq; ad interrogationem Papæ Romani.] et inferius eodem anno: Legatio veniens ab Ioanne Papa, insinuat, præfatum Hugonem tam ab ipso Papa, quam ab omni Romana Synodo excommunicatum, sed & ab alia Synodo apud Papiam celebrata. Cuius legationis redditi certiores per Brunonem Archiepiscopum, elegimus ad Episcopium Rhemense Odalricum illustrem cleri

XVI.

XVII.

XVIII.
SYNODVS
MELDENSIS
IN CAUSA
RHEMEN-
SIS EPISCO-
PI.

clericum Hugonis cuiusdam Comitis filium, fauente Lothario Rege cum Regina matre, præfatuque Brunone.] hæc ibi. Ex quibus inrelligis (quod sæpius inculcandum est) qua reuerentia Episcopi colerent Apostolicæ Sedis Antistitem, licet sedentem in ea iuenculum, & prauis moribus deprauatum Pontificem: quem ipsum sic obseruant & venerantur, vt omnille conuentus inter se dissidens ex eius responsione quiesceret.

XIX. Eodem anno decimo Kalendas Iunij moritur sanctus Guibertus Abbas fundator monasterij Gemblacensis, cuius res præclarè gestas Sigebertus scriptis est profecutus. extant ipsa.

S. GVIIBERTI OBITU. 2. Apud Sur. fo. 3. die. 23. Maij.

IESV CHRISTI IOANNIS XII. PAP. OTTONIS IMP. 2.

ANNVS 963.

ANNVS 8.

ROMANI IMP. 3.

I. **N**ONGENTESIMVS sexagesimustertius Christi annus, Indictione sexta sequitur, quo Ioannes Papa, deficiens ab Imperatore, ab eodem Synodo conuocata in ordinem redigitur. Hæc omnia magni momenti, quomodo se habuerint, per scriptores eius temporis accuratè sunt depromenda. Sed primùm accipe quæ apud Regionem descripta leguntur:

II. Hoc anno Otto iterùm Papæ Natalem Domini & Pascha celebravit. Interim Adelbertus huc illucque discurrens, quoscumque poterat, sibi vndique attraxit, sed & Corsicam, ibi se tueri nitens, intrauit, Romanum etiam Pontificem in suum adiutorium sollicitauit.] quæ autem post hæc secuta sint, auctor^b Luitprandus assertus, licet diuersus ab eo, quisquis ille fuerit, ea cuncta ob oculos habens descripsit.

III. Sed antequam quæ ab eo sunt tradita, hîc reddamus: de ipso auctore iure differendum videtur: num reuerà capita illa à sexto vsque ad vndecimum sexti libri sint Luitprandi, cuius superiores libri esse noscuntur. Scimus ita censerî, nec eam rem hætenus in controuersiam esse deductam. Verùm existimo capita illa esse potiùs appendicem ad Luitprandum ab auctore adhuc incerto elaboratam, quàm Luitprandi continuatum opus. Styli in primis id opinari facit diuersitas. Sed illud magis persuadet, quòd eadem capita extra terminos certos operi suo ab ipso Luitprando præscriptos posita esse inueniuntur, sicque eius assertione & auctoritate sua esse negari penitus. Ipse enim in præfatione præposita libro tertio, vbi de nomine operis Antidosis, & de termino quo clauditur opus, nempe legatione sua Constantinopolim agit: asserit scriptioni illi se finem imposuisse in Paxo insula, iam legatione, de qua ipso agit in fine, ad Constantinum Imperatorem functus cum regnaret adhuc Berengarius. At illa quæ scribuntur postremis capitibus illis de Ioanne duodecimo Romano Pontifice, longè postea contigisse noscuntur; adeò vt si esset istud eiusdem auctoris opus; illud planè aliud à priori ab eo elucubratum esse diuersum, necesse sit affirmare. Insuper alterius potiùs esse auctoris, ex ea etiam coniectura concipio, quòd cum auctor illorum capitum in illis mentionem habeat Luitprandi iam non amplius diaconi Ticinensis, sed Episcopi Cremonensis, alium diuersumque ab eo se esse auctor ostendit, cum alioqui Luitprando moris fuisse noscatur, nomen suum in scriptis suis non quasi alterius obiter præterire, sed gloriæ titulis benè exornatum relinquere. Fuisse autem eumdem Luitprandû diaconum Ticinensem, & Luitprandum postea creatum Episcopum Cremonensem, tum nomen, tum munus iteratum, repetita nempe legatio, vt ipse de se faretur, satis ostendit. sed de legatione posteriori suo erit loco dicendum. His si coniungantur Græcarum litterarum par eruditio & Poëticæ ceterarumque litterarû facultas eadem hoc sæculo haud adeò inuentu facilis, planè tamquam ex multis lineamentis, eumdem esse senties hominem; auctorem autem appendicis capitalorum illorum esse diuersum, eumque addictissimum Ottoni Imperatori, & priuato studio ea scripsisse in ipsius gratiam, odium verò Ioannis, qui rem gestam sic aggreditur enarrare:

IV. Interea præfatus Papa iuramenti & promissionis oblitus, quam fecerat sancto Imperatori: ad Adelbertû, vt se adeat, mittit, iureiurando ei affirmans, se illum contra sanctissimi Imperatoris potentiam adiuturum. Adeò enim eumdem Adelbertum Ecclesiarum Dei, eiusdemque Papæ Ioannis persecutorem Imperator factus terruerat, vt omnè Italiam deferens Fraxinetum adiret, seque Sarracenorum fidei commendaret. Imperator autem iustus,

IOANNES PAPA PERIVRSIVN GIT SE ADELBERTO.

A iustus, qui, cur Adelbertum Ioannes Papa, quem priùs vehementi odio insequeretur, nunc diligeret, satis mirari non potuit, accersitis quibusdam familiaribus, an hoc verum esset, Romam dirigit percontatum. Cumque illò iidem Nuntij peruenissent, huiusmodi non à quibuslibet, aut paucis, sed ab omnibus Romanis ciuibus responsa suscipiunt.] quæ autem Romam adeuntes Nuntij à Romanis acceperint, idem auctor sic narrat:

Non dispar videtur ratio, cur Ioannes Papa sanctissimum Imperatorem, suum scilicet ex Adelberti manibus liberatorem, & diabolus oderit Creatorem. Imperator, quemadmodum re ipsa experti sumus, ea quæ Dei sunt, sapit, operatur, diligit, Ecclesiastica & secularia negotia armis tutatur, moribus ornat, & legibus emédât: Ioannes Papa his omnibus aduersatur. Non clam est, quòd fatemur. Testis est Rainera sui ipsius militis vidua, quam cæco captus igne, multis præfectam vrbibus, sacrosanctis beati Petri donauit aureis crucibus atque calicibus. Testis est Stephana eius amica, quæ in effusione eius quem ex eo conceperat recens hominem è vita exiuit. Quòd si cuncta taceant, Lateranense palatium, Sanctorum quondam hospitium, nunc prostibulum meretricum, non silèbit amicam coniugem, Stephanæ patris concubinæ sororem. Testis omnium gentium, præterquam Romanorum, absentia mulierum, quæ sanctorum Apostolorum Limina orandi gratia timent visere; cum nonnullas ante dies paucos hunc audierint coniugatas, viduas, virgines vi oppressisse. Testes sunt sanctæ Apostolorum Ecclesiæ, quæ non stillatim pluuiam, sed totum intrinsecus supra ipsa etiam sacrosancta altaria imbrem admitterent. Quanto nos terrore tigna afficiunt, cum diuinam opem ibidem deposcimus? mors in testis regnat, quæ nos orare multa volentes impedit, atque domum Domini mox relinquere cogit. Testes sunt non solum iuucearum curatura, sed & quotidianarum formarum mulieres, cuiusmodi sunt, & silices pedibus quæ conterunt, & quæ magnorum subeuntur adiutorio iumentorum. Atque hoc rei est, quòd tanta ei cum Imperatore sancto discordia est, lupis & agnis quanta fortitò obtigit. Illi hoc vt impunè liceat, Adelbertum sibi tutorem & defensionem parat.] hæc sunt quæ Romæ Nuntij acceperunt: Quibus auditis, Ottonem ista respondisse, idem auctor affirmat, cum ait:

Hæc dum à redeuntibus Nuntiis Imperator audisset: Puer, inquit, est, facile bonorum immutabitur exemplo virorum: spero eum obiurgatione honesta, suauitate liberali facile ex illis sese emerfurum malis, dicemusque tunc cum Propheta: Hæc est mutatio dexteræ Excelsi. & adiecit: Quod priùs rerum ordo deposcit, Berengarium in Feretro monte resistentem propulsemus; dein paterna abdicatione dominû Papam conueniamus: si non voluntate, verecundia saltem in virum perfectum sese mutet, sicque forsitan deuietus, bene consuefcere studebit his desuescere: His expletis Papæ nauim conscendit, ac per Eridani alueum Rauennam vsque peruenit, indeque progrediens, Montem Feretrum (quòd oppidum sancti Leonis dicitur) in quo Berengarius & Vuilla erant, obsedit. Quòd & præfatus Papa Leonem venerabilem sanctæ Romanæ Ecclesiæ Protoscriniarium, nunc in eadem Sede Petri Apostolorum Principis Vicarium, necnon Demetrium Optimatem Romanorum illustrissimû sancto Imperatori Nuntios dirigit, mandâs, haud mirum esse si hætenus iuuentutis igne deuietus quid puerile gesserit, iam tempus instare, cum alieno cuperet viuere more. Mandauit etiam dolere se; quòd quemdam Leonem Episcopum & Ioannem diaconum Cardinalem suos infideles suscepisset, & quòd sanctus Imperator promissionis suæ fidem violaret, dū eos, qui eò loci manebant, iuramento non ipsi, sed sibi alstringeret.] hætenus quæ suggerenda per Legatos suos Ioannes Imperatori mandauit. Quæ autem Otto ad ista responderit, mox idem subiicit auctor istis verbis:

Quibus Imperator, Pro correctione, inquit, ac morum immutatione quam promittit, gratias ago: de promissis verò fidem mutare, cuius me arguit, an verum sit, ipsi perpendite: omnem terram sancti Petri, quæ nostræ potestati subiecta est, Ecclesiæ promissimus reddere. Atque id rei est, quòd ex munitione Berengarium cum omni familia pellere laboramus. quo enim pacto terram hanc ei reddere possumus, si non priùs eam ex violentorum manibus ereptam potestati nostræ subdamus? Leonem Episcopum & Ioannem Cardinalem diaconum suos infideles, quos nos suscepisse accusat, his temporibus non vidimus, nedum suscepimus. Constantinopolim domino Papa eos ad iniuriam nostram proficiscentes dirigente, Capuæ sunt (vt audiimus) capti. Quibuscum etiam Saleccum natione Bulgarum, educatione Vngarum, domini Papæ familiarissimum, ac Zachariam virum reprobatum, diuinarum atque humanarum litterarum inscium, à domino Papa

OTTO OBSIDET BERENGARIUM. VII. LEGATIO IOANNIS PAPA AD OTTONEM. VIII. OTTONIS AD LEGATOS RESPONSIO.

Annal. Eccl. Tom. 10. Sff. Epi-

Episcopum nouiter consecratum, & Vngaris ad prædicandum, vt super nos irruant, desti-

IX. *Minden- sem, LEGATIO OTTONIS AD IOANN. PAP.

His expletis, Landoardum à Saxonia * Numendensem, & Luitprandum ab Italia Cre-

X. IOANNIS LEGATIO ALIA AD OTTONEM ET OTTONIS ROMAM ADVENTVS.

Subdolè tamen Ioannes Papa post dies octo Ioannem Episcopum Narniensem & Be-

XI. PROMISSIO OTTONI FACTA DE ELECTIONE ROM. PONT.

Ciues verò sanctum Imperatorem cum suis omnibus in Urbem suscipiant, fidelita-

XII.

At cuius ponderis esse potuit ista promissio, siue à Romanis laicis, siue à Cardinalibus

* Adaldagus * al. Saonen- sis.

* Adeltac Archiepiscopus, & Landoldardus Episcopus Numedenfis.

* al. Briemē- sis.

Orgorius Episcopus Spirensis. Buptus * Parmensis. Luitprandus Cremonensis. Hermelandus Regensis.

A Tuscia.

Conradus Lucensis. Euerarius Ariciensis. Pifanus * Senensis. Florentius Pistoriensis.

Ex alijs Italiae locis.

Petrus Camerinenfis. Romanus Spoletinus. Gregorius Albanensis. Sico Ostiensis. Benedictus Portuensis.

Luci-

- A Lucidus Cannensis. Theophylactus Prænestinus. Vuido Siluæ candidæ. Leo Velitrensis. Sico Blerensis. Stephanus Senensis. Ioannes Nepesinus. Ioannes Tiburtinus. Ioannes Forouiliensis. Romanus Ferentinensis. Ioannes * Hormensis. B Ioannes Verulensis. Martinus Sutrinus. Ioannes Narniensis. Ioannes Sabinensis. Ioannes Gallacensis. Phalarensis. Alatrensis. Hortanus. Ioannes Anagninensis. Trebensis.

- C Salibatinus Tarraconensis.] hucusque Epi- scopi, sequuntur Cardinales. Stephanus Cardinalis Archiepiscopus tit. Balbinæ. Dominicus tit. Anastasiæ. Petrus tit. Damasi. Theophylactus tit. Chrysogoni. Ioannes tit. Equitij. Ioannes tit. Sufannæ. Petrus tit. Pammachij. Adrianus tit. Callisti. Ioannes tit. Cæciliæ. D Adrianus tit. Lucinæ. Benedictus tit. Sixti.

- E Ioannes de Primicerio. Stephanus Archidiaconus cum omnibus Acolythis & Regionariis.] hucusque ex Clero Romano. Interfuerunt & proceres Romanorum ab eodem Luitprando sic recensiti. Ex primatibus Romanæ ciuitatis. Stephanus filius Ioannis Superista. Demetrius Meliosi. Crescentius Caballi marmorei. Ioannes cognomento Nuzina. Stephanus de Muza. Theodorus de Rufina.

- tit. Quatuor Coronatorum. Stephanus tit. Sabinæ. Benedictus Cardinalis Archidiaconus. Ioannes Diaconus. Bonifilius Card. Diaconus Primicerius. Gregorius Secundicerius. Stephanus Adminiculator. Andreas Arcarius. Sergius Primicerius Defensorum. Ioannes Sacellarius. Stephanus. * Normensis. Theophylactus. Adrianus. Stephanus. Benedictus. Azo. Adrianus. Romanus. Leo. Benedictus. item Leo, & Leo Scrinarij. Leo Primicerius scholæ Cantorum. Benedictus Subdiaconus & Oblationarius. Azo. Benedictus. Demetrius. Ioannes. Amicus. Sergius. Benedictus. Vrfo. Ioannes. Benedictus Subdiaconus Subpulmentarius.

* Normensis.

XIII.

Hic scripta Episcoporum nomina legi admodum deprauata & mutilata, non est du- bium, quod senties ex his quæ apud Reginonem auctor temporis huius scripsit dicens: Cui Synodo interfuerunt omnes propè Romani & Italiæ Episcopi, Angelfridus etiam Aquileiensis Patriarcha, qui tunc temporis etiam ibi obiit; sed & de nostratibus interfue- runt Adaldagus, Henricus, Landoardus, & Otgerus Episcopi. Fuit Adaldagus Archi- episcopus Hamaburgensis, Henricus Treurentis, Landoardus Mindensis, & Otgerus Spirensis.] hæc ibi. pergit verò a idem auctor hoc modo: His ita residentibus, silentiumque summum tenentibus, ita sanctus est Imperator exortus: Quoniam decorum esset, tam claro sanctoque Papam Ioannem interesse Con- cilio: cur tantum declinauerit cœtum, vos, ô sancti Patres, consulimus, quibus commu- nis labor Ecclesiasticus ac commune negotium existit.

* Luitpr. li. 6. cap. 7.

XIV. OTTO IMP. ALLOQUI- TVR SYNO- DVM.

QUAE IOANNI OBJECTA SINT CRIMINA.

Tunc Romani Pontifices, Episcopi scilicet suffraganei, & Cardinales presbyteri ac diaconi cum vniuersa plebe dixerunt: Miramur sanctissimam prudentiam vestram nos hoc velle percontari, quod nec Babylonicos, nec Ibericos, nec Indicos incolas latet: ita aperte diabolica pertractat negotia, vt nihil circuitationis vtatur. Imperator respondit: Iustum nobis videtur, vt accusationes nominatim exprimantur. Deinde quod agendum est, communi consilio pertractetur.

XV. Tunc confurgens Petrus Cardinalis presbyter, se vidisse illum Missam celebrasse, & non communicasse, testatus est. Ioannes Episcopus Narniensis, & Ioannes Cardinalis diaconus, se vidisse illum, diaconum ordinasse in equorum stabulo non certis temporibus, sunt professi. Benedictus cum ceteris condiaconis & presbyteris dixit, se scire, quod ordinationes Episcoporum faceret pretio, & quod annorum decem Episcopum in Tudertina ciuitate ordinari. De sacrilegio non est necesse percontari, quia plus videdo quam audiendo seire potuissimus. De adulterio dixerunt, quod oculis non viderant, sed pro certo scirent, viduam Rainarij, & Stephanam patris concubinam, & Annam viduam cum nepte sua abufum esse; & sanctum palatium lupanar & prostibulum fecisse: venationem dixerunt publice exercuisse. Benedictum spiritualem patrem suum lumine priuasse, & mox mortuum esse. Ioannem Cardinalem subdiaconum virilibus amputatis occidisse, incendia fecisse, ense accinctum, galea & lorica indutu fuisse, testati sunt. Diaboli in amorem vinum bibisse, omnes tam clerici quam laici acclamarunt. In ludo aleæ, Iouis, Veneris, ceterorumque demonum auxilium poposcisse dixerunt. Matutinas & Canonicas horas eum non celebrasse, nec signo Crucis se munisse professi sunt.] haecenus accusationes.

XVI. CVR DE INVASTIONE SEDIS AC CVRSATIO NULLA.

Sed mirum, quod de eius intrusione in Sedem Apostolicam cum adolescens esset decem & octo annorum, nullum sit factum illi negotium. At scias id illi non humanitatis gratia esse donatum, & indultum miserationis ergo, sed magno artificio praetermissum: etenim si fuisset Ioannis electio ostensa nulla: æque Ottonis Imperium, quod acceperat à Ioanne, fuisset illegitimum declaratum, utpote collatum ab eo, qui Pontifex non fuisset. Sic igitur abstulit ab his, Otto, ne sui abrogationem Imperij, eius damnatione, procuraret. pergunt Acta:

XVII.

His auditis Imperator, quia Romani eius loquelam propriam, id est Saxoniam, intelligere nequibant: Luitprando Cremonensi Episcopo praecipit, vt Latino sermone hæc Romanis omnibus quæ sequuntur, exprimeret. Surgens itaque sic coepit:

Luitpr. lib. 6. cap. 8.

Per sapè a contigit, & nobis expertis credimus, vt in dignitatibus constituti inuidorum infamia maculentur: displicet bonus malis, quemadmodum & malus bonis. Atque hoc rei est, quod hanc in Papam accusationem, quam modò Benedictus Cardinalis diaconus legit, & vobiscum fecit: amphibolam retinemus, incerti vtrum è zelo iustitiæ, an impietatis liuore proruperit.

OTTO DVBITAT AN CALVMNIOSE IOANNES SIT ACCVSATVS.

Vnde mihi indigno secundum concessæ dignitatis auctoritatem omnes obtestor per Deum, quem fallere, & si vult, nemo potest, sanctamque eius Genitricem intemeratam Virginem Mariam, perque preciosissimum Apostolorum Principis corpus, in cuius hæc recitantur Ecclesia, vt nulla in dominum Papam iaculentur conuicia, quæ non sint ab ipso patrata, atque à viris probatissimis visa.

XVIII. PVBLICA OMNIVM CUNCLAMATIO DE FACINOROSIS IOANNIS.

Tunc Episcopi, Diaconi, Clerus, & cunctus Romanorum populus, quasi vir vnus, dixerunt: Si non & quæ per Benedictum diaconum lecta sunt, hisque turpiora & ampliora Ioannes Papa indigna commisit facinora; non nos à peccatorum vinculis absoluat Apostolorum princeps beatus Petrus, qui verbo cælum indignis claudit, iustis aperit: simus anathematis vinculo innodati, atque in die nouissima in sinistra parte positi cum eis qui dixerunt b Domino Deo: Recede à nobis, scientiam viarum tuarum nolumus. Quod si fidem nobis non adhibetis, exercitui domini Imperatoris saltem debetis credere, cui ante quinque dies ense accinctus, clypeo, galea, lorica indutus occurrit. Solus Tiberis qui interfluxit, ne sic ornatus ab exercitu caperetur, impediuit. Mox sanctus Imperator dixit: Tot sunt huius rei testes, quot sunt nostro in exercitu bellatores. Sancta Synodus dixit: Si placet domino Imperatori, mittantur litteræ domino Papæ, vt adueniat, seque ex his omnibus purget. Tunc eidem sunt litteræ destinatae, quæ sic se habent:

XIX. SYNODALIS EPISTOLA AD IOANNEM.

Summo Pontifici & vniuersali Papæ domino Ioanni, Otto diuinæ respectu clementiæ Imperator Augustus, cum Archiepiscopis Liguriæ, Tusciæ, Saxoniar, Franciæ in Domino salutem.

Romam

A Romam ob seruitium Dei venientes, dum filios vestros, Romanos scilicet Episcopos, Cardinales presbyteros, diaconos, & vniuersam plebem de vestra absentia percontaremur, & quid causæ esset, quod nos Ecclesiæ vestræ, vestrique defensores videre noluisse: talia de vobis tamque obscena protulerunt, vt si de histrionibus dicerentur, nobis verecundiam ingererent. Quæ ne magnitudinem vestram lateant omnia, quædam vobis sub breuitate describimus; quoniam si cuncta nominatim exprimere cuperemus, dies nobis non sufficeret vnus. Noueritis itaque, non à paucis, sed ab omnibus tam vestri quam alterius ordinis vos homicidij, periurij, sacrilegij, & ex propria cognatione atque ex duabus sororibus incesti crimine esse accusatos. Dicunt & aliud auditu ipso horridum, diaboli vos in amorem vinum bibisse: in ludo aleæ, Iouis, Veneris, ceterorumque demonum auxilium poposcisse. Oramus itaque Paternitatem vestram obnixè, venire, atque ex his vos omnibus purgare, non dissimuleris. Si fortè vim temerariæ multitudinis formidatis, iuramento vobis affirmamus, nihil fieri præter sanctorum Canonum sanctionem. Dat. viii. Idus Nouembris.] pergit auctor:

Hanc epistolam cum legisset, huiusmodi Apologeticum scripsit:

Ioannes Episcopus seruus seruorum Dei omnibus Episcopis: Nos audiimus dicere, quod vos vultis alium Papam facere. si hæc feceritis, excommunico vos de Deo omnipotenti, vt non habeatis licentiam vllum ordinare, & Missam celebrare.

Cum hæc epistola in sancta Synodo legeretur, aduenerunt qui prius defuerant religiosi à Lotharingia, Hericus Treuirensis Archiepiscopus, ab Æmilia & Liguria Guido * Mutiensis, Gezo Tortonenis, Sigulphus Placentinus. quorum consilio domino * Mutinensis, Papæ ita rescribunt:

XX. QUAE RESCRIPSERIT IOANNI PAP. AD SYNODVM. XXI.

C Summo Pontifici & vniuersali Papæ domino Ioanni Otto diuinæ respectu clementiæ Imperator Augustus, sed & sancta Synodus Romæ ob seruitium Dei congregata, in Domino salutem.

ALIA EPIST. E SYNODO AD IOANN. PAP.

Præterita Synodo, quæ celebrata est octauo Idus Nouembris, litteras vobis direximus, in quibus accusatorum vestrorum verba atque accusationis causæ continebantur. Rogauimus etiam iisdem litteris magnitudinem vestram, quemadmodum iustum est. A vobis, non quales temporis qualitas, sed inconsultorum vanitas exposcit hominum, litteras accepimus. Non veniendi ad Synodum rationabilis esse excusatio debuit: sed & præfentes magnitudinis vestræ debuerunt nuntij interesse, qui aut ægritudinis, aut certæ difficultatis causa satisfacerent, sanctam vos Synodum declinasse. Est & aliud vestris in litteris scriptum, quod non Episcopus, sed puerilem ineptiam scribere deceret: excommunicastis enim omnes, vt non habeamus licentiam canendi Missam, ordinandi Ecclesiasticas dispositiones, si alium Romanæ Sedi constitueremus Episcopum. ita enim scriptum erat: Non habeatis licentiam vllum ordinare. Nunc vsque putauimus, immò credimus, duo negatiua vnum facere dedicatiuum, nisi vestra auctoritas præcorum sententias infirmaret auctorum. Nos verò intentioni vestræ non verbis respondeamus. si ad Synodum venire, & obiecta purgare non differtis: auctoritati vestræ proculdubio obediemus. sed si (quod absit) venire, & obiecta vobis capitalia crimina purgare dissimularis, cum præsertim vos venire nihil impediatur, non maris nauigatio, non corporis ægritudo, non itineris longitudo; tunc excommunicationem vestram parui pendemus: eam potius in vos retorquebimus, quoniam quidem iuste facere possumus. Iudas Domini nostri IESV Christi proditor, immò venditor, cum ceteris prius ligandi atque soluendi potestatem à Magistro in hæc verba accepit: Amen dico vobis, quæcumque ligaueritis super terram, &c. Quamdiu enim bonus inter discipulos fuit, ligare atque soluere valuit: postquam verò cupiditatis veneno homicida factus, vitam occidere voluit: quem postea ligatum soluere, solum ligare potuit, nisi seipsum, quem infelicissimo laqueo strangulauit? Data decimo Kalend. Decembris, & missa per Hadrianum Cardinalem presbyterum, & Benedictum Cardinalem diaconum.

Qui cum ad Tiberim peruenissent, eum non inuenerunt; pharetratus enim in campestris iam abierat; nec quisquam erat, qui vbi ipse erat, indicare posset. Cumque eum inuenire non possent, cum iisdem litteris ad sanctam Synodum, quæ tunc tertio est habitata, sunt reuersi.

XXII. IOANN. NON INVENTVS.

Mox Imperator ait: Expectauimus aduentum eius, vt præfente eo, quod nobis egerit, quereremur. Verum quoniam eum non affuturum certo scimus: quam perfidè nobis-

XXIII. OTTONIS IN IOANNEM QUERELAE.

nobiscum egerit, vt diligenter agnoscat, etiam atque etiam flagitamus. Notum itaque vobis facimus Archiepiscopis, Episcopis, presbyteris, diaconis, reliquoque Clero, necnon & Comitibus, & iudicibus, omniq; plebi, quod idem Ioannes Papa oppressus à Berengario atque Adelberto rebellibus nostris, misit in Saxoniam nuntios rogans, vt pro amore Dei in Italiam veniremus, & Ecclesiam sancti Petri, & seipsum ex faucibus eorum liberaremus. Nos verò, Deo adiuuante, quantum fecerimus, non est necesse dicere, vt in presentiarum videtis. Ereptus verò mea opera ex eorum manibus, & honori debito restitutus, oblitus iuramenti & fidelitatis, quam mihi supra corpus sancti Petri promisit, eundem Adelbertum Romam venire fecit, & contra me defendit, seditiones fecit, & videntibus nostris militibus dux belli factus, lorica & galea est indutus. Quid super hoc sancta Synodus decernat, edicat.

XXIV.
PUBLICA
IN IOAN-
NEM DE-
CLAMATIO.

Ad hæc Romani pontifices, *suffraganei scilicet Episcopi*, reliquosque Clerus, & cunctus populus dixerunt: Inauditum vulnus inaudito est cauterio exurendum: si corruptis moribus sibi soli, & non cunctis obesset, quoquo modo tolerandus esset. Quot prius casti huius facti sunt imitatione incesti? quot probi huius exemplo conuersationis sunt reprobi? petimus itaque magnitudinem Imperij vestri, monstrum illud nulla virtute redemptum à vitiiis, à sancta Romana Ecclesia pelli, aliumque loco eius constitui, qui nobis exemplo bonæ conuersationis præesse valeat, & prodesse sibi: rectè viuat, & bene viuendi nobis exemplum præbeat.

Tunc Imperator: Placet, inquit, quod dicitis; nihilque gratius nobis, quam vt talis, qui huic sanctæ & vniuersali Sedi præponatur, inueniri possit.

XXV.
LEONIS IN
IOANNIS
LOCVM B-
LECTIO.

His dictis, omnes vna voce dixerunt: Leonem venerabilem sanctæ Romanæ Ecclesiæ Protoscrinarium virum approbatum ad summum sacerdotij gradum nobis in pastorem eligimus, vt sit summus & vniuersalis Papa Romanæ Ecclesiæ, reprobato ob mores improbos Ioanne apostata. Cùm hoc omnes tertio dixissent, annuente Imperatore, nominatum Leonem ad Lateranense palatium, secundum consuetudinem cum Cardinalibus ducunt, & certo tempore in Ecclesia sancti Petri ad summum sacerdotium sancta consecratione attollunt, & fideles se ei affuturos iureiurando promittunt.

XXVI.

His ita gestis, sperans sanctissimus Imp. cum paucis Romæ se degere posse, ne consumeretur Romanus populus ob multitudinem exercitus, multis, vt redirent, licentiam dedit.] hucusque anni huius res gestæ, quæ sequuntur, anno sequenti facta noscuntur, nosque suo loco dicturi sumus. Addit his Sigebertus, Leonem ipsum laicum adhuc fuisse, cùm electus est Pontifex, contra decreta Nicolai, Hadriani, & Stephani Romanorum Pontificum superius recitata.

XXVII.
REDARGVI
TVR MVLTIP-
PLICITER
PSEVDON-
SYNERRO-
RIS.

Audisti, Lector, ipsam Synodum, integra eius Acta, iudicium de abdicatione Ioannis Papæ, & subrogatione Leonis. In qua grauissima actione, sed leuissimè ac perfunctoriè pertractata, quam multipliciter peccatum sit, quamque enormiter erratum, nec puto pro dignitate me consequi verbis posse. Vnum loco omnium hoc satis habeto, numquam me legisse, Orthodoxorum conuentum synodalem aliquando habitum, in quo magis Ecclesiasticum ius offensum, magis Canones violati, vulnerata traditio, conculcata, oppressa, atque maiore dedecore prostrata iustitia. Mentiar, nisi tu ipse ista cuncta cùm videris, manibus tetigeris (si cultor es iustitiæ) præ animi indignatione exclamare cogaris, O indignum facinus audax & insolens! nisi tamen te cohibeant tum turpis vita Ioannis, tum zelus Imperatoris, de quo illud Apostoli congruè dici potest: ^b Testimonium ipsi perhibeo, quod zelum habet, sed non secundum scientiam.] Qua carentes Episcopi illi, in quibus esse debebat, sibi aliisque parauere ruinam, sicut ^c si cæcus cæcum ducat, ambo in focam cadant.] Quo nomine ea diuina sententia ipsi primùm priuandi fuerant sacerdotio, sic apud ^d Oseam Prophetam Domino contestante: Quia tu scientiam repulisti repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi.]

^a Rom. 10.
^b Matth. 15.
^c Osee 4.

XXVIII.
IN HAC
PSEVDON-
SYNODO
OMNIA
PERPERAM
FACTA.

Ex quo enim (vt ipsi facti sunt) habitus est ab eis Ioannes verè summus Pontifex (quod etiã suis litteris sunt professi) vnde ipsi cogendi Concilij facultas contra Pontificem absque ipsius consensu? Id quidem contestati sunt omnes Episcopi in Romano Concilio sub Symmacho Papa, cùm ipse Pontifex aduersariorum accusationibus obrueretur, non licere dicentes, ab alio aliquo nisi ab ipso Synodum conuocari in causa sua; cùm Theodoricus Rex hoc non negans, excusauit tamen se, dicens de cogenda ea Synodo litteras ab ipso Symmacho accepisse, prout suo loco superius est demonstratum. Insuper vbi sufficiens

A restituum numerus? quem septuagintaduorum esse debere, contestati sunt sanctissimi illi Patres, qui ad iudicandum Marcellinum Papam sunt conuocati. Rursus in quam Synodo, licet contra aliquem hæresiarcham conuocata, non præcessit citatio trina antequam in eum esset lata sententia? At Ioannem Papam bis vocatum dumtaxat, synodalia ipsa Acta declarant. Sed & cui reorum, quamuis vili homuncioni, non ante sententiam aliqua data à iure perendina dilatio? sed nulla Ioanni: bis vocatus, statim damnatus eadem qua secunda citatus est die, vt eadem Acta significant. Audi monstruosiora: In quam Synodo petum est ab Episcoporum confesso, Imperatorem condemnare Episcopum vel clericum aliquem, & non potius ab Imperatore postulatū est, vt sancta Synodus hominem Ecclesiasticum damnet? At secus in hoc conuenticulo factum videmus: nam vniuersa Synodus rogasse dicitur Imperatorem, Ioannem expelli, & alium in locum ipsius subrogari.

At quis aliquando accusatus hæresiarcha, vel infamissima quæque persona conuicta in Synodo, absque sententia lata, omniumque subscriptione firmata, publiceque recitata legitur è throno deposita, in ordinem redacta, & alia in eius locum suffecta? At hic vna breuique interlocutione Imperatoris, immò nec interlocutoria sententia, sed rogatione ipsius Imperatoris successor est datus Ioanni, nulla in eum profus sententia lata. Nam rogante Synodo Imperatorem (vt habent Acta verbatim quam fidelissimè ab eodem auctore conscripta) ob immania flagitia Ioannem pelli, & alium aliquem virum frugi subrogari, hæc ad eos Imperator: Placet quod dicitis, nihilque gratius nobis, quam vt talis qui huic sanctæ & vniuersali Sedi præponatur, inueniri possit. His dictis, omnes vna voce dixerunt: Leonem venerabilem nobis in pastorem eligimus, &c.]

Vidisti monstrum, suffectum caput, priori capite nulla præciso sententia? Attendisti prodigium, executionem absque sententia, cùm omnis executio sententiæ dicatur executio? relatiue enim se habet ipsa executio ad sententiam. Sed vbi ista? nusquam, nec prolata verbis, nec scriptis edita reperitur.

Sed etsi omnia ritè, rectoque ordine iudiciario peracta fuissent: nonne sua sponte omnia statim corruunt, cùm ab excommunicatis ab ipso Pontifice omnia constet esse peracta? Vbi vniuersam visa tanta ignorantia Canonum, iudicium tam absurdum auditum in re tam graui, tantique momenti? tanta temeritas, ex quo Christi Ecclesia esse cœpit, in Orthodoxis Episcopis vbi inuenta? Cùm plurima contigerint aduersus Romanos Pontifices ab ipsis conuocata cogi Concilia, in quibus licet sæpè audacissimi astiterint accusatores accusationibus nefandissimis, numquam tamen permoueri potuerunt Patres, nisi hæretici ipsi fuerint vel schismatici, vt in Romanum Pontificem sententiam ferrent: quod non licere, omnes constantissimè affirmarent. Ita Patres sanctæ Synodi in causa Marcellini thurificationis exhibitæ aræ deorum conuicti: Tuo ore iudica causam tuam, dicebant, non nostro.] ac rursus: Noli audiri à nostro iudicio, sed collige in sinu tuo causam tuam: quoniam ex te iustificaberis, ex ore tuo condemnaberis, testimonio nostro excusaberis.] & illud: Nostrorum nemo vniuersum iudicauit Pontificem, nec sacerdos præsumptum suum. Quoniam prima Sedes non iudicatur à quoquam.] id ipsum repetitum in Concilio Romano in causa Symmachi, cùm aduersus eum horrendæ fuissent prolatae calumniæ, assertumque quod numquam Antistes Romanæ Sedis subiucit minorum iudicio.] Namque in his quæ ad mores spectant, totam causam Deo reseruandam esse, in Damasi Papæ iudicio comprobatum; fuisseque remissos eius accusatores à Gratiano Imperatore suo loco est superius demonstratum.

Quid demum (vt alia prætermittamus iudicia) cum causa Leonis Tertij tractaretur in Romano Concilio, cui interfuit Carolus Magnus? hæc vna vox omnium Episcoporum tam Francorum quam Italicorum: Nos Sedem Apostolicam, quæ est caput omnium Ecclesiarum, iudicare non audemus. Nam ab ipsa nos omnes, & à Vicario eius iudicamur. ipsa autem à nemine iudicatur; quemadmodum antiquitus mos fuit. Sed sicut ipse summus Pontifex consuevit, iubeat; & canonicè obediemus.] hæc illi sanctissimi atque doctissimi Patres ab his longè dispares, scientia & probitate, siquidem quam isti scientia rudes, & leues, quamque fuerint moribus præterui, ex rebus gestis apparet.

Audi adhuc deformiora: Quam insuper ille intolerabilis in his error, & inter hæreses numerandus, dum illud erroneum & hæreticum asserunt Episcopi isti, quod exemplo Iudæ confirmant, nimirum propter peccata auferri à Pontificibus clauium potestatem, ligandi atque soluendi à Deo traditam facultatem? Professi sunt hæc ipsi suis scriptis, epi-

CHRISTI
963.IOANNIS XII. PAP.
8.OTTOVIS IMP. 2.
ROMANI IMP. 3.

stola tunc ad Ioannem Pontificem data: quod esse hæreticum Catholicus quis negabit? Sed quanta in illis Episcopis inscitia cum nouitate? quæ illa noua phrasis ab Ecclesiastica consuetudine abhorrens, qua Romanos vocant Episcopos, siue Romanos Pontifices, ipsos Romanæ Sedis suffraganeos? Quæ illa Latinæ vocis ignorantia, dum stultè reprehendunt Ioannem, quòd in sua responsione dixisset: Non habeatis licentiam vllum ordinare, redarguentes quòd duabus negationibus affirmarit, quòd prohibere voluisset: putantes isti, idem esse, vllum, quod nullum; cum (nisi Episcopalis dignitas prohiberet) dupliciter fuissent ad ferulam reuocandi ac feriendi, eò quòd Pontificem rectè loquentem ita petulanter arguissent, atque ipsi vocis illius ignari, eam in significationem contrariam conuertissent. at sinamus puerilia ista. Sed non tacendum de præpostera nomenclatura illa, atque inuerso penitus loquendi vsu, qui in Actis illis esse reperitur, in quibus sanctissimus nominatur Imperator, & Romanus Pontifex, magnus, cum toties repetantur verba illa, Magnitudo vestra, & non more maiorum, Sanctitas vestra. Puto abstulisse illos à nomine sanctitatis; quòd tot eum tantisque sceleribus cumulatum assererent, nescientes ante sententiam non debere eum consuetis honoris titulis mihui; huncque esse antiquum Ecclesiæ morem, prout in Actis magnæ Synodi Chalcedonenensis in Nestorio factum apparet, qui quamuis hæresiarcha accusatus & conuictus, numquam eum nisi post prolatam in eum sententiam desuerunt Patres reuerentissimum siue sanctissimum nominare. Hæc quæ ad pseudo-synodum spectant.

XXXIV.

LEO VIII.
NON LEGI-
TIMVS PA-
PÆ

Ex quibus omnibus probè, puto, intelligis, Lector, nulla ex parte subsistere potuisse de condemnatione Ioannis eiusmodi spurium & sacrilegum iudicium synodale, omnique ex parte illud inuoluitum reddi ac penitus nullum; simulque subrogationem Leonis factam in locum ipsius, eodem iure ceteri; quem tamen, non quia, sicut plerique alij male asserunt, inter Romanos Pontifices numeratus reperitur, idcirco verè legitimum dixerimus fuisse Pontificem. Scriptorum error nullum asserere potest veritati præiudicium, nec numerata Leonum ita nominatorum Pontificum series esse faciet quod non est: sicut nec canem aliquem leonis nomine insignitum, verè esse leonem ipsa nominatio vel numeratio tantum facta constituet. hæc, vt scias è numero Leonum Pontificum hunc pseudo-Leonem explodere.

XXXV.

O Otto Fri-
sing. lib. 6.
cap. 23.

Qui verò ista adeò vera, adeoque aperta minimè considerarunt, cæco errore ducti, in odium Ioannis impurissimi, quem iure detestentur omnes boni, eò prolapsi sunt, vt eiusdem Ioannis condemnationem probata, æque eamdem pseudo-synodum vt legitimam acceperint; insuper & Leonem VIII. dictum ab ea Pontificem creatum, vt canonicè electum receperint, Benedictum verò post Ioannis obitum creatum eiecerint. Sicque ignorantia tenebris obuoluti in tam graues impeerunt errores, quorum numerus adeò excreuit, vt vix pauci, quibus inquirendæ veritatis amor fuerit, & studium eius perscrutandæ maius in hæserit, inuenti sint, qui obrutam veritatem vendicari in lucem. Ex antiquis Otto Frisingensis Episcopus & ipse Germanus & in Germania scribens, cum factum non probet, redarguere tamen non ausus, hæc de his ait, vbi summatim rem gestam recenset: Quæ omnia vtrum licitè, aut secus acta sint, dicere, præsentis non est operis: res enim gestas scribere, non rerum gestarum rationem reddere proposuimus. Inueni tamen in quibusdam Chronicis, sed Teutonicorum, præfatam Ioannem reprehensibiliter vixisse, sed frequenter super hoc ab Episcopis aliisque subditis suis conuentum fuisse. Cui rei durum videtur fidem accommodare, quia Romana Ecclesiæ hoc speciale priuilegium sacerdotibus suis adscribere solet, quod meritis Petri super firmam petram fundari, nulla eos porta inferorum, vel turbo tempestarum ad exitialem ruinam inuoluet.] hæc sanctus Episcopus adeò magnificè sentiens de successoribus Petri. At non tanta nos vendicamus, vt esse non possit, quin fœdus turpisque moribus irrepit, vel irrumpat in Sedem illam, Fide autem impius nullo modo.

XXXVI.

AUCTORES
HUIVS TEM-
PORIS FA-
VERVNT
LEONI.

Ceterum, admonendus est Lector, quòd scriptores huius temporis, vt auctor qui appendicem ad Luitprandum affixit, nonnihil visi sunt adulari Ottoni Imp. vt ex eorum scriptis haud obscurè perspicitur, fauissèque electioni ab ipso Ottone factæ Leonis, quodque æque omnes detestati fuerint Ioannis Papæ nefanda scelera, iustè ipsum abrogatum putauerunt, & scripserunt, re tamen haud funditus perscrutata: vt non mireris si eos legeris, fauere vnà cum Imperatore Leoni, in Ioannem verò & eius successorem Benedictum, vt in pseudo-pontifices declamare. at de his modò satis.

Hoc

CHRISTI
963.IOANNIS XII. PAP.
8.OTTOVIS IMP. 2.
ROMANI IMP. 3.

A Hoc eodem anno datum reperitur ab Ottone Imperatore priuilegium monasterio S. Vincentij ad fontes Vulturini. extat integrum vnà cum sigillo descriptum à Ioanne monacho in Chronico, caractere Longobardo; vbi in fine ista leguntur quæ ad tempus consignandum spectant: Arnulphus presbyter ad vicem Vuidonis Episcopi Archicancellarij recognoui & probaui. Data xi. Kalend. Septembris, Ottonis Imperatoris anno 11. Indictione sexta. Actum in Capuana ciuitate.

Quod ad rerum Orientalium statum pertinet, hoc anno (inquit Curopalates) quinta-decima Martij mensis, Indictione sexta, anno sexmillesimo quadringentesimo septuagesimo primo ab orbe condito, mortuus est Romanus Imp. viginti quatuor natus annos, cum annos tredecim regnasset, menses quatuor, dies quinque (computatis annis quibus cum patre regnavit) vt aliqui asserunt, exhausto corpore turpissimis & voluptuariis rebus; vt autem alij auctores sunt, veneno peremptus: cui licet filij successissent Basilius & Constantinus pueri, tamen assistantibus aliis Imperium, Nicephorus Phocas clarus victoriis ab exercitu Imperator acclamatus & Constantinopolim conuocatus, hoc eodem anno decimasexta mensis Augusti Imperator à Polyucto Patriarcha coronatur. At quæ inter eumdem Patriarcham & Imperatorem sint obortæ contentiones, ex eodem auctore sic accipe, ab ipsa coronatione incipiente his verbis:

Hunc igitur coronat Polyuctus in magni templi edito loco, dies erat Dominica, decimasexta Augusti mensis, Indictione sexta, Missioque monacho & Synkello Studij Antonio à Regia Theophanem deicit (erat ista Romani vxor) & ad Petri palatia transmittit.] quam postea hoc eodem anno, vigesima mensis Septembris in vxorem accepit. Cuius occasione simultates cum Polyucto sunt exortæ, duplici ratione apud ipsum eodem Nicephoro reo constituto, prima quidem, quòd cum aliam habuisset vxorem, secundam ducere non liceret absque poenitentia quadam; alia verò, quòd assereretur, ipsum Nicephorum in Baptismate suscepisse Theophanes filium. Quomodo autem Polyuctus his de causis ipsi restiterit, sic idem narrat Curopalates:

Perfectis nuptiis in nouo ad palatium templo, cum ingressurus esset ad altare, manu ipsum detinens Polyuctus, & sacris cancellis appropinquans, ingreditur ipse in adyta, illum verò retrò expulit, asserens non prius ipsum concessum iri, vt ad altare ingrediatur, quàm poenas solueret eorum qui alteram ducunt vxorem. offendit hæc re Nicephorum, neque destitit ei vsque ad obitum irasci. Diuulgata etiam erat vbique fama, haud mediocriter illum Ecclesiæ perturbasse, quia Nicephorus à sancto Baptismate vnus ex filiis Theophanes suscepit. Hanc famam, vt probabilem causam nactus Polyuctus, vel separandum ipsum ab vxore contendebat secundum Ecclesiæ Canonem, vel ab Ecclesia ei recedendum, quod fecit retinens Theophanem.] Exprobrat & Luitprandus in Relatione suæ legationis eiusmodi Nicephori cum commatre sua Theophane matrimonium, eaque de causa eum siluestri asino comparat. pergit autem idem qui supra Curopalates:

Conuocatis autem peregrinis Episcopis, qui erant in vrbe, & præstantioribus Senatus, consultandam rem proposuit. Omnes hi legem Copronymi esse dixerunt, & statuerunt non esse seruandam. Et idcirco scriptum repudij libellum ipsius arbitrio permisit. Et diu recusantem Polyuctum cum Imperatore loqui, ipse Cæsar certò firmavit, se eum non suscepisse puerum. Quin etiam Stylianus Protopapa magni palatij, ex quo primùm talis fama cœperat diuulgari coram Senatu & Synodo, neque vidisse se, neque alicui dixisse aiebat, Bardam vel Nicephorum suscepisse puerum. Polyuctus autem quamuis apertè nosset Stylianum peierare, crimen synterniæ, id est, eum qui è Baptismo filium suum vel alterius suscepit, condonauit. Et quidem institerat, vt ei secundarum nuptiarum poenæ imponerentur, hoc quoque peccatum deinde ei remisit.] hæc de his Curopalates, in quibus illud mirum, quomodo aduantes Imperatori ausi sunt dicere, impedimentum ex cognatione spiritali procedens legem fuisse Copronymi, cum veterum Canonum censura id constet esse vetitum.]

Quod ad reliquas res gestas anni huius Nicephori Imp. hæc habet Curopalates: Nicephorus autem primo Imperij sui anno contra Sarracenos qui in Sicilia erant, Patriarium Manuelem misit nothum filium patris sui Leonis, qui declaratus fuerat Domesticus scholarum etiam sub Romano.] hoc factum tradit à Nicephoro, vt Orientale Imperium eximeret à pensatione tributi, quod soluebat Sarracenis à tempore Basilij Macedonis

CHRISTI 963.

IOANNIS XII. PAP. 8.

OTTONIS IMP. 2. NICEPH. PHOCÆ IMP. I.

donis Imp. sed ob imperitiam ducis malè pugnatum est, & dux ipse cum exercitu interemptus, animatis Sarracenis aduersus Græcos, quòd legissent in vaticinijs Hippolyti Episcopi in Sicilia, Sarracenos non vincendos & conterendos à Græcis, sed à Francis. hæc Luitprandus in Relatione suæ legationis, de qua inferiùs dicendum.

IESV CHRISTI IOANNIS XII. PAP. OTTONIS IMP. 3. ANNVS 964. ANNVS 9. NICEPH. PHOCÆ IMP. 2.

Luitpr. li. 6. cap. II. ROMANI CONTRA OTTONEM IMP.

II. OTTO IN ROMANOS SÆVIT.

LEO PSEVDOPAPA FUGIT AD IMP.

I. SEQUITUR annus Redemptoris nongentesimus sexagesimusquartus, Indictione septima, quo Romani in Ottonem atque in Leonem ab eo iussu creati Pontificem arma conuertunt, vbi viderunt ipsum Imperatorem parte magna exercitus diminutum. Rem gestam auctor qui asseritur Luitprandus, cuncta sigillatim recensens, sic narrat: His rebus gestis (quæ spectabant scilicet ad Leonis successionem) sperans sanctissimus Imp. cum paucis Romæ posse degere, ne consumeretur populus Romanus ob multitudinem exercitus: multis vt redirent, licentiam dedit. Cumque hoc Ioannes, qui deiectus est Papa, cognosceret, non ignorans quàm facile Romanorum mentes pecunia possit corrumpere, clam Romam mittit nuntios, beati Petri, omniumque Ecclesiarum pecuniam repromittens, si super pium Imperatorem & dominum Leonem Papam irruerent, eosque impiissimè trucidarent. Quid multis morer? Romani quàm mox exercitus paucitate consili, immò decepti & pecuniæ promissione animati, buccina concrepante, super Imperatorem, vt eum occidant, festinare contendunt.

II. Quibus Imperator super pontem Tiberis, quem Romani plaustris impeditum habebant, occurrit. Cuius fortes milites assuefacti bello, pectore & armis intrepidi, eos inter prosiliunt, & quasi accipitres auium multitudinem, nullo resistente, proruerunt: non latibula, non corbes, non concaua ligna, non cryptæ sordium receptacula fugientibus tutelæ esse possunt. Occiduntur itaque, & (vt assolet contingere viris fugientibus) passim à tergo vulnerantur. Quis tunc Romanorum cladis huius superstes fieret, si non Imperator sanctus misericordia, quæ eis nulla debebatur, inclinatus, suos adhuc interficere scientes retraheret & reuocaret? Itaque deuictis omnibus, atque iis qui supererant, obsidibus acceptis, venerabilis Papa Leo pedibus Imperatoris prouolutus, orat, vt Romanis obsides reddat, seque eorum fidei commendet. Rogatu denique venerabilis Papæ Leonis Imperator sanctus Romanis obsides reddit, non incertus quòd profecutus sum incepturos.] hæc auctor, cui tamen repugnat eiusdem temporis scriptor apud Reginonem, vbi ait: Non Romanos aggressos esse Ottonem, sed tantum de agrediendo molitos infidias, quibus detectis, in eos Otto ipse sæuierit. pergit verò idem apud Luitprandum auctor:

III. Igitur Romanorum fidei eundem Papam, quemadmodum lupis agnum commisit. Deinde Roma exiens, Camerinum, Spoletumque versus, vbi Adelbertum esse audierat, properauit. Interea mulieres, quibuscum Ioannes, qui dictus est Papa, voluntatis suæ ludibrium exercebat, non ignobiles & plures concitauerunt Romanos, vt Leonem summum Pontificem & vniuersalem Papam à Deo & ipsis electum perderent, & Ioannem in Urbem susciperent. Quod cum fecissent, Deo miserante, ex eorum manibus est venerabilis Papa Leo liberatus, paucisque ipsum comitantibus, ad piissimi Imperatoris misericordiam est profectus. Imperator denique sanctus tantum dedecus ægrè ferens, tum ex domini Papæ Leonis eiectione, tum ex Ioanne Cardinale diacono & Azone Protoscriuario, quorum alterum manu dextera, alterum lingua, duobus digitis, naribusque abscissis Ioannes abdicatus defœdauerat: reparato exercitu Romam redire disposuit, &c.]

IV. Antequam autem rem gestam vterius prosequamur, sciendum, quòd apud Reginonem non præsens annus tantum, sed dies quoque describuntur, quibus eiusmodi res gestæ sunt, nempe tertio Nonas Ianuarij ingentem stragem de Romanis infidias Imperatori parantibus ab Imp. Ottone patratam: sequenti verò die pridie Nonas eiusdem centum obsides à Romanis datos Imperatori, & super corpus Petri ab iisdem Romanis fidelitatem eidem Imperatori iuratum, dies octo adhuc eundem Romæ mansisse, inde Spoletum profectum & Camerinum. Interea à Romanis reuocatum Ioannem Papam in

CHRISTI 964.

IOANNIS XII. PAP. 9.

OTTONIS IMP. 3. NICEPH. PHOCÆ IMP. 2.

A in Urbem, ab eoque non solum quos diximus malè habitos, sed Otgerum Spirensis Episcopum comprehensum & flagellatum, dimissumque tandem, quòd per eum posset ab Imperatore consequi veniam. Prætermittunt autem tum ipse, tum etiam auctor apud Luitprandum alias res gestas à Ioanne Papa, cum est regressus in Urbem, quæ à Sigeberto ita in Chronico narratur:

Ioannes Synodo collecta, Leonem deposuit & eius Gestas cassauit: statutum quoque est publico omnium iudicio, Synodum à Leone habitam nec nominandam Synodum, sed prostibulum fauens adulteris (nimirum quòd adulter Leo dicendus esset, qui alterius sponsam ipsam Romanam Ecclesiam inuasisset.) Quicumque eo ordinante, erant damnati, iussi sunt suam ipsorum proscriptionem præsentare in charta hæc continente verba: Pater meus nihil sibi habuit, nihil mihi dedit. & sic depositi remanserunt in illis gradibus quos habuerant non à Leone ordinati. Si qui autem digni iudicantur, vt non accepta prius consecratione, ordinentur, indicto illis eodem decreto, quod & damnatis à Constantino Neophyto.] hucusque Sigebertus, qui ipse Acta Synodi legisse visus est, cum illa ita summam collecta exactè recēssit. At præstat hic ipsa Acta integra recitare, quæ nobis adhuc seruantur legitima atque sincera. Siquidem vetera nobis exhibent monumenta, illud ipsum Concilium, quod celebratum est hoc anno ab ipso Ioanne Papa, quod etiam Nouatores non negant, sed ipsum integrum inter alias hoc centenarium celebratas Synodos describere. sic enim se habet:

Actio prima. Ioannes piissimus ac sanctissimus sanctæ Romanæ Ecclesiæ Papa dixit: Scitis, dilectissimi fratres, me fuisse expulsum Imperiali vi à propria Sede per duos menses. Quapropter vos plurimum rogo, si dici potest regulariter Synodus illa, quæ habitata est me absente in Ecclesia mea, quarto videlicet Decembris, ab Ottone Imp. suisque Archiepiscopis atque Episcopis, an non? Sanctum Concilium respondit: Prostibulum fauens adultero, inuasori scilicet alienæ sponsæ, nempe Leoni intruso. Piissimus ac sanctissimus Papa dixit: Ergo damnanda est à nobis? Sanctum Concilium respondit: Auctoritate sanctorum Patrum damnanda. Tunc piissimus ac sanctissimus Papa damnauit eam in perpetuum, cum eorumdem Episcoporum consona responsione. Post hæc autem interrogauit idem Papa sanctum Concilium, dicens: Dicite, dilectissimi fratres, si Episcopi à nobis ordinati, in nostro Patriarchio ordinationem facere poterunt, an non? Sanctum Concilium respondit: Minimè. Piissimus ac sanctissimus Papa dixit: Quid censetis de Sicone Episcopo à nobis dudum consecrato, qui in nostro Patriarchio Leonem Curialem & neophytum atque perierum nostrum, iam Ostarium, Lectorem, Acoluthum, Subdiaconum, Diaconum, atque subito Presbyterum ordinauit: cum iue

V. DEPONTIF. TYR. LEO PSEVDOPAPA IN SYNODO.

Cent. 10. col. 444.

VI. Ex scripto ced. Vat. CONC. ROM. SVB IOANNE XII.

*al. Mantuanensis

VII. CONCILIVM SCHISMATICORVM DAMNATVM

VIII. DE ORDINATIONIBVS LEONIS SCHISMATICI.

CHRISTI
964.IOANNIS XII. PAP.
9.OTTONIS IMP. 3.
NICEPH. PHOCÆ IMP. 2.

eumque sine aliqua probatione, contra cuncta sanctorum Patrum statuta in nostra Apostolica Sede consecrare non formidauit: Sanctum Concilium respondit: Deponatur ipse qui ordinauit, & qui ab eo est ordinatus. Piiſſimus atque sanctiſſimus Papa dixit: Nescitur ubi latet. Sanctum Concilium respondit: Requiritur diligenter, si placet, vsque ad tertium conuentum. Quod si minime repertus fuerit, canonica feriatur sententia. Piiſſimus ac sanctiſſimus Papa dixit: Placet.

IX. Tunc serenissimus Papa consuluit Concilium, dicens: Quid igitur, reuerentissimi fratres, sancitis de istis duobus Episcopis a nobis ordinatis, Benedicto scilicet Portuensi, & Gregorio Albanensi, qui super praefatum Curialem & neophytum atque periurum nostrum orationes dederunt? Sanctum Concilium respondit: Simili poena mulcentur, sed vestrae interim reliquantur potestati vsque ad tertium conuentum. Piiſſimus ac sanctiſſimus Papa dixit: Quid ergo de illo Curiali & neophyto, periuro, atque inuafore nostrae Sedis censetis? Sanctum Concilium respondit: Omnino damnetur, vt nullus deinceps Curialium, aut neophytorum, aut iudicium, aut publice poenitentium ad summum Ecclesiae gradum aspirare praesumat: Tunc piiſſimus ac sanctiſſimus Papa dixit: Sit Leo Curialis ac neophytus ac periurus noster Domini omnipotentis ac BB. Apostolorum principum Petri & Pauli, & omnium simul Sanctorum, atque venerandorum & vniuersalium Conciliorum auctoritate, necnon & Spiritus sancti per nos iudicio, omni sacerdotali honore & nomine alienus, & omni clericatus officio prorsus exutus: ita vt si post hanc Constitutionem diuina inspiratione depromptam, & vnanimitate atque concordia sancti Concilij promulgatam, tentauerit in Apostolico throno residere, aut si ulterius ausus fuerit aliquid de sacro ministerio more sacerdotis contingere, iuxta praecedentem consuetudinem, nullo modo liceat ei communionis spem, aut locum habere satisfactionis, sed anathematis vinculis innodatus maneat vna cum sociis suis atque fautoribus perpetuo, Dei per nostram mediocritatem iudicio ac sententia, & sacrum corpus & sanguinem Domini nostri IESU Christi, non nisi vicino mortis periculo, omnino percipiat. Quicumque autem praedicto Curiali & neophyto, atque inuafori S. Catholicae & Apostolicae Ecclesiae consilium aut adiutorium dederit ad percipiendum Ecclesiasticum honorem, quo regulariter expoliatus est, anathema sit. Piiſſimus atque sanctiſſimus Papa dixit: Quid sentitis de iis qui ab eo ordinati sunt? S. Concilium respondit: Priuentur honore, quem ab ipso acceperunt. Tunc idem benignissimus Papa praecipit ingredi eos in Concilium cum vestimentis, planetis, atque stolis, & vnumquemque eorum in chartula scribere fecit huiusmodi verba: Pater meus nihil sibi habuit, nihil mihi dedit: Et sic eos exutos priuauit honore, quem dederat eis ipse inuafor & neophytus atque Curialis, & reuocauit eos in pristinum gradum.

X. ACTIO SECUNDA. Ioannes piiſſimus atque benignissimus Papa dixit: Recordari credimus vestram dilectionem, qualiter de Sicone refuga Episcopo hesterni die definitum est in praesentia vestra, vt diligenter inquireretur. Sed plurimum quaesitus inueniri non potuit. Nunc vero decernite, quid agendum sit de eo. Sanctum Concilium respondit: Suspendatur eius damnatio, si placet, vsque in tertium Concilium. Piiſſimus ac mitissimus Papa dixit: Fiat secundum vestram sanctionem.

XI. Tunc conuocauit Episcopos Benedictum Portuensem & Gregorium Albanensem, qui super ipsum neophytum orationes dederant. Et fecit tenere eos chartulas in manibus, continentibus haec verba: Ego Benedictus Episcopus S. Portuensis Ecclesiae, viuentis Patre meo, consecraui in loco eius Leonem Curialem & neophytum atque periurum illius contra statuta SS. Patrum. Ego Gregorius Episcopus sanctae Albanensis Ecclesiae, viuentis Patre meo, consecraui in loco eius Leonem Curialem & neophytum atque periurum illius contra statuta SS. Patrum. Post haec autem piiſſimus atque sanctiſſimus Papa consuluit Concilium, dicens: Quid agendum sit de his, dicite. Sanctum Concilium respondit, dicens: Suspendantur & isti, si placet, vsque ad tertium Concilium.

XII. Tunc idem piiſſimus ac sanctiſſimus Papa consuluit iterum Concilium, dicens: Quid censetis, dilectissimi fratres, de his qui praefato neophyto pretium accommodauerunt ad tuendam gratiam Dei quae vendi non potest? S. Concilium respondit: Si Episcopus fuerit, aut presbyter, aut diaconus, proprii gradus periculo subiaceat. Si vero monachus aut laicus, anathematizetur. Benignissimus atque sanctiſſimus Papa dixit: Recte iudicatis. Idem sanctiſſimus Papa dixit: Dicite, quaeso, quid agendum sit de Abbatibus nostris, qui

LEO SCHISMATICVS
DAMNATUS.DE ORDINATIS
A SCHISMATICO.SENTENTIA IN ORDINATIS
SCHISMATICIS.

*ut obtinendam

CHRISTI
964.IOANNIS XII. PAP.
9.OTTONIS IMP. 3.
NICEPH. PHOCÆ IMP. 2.

A qui supradictae damnatae Synodo interfuerunt. S. Concilium respondit: Hi autem vestro relinquantur iudicio, in cuius potestate consistunt. Piiſſimus atque sanctiſſimus Papa dixit: Potest aliquis vendere suum Ecclesiasticum gradum cuiquam, an non? S. Concilium respondit: Minime, quoniam neque vendi neque emi ab aliquo potest. Benignissimus atque sanctiſſimus Papa dixit: Hoc etiam statuite, vt numquam minor maiori suo gradum tollere praesumat: si autem fecerit, communionem priuetur vsque ad emendationem. Simili modo statuite, vt monachi in locis, quibus saeculo renuntiauerunt, habitent; sin alias fecerint, reuocentur ad loca quae dimiserint, aut communionem priuentur, donec respuerint. S. Concilium dixit: Statutum atque confirmatum hoc nobis maneat.

B ACTIO TERTIA. Ioannes piiſſimus atque sanctiſſimus Papa dixit: Reuerentissimi fratres, Domino protegente iam ad tertium venimus Concilium: modo finite de Sicone Episcopo ordinatore ipsius neophyti, quid agendum sit. nam a nostris diu quaesitus, sed minime inuentus est. S. Concilium respondit: Canonico mucrone feriat. Tunc benignissimus atque sanctiſſimus Papa dixit: Siconem, qui S. Ostiensis Ecclesiae irregulariter atque Deo contempto praefuit, & Leonem Curialem & laicum, necnon & periurum nostrum subito consecrare in Pontificali honore non formidauit: sancimus, & iuxta canonicam deliberationem Apostolica auctoritate definimus atque statuimus, omni sacerdotali carere atque priuatum fore ministerio, ita vt nullo modo liceat ei in qualibet Synodo restitutionis spem, aut locum habere satisfactionis. Quod si de reliquo praesumpserit in sacro officio more sacerdotis, quouis tempore ministrare: anathema sit. Et omnes communicantes ei ab Ecclesia abiiciantur: sed & ipsi anathema sunt. Eos vero quos ipse Leo neophytus & inuafor S. Catholicae & Apostolicae Romanae Ecclesiae in quolibet Ecclesiastico ordine prouexit, Apostolica atque canonica auctoritate & synodali decreto in pristinum reuocamus gradum, quia ordinator eorum nihil sibi habuit, nihil illis dedit. Sicuti olim noster praecessor pia memoriae Papa Stephanus sententiam tulit de iis qui ordinati fuerant a Constantino quodam neophyto & inuafore sanctae Sedis Apostolicae, & postmodum quosdam eorum sibi placabiles presbyteros aut diaconos consecrauit, statuens, vt hi qui ab eo consecrati erant, numquam ad superiorem honorem ascenderent, nec ad pontificatus culmen promouerentur, ne talis impiae nouitatis error in Ecclesia pullularet.

Piiſſimus atque sanctiſſimus Papa dixit: Et hoc nefarium est: statuite, si placet, dilectissimi fratres, vt in circuitu altaris, aut in presbyterio nullus laicorum stare praesumat, quoties Missarum solemnias celebrantur: quod si fecerit quis, communionem priuatus maneat vsque ad emendationem. Sanctum Concilium respondit: Hoc quoque omnibus placet. secuta subscriptio. Ioannes S. Catholicae & Apostolicae Romanae Ecclesiae Episcopus huic decreto a nobis, vt supra legitur, promulgato subscripsi. & sic ceteri praefati Episcopi fecerunt. & finis inpositus est praesenti Concilio.] hucusque in scripto codice de Synodo Romana sub Ioanne Pontifice hoc anno habita, eademque legitima. Ita quidem in eneruato lasciuus homine nervos Ecclesiasticae disciplinae Deus, cui ipsa Petri cathedra cura est, seruans, eos in schismaticos tetendit, & secundum illud Dauidicum, ^a Percussit inimicos suos in posterora, opprobrium sempiternum dedit illos.] quos voluit ab Apostolica Sede emisso sua potentia fulmine (cuiuscumque manu non interest) iacere prostratos.

E Faceſſat igitur eorum, qui post tempora ista vixerunt, inſcitia, qui schismaticum Antipapam inter legitimos S. Romanae Ecclesiae Pontifices numerarunt: damnetur vero illorum, qui ista tunc perpetrarunt, occasionemque posteris ita errandi dedere, temeritas, & in sacerdotibus non toleranda vel excusanda sacrorum Canonum ignorantia, & antiquarum traditionum Ecclesiae imperitia. Imperatoris vero factum excusetur Apostoli verbis, dicentis: ^b Testimonium illis perhibeo, quod zelum habent, sed non secundum scientiam,] leuiter ^b Rom. 10. nimis existimantis vna cum moribus deprauatis minui atque penitus tolli Romani Pontificis auctoritatem, quod erroneum, immo vero & haereticum dictum nullus vnumquam Catholicorum reperitur hactenus protulisse, sed e contra aequè omnes pariter Ecclesiasticos tractatores, praecipue vero S. Augustinum pluribus in locis pugnantem contra Donatistas ea caligine obuolutos, esse tantam haereseos detestatos, utpote quae omnem simul perdat Ecclesiasticam oconomiam, quo errore cum Donatistis inuolui vnumquemque necesse est, qui sciens volensque abrogatum vellet per conciliabulum Ottonis auctoritate collectum Pontificatu Ioannem, & subrogatum ab eo illi Leonem legitimum dici debere Pontificem.

Sed iam videamus quae de infausto eiusdem Ioannis exitu posteris tradiderit auctor, qui

SENTENTIA
IN SCHISMATICIS.

XIII.

SENTENTIA
IN SICONEM
EPISCOPUM
OSTIENSEM.

XIV.

CANONES
SANCTI
IN HAC
SYNODO.

XV.

Rom. 10.

XVI.

asseritur Luitprandus. (quisquis ille fuerit, aduersarium fuisse liquet, atq; schismaticorum complicem.) Quæ an vera sint, non deducimus in cõtrouersiam, sed esto ita se habere, uti narrantur ab aduersario homine: nullum tamen ob ea pati dispendium Fide Catholicâ, nec periclitari in Petri cathedra Apostolicâ auctoritatẽ, cû sanctis Patribus omnibus cunctaq; Ecclesiâ Catholica certo certius affirmamus, atque ingenuè profiteamur. habet hæc ipse a.

Luitpr. lib. 6. cap. II. XVII. OBITVS IOANNIS PAPAE, ET BENEDICTI SVBROGATIO.

Priusquam autem sancti Imperatoris copiarum essent congregatæ, volens cunctis sæculis innotescere Dominus, quam iuste esset Ioannes Papa à suis Episcopis & omni plebe repudiatus, quamque postmodum iniuste receptus: quadam nocte extra Romam dum se cuiusdam viri vxore oblectaret: in temporibus adeo à diabolo est percussus, ut intra dierum octo spatium eodem sit vulnere mortuus.] At non quia iuste damnatus, & iniuste receptus; sed quia tot tantisque vexationibus à Deo admonitus nec à peccatis confusus abstulit, iuste meruit à Deo tandem puniri. Contigisse autem Ioannem obitum pridie Idus Maij, apud Reginonem asseritur; vbi & de successoris eius ordinatione hæc habet: Tunc Romani non modicè metuentes Imperatoris aduentum, Benedictum quemdam Romanæ Ecclesiæ diaconum, fidei & electionis domini Imperatoris immemores, eligunt, & ordinatum Sedi Apostolicæ imponunt.

XVIII. OTTO ROMAM REVERSVS.

Quo audito, Imperator, collecta vndiq; secum fidelium suorum multitudine, Romam adiit, & firma eam omni parte obsidione, nequis pateret exitus, muniuit. Sed prædictus Benedictus falso nomine Apostolicus, diutius vt Imperatori resisteret, Romanos animauit, ipseque Imperatori suisque fidelibus excommunicationem comminans, muros Vrbs ascendit, & elatiori se factu, quam Apostolicum decuerat, ostendit. Ad vltimum Romani fame & obsidione constricti, se errasse, contraque Imperatorem iniuste deliquisse pœnitentes: in Vigilia Præcurforis, id est, nono Kalendas Iulij, portas Vrbs aperiunt, & Imperatore cum honorificentia debita intromisso, Benedictum sacrilegum & periurum Imperatoriarum ditioni reddunt, & dominum Leonem in Sedem Apostolicam restitunt.] de coacta verò tunc statim Romæ pseudosynodo à Leone intruso Pontifice, hæc Luitprandus b.

Luitpr. lib. 6. cap. II. XIX. SPEYDO SYNODVS LATER. SVB LEONE ANTIPAPA.

Residentibus itaq; domino Leone summo & vniuersali Papa in Ecclesia Lateranensi, necnò & Imperatore sanctissimo Ottone, & Episcopis Romanis, Italicis, à Lotharingia & Saxonia Archiepiscopis, presbyteris, diaconis, omniq; Romanorum plebe, quorum nomina superius adscribuntur, aduenit Benedictus Apostolicæ Sedis inuasor, eorum qui se elegerant manibus adductus, Pontificalibus vestibus indutus. Quæ Benedictus Cardinalis Archidiaconus tali est sermone aggressus: Qua tibi auctoritate, quæ ve lege, ò inuasor, hæc Pontificalia indumenta usurpasti, superstite hoc præsentè domino nostro venerabili Papa Leone, quæ tu nobiscum, accusato & reprobato Ioanne, ad Apostolatus culmẽ elegisti? Num inficari potes, præsentì domino Imperatori iuramento promississe, numquam te cum ceteris Romanis Papam electurum aut ordinarurum, absq; illius filiiq; sui Regis Ottonis consensu? Benedictus respondit: Si quid peccauit, miseremini mei. Tunc Imperator effusus lacrymis, quam misericors esset, ostendens, rogauit Synodum, ne Benedicto præiudicium fieret. si veller, & posset, ad interrogata responderet, quod si non posset, aut noller, ac se culpabilem redderet: tamen pro timore Dei misericordiam aliquam inueniret. Quo audito, ad domini Leonis Papæ pedes, ipsiusque Imperatoris idem Benedictus concitè procidens, se peccasse, seq; S. Romanæ Sedis inuasorẽ esse acclamauit. post hæc pallium sibi abstulit. quod simul cum Pontificali ferula quam manu gestabat, domino Papæ Leoni reddidit. quam ferulam idem Papa fregit, & fractam populo ostendit. Deinde Benedictum in terra sedere præcepit. Cui casulam, quam planetam vocant, cum stola pariter abstulit. Post autem omnibus Episcopis dixit: Benedictum sanctæ & Apostolicæ Sedis Romanæ inuasorem omni Pontificatus & presbyteratus honore priuamus: ob elemosynam verò domini Imperatoris Ottonis, cuius sumus opera in Sedem debitam restituti: diaconatus eum ordinẽ habere permittimus, & non iam Romæ, sed in exilium destinamus.] hucusq; auctor male inscriptus Luitprandus finem suæ imponens historiæ, nisi mutilata remanserit. Porro sicut in Ioannem, ita & multo magis in Benedictum se ostendit iniquum, fauens plus satis Ottoni, quem & Germaniæ scriptores integerrimi hoc nomine (vt dicitur inferius) reprehendunt. Errauit valdè ipse auctor assertus Luitprandus, & aliis errandi amplam satis aperuit viam, viuificans (vt ait c. Propheta) qui nõ viuunt, & interficiens, qui nõ moriuntur, dum quos iudicare non potuit Synodus, condemnatos abiicit, & quem alio viuente ipse eligere nec potuit nec debuit, vti legitimum colendum exhibuit Papam Leonem VIII.

XX. BENEDICTVS PAPA EXACTOR RATVS.

Quomodo

Ezech. 13.

Quomodo verò scelus statim vendicauerit Deus, apud Reginonem ista subiiciuntur:

Celebrata verò B. Ioannis natiuitate, & SS. Apostolorum festiuitate, Imperator ab Vrbe Romana reuertitur, & infelicioni quam sperauerat omine in redeundo fruitur. Nam tanta exercitum eius pestis & mortalitas inuasit, vt vix sanus quis à manè vsque ad vesperam, & à vespera vsque ad manè se victurum speraret. Ex qua pestilentia obierunt Henricus Archiepiscopus Treuirensis, & Gericus Abbas Vuitzeburgensis, & Godefridus Dux Lothariensis, aliorumque innumera multitudo tam nobilium quam ignobilium: tandem miseratione diuina pestilentia cessante, Imperator in Liguriam peruenit, &c.] sanè quidem eam cladem passum Imp. ob iniurias illatas Benedicto Papa, testatur Dymarus huius temporis scriptor nobilissimus, de quo inferius suo loco dicendum pluribus.

XXI. PESTIS IN EXERCITV IMP.

Fertur autem apud Gratianum a inconsideratè nimis ista tractantem, Synodi huius sub Leone pseudopontifice celebratæ eiusmodi Canon de concessione ab ipso facta Ottoni Imp. de ordinatione Apostolicæ Sedis, & Ecclesiarum inuestituris his verbis:

XXII. a Dist. 63. cap. 23.

In Synodo congregata Romæ in Ecclesia S. Saluatoris. Ad exemplum B. Hadriani Apostolicæ Sedis Antistitis, qui domino Carolo victoriosissimo Regi Francorum & Logobardorum Patriciatus dignitatem, & ordinationem Apostolicæ Sedis, & inuestituram Episcoporum concessit. Ego quoq; Leo Episcopus seruus seruorum Dei cum toto Clero & Romano populo constitutum & confirmamus & roboramus, & per nostram Apostolicam auctoritatẽ concedimus atq; largimur domno Ottoni Primo, Regi Teutonicorum, eiusq; successoribus huius Regni Italiae in perpetuum facultatem eligendi successorem, atq; summæ Sedis Apostolicæ Pontificem ordinandi, ac per hoc Archiepiscopos seu Episcopos, vt ipsi ab eo inuestituram accipiant, & consecrationem vnde debent, exceptis his quos Imp.

LEONIS NOMINE CONSTITVTIO EDITA.

Pontificibus, & Archiepiscopis concessit, vt nemo Princeps cuiusq; dignitatis vel religionis eligendi vel Patricium, vel Pontificem summæ Sedis Apostolicæ, aut quemcumque Episcopum ordinandi habeat facultatem absq; consensu ipsius Imperatoris, quod tamen fiat absq; omni pecunia, & vt sit Patricius & Rex. Quod si à Clero & Populo quis eligatur Episcopus, nisi à supradicto Rege laudetur & inuestiatur, non consecratur. Siquis contra hanc regulam & Apostolicam auctoritatem aliquid molierit, hunc excommunicationi subiicere decernimus, & nisi resipuerit, irreuocabili exilio puniri, vel vltimis suppliciis affici.] hæc ibi. Quam quidem Constitutionem etsi verè fieri cõtingit, nullius esse roboris constat, quod à non legitimo Papa sit promulgata. Ceterum hæc ipsam adsciticiam esse & imposturam, multis argumentis probatũ est superiori Tomo, vbi egimus de falsa cõcessione composita à Sigeberto Hadriani Papæ nomine facta Carolo Magno, de qua hic mentio habetur, ostendimusq; quod sicut falsa est illa quæ hic citatur, ita & falsa ista quæ illũ citat.

REDARGVTVR FALSI-TATIS CONSTITVTIO LEONIS NOMINE EDITA.

Prouoco te, Lector, ad ea quæ ibi sunt dicta b anno Redemptoris septingentesimo septuagesimo quarto, vbi tamen sic corrige illapsum errorem, cum dicitur: *Vt quid huiusmodi*. dicas: *In quo quid huiusmodi*, quæ si non sufficiant, addimus, alia adhuc esse, quibus eadem Constitutio arguatur manifestæ falsitatis. Atque primum, si (vt superius dictum est) Otto à Ioanne Papa (quod omnes testantur) consecratus est Imp. quid opus fuit, vt hic à Leone eidem concedatur, vt sit Patricius atque Rex? An non cum Imperio & dignitas Patriciatus concessa fuit, & magis est dici Rex quam Imperator? Præterea quod illic in fine legitur, vt vltimo afficiatur supplicio, si quis eius Constitutionis inuenietur esse transgressor: quàm illud abhorret à Romanorum Pontificum Constitutionibus, vt violatoribus pœna mortis etiam irrogetur? Vt ex his planè impostura noscatur, sed ab insipiente fictore ineptè composita. Sed cuius roboris (etiam si vera esset Leonis ipsius hæc Constitutio) esse potuit, quæ ab eo edita est, qui nec est dignus, qui Pontifex nominetur, sed (vt pluribus superius dictum est) intrusus & occupator sit potius nominandus?

XXIII. b Annal. Tomo 9. ann. 774. edit. Rom. pag. 124. E. 8.

Sed adhuc insuper ex falsitate manifesta alterius eiusdem Leonis nomine editæ Constitutionis, euidentius hoc commentũ intelliges: sic enim fraus fraudè aperit, & mendacium mendacio declaratur. Hic igitur ad finem ponendam duximus Constitutionem quamdam nomine Leonis VIII. confictam, qua proficitur ipse Pontifex restituere Ottoni Imp. quæcumq; ipsum Romanum Occidentale Imperium possedisset atq; donasset Ecclesiæ Romanæ. Inuentum haud dubium eorumdem, qui tempore schismaticorum Imp. fauebant eisdem schismaticis Imperatoribus. sed Deo gratias, quod impostor insulsius, ineptus, stolidus talis extiterit, qui adeo affectata mendacia vestire nesciuit, sed opprobrio lempiter-nò nudata deridenda reliquit. Reddimus eam, vti se habet apud Crantium c recitata.

XXIV. IMPOSTVRA DETEGIT IMPOSTVRAM.

c Crat. Metr. Sax. lib. 4. cap. 10.

XXV. IMPOSTURA SCHISMATICORVM DE FICTA CONSTITVTIONE LEONIS PAPÆ

Leo Episcopus seruus seruorum Dei Ottoni spiritali in Christo filio nostro Imp. Augusto, & omnibus successoribus eius Imperatoribus ac Italia Regibus.

Quæ dominus Carolus Rex Francorum & Longobardorum & Patricius Romanus, necnon Pipinus pater eius de regalibus rebus huius Regni Italiae tribuerunt in S. Romana Ecclesia B. Petro Apostolo, siue per instrumenta fuerunt per Etherium Notarium, siue per sacramenta vel donationes, siue per alios modos obuenerunt à Iustiano Imp. & Arriperto Rege: hæc omnia largimur, & definimus vobis Ottoni Imp. & Adelaidæ coniugi tuæ, Regniq;e consorti, vestrisq;e confortibus huius Regni Italiae successoribus in perpetuum, præsentibus sacrosanctis Euangeliis & patrociniis pluribus Sanctorum, videlicet de Cruce Domini, & de caligis pedum suorum, de vestimento inconfutuli, & super corpus B. Petri. & infra: Vt hæc omnia habeatis & possideatis in perpetuum ad vsus Curie militiarum vestrarum ad bellandum & expugnandum paganos, & contra rebelles Romano Imperio. Ideoq;e per huius nostri auctoritatem instrumenti confirmamus & corroboramus in omnibus progeniebus vestris à generatione in generationem in perpetuum. Nam si quisquam hanc nostram auctoritatem destruxerit, & huius violator repertus fuerit, siue contra hoc agens, sciat se in iram B. Petri principis Apostolorum, & nostram, nostrorumq;e prædecessorum casurum. Insuper nisi à malo resipuerit, subiaceat legi Iulianæ regis maiestatis & Reip. vt hi, qui contra Remp. vel contra Imperatoris maiestatem aliquid moliti fuerint, animæ amissionem sustineant, & bona eorum publicentur. In his actis interfuere Archiepiscopi & Episcopi de vicinis Comitatus:

- Archiepiscopus Calaritanus Episcopus Cironatus.
- Eustachius Albanensis Episcopus.
- Gratiosus Prænestinus Episcopus.
- Martinus Narniensis.
- Benedictus Tiburtinus.
- Beardus Castrensis.
- Ioannes Perusinus.
- Georgius Ottenensis.
- Georgius Tudertinus.
- Valentinus Merenensis.
- Andreas Nomentanensis.
- Theodosius Milecensis.
- Sanianus Feranensis.
- Albertus Lucerinus.
- Damianus Alanus, Episcopi.]

Subiiciuntur his Cardinales presbyteri. Andreas Patriarchatus Lateranensis. Iulianus item Lateranensis presbyter. Faustinus S. Petri, Cardinales omnes presbyteri.

- Georgius ad Vincula.
- Benedictus S. Mariæ Ad præsepe.
- Leo sanctæ Ierusalem.
- Ianuarius S. Cæcilie.
- Faustinus caput Senatus Exconsul.
- Probinus Exconsul de Palatio Luciano.
- Romanus de Forma Traiana.
- Paulus de templo Palatino.
- Ioannes de via Claudia.
- Leo de via Salaria.
- Remigius de via Aurelia.

- Regio Vicopatricij.
- Regio Via lata.
- Regio Caput Tauri.
- Regio Cælimontis.
- Regio Riui argentarij.
- Regio prima Auentini.
- Regio Ad duos montes.
- Regio vrbis Rauennæ.
- Regio octaua, sub Capitolio.
- Regio ad Gallinas albas.
- Regio Lybantica.
- Stephanus de via Mamertina.
- Romulus de via Ardeatina.
- Gardus de via Flaminia.
- Marcus de via Portuensis.
- Gorbus de via Latina.
- Sauinus de via Appia.
- Mecianus de via Tiburtina.
- Gardus de macello Lydiæ.
- de omnibus his Regionibus.
- Regio Horea.
- Regio Sicim.
- Regio secunda Mamertini.
- Regio secus portam Metroni.
- Ianuarius ex Neta Græcorum.
- Traianus de Ponte Molbis.
- Ioannes Consul de palatio Sostatitano.
- Amacius Consul de palatio Vaticano.
- Iobianus de Monte aureo.
- Petrocius de Cirto.
- Gregorius de Cella noua.

Scripta per manum Gregorij Archinotarij nostri. Datum in Patriarchio Lateranensi tertio Kalendas Maij, anno Sedis nostræ secundo, & dicti Ottonis secundo feliciter.] Hæc

A Hæc autem eiusmodi esse reperiuntur, vt verè dici possit, plures errores continere quàm verba, præter styli diuersitatem, quo temporibus his Romana Ecclesia vti consuevit, de quo parum aut nihil est vt negotium faciamus, cum ad falsitatem patentem arguendam, alia quamplura afferenda sint maioris momenti.

Ac primum de his quæ ad rationem temporis spectant, data habetur III. Kal. Maij in Lateranensi palatio. At ex auctore temporis huius constat, Imp. Ottonem vnà cum Leone Papa non esse Urbem ingressum hoc anno ante nonum Kalend. Iulij, in ipsa Vigilia natiuitatis Ioannis Baptistæ: ita disertis verbis apud Reginonem notatum inuenies, qui annus non secundus Ottonis, vt commentitia constitutione dicitur, fuit, sed tertius.

In subscriptione autem Episcoporum quanta falsitas? nam omnino omnes diuersi sunt nomine ab illis, qui anno superiori itidem Romano Concilio interfuerunt in exactione Ioannis Papæ earumdem Ecclesiarum Episcopi, quæ recensentur ab auctore qui interfuit, aded vt ne vnus quidem in his inueniatur qui concordet cum illis. Etenim anno superiori in Concilio Romano subscriptus reperitur Gregorius Albanensis, hîc verò Eustachius Albanensis, illic Theophylactus Prænestinus, hîc Gratiosus Prænestinus, illic Ioannes Tiburtinus, hîc verò Benedictus Tiburtinus, illic Ioannes Narniensis, hîc verò Martinus Narniensis, & sic de alijs, aded vt opus esset dicere, omnes Episcopos, qui interfuerunt anno superiori Concilio Romano, esse defunctos; & alios alijs nominibus in locum ipsorum subrogatos huius anni Concilio interfuisse. Sed nec hoc fingi potest, si quidem Ioannes Narniensis Episcopus, qui interfuit Concilio anni superioris, non potuit diem obiisse, & suffectum Martinum, qui huic anni huius Concilio interfuit: nam superiuit Ioannes ipse Narniensis Episcopus, qui postea ex Episcopo Narniensi creatus est Rom. Pont. & dictus Ioannes XIII. An non ex his manifesta colligitur impostura?

B His insuper adde, quòd eandem diuersitatem inuenies in nominibus Cardinalium, insuper & in nominibus Romanorum ciuium optimatum, vt ne vnus quidem sit inuenire qui cum illis concordet, cum tamen iidem esse debuissent qui in vtraque Synodo sederunt eiusdem Leonis fautores. Adde rursus: Quid est quòd dicitur restitui ab ipso Leone Papa inter alia quæ Iustinianus Romanæ donauit Ecclesiæ? At quis reperire potuit, Iustinianum vnàm tantum terræ glebam Ecclesiæ Romanæ donasse, semper in ipsam Ecclesiam parum æquum? eiusq; Pontificum Siluerij & Vigilij persecutorem? Præterea quomodo inter Titulares Cardinales nominati reperiuntur presbyter tituli Lateranensis, & tituli S. Petri, necnon & presbyter tituli S. Mariæ Ad præsepe? quando vnquam eiusmodi primariæ Patriarchales Ecclesiæ reperiri poterunt vel antea vel post in Titulos annumeratæ? præmittimus alias verrere quilibet, cum totum quod est, quisquiliis & sordes esse, satis perspicue intelliget Lector; imposturamq;e sed ineptissimi compositoris, schismaticorum tamen defensoris esse cognoscet.

C Sed quòd in his sumus, vt face veritatis admota, quæ sunt falsa, manifesti arguantur erroris: apud Gratianum distinctione sexagesimatercia inferiùs recitatur huius Ottonis Constitutio, hoc apposito titulo: Constitutio Primi Henrici, & Primi Ottonis cum Romanis Pontificibus. Jex qua ibidem recitatur fragmentum, hîc à nobis subiiciendum Sed antea admonendus est Lector, quòd ex verbis tituli huius vanè collegit Nauclerus, Henricum æquè dictum fuisse primum eius nominis Imperatorem; cui repugnant diplomata Henricorum Imperatorum, quòd in eis non Secundus aut Tertius ab hoc, sed Primus & Secundus reperiuntur esse nominati ab iisdem ipsis in suis eorum scriptis: Adde quòd ex eo etiam euanescit penitus inanis eius argumentatio: nam titulus iste ibi errore politus esse conuincitur. Siquidem omnia illa sub dicto titulo recitata, accepta noscuntur ex Constitutione ipsius Ottonis Imp. superiùs scripta, facta ab ipso de restitutione prouinciarum ac ciuitatum, aliorumq;e iurium ademptorum, aded vt nihil penitus sit, quod pertineat ad Henricum Regem Ottonis patrem. sunt autem hæc:

Ut nullus Missorum nostrorum cuiuscumque impeditio argumentum in electione Romani Pontificis componere audeat, omnino prohibemus. Item. In electione Romanorum Pontificum, neque liber neque seruus ad hoc venire præsumat, vt illis Romanis, quos ad hanc electionem per Constitutionem SS. Patrum antiqua admisit consuetudo, faciat aliquod impedimentum. Quòd si quis contra hanc nostram Constitutionem facere præsumperit: exilio tradatur. J hæc ibi, accepta (vt dictum est) totidem verbis à dicta ipsius Ottonis Constitutione. sed de his hæc tenent. Inter hæc autem idem

XXVI. REDARGVTUR FALSI-TAS MULTIPLICITER.

XXVII.

XXVIII.

XXIX.

XXX.

EX OTTONIS CONSTITVTIONE FRAGMENTVM.

XXXI.

BERENGA- RIVS CVM VIKORE IN BATIOA- RIAM DE- PORTATVR.

XXXII. Leo Ost. lib. 2. cap. 4. PRIVILE- GIA CON- CESSA AB OTTONE MONAST. CASSINATI

XXXIII. CYPRIVS IN SVLA ET GI- LICIA VEN- DICATAE A SARRAC- ET AN- TIOCH. CAPTA.

XXXIV. QVIBVS NI- CEPH. IMP. GLORIAM SVAM DE- NIGRARIT.

XXXV. QVAE NI- CEPH. CON- TRAVS FASQ. SIBI SACRILEGE VENDICA- RIT.

Otto Imp. (quod ad res bellicas pertinet) victo Berengario, expugnatoq; Castello S. Leo- nis, ipsum vnà cum Vuilla eius coniuge exulatum in Baiotiam mittit, ibique vsque ad obitum permanserunt: Adelbertus interim fuga lapsus manus euasit Imperatoris.

Hoc item anno ab eodem Ottone concessa sunt priuilegia monasterio Cassinati, de quibus Leo Ostiensis his verbis agit: Per idem tempus Primus ac magnus Otto, tertio Imperij sui anno, interuentu coniugis suae Adelaidis Imperatricis, generale praeceptum huic monasterio fecit, confirmans omnia quae haecenus per diuersa loca huic fuerant attributa. Item post quatuor circiter annos Paulus Abbas S. Vincentij eum adiens, atque ex parte dicti nostri Abbatis efflagrans, aliud ab eo praeceptum plenius de confirmatione totius monasterij ad priorum Imp. instar obtinuit. Nec multo post per aliud praeceptum idem Imp. Abbati nostro monasterium S. Angeli de Barregio cum omnibus cellis suis, pertinentiisque concessit. quod videlicet monasterium, eo tempore Albericus Mar- forum Episcopus quoad viueret, per scriptum ab eodem Imperatore impetrauerat. Eide- mque monasterio S. Angeli Imperator de confirmatione omnium ipsius rerum priui- legium iam ante quinquennium fecerat.] haec Leo.

Quod spectat ad res Orientalis Imperij, hoc anno secundo suae dominationis Nice- phorus Imp. e manibus Sarracenorum vindicat insulam Cyprum, eosdemque obsidet Tarsi ac Mopsuestiae, quas ciuitates expugnat, cruces à Christianis ablatas recuperat, atq; anno sequenti Constantinopolim rediens secum tulit templo offerens, de hostium manubiis decimam Deo persoluens. haec omnia pluribus hoc anno & sequenti Euro- palates; qui addit amplius quam centum vrbes ab eodem Imperatore sublatas armis possessas à Sarracenis; sacra verò apud eos inuenta, venerandam Christi imaginem, & reliquias Sanctorum, praecipue verò Ioannis Baptistae detulisse magna reuerentia Con- stantinopolim. Sed & Antiochia Syriae diu possessa ab iisdem Sarracenis per suos duces est capta, cum ipse Imperator degeret Constantinopoli. Magna sunt ista, quibus Nice- phorus Imperij sui primordia immortalitati feliciter consecrauit. sed cum desertor factus est pietatis, desertus & ipse à Deo, longè imparibus progressibus ad finem inglorius per- uenit Imperij. Quenam ista fuerint, qui res Graecorum sunt profecuti scriptores enum- rant, quorum antiquior Europalates causas recensens, cur ad eò de Rep. benemeritis, tot ciuitatibus & prouinciis è Sarracenorum iugo deductis, & in libertatem vindicatis, omnibus tamen esset iniustus, sic ait:

Primum enim quando initio delatum ad ipsum est Imperium, infinitis iniuriis laces- sentibus populum ipsius militibus, nullam rationem habebat, quod diceret, nihil mirum si in tanta populi frequentia aliqui indignantur; & rursus urbem ingressus, multis tum nobilibus tum priuatis correptis, nullam fontibus infligebat poenam, sed absurda & tur- pia despiciebat, triumphans lasciuus, quibus intemperantes homines addicti, male ciues afficiebant, praesertim quorum haud mediocri opera fuerat vnus ad res recuperandas. Deinde quoque crebro ad exigenda tributa, male subiectum sibi populum vexabat, non solum noua imperando tributa, & ex omnibus rebus exactiones; verum etiam haud to- lerandis praedis praeter ea quae diximus, adempta etiam eorum munerum, quae conuoca- to Senatui praebere consueuerant, parte, quod se ad bella pecunia indigere affereret.] hu- ius praetextus causa etiam iniecit manus in sacra ac Imperatori penitus inconcessa. qua- nam autem ista fuerint, idem auctor sic subdit:

Insuper quae consueta praebere dona sacris domibus & templis, quae moueri nefas erat, vsurpabat, male afferens ab Episcopis pauperum pecuniam consumi, milites inopes esse. Et quod omnium grauissimum est, legem quoque tulit, cui quidem instabiles Episcopi & adulatores subscribere, statuentes, non esse aut decernendum aut eligendum Episcopum sine illius consilio & iussu. Mortuoque Episcopo, regium hominem missum iussit in fu- nere praefinitos sumptus facere, at ea quae superfluere accepit. & alia quaedam statuit om- nem necessitatis formam exuperantia, quae vt sigillatim percurrantur, & magnam men- tem & eloquentem linguam requirunt.] haec de his Europalates, eademque ex ipso totidem verbis Cedrenus, Zonaras, Glycas, & reliqui recentiores omnes sacrilegium de- testantes. Est querela Episcopi Leucatenfis, quod annis singulis Ecclesia sua penderet pro tributo Nicephoro supra centum aureos: sic & aliae, plus minusve, secundum vires suas. ista habet in relatione Luitprandus Cremonensis Episcopus. decernebantur ista in Synodo Constantinopoli collecta ab ipso, in qua ei fauerunt adulantes Episcopi. Quod autem

A autem omnia ad militum vilitatem, libertatem gloriamque referret, quid insuper & in Synodo decernendum proposuerit, ab eodem Europalate sic accipe:

Curauit quoque legem sancendam, vt milites qui in bello occubuissent, digni cen- sentur praemiis, perinde ac Martyres; solo bello; non alia re caesis salutem animarum contineri. Instititque vt Patriarcha & Episcopi dogmati consentirent. Verum quidam admodum resistentes, euni ab incepto coercere proposito; in medium Magni Basilij Canone adducto, iubente; ad triennium communionis expertes esse, qui hostem in bello occidissent.] est iste Canon decimustertius ex epistola sancti Basilij ad Amphilo- chium, vbi Theodorus Balsamo historiam istam totam de Nicephori rogatione ad Syn- odum facta recenset, cui subiicit & ista: Cum autem multi sacerdotes, & vnus quidem ex eis Episcopus se iussu Imperatorio synodaliter stitissent; & cum hostibus se manus conferuisse fasti essent, diuina & sancta Synodus consequenter huic Canonis & quadra- gesimo quinto eiusdem Sancti, & aliis diuinis Constitutionibus volebant ipsos non am- pliùs sacra celebrare. Complures autem & qui erant paulò magis militares, eos etiam praemiis dignos esse contendebant.] haec ipse. His igitur (vt dictum est) Nicephorus non solum egregiè sibi partam gloriam obscurauit, verum etiam summam superinduxit igno- miniae notam, diuinamque vindictam in se maxime conicitauit.

Sed quae de tributorum graui indictione idem his addit Europalates, sic accipe: Et nummum imminuit, excogitato eo qui quadrans dicitur. & ex eo tempore, duplicato numismate, exactio publicorum tributorum grauius postulabat: cum verò erogandum aliquid esset, leuius distribuebatur.] haec ipse. eadem Cedrenus; Zonaras, & alij. Ex quibus intelligi potest (quod obiter considerandum occurrit) veterem adhuc viguisse

Romanorum Imperatorum consuetudinem, vt pro tributi pensatione certum praescri- ptum esset numisma siue grauius siue leuius pro Imp. arbitrio, quod cum primo Anna- lium tomo certa Lampridij assertione docuerimus; non placere sibi asserit ille qui de census Caesaris numismate Christo ostenso sermonem votiuum edidit. sed cum nauseans stomachus cibum malè diiudicet, sanioris palatus consulendus est gustus. Certè quidem non est respiciendus ob id, quod non de illo, de quo agitur tempore Tiberij Caesaris, sit lo- cus ille Lampridij: neque enim mea illa assertio ad Tiberij tantum tempora restricta proponitur; sed generatim ad Romanos Imperatores; vnde locus Lampridij non ob id fuerat contemnendus; eò quod non loqueretur de Tiberij Imp. temporibus, sicut nec reiciendus citatus & recitatus hic praesens locus Nicephori Phocae. quibus duobus locis intelligat Lector eundem usum in Romano Imperio perdurasse, cum alia loca alioqui non desint id comprobandi. Sed de his nunc obiter.

Reuertamur ad Europalatem, qui adhuc aliam assert causam odij ciuium in Nice- phorum Imp. Offendit eum (inquiens) praeter alia superius numerata, muri palatiorum constructio. Multis enim circa palatium magnificis & pulcherrima arte elaboratis aedifi- ciis euerfis arcem tyrannicam contra miseros ciues condidit, officinis intus ac horreis & equorum stabulis & fornacibus extructis, cibariisque completis. Ei enim praedictum fue- rat, intra palatium ipsi moriendum esse; ignorabatq; miser, nisi Dominus custodiat ciui- tatem, frustra vigilare qui custodit eam. Nam perfecto muro, ipse eadem die interiit, qua- do clauis is, cui haec cura commissa fuerat, ei allatas tradidit.] sed haec postea. Addit his ista Cedrenus: Quo tempore murus palatij condebatur, nocte quadam per mare subue- ctus aliquisita vociferatus est: O Imperator, erigis muros! Et tamen si vel ad caelos eos educas, intus cum sit malum, vrbs captu facilis est. Qui haec dixit diu multumque quaesi- tus, non tamen inuentus.] haec ipse. Sunt & alia plura, quibus Nicephorus animos om- nium à se alienauit, quae iidem recensent Historici. sed de his ad institutum fatis.

XXXVI. MILITES IN BELLO CAESOS FRVSTRA INTER MARTYRES NYMERAN- DOS LABO- RAT NICE- PHORVS.

XXXVII. PRORATIO- NE TRIBV- TI FORMA- RI SOLERE NYMISMA.

XXXVIII. PALATIUM IN MVNI- TIONEM NICEPHO- RVS CON- VERTIT. P salm 26.

DIVINVM ORACV- LV M.

IESV CHRISTI BENEDICTI V. PAP. OTTONIS IMP. 4. ANNVS ANNVS NICEPH. PHOCÆ IMP. 3. 965. I.

ANNVS Redemptoris nongentesimus sexagesimus quintus, Indictione octaua in- choatur, quo (vt est apud Regionem ab auctore huius temporis additum) Imperator Papae Natalem Domini celebrauit. peractaque festiuitate statim in patriam, dispo-

fitis in Italia Regni negotiis, rediit. Cui filij sui Otto & Vuilelmus Archiepiscopus in confinio Franciæ & Alemanniæ in villa Heimbothesheim occurrerunt, & cum magna ibi eum alacritate susceperunt. Inde Vuormatiam progressus, fratrem suum Bruniensem, aliàs Brunonem Archiepiscopum in Purificatione sanctissimæ Mariæ Virginis sibi obuium habuit, sicque tota Quadragesima in Francia commorans, in Ingelsheim Pascha cum magno gaudio celebrauit. inde nauigio Coloniam attingens matrem suam dominam Mathildem & sororem suam Gerbergam Reginam, filiumque eius Lotharium sibi obuios condigno amore & honore tractauit. sicque in Saxoniam iter suum direxit. hæc auctor, qui fortasse præsens, quàm exactissimè itineta relegit.

II. BENEDICTVS PAPA LXVILAT IN SAXONIA.

Adam. li. 2. cap. 6.

Crant in Metrop. Sax. lib. 3. cap. 20. 21. 22. 23. BENEDICTVS PAPA QVA RATIONE MARTYR.

III.

Maso de Episc. Vrb. lib. 4. in Benedicto 7.

IV.

LEO VIII. MORITVR. IOAN. PAPA XIII. CREATVR.

Testatur Ditmarus, Ottonem Imp. ex Italia redeuntem multa corpora Sanctorum secum detulisse, collocasseque ea in Ecclesia Magdeburgensi recens erecta, atque in singulis columnarum capitibus eorumdem Sanctorum collocasse reliquias. hæc ipse secundo sui Chronici libro, additque, secum Benedictum etiam illum depositum Papam ab Vrbe Roma in Saxoniam aduexisse, quem Adaldago Archiepiscopo Hamburgensi custodiendum commisit. de quo ista Adamus vetus Chronographus habet: Reuersus ergo in patriam Archiepiscopus, sicut audiimus & cognouimus, & patres nostri narrauerunt nobis, duxit in comitatu suo Benedictum Papam ordinatum, sed item ab Otone depositum, quem ille Hamburg custodiæ mandari præcepit. Archiepiscopus verò eum magno honore detinuit vsque ad obitum eius. Nam vir sanctus, litteratusque dicitur fuisse, & qui dignus Apostolica Sede videretur à populo Romano, nisi quòd per tumultum electus est, expulso eo, quem ordinari iussit Imperator. Igitur apud nos in sancta conuersatione viuens, aliosque sanctè viuere docens, cum iam Romanis poscentibus, à Cæsare restitui deberet, apud Hamburg in pace quieuit. transitus eius quarto Nonas Iulij contigisse scribitur. hæc ipse eius regionis auctor. quoto autem anno Benedictus obierit, non scribit. paulò post autem de eodem Episcopo ista: Archiepiscopus autem reliquias sanctorum Martyrum, quas ab Vrbe Roma portauit, magna per parochias suas diligentia distribuit: nempe ex corporibus sanctorum martyrum Cyriaci, Cæsarij, Victoris, Coronæ, Felicis, & Felicianæ, Cosmæ & Damiani. Porro exploditur iure fabula de Benedicto isto, quòd à Ludouico Imp. ad prædicandum Euangelium ductus sit in Germaniam; inde verò Vuandalorum incurfu fuerit crucidatus vnà cum sexaginta presbyteris. At verò alia ratione dicendus Martyr, nempe quòd à Leone, quem ostendimus pseudopontificem, tam dira tamque contumeliosa sit passus, & exul ipse legitimus Romanæ Ecclesiæ Pontifex sit defunctus, vt sancti martyres iidemque Pontifices Pontianus atque Martinus in exilio vita functi. Quòd autem vt martyr coleatur Benedictus, ne ob id Ottonis nomini nota inureretur, fingendi aliam causam martyrij occasionem datam esse existimamus.

Subiiciendus hic alius insignis locus de innocentia Benedicti ex scriptore eiusdem ferme temporis: Extat Chronicon Ditmari Episcopi Mersepurgij, quod incipiens ab Ottonem Imp. perduxit ad annum vsque millesimum decimooctauum, quo tempore se vixisse testatur. vbi hæc de Benedicto isto libro secundo: Romanorum (inquit) præpotens Imperator Otto Secundus (sic enim appellat Ottonem Magnum habito respectu ad eius autem patrem Friderici, Ottonem pariter nominatum) valentior sibi in Christo, Dominum Apostolicum Benedictum nomine, quem nullus absque Deo iudicare potuit, iniuste (vt spero) accusatum deponi consensit. & (quod vtinam non fecisset) exilio ad Hamaburg relegari præcepit. Eodemque libro secundo pestem immisissam ob exilium Benedicti testatur, vtpote iniuste depositum ostendens. & de eodem libro quarto: Obiit (inquit) in exilio Benedictus Pontifex, ossaque eius Romam sunt relata. hæc ex Ditmari Chronico, quod citat, & eadem recitat Papirius Maso in Benedicto Septimo, quem errore putat fuisse Benedictum, qui exulauit Hamaburgi, quem constat eius nominis Benedictum Quintum fuisse. De translatione autem corporis Benedicti Papæ Romam facta, suo loco dicturi sumus.

Leo autem pseudopapa hoc anno obiit diem, vt auctor apud Reginonem affirmat, qui de subrogato Ioanne Decimotertio Papa in locum eius sic enarrat historiam: Eodem etiam anno dominus Leo Papa obiit. tunc Legati Romanorum, Azo videlicet Protoscriniarius & Marinus Sutriensis Ecclesiæ Episcopus Imperatorem pro instituendo quem vellet Romano Pontifice, in Saxoniam adeuntes, honorificè suscipiuntur & remittuntur.

A tur. & Otgerus Spirensis Episcopus, & Linzo Cremonensis Episcopus cum iisdem Romanam ab Imperatore diriguntur. Tunc ab omni plebe Romana Ioannes Narniensis Episcopus eligitur, Sedi que Apostolicæ Pontifex inthronizatur. Qui statim maiores Romanorum elatiore animo quàm oporteret, insequitur, quos in breui inimicissimos & infestatos patitur. Nam ab Vrbe præfecto Rotfredo comprehenditur, & Vrbe expulsus in Campania custodiæ mancipatur. hæc ibi.

De eodem etiam hæc Leo Ostiensis: Huius Abbatis, Aligerni scilicet anno decimono, Ioannes Papa Roma pulsus exilio, Capuam venit. & à memorato Principe Pandulpho rogatus, tunc primum in eadem ciuitate Archiepiscopatum constituit, consecrato fratre ipsius Principis Ioanne in Archiepiscopum. hæc Leo. Ceterum quamdiu vixit Benedictus (nescitur tamen certus eius obitus annus) nullus alius potuit dici legitimus Romanus Pontifex; cum eius dominatio nullius potuerit esse momenti.

Hic ipse notatur annus, quo accolæ antiquæ Sarmatiæ, Slauium propago, recentiori nomine Poloni nuncupati, Christo nomen feliciter dantes, Christiano sunt nomine insigniti. Cum alioqui ad Sarmatas antiquitus Christi Euangelium penetrasse, veteres scriptores testati sint. id namque tradit Tertullianus contra Iudæos; quamobrem vinea deserta repaltinanda fuit. Quoniam autem Euangelium prædicante isti crediderint, haud satis exploratum haberi potest: sed illud tantum indubitatum per mulierem fidelem Principem conuersum infidelem, & Principe ipso ad Fidem Christi conuerso, eodem sat agente, Fides Christiana vbique locorum sui dominij propagatur, & quasi momento subditi omnes ad religionem sunt Christianam perducti. Etenim commercio propinquorum Christianorum Boëmorum, & aliorum Miezislaus ad meliorem frugem conuersus, abdicatis à se concubinis septem, è quibus nullam prolem consequi potuisset, duxit legitimam vxorem Boleslai primi Boëmorum Ducis filiam virginem eandemque Christianam, nomine Dambrouuicham ea lege, vt ipse fieret Christianus, quod & perfecit, & alios sibi subditos idipsum præstare curauit. Cuius rei gratia opus habuit de his omnibus certior reddere Romanum Pontificem, petens ab eo aliquem mitti, qui eam prouinciam Christiano ritu cultam, feracem redderet ad salutem in ea habitantium animarum.

Vbi ista tam læta accepit Ioannes Pontifex, stupore simul & gaudio affectus secundum illud b' Isaiæ: Dices in corde tuo, Quis mihi genuit istos. Ego sterilis & non pariens, trans migratus & captiuus; & istos quis enutrit: Ego destitutus & solus, & isti vbi erant?]continui ad ipsos decernens legationem à latere, misit Agidium Tusculanum Episcopum; qui credentem Regem cum populo stabiliret in Fide, & Episcopatus diuersos erigeret, sacerdotisque & ministros reliquos in iisdem ad omnes erudiendos constitueret. Quot autem tunc erectæ fuerint sedes Episcopales in Polonia, Chromerus & alij, qui res Polonorum sunt profecuti, diffusè narrant, quos tu consulas. Illud verò non prætermittendum, edicto regio cautum, omnia idola, & reliqua ad ipsorum cultum spectantia monumenta confringi atque cremari. quod magna animositate ab omnibus factum atque perfectum est septima die mensis Martij, posteris tam egregio opere memorabili. Sic igitur Polonorum Regnum hæcenus obscurum nec nominatum diuinæ lucis radiis illustratum, Christiana religione suscepta mox cepit esse toto orbe Christiano conspicuum, de quo sæpè dicendum, vt planè quasi nouus fluuius se immittat in latum alueum Ecclesiasticorum Annalium tractatio rerum ad eam Ecclesiam pertinentium.

De alia legatione per eundem Pontificem in Vandaliæ in Vandaliæ missa hæc apud Stanislaum Orichouium Roxolanum: Admonitu piorum virorum quorundam, Meiscone monarcha, cum audiuissemus esse ciuitatem quamdam Dei, cuius Antistes esset Romanus Petrus, penes quem auctoritas esset summa, ex seruitute diaboli in libertatem Christi homines vendicandi: ab hoc ipso istius ciuitatis Antistite Meiscone monarcha opem aduersus diaboli vim implorauimus. Itaque Ioannes Decimustertius Vicarius IESV Christi, Simonis autem Petri successor exoratus à Monarcha, Senatu ac populo, doctissimos viros Italos, videlicet Vuillibaldum, Prochorium, Iordanum, Gorfridum, Lucidum, Angelotum, Octauianum, Iulinum ad nos Vandalos ac Lechitas doctum misit. Qui & Meisconem monarcham & genus nostrum illi subiectum sacri Baptismatis vndis ab originali culpa abluerent, & ex ciuitate diaboli ablutos ac mundatos in ciuitatem Dei transferrent, in Christi que Ecclesiam dicarent, quod etiam est factum. Nam illi viri sanctissimi Vandaliæ (siue tu malis Poloniam dici) ingressi, prædicabant nobis

* al. Luitprandus

V. Leo Ost. Chr. Cass. lib. 2. c. 9.

VI.

POLONIA AD FIDEM CHRISTI CONVERSA.

VII.

LEGATIO MISSA A IOANNE PAPA XIII.

VIII.

Apud Sand. de vrb. Mo. narch. num. 695.

IOAN. PAPA MITTIT PRÆDICATORES IN VANDALIAM.

CHRISTI 965.

BENEDICTI V. PAP. I.

OTTONIS IMP. 4. NICEPH. PHOCÆ IMP. 3.

bis Christum, & gratiam eius, qua nos in communionem suorum Deus conuocauerat, celebrabant: homines turmatim ad flumina confluentes baptizabant, idola ex Vandalia exterminabant.] hæc ipse.

IX. Quomodo autem sit cooperatus Otto Imp. ad confirmationem Ecclesiæ Vandalorum, inferius suo loco dicturi sumus. Diuersam hanc fuisse legationem ab ea quæ in Poloniam missa est, diuersitas planè Legatorum ostendit, & alia plura. Quod audis Vandalos nomine Slauorum esse comprehensos, scias in plures amplissimasque prouincias Slauoniam esse partitam, & inter alias Vandaliam esse comprehensam: omnes verò ad Fidem Christi conuersas esse, quæ de iisdem prouincijs dicturi sumus, inferius declarabunt.

X. Eodem anno Bruno Archiepiscopus Colonienfis germanus Ottonis Imp. vir Ducatu pariter & Episcopatu dignissimus, quinto Idus Octobris obiit.] hæc apud Reginonem. Extat eius vita conscripta à Rotgero monacho. Laudatur Bruno iste magnopere à Ditmaro, quem intercessione sancti Pauli Apostoli receptum tradit inter Beatos in cælum. Ab eodem citatur liber scriptus de vita ipsius, eiq̃ue successisse tradit fratrem suum, cui nomen Gero, in cuius consecratione visos sanctum Petrum Apostolum, & sanctum Ambrosium fundentes oleum, testatur; Regem verò detrectantem adhibere consensum, ab Angelo minis exterritum tradit. Cuius & mater Hidda peregrinata Ierusalem, illic clara virtutibus, sancto fine quieuit.

Extat apud Rotgero monacho. Laudatur Bruno iste magnopere à Ditmaro, quem intercessione sancti Pauli Apostoli receptum tradit inter Beatos in cælum.

IESV CHRISTI IOANNIS XIII. PAP. OTTONIS IMP. 5. ANNVS ANNVS NICEPH. PHOCÆ IMP. 4. 966. I.

I. ANNVS sequitur Redemptoris nongentesimus sexagesimus sextus, Indictione nona, cuius autumnali tempore Otto Imp. in Italiam rediit, non propter Adelbertum solum adhuc regium nomen gerentem & omnia perturbantem, sed propter Ioannem Pontificem, quem à Romanis eiectum accepit. Tunc Romani (inquit auctor, qui apud Reginonem Aucarium iunxit) Imperatoris metuentes aduentum, Rotfredo Urbis præfecto, qui ab Vrbe Ioannem eiecerat, mortuo, à custodia qua tenebatur, Ioannem Apostolicum absoluunt, & veniam pro malis quæ ei ingesserant, poscentes, in locum & Sedem suam illum restituant.] & paulo post: Eodem anno quondam Italiæ Rex Berengarius exul moritur, & in Bamberge regio more sepelitur. Cuius vidua Vuilla antequam sepeliretur, sibi velum sanctimoniale assumpsit.] hæc ibi.

II. Ceterum de his quæ spectant ad Ottonis vindictam, qua profectus est hostes ipsius Ioannis Romani Pontificis, hæc insuper accipe ex Aucario ad Anastasium: præter pulsos Consules ex Italia & Tribunos necatos suspendio, Præfectum ipsum, qui successerat Rotfredo, fuisse nudatum & asino impositum, utreque redimitum, ad ludibrium circumductum fuisse, virgis cæsum, carceri demum traditum. Cadauer verò Rotfredi Præfecti è sepulchro extractum in diuersa loca distractum ac dissipatum. talia sunt passi Romani in Pontificem perduelles. Exprobrauit autem postea Nicephorus Imp. Ottoni hanc quam exercuit in Romanos sæuitiam, dicens: Romanorum alios gladio, alios suspendio interemit, oculis alios priuauit, exilio alios relegauit, & Imperij nostri insuper ciuitates homicidio aut incendio sibi subdere tentauit.] hæc Nicephorus: quem tamen redarguit Legatus Ottonis Luitprandus, vt auditorus eris in eius Relatione ad Ottonem Imp. scripta. Porro aduentus Ottonis in Urbem in fine anni huius contigit, cum & diem Natalis Domini ibi celebrauit.

IESV CHRISTI IOANNIS XIII. PAP. OTTONIS IMP. 6. ANNVS ANNVS NICEPH. PHOCÆ IMP. 5. 967. 2.

I. ANNO Redemptoris nongentesimo sexagesimo septimo, Indictione decima, Otto Imp. (vt apud Reginonem legitur) vbi Natalem diem Domini Romæ celebrasset, Rauennam profectus est vnà cum Ioanne Romano Pontifice, vbi celebrato Paschate

CONCI- LIUM RA- VENNAE CELEBRA- TVM.

CHRISTI 967.

IOANNIS XIII. PAP. 2.

OTTONIS IMP. 6. NICEPH. PHOCÆ IMP. 5.

A sc̃hate plurimos ex Italia & Romania Episcopos coadunauit, & habita Synodo, multa ad vtilitatem sanctæ Ecclesiæ adinuenit. Et Apostolico Ioanni urbem, & terram Rauennatium, aliaque complura multis retrò temporibus Romanis Pontificibus ablata reddidit. Eumque inde Romam cum magna lætitia remisit. Ipse verò in partes Tusciæ secedit.] hæc de his apud Reginonem. Verùm ista de restitutione ablatorum facta iam fuerant, vbi Otto à Ioanne Duodecimo coronatus est Romæ, scriptoque diplomate insinuata, atque ipsius Imperatoris & Episcoporum ac Comitum subscriptione firmata. Quamobrem quæ hîc in Concilio Rauennate hac de re facta dicuntur, nihil præterea quam confirmatio præteritæ concessionis fuisse videtur, cum aliquo additamento, nimirum eius quæ à Leone Papa concessa fuerant ipsi Ottoni Imp. promissionis, vt apparet ex eodem diplomate superius recitato.

B Quæ autem post hæc ab eodem Imperatore gesta sint, sic accipe ex dicta ad Reginonem appendice: nimirum Papam Ioannem inuitasse Ottonem Imp. ad celebrandum Natalem Domini, Romam. Mississe autem hoc anno Ottonem Legatos ad Vuilelmum Archiepiscopum Moguntinum, & ad alios Germaniæ Principes, vt filium suum Ottonem in Italiam mitterent ad Imperiales infulas suscipiendas, Lambertus testatur; anno verò sequenti Romæ coronatum, Sigebertus affirmat. Sed anno superiori id factum, docet antiquum diploma monasterij S. Felicitatis Florentiæ sub Sichelmo Episcopo Florentino, cuius exordio numeratur annus Magni Ottonis Imp. vndecimus, Ottonis filij verò Imperij quintus. Datum mense Septembri inchoante Indictione prima. Ita vt anno superiori id factum appareat in fine ipsius die Natali Domini, si annos numerare incipias à Kalend. Ianuarijs (vt nos facimus) sin verò à Natali Christi die, hoc anno, primo eius die ipsum coronatum opus est affirmare. Quo anno aliud diploma eiusdem Ottonis senioris datum reperitur monasterio S. Vincentij ad fontes Vulturini, in cuius fine (quod ad certa cognoscenda tempora spectat) hæc leguntur: Ambrosius Cancellarius ad vicem Huberti Episcopi & Archicancellarij recognoui & probaui. Datum pridie Kalend. Iul. anno Domini Incarnationis nongentesimo sexagesimo septimo, Imperij verò domini Ottonis serenissimi Cæsaris sexto, Indictione decima. Actum in monasterio, vbi Stabulum Regis dicitur, in Dei nomine feliciter. Amen.

Quod pertinet ad rerum Hispanarum statum, luctuosus quidem ille fuit. Moritur enim hoc anno Sancius cognomento Crassus, Rex Legionensis in Hispania, cum regnasset annos duodecim, qui vrgentibus bellis ciuilibus, Ordonio cognomento Malo aduersus eum erecto, & alijs ab eodem in illum excitatis, ad Arabum opem implorandam confugit ad Regem Abraham Cordubæ regnantem, à quo impetrauit translationem Pelagij martyris, de quo dictum est supra. Sicque Christianorum discordia potentia Arabum sub prædecessoribus Regibus inclinata, in damnum ipsorum magis ac magis inualefcit. Successit autem ipsi eius filius Ramirus eius nominis tertius, quinque annorum puer, sub tutela matris Teresæ. Ceterum quod ad rationem temporum spectat, exactè redditam habes ab Ambrosio, quem veritate constantiorem in his sequimur.

IESV CHRISTI IOANNIS XIII. PAP. OTTONIS IMP. 7. ANNVS ANNVS NICEPH. PHOCÆ IMP. 6. 968. 3.

E ANNVS Redemptoris sequitur nongentesimus sexagesimos octauus, Indictione vndecima, quo Otto Imp. coronato filio Ottone iuniore, in Campaniam proficiscens, apud Capuam Legatos Nicephori Imp. audiuit. Quæ autem cum illis transacta essent, his litteris ad suos, præcipuè Germanos datis significauit:

Otto diuino nutu Imperator Augustus Hermanno & Theodorico Ducibus, ceterisque publicæ rei nostræ præfectis omnia amabilia.

Deo volente salus, omniaque prosperè succedunt. Ceterum nuntij Constantinopolitani Regis dignitate fati insignes nos adeunt, pacem, vt intelleximus, admodum quærentes. Quoquo modo res geratur, bello, Deo volente, nos nullo modo tentare audebunt. Apuliam & Calabriam prouincias, quas hæctenus tenere, nisi conueniamus, dabunt. si verò voluntati nostræ paruerint, præsentis ætate coniugem cum æquiuoco noscitra

OTTO IVNIOR CORONATVS IMP.

III. Ambros. Mor. Chr. Hisp. lib. 16. cap. 30.

STATVS RRVM HISPA NARVM.

LEGATI NICEPH. IMP. AD OTTONEM IMP. Apud Vuilelmum lib. 3. in fine. EPISTOLA OTTON. AD SVOS DVCESGERMANOS.

stro Ottone scilicet iuniore in Franciam dirigentes, per Fraxinetum ad destruendos Saracenos, Deo comite, iter arripiemus, & sic ad vos disponemus.

II. Præterea volumus, si Redares (sicut audiuius) tantam stragem passi sunt (scitis enim quàm sæpè fidem fregerint, quas iniurias attulerint) vt nullam nobiscum pacem habeant. Vnde hæc cum Hermanno Duce ventilâtes totis viribus instare, vt in destructione eorum finem operi imponatis. Ipsi si necesse fuerit, ad eos ibimus. Filius noster in Natiuitate Domini coronam à Domino Apostolico in Imperij dignitatem suscepit. Scripta decimoquinto Kal. Februar. in Campania, iuxta Capuam. De rebus ab Ottone gestis aduersus Græcos Apuliam & Calabriam occupantes antiquus auctor, qui res Longobardorum Principum est profecutus, Rencpertus nomine, quem Erchempertum a Leo Ostiensis appellat, pluribus narrat.

a Leo Ost. hist. Cnff. lib. 3. cap. 62.

III. Porro Principes Beneuentanum & Capuanum recepit Otto Imp. in tutelam suam, cum defecissent illi à Nicephoro Imp. cuius rei causa idem Nicephorus valde commotus est in Ottone, vt in sua relatione affirmat Luitprandus, de qua dicturi, primum omnium, quis status esset rerum Orientalium anni huius, aperiendum. Inter alia mala, quibus obruebatur, hoc anno ingenti exorta penuria, quam Nicephorus Imperator in suum luctum conuertens, auctum est ciuium in eum immissum odium.

BENVRIA INGENS CONSTANTINOPOLI.

IV. De causa autem penuriæ huius ista Curopalates: Flarunt etiam venti mēse Maio eadem vndeçima. Indictione sæui & æstuosi, qui fruges vnà cum ipsi vitibus atque arboribus corrumpere, ita vt inde vsque ad duodecimam Indictionem, ingenti fame laboratum sit. Cumque habenda esset ratio Imperatori salutis eorum, qui sibi subiecti erant, ille verò regium frumentum sordidè & illiberaliter vendens, studentque ciuium suorum calamitati, gloriabatur, quasi aliquid præclare egisset, quod cum modius numismate venderetur, ipse duobus vendi imperasset, haud imitatus Basilium Macedonem Imp. qui noua Dominica ingressus in magnum sanctorum Apostolorum templum, conspicatūque quosdam ciues decoris vestibus indutos & graues, alios autem tristes & mæstos ad se accedere iussos: Cur non etiam ipsi die festo splendidas vestes gestarent, interrogabat, sed velut in vrbis magna calamitate lugerent? Cui vnus ex illis respondit: Te, o domine, eosque qui tibi proximi sunt, decet splendidis vestibus indutos gaudere, quibus verò iam mors imminet, eos talia dedecent. An ignoras, duos frumenti medimnos numismate venire propter ventorum asperitatem? Ad hæc altè suspirans Imperator, misericordia motus, collacrymauit, eosque multis verbis consolatus in Regiam rediit, ibique accersitos ad se qui ciuilia negotia & regia munera obibant, in finitis probris ac maledictis affecit, quod sibi nihil de frumenti inopia indicassent. statimque exposito regio & publico frumento duodecim medimnos numismate vendi iussit. Cuius bonam mentem Deus approbans, impertitus est multam, hominibus abundantiam. Verum ad illius laudem hæc dicta sint. Nicephorus autem magis gaudebat, quam opitulabatur, cum ciues videret oppressos. Neque ipse solus, sed & Leo frater eius cibariorum mercaturæ addictus, multis variisque calamitatibus orbem terrarum vexauit, &c.] hæc de penuria dicta sunt.

NICERH. IMP. AVARITIA.

V. Ex penuriæ huius tempore annus certus definitur potest legationis Luitprandi Cremonensis Episcopi, cum ab Ottone Imp. missus est Constantinopolim causa nuptiarum, inter ipsius Ottonis filium & Annam Romani filiam Imp. priuignam verò Nicephori, cum in Relatione suæ legationis testetur, ingentè reperisse Constantinopoli penuriam. At non ex his tantum presentem annum eius legationis definire licet, nepe ex penuria, sed etiam ex solis deliquio, quod hoc anno accidisse cum Curopalates testetur, idem etiam in eadem sua Relatione factum Luitprandus affirmat: sed & adhuc illud certius argumentum declarat; quod cum idè testetur, eo anno, quo ea est functus legatione, incidisse diem sanctum Pētecostes septima mēsis Iunij, ex reuolutione Astronomicarum tabularum & Ecclesiastico cōputu non nisi hoc anno eam oportuit cōtigisse, quo cucurrit Aureus numerus xix. & littera Dominicalis E. D. ipsumque sacrum Pentecostes festum dicta die septima Iunij. Magno sanè Dei beneficio factum puto, vt hæc Luitprandi Relatio conseruata sit, paucis quæ defunt exceptis, tãquam fax quædam ad obscuritatem huius temporis illustrandam; quam repertam in Treuirensis ciuitatis primarię edis bibliotheca à Christophoro Brouero Societatis Iesv professore, missam verò Augustam ad nostrum Marcum Velferum, typis excudendam curauit Henricus Canisius in Academia Ingolstadtensi ordinarius professor, quibus omnibus de antiquitate Ecclesiastica adedè bene merentibus bene precamur.

LEGATIO NISLVITPRANDI CERTVM TEMPVS.

Constat

A. Constat etiam ex eadem Relatione, hoc pariter anno à Ioanne Pontifice Romano missos esse Legatos Constantinopolim ad eundem Nicephorum Imperatorem pro iisdem nuptiis contrahendis, quas diximus inter Imperatoris priuignam, & Ottonem Iuniorem Imperatorem; sed causam, cur eos perfidus Nicephorus spreuerit, & suum in Romanam Ecclesiam odium patefecerit, eadem Relatio notam facit. Sed & cur in Ottone, sicut in Romanum Pontificem idem Nicephorus se valdè infensum ostenderit, ex ipsa Relatione cognoscitur, nimirum quod ipse Otto se Imperatorem nominaret, & Romanus Antistes Occidentalibus Regibus supremam Imperij dignitatè & nomen contulerit, proxime verò Iuniorem Ottone iisdem Imperatoris decorarit insignibus; magis autem in Ottone seniore commotus, quod Principes Beneuentanum & Capuanum, necnon etiam Salernitanum ab ipso Nicephoro Imp. diuulsos in suam tutelam receperat: quæ cuncta suscipi ex ipsa Relatione auditurus eris. sed antequam eam hic describamus, quæ sunt reliqua anni huius rerum Occidentalium prosequamur.

VI. LEGATIO MISSA A IOANNE PAPA AD NICEPH. IMP.

B. Hoc eodem anno, qui secundus nominatur Ordonij Tertij Regis Legionensis in Hispania (vt veteres omnes atque recentiores Chronographi testantur) Northmanni sub Gunderedo duce classe centum nauium comparata, inuafere Galliciam, cunctaque ferro igneque miscentes, biennali prælio eam prouinciam afflixere, Compostellamque tentantes Sisenandum eius Episcopum arma potius quàm sacra tractantem, & militum ducentem agentem, primaque acie resistentem peremerunt, ciuitatemque ipsam destruxerunt. Dedit pœnas vir factiosus, qui antea sede eiectus, eam inuadendo, pellens subrogatum sanctum Rodesindum, violenter recepit; sicque vlciscente numine, sede simul atque vita priuatus interiit. Verum quod nihil magis quàm vita nefaria sacerdotum flagella in populum prouocat: eo diuina vindicta sublato de medio, in Northmannos tanquam ob id immisos, expiato eius nece delicto, Deus vltionem conuertit. Siquidem vicinarum prouinciarum exeuntes armati Fideles sub duce Gundifaluo Sancio Castellæ Comite, præiuo sancto Christi Apostolo Iacobo, cuius deualtarant ciuitatem, eosdem Northmannos præda onustos, prosperis euentis elatos, redditosque securos inuadentes, omnes vel peremere cum ipsorum duce Gunderedo, vel duxere captiuos, aut profugos cum paucis relictis ab incendio nauibus ad propria remeare coegerunt. His enarratis iam ad res Orientis conuertamus orationem, & quæ gesta sint per Legatos tum à Ioanne Pontifice tum ab Ottone ad Nicephorum Imperatorem Constantinopolim missos, videamus ex legatione Luitprandi, cuius hic titulus:

VII. a Sampr Fil. denfis, Rude- ricus Tolet. Ambr. Mor. lib. 16. c. 32. & alij. NORTHMAN NI IN VA- DVNT, GAL- LACIAM.

C. Legatio Luitprandi Cremonensis Episcopi, ad Nicephorum Phocam Imp. Constantinopolitanum pro Ottonibus Augustis & Adelhaida, ad illorum temporum usum, & Græcorum cum fastum, tum insolentiam plusquam barbaricam intelligendam. Nunc primum in lucem edita studio & opera Henrici Camisy Nouiomagi I. C. & SS. Canonum in Academia Ingolstadtensi professoris ordinarij. Subiicitur præfatio ad Lectorem, cum iudicio de auctore qui scripsit, quæ sic se habet:

VIII.

Legationem hanc Luitprandi Cremonensis Episcopi descripsit ex codice manuscripto Bibliotheca primariæ adis Treuirensis, R. P. Christophorus Brouerus Societatis Iesv Sacerdos, antiquitatis illustrandæ studiosissimus, eamque ad communem illum omnium eruditorum amicum Marcum Velferum Viuirum Augustanum misit; inde huc perlata, nunc tandem post tot sæcula ex tenebris in publicum exiit. Quis Luitprandus hic fuerit, certò affirmare non ausim. Fuisse Ticinensis Ecclesiæ Leuitam & diaconum (cuius extant libri sex rerum ab Europa Imperatoribus & Regibus gestarum) suadent cum alia, tum idem prorsus dicendi genus. Deinde, quod opinionem hanc verisimillimam reddit, Luitprandus noster bis se Constantinopoli legationem obiisse asserit; primam, cum adhuc diaconus esset, auctoritate Berengarij, tempore Constantini Græcorum Imperatoris. Postea alteram, mandato Ottonis Magni & filij eius, & uxoris Adelheida ad Nicephorum Phocam, qui morituo Romano, filio predicti Constantini, Imperium Constantinopolitanum inuaserat. At Luitprandus Ticinensis diaconus & historicus, ab eodem Berengario Italiæ tyranno potius quàm Rege, se Constantinopolim ad Constantinum Imperatorem Legati nomine missum testatur lib. 6. hist. cap. 1. & seq. Pbi fusè describit quomodo à Constantino Constantinopoli exceptus fuerit, & quæ spectacula ibidem viderit. Vnde conicere licet, vnum & eundem esse, hunc nostrum, & qui historiam conscripsit: cum & historiam sub Ottonibus claruerit, & temporis diuersitas non obset. Et forte si Luitprandi libri integri extarent, inueniremus non minùs posteriorem sub Ottone legationem, quàm illam

Annal. Eccl. Tom. 10.

V V V

prio-

priorem sub Berengario, nec dubitarem pro certo & explorato affirmare, nisi ipse Luitprandus A
 scrupulum iniiceret, qui cap. 6. lib. 6. mentionem facit Luitprandi Cremonensis Episcopi, eumq;
 ait, cum Landoardo Saxone, Episcopo Nemedensi, ab Otone Magno Romam missum esse ad
 Ioannem Pontificem: & in Concilio Roma in causa eiusdem Ioannis celebrato, cum Otto Ro-
 mam occupasset, fugato Ioanne & Adelberto, inter Episcopos Italia, qui Concilio interfuerunt,
 numeratur Luitprandus Episcopus Cremonensis, qui & eiusdem Ottonis in eodem conuentu in-
 terpres fuit: nam quæ Otto Saxonice a lingua loquebatur, hæc Luitprandus Cremonensis Epi-
 scopus, Latine reddebat ceteris Episcopis. Adde, ut vix credibile videatur, Luitprandum histo-
 ricum de se, quasi de alio locutum fuisse, si ipsemet fuisse: cum longè minutiora de se, re-
 busq; à se gestis, absque ambagibus commemorare soleat.] Sed euacuantur ista per ea, quæ à
 nobis superius demonstrata sunt de appendice illa, eam scilicet ipsius Luitprandi non
 esse, sed alterius, prorsusque ab eo diuersi auctoris. At ipsam iam audi Relationem, quæ B
 præmissa titulo superius recitato, sic se habet:

IX.
 LEGATIO
 LUITPRAN-
 DI.

Ottonis Romanorum inuictissimos Imperatores Augustos, gloriosissimamque Adel-
 heidem Imperatricem Augustam, Luitprandi sanctæ Cremonensis Ecclesiæ Episcopus
 semper valere, prosperari, triumphare, anhelat, desiderat, optat.

Quid causæ fuerit, quod prius litteras siue nuntium meum non susceperitis, ratio sub-
 sequens declarabit. Pridie Nonas Iunij Constantinopolim venimus, & ad contumeliam
 vestram turpiter suscepti, grauitur turpiterq; sumus tractati, palatio quidem satis magno
 & aperto, quod nec frigus arceret, sicut nec calorem repelleret, inclusi sumus: armati mi-
 lites appositi sunt custodes, qui meis omnibus * exitium, ceteris prohiberent ingressum.
 Domus ipsa solis nobis inclusis peruia, à palatio aded sequestrata, ut eò nobis non equitan-
 tibus, sed ambulanti bus anhelitus truncaretur. Accessit ad calamitatem nostram, quod C
 Græcorum vinum, ob picis, tædæ, gypsi commixtionem nobis impotabile fuit. Domus
 ipsa erat inaquosa, nec sitim saltem aqua extinguere quiuimus, quam data pecunia emerem-
 us. Huic magno væ, væ aliud appositum est, homo, * Scilliorum custos, qui quotidianus
 sumptus præberet, cui similem si requiras, non terra, sed infernus forsan dabit; is enim
 quidquid calamitatis, quidquid rapinæ, quidquid dispendij, quidquid luctus, quidquid
 miseræ excogitare potuit, quasi torrens inundans, in nos effudit. Nec in centum viginti
 diebus vna saltem præterit, quæ non gemitus nobis præberet & luctus.

* al. Sicilio-
 rum

X.

* f. Auream

Pridie Nonas Iunij, ut superius scripsimus, Constantinopolim ante portam * Caream
 venimus, & vsque ad vndecimam horam cum equis, non modica pluuia, expectauimus.
 Vndecima verò hora non ratus Nicephorus nos dignos esse, tam ornatos vestra miseri-
 cordia equitare, venire iussit, & vsque in præfatam domum marmoream, inuisam, ina-
 quosam, patulam sumus deducti: Octauo autem, id * est, Sabbato primo dierum Pente-
 costes, ante fratris eius Leonis Coroplasti & Logothetæ præsentiam sum deductus, vbi
 de Imperiali vestro nomine magna sumus contentione fatigati. Ipse enim vos, non Im-
 peratorem, id est, βασιλέα, sua lingua, sed ob indignationem πρίτζα, id est Regem, nostra, vo-
 cabat. Cui cum dicerem, quod significatur idem esse, quamuis quod significat diuersum;
 me, ait, non pacis, sed contentione causa venisse. sicque iratus surgens, vestras litteras, ve-
 rè indignans, non per se, sed per interpretem suscepit, homo ipse ad personam satis proce-
 rus, falso humilis, cui si innisus homo fuerit, manum eius perforabit.

X I.

* Idus
 NICEPHORI
 IMP. DE-
 SCRIPTIO.

* al. hirtum,

al. byssino,

Septimo autem, id * est, ipso videlicet sancto die Pentecostes, in domo, quæ dicitur
 Στεφανία, id est, Coronaria, ante Nicephorum sum deductus, hominem satis monstruosum,
 pygmæum, capite pinguem, atque oculorum paruitate talpinum, barba curta, lata, spissa E
 & semicana fœdatum, ceruice digitali turpatum, prolixitate & densitate comarum satis
 * Iopam, colore Æthiopem, cui per mediam nolis occurrere noctem: ventre extensum,
 natibus siccum, coxis ad mensuram ipsam breuem longissimum, cruribus paruam, calca-
 neis pedibusque æqualem, * villino, sed nimis veterioso, vel diuturnitate ipsa fœtido &
 pallido ornamento indutum, Sicyoniis calceamentis calceatum, lingua procacem, * in-
 genio vulpem, periurio seu mendacio Vlysem. Semper mihi domini mei Imperatores
 Augusti, formosi, quanto hinc formosiores visi estis? Semper ornati, quanto hinc orna-
 tiores? Semper potentes, quanto hinc potentiores? Semper mites, quanto hinc mitiores?
 Semper virtutibus pleni, quanto hinc pleniores? Sedebant ad sinistram, non in eadem li-
 nea, sed longè deorsum duo paruuli Imperatores, eius quondam domini, nunc subiecti,
 cuius narrationis initium hoc fuit:

Basilus & Con-
 stantinus Romani
 Imperatores
 Constantinopoli
 locati sij.

Debue-

A Debueramus, immò vlueramus te benignè magnificeque suscipere, sed domini tui
 impietas non permittit, qui tam inimica inuasionem Romam sibi vendicauit, Berengario
 & Adelberto contra ius fasque vitam abstulit, Romanorum alios gladio, alios suspendio
 interemit, oculis alios priuauit, exilio alios relegauit, & Imperij nostri insuper ciuitates
 homicidio aut incendio sibi subdere tentauit: & quia affectus eius prauus effectum habe-
 re non potuit, nunc te malitiæ huius suggestorem atque impulsorem, simulata pace, qua-
 si * ἀσποπον, id est, exploratorem, ad nos direxit.

XII.
 NICEPHO-
 RVSVRTAM
 ABIECTE
 LUITPRAN-
 DVM EXCE-
 PERIT ET
 HABVERIT.
 * f. ἄσποπον

Cui inquam ego, Romanam ciuitatem dominus meus non vi aut tyrannicè inuasit, sed
 à tyranni, immò tyrannorū iugo liberauit. Nónne effeminati dominabantur eius? & quod
 grauius siue turpius, nónne meretricis? Dormiebat, ut puto, tunc potestas tua, immò de-
 cessorum tuorū, qui nomine solo, non autem re ipsa Imperatores Romanorum vocantur.

B Si potentes, si Imperatores Romanorum erant, cur Romam in meretricum potesta-
 te sinebant? Nónne sanctissimorum Paparum alij sunt legati, alij à te afflicti, ut ne-
 que quotidianos sumptus, nec eleëmoly nam habere quirent? Nónne Adelbertus con-
 tumeliosas litteras Romano & Constantino, decessoribus tuis Imperatoribus, misit?
 Nónne sanctissimorum Apostolorum Ecclesiis rapinis expoliavit? Quis ex vobis Impe-
 ratoribus, zelo Dei ductus, tam indignum facinus vendicare, & sanctam Ecclesiam in
 statum proprium reformare curauit? Neglexistis vos, non neglexit dominus meus; qui à
 finibus terræ surgens, Romamque veniens impios abstulit, & sanctorum Apostolorum
 Vicariis potestatem & honorem omnem contradidit. Postmodum verò insurgentes con-
 tra se & dominum Apostolicum; quasi iuriurandi violatores, sacrilegos, dominorum
 suorum Apostolicorum tortores, raptores, secundum decreta Imperatorum Romano-
 rum Iustiniani, Valentiniani, Theodosij & ceterorum, cecidit, iugulauit, suspendit, &
 exilio relegauit: quæ si non faceret, impius, iniustus, crudelis, tyrannus esset. Palam est,
 quod Berengarius & Adelbertus sui milites effecti, Regnum Italicum scepro aureo ex
 eius manu susceperunt, & præsentibus seruis tuis, qui nunc vsque super sunt, & hac in
 ciuitate degunt, iureiurando fidem promiserunt. Et quia, suggerente diabolo, hanc per-
 fidè violauerunt, iuste illos quasi desertores, sibi que rebelles, Regno priuauit: quod ita sub-
 ditis tibi & postmodum rebellibus faceres.

XIII.
 LUITPRAN-
 DVSEXPRO-
 BRAT NICE-
 PHORO RO-
 MANÆ EC-
 CLES. NEG-
 LECTVM.

Sed non, ait, Adelberti hoc præstetur miles. Cui inquam: Si secus dixerit, meorum
 aliquis militum, si iubes, cras ita rem esse duello declarabit.

XIV.

Esto, inquit, fecerit hæc, ut ais, iuste. Nunc cur Imperij nostri * terminos bello incen-
 dioque aggressus sit, expedi. Amici eramus, societatemque indissolubilem, nuptiis inter-
 positis, facere cogitabamus.

* al. tenam

D Terram, inquam, quam Imperij tui esse narras, gens, incola, & lingua, Italici Regni
 esse declarat. Tenueruntque illam potestatiue Langobardi, quam & Ludouicus Lango-
 bardorum seu Francorum Imperator, de manu Saracenorum, multitudine prostrata, xv.
 liberauit. Sed & Landulphus Beneuentanorum & Capuanorum Princeps septennio po-
 testatiue eam sibi subiugauit. Nec à seruitutis eius seu successorum suorum iugo vsque
 ad præsens exiret, si non, immensa data pecunia, Romanus Imperator nostri Regis Hu-
 gonis amicitiam emeret. Et hæc causa fuit, quod nepoti suo, & æquiuioco Regis nostri,
 eiusdem Hugonis spuriam coniugio copulauit. Et ut considero, domino meo non gra-
 tiam, sed impotentiam adscribis, quod post Italiæ seu Romæ acquisitionem, tot annis
 eam tibi dimiserit. Societatem verò amicitie, quam te parentela voluisse facere dicis,
 E fraudem nos dolumque tenemus, * paufanas exigis, quas nec te exigere, neque nos con-
 cedere ratio ipsa compellit. Verum ut fallacia exsculpatur, veritas non reticeatur, misit
 me dominus meus ad te, ut si filiam Romani Imperatoris & Theophanæ Imperatricis,
 domino meo, filio suo Ottoni Imperatori Augusto, in coniugium tradere voluens, iura-
 mento mihi affirmes, & ego pro gratiarum recompensatione, hæc & hæc dominum
 meum tibi facturum, & obseruaturum, iureiurando affirmabo. * Sed & * optimam ami-
 citiæ arabonam fraternitati tuæ nunc dominus meus contulit, cum Apuliam omnem
 potestati subditam, meo interuentu, cuius hoc suggestionem malum factum esse dicis. Cu-
 ius rei tot sunt testes, quot sunt totius Apuliæ habitatores.

XV.

* al. inducias
 Filia hæc fuit
 Anna.
 Vide Cedren.
 Alij vocant
 Theophaniam.

* Hic est ali-
 quid.
 * al. optimam
 arthabonem

Secunda, inquit Nicephorus, hora iam transit: ἀγέλαος, id est, processio nobis
 est celebranda. Quod nunc instat agamus. Contra hæc, cum opportunum fuerit, re-
 spondebimus.

XVI.

PROGRESSIO NICEPH. IMP. DESCRIBITVR.

Non pigeat me... ipsam describere, & dominos meos audire. Negotiatorum multitudo copiosa ignobiliūque personarum, ea solemnitate, collecta, ad susceptionem & laudem Nicephori, à palatio vsque ad sanctam Sophiam, quasi pro muris, viae margi-

XVII. Cedrus Cypripal. lib. De off. ante Constantiopol. ...

Cumque quasi reptans monstrum illud procederet, clamabant adulatores psaltae: Ecce venit stella matutina, surgit Eous, reuerberat obtutu solis radios: pallida Sarracenorum mors, Nicephorus... id est, Princeps. Vnde & cantabatur: Μέδωντι, id est, Principi Nicephoro, πολλά ετη, id est, plures anni sint. Gentes hunc adorete, hunc colite, huic tanto colla subdite. Quanto tunc verius canerent: Carbo extincte veni, μέλλε, anis incesfu, Silyanus vultu, rutilice, lustruige, capripes, cornute, bimembris, fetiger, indocilis, agrestis, barbata, dure, villose, rebellis, Cappadox. Igitur falsidicis illis inflatus naniis sanctam Sophiam ingreditur, dominis suis Imperatoribus se à longè sequentibus, & in pacis osculo ad terram vsque adorantibus. Armiger huius sagitta calamo immissa Aeram in Ecclesia ponit, quæ prosequitur, quo nimirum tempore imperare cœperit, & sic Aeram, qui id non viderunt, intelligunt.

XVIII.

Hac eadem die conuiuiam me sibi esse iussit. Non ratus autem me dignum esse cui-piani suorum præponi procerum, quintusdecimus ab eo absq; gausape sedi; meorum nemo comitum non dico solum mensæ non assedit, sed neque domum, in qua conuiuia eram, vidit. Qua in cœna temporis satis, & obscœna, ebriorum more, oleo delibuta, alio-que quodam deterrimo piscium liquore aspersa, multa super potentia vestra, multa super Regnis & militibus me rogauit. Cui cum consequenter & verè responderem: Mentiris, ait: domini tui milites equitandi ignari, pedestris pugnæ sunt inscij, scutorum magnitudo, loricarum grauitudo, ensium longitudo, galearumque pondus neutra parte eos pugnare sinit; ac subridens, Impedit, inquit, eos & gastrimargia, hoc est, ventris ingluuius, quorum Deus venter est; quorum audacia, crapula, fortitudo, ebrietas, ieiunium, dissolutio; paupor, sobrietas. Nec est in mari domino tuo classium numerus. Nauigantium fortitudo mihi soli inest, qui eum classibus aggrediar, bello maritimas eius ciuitates demoliar; & quæ fluminibus sunt vicina, redigam in fauillam. Quis, cedo, mihi etiam in terra copiarum paucitate resistere poterit? filius non astuit: vxor non defuit; Saxones, Sueni, Baiuarij, Italici omnes cum eo affuerunt, & cum ciuitatulam vnã sibi resistantem capere nescirent, immò nequirent, quomodo mihi resistent venient? quem tot copiarum prosequerentur, Gargara quot segetes, quot habet Methymna racemos, quot cælum stellas, quot mare in flatibus vndas.

XIX.

Cui cum respondere, & Apologeticum, dignum inflatione hac euomere vellem, non permisit; sed adiecit quasi ad contumeliam: Vos non Romani, sed Langobardi estis. Cui adhuc dicere volenti, & manu, vt tacerem innuenti, commotus inquam: Romulum fratricidam, ex quo & Romani dicti sunt, porniogenitum, hoc est, ex adulterio natum chronographia innouit; asylumque sibi fecisse, in quo alieni aeris debitores, fugitiuos, seruos, homicidas, ac pro reatibus suis morte dignos suscepit, multitudinemque quamdam talium sibi adsciuit, quos Romanos appellauit: ex qua nobilitate propagati sunt ipsi, quos vos Kosmocratores, id est, Imperatores appellatis: quos nos, Longobardi scilicet, Saxones, Franci, Lotharingi, Baiuarij, Sueui, Burgundiones tanto dedignamur, vt inimicos nostros commoti, nil aliud contumeliarum, nisi, Romane, dicamus, hoc solo, id est, Romanorum nomine, quidquid ignobilitatis, quidquid timiditatis, quidquid auaritiæ, quidquid luxuriæ, quidquid mendacij, immò quidquid vitiorum est, comprehendentes.

NOMEN ROMANVM IM-PROPERI LOCO VBR-PATVM. Ex Niceta Choniote, Cypripalata et alij nomem est, Grecos nomem Romano-nem sibi propriuū fuisse. Hinc palatum et Constantiopolim Romanoru sua bellis fuerit: quippe cum Greci se solos Romanos, reli- quos vero Lati- nos dicant.

Imbel-

A Imbelles verò nos & equitandi inscios quia dicis, si Christianorum peccata prome- rentur, vt in hac austeritate perdures, quales vos estis, quàmve pugnaces nos simus, bel- la proxima demonstrabunt.

Talibus Nicephorus exacerbatu dictis, manu silentium indixit, mensamque sine la- titudine longam auferri, meque in inuisam domum, seu vt verius fatear, carcerem re- uerti præcepit. Vbi post biduum cum indignatione, tum æstu & siti, magno sum lan- guore affectus. Sed & affectuum meorum nemo extitit, qui non eodem ebriatus pocu- lo, diem sibi vltimum imminere formidaret. Cur quæso non ægrotarent, quibus erat potus pro optimo vino salugis, pro culcitra, non fœnum, non stramen, non saltem terra, sed durum marmor, pro ceruicali lapis? quibus patula domus non calorem, non im- brem, non frigus arcebat. Ipsa si vellet Salus his circumfusa, vt vulgò loquimur, eos sal- uare non posset. Proprio ergo atque meorum debilitatus angore, conuocato ad me cu- stode, immò persecutore meo, non precibus solum, sed pretio obtinui, vt epistolam meam hunc modum continentem Nicephori fratri deferret:

XX. LVITPRAN- DVS A NI- CEPH. IMP. RESSEME HABITVS.

Leoni Coroplati, & Logothetæ... Luitprandus Episcopus. Si Imperator fe- renissimus petitionem, ob quam veni, perficere cogitat, non fatigant me, quas hinc sustineo, passiones: litteris solummodò meis & nuntio, vt instruat dominus meus, me hinc moram ab re non facere. Quòd si secus res sese habet, nauis & hic Venetico- rum, onerariaque proficisci festinat, hanc me ægrotum ingredi sinat, vt si dissolutionis meæ tempus aduenerit, cadauer meum genitale saltem solum suscipiat. Quas cum le- gisset, se post quadriduum me iussit adire. Sederunt cum eo ad disceptationem vestram secundum eorum traditionem, sapientissimi viri, Attico pollentes eloquio, Basilius Pa- rakimomenos, Proto à secretis, Protoestarius, & duo Magistri, quorum hoc fuit nar- rationis initium:

XXI. EPIST. LVIT PRANDI. Logotheta de- jectus Iohannes Zi- misia fuit Ni- cephori success- sor. de quo Zo- narus: Tis seg- natus est ex- pectans duntaxat (Nicephorus) sic mortuus est. peractis hinc x. diebus in d'ob- ois. Hægenus in- uenit, id est, Catholarius.

Quid causæ sit, quare te huc fatigasti, frater, ediffere. Quibus cum parentelæ gratia, quæ esset occasio infinitæ pacis, edicerem; inquit: Inaudita res est, vt Porphyrogeniti Porphyrogenita, hoc est, in purpura nati filia, in purpura nata, gentibus misceatur. Verum quia tam excellentem rem petitis, si datis quod decet, accipietis quod libet; Rauennam scilicet & Romam cum his omnibus continuatis, quæ ab his sunt vsque ad nos. Si verò amicitiam absque parentela desideratis, Romam liberam esse dominus tuus per- mittat: Principes autem Capuanum scilicet & Beneuentanum, sancti nostri Imperij olim seruos, nunc rebelles, seruituti pristinae tradat.

XXII. GRAE CO- RVM ARRO- GANTIA.

Quibus, dominum meum, inquam, potentiores habere Schlauos Petro Bulgarorum Rege, qui Christophori Imperatoris filiam in coniugium duxit, etiam ipsi non ignora- tis. Sed Christophorus, aiunt, non Porphyrogenitus fuit.

Roma verò, inquam, quam vos liberam esse velle perstreptis, cui seruit? cui tributa persoluit? Nonne prius meretricibus seruiebat? & vobis dormientibus, immò non va- lentibus, dominus meus Imperator Augustus à tam turpi seruitute liberauit? Constanti- nus Imperator Augustus, qui hanc ex suo nomine condidit ciuitatem, sanctæ Apostoli- cæ Romanæ Ecclesiæ, vt erat Kosmocrator, multa donaria contulit, non in Italia so- lum, sed in omnibus penè Occidentalibus Regnis, necnon de Orientalibus atque Me- ridianis, Græcia scilicet, Iudæa, Perside, Mesopotamia, Babylonia, Ægypto, Libya, vt ipsius testantur priuilegia, quæ penes nos sunt. Sanè quidquid in Italia, sed in Saxo- nia, Baiuaria, omnibus domini mei Regnis est, quod ad Apostolorum beatorum Eccle- siam respicit, sanctissimorum Apostolorum Vicario contulit. Et si est, vt dominus meus ex his omnibus ciuitates, villas, milites aut familiam obtineat, Deum negaui. Cur Im- perator verò non itidem facit, vt ea, quæ suis insunt Regnis, Apostolorum Ecclesiæ red- dat, & per laborem atque munificentiam domini mei ditem & liberam, ditiozem ipse ac liberiozem reddat?

XXIII. DONA ROM. ECCLESIAE A CONSTANTINO MAGNO ET OT- TONE IMP. COLATA.

Sed hoc, ait Basilius Parakimomenos, faciet, cum ad nutum suum Roma & Ro- mana Ecclesia ordinabitur. Tum, homo, inquam, quidam, multam ab alio passus ini- uriam, his Deum aggressus est verbis: Domine, vindica me de aduersario meo. Cui Dominus, Faciam, inquit, in die cum reddam vniciuique secundum opera sua. At ille, Quàm tardè, inquit.

XXIV.

Tunc omnes præter fratrem, cacinno commoti, disceptationem dimiserunt, meq; in inuisam domum reduci præceperunt, magna que custodiri cautela vsque in sanctorum

XXV.

CONTEMNI-
TUR OTTO
IMP. IN SYO
LEGATO.

LVITPRAN-
DVS CVM PA
MVLIS IMP.
COMEDERE
COGITVR.

XXVI.
* indignam
iudicans
causam,
SEMESA FER
CVLA AB IM
PERATORE
DONO ACCI
PIT.

XXVII.
Patriarcha hic
fuit Polydorus.

XXVIII.
GRÆCIA
HÆRESVM
MATER.

EVTYCHII
ERROR.

SAXONES
DEFENSI.

* Id est, ma-
ter, mater,

Apostolorum religiosi cunctis celebrem diem. Qua celebritate me satis ægrotum, nec non & Bulgarorum nuntios, qui pridie venerant, ad sanctos Apostolos sibi obuiare præcepit. Cumque post natiuarum garrulitatem, & Missarum celebrationem, ad mensam inuitaremur, in ceteriori mensæ margine, quæ erat sine latitudine longa, Bulgarorum nuntium, Vngarico more tonsum, ænea catena cinctum, & vt mens mihi suggerit, catechumenum, mihi præponit; ad vestram planè, domini mei Augusti, contumeliam. In vobis contempus, in vobis spretus, in vobis abiectus. Sed gratias ago Domino IESV Christo, cui vos seruitis omni spiritu vestro, quòd habitus sum pro nomine vestro dignus contumelias pati. Verùm, domini mei, meam non considerans, sed vestram iniuriam, mensam reliqui. Cumq; indignans abire vellem, Leo Coroplates, Imperatoris frater, & Proto à secretis Simeon, ponè me sequuntur, hæc latrantes: Cùm Christophori filiam Petrus Bulgarorum Vasileus coniugem duceret, symphona, id est, consonantia scripto iuramento firmata sunt, vt omnium gentium apostolis, id est nuntiis, penes nos Bulgarorum apostoli præponantur, honorentur, diligantur. Bulgarorum ille apostolus, quamquam vt dicis, & verum est, tonsus, illotus, & catena ænea cinctus sit: Patricius tamen est, cui Episcopum præponere, Francorum præsertim, nefas decernimus, iudicamus. Et quoniam te id indignè ferre cognoscimus, non te nunc, vt putas, ad hospitium redire sinimus, sed in diuersorio quodam cum Imperatoris seruis cibum gustare compellimus.

Quibus ob incomparabilem cordis dolorem nil respondi, sed quæ iusserant, feci; * indignum iudicans mensam, qua non dico mihi, id est, Luitprando Episcopo, sed Bulgarorum nuntius vestro præponitur nuntio. Sed leniuit dolorem meum Imperator sanctus munere magno, mittens mihi ex delicatissimis cibus suis, hæc pinguem, ex quo ipse comederat, allio, cepe, porris lautè suffarcinatum, garo delibutum, quem vestra tunc mensa inesse optaui, vt qui delicias sancti Imperatoris fauitas esse non creditis, saltem his perspectis crederetis.

Transactis ergo octo diebus, cum Bulgari iam abessent, putans me mensam magnificare suam, in eodem loco me satis ægrotum secum conuiuare coëgit. Affuit cum pluribus Episcopis & Patriarcha, quibus presentibus, plures mihi quæstiones de Scripturis sacris proposuit, quas cum Spiritu sancto afflante eleganter exposui, nouissimè autem, vt de vobis ludum haberet, quas Synodos haberemus rogauit. Cui cum Nicænam, Chalcedonensem, Ephesinam, Antiochenam, Carthaginensem, Ancyranam, Constantinopolitanam edicerem; Ha ha he, ait, Saxoniam dicere es oblitus, quam si rogas, cur nostri codices non habent, rudem esse, & ad nos necdum venire posse respondeo.

Cui inquam: In quo membro regnat infirmitas, illud est cauterio exurendum: hæreses omnes à vobis emanarunt, penes vos vigerunt: à nobis, id est, Occidentalibus hic sunt iugulatae, hic sunt occisæ. Romanam siue Papiensem Synodum, quamquam essent sæpè, his non connumeramus. Romanus enim Clericus, postmodum vniuersalis. Papa, Gregorius, quia à vobis appellatus est Dialogus, Eutychem Constantinopolitanum Patriarchum hæreticum ab eiusmodi hæresi liberauit. Aiebat idem Eutychem, nec solum aiebat, sed etiam docebat, clamabat, scriptitabat, nos in resurrectione non veram, quam hic habemus, sed phantasticam quamdam carnem assumpturos, cuius erroris liber à Gregorio orthodoxè est combustus. Sed Euodius Papiensis Episcopus, propter aliam quamdam hæresim huc, id est, Constantinopolim à Romano est Patriarcha directus, quam compressam, in Catholicam atque orthodoxam reformauit. Saxonum genus, ex quo sanctum lauacrum & Dei accepit notitiam, nulla est hæresi macularum, vt ibi Synodus fieret, qua errorem, cum nullus esset, corrigeret. Rudem quia dicis Saxonibus esse Fidem, id ipsum & ego affirmo: semper enim apud eos Christi Fides rudis est, & non vetus, vbi Fidem opera sequuntur. Hic Fides non rudis, sed vetus est, vbi Fidem opera non comitantur, sed quasi præ vetustate, vt vestis contempta contemnitur. Sed hanc Synodum factam esse in Saxonia certò scio, in qua tractatum est & firmatum, decentius ensibus pugnare, quam calamis; & prius mortem obire, quam hostibus terga dare: quod vel tuus exercitus experitur; in corde meo dixi, & quam sint pugnaces re ipsa experitur.

Verùm hac eadem die post meridiem, aded impotentem & transfiguratum me reuertenti ad palatium sibi præcepit occurrere, vt obuiantes mihi, quæ prius in stuporem mentis mulieres versæ, * Mana, mana, clamabant; miseriam meam pugnis pectora tunc dicerent,

NICEPH.
IMP. RIDI-
CVLVS.

Acerent, *ταπεινὸν & ἄελπιον*. Cui, Nicephoro scilicet venienti, & vobis absentibus, quid tunc manibus in cælum erectis optauerim, proueniat vtinam. Sed mihi velim credatis, ad risum me non parum illexit. Impatiens enim atq; effræni insidens equo, satis paruus, satis magno, puppam ipsum mens sibi depinxit mea, quam Schlaui vestri equino colligantes pullo matrem præcedentem sequi effrænate dimittunt.

His expletis ad conciuies & cohabitatores meos, quinque leones, in prænominatam inuisam domum sum deductus, vbi post hebdomadarum spatium trium, nullius nisi meorum sum colloquio visitatus. Qua ex re Nicephorum numquam me velle dimittere mens sibi depinxit mea, ac tristitia immodica languorem languori aded superimposuit, vt vita excederem, nisi mihi hanc Dei Genitrix à Creatore & Filio suo precibus obtineret; quemadmodum non phantastica, sed vera est mihi visione monstratum.

His ergo tribus hebdomadibus habuit Nicephorus extra Constantinopolim metastasin, id est, stationem, in loco qui dicitur *Ἐξ ἠγῶν*, id est, Ad fontes, eodemque me venire præcepit. Et cum tamen languidus essem, vt non solum statio, sed ipsa etiam sessio grauis mihi moræ videretur, discooperto capite, quod malæ valetudini meæ nimis contrarium erat, ante se me stare coëgit, cui & ait: Domini tui Regis Ottonis nuntij, qui præterito te præcesserunt anno, iuramento mihi promiserunt, & iusiurandi litteræ in præsentiarum sunt, numquam illum in aliquo nostrum scandalizare Imperium. Vis maius scandalum, quam quòd se Imperatorem vocat, Imperij nostri Themata sibi vsurpat? Vtraque non sunt ferenda; etsi vtraque importabilia, istud est non ferendum, immò nec audiendum, quòd se Imperatorem nominat. Sed si confirmas eadem, quæ ipsi fecerunt, fortunatum te atque locupletem Imperij nostri maiestas citò dimittet. Id autem ed non dixit, vt vos, si mea hoc stultitia faceret, * conseruatos sperarem, sed voluit habere præ manibus, quod in laudem suam & contumeliam nostram ostenderet futuris temporibus.

Cui inquam, Nuper sanctissimus dominus meus, vt est sapientissimus & spiritu Dei plenus, hæc prænoscens, quæ asseris, ne terminos quos constituit mihi, transcederem, *ἐπιβλῶ*, id est, præceptum conscripsit, quod & sigillo signauit suo, ne secus facerem. Scis domine mi Auguste, qua id fiducia dixerim? *ἐπιβλῶ* istud in medium proferatur, & quidquid iusserit, iuramento à me tibi firmetur. Sed præteriti nuntij præter iussionem domini mei promiserunt, iurauerunt, conscripserunt, ita est, vt Plato ait: Causa penes optantem, Deus extra culpam.

His expletis ventum est ad nobilissimos Principes, Capuanum & Beneuentanum, quos ipse seruos nominat, & ob quos intestinus ipsum agitat dolor. Seruos, inquit, meos dominus tuus in tutelam recipit suam, quos si non dimiserit & in pristinam seruitutem redegerit, nostra amicitia carebit; ipsi in Imperium nostrum, vt recipiantur, flagitant, sed reculat eos nostrum Imperium, vt cognoscant & experiantur, quàm periculosum sit, seruos à dominis declinasse, seruitutem effugere. Et est decentius domino tuq; vt mihi eos tradat amicus, quàm mihi dimittat inuitus. Experientur planè, vita comite, quid sit herum fallere, quid sit seruitutem deserere; & vt puto, sentiunt nunc, quod dico, operantibus hoc nostris, qui sunt vltra mare, militibus.

Quibus respondere me non permisit, sed abire cupientem, ad mensam suam redire præcepit. Cui pater assedit, homo, vt mihi videbatur, natus centum quinquaginta annis. Cui itidem, vt filio, Græci in laudibus, immò inuentis suis, Deus annos vt multiplicet, conclamant. Qua in re, quàm sint Græci stulti, quàm ve huius gloriæ amatores, quàm adulatorum, quàm cupidi, hinc colligere possumus: optant soli non sola, sed filicernio, quod naturam ipsam non pati certò sciunt. gaudet & filicernium ea sibi optari, quæ nec Deum facere, nec tibi prodesse, sed obesse, etiam si faceret, nouit. Quod quæso Nicephorum gaudere pacis illum & phosphorum clamabant. Impotentem, virilem, stultum, sapientem; breuem, magnum; nigrum, album; peccatorem, sanctum dicere, mihi credite, non laus, sed contumelia est. Et qui aliena magis gaudet sibi acclamari, quàm propria, auibus omnino est similis, quarum intuitum nox illuminat, dies cæcat.

Sed redeamus ad rem. Hac in cœna, quod prius non fecerat, * voce Latina beati Ioannis Chrysostomi homiliam in Apostolorum Actibus legere iussit. Post cuius lectionis terminum, cum ad vos redeundi licentiam quærerem, capite se ita facturum innuens, recipi me ad conciuies & cohabitatores meos leones persecutori meo indixit. Quod cum fieret,

CHRISTI
968.IOANNIS XIII. PAP.
3.OTTO NIS IMP. 7.
NICEPH. PHOCÆ IMP. 6.

feret, non sum ab eo visus vsque in tertiumdecimum Kalend. Augusti, sed diligenter A custoditus, ne cuiuspiam fruerer sermone, qui suos mihi actus indicaret. Interea Grithizonem Adelberti nuntium se adire iussit, quem cum nauali suo exercitu redire præcepit. fuerunt chelandia viginti quatuor, Russorum naues duæ, Gallicæ duæ, si plus miserit, quas non viderim, nescio. Vestrorum, domini mei Imperatores Augusti, militum fortitudo non eget, vt aduersariorum impotentia animeretur. quod in his sæpè expertum est gentibus, quarum etiam vltimi, & ceterorum comparatione, impotentes, Græcam fortitudinem strauerunt, tributariam fecerunt. Sicut enim vos non terterem, si fortissimos illos & Alexandro Macedoni similes prædicarè, sic & vos instigo, cum impotentiam, eorum quæ vera est, narro. Mihi credatis velim, & credetis scio, omnem ipsum exercitum * quadringentis vestris, si fossa murive non impediatur, posse * occidere, cui exercitui, vt puto, ad contumeliam vestram, hominem quamdam (sed quamdam ed dixi, B quia mas esse desiit, mulier fieri nequit) præposuit Adelbertus octo millia loricatorum se habere Nicephoro mandauit, quibus cum Argiuo adminiculante exercitu, vos fugare aut sternere dicit, rogauitque æmulum vestrum, vt pecunia illi mitteretur, quia illos auidius ad pugnam instigare.

* f. à quadringentis vestris, * occidi,

xxxvi. Sed nunc, domini mei; accipite insidias Danaum; & crimine ab vno discite omnes: Nicephorus mancipio illi, cui collectitium atque conductitium commendauit exercitum, pecuniam satis magnam hac ratione dedit, vt si Adelbertus cum septem millibus loricatorum, & eo amplius, sicut mandauit, se adierit, tunc donatium eis illud distribuatur. Cona frater suus cum ipso & Argolico exercitu vos impugnet, Adelbertus verò Bareis diligenter custodiatur, donec potitus victoria frater redeat. Quod si veniens tot hominum millia non duxerit, vt capiatur, vinciat, vobisque ed venientibus tradatur, insuper & pecunia, quæ ei debebatur, vestras in manus conferatur, edixit. O bellatorem, o fidelem! C prode cupit, * cui defensorem parat; defensorem parat, quem perdere cupit: in neutro fides, in vtroque infidelitas: fecit, quo non eguit; eguit, quod non fecerat. Sed esto, fecerit, vt Græcos decuit; nos ad propositum redeamus.

* al. qui

xxxvii. Quartodecimo Kalendas Augusti collectitium ipsum naualem exercitum, me ab inuisa domo spectante, dimisit. Decimotertio autem, quo die leues Græci raptionem Eliæ prophetæ ad cælos ludis scenicis celebrant, me se adire præcepit, cui & ait: Imperium nostrum copias in Assyrios ducere cogitat, non super Christicolos, quemadmodum dominus tuus: præterito quippe anno id ipsum facere volui, sed audito, quod dominus tuus Imperij nostri terram inuadere vellet, dimissis Assyriis illum versus habenas retorsimus: obuiauitque nobis in Macedonia Dominicus Venedicus nuntius suus, qui multo labore & sudore nos, vt reuerteremur, delusit, iureiurando nobis affirmans, numquam dominum tuum esse id cogitaturum, nedum facturum; reuertere ergo (quod cum audissem, tacitus Deo gratias dixi) & hæc atque hæc tuo domino nuntiato: si me comitem fecerit, ipse redito.

xxxviii. Cui, iubeat, inquam, sanctissimum * Imperatorem tuum me in Italiam citò aduolare, certa ratione, quod dominus meus, quæ vult Imperium tuum, compleat, & lætus ego ad te redeam. Quod qua mente dixerim, nec ipsum, proh dolor, latuit. Nam subridens, simul capite innuit, meque contra tenus se adorantem, atque abeuntem extra, foris manere, atque ad cœnam allio & cepa benè olentem, oleo & garo sordidam venire præcepit; magnisque die illa effeci precibus, vt munus meum, quod sæpè aspernatus erat, dignaretur accipere.

xxxix. Residentibus itaque nobis ad mensam sine latitudine longam * pallingi latitudine testam, longitudine feminudam, ex Francis, quo nomine tam Latinos, quam Teutones comprehendit, ludum habuit: rogauitque me, vt, quo in loco Episcopatus mei ciuitas esset, quove nomine frueretur, edicerem. Cui, Cremona, inquam, Eridano fluuiorum Italia Regi satis vicina, & quia Imperium tuum chelandia ed mittere properat, profit mihi te vidisse, profit agnouisse, da pacem loco, vt per te saltem possit subsistere, qui tibi non potest resistere. Sed vaser ille hæc ei *εἰρηνωδῶς* me dixisse cognouit, submissoque vultu se ita facturum promisit, iurauitque mihi per sancti sui virtutem Imperij, nil me mali passurum, sed prosperè suis cum chelandiis vsque in Anconitanum portum citò peruenturum; & mihi id tunso digitis pectore iurauit.

xl. Verùm quàm impiè peierauerit, animaduertite. Hæc acta, hæc dicta sunt decimotertio

CHRISTI
968.IOANNIS XIII. PAP.
3.OTTO NIS IMP. 7.
NICEPH. PHOCÆ IMP. 6.

A tio Kalendas Augusti, secunda feria, quo ex die vsque in nonum stipendorum nihil ab eo recepi, cum tanta esset Constantinopoli fames, vt vigintiquinque asseclas meos, & quatuor custodes Græcos tribus aureis vna cœna nequirem reficere. Quarta feria ipsius hebdomadæ, Nicephorus Constantinopolim egreditur, in Assyrios profecturus.

Quinta feria frater suus me accersuit, quem ita conuenit: Sancto Imperatore præmissis, domi hodie dispositionis eiusdem causâ subititi, nunc si te sanctum Imperatorem visendi desiderium obrinet, & si quidquam, quod necdum prodideris habes, edisere. Cui inquam: Nec sanctum Imperatorem videndi, nec rei nouæ narrandæ habeo causam, vnum hoc peto, secundum sancti Imperij promissionem, vt chelandiis in Anconitanum portum vsque deducar. Quo audito (vt sunt Græci per caput alterius semper iurare parati) per Imperatorum caput, per vitam propriam, per liberos, quos Deus B ita, vt verum dixit, conseruet, se id completurum iurare cœpit. Cui cum, quando dicerem, Mox discedente, inquit, Imperatore: Delongaris enim, sub cuius manu nauium est omnis potestas, recedente sancto Imperatore, curam tui aget. Hac spe ludificatus, lætus ab eo recessi.

Post sequentem verò diem, Sabbato scilicet, in Umbriam, qui est locus decem & octo miliaribus Constantinopoli distans, Nicephorus me accersiri iubet, cui & ait: Putabam te quidem virum magnum & honestum ea gratia huc venisse, vt completa omnimodò voluntate mea, perpetuam inter me & dominum tuum constitueres amicitiam. Et quoniam ob cordis tui duritiem id facere nolis, vnum saltem, quod facere iusta ratione possis, efficit: scilicet dominum tuum Principibus Capuano & Beneuentano, seruis meis, quos oppugnare dispono, nullum consilium collaturum. Sua qui non largitur, nostra saltem dimittat. Noua res est, quod eorum patres & aui nostro Imperio tributa dederunt: at id istos breui tempore facturos, Imperij nostri exercitus laborabit.

Cui inquam: Principes isti apprimè nobiles, & domini mei sunt milites; qui si senserint exercitum tuum super eos irruere, eis copias mittet, quibuscum tuos conterere, & duo illa Themata, quæ vltra mare habes, tibi præualebunt auferre.

Tunc bufonis in modum tu me factus & commotus, Discede, inquit. Per me, per qui me talem genuere parentes, faciam, vt aliud dominus tuus, quam desertores seruos defendere cogitet. Cumque abirem, iussit interpreti, me sibi conuiuiam fieri: accititque eorumdem Principum fratres, & Byzantio Barisiano, magnas in vos gentemque, Latinam & Teutonicam contumelias euomere iussit. Verùm cum à sordida cœna ipse discederem, nuntius interpositis, clam mihi mandauerunt & iurauerunt, se quæ latrauerant, non sponte, D sed Imperatore volente & comminante dixisse.

Sed & idem Nicephorus in eadem cœna me interrogauit, si vos periuolia, id est, brolia, vel si in periuoliis onagros vel cetera animalia haberetis. Cui cum vos brolia, & in broliis animalia, onagris exceptis, habere affirmarem: Ducam te, inquit, in nostrum periuolium, cuius magnitudinem, & onagros, id est, siluestres asinos, te vidisse miraberis. Ductus itaque in periuolium satis magnū, montuosum, fructuosum, minimè amœnum, cum pileatus equitarem, meque Coroplastes à longè prospiceret, filio celeriter directo, mihi mandauit, fas non esse quempiam, vbi Imperator esset, pileatum, sed teristratum incedere. Cui, Mulieres, inquam, nostræ tjaratæ & teristratæ; viri equitant pileati. Nec decet vos compellere patrium me hic mutare morem: cum vestros, nos ad euntes, patrium morem tenere sinamus: manicati enim, fasciati, * fibulati, criniti, talari tunica induti penes nos equitant, incedunt, mensæ assident: & quod nostris omnibus nimis turpe videtur, ipsi soli capite aperto Imperatores nostros deosculantur. Quod non amplius fieri Deus permittat, tacitus dixi.

Reuertere ergo, inquit: quod cum facerem, occurrunt mihi commisti capreis, quos ipsi dicunt, onagri. Sed quæso quales onagri? Quales sunt Cremonæ domestici. color idem, forma eadem, auriti itidem, vocales similiter cum rudere incipiunt, magnitudo non dispar, velocitas vna, dulces lupis æquè, quos cum viderem, coequitanti Græco inquam: Huiusmodi numquam in Saxonia vidi. Si, inquit, dominus tuus sancto Imperatori morigerarus fuerit, multos illi huiusmodi dabit, eritque illi non parua gloria, cum ipse possidebit, quod nemo minorum decessorum suorum vidit. Sed mihi credite, domini mei Augusti, confrater & Coepiscopus meus dominus Antonius potest non inferiores dare, vt commercia testantur quæ sunt Cremonæ: atque ipsi non onagri, sed domestici,

XLI.

MOS IVRAN-
DI APVD
GRÆCOS.

XLII.

XLIII.

XLIV.
Περὶ βρολίας.
Germ. Thier-
gart.

* al. vipolat;

XLV.

non vacui, sed onerati procedunt. Sed cum ea superius scripta verba idem Nicephoro A nuntiasset, transmissis mihi duabus capreis, ut abirem, licentiam dedit. In crastinum autem Syriam versus profectus.

XLVI. VISIONES DANIELIS SEV LIBRI SIBYLLINI.

Sed cur exercitum nunc in Assyrios duxerit, quæso aduertite. Habent Græci & Sarraceni libros, quos *de oris*, siue visiones Danielis vocant; ego autem Sibyllinos: in quibus scriptum reperitur, quot annis Imperator quisque uiuat: quæ sint futura, eo imperitante, tempora; pax, an simulas, secundæ Sarracenorum res, an aduersæ. Legitur itaque, huius Nicephori temporibus Assyrios Græcis non posse resistere, huncque septennio tantum viuere: post cuius obitum Imperatorem isto deteriolem (sed timeo quod inueniri non possit) & magis imbellem debere surgere: cuius temporibus præualere debent adeo Assyrij, ut in Chalcedoniam vsque, quæ distat Constantinopoli haud longè, potestatiuè cuncta debeant obtinere. Considerant enim vtrique tempora, vna eademque re B Græci animati insequuntur, Sarraceni desperati non resistunt: tempus expectantes, cum & ipsi insequantur, Græci * iterum non resistunt.

* al. interim nõ resistant.

XLVII. HIPPOLYTI EPISCOPI SICIL. VATICANVM ET VSQ. INTERPRETATIO.

Sed Hippolytus quidam Siciliensis Episcopus eadem scripsit & de Imperio vestro, & gente nostra, nostram nunc dico omnem, quæ sub vestro Imperio est gentem: atque vti nam verum sit, quod de presentibus scripsit iste temporibus. Cetera, ut scripsit, sunt vsque huc completa, quemadmodum per ipsos, qui horum librorum scientiam habent, audiui: & ex multis eius dictis vnum id proferamus in medium. Ait enim nunc completum iri scripturam, quæ dicit: *Λέων η̄ κατὸν ὄνομα δὲ μοῦδ' ἰσχυροῦ βασιλεῖος*. Græcè ita. Latinum autem sic: Leo & catulus simul exterminabunt onagram. Cuius interpretatio secundum Græcos: Leo, id est, Romanorum siue Græcorum Imperator, & catulus, Francorum scilicet Rex, simul his presentibus temporibus exterminabunt onagram, id est, Sarraceno- rum Regem Africanum. Quæ interpretatio eò mihi vera non videtur, quoniam leo & catulus, quamuis disparis magnitudinis, vnus tamen sunt naturæ & speciei seu moris, atque ut mihi mea scientia suggerit, si leo Græcorum Imperator, inconueniens est ut catulus sit Francorum Rex: quamuis enim vtrique homines sint, sicut leo & catulus vterque animalia, distant tamen moribus tantum, non dico solum quantum species specieb- us, sed quantum sensibilia insensibilibus. Catulus à leone nil nisi tempore distat, forma eadem, rabies vna, rugitus idem. Græcorum Rex crinitus, tunicatus, manicatus; teristra- tus, mendax, dolosus, immisericors, vulpinus, superbus, falsò humilis, parcus, cupidus, alio, cepe & porris vescens, balneâ bibens: Francorum Rex contra pulchre tonsus, à muliebri vestitu veste diuersus, pilatus, verax, nil doli habens, satis vbi cõpetit misericors, seuerus vbi oportet: semper verè humilis, numquam parcus, non alio, cepis, por- ris vescens, ut possit animalibus eò parcere, quatenus non manducatis, sed venudatis pecuniam congreget. Audistis differentiam, nolite hanc interpretationem suscipere: aut enim futura est, aut hæc vera non est: impossibile est enim, ut Nicephorus, sicut ipsi me- tiuntur, sit leo, & Otto sit catulus, qui simul exterminent aliquem. Antè enim pererratis amborum finibus, exul, aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Tygrim, quàm Nice- phorus & Otto amicitia coeant & fœdera iungant.

GRAECI ET LATINI IMP. DIE FERENS HABITVS ET MORES.

XLVIII.

NICEPH. IMP. ONA- GRO COM- PARATVS. Theophrasti namq Romanus affinitate à Ba- pistras iunctur. eam hancque in- violantè rapuit. inuato quos Pa- triarcho. Con- patriatus ergo & tunc impedi- mentum matri- monij.

Audistis Græcorum, audite nunc Luitprandi Cremonensis Episcopi interpretationem: Dico autem, & non solum dico, sed affirmo, si scriptura hæc presentibus est im- plenda temporibus, leo & catulus, pater & filius, Otto & Otto in nullo dispares, tempore distantes tantum, simul hoc presenti tempore exterminabunt onagram, id est, siue frem- asinum Nicephorum: qui non incongruè siluestri asino comparatur, ob vanam & inanem gloriam; incestumque domine & commatris suæ coniugium. Si onager iste nunc à leone & catulo nostro Ottone & Ottone, patre scilicet & filio Augusti Romanorum Impera- toribus exterminatus non fuerit, nec quod Hippolytus scripsit verum erit: Græcorum enim illa superior abiicienda interpretatio est.

Sed, ô Iesv bone, Deus æternè, Verbum Patris, qui nobis indignis loqueris non voce, sed inspiratione, nullam aliam interpretationem quam meam in hac sententiâ vel- lis. Iube, ut leo & catulus isti hunc exterminent & humilient onagram corpore, quate- nus in se reuersus, dominisque suis Basilio & Constantino Imperatoribus subditus, in die Domini spiritus sit saluus.

XLIX.

Sed Astronomi hoc idem de vobis & Nicephoro prænuntiant. Res, inquam, mira. Cum quodam sum locutus Astronomo, qui vestram, domini mei Augusti, æquiuocique veltri

A vestri Augusti, formam, mores, ut sunt, verè dixit, cunctaque mea præterita, quasi præ- sentia dixit. Nec præterit quisquam amicorum vel inimicorum, de quibus mens mihi suggestit, ut interrogare, cuius habitum, formam & mores non diceret. Quidquid calami- tatis mihi hoc in itinere accidit, futurum esse prædixit. Sit mendacium * omeni quod dixit, f. omne vnum, quæso, solum modò sit verum, quod vos esse facturos Nicephoro prædixit, fiat vti- nam, vti nam fiat, & tum nil me mali passum esse intelligam.

Scribit etiam præfatè Hippolytus, Græcos non debere Sarracenos, sed Francos con- terere, qua lectione Sarraceni animati, ante triennium cum Manuele Parricio, Nicepho- ri nepote, iuxta Scyllam & Charybdim in mari Siculo, bellum parant; cuius immensas copias cum prostrauissent, ipsum comprehenderunt, capiteque * truncum suspenderunt: cuius socium & commilitonem cum caperent, qui neutrius erat generis, occidere sunt B dedignati, sed vinculum ac longa custodia maceratum tanti vendiderunt, quanti nec vl- lum huiusmodi mortales sani capitis emerent.

L. SARRACENI A FRANCIS DEBELLAN- DI. * f. truncatū fuit is Nicetas Eunuchus ut cõtra dicitur p. 774. 605.

Nec infirmiori animo, eadem confirmati lectione, haud multò post Magistro Ex- archontæ occurrunt, quem dum in fugam verterent, eius copias omnibus modis con- triuerunt.

Est & aliud, quod nunc Nicephorum compulit copias in Assyrios ducere: Argorum enim omnem regionem, instans tempus, Deo iubente, eò vsque fames attriuit, ut ne- que tritici duo Papienses sextarij aureo comparentur, hocque vbi vbertas quasi regnat. Hanc pestem, muribus cooperantibus, ita dilatauit, ut Messionis tempore, quidquid vbique terrarum annonæ erat, minimo dato pretio, possessoribus eiulantibus, congrega- rit. Quod cum iuxta Mesopotamiam faceret, vbi frugum copia muribus absentibus cre- uerat, arenæ maris multitudini annonæ multitudinem coæquauit. Igitur cum vili hoc commercio turpiter fames vbi vbi desèuieret, octoginta millia mortalium, obtentu mili- tiæ, secum congregauit; quibus per continuum mensem, quod vno emerat aureo, duobus vendidit. Hæ sunt, domine mi, res, quæ Nicephorum copias in Assyrios nunc ducere compulerunt. Sed quales, quæso, copias? verè, inquam, non homines, sed hominibus si- milis: quibus lingua tantum proca, sed frigida bello dextera. Non inspicit in his Nice- phorus qualitatem, sed solum quantitatem: quod quàm periculosum illi sit, tum serò poenitebit eum, cum imbelles plurimi, multitudine animati, à nostris perpauca bella scientibus, immò sitientibus conterentur.

L I.

Cum obsideretis Bareas, trecenti tantum modò Vngari iuxta Thessalonicam quingen- tos Græcos comprehenderunt, & in Vngariam duxerunt. Quæ res, quia prosperè succes- sit, compulit ducentos Vngariorum haud longè Constantinopoli in Macedonia similiter facere: ex quibus, cum incautè per angustam redirent viam, quadraginta sunt capti, quos nunc Nicephorus de custodia eductos, pretiosissimi que vestibus ornatos, patronos sibi & defensores parauit, secum in Assyrios ducens. Verum qualis sit eius exercitus, hinc po- testis conicere, quoniam qui ceteris præstant, Venetici sunt & Amalphitani.

LII. EXERCITVS NICEPHORI IMBELLIS.

Nunc his omisiss, quid mihi acciderit animaduertite. Sexto Kalend. Augusti extra Constantinopolim in Vmbria à Nicephoro licentiam accepi ad vos redeundi: cumque Constantinopolim venirem, Christophorus Patricius eunuchus, qui Nicephori vicem eodem gerit, mihi mandauit, non posse me tunc recedere, quia Sarraceni tunc occupa- uerunt mare, & Vngarij terram: expectandum mihi esse, donec ipsi discederent: sed vtrumque, proh dolor, fuit mendacium. Tunc appositum sunt custodes, qui mihi & meis à domo mea exitum prohiberent. Latinæ linguæ pauperes, qui me eleemosynarum gra- tia adierunt, comprehendentes ceciderunt, custodia tradiderunt: Græcolonon meum, id est, Græcæ linguæ gnarum, non permittebant egredi, saltè ut sumptus emeret, sed cocum solum Græcæ linguæ ignarum: qui non signorum signis, sed digitorum seu capi- tis nutibus cum venditore emptor loquebatur; tantique nummis emebat quatuor, quanti Græcolonus obsonium vno.

LIII.

GRAECI QVAM INI- QVI IN LVIT PRANDVM.

Et cum amicorum quidam aromata, panes, vinum, poma mitteret; solo cuncta fun- dentes, nuntios colaphis satis oneratos dimiserunt. Et nisi diuina pietas parasset in con- sepectu meo mensam aduersus eos qui tribulant me, vna mihi parata mors foret accepta. Sed qui permisit tentari, dedit tunc misericorditer pati. Huiusmodi me periculum se- cundo Nonarum Iunij vsque ad sextum Nonas Octobris; Constantinopoli diebus scili- cet centum viginti macerauit.

LIV.

Verum

GRÆCI TITULO LITTERARVM IOANNIS PAP. OFFENS.

LEGATI APOSTOL. IN CARCEREM CONRICTIVTVR.

GRÆCI ROMANOS CONTEMNVNT.

LV. Verum vt auferentur calamitates meae, in Assumptione sanctæ Dei Genitricis & Virginis Mariæ, meo omine non bono venerunt domini Apostolici & vniuersalis Papæ Ioannis nuntij cum litteris, quibus rogabant Nicephorum Imp. Græcorum, vt parentelam, firmamq; amicitiam faceret cum dilecto spiritualique filio suo Ottone Romanorum Imperatore Augusto. Quæ vox, quæ inscriptio secundum Græcos peccatrix & temeraria, quomodo latorem non occiderit, cur, priusquam læderetur, non opprefferit, qui in aliis rebus sæpè videor spermologus & multifonus, in hac, vt piscis, videor insonus. Obiurgabant Græci mare, imprecabantur æquori, plus iusto mirantes, cur peccatum illud portare potuerit, cur fretum dehiscens nauim non absorbuert.

LVI. Imperatorem, inquit, vniuersalem Romanorum, Augustum, magnum, solum Nicephorum scripsisse Græcorum hominem quemdam barbarum, pauperem Romanorum non piguit. O cælum, ô terra, ô mare! Sed quid, inquit, faciemus hominibus B istis sceleratis, criminosis? Pauperes sunt, & si eos occidimus, manus nostras sanguine vili polluimus, pannosi sunt, serui sunt, rustici sunt, si eos flagellamus, non ipsos, sed nos dedecoramus, qui nec Romana scutica deaurata, nec huiusmodi sunt crucibus digni. O vtinam alter Episcopus, alter Marchio esset, culeis enim suti post acerbos virgarum istus, post barbæ seu capillorum distractionem, in mare demergerentur. Sed seruentur, inquit, & quousque sanctissimus Imperator Romanorum Nicephorus hæc resciscat mala, graui custodia macerentur.

LVII. Dum hæc resciscerem, felices eos, quoniam pauperes, me infelicem, quia diuitem iudicauit. Cum domi essem, mea me voluntas pauperem excusabat, Constantinopoli verò positus, Cræsi me habere diuitias timor ipse dicebat. Semper mihi pauperes grauis, tunc visa est leuis, tunc accepta, tunc amplectenda. Amplectenda utique, quæ suos perimi, C subiectos sibi flagellari non patitur. Et quia hæc paupertas Constantinopoli solum suos ita defendit, eodem sit solummodò diligenda.

LVIII. Igitur Apostolicis nuntiis in carcerem traditis, publicana illa epistola Nicephoro in Mesopotamiam mittitur, vnde vsque ad quintum Idus Septemb. non est reuersus, qui afferret apologeticum nuntium. Qua die cum rediret, & me lateret, post biduum, decimo octauo scilicet Kal. Octobris, precibus muneribusque effeci, vt viuificum atque saluiferum adorarem lignum: vbi tanto in tumultu populi clam custodibus quidam me adierunt, qui mentem meam lugubrem, furtiuis sermonibus hilarem reddiderunt.

LIX. Decimo quinto autem Kal. Octobris, mortis vitæq; medius, ad palatium sum conuocatus. Cumq; ad Christophori Patricij Eunuchi præsentiam venirem, benignè me suscipiens, mihi cum tribus aliis assurrexit: quorum huiusmodi fuit narrationis initium: D

Ostendunt pallor in ore sedens, macies in corpore toto, crinitum caput, prolixa contra morem barba, immensum cordi tuo inesse dolorem, eò quòd redeundi ad dominum tuum terminus est dilatatus. Verum ne sancto Imperatori, néve nobis succenseas, oramus. Reddimus autem tarditatis tuæ causam. Papa Romanus (si tamen Papa est vocandus, qui Alberici filio apostatæ, adultero, sacrilego, communicauit, comministravit) litteras nostro sanctissimo Imperatori se dignas, illoque indignas misit. Græcorum illum & non Romanorum Imperatorem vocans: quod tui domini consilio actum esse non est *αυφισθεν*.

LX. Quod, inquam mecum, verbum audio? perij: haud dubium est, quin in prætorium recta proficiscar via. Sed Papa audi, aiunt, omnium hominum stolidior, scimus dicere, dicere vis, nosque id profiteamur. At ego non id aio. Audi ergo: Sed Papa fatuus, insul- E sus, ignorat Constantinum sanctum Imperialia scepra huc transuexisse, Senatuum omnem, cunctamque Romanam militiam. Romæ verò vilia mancipia, piscatores scilicet, cupediarios, aucupes, nothos, plebeios, seruos tantummodò dimisit. Numquam ille hoc nisi tui suggestione scriberet Regis: quod quàm periculosum ambobus fuerit, nisi resipuerint, proxima tempora declarabunt.

LXI. Sed Papa, inquam, simplicitate clarus, ad laudem hoc Imperatoris, non ad contumeliam scribere putauit. Constantinum Romanum Imperatorem cum Romana militia huc venisse, ac ciuitatem istam suo ex nomine condidisse certò scimus. sed quia linguam, mores, vestesque mutastis, putauit sanctissimus Papa, ita vobis displicere Romanorum nomen, sicut & vestem: quod in futuris, vita comite, ostendatur epistolis; quarum superscriptio hæc erit: Ioannes Papa Romanus Nicephoro, Constantino, Basilio

A Basilio. magnis Romanorum Imperatoribus atque Augustis. quod quianam dixerim, quæso aduertite.

Nicephorus periurio atque adulterio Regni apicem est adeptus. Et quoniam Christianorum omnium salus ad Romani Papæ pertinet sollicitudinem, mittat Nicephoro dominus Papa epistolam sepulchris omnino similem, quæ foris sunt dealbata, intus plena sunt ossibus mortuorum: impropere illi intrinsecus, qualiter periurio & adulterio acceperit super dominos suos monarchiam: inuitet eum ad Synodum, & si non venerit, anathemate feriat. Si superscriptio huiusmodi non fuerit, nec ad ipsum vsque feretur.

Nunc ad propositum redeamus. Superscriptam ex superscriptione promissionem à me memorati Principes cum audissent, nil inesse doli putantes, Grates tibi persoluiimus, aiunt, ô Episcopo: decet enim sapientiam tuam tantis mediaticem intercedere rebus. B solus es ex Francis, quem nunc diligamus; sed cum deprauata, te hortante, correxerint, & ipsi diligenter: tuq; iterum ad nos cum veneris, non in donatus abibis. Corona aurea scetroque, cum huc vltra rediero, me Nicephorus donabit, tacitus dixi.

Sed dic, inquit: vult dominus tuus sanctissimus cum Imperatore firmare amicitiam fœdere nuptiarum? Cum huc venirem, voluit, inquam; sed quia me diu hic morante litteras non recepit, *σφαλλμα*, id est, vitium à vobis, meque captum putat & vincitum, æstuatque animus eius totus, vt lænæ, catulis raptis, donec vindictam iusta faciat acerbitate, & nuptias abhorreat, atque iram in vos euomat.

Si ceperit, inquit, non dicimus Italiam, sed nec ipsa capiet eum, in qua ortus est, pauper & gunnata, id est, pellicea Saxonia: pecunia, quæ pollemus, omnes nationes super ipsum inuitabimus, & quasi * Keramicum, id est, vas fictile, quod confractum reformari ne-

C quit, confringemus. Et quoniam te in decorem suum quædam pallia emisse putamus, vt in medium proferantur, edicimus: quæ sunt vobis digna, plumbea notentur bulla, vobisque sinantur; quæ verò *καλυβηρα*, id est, nationibus omnibus, præ nobis Romanis, prohibita, pretio reddito auferantur. Quod cum fieret, quinque mihi pretiosissimas purpuras abstulerunt: indignos vos, omnesq; Italos, Saxones, Francos, * Bagoarios, Sueuos, immodò cunctas nationes huiusmodi veste ornatos incedere indicantes. Quod quàm indecorum quamque contumeliosum sit, molles, effeminatos, manicatos, tiaratos, teristratos, mendaces, * neutros, desides, purpuratos incedere; heroas verò, viros scilicet fortes, scientes bellum, Fidei charitatibusque plenos, Deo subditos, virtutibus plenos non: quid est, si non hæc contumelia est?

Sed vbi est, inquam, Imperatorius sermo? vbi Imperialis promissio? cum enim illi D valedicerem, rogavi, vt in Ecclesiæ honorem quantius pretij me permitteret pallia emere. Qui ait, Qualia vis & quanta? *ποιοτητα και ποσοτητα*, id est, qualitatem & quantitatem ponens, differentiam planè non posuit, vt diceret his & illis exceptis. Testis est Leo Coroplastes frater eius; testis est & interpres Euodisius, Ioannes, Romanus. testis sum ipse, qui quod Imperator diceret, etiam si interpres abesset, intellexi. Sed *καλυβηρα*, id est, prohibita sunt hæc, inquit. Et cum, quæ afferis, Imperator diceret, de talibus saltem, vt somnians, non potuit cogitare: vt enim diuitiis, sapientia; ita & ceteris nationibus præstare veste debemus: vt quibus est singularis in virtutibus gratia, sit singularis & in pulchritudine vestis.

Haudquaquam singularis, inquam, hæc vestis fieri potest, cum penes nos obolarie mulieres, & mandrogerontes his vtantur. Vnde, inquit, vobis? A Veneticis & Amalphitanis institutoribus, inquam, qui nostris ex victualibus, hæc ferendo nobis, vitam nutriunt suam. Sed non amplius hoc facient, aiunt. Scrutabuntur planè, & si quid huiusmodi inuentum fuerit, verberibus casus, crine tonsus, pœnas dabit.

Temporibus, inquam, beatae memoriæ Constantini Imperatoris huc veneram, non Episcopus, sed Diaconus; nec ab Imperatore aut Rege, sed à Berengario Marchione missus, & multò plura ac pretiosiora pallia emi: quæ neque scrutata, nec à Græcis visa, nec plumbo sunt signata. Nunc, Deo miserante, Episcopus, & à magnificis Imperatoribus Ottone & Ottone patre & filio missus, tanto inhonestior, vt Veneticorum more pallia mea notentur, & quæ, quantius pretij videntur, auferantur, cum in Ecclesiæ mihi commissæ vsus ferantur. Non tædet vos contumeliarum mearum, immodò dominorum meorum, in quibus contemnor? quòd sum custodiæ traditus, quòd fame siti que cruciatus, quòd non ad ipsos redirem hucusque retentus, nisi etiam, ad cumulum de-

LXII. PAPA ROM. PRO OMNIBVS SOLICITVS.

LXIII.

LXIV.

LXV.

* *καλυβηρα*.

* *al. Baioa-tics, GRÆCI SIBI SOLIÞ PVRPVRAM TRIBVNT. * Eunuchos intelligit.*

LXVI.

LXVII.

VSVS PVRPVRAR A PVD OCCIDENTALES FREQVENS.

LXVIII.

decoris eorum, propriis expolier rebus? Auferte saltem, quæ sunt empta, dimittite, A quæ sunt dono ab amicis donata.

LXIX.

Constantinus, inquit, Imperator, homo lenis, in palatio manens perpetuo, huiusmodi rebus amicas sibi nationes effecerat: Nicephorus vero Basileus homo *ἄγχιος*, id est, militiæ deditus, palatium ceu pestem abhorret; & vocatur à nobis prope similitudinis amator, atque argumentosus, qui non pretio sibi gentes amicas, sed terrore & gladio sibi subditas facit. Atque, ut cognoscas, quanti dominos tuos Reges habeamus, quæ data sunt coloris huiusmodi, & quæ empta, via eadem ad nos reuertentur.

Vnde & Zonaras: Τὸ ἄγχιος τῆς μάχης ἐστὶν ἰσχυρὸς ἄγχιος.

LXX.

His dictis atque completis, *ἡγοροβέλιον*, id est, epistolam auro scriptam & signatam mihi dederunt, vobis deferendam; sed non vobis dignam, ut mens credit mea. Tulerunt autem & alias litteras argento signatas, atque dixerunt: Papam vestrum Imperiales recipere litteras, indignum esse diiudicamus. mittit autem illi Coroplastes, Imperatoris frater B non per suos pauperes nuntios, sed per te epistolam, se satis dignam, ut nisi resipuerit, funditus se perisse cognouerit.

LXXI.

Hanc cum accepissem, vale mihi dicentes, dimiserunt, oscula præbentes satis iucunda, satis amabilia. Sed dum recederem, legationem mihi non me, sed illis satis dirigunt dignam; scilicet quod mihi soli, meisque equos darent, sarcinis nullum: sicque nimis, ut res poscebat, turbatus, *ἡγεσώσθη*, id est, ductori meo quinquaginta aureorum res pretio dedi. Et cum non haberem, quod pro malefactis Nicephoro tunc redderem, hos in pariete inuisæ domus meæ, & in mensa lignea versiculos scripsi:

LVITPRANDI VERSVS IN GRAECORVM IMPROBITATEM.

*Argolicum non tuta fides: procul esto Latine.
Credere, nec mentem verbis adhibere memento.
Vincere dum possit, quam sanctè peierat Argos!
Marmore quæ vario magnis patet alta fenestris
Hac in aquosa domus, concluso peruia soli,
Frigora suscipiens, æstum nec sana repellens.
Præsul ab Ausonia Luitprandus in urbe Cremona
Constantinopolim pacis profectus amore
Quattuor æstiuis concludor mensibus istic:
Induperator enim * Baveas conieciderat Otto,
Cade simul flammisque sibi loca subdere tentans,
Sed precibus remeat Romanas victor ad vrbes
Inde meis. Nurum promissit Græcia mendax,
Quæ nec nata foret, nec me venisse doleret,
Nec rabiem Nicephore tuam perpendere quirem,
Priuignam prohibes qui nato iungere herili.
Imminet ecce dies furis cum pulsus acerbus,
Ni Deus aueriat, toto Mars sauiet orbe,
Crimine pacisque tuo cunctis optanda silebit.*

* f. Barim sine Barium

LXXII.

His conscriptis versibus sexto Nonas Octobris hora decima, ex illa quondam opulentissima & florentissima, nunc famelica, periura, mendace, dolosa, rapace, cupida, auara, cenodoxa ciuitate cum diasofte meo linter egressus, diebus quadraginta & nouem, asinando, ambulando, equitando, ieiunando, sitiendo, suspirando, flendo, gemendo Naupaetum veni, quæ est Nicopoleos ciuitas, in qua diasofte meus me deferens, duabus paruis impositum nauibus, duobus me mandatoribus, qui Hydruntem me E per mare conducerent, commendauit.

LXXIII.

Verum cum entolim, id est, præceptum ius captionis à Græcorum Principibus non haberent, vbi vbi spernebantur: nec iam nos ab ipsis, sed ipsi à nobis alebantur. Quam sepe illud Terentianum mecum stomachabar: Tutore opus est, quos defensores paras.

LXXIV.

* al. Ophidarin * Locus imperfectus.

Igitur Nonis Kal. Decemb. Naupaetum egressus, biduo ad Offidarum fluuium vsque perueni, * ut meis comitibus non in nauiculis, quæ eos capere non poterant, residentibus, sed secus litus pergentibus. Positi itaque in Offidaro flumine, Patras alio maris in litore decem & octo miliaribus distare prospeximus: quem Apostolica passionis locum, quia Constantinopolim ascendendo visitauimus, adorauimus: nunc eum visitare & adorare (confiteor peccatum meum) distulimus. Fecit hoc, domini mei Augusti, reuertendi ad vos & videndi ineffabile desiderium, & ni hoc solum esset, perpetuo, ut puto, perierim.

Pugna-

A Pugnauit contra me infensatum Auster, mare flatibus ab imis turbans sedibus. Cumque hoc continuis diebus ac noctibus faceret, pridie Kalendas Decembris, ipso scilicet passionis die, intellexi meo mihi hoc accidisse delicto. Sola vexatio intellectum dedit auditui. Fames quippe nos vehementer oppresserat. Terræ incolæ, ut nostra nobis auferrent, interficere nos cogitabant; mare ne effugeremus, fluctibus æstuabat. Tum conuersus ad Ecclesiam, quam videbam, flens & eiulans inquam: Sancte Andrea Apostole, compiscatoris, confratris & coepostoli tui Simonis Petri sum seruus. Passionis tuæ locum non abhorruui, nec superbia declinaui: vrit me domum redeundi Augustalis visio, Augustalis amor. Si te ad indignationem commouit peccatum meum, eliciat ad misericordiam meorum meritum Augustorum. Non habes, fratri quod conferas; confer diligentibus fratrem Augustis, inhærendo ei qui omnia nouit. Nosti tu quanto labore & sudore, quantisque vigiliis & impensis Romanam fratris tui Petri Apostoli Ecclesiam, B ex impiorum manibus ereptam ditauerint, honorauerint, exaltauerint, & in statum proprium reformauerint. Si mea me præcipitant opera, ipsorum saltem liberent merita: quosque vult prædictus, fide & sanguine frater tuus, Apostolorum princeps Apostolus Petrus, in aliis rebus gaudere & prosperari, in hac, id est, in me, quem ipsi direxerant, minimè contristari.

LXXV. PERICLITATR LVITPRAND. OB NON VISITA TVM LOCVM SACRYM.

Non est, domini mei Augusti Imperatores, verum dico, non est adulatio hæc, nec confuso nunc puluillo sub cubito manus, res, inquam, vera est: post biduum vestris meritis tanta est fretum tranquillitate sedatum, ut, cum nauæ à nobis aufugerent, ipsi Leucaten vsque nauigaremus, miliaribus scilicet centum & quadraginta, nihil discriminis aut tristitiæ patientes, nisi parum in faucibus fluminis Acheloi, vbi discurrentes veloci- C ter fluctus eius maris vnda reuerberat.

LXXVI.

Quid ergo, præpotentes Augusti, retribuētis Domino pro omnibus quæ retribuit in me vobis? Dicam quid. Hoc Deus vult, hoc petit; & quamuis sine vobis hoc facere possit, vult tamen huius rei esse hypurgos, id est, ministros: ipse enim quod ei offeratur dat, custodit quod exigit, ut possit coronare quod præstat. Aduertite igitur quæso.

LXXVII.

Nicephorus cum omnibus Ecclesiis homo sit impius, liuore, quo in vos abundat, Constantinopolitano Patriarchæ præcepit, ut Hydruntinam Ecclesiam in Archiepiscopatus honorem dilateret, nec permittat in omni Apulia seu Calabria Latine amplius, sed Græcè diuina mysteria celebrari. Mercatores dicit fuisse præteritos Papas, & Spiritum sanctum vendidisse, quo viuificantur & reguntur omnia, qui replet orbem terrarum, qui scientiam habet vocis, qui est cum Deo Patre & Filio eius I E S V Christo coæternus & consubstantialiter, sine initio, sine fine, permanens verus, qui pretio non æstimatur, sed D à mundis corde tanti emitur, quanti habetur. Scripsit itaque Polyuctus Constantinopolitanus Patriarcha priuilegium Hydruntino Episcopo, quatenus sua auctoritate habeat licentiam Episcopos consecrandi in Acirentila, Turcico, Grauina, Maceria, Tricario, qui ad consecrationem domini Apostolici pertinere videntur.

Sed quid hoc memorem, cum ipsa Constantinopolitana Ecclesia nostræ sanctæ Catholicæ atque Apostolicæ Ecclesiæ Romanæ merito sit subiecta? Scimus, immò videmus, Constantinopolitanum Episcopum pallio non uti, nisi sancti Patris nostri permisso. Verum cum impiissimus Albericus, quem non stillatim cupiditas, sed velut torrens impleuerat, Romanam ciuitatem sibi vsurparet, dominumque Apostolicum, quasi seruum proprium in conclauis teneret; Romanus Imperator filium suum Theophylactum eunuchum, Patriarcham constituit: cumque eum Alberici cupiditas non lateret, mis- E sis ei muneribus satis magnis, effecit, ut ex Papæ nomine Theophylacto Patriarchæ litteræ mitterentur: * qua auctoritate cum ipse, tum successores eius absque Paparum permisso pallii vterentur. Ex quo turpi commercio vituperandus mos inoleuit, ut non solum Patriarchæ, sed etiam Episcopi totius Græciæ pallii vtanter. Quod quam absurdum sit, censore opus non est.

LXXVIII. CONSTAN-TINOP. EC-CLES. ROM. SVBIECTA.

* f. quarum GRAECI ERAVDE ET MERCEDE PALLII VSVM OBTINERVNT.

Est ergo meum consilium, sanctam fieri Synodum, & ad eamdem vocari Polyuctum. quod si venire, & *σφαλιμα* (sua, id est, vitia superius scripta, canonicè emendare noluerit; quod sanctissimi Canones decreuerint, fiat.

LXXIX.

Vos interim, præpotentes Augusti, ut coepistis, laborate: efficite, ut si nolit vobis Nicephorus, quem canonicè arguere disponimus, obedire, audiat vos, quorum copiis non audet cadauerosus occurrere. Hoc, inquam est, quod nos apostoli domini & com-

militones nostri facere volunt. Non est à Græcis Romanus vilis tenendus locus, quia recessit inde Imp. Constantinus, verum eò magis colendus, venerandus, adorandus, quia venerunt illuc Apostoli doctores sancti Petrus & Paulus. Ac de his satis me scripsisse sufficiat, donec Deo largiente, sanctissimorumque Apostolorum orationibus, ex Græcorum ereptus manibus, vos adeam. Et tunc non tædeat dicere, quod hic nunc piguit scribere. nunc ad propositum redeamus.

LXXX. INHOSPITALITAS EPISCOPOR. GRAECOR. *Id est, panem nauicium.

Octavo Idus Decembris Leucatem venimus, vbi ab Episcopo ipsius loci Eunuchos, sicut & vbiq; ab aliis, inhumanissimè suscepti & tractati sumus. In omni Græcia, veritatem dico, non mentior, non reperi hospitales Episcopos. Diuites sunt, pauperes sunt: diuites, aureis quibus plena luditur arca: pauperes ministris seu vensilibus. Soli mensulari assident nudæ, * paximacium sibi apponentes, balneaque tunc vitro per modico non bibentes, sed forbillantes. Ipsi vendunt, ipsi emunt; ostia ipsi claudunt, ipsi aperiant, ipsi dapiferi, ipsi agafones, ipsi capones, sed, ha, caupones volui scribere; verum res ipsa, quæ vera est, veritatem etiam nolentem compulit scribere: dicimus enim, quia capones sunt, id est, Eunuchi, quod canonicum non est: sunt & caupones, id est, tabernarij, quod contra Canones est: quorum Incipit & claudit cœnam lactuca tenacem, Claudere quæ cœnas lactuca solebat auorum. Felices eos, si paupertatem Christi hæc imitaretur, pauperes iudicarem. facit hoc asper nummus & auri sacra fames. Verum parcat illis Deus. Hoc eò illos puto facere, quoniam eorum Ecclesiæ sunt tributariæ. Leucatenis mihi iuravit Episcopus, quotannis Ecclesiæ suam debere Nicephoro aureos centum persolvere, similiter & ceteras plus minùve secundum vires suas. Quod quàm iniquum sit, sanctissimi patris nostri Ioseph acta demonstrant, quia cum Aegyptum totam famis tempore tributariam Pharaonis faceret, sacerdotum tertiam à tributo liberam esse permisit.

ECCLESIAE GRAECOR. TRIBUTARIAE.

LXXXI.

Igitur decimonono Kal. Decembris Leucatem exeuntes, ipsiq; quoniam, vt superius scripsimus, nauæ effugerant, nauigantes, decimoquinto ad Coriphus peruenimus, vbi ante nauis egressionem, occurrit nobis strategos quidam Michaël nomine, Cherstonitis, à loco scilicet Cherfona: homo ipse canus capite, facie hilaris, sermone bonus, risu semper iucundus, sed, vt post paruit, mente diabolus: quod & Deus apertis mihi monstravit indicijs, si mea tunc mens hoc potuisset conicere. mox enim, vt pacem, quam corde non ferebat, mihi osculo dedit, tota Coriphus magna scilicet insula tremuit: nec solum semel, sed ter eadem die pertremuit. Postque triduum autem, decimoquinto scilicet Kalendas Decembris, dum in mensa positus panem comederem, qui ampliabat super me calcaneum suum, verecundatus sol facinus tam indignum, lucis suæ radios abscondit, D & * eclipsin passus, Michaëlem illum terruit, sed non immutauit.

TERRAE MOTVS. * Fuisse hoc anno solum eclipsin 2. Decembris. Cuiusmodi res ratur.

LXXXII.

Dicam ergo, quid illi causa amicitia fecerim, quidnam ab eo pro recompensatione perceperim. Dum Constantinopolim ascenderem, illud vestrum pretiosissimum scutum miro opere deauratum & fabricatum, quod mihi domini mei Augusti dedistis, ceteris cum muneribus, vt amicis meis Græcis darem, filio ipsius contuli. Nunc Constantinopolim rediens patrem pallio donavi pretiosissimo; pro quibus omnibus gratias distribuit eiusmodi: Scripsit Nicephorus, vt quacumque hora se adirem, absque mora chelandio impositum Leoni Kitonitæ dirigeret: quod ipse non fecit: verum diebus viginti me retentum non suis, sed propriis me stipendijs aluit, donec à præfato Leone Kitonita nuntius venit, qui illum cur me moraretur, obiurgauit. Verum cum obiurgationes meas, lamenta, & suspiria mea ferre non posset, recessit, meque homini tam iniquo & pessimo commendauit, vt sumptus saltem me emere non permitteret, donec à me cortinam, libræ argenti pretio dignam, acciperet, & cum post viginti dies inde discederem, nuntius ipse, cui cortinam dederam, nauclero iussit, vt post acroteria, id est, promontorium quoddam me positum fame perire permitteret. Hoc autem eò fecit, quoniam ne purpuras haberem absconditas, mea pallia regyrauit: ex quibus dum vnum vellet accipere, non accepit.

LXXXIII.

O Michaëles, Michaëles, vbi vos tot simul talesque reperi! Custos meus ille Constantinopolitanus Michaëli suo riali me commendauit, malus pessimo, pessimus iniquo. Michaël vocatus est & diasotes meus, homo quidem simplex, cuius sancta simplicitas tantum mihi penè nocuit, quantum & istorum peruersitas. Sed ab his paruulis Michaëlibus impégi in te Michaëlem magnum, semieremitam, semimonachum. Dico, & verum dico,

A dico; non proderit tibi balneum, quo te assidue potas in amore B. Ioannis Præcurforis. Qui enim sicte Deum quærunt, nunquam inuenire merentur] Quæ autem hæc secuta sint, dicentur anno sequenti.

Cetera de sunt in ms.

Hoc eodem anno, cum Otto Imperator Capuæ moraretur, & vnà cum eo esset Ioannes Papa, contigit vt (quod ex Leone Ostiensis superius meminimus) ipsa Capuana Ecclesia ab eodem Pontifice Archiepiscopatus dignitate, gratitudinis ergò, insigniretur. Ibi siquidem fugatus ab Vrbe, honorificè susceptus, digneque habitus, & ab aduersariorum insidijs custoditus est à Pandulpho Principe Capuano. Quod autem in primis ad rationem temporis spectat, id hoc anno contigisse, ex ipso Leone Ostiensis a satis redditur exploratum, dum ait, factum esse anno decimonono Aligerni Cassinensis Abbatis, quem ex eodem b Leone liquet, anno Redemptoris nongentesimo quadragesimonono Abbatem B fuisse creatum, à quo tempore si numeres annos decem & nouem, planè hoc anno nongentesimo sexagesimo octauo opus est fatearis id contigisse. & quidem prima omnium (quod inuenerim) Ecclesia Capuana ea Archiepiscopatus dignitate in Regno Neapolitano fuit illustrata, cum ipse Ioannes Papa eidem Ecclesiæ præfecit Archiepiscopum Ioannem eiusdem Principis fratrem. De his enim ita Leo Ostiensis: Huius Abbatis, Aligerni videlicet, anno decimonono, Ioannes Papa Roma pulsus exilio, Capuam venit, & à memorato Principe rogatus, tunc primum in eadem ciuitate Archiepiscopatum constituit, consecrato fratre ipsius Principis Ioanne in Archiepiscopum.] hæc ipse.

LXXXIV.

Leo Ost. li. 2.

Idem lib. 2. cap. 1. & 5.

Idem lib. 2. cap. 9.

Porrò consignatum tempus non ad Ioannis exilium, quod longè antea contigit, sed ad collatam illi Ecclesiæ Archiepiscopatus dignitatem, referri necessariò debet. subiicit verò idem Leo successores Archiepiscopos, dicens: Post quem dominus Leo huius monasterij C Cassinensis videlicet monachus in eadem ciuitate quatuor annis & sex mensibus Archiepiscopatu functus, Gerberto nihilominus huius cœnobij monacho sedem pontificalem reliquit.] hæc Leo Ostiensis. His verò diebus, quibus hæc scribimus (quod nõ tacendum) maximum accessit eidem Ecclesiæ ornamentum, dum vacante eadem sede obitu Cæsaris Costæ Archiepiscopi, mei in Iure ciuili publicè interpretando olim in Vrbe præceptoris, delectus est à sanctissimo domino nostro Clemente Papa VIII. ad nobilissimæ Ecclesiæ regimen vir doctissimus ac religiosissimus Robertus Bellarminus S. R. E. Cardinalis, virtutum meritis toti Christiano orbi conspicuus, exoptatus voris, collaudatus suffragiis, atque exceptus plausu, illud sacro Collegio conclamante, Dignus dignæ.

LXXXV.

Sed ad Ioannem Pontificem reuertamur, qui Capuæ his peractis, in Vrbe rediens, cum Imperator ibi adhuc moraretur, contigit primariam Lateranensis Ecclesiæ campanam miræ magnitudinis recens ære fusam super campanile eleuari: quam prius idem Pontifex sacris ritibus Deo consecrauit, atq; Ioannis nomine, puto Baptistæ, cuius Ecclesiæ esset vsui, nuncupauit. Qui facer ritus in Ecclesia perseuerauit, vt eo modo, quo ipse vsus, campanæ in Ecclesijs collocandæ, Deo primum, imposito eis nomine, dicarentur. quod testantur veteres codices Rituales. licet errore vulgi pro arbitrio vrentis vocibus, dicantur baptizari campanæ, cum ita ab Episcopis benedicuntur, non aliunde baptizati in re longè dispari mutuati nomen, nisi quòd sicut in baptismo nomen imponitur baptizato, ita in ea consecratione nomen campanæ daretur, idque siue ea ratione, vt distingui posset à ceteris, vel quòd magis conduceret ad pietatem, si voce Sancti alicuius diceretur populus ad Ecclesiam conuocari: cum alioqui nihil commune cum Sacramento Baptismatis habeant carimonæ illæ, sed magis cum alijs sacrorum vasorum benedictionibus in sancta Catholica Ecclesia antiquo vsu receptis.

LXXXVI.

Hoc pariter anno datum reperitur diploma donationis Gerbergæ Reginae Ecclesiæ sancti Remigij. Fuit ista (vt testatur Frodoardus) soror Ottonis Magni Imperatoris, relicta Gisiberti Ducis Lothariensium, nupta Ludouico Francorum Regi. In cuius sine ad temporis rationem cognoscendam (quod nobis satis) datum habetur 1111. Id. Februarij anno Incarnationis Dominicæ DCCCCLXVII. in præfato Comitatu in villa quæ dicitur Hartra, anno Ottonis septimo.

LXXXVII. DE DONATIONE GERBERGÆ REGINÆ.

Apposita sunt signa, atque primum ipsius Reginae, his verbis: Signum dominæ Gerbergæ gloriose Reginae, quæ regis auctoritatis manu hoc scriptum quod fieri iussit dignanter corroborauit & alijs confirmari mandauit, &c.] subiiciuntur plurimum procerum subscriptiones ac signa. sed hæc satis.

IESV CHRISTI IOANNIS XIII. PAP. OTTONIS IMP. 8. ANNVS ANNVS NICEPH. PHOCÆ IMP. 7. A 969. 4.

I. SEQUITUR annus Redemptoris nongentesimus sexagesimus nonus, Indictione duodecima, quo Nicephorus Imperator legationem ad Ottonem Imperatorem Græca fraude misit, sub falso prætexu nuptiarum, quarum occasione anno superiori (vt audisti) ab ipso Ottone & à Ioanne Pontifice Legati missi fuerant ad ipsum Constantinopolim, reuerà tamen, vt eum nuptiis occupatum imparatum offendens bello superaret. Sic igitur Græci Imperatoris Legati fraudulenter & proditoriè rem agentes, effecerunt, vt Latini, dum nuptias Imperiales pararent, à Græcis improuisi offensi, neci traditi sint. Sed audi Vuitichindum ista narrantem his verbis:

II. Legatis itaque Græcorum Imperator satis credens, misit partem exercitus cum plerisque principalibus viris ad conditum locum, quo eis secus sponsonem Legatorum puella traderetur, & cum honore filio adduceretur. Græci verò ad artes paternas conuersi (nam erant ab exordio ferè mundi plurimarum gentium domini, & quos virtute nequibant, arte superabant) subito super improuisos & nihil aduersi suspicantes irruunt, castra diripiunt, plures occidunt, plures capiunt, quos Constantinopoli Imperatori suo præsentant. Qui verò effugere poterant, reuersi ad Imperatorem, quæ acta sunt, nuntiabant. At ille super his commotus, ad hoc dedecus diluendum, cum graui manu viros eminentes domesticis & externis rebus iam sæpè claros factos, Guntharium & Sigefridum mittit in Calabriam.

III. Græci autem præterita victoria elati & minùs cauti ceciderunt in manus eorum. Ex quibus innumera multitudine cæsa, qui supererant, capientes, obruncatis naribus noquam Romam remeare permiserunt, tributum in Calabria & Apulia retorserunt, talique victoria illustres facti, & spoliis hostium ditati, ad Imperatorem reuersi sunt.

IV. Populus autem Constantinopolitanus à suis audiens malè pugnatum, consurrexerunt aduersus Imperatorem suum, & machinatione coniugis propriæ cuiusdam militis insidiis occiderunt: loco autem domini militem designantes: fuit iste Ioannes cognomento Zemisces. Constitutus autem Rex continuò captiuos absoluit, puellam cum magno exercitu & claris muneribus ad Imperatorem Ottonem destinauit. Quam ipse statim filio tradidit, celebratisque magnificè nuptiis, omnem Italiam super hoc & Germaniam latiores reddidit. hanc Theophanen, siue Theophaniam appellatam, à Ioanne Papa coronatam Imperatricem, Sigebertus testatur, ab eodemque Pontifice sacris ritibus Ottoni coniunctam. hucusque de his ipse. Curopalates pluribus profecutus necem Nicephori, eum interfectum ait hoc anno, vndecima mensis Decembris, qua ratione non ante annum sequentem dictæ nuptiæ cum Ottone iuniore contigisse potuerunt.

V. Hic finis Nicephori rerum Ecclesiasticarum inuasoris, qui antequam eiusmodi sacrilegiis inquinaret, credi vix potest, quot & quantas paucis diebus fuerit de Sarracenis memorandas in perpetuum victorias consecutus; sed vbi in bona Ecclesiæ manus iniecit, omnibus se exiit bonis, & malis obuoluit, atque Deum seuerum expertus est vindicem. eadem de eo sentiunt Græci omnes historici, nimirum ipsum ob eiusmodi sacrilegia malè periisse, suo exemplo relinquens sancitam Principibus disciplinam.

VI. Quòd autem exempla Regum perfacile propagantur in magistratus, post Nicephori quoque obitum aduersus sacra loca, Deoq; dicatos viros sæpè insiliit regionum ministrorum tyrannis, sed sicut Nicephorus, vlciscente numine, pœnas dedit, ita in eos diuinam inuigilasse vindictam, inuenimus. sunt de his exempla in rebus gestis S. Niconis, qui sub eodem Nicephoro Phoca claruit, quæ post eius obitum contigerunt, hic autem opportunè, quòd in his versetur oratio, describenda, sic enim se habent: Venit Cubicularius quidam ab Imperatore aurei tributis causa missus; qui vt pecuniæ turpissq; lucri percupidus erat, magnas cum ceteris ciuibus, tum sancto in primis cœnobio molestias exhibebat. Solent enim ciuitatum imperia & exactiones non æquis & benignis, sed durioribus vt plurimum & inhumanioribus delegari. Frustrà autem monachi, quibus auri nihil erat, immitem ferumq; lenire precibus studebant, qui aurum fitiens, velut aspis ad incantantium voces obsurdesebat, & tamquam spinarum sonum sub lebetæ (quod scriptum est) omnia illorum verba contemnebat. quin & ferociùs insolecens, post atroces minas in

GRÆCI DO- LO APPE- TVNT LATI- TINOS.

OCCIDITVR NICEPH. ET IOANNES ZEMISCES IMPERAT.

VLTIO DIU- NA INTRI- BVTORVM EXACTOREM

B

C

D

E

carce.

CHRISTI IOANNIS XIII. PAP. OTTONIS IMP. 8. 969. 4. NICEPH. PHOCÆ IMP. 7.

A carcerem eos detrussit, ac monasterium ipsum expilare deprædariq; vecors meditabatur. Quod ceteri audientes qui in eo exercebantur, ad Sanctum precibus exorandum se conuertunt, præsentemq; eius opem sine mora experti sunt.

Etenim proxima nocte, minaci atque indignabundo vultu ad Cubicularium veniens sanctus Nicon, multis eum verberibus excepit, Ed quòd, inquiens (eius enim verbis vtendum est) monasterij curatores, cum ipsi nihil deliquissent, vinculis mancipasti: quòd nisi eos statim eximeris, acerbus præterea te vitæ exitus manet. Profuit palatino ad saniorementem hæc afflictio. Manè igitur & victos eduxit, & ad templum properans, sacra thecæ aduolutus cum lacrymis audaciæ suæ veniam à Sancto petiit, discessurum extemplò Lacedæmone promittens, & ciuibus aurum quod exegerat, relicturum, quod re ipsa præstitit. Nam aureis septuaginta duobus ad Beati loculum abiectis, conscenso equo, protinus abscessit. Aurum ergo qui monasterio tum præerat, Constantinopolim misit ad Præpositum. Is verò coemptis hoc pretio sacris pyxidibus, aliisque pretiosis vasculis non paucis, ad monasterium omnia detulit, quæ ad hunc vsque diem templi vsibus percommoda cernuntur, & splendorem illi non paruam addunt, variis aliisque & egregiis omnium generum ornamentis referto, cura in primis studioque eiusdem Præpositi. Hic enim vir optimus & magnificentissimus diuino zelo succensus, omnem operam posuit, vt templi vetustatem abstergeret, eiusque speciem penitus renouaret, quod & donariis deinde quamplurimis auxit, columnarum fulgore, politorum lapidum coloribus variis, picturarumque præstantissimarum varietate condécourauit, porticibus etiam & vestibulis, gradibusque circumcinxit; ad eam denique dignitatem extulit, quæ hodie spectatur, & præclarum diuini viri consilium pietatemque tacito præconio declarat. subicit autem auctor mox ista:

Sed ad impium Antiochum conuertenda est oratio. Præerat is ducis potestate Ethnicorum regioni. Ed autem inter cetera vitæ flagitia processerat amentia, vt ipsum Beati testamentum violare non dubitaret. Itaque finitimum Ethnicorum oræ prædium inuadens, sedem in eo, reclamantibus monachis, tentoriumque fixit. Et ne quid sceleri deesset, cum locum perfuso circumcirca cruore contaminasset, impuro in libidinum cœno, nefandisque flagitiis, suo illic more volutabatur, quoad dignos temeritatis suæ fructus à Sancto percepit. Is ergo per noctem formidabili truciq; ore illi astans, post horribiles incussos terrores, crucigero demum baculo latus lethali plaga percussit. Quæ excitus, cum exeuntem è tentorio percussorem notasset: famulis quidem, vt eum comprehenderent, cruda & lamentabili voce imperabat. Verùm illi neminem videbant. Ex quo demum mali fontem miser agnosces, Sanctum fuisse intelligebat, qui vulnus infixerat, inuasoremque suum ex suis sedibus pellere satagebat. Quare conscenso mox equo, Lacedæmonem contendit. Sed stadia haud amplius triginta processerat, cum doloris acerbitate victus, ex equo descendens, media in via turpiter in suorum manibus exanimatus interit, reque in eo, quod in Prouerbiis legitur, expletum est: Animæ iniquorum immaturæ peribunt, & perueri in morte repentina. Miserum porrò illius cadaver Spartam delatum, sequenti nocte (vt constans fama est) ignis, incertum vnde, in loculum irrumpens, vtrumque simul consumpsit, & in cinerem redegit. hucusque de vindicta in Antiochum diuinitus per sanctum Niconem illata. sed & adhuc audi quæ his haud minora subiicit:

Non minùs (inquit) pauendum est quod sequitur. Michaël ille Chærosphactes, vir scilicet illustris, nulliq; inter Lacedæmonios nostros honore, gloria, opibus secundus; ad hæc facundia, indole, forma, suauitate morum, sapientia, aliaque omni laude præstans erat, aded vt in ore omnium cum suauissimo sentu versaretur. Sed quàm difficile est humanæ naturæ hostis insidiis numquam succumbere, recteque iter vsque ad finem inoffenso pede decurrere! Deflexit vir incomparabilis, & inuidiæ face accensus, contra monasterium impudenter exarsit, leuissimo cuiusdam agri prætexu, quem lædere monasterij pecora dicebantur. Ergo collecta facinorosorum hominum manu, cum ad locum venisset, primum quidem Zosimum monachum annis grauem, qui monasterij res procurabat, nihil eius canos nec virtutem veritus, veste sua spoliatum, atque in terram prostratum, pugnis fustibusque ita vexauit, vt tantum non exanimatum reliquerit; deinde Syracusanum illum Dionysium imitari volens, in agrestes etiam operas famulosque sœuire parabat, nisi fuga salutis suæ consulissent. Tum verò monasterij res omnes My-

VII.

* septingen- tis

VIII.

SCELESTVS ANTIOCHVS A S. NICONÈ PERCVSIVS.

Prou. 3. sc. lxx.

IX.

MICHAEL SAVIENS IN MONACHOS DAT POENAS.

Xxx 4

forum

CHRISTI 969.

IOANNIS XIII. PAP. 4.

OTTONIS IMP. 8. NICEPH. PHOCÆ IMP. 7.

forum prædæ exposuit, non caulis ipsi pecorumque septis parcens, quibus etiam flamas subiecit, ne quid esset quo tegi capræ ouesque, & à furum ferarumque insidiis defendi possent. Ita demum, quasi parva victoria, ouans, in equo miser exultabat, cum subitam illaræ Sancto iniuriæ vindictam expertus est.

X. Nocte insecuta, terribili, vt in his solebat, aspectu dormienti S. Nicon se obicit, grauisimisque & acerrimis verbis increpans: Quid tibi mecum, ait, vt tantum audaciæ furorisque concipere, & contra nos Deumque ipsum insurgere non formidares? Sed diurni arrogantia huius conatus non erunt; sentiesque tandem haud optabilem exitum fore, ac docebit experientia quantum mali sit temeritas, & proiecta in Deum eiusque seruos arrogantia, atque his dictis recessit. Michaëlem verò ardentissima ilicò febris inuasit, & cum febre paralytis. Ita domum relatus, mortem expectabat. Cum iterum ipsi tamquam in mentis excessu oblati Nicon, succensebat porro, eademque cum minis exprobrabat. B Vnde ad consanguineos qui aderant, conuersus: Non videris, ait, monachum istum, qui mihi dira omnia minitatur? Tum expelli & abigi eum rogabat atque iubebat.

XI. Verum illi quia neminem videbant, amplius morabantur. Paulo post cum ad se quodammodo rediisset: ex vtriusque visi argumentis mali sui causam coniectans, stultitiam suam reprehendere, calamitatemque lamentari coepit: Heu, heu, inquit, quia mihi nunc contra quam a Iob contigit: Timor enim, quem non timebam, euenit mihi; & quod non verebar, accidit. Deinde sceleris emendationem poenitentia promittens, & quod tum cetera quæ inconsultò egerat, corrigeret; tum caularum cancellos ferreis repagulis obuallaret: morbi finem vnice deprecabatur. Ceterum eius preces à Deo exaudita non sunt. Dominus enim qui finxit sigillatim corda nostra, prauum fictumque hominis animum intuens, qualis in plerisque solet esse mortalium; qui tempore quidem afflictionis Dei recordantur, aspernantur autem cum exempti malis fuerint: irritam atque inanem abire eius orationem passus est. Quare, ingrauescente vi morbi, in luctuosis illis vocibus oppressus est; graui ferocibus superbisque documento; vt ira sua moderatè vti discant, Dei que iudicia reformident.] hucusque de his ibi. Hic verò ad impietatis auctoris exornandum tumulum, Nicephori inquam Imperatoris, paria diuinæ vindictæ exempla perperud affixa permaneant, tamquam publica documenta iræ caelestis aduersus eos, qui nec Deum timent, nec Dei seruos, neque Deo dicata loca, & quæ ad ea spectant, qua par est reuerentia prosequuntur, vt sciant se non mortalibus, sed Deo ipsi hominum vltori bellum inferre.

XII. Hoc eodem anno duorum Patriarcharum necem illatam ob Sarracenos à Nicephoro praelio victos, sic narrat his verbis Cuiusmodi: Sarraceni autem post expugnatas in D Syria & Cilicia vrbes, Archiepiscopum Ierosolymitanum Ioannem viuum combusserunt, quod videlicet eius monitis putabant fore, vt ipsos Nicephorus inuaderet. Incenderunt etiam pulcherrimum Dominicæ sepulturæ templum. Hoc idem fecerunt Antiochenes interfecto suo Archiepiscopo Christophoro.] hæc ipse, cum de Ioannis noui Imperatoris progressibus agens, subiicit inter alia de reuocatione Episcoporum ab exilio, quos Nicephorus ea de causa damnarat, quod subscribere illius decreto impio noluisent, moxque subdit:

XIII. Atque ita constitutis rebus, eadem nocte, ab omni suspitione liberatus, confert se cum paucis Imperator ad magnum templum, vt Patriarchæ manibus diadema susciperet. Quem venientem ad se ingredi non permisit Polyeuctus Patriarcha, indignum asserens, qui ad sacrum templum accederet illud, cuius manus adhuc recenti ac cognato sanguine stillarent. Cum autem Ioannes æquo animo reprehensionem tulisset, omniaque se libenter & obedienter facturum pollicitus esset: excusans & purgans se, quod non propriis manibus interfecisset Nicephorum, verum Balantes & Atzipo Theodorus Regina Theophanæ iussu: hanc Patriarcha iussit è palatio eiectam, in aliquam insulam relegari, atque in exilium mitti Nicephori interfectores, & decretum illud abscindi, quod ad confundendas res Ecclesiæ Nicephorus proposuerat. Statim igitur & illos Ioannes Imperator è ciuitate eiecit, & Theophanam in Proconnesum relegauit. Quæ postea inde clam effugiens, cum ad magnum templum confugisset, per Basilium excubiarum præfectum eiecta, in regionem Armenorum relegata est in monasterium ab Imperatore recens constructum, Damidæam nomine, cum prius illa multa probra in Imperatore recens iciecit & in Basilium, Scytham eum vocans & barbarum, cuius etiam maxillam pugno percussit.

DVORVM PATRIARCHARVM NECES.

PATRIARCHA RESISTIT IMP.

CHRISTI 969.

IOANNIS XIII. PAP. 4.

OTTONIS IMP. 8. NICEPH. PHOCÆ IMP. 7.

A percussit. Cum ipsa quoque relegata est mater eius in Montineum. Allatumque decretum confiscum est, & Ecclesiæ pristina reddita libertas.

His igitur ita gestis, cum pollicitus esset Ioannes, ad placandum Deum ob admissum facinus pauperibus facultates, quas priuatus possidebat, distributurum, Polyeuctus ei concedit ingressum, & die festo, quo Christi Domini nostri Natalis celebratur, ipsum Imperij diademate coronat.] hucusque Cuiusmodi de his quæ præcesserunt coronationem Ioannis Imperatoris, quam non nisi præua poenitentia & obedientia à Patriarcha potuit impetrasse.

Iam verò ad ea quæ hoc anno Romæ contigisse Sigebertus narrat, conuertamus orationem: Quidam (inquit) Comes Ottonis Imperatoris, eius familiaris, Romæ ante oculos omnium à diabolo arreptus, ita vt seipsum dentibus discerperet: iussu Imperatoris ad Ioannem Papam adductus, vt catena sancti Petri collo eius circumdaretur. Dum à fallacibus clericis semel & bis sed alia catena furenti adhiberetur, nec quidquam remedij proueniret, vbi nihil virtutis inerat: tandem vera sancti Petri catena allata, & collo furentis circumdata, diabolus spumans & multum clamans abscissit. Qua catena Theodoricus Merensis Episcopus arrepta, cum diceret, se eam, nisi manu eius abscissa, non dimissurum: tandem Imperator, sedato litigio, à Papa Ioanne obtinuit, vt anulum huius catenæ exectum Episcopus mereretur.] & inferius eodem anno idem de eodem Merensii Episcopo subiicit ista:

Theodoricus Merensium Episcopus, Imperatori sanguine, dilectione ac familiaritate ceteris deuinctior, dum in Italica expeditione per triennium sub eo militaret, multa capita & pignora Sanctorum de diuersis Italiæ locis, quocumque modo potuit, collegit. C Primum è Martia S. Elpidium confessorem, cuius socium Eutychem Episcopum ipse Imperator iam sustulerat. Ab Amiternis Eutychem martyrem cum reliquijs Maronis & Victorini sociorum eius, à Fulgineo Felicianum Episcopum & martyrem, à Perusio Asclepiodotum martyrem, à Spoletio Serenam martyrem cum Gregorio Spoletano martyre, à Carduno pignora Vincentij martyris & Leuitæ, ab Hispania olim à duobus monachis Capuam, à Capua verò illuc deportata, à Meuaui alterum Vincentium Episcopum & martyrem, à Vincentia Leontium Episcopum & martyrem, à Florentia Miniatem martyrem, ab vrbe Tudertina Fortunatum Episcopum & Confessorem, à Corfinio Luciam Syracusanam virginem & martyrem, à Foroaldo Duce Spoletanorum olim à Syracusis illuc translata. A Sabinis partes corporum Proti & Hyacinthi martyrum. hæc omnia cum parte catenæ sancti Petri Apostoli, cum capillis eiusdem, & sanguine sancti Stephani protomartyris, & parte craticulæ sancti Laurentij martyris à Papa Ioanne sibi donata cum alijs multis Sanctorum pignoribus præsul Theodoricus in Galliam hoc anno transtulit, & in Ecclesia sancti Vincentij martyris à se in insula vrbis constructa locauit.] hæc Sigebertus. Porro cum audis translata corpora, ita accipias, vt partem ex illis acceperint, non ipsa integra. vt in dictis locis quæ adhuc visuntur atque coluntur, dictorum Martyrum reliquias, fidem faciunt haud dubiam.

XVI. DE SANCTORVM RELIQUIIS A THEODORICO METENSII EPISCOPO TRANSLATIS. * * * * *

IESV CHRISTI IOANNIS XIII. PAP. OTTONIS IMP. 9. ANNVS 970. ANNVS 5. IOAN. ZEMISC. IMP. 1.

E SEQUITVR annus Redemptoris nongentesimus septuagesimus, Indictione decimatercia, quo Polyeuctus Constantinopolitanus Episcopus, cum sedisset annos quattuordecim, ex hac vita migravit post dies triginta quinque ex quo Ioannem Imperatorem coronauerat, in cuius locum Basilus monachus Scamandrenus boni nominis vir subrogatus est. ita Cuiusmodi & alij. Cedrenus addit, eundem Imperatorem Antiochenæ Ecclesiæ diu viduatæ pastore præficiendum curasse Theodorum, de quo ista:

Cum autem Antiochia ad Orontem fluuium sita aliquamdiu summo pontifice caruisset, ad id munus prouehit Imp. Theodorum quemdam monachum omnibus florentem bonis, qui ei etiam prædixerat Imperio potiturum, Deo ipsum ad hoc culmen elaturo: hortatusque fuerat, ne præcipitanter ageret, alioqui si monitus suos sperneret, fug ipsius vitæ se insidiatum fuisse intellecturum. Contenderat etiam ab eo, vt Manichæos per totum Orientem serpentes, & contagione suæ imposturæ religionis omnia corrumpentes,

XIV. IOAN. IMP. PER POENITENTIAM OBTINET CORONAM.

XV.

MIRACVLVM DE CATENA S. PETRI.

XVI. DE SANCTORVM RELIQUIIS A THEODORICO METENSII EPISCOPO TRANSLATIS.

* * * * *

I. MORTVO POLYEUCTO SVBROGATVR BASILVS.

II.

penes, in Occidentem, in desertam aliquam solitudinem deportaret.] Horum Scripto- rum quoque testificatione traditur, Ioannem Imperatorem Sarracenos suis omnibus vn- dique comparatis viribus obsidentes Antiochiam profligasse, & Roxolanos seu Russios aliorum barbarorum copiis annitentes, exercituq; trecentorum & octo millium militum pollentes pariter superasse. hæc de rebus Orientis, videamus res Occidentalis Ecclesiæ.

III.

Mar. Vuest- monast. Flor. hist. hoc anno b Apud Sur. die 15 Oct. tom. 5. CONCILIUM GENERALE IN ANGLIA.

Celebratur a hoc item anno à sancto Dunstano Cantuariensi Archiepiscopo auctoritate Ioannis Romani Pontificis generale Concilium aduersus incontinentiam clericorù, de quo ista in Actis S. Osuualdi Episcopi Vuigorniensis habentur : b Per idem tempus auctoritate Ioannis Papæ Dunstanus Archiepiscopus coacto generali Concilio statuit, & decreto firmavit, vt Canonici omnes, presbyteri, diaconi, subdiaconi aut castè viuerent, aut Ecclesiis quas tenebant, dimitterent. Habebat autem Regem Edgarum hac in re si- delem adiutorem & egregium defensorem.

IV.

Porro huius decreti executio demandata est Osuualdo Vuigornienti, & Etheluuoldo Vuintonienti Episcopis : itaque beatus Osuualdus in sua diocesi septem monasteria, eie- ctis clericis insolenter viuentibus, construxit, Abbatesq; eis præfecit. In iis Abbas Perfo- rensis Fulbertus benè moratus & religionis monasticæ feruens zelator, sed tamen in sub- ditos sæuiens nimium, quod in eo valdè reprehendebatur, cum esset ad extrema perdu- ctus, & post obitum in feretro repositus, redeunte spiritu erexit se, cunctis trementibus, aitq; se à beato Benedicto ad conspectum Dei perductum fuisse, Deumq; ipsi peccata sua ob merita dilecti sui Osuualdi remisisse, eiusq; sanctitatis declarandæ causa, se re- uixisse. His dictis conticuit, & percepto Dominici corporis viatico, dimidium superuixit diem, rursusq; defunctus est.

V.

In aliis etiam Angliæ locis insignes Ecclesiis beatus Osuualdus ob eandem causam C eiectis clericis, monasticæ institutionis viris tradidit, puta Ecclesiam sancti Albani, san- ctæ Ethelredæ virginis in Eli, & eam quæ apud Beamstedam honorabilis habebatur. In Ecclesia sancti Albani Elfricum Abbatem Brithnotum, in Beamstedensi Gormannum. Quæ verò monasteria constituit, ea inuisere solebat, & tum sermone, tum opere, ea quæ ad animarum salutem pertinerent, illis paterno affectu ministrare. Porro in mona- stero Ramefcæ Abbo Floriacensem monachum degere voluit, morum sanctitate præ- clarum, & litteris egregiè eruditum, vt monachos doceret, scholis præfesset, & tum regu- larem siue monasticam disciplinam, tum litterarum scientiam promoueret. Is Abbo Dunstani hortatu beati Edmundi Regis & martyris passionem accuratè conscripsit. Tan- dem Floriacum reuersus, & Abbas effectus, à suis monachis occisus est.] hæc in Actis sancti Osuualdi habentur.

ABBO FLO- RIACENSIS ABBAS MARTYR.

VI.

DECRETO IOAN. PAP. CORRIGVN- TYR CLERI- CI INCON- TINENTES. c Apud Sur. die 19. Maij, tom. 3. c. 38. * al. Multu- mie

Porro ista de clericorum incontinentium ex licentia Ioannis Romani Pontificis expul- sione pluribus persecutus est Osbertus monachus qui hoc tempore viuerebat, in rebus gestis sancti Dunstani à se conscriptis. Sed primùm de correctione incontinentiæ Regis Edgari ista his præmittit verbis : c Quadam enim vice Rex in monasterium virginum quod * Vuiltronæ situm est, venit. Ibiq; captus specie cuiusdam puellæ, quæ de nobili- bus Anglorum nata, inter non velatas nutriebatur & custodiebatur. Eam in suum col- loquium adduci secretiùs iussit. Illa cum duceretur, timens pudori suo, raptum ab vna sanctimonialium capiti suo velum imposuit, eo modo se protegi sperans, si fortè Rex quid inhonesti à se exigere vellet. Quam ipse velatam intuens, Quàm subito, inquit, san- ctimonialis effecta es? arreptumq; velum detraxit capiti eius, illa conatu quo poterat, fru- strà obnitente. Abusus siquidem ipsa est, & graui scandalo quoque per Angliam religiosi E ex hoc mente vulnerati sunt, quod scandalum eò vehementiùs fuit, quod Rex idem lè- gitimam vxorem habebat, Elstedam videlicet cognomine Candidam Ordineri præpo- tentis Orientalium Anglorum Ducis filiam, de qua & S. Eduardum genuerat.

VII.

Vbi verò res Dunstano innotuit, acerbo mærore percussus est. Igitur cum in re non segnis ad Regem veniret, & ille venienti, pro more, occurreret, eumq; per manum ad folium suum perducere vellet: manum Dunstanus turbato vultu retraxit, nec eam ab ho- mine contingi passus est. Ad quod ille attonitus (non enim illum scire putabat, quod clan- culum à se factum existimabat) cur manum sibi non dimitteret, inquisiuit. Ait: Tu, post- posito omni pudore, adulterium commisisti: tu despecto Deo, & signum castitatis non veritus, virgini suam integritatem præripuisti: & cur manum summo Patri Virginis fi- lium immolantem impuris manibus non tradam, quæris? Laua priùs per pœnitentiam manus

A manus tuas à sordibus suis, & tunc demum, quòd gratiæ Dei reconcilieris, honora & am- plectere manum pontificis. Territus ille ad hæc, terræ procumbit, pedes Antistitis petit, se peccasse, gemitu verba interrompente contestatus. Quod Dunstanus videns, tantum in Rege humilitatis exemplum vehementer complectitur. Velociùs ergo illum erexit, & pacato vultu cum eo familiariter quæ salutem animæ eius operarentur, loquens, septen- nem ei pœnitentiam iniunxit. At ille pontificali absolutione potitus, omni studio iniun- ctæ sibi pœnitentiæ operam dare, & multa quibus Deum placaret, pietatis opera ipsi pœ- nitentiæ, instinctu & consilio Patris sui, sollicitus cœpit superaddere.

REX POENI- TENS SVSCI- PITVR A S. DVNSTA- NO.

Ipse præterea omni ordini hominum in suo Regno consentientium legibus sibi in Christiana religione sancitis vt præcipiebat, ipse secus agentes, indicta vindicta, cor- ripiebat: ipse in prauitate persistentes condigno examine puniebat. exempli causa. Or- do clericalis plurimùm ea tempestate erat corruptus, & Canonici cum presbyteris ple- bium voluptatibus carnis plus æquo inferuebant. Quod malum Dunstanus corrige- re cupiens, auctoritate Ioannis Apostolicæ Sedis Antistitis apud Regem obrinuit, qua- tenus Canonici qui castè viuere nollent, Ecclesiis quas tenebant, depellerentur, & monachi loco eorum intromitterentur.] Ad hæc exequenda in Concilio statuta de- lectos fuisse duos sanctissimos Episcopos, Osuualdum & Etheluuoldum, iam dictum est, & quid alter eorum egerit Osuualdus pariter patefactum, modò reliquum est, vt quæ memoria digna gesta fuerint ab Etheluuoldo, ex eodem auctore Osberto hic de- scribamus, pergite enim:

VIII.

CORRECTIO INCONTI- NENTIVM CLERICO- RVM.

Præsidebat ea tempestate Vuentanæ Ecclesiæ Etheluuoldus vir eximie sanctitatis & educatione patris Dunstani non parum insignis. Hic cognita de Canonicis Ecclesiæ suæ, C quòd nimium sæculares existerent, voluntate Dunstani monuit eos semel & sapiùs, mores & actus mutare, correctionis vitæ semitas, relictis feminis, arripere. At in præsen- tiarum quidem id sibi possibile esse negantes, voce coruina semper in crastinum corre- ctionem sui pollicebantur. Quod ipse gnarus, non diu sustinuit. Paratis namque quam- plurimis monachorum cucullis, die quo Communio, Seruite Domino in timore, can- tabatur, Chorum intrauit, vestes, quas parauerat, secum deferri faciens. Et proiectis il- lis in medium, Canonicis ait:

IX.

S. ETHEL- VVOLDVS CORRECTOR INCONTI- NENTIVM CLERICO- RVM.

Animaduertistis quid modò cantaueritis? Animaduertimus, inquit. Igitur, in- quit, Si a seruire Domino in timore, & ei vultis exultare cum tremore: apprehendi- te disciplinam, vestem scilicet monachalem, ne pereatis (sicut cantastis) de via iusta. Ad quod illi obstupescati, more solito inducias petunt: id se facturos in futuro, promit- tunt. Tunc ille, Mihi credite, amplius non credam huic vestræ responsioni coruinæ. Sed aut disciplinam in præsentem apprehenditis, aut loci istius beneficiis & conuersationi hinc eliminari, iamiam cedetis. Itaque nonnulli ex illis statim, abiecto clericali habitu, monachi facti sunt, ceteris verbo pontificis de Ecclesia eliminatis. Ceterum quia isti qui nouiter fuere conuersi, regularis disciplinæ normam sine aliorum magisterio doctè seruare nequibant: monachi de Abendonia illuc ab eodem pontifice adducti sunt, qui monasticæ institutionis tramitem ibi docerent.] quæ autem post hæc secuta sint de duobus Conciliis eadem de causa celebratis, Vuintoniense & Calense, inferiùs suis lo- cis opportunè dicetur.

X.

a Psal. 2.

CLERICI IN MONACHOS CONVERSI.

Ad idem Concilium generale (ita ab eis nominatum, quòd omnes Angliæ Episco- pi in idem conuenissent) spectat, quod de publica Comitum incestuosi pœnitentia ibi facta idem Osbertus scribit his verbis : b Comes quidam præpotens cognatam suam il- licitò sibi matrimonio copulauerat, & à Dunstano semel, secundò & tertio redargutus, incestum suum diuortio expiare volebat. Quapropter gladio Spiritus sancti à viro Dei percussus, à liminibus est sanctæ Ecclesiæ separatus. Qui typho tactus superbix, Regem adit, Dunstanum impiæ & immoderate seueritatis accusat, regia sanctione se ab eius tyrannide liberum constitui, querula voce precatur & obsecrat. Cuius verbis Rex ac- quiescens, Dunstano mandat, vt hominem cum ea quam duxerat, in pace manere si- nat, & à quibus ipsum suspenderat, liminibus sacris restituat. Miratur ille ad audita, & dolet religiosum regem per mendacem hominis linguam, ante rei inquisitionem & exa- minationem esse seductum. Ponit tamen hominem ad rationem, & tam pro commisso crimine, quàm & propter iniustam sui criminationem apud Principem terræ factam paulò duriùs increpat, cupiens eo modo ad pœnitentiam & correctionem cor illius emol-

XI.

b Osbert. in Dunst. c. 31. apud Surium die 19. Maij, tom. 3.

emollire. At vbi vidit ipsum non solum verbis suis non consentire, sed insuper contumaci spiritu contra se furere, minarique: supra id quod ab ingressu domus Dei suspenderit, vt dixi, omnem ei communionem Fidelium, donec a sua prauitate discederet, interdixit. Tunc ille seipso deterior effectus, immani est furore correptus, & nihil eorum quæ possidebat, alicuius esse momenti reputans, ad hoc solum se totum studebat impendere, vt Dunstano excitaret scandalum, & Christianæ legis iugum, quo à sua libidine coërcebatur, sibi faceret alienum. Legatos itaque suos Romam destinat, & talibus asfucta quorundam Romanorum corda & ora in suam causam largo munere largiori sponfione permutat. Quid inde: Præsul Apostolicæ Sedis Dunstano, peccatori homini condescendere, verbis ac litteris mandat, & eum Ecclesiæ gremio integrè conciliare monet, hortatur, imperat.] Sed si pœnitens peccatum relinqueret, voluit mandatum intelligi: nec enim aliter potuit intellexisse. pergit enim:

XII. COMES INCESTVOSVS IN CONCILIO PVBLICE POENITET.

Ad quæ Dunstanus ita respondet: Equidem cum illum, de quo agitur, sui delicti pœnitudinem gerere videro, pœceptis domini Papæ libens parebo. Sed vt ipse in peccato suo iaceat, & immunis ab Ecclesiastica disciplina nobis insultet, & exinde gaudeat: nolit Deus. Auertat etiam Deus à me, vt ego causa alicuius mortalis hominis, vel pro redemptione capitis mei, postponam legem, quam seruandam statuit in sua Ecclesia idem Dominus meus IESVS Christus Filius Dei. Hæc ille relata sibi audiens, & Dunstanum ex his quæ certò diceret, inflexibilem esse, certissimè sciens, & excommunicationis suæ pœna, cum pudore hominum constrictus, tum timore periculorum, quæ talibus nonnumquam accidere solent, perterritus, obstinationem suæ mentis deposuit, & abdicato illicito coniugio, pœnitentiæ sibi cultum imposuit. Dunstano itaque generale totius Regni Concilium de obseruantia Christianitatis celebrante, ipse suimet oblitus, nudis pedibus, laneis indumentis corpus amictus, virgas manu ferens, Concilio sese medium ingessit, & ante pedes Dunstani gemebundus & eiulans corruit. Quo viso, moti sunt omnes qui aderant, ad pietatem; & ipse Pater omnium, maiori præ ceteris pietate motus est. In vultu tamen seruato disciplinæ rigore, vtpote hominem Deo conciliare desiderans, lacrymas eius ad horam seuerus sustinuit; ac demum à toto Concilio postulatus, lacrymans & ipse culpam indulsit. Ita ab excommunicationis vinculo absolutum, communioni Fidelium, gaudentibus cunctis, eum restituit.] hucusque de his quæ ad dictum generale in Anglia celebratum Concilium spectant.

IESV CHRISTI IOANNIS XIII. PAP. OTTONIS IMP. 10. ANNVS ANNVS IOAN. ZEMISC. IMP. 2. 971. 6.

CONCIL. ROMANVM GENERALE.

Yuil. de Gestis Reg. Ang. lib. 2. cap. 8.

I. ANNVS Redemptoris nongentesimus septuagesimus primus, Indictione decima-quarta sequitur, quo habita est Romæ à Ioanne Pontifice Synodus generalis, ad quam inter alia missa est legatio ab Edgardo Anglorum Rege, & à sancto Dunstano Archiepiscopo Dorouernensi siue Cantuariensi, (vtrouque enim nomine eadem sedes est nominata) vt ab eodem Ioanne Pontifice confirmarentur priuilegia concessa ab eodem Rege monasterio sanctæ Mariæ Glastringebiri. de quo ista in Vuilelmo Malmesburiensi: Recogitans verò Rex Edgarus, quàm multa temeritas humanæ leuitatis quibusque solet subrepere; verensque ne fortè quis in posterum vel hæc priuilegia loco illi auferre, vel monachos inde moliretur eicere: in clyto domino Ioanni Papæ, qui Octauiano in regiminis honore successerat, direxit idem chirographum regis liberalitatis, orans vt & ipse hoc roboraret scripto Apostolicæ auctoritatis. Qui benignè directam suscipiens legationem, concordii assensu Romani Concilij sancita ab eis firmavit, scribendo Apostolicæ auctoritatis præceptionem, terribiliter intorquens in violatores, si qui fortè emerferint, perpetui anathematis ultionem. Igitur domini prædicti Apostolici eidem loco directum testamentum venustæ recordationis Rex Edgarus super aram beatissimæ Dei Genitricis Mariæ ibidem ad perpetuale posuit monumentum, iubens diligenter asseruari in posterum ad notitiam quorumcumque sequentium. Ea etiam vtraque, ne videamur talia commentari, his gratum habuimus subdere aduersus eos, qui non vt pastores per ostium intrare, sed vt fures & latrones in idem ouile sanctæ Mariæ

A Mariæ aliunde quærunt irumpere.] diploma Ioannis Papæ sic se habet: Nouerit cunctorum notitia Fidelium, quod ego Ioannes * XI L. Conditoris clemencia sanctæ Romanæ Sedis existens indignus Papa, gloriosi Anglorum Regis Edgari, necnon & sanctæ Dorouernensis Ecclesiæ Archipræsulis Dunstani summissio pulsatus rogatu pro monasterio sanctæ Mariæ videlicet Glastringebiri, quod ipsi acti amore supremi Regis in multis & magnis possessionibus ditauerant, monachorum inibi multiplicantes normam, præceptoq; regali firmauerant, quod & ipse facere non differam. Quorum assentiens benignæ petitioni, in sinu Romanæ Ecclesiæ & beatorum Apostolorum protectione eundem locum suscipio, & priuilegiis astruo & corroboro: quò finetenus in eo quocumq; pollet, permaneat monachali ordine; ipsi quoque monachi de suis sibi adhibeant pastorem. Ordinatio verò tam monachorum quàm clericorù in arbitrio Abbatis & Conuentus sit. Decernimus etiam, vt nulli omnino hominum eamdem insulam causa placitandi, vel aliquid aliud perferendi, aut corrigendi intrare liceat. Si quis autem id molitus fuerit contraire, aut possessiones eiusdem Ecclesiæ auferre, retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare: ex auctoritate Dei Patris & Filij & Spiritus sancti, sanctæq; Dei Genitricis Mariæ, ac sanctorum Apostolorum Petri & Pauli omniumq; Sanctorum, perpetuæ sit addictus maledictioni, nisi resipuerit. Omnibus verò eidem loco iusta seruantibus sit pax Domini nostri IESVS Christi. Amen. nostraq; stipulatio incouulsa permaneat. Actum tempore * Aelfardi eiusdem monasterij Abbatis. prædicti Regis Edgari duodecimo anno, qui est Dominicæ Incarnationis * DCCCCLXV. quo præfatus Papa Romæ in generali Synodo auctorizauit, cunctorumq; potioris dignitatis, qui præfuerunt eidem Concilio generali, ea corroborare imperauit.] subiicit verò his ista idem auctor:

C Perpendant ergo contemptores tantæ comminationis, quante subiaceant sententiæ excommunicationis. Equidem B. Petro Apostolo principi Apostolorum Christus ligandi soluendiq; præfulatum, clauisque simul tradidit Regni cælorum. Cuique autem Fideli constat perspicuum atque euident, quod huius Apostoli Vicarius, potestatisq; potissimum sit heres, Romanæ Ecclesiæ præsidens. Huic sanctæ memoriæ Ioannes laudabiliter præfuit suo tempore, vt hodie quoque viget gloriosa recordatione, promotus ad id Dei totiusq; populi electione. Si ergo decretum B. Petri Apostoli ratum: consequenter & Ioannis Apostolici ratum. Sed nemo vel de mens ratum esse Petri * Apostolici decretum denegar: nemo igitur sanæ mentis dissimile fore Ioannis Apostolici decretum repugnat. Aut igitur isti concedentes B. Petro, suisq; successoribus collatam à Christo potestatem, transgredi cessabunt tanti interdicti auctoritatem, aut floccipientes, cum diabolo suisq; complicitibus præscriptæ maledictionis sibi acquirant perpetuitatem, &c.] ista Vuilelmus scribebat anno millefimo centesimo quadragesimo, inter scriptores rerum Anglicanarum post Bedam præcipuus.

Eodem anno Imperator Otto firmato fœdere cum Ioanne Græcorum Imperatore, & Pandulfo Beneuentano Principe restituto, qui captiuus à Nicephoro detinebatur, recessurus ab Italia, vnà cum coniuge Rauennam peruenit, vbi eum S. Vdalricus Augustanus Episcopus, cum visitasset Limina Apostolorum, ab Vrbe rediens, conuenit. quid autem cum Imperatore transegerit de Adalberone suo nepote, auctor, qui primus res ab eo gestas est prosecutus, enarrat, ac primum de eius in Urbem aduentu: Animo (inquit) decreuit, quamuis vires corporis de die in diem decrescere sentiret, vt Limina Apostolorum Petri & Pauli deuota intentione laborasset visitare.] iam bis antè magno ardore fidei visitauerat, & modò senectute confectus antequam moreretur rursùm visitare magno licet labore conatus. pergit enim:

Cumque aliquantulum itineris peregisset in carpento, & ad difficilioreas vias perueniret, non potuit vltra iter peragere, antequam in lecto collocatus equis superpositus pergere cœpit, sicque pergendo, quamuis comitibus eius vbique periculosum videretur, Deo iuuante, & S. Petro Apostolo, sine periculo peruenit ad Romam, vtorumque ibi antè dispositorum & promissionibus deuotissime expletis, & gratissimorum emolumentorum & indulgentiarum donis acceptis, permissoque salubri à S. Petro & Vicario eius Pontifice, ceterisque Deo ibi & S. Petro militantibus honorabiliter accepto, felicem reditum iniiit, & Rauennam visitare disposuit.

Illucque cum appropinquaret, Imperatorem gloriosum Ottonem cum Imperatrice Adelaida ibi manere comperit, & antè se misso nuntio, aduentum eius illi indicauit. Annal. Eccl. Tom. 10. Yyy Et

II. XIII.

* al. Elmu-fardi * DCCCCLXXI.

III.

EADEM POTESTAS VCESSORVM PETRI, QUAE PVIT PETRI

* al. Aposto- li

IV. Chron. Beneuent. Long.

Vita Vdalrici c. 21. 22.

V. S. VDALRICVS ROMANVS TERTIO VENIT, ET RA- VENNÆ OTTONEM ADIT.

VI.

PIVOTTO- NIS OBSE- QVIVM ER- GA S. VDAL- RICVM.

Et ille statim nuntium sequendo, ad ostium cubiculi Imperatoris peruenit. Imperator A verò cum eum in tanta vicinitate manere agnouisset, vno pede calceato, & alio adhuc incalceato, causa humilitatis & flagrantia diuini amoris eum ad suscipiendum amabiliter festinauit. Cumque in cubiculo accersita Imperatrice, suauis colloquio fruerentur, & alternis locutionibus diuersarum rerum prouentus terminarent, vir sanctus Imperatorem cum auxilio Imperatricis flagitare cepit, vt filio sororis suae Adalberoni procurationem sui Episcopatus, regimenque super familiam & omnia negotia secularia ad eum pertinentia, fideliter firmiterque commendaret, & vt à celsitudine eius Imperialis potentiae promissum consolationis accipere mereretur, vt post eius discessum cathedram Episcopalis potestatis ei donaret, vt sibi maioris otij ad studium orationis & Ecclesiastici regiminis & Christianitatis stabilitatem facultas concederetur. Cuius petitioni gloriosus & beneuolus Imperator assensum praebens, secularium negotiorum commercia Adalberoni commendauit, & Episcopalis honorem cathedrae, post vitam Episcopi, si Deus vellet, ei donare permisit, & insuper multis libris auri Episcopum donatum, amabiliter abire permisit, & eius mansiones cum alio seruitio necessario cum suis fidelibus vsque ad finem illius prouinciae cautè disposuit.

VII. Episcopus autem & praefatus Adalbero cum laetabundi ad Augustam reuerterentur ciuitatem, honorificè sicut decuit suscepti sunt; & omnes qui ibi inuenti sunt, comperta eorum prospera reuersione & honorificatione ab Imperatore eis facta, valde laetificati sunt. Tunc verò praefatus Adalbero, congregatis militibus Episcopi, desiderauit, vt ei sacramenta fidelitatis iurarent. Quod & fecerunt in praesentia Episcopi, similiter & familia per totum Episcopatum fecit. Episcopus autem indumento more monachorum formato induebatur, quorum antea regulam multimodis virtutibus sequi consueuerat. Cumque hac ita agerentur, propter quorundam clericorum aemulationem, qui se aestimabant post obitum sancti Episcopi, Imperiali celsitudine concedente, Episcopatum posse acquirere, ferulam Episcopalem publicè portare praesumpsit.]

ADALBERO SUCCESSOR DECLARATVS.

VIII. Haec autem Vdalrici viri sanctissimi erga suum nepotem in successorem promouendi fuere studia, quae nec Deo placuisse, nec Ecclesiae, declarauerunt euenta. Sed ipse & in seipso iam proximè moriturus factum est detestatus, cum ad supremum Iudicium raptus per visum, accepit ea se de causa poenis mancipandum purgatorijs. idem enim auctor ita rem gestam aenarrat: Altera verò vice, quadam die, quasi de quodam graui somno expergefactus, ei assidentibus, & haec audientibus ait: Heu, heu, quod illum nepotem meum Adalberonem vniquam vidi, quia pro eo quod ei secundum suum desiderium consentiebam, nolunt me impunitum in suum recipere consortium. & his dictis statim tacuit. D virtus verò corporis de die in diem decrefcens, &c.] Planè vnus dumtaxat IESV Christi filij Dei fuisse in diuinis Scripturis legitur gloriatio: Venit b Princeps mundi huius & in me non habet quidquam.] reliquorum nemo omnino (eiusdem IESV Christi Dei Genitricis Mariae excepta.) Est ipsorum quoque Apostolorum vera confessio: c Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est.] & illud: Nemo est homo, quamuis sanctissimus, d qui non peccet, licet aduersus peccata bellum iurauerit sempiternum, ea detestans, damnans, cauens, fugiens, abominans, insectans, ac puniens.

a Vita Vdalrici c. 26.

b Ioan. 14. s. Vdalrici actio de subrogando nepote improbat. c 1. 10. m. 1. d 3. Reg. 8.

IX. Fallax diabolus, antiquus hostis, decipiendi arte versutus, quos aperto Marte frustra se aggredi posse cognoscit: de longè, specie ostensa recti, fallere Sanctos non frustra laborat. Ecce tibi sanctissimus Vdalricus (ne à longè exempla petamus) annos natus octoginta & vnum, & proximè moriturus, ablegare cupiens secularia (vt audisti) à se negotia, quibus semper carere debere rebus diuinis mancipatum, monet Apostolus, dicens: e Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus:] tantumque sibi & Ecclesiae vacaturus, quaerens cui illa refundat, nepos in mentem venit: nec putat absque instinctu diuino factum, quod post laboriosam illam peregrinationem, assiduis precibus ad Confessiones Apostolorum Romae faciendū petiisset. His accedebant nepotis ipsius virtutes, quibus ipse suum alumnum imbuerat. De eo namque idem auctor haec testatur, fuisse f doctum, in seruitio Dei studiosum, in bonis operibus strenuum, in dicendo eloquentem, in donando largum, compatientem aliorum molestiis, ad miseros subleuandos festinum, atque multis virtutibus cumulatum. An non tot tantisque pollens virtutibus, etiam si fuisset extraneus, erat ab eo successor optandus, & dum viueret cooprandus? eoque magis, quod cum Reges manus inie-

f Id. eadem vit. c. 24. in fine.

A iniecissent in Episcopatus, saepe contingeret è militia seculari, militantes inquam in palatina militia sese obtredientes, in Episcopos eligi. At laudauerit ista homo, atque iuste probarit: à Deo autem improbata, immò & punita admodum seuerè fuisse scimus, in primis Adalberone (vt dicemus anno sequenti) morte repentina ex hac vita subducto, ipso verò Episcopo, non nisi expiato peccato, digno Sanctorum consortio iudicato.

At vbi culpa, dices, quam necesse est praecedere poenam? Nouit eam ipse, cum ante diuinum illud terrificumque tribunal vocatus, audiuit eam, quam & ipse in se reuerfus astantibus patefecit, dicens: Quia secundum desiderium suum consentiebam ei, nolunt me impunitum in suum recipere consortium.] quibus indicatum est, non spiritus, sed fuisse carnis illum impulsus, vt nepotem deligeret successorem, illo suadente, obnixèque petente, & à viro sanctissimo tandem assiduis precibus extorqueente, quem vel ex hoc aestimare debuisset indignum, dum illud peteret, quod refugit omnis dignus. Potentissimum diaboli telum est amor affinium, quo etiam Sanctos appetit, quod secundum a Apostolum nemo carnem suam odio habet, sed nutrit & fouet eam. Porro eam pie odisse debere, monuit b Dominus Fideles suos, seque ad bellum gerendum aduersus eos gladium c ministrasse aequè testatus est: adeò vt euadat nemo, nisi qui eos non sibi propinquos, sed esse inimicos intelligat, & in eos, vt in hostes arma spiritualia comparat, quibus non obsit, sed prosit, eoque remedio se suosque lucretur, perdat verò se cum suis, quibus indulgeat.

Hoc eodem anno Otto Imperator Magdeburgensem ciuitatem condidit, eidemque primum Episcopum auctoritate Ioannis Pontificis sanctum Adelbertum dedit, de quo ista Adam vetus Chronographus habet: d Ipso tempore magnus Otto, subiugatis, Christianaeque Fidei copularis Slauium gentibus, inlytam urbem Medenburg super ripam Albiae fluminis condidit, quam Slaui Metropolim statuens, Adelbertum summæ sanctitatis virum ibidem consecrari fecit Archiepiscopum. Is primus in Magdeburg ordinatus, duodecim annis strenuè pontificatum administravit, multosque Slauium populos praedicando conuertit. Cuius ordinatio facta est anno Imperatoris & Archiepiscopi trigésimo quinto, & sunt anni post ordinationem S. Ansgarij centum triginta septem. Magdeburgensi Archiepiscopatu subiecta est tota Slaunia vsque ad Penem fluiuium: Episcopatus suffraganei quinque, quorum Meriburg Tysca super Salam flumen condita, Misna super Albiam, Brandenburg & Heuelberg interiùs vadunt. Sextus Episcopatus Slauniae est Aldinburg. Eum, quod vicinior est nobis, Imperator Hamaburgensi Archiepiscopatu subiecit: ibique Archiepiscopus noster primum ordinauit Episcopum Curacum vel Eduardum, quem Latini dicunt Euagrium.] & inferius de ipsa Slaunia hic idem auctor: Slaunia igitur amplissima Germaniae prouincia à Vinulis incolitur, qui olim dicti sunt Vandali: decies maior esse quam nostra Saxonia fertur, praesertim si Bohemiam & eos qui trans Odderam sunt Polonos, quia nec habitu nec lingua discrepant, in partem adieceris Slauniae. Haec autem regio cum sit armis, visis, & frugibus opulentissima, firmis vndique saltuum & fluminum terminis clauditur. Eius latitudo est à Meridie in Boream, hoc est, ab Albia fluuiio vsque ad mare Scythicum; longitudo autem illa videtur, quae initium habet à nostra Hamaburgensi parochia, & porrigitur in Orientem, infinitis aucta spatiis vsque ad Benguariam, Vngriam & Graeciam. Populi Slauium multi, quorum primi sunt ab Occidente confines Transalbanis, Vagri, eorum ciuitas Aldenburg maritima, deinde sequuntur Obotriti, qui numero Keregi vocantur, & ciuitas eas eorum Magnopolis.

x.

s. Vdalrici in quo deliquerit.

a Ephef. 5.

b Luc. 14.

c Matth. 16.

x i.

d Adam li. 2. c. 7. s. 10. l. l. civitas et ecclesia Magdeburgensis e-

SLAUIORVM PROVINCIA. * nomine

x ii.

Item versus nos Polabingi, quorum ciuitas Raziburg: ultra illos sunt Lingones, & Varnahi. Mox habitant Chyzini & Circipani, quos à Tolosantibus & Rhetaris separant fluuius Panis & ciuitas Dymin, ibi est terminus Hamaburgensis parochiae. Sunt & alij Slauium populi, qui inter Albiam & Odderam degunt, sicut Helueldi, qui iuxta Haloam siue Hailam fluuium, & Doxani, Leubuzi, Vilini & Stoderani cum multis aliis. Inter quos medij & potentissimi omnium sunt Rhetarij. ciuitas eorum vulgarissima Rethre, sedes Idololatriae. Templum ibi magnum constructum est daemionibus, quorum Princeps Redigast, simulacrum eius auro, lectus ostro paratus (ciuitas ipsa nouem partes habet, vndique lacu profundo inclusa) pons ligneus transitum praebet, per quem tantum sacrificantibus, aut responfa petentibus via conceditur, haec eo significante causam, quod perditas animas eorum qui idolis seruiunt, congruè nouies Styx interfusa coërcet.

CHRISTI 971.

IOANNIS XIII. PAP. 6.

OTTONIS IMP. IO. IOAN. ZEMISC. IMP. 2.

ad templum ferunt à ciuitate Hamburg iter esse quatuor dierum.] pergit de ciuitate Iumne admiranda scribere, ac demum ista periodo claudit orationem: Hæc de Slaus & patria eorum, quoniam virtute Magni Ottonis ad Christianitatem eo tempore omnes conuersi sunt, dicta sufficiant.]

XIII. ^aCrant. in Saon. lib. 3. cap. 24. ^bDim. Chr. lib. 2.

ADELBERTI PRESBODEM TEMPORE IN GERMANIA CLARI.

XIV. ^aEDENTE PETRO ARCHIEP. RAVENNATE SVCCEDIT HONESTVS.

XV. ^aIOAN. IMP. EXPEDITIO IN BARBAROS ET VICTORIAE.

XVI. ^aAVXILIO THEODORI MARTYRIS VINCITVR HOSTES.

Porrò vt Magdeburgum redeamus totius prouinciæ Metropolitim, Otto Imperator in ea inter alia præclara monumenta ^afundauit monasterium sub Regula sancti Benedicti in honorem Petri & Pauli & Innocentij martyris, cuius ibi reliquias collocauit, beati autem Mauritij patrocinio præcipuo locum illum subiecit. Ditmarus ^b quoque qui hoc sæculo vixit, meminit de præfectura Adelberti Ecclesiæ Magdeburgensis, aitque, eum illi Ecclesiæ primum Episcopum datum auctoritate Romani Pontificis. Hic autem opportunè monendus Lector, Adelbertum alium diuersum ab isto paulò iuniorem hoc sæculo claruisse, præfectum Episcopum Pragensem in Boëmia, ac demum martyrio B vita functum, quem nonnulli confundunt & constant in vnum cum Adelberto Archiepiscopo Magdeburgensi, de quo est sermo, sed nihil inter eos commune, nisi nomen. His iunge & tertium Adelbertum Rugorum ordinatum Episcopum, de quo suo loco superius dictum est.

Eodem anno Petrus Archiepiscopus Rauennas sponte abdicauit se ab onere pastoralis curæ, in cuius locum successus est Honestus ex Abbate Classensis monasterij. De Petri abdicatione meminit Petrus Damiani ad Nicolaum Secundum scribens de renuntiatione. Testatur Rubeus extare publica monumenta Ecclesiæ Rauennatis, quibus præfens annus his consignatus habetur notis: Nonis Aprilis, Indictione decimaquarta, anno sexto Ioannis Pontificis, Ottonis patris Imperatoris decimo, Ottonis filij anno quarto.] quæ ad firmandam nostram chronographiam de Ioannis Papæ annis volumus hic in testimonium adduxisse. Hic fuit Honestus, qui sanctum Romualdum monastico habitu induit, de quo plura inferius.

Quod ad res pertinet Orientalis Imperij, teste Ioanne Ciropalate & aliis, qui ex eo quæ narrant describere, ope martyrum Georgij & Theodori Ioannes Imperator ingenti gloria Rossos & Bulgaros, Scythas, Turcas, & alios barbaros aduersus Romanos simul fœdere iunctos numero trecentorum triginta millium militum, iteratis summo labore atque periculis sæpè præliis, superauit, atque summa religione qua vicerat, triumphum parauit. bellum accuratè descriptum habetur ab eodem auctore sigillatim cuncta quæ facta sunt, ordine profequente, quem qui ea cupit, adeat: nobis ad institutum hæc satis scisse, nimirum expugnatam primariam ciuitatem Bulgarorum, vbi Regia erat, Parasthlabam nominatam, & mutato postea nomine ab Imperatore Ioannopolim nuncupatam, D captumque Regem Bulgarorum Borisem cum vxore & liberis, & Bulgarorum Regnum extinctum, superatos ingenti prælio postea barbaros die S. Georgij martyris, cui tanta victoria accepta lata fuit. Conuerso post hæc bello aduersus reliquos, qui se Dorostoli muerant, anticipi periculo & certamine diu multumque pugnatum, donec diuinum auxilium certis signis Romanis affuit, quibus adiuti vicere penitus barbaros. quænam autem fuerint ista diuina subsidia opportuno allata tempore, audi à Ciropalate:

Fertur (inquit) diuinam opem tum Romanos esse consecutos: turbo enim quidam à Notro vento in ora Scytharum constitit, haud permittens eos captis vti. in bello consiliis. Et quidam vir conspectus est ab omni Romanorum exercitu equo albo vestus in an-reignanis pugnare, hostiumque commouere ac perturbare phalanges, nulli prius aut postea cognitus, quem aiebant vnum esse ex gloriosis martyribus, Theodorum videlicet, quibus tutoribus ac propugnatoribus contra hostes vrebatur semper Imperator. Etenim fortè accidit, vt hoc prælium ea die committeretur, qua celebrare memoriam Militis consueuimus. Cum & mulier quædam nobilis Byzantij, supremæ potestatis, per visum illud ita esse confirmabat vna ante congressum die, in somnis sibi visa Dei Genitrici præstò esse, & cuidam militi dicentem audire: Domine Theodore, meus ac tuus Ioannes in periculo versatur: ad eius auxilium propera. Orto sole eadem mulier vicinis rem patefacit. Et quæ visa sunt, hæc fuere. Funduntur rursus Scythæ, qui clausas vrbs portas comperientes à Sclero Duce per planitiem dissipati mutuoque conculcati interfecti sunt, & à Romanis cæli numero infiniti, vulnerati autem ferè omnes. Martyri autem debitum reddens honorem Imperator, & auxiliij præmia rependens, templum illud vbi sanctum eius corpus conditum est, à fundamentis euersum, maius, pulcherrimum-

CHRISTI 971.

IOANNIS XIII. PAP. 6.

OTTONIS IMP. IO. IOAN. ZEMISC. IMP. 2.

A mumque edificauit, attributis ei magnificis possessionibus, quod etiam pro Euchanen, Theodoropolim appellauit.] De triumpho autem, qui paratus est ipsi Constantinopolim redeunti, sic inferius idem Ciropalates:

Vrbis Archiepiscopus cum Synodo, & omnes qui magistratum gerebant, cum præanibus & victoriae laudibus Ioannem Imperatorem exceperunt, coronas afferentes, parato quadriugo curru admodum decoro, in quem eum conscendere volebant, & ita triumphum agere Imperatorem. Ipse verò nihil quod magnificum esset, approbans, seque moderatum cupiens ostendere, allatas coronas accepit, & equo albo vestus triumphauit.

In curru verò, impositis Bulgarorum vestibus, & super ipsis Dei Genitricis imagine, vt ciuitatis patronæ, ipsum præire iussit. Cumque ad locum, quod Forum dicitur, peruenisset, satis celebratus, Deo Patri & eius Filio, Spirituique sancto actis gratis ob victoriam consecutam, insignia Bulgarici imperij in conspectu ciuium Borisem Regem Bulgarorum exuens (hæc autem erant, aurea corona & tiara ex byssino filo contexta & purpurea calceamenta) inde ad magnum templum profectus, ibique Bulgarica corona pro munere Deo dedicata, promotoque Borisi ad Magistrorum dignitatem, in Regiam se recepit.] & paulò post: Imperator autem actis gratis Saluatori Christo, ob parta trophææ templum super æream apud eum nouum conlruxit, nulli sumptui parcens aut ornamento. remisit etiam iis qui tributa pendebant, illud quod Capnicum appellaretur. imperauit item, in numismate, aureo scilicet solido, atque in obolo sculpi Saluatoris imaginem, quod antea factum non fuerat, in cuius altera parte hæc litteræ inscribebantur CHRISTVS REX REGVM, & hoc subsequentes obseruauerunt Imperatores.] hucusque Ciropalates, & ex eo alij.

IESV CHRISTI DONI P A P.

OTTONIS IMP. 2.

ANNVS

ANNVS

IOAN. ZEMISC. IMP. 3.

972.

I.

SECVITVR annus Redemptoris nongentesimus septuagesimus secundus, Indictione decimaquinta, quo Ioannes Papa cum sedisset annos sex, & menses vndecim & dies quinque, moritur octauo Idus Septembris, sepeliturque in basilica S. Pauli à dextris ingressus basilicæ, vbi adhuc positum eiusmodi legitur epitaphium:

Pontificis summi hic clauduntur membra Ioannis,
Qui prudens pastor persoluens debita mortis,
Istic pramonuit moriens sua membra locari,
Quo pietate Dei resolutus nexibus atris,
Egregij Pauli meritis conscendat in æthra,
Inter Apostolicos calorum gaudia metat,
Gaudet, exultet sociatus cæteribus almis.
Dicite corde pio relegentes carmina cuncti,
Christe tui famuli misertus, scelera purga,
Sanguine qui sancto redemisti crimine mundum.

Hic verò summus Pontifex Ioannes in Apostolica Sede sedit annos septem. Depositionis eius dies viii. Idus Septembris ab Incarnatione Domini anno DCCCCLXXI.] haftenus sepulchralis inscriptio, qua admonemur pariter de tempore successoris Pontificis. Fuit iste Donus, siue Dominus, aliter Dominio (apud diuersos enim diuersè scriptus reperitur) patria Romanus, qui creatus x i i. Kalend. Octobris sedit tantum menses tres, obiitque decimoquarto Kal. Ianuarij. Cetera de ipso remanserunt obscura. sequenti autem die post Doni obitum in locum eius subrogatus Benedictus Romanus, filius Hildebrandi, de quo anno sequenti dicturi sumus.

Eodem anno Otto Imperator vna cum filio item Imperatore reuersus in Germaniam ad componendas res Ecclesiarum, Synodum per Episcopos congregauit in Ingelheim. Quæ autem illic gesta sint, nos præterit, præter iudicium Episcoporum exhibitum in causa sancti Vdalrici Episcopi Augustani, quòd exactè describitur ab eo qui tunc vitam eius scribens, rastro ferreo veritatis aurifodinam reliquit apertam, sic enim ^a narrat: Postea

Annal. Eccl. Tom. 10.

Yyy 3

verò

XVII. TRIUMPHVS RELIGIOSVS IOAN. IMP.

XVIII.

I. IOAN. PAP. OBITVS.

II.

DONVS PAPA CREATVS

BENEDICTVS VI. PAPA CREATVS.

III. SYNODVS INGELHEIMENSIS.

^a Vir. S. Vdalrici cap. 23.

CHRISTI
972.DONI PAP.
I.OTTO NIS IMP. II.
IOAN. ZEMISC. IMP. 3.

verò, reuertentibus de Italia Imperatoribus, patre scilicet & eius prole, ad Franciam, facta A
est Synodus in loco qui dicitur * Ingilunheim, ad quam Archiepiscopi cum ceteris suis
suffraganeis sanctum Vdalricum cum suis Legatis honorificè inuitauerunt, Adalberonem-
que eius nepotem cum eo venire decreuerunt. Illuc cum peruenirent, & Antistites ibi-
dem congregati Adalberonem baculum Episcopalem publicè portare cognouissent, irati
sunt contra eum, & dicebant, vt contra canonicæ rectitudinis regulam in hæresim lapsus
fuisse, & quòd pontificalis honorem sublimitatis, viuente Episcopo, sibi plus iusto ven-
dicaret, & idèd vltra eum Episcopum ordinari non deceret.

IV. Quibus ille auditis, prima die synodale colloquium intrare deuitauit, & in alia do-
mo cum ceteris clericis Episcopi remanebat. Antistes autem Vdalricus cum paucis suis
cappellanis Synodum intrauit. Cumque inter se pontifices colloquia habere cœpissent,
vniuscuiusque rationem per Latinitatis locutionem voluerunt terminari. Cumque cau-
sa sancti Vdalrici fuisset ventilanda, & ille pro infirmitate, tam sonora voce, vt tota Syn-
odus audire potuisset, rationem proferre non posset, aduocabatur vnus suus clericus no-
mine Gerardus, qui extra Synodum cum Adalberone remanebat, vt pro eo desiderij sui
rationem per Latinitatis locutionem manifestaret. Cumque vix pro densitate multitudi-
nis in præsentia Imperatorum & Episcoporum præsens steterit: interrogabatur quid de-
sideraret dominus suus. Quibus interrogationibus multiplicatis, dixit: Non debeo in-
terrogationibus vestris respondere pro domino meo, nisi illo præcipiente. Cui dixit Epi-
scopus: Frater, benè tibi notum est desiderium meum: enarra hoc, & obsecra, vt eo-
rum consiliis & permissionibus, Deo iuuante, expletum fiat. Tunc præfatus clericus Ger-
ardus in præsentia omnium dixit:

V. Excellentissimi Imperatores, & religiosissimi Antistites, desiderium domini mei est
relinquere sæculum, & secundum regulam S. Benedicti sanctam inire vitam, & in con-
templatiua vita diem expectare obitus sui. In indumento pro certo habitus exterioris po-
testis cognoscere voluntatem animi interioris. Iltis & aliis rationibus in voluntate do-
mini sui in finem deductis, terratenus cecidit ante pedes Imperatorum & Antistitum,
obsecrans, vt petitionem domini sui secundum Dei voluntatem implere non dedigna-
rentur. Qui simul respondendi inducias vsque ad crastinum diem postulauerunt, &
postea inter se æstimauerunt, qualiter causa Adalberonis terminaretur. Quidam verò
Episcoporum adiutores Adalberonis fuerunt, ne proptus à spe Episcopalis ordinationis
post vitam auunculi sui excluderetur. Hæc cum inter se prolixè fermocinarentur, vlti-
ma in vnum ratione coadunari, omnes simul firmauerunt: nisi Adalbero se sacramento
excusaret, quòd non sciret hæresim manere, quia Episcopalem potentiam cum baculo
arripuit: nullo modo vterius legaliter Episcopus fieri potuisset.

VI. Altera verò die, cum Episcopo etiam Adalbero synodali interfuit colloquio. Et cum
ei prædictum crimen imputaretur, multis obiectionibus diuersorum colloquiorum,
cum suis adiutoribus à prædicto crimine se defendere statuit. hoc cum ei adunatio om-
nium Episcoporum non consentiret, secundum prædictam destinationem Episcopo-
rum sacramentum perfecit per nomen Patris, & Filij, & Spiritus sancti super quatuor
Euangelia. Tunc iterum Episcopus Vdalricus petitionis suæ responsa, quæ pridie pro-
craftinata fuerant, per prædictum suum clericum experit, quia desiderauit, vt præ-
dictus suus nepos Episcopus ordinaretur, & ille secundum regulam sancti Benedicti in
monasterio cum eorum consensu deseruire mereretur. Episcopi autem quamuis eis ex
toto non placeret: apertè ei in Synodo contradicere noluerit petitionem suam. Sed sa-
pientissimi ex ipsis cum consilio aliorum extra Synodum eum ambulare cum illis po-
stulauerunt, ibique cum eo & cum suis clericis sapientissimis secretam locutionem ha-
buere, dicentes: Reuerende pater, cui nota est omnium Ecclesiasticorum librorum
normula, qui semper callem rectitudinis ambulasti, non deuiando: non decet vt nunc
istam viam, quam semper tenuisti, omittens, seminarium ex te sumat talis error, vt
alius in loco tuo, te viuente, ordinetur: quia si ex te talis consuetudo incipit perpetrari,
in posterum multis reuerendis & bonis Episcopis ab eorum nepotibus & clericis talia de-
siderantibus, multa concresecunt aduersa. Melius tibi est, vt in eo ministerio in quo cœ-
pisti Deo seruire, permaneas, quam tuam voluntatem sequens, aliis plurimis scanda-
lum facias: quia ex te Canonici & monachi & sanctimoniales, & ceteri Christiani ad
rectitudinis statum debent constringi, qui ex semetipsis per climata cadere festinant: qui
autem

CHRISTI
972.DONI PAP.
I.OTTO NIS IMP. II.
IOAN. ZEMISC. IMP. 3.

A autem incautè ambulando ceciderunt, ex te, Deo adiuuante, erigi posse sperandi sunt.
De nepote autem tuo Adalberone, tuæ voluntati satisfaciendo, in commune firmamus,
vt nullus alius à nobis post tuum discessum ad illum locum, in quo tu pastor existis, eo vi-
uente, ordinetur, nisi ipse.

His consiliis consentiens sanctus Episcopus Vdalricus, cum eis in Synodum regre-
diebatur, & tunc cum consensu aliorum Antistitum fecit ab Imperatore Adalberoni
commendari in eorum præsentia procuracionem sui habere, & sub ipso totius Episco-
patus causam dispositionem in omnibus adimplere. Taliter verò istis terminatis, finita
Synodo, Episcopus & Adalbero cum suis ad Augustam reuertebantur.] Iudicauit ista
Synodus, sed præiudicauit Deus, ne Adalbero succederet ipsi Vdalrico in Episcopatu,
quem tanta animi anxietate petebat, effecitque, vt antea nepos quam patruus morere-
tur, nec moratus sententiam iustus Iudex & terribilis in consiliis super filios hominum:
siquidem antequam volueret anni illius curriculum, Deo vocante, repentino exitu
efflauit animam. rem gestam idem auctor sic refert: a

Prædicta verò Synodus in autumnali tempore peracta est, & in antea, Paschali tem-
pore adueniente, & sancta hebdomada finita, Episcopus & Adalbero, amabiliter vo-
cante Rinuino Comite Dietpoldi fratris Episcopi filio, ad castellum Dilinga nomi-
natum venerunt, vt ibi aliquantos dies charitatiuè cum eo & cum femina eius Hilt-
gart nominata manerent. Paucis itaque diebus transactis, Adalbero ibi cum phlebo-
tomo sibi phlebotomando sanguinem minui fecit, & postea cum Episcopo ad cœnam
confedit, & de cœna surgens in lectum se ad requiescendum deposuit, cumque vnus-
quisque ad suas diuertisset mansiones, eadem nocte subita morte Adalbero defunctus
est. Hereuvingus eius presbyter cum ad nuntiandum hoc Episcopo, cubiculum eius
intraret, Episcopus sermonem eius præueniens dixit illi: Ecce Adalbero defunctus est.
Cui ille respondit: Idèd ego huc intraui, vt tibi hoc nuntiarem. Nullus alius me præ-
ibat ad te, & quomodo hoc scire potuisti? Cui ille respondit: Vade & suscita Rinui-
num & omnes qui nobiscum sunt, vt citò præparent vehiculum, vt corpus eius ad Au-
gustam ducamus ciuitatem, &c.] hic finis Adalberonis. Porro ipse S. Vdalricus anno
sequenti quarto Nonas Iulij, ætatis suæ octogintatrium annorum moritur, iam viuens
& post mortem clarens miraculis.

Quomodo autem Ioannes Papa Decimusquintus retulit eum in Sanctorum nume-
rum, publicoque diplomate decretum Pontificium benè testatum posteris tradidit, suo
loco dicturi sumus. res ab eo gestas scripsit primùm eius discipulus, cuius nomen ne-
scitur: post eum, sed ex eo itidem scripsit Gebhardus Episcopus Augustanus: demum
Bernò Augiensis Abbas, nos autem è fonte primario deduximus aquas. habes omnia ad
eundem Sanctum spectantia in vnum redacta volumen, lucubratum & notulis illustra-
tum à disertò viro Marco Velfero nobili Augustano, de quo superius mentio facta est.
At de rebus anni huius hæc satis.

IESV CHRISTI BENEDICTI VI. PAP. OTTONIS IMP. 12.

ANNVS

ANNVS

IOAN. ZEMISC. IMP. 4.

973.

I.

ECHRISTI annus nongentesimus septuagesimustertius, Indictione prima incipit, I.
quo Otto magnus Imperator moritur in Saxonia, loco qui dicitur Mimetieba.
Quæ autem præcellerunt Ottonis obitum funera filij atque matris, ex Vuitichindo sunt
petenda, qui ait: b Eodem tempore quo hæc in Italia geruntur, summus pontifex Vui-
lelmus Archiepiscopus Moguntinus Ottonis filius ex priori coniuge, vir sapiens & pru-
dens, pius & cunctis affabilis, à patre sibi commendatum regebat Francorum imperium,
cuius mater licet peregrina, nimirum Anglicana, Edmundi Regis Anglorum filia no-
mine Edgitha, nobili tamen genere erat procreata. Hic cum audisset ægrotare matrem
Imperatoris, miræ sanctitatis feminam nomine Mathildem, dumque eius expectat fu-
nus, proprio funere ipsius funus præcedit. De cuius laude nempe Mathildis si aliquid
dicere cupimus, deficiamus: quia omne argumentum ingenioli nostri superat virtus tantæ
femine. Quis enim dignè posset explicare eius vigilantiam erga cultum diuinum? omni
nocte,

Yyy 4

nocte,

a Vir. S. Vdal-
rici cap. 24.
VIIII.VVILEMVS
ARCHIEP.
MOGVTINVS
OBITVS.

CHRISTI BENEDICTI VI. PAP. OTTONIS IMP. 12.
973. I. IOAN. ZEMISC. IMP. 4.

nocte, omnibus modis & omni genere cellulam suam diuinorum carminum melodia A implebat. Erat enim ei cellula Ecclesiae proxima, in qua modicè requiescebat. De qua omnibus noctibus confurgens intrat Ecclesiam, nihilominus cantoribus & cantatricibus intra cellulam, & pro foribus, & in via triformiter constitutis, qui diuinam clementiam laudarent & benedicerent. Ipsa intra Ecclesiam in vigiliis & orationibus perseverans, Missarum solemniam expectabat: deinde infirmos vbique adiuuit, in vicino visitauit, necessaria praebeat, deinde pauperibus manum porrexit. Hospites qui semper aderant, cum omni largitate suscepit: neminem sine affatu blando dimisit: nullum sine munusculis ferè vel necessariis adiumentis vacuum reliquit. Sæpè viatoribus quos longius de cella prospexit, necessaria transmisit.

II. Talia opera licet valdè humiliter diebus ac noctibus exerceret: nihil tamen de honore regio minuebat. & sicut scriptum est, quamuis sederet tamquam Regina, circumstante populo, semper & vbique tamen erat macerentium consolatrix. Domesticos omnes famulos & ancillas variis artibus, litteris quoque instituit. Igitur plena dierum, plena omni honore, plena operibus bonis & eleemosynis, cunctis diuitiis regalibus distributis seruis Dei & ancillis ac pauperibus, pridie Idus Martias animam Christo reddidit. Porro relata reperitur in numerum Sanctorum dicta die natalis sui, hoc elogio: Halberstatti in Germania dormitio beatæ Mathildis Reginae, matris Ottonis Primi Imperatoris, humilitate & patientia celebris.] subiicit his Vuitichindus de obitu Bernardi Episcopi Halberstattenensis vita sancta conspicui.

S. MATHILDIS MATRIS OTTONIS IMP. OBITU

III. OTTONIS IMP. OBITU

De obitu autem Ottonis ista Vuitichindus: Tertia feria ante Pentecosten, loco deuenit, qui dicitur Mileuu, proxima nocte iuxta morem, diluculo de lecto confurgens, nocturnis & matutinis laudibus intererat, post hæc paululum requieuit. Missarum deinde officii celebratis, pauperibus iuxta morem manum porrexit, paululum gustauit, iterumque in lecto requieuit. Cum autem hora esset, processit lætus, & hilaris ad mensam resedit: peracto ministerio, vespertinis laudibus interfuit, peracto cantico Euangelij, æstuari & fatigari iam cepit. Quod cum intellexissent Principes circumstantes, sedili eum imposuerunt. Inclinantem autem caput, quasi iam defecisset, refocillauerunt. Expetitoque Sacramento diuini corporis & sanguinis, & accepto, sine gemitu cum magna tranquillitate vltimum spiritum cum diuinis officiis pietatis Creatori omnium tradidit.] & inferiis: Itaque defunctus est Nonis Maij, quarta feria ante Pentecosten Imperator Romanorum, Rex gentium, diuinarum humanarumque rerum multa religiosa seculis relinquens monumenta.] hætenus de eo Vuitichindus, eadem Ditmarus de die obitus, itemque Eucharistiam sumpsisse tradit. De eodem quoque illud laude dignum affert, ipsum nimirum in prosperis illud Dauidicum occinere consueuisse: Non nobis Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam.] Addit ad laudem, quod nullus post Carolum Magnum sit inuentus dignus Imperator, nisi ipse Otto magnus. Porro relictam eius coniugem Adelaidem Augustam summis pietatis officiis iugiter esse profecutam Ottonis animam, idem affirmat.

IV. At quæ de obitu Ottonis Petrus Damiani ad Desiderium Abbatem scribit, vera ne sint, magno sunt examine disquirenda. sed primum quæ dicat, audiamus, ait enim: Otto Rex Teutonicorum, qui postmodum Imperator creatus est Romanorum, Adelaidem Italiae Reginae, quæ sibi commater extiterat, suscepit in coniugem, quem filius eius almificus Vuilelmus, qui Maguntinæ præsidebat pastor Ecclesiae, cepit constanter arguere, & scelestum luridumque coniugium publicè condemnare. Pater autem vehementer iratus eum comprehendi præcepit, & carcerali mox custodiae mancipauit. quem per annale circiter spatium carcer inclusit, sed à correctione linguam terroris vinculum non ligauit. Cum verò pater eum Quadragesimali decurrente ieiunio, de custodia decreuisset educere: antequam Psalterium expleret, quod aureis extabat apicibus, recusauit exire. Verum tamen cum exiit, zelo sacerdotalis accensus auctoritatis non quieuit, sed mox in patrem publicæ excommunicationis iaculum intorsit. O verè dignum regio genere sacerdotem, qui in causa Dei non Imperiale fastigium, ob paternum recognouit affectum, sed dum paternam ac regiam auctoritatem in solo Deo constituit, hunc hominem eius legibus resistentem à se profus extraneum deputauit: Dixit autem patri: Tu arbitraris me aduersum te insolenter agere, te verò præiudicium sustinere: scito prænosces, quia die sancto Pentecosten vterque simul astabimus ante Deum, ibique

OTTO IMP. ASSERTITVR OB INCESTVM EXCOMMVNICATVS.

CHRISTI BENEDICTI VI. PAP. OTTONIS IMP. 12.
973. I. IOAN. ZEMISC. IMP. 4.

A ibique ventilabitur inter nos librata iustitiæ lance litigium, ibique luce clariùs apparebit, quis nostrum æquitatis lineam teneat, quis Dei legibus contradicat. Factumque est, ipso qui dictus est sacrosanctæ solemnitatis die, dum præfatus Augustus Imperialibus infulis redimitus, multorumque pontificum choris, siue procerum vallatus agminibus Missarum solemniam interesset, vt repentino super eum veniente iudicio, repertus est mortuus. Episcopus autem in Domino iam quieuerat. Sic sic qui de incesto coniugio contempsit iudicari inter homines, ad tribunal æterni Iudicij coactus est pertrahi: & qui subiectum sibi dedignatus est audire pontificem, terribilem super se non potuit euadere Maiestatem.] hæc de his ipse.

Visa quidem non sunt huiusmodi, licet à viro integerrimo scripta sint, quæ reuocari non possint in dubium, cum nec ipsemet, vt indubitata prodar, sed hærens ista mox subiiciat: Hæc ego, venerabilis pater, & alia quamplurima non sine magnæ formidinis angore conscribo, ne videlicet vel relatores mei meram veritatis semitam non tenuerint, vel ipse quoque relationum in quolibet immemor, obliuione deliquerim. Verum tamen teste conscientia, non hæc mentiendi voto, sed ædificationis affectu, prout melius possum narrata recolere, satago schedulis annotare. Si quid tamen in his obliuionis obrepserit, immò quidquid humanæ conditionis infirmitate deliqui, antequam nexibus huius carnis absoluar, diuina mihi pietas tuis orationibus in memoriam reuocet, ac dignè lugere permittat, ne viuenti mihi pœnitendum aliquid manere possit occultum, quod mortis sit oculis ingerendum.] hæc ipse, veritus ne in aliquo mentitus sit, cum tamen mentiendi voluntas semper procul abfuerit.

V. SCRIPTA A PETRO REVOGANTVR IN DVBIUM.

Sanè quidem, quod ad enarratam historiam spectat, illud omnino procul abhorret à veritate, vt Otto ipso die Pentecosten, & in Ecclesia diem obierit. reliqua verò verisimilitudine carent multiplici ratione. nemo, quod sciam, prodit, Adelaidem fuisse commatrem Ottonis Imperatoris, sed etsi fuisset, debuissent ista ipso initio obiici, cum eam Otto duxit vxorem, & non post annos vigintiduos, cum iam quatuor suscepisset ex ea filios, & cum eadem consenuisset. Accedit insuper, quod ipse Vuilelmus Archiepiscopus Moguntinus natus ex Adelaide Ottonem filium Ottonis Imperatoris educauit, fouit, & ad Imperium custodiuit, tantum abest, vt ex incestuoso ortum coniugio ipsum putarit. Demum verò si tanta ista de excommunicato à filio suo Vuilelmo Ottonis Imperatore vera fuissent, vt omnibus nota, haud licuisset regi silentio, quin ab aliquo eius temporis auctore scriptis prodita essent, & in excusationem Ottonis aliqua allata fuissent. sed hæc de his satis.

VI.

D Defuncto Ottone, eius filius Otto iunior solus incepit imperare, qui iam cum patre inchoauerat annum sextum. nam ipse in diplomatibus hunc annum numerat sui Imperij (vt apparebit inferius) sextum, eundemque ab obitu patris primum.

VII. OTTO IV. NIOR SOLVS IMPERAT.

Hoc anno mensè Septembris ab Honesto Archiepiscopo Rauennate habita Synodus apud Mutinam reperitur, in qua composita legitur controuersia inter dissidentes inter se germanos proceres Petrum atque Lambertum, cuius apud Rubeum a Acta leges in historia Rauennate, ex quibus discas ad lucem temporum nomina saltem subscribentium Episcoporum & Principum, & inter alios Leonem Episcopum Ferranensem, & eiusdem ciuitatis Marinum Comitem, ex quibus certis monumentis errores corrigas recentiorum historicorum.

VIII. SYNODVS MUTINENSIS. a Rub. Hist. Rauenn. lib. 5. hoc anno.

E IESV CHRISTI BENEDICTI VI. PAP. OTTONIS II. IMP. 1.
ANNVS ANNVS IOAN. ZEMISC. IMP. 5.
974. 2.

SEQUITVR Christi Redemptoris annus nongentesimus septuagesimusquartus, Indictione secunda, quo Benedictus Papa Sextus, vbi sedisset annum vnum, menses tres, & dies aliquot, à Bonifacio cognomento Francone Romano Ferrutij filio, diacono Cardinale, scelestissimo viro, violenta manu capitur, in carcerem detruditur, vbi & strangulatur. Ipse verò Bonifacius Sedem Apostolicam violentè inuasit, quam tenuit annum vnum ac mensem, dictusque Bonifacius Septimus, verum vti tyrannus ab antiquioribus non numeratur inter Romanos Pontifices. nam Leo Ostiensis, b Eodem, inquit, tempore,

I. BENEDICTVS PAPA STRANGVLATVS A BONIFACIO.

b Leo li. 2. c. 4.

CHRISTI 974.

BENEDICTI VI. PAP. 2.

OTTONIS III. IMP. I. IOAN. ZEMISC. IMP. 5.

pore, Benedicto Papa VI. vita functo, Benedictus Papa VII. propinquus memorati Alberici Romanorum Consulis in Sede Apostolica eleuatur.]

II. Eodem anno Honestus Rauennas Archiepiscopus cum iam tertium suae sedis annum expleffet, Sanctorum reliquias in Vrsianam basilicam augustissime fabricatam & ornatam transfudit, corpus videlicet sancti Probi, & reliquias sancti martyris Vrsicini, ut constar ex diplomate donationis eiusdem Honesti de bonis eidem basilicae hoc anno collatis. de quo locupletius apud Rubeum in historia Rauennate hoc anno. Rursum vero eiusdem Honesti tertio expleto, & inchoato quarto anno ipsius Episcopus, Deus in tanta peccatorum caligine Aegypti penè tenebras superante, sua immensa misericordia facem accendit. Quidam aliud dixerim virum iustum, sanctum, vndique diuinæ lucis fulgore coruscum in medio peccantium populorum, quàm lucentem in tenebris facem? quem etiam si dixeris solem, haud procul à scopo veritatis errabis, dicente ad suos Discipulos Domino: Vos estis lux mundi.] utpote, qui multiplicibus vndique micantes radiis, siue ex prædicatione verbi, aut operatione virtutum, vel editione signorum orbem terræ totum offusum tenebris illustrarent. Talis planè extitit vir sanctissimus Romualdus, prodiens ut alter Ioannes Baptista ex eremo, lucerna ardens & lucens, qui claras Aegypti Nitrias atque Thebaidas Anachoretis fertiles transfulerit in Italiam, inter quos ipse, ut alter Antonius forma factus sit omnibus eiusmodi vitæ arduum institutum arripientibus. Fuit iste Rauennas nobilissima Ducum oriundus stirpe, qui nuntium remittens sæculo, in Classensi cœnobio famosissimo prope Rauennam primò monasticum induit indumentum. Ex quo factum est, ut admirandis progressibus sanctitatis ex cœnobio ad vitam transiens anachoreticam, ita secundus in prole Sanctorum fuerit, ut Occidentalem Ecclesiam sanctis repluerit Anachoretis, quorum aliqui Apostolatam ad Gentes meruere, & insigni corona martyrij decorari. Res ab eo præclare gestæ scriptæ sunt à Petro Damiano Rauennate, & ipso sanctitate & doctrina notissimo, qui his temporibus proximus vixit.

IESV CHRISTI BENEDICTI VII. PAP. OTTONIS II. IMP. 2. ANNVS ANNVS IOAN. ZEMISC. IMP. 6. 975. I.

I. ANNVS Redemptoris sequitur nongentesimus septuagesimus quintus, tertia Indictione, quo Benedictus Romanus ex Albericis proueniens, exagitantem vrgensque Bonifacium tyrannum inuasorem Apostolicæ Sedis, eum abire coegit. Qui nefandissimus homo, truculentus prado, antequam ab Vrbe recederet, basilicam Vaticanam inuadit, eamque expilans, ornamentis omnibus spoliavit, & sacrilega onustus præda nauigauit Constantinopolim. quo factum est, ut ita Romana Ecclesia liberata, omnium suffragio idem Benedictus ex Sutрино Episcopo crearetur Romanus Pontifex. Quod quidem hoc anno contigisse, ex ipsius sepulchri inscriptione redditur manifestum, quam inferius in eius obitu reddiduri sumus. ex qua redarguas eos, qui aliam rationem in numerandis huius Benedicti annis inierunt.

II. Hoc eodem anno Hispana Ecclesia Martyrum, hoc sæculo, prole fecunda, certaminibus iteratis, rursus coronis Martyrum decoratur. Quotquot enim sub impio Sarracenorum Rege Cordubensi longo tempore carcer ardebat inclusos, vinculis & inedia maceratos, foras exhibitos gladius vindex obruncat, nullam capientes redemptionem (quod ait Apostolus) ut meliorem inuenirent resurrectionem. Erant isti, qui capta & diruta ab iisdem Sarracenis ciuitate Septimacensi, inmani ciuium cædi superfuere, duæque captiui Cordubam, biennali custodia sunt afflicti, quo Fidei fierent deserto res. Sed qui mundum vicit, victor extitit in his Christus, cum superata impietate, minis, pœnisque contemptis, summa hilaritate fuso sanguine, de Sarracenorum perfidia triumpharunt. Quos penè obliuione sepultos ex Archiuo Compostellano Ambrosius Morales in lucem edidit, ex autographo descripto diplomate Regis Veremundi, quod confecit de restitutione bonorum vnus ex illis Martyribus per Ranimirum Regem occupatis. Porro ipsum diploma ad suum Eulogium idem Ambrosius posuit appendicem, quod hic

CHRISTI 975.

BENEDICTI VII. PAP. 1.

OTTONIS II. IMP. 2. IOAN. ZEMISC. IMP. 6.

A hic totidem verbis describendum putauimus, nobile antiquitatis monumentum, hæcenus vulgatis historicis incompertum, sic enim se habet: Regis Veremundi Secundi diploma.

In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Dicendum est, quod cunctis notum manet, quomodo Domino permittente, & peccatis exigentibus, mucro hostilis & crudelitas iniquorum, sæuens scilicet Ismaelitica gens, promouit se ex Hispaniæ partibus aduersus Christianos, & pergens armata venit vsque ad Septimacensem ciuitatem, & cateruatim eam circumuallans, atque in arcu & sagitta eam obsidens, diruptis muris, & aperta ianua, irruit in ipsam ciuitatem. Et sicut scriptum est: Qui conterit multos & innumerabiles, & facit stare alios pro eis. Nec alio loco, nec alio modo moritur homo, præter id quod positum est: Gladio vindice, & hominum scelere præualete, quos ibi Christianos inuenit, in ore gladij interemit. Et diruta ciuitate, pauci qui remanserunt, ad Spaniam in Cordubensium urbem ducti in captiuitatem, onere catenarum onusti, atque ferro vincti, & in carcere trusi, duos annos & dimidium ibi peregerunt, laudantes & benedicentes Deum vnum & trinum semper viuum & verum.

Et quoniam Deo cura est de omnibus, maximè de eis qui positi in tribulatione, cum spe & fiducia Deo animas suas simul & corpora in benefactis commendant: voluit pietas diuina, quomodo iam prædestinatione ordinauerat, illorum ærumnis & laboribus, & etiam temporalibus malis sinè imponere. Et ut ad eum, cui famulatum exhibuerant, cum palma martyrij tripudiantes venirent, permisit ipsum tyrannum, qui eos captiuos duxerat, de squalore carceris ipsos eicere, & gladio interfectos sanguine proprio laureatos ad Regna cælorum & præmia, atque æterna munera à Deo illis præparata coronandos & remunerandos dirigere. Inter quos fuit vir felicissimus nomine Sarracenus, proles Ioannis, vocitatus, qui dimisit hereditatem & cortem in ciuitate Numantia, quæ modò Zamora nuncupatur, cum nullum superstitem vel hereditarium aut propinquum relinqueret, qui ipsam hereditatem possideret, sed remanserit sine herede, & sine alicuius serie testamenti. Dum starent hæc omnia intestata, accepit ea fauissimus Princeps dominus Ranimirus indecenter, & tenuit ipsa vsque ad obitum suum.

His expletis, ego Deo meo trino & vno humillimus Princeps Veremundus, in Regno parentum & aorum meorum nutu diuino præelectus, & folio Regni collocatus, antequam ipsi Sancti & electi Dei martyrium acciperent, & adhuc trusi in carcere essent: visum mihi fuit moto pietate in redemptionem animæ meæ eos inde redimere. Et iam nuntij mei in via erant, quos pro illis miseram, quando ipsum martyrium consummatum est.

Quando tale nuntium ad aures meas peruenit, quod ipsi Sancti iam in Regno cælorum essent: placuit serenitati nostræ, ut hereditatis ipsius supradicti martyris Sarraceni, qui in Baptismo Dominicus vocitatus est, Ecclesiam facere heredem: quia inutile & inconueniens erat, ut ille esset in Regno cælorum, & hereditatem eius possideret rustica & laicalis conuentio. Ob hoc ego iam sapeditus Princeps Veremundus, propter bonum testimonium in amore Dei & in memoria ipsius supradicti martyris Dominici, partem aliquam donare decerno, atque in perpetuum ad habendum concedere, mihi visum & conueniens est, loco Apostolico in veneratione ipsius patroni nostri Apostoli, vbi tunc dilectus Dei Petrus Episcopus præfulatum tenebat.

Sic do & concedo cortem intus in ciuitate noua, prope Ecclesiam sanctæ Leocadiæ in omni gyro, sicut eam ipse sanctus Dominicus obtinuit, cum omnibus suis utensilibus, cupis, torcularibus, & tendis in mercatello, & vineis, quæ seruierunt ipsi corti, vbicumque sunt, ab integro eas concedimus. Et azeniam integram in vado, quem dicunt, domini Garisæ, & medietatem in alia, in Teliars, & ibi in Teliars quartam portionem in alia azenia, & omnes suos hortos, vnum in Aruali, & alium in ripa fluminis Durij, & suos ferraginales, vbicumque illos habuit. Et alium hortum in Parales, & etiam cuncta, quæ ipsi domui deseruierunt, tam ex illa parte fluminis Durij terras & vineas, & omne suum debitum, quàm quæ ipsi corti deseruierunt. Adhuc dando & donando adiicimus, quod ipsi corti pertinuit, villam quam vocitant Alcopam, in ripa riuuli Arosoi, cum omnibus suis præstationibus, quæ intus & foris sunt, cupis & torcularibus, terris, vineis per suos certissimos terminos, & omnia quæ ad ipsam villam pertinent, sicut ille eam obtinuit cum suis iugariis & porcariis, quæ ibi seruiunt, siue & peculiare de omnibus vbicumque sunt, quæ ipsi corti deseruierunt. Omnia suprà taxata, quæ reseruant

III. DIPLOMA VEREMUNDI REGIS.

IV.

V.

VI. DOMINICVS MARTYR.

CHRISTI BENEDICTI VII. PAP. OTTONIS II. IMP. 2. 975. I. IOAN. ZEMISC. IMP. 6.


nant iam scripta, iam supradicto Apostolico loco donare atque concedere curauimus in A memoria & ueneratione sancti illius iam dicti Dominici, ut habeant inde habitantes & Deo seruientes, atque per singulos dies & annos memoriam illius facientes, & sacrificia & orationes Deo offerentes, temporale subsidium, & illi cum sancto Dei Apostolo Iacobo etiam in perpetua remuneracione à Deo recipiant collatum primum inconuulsum.] hactenus de donacione facta de rebus S. Dominici martyris Ecclesie S. Iacobi. ad quæ roboranda eiusmodi imprecatio dira subiicitur auctoritate assistentium & subscribentium Episcoporum, his uerbis:

VII. Siquis tamen (quod esse non potest, nec oportet, & fieri minimè credimus) aduersus hanc testamenti seriem, ad irrumpendum vel diruendum venire tentauerit, siue ex progenie & stirpe nostra, siue etiam quilibet Comes, aut pontifex, aut quilibet potestas hanc factionem infringere tentauerit: quisquis fuerit, in primis à corpore Christi sit extraneus, B & amborum careat luminibus oculorum, & cum Iuda Domini traditore in inferno sit damnatus. Facta à serenissimo & pio Principe domino Veremundo serie testamenti . . . Idus Februarij, Era post millenam tertia scilicet & decima.] est annus Domini nongentesimus septuagesimus quintus. Subiicitur demum subscriptio ista:

Veremundus Rex confirmat. Ferdinandus testis. Sebastianus Episcopus confirmat. Suuaticus testis. Gundifaluuus Episcopus confirmat. Gudetteus testis. Armentarius Episcopus confirmat. Felix testis. Pelagius Episcopus confirmat. Vimara testis. Petrus Episcopus confirmat. Mumus testis.] hucusque diploma de sanctis Martyribus, & bonis Dominici martyris.

VIII. Quod ad res pertinet Orientalis Imperij, hoc eodem anno, ingenti damno Reipublicæ, Ioannes Zemisces Imperator, cum in Syriaca esset occupatus expeditione, iamq; victor peruenisset Damascum vsque, veneno potatus moritur Constantinopoli quarta die mensis Decembris, cum imperasset annos quinque, (vel si sex, ut alij uolunt, in sequentem annum reiciendus eius est obitus) mensis totidem, & dies aliquot. eademque die succedunt filij Romani iunioris Basilius & Constantinus, quorum Basilius natu maior vigesimum agebat annum, Constantinus uero decimum septimum, reuocata eorum matre Theophane in solium è quo fuerat exturbata. hæc Cuiuspalates & alij. Horum Imperatorum usum numisma cum imagine Saluatoris, ut à Ioanne Imperatore nuper decretum fuerat extat, licet crassa Minerua, & à cufore Latinarum litterarum haud satis perito, ut ex eo intelligere potes.

Habet Lalinus Pasqualinus in suo Museo



IX. Eodem anno, cum qui tenerent Sarraceni Damascum, diffiderent omnino Christianis qui ibi erant, ne Ioannem Imperatorem admitterent, eorum Episcopum Sergium inter alios foras eiciunt. Qui Romam ueniens, à Benedicto Romano Pontifice benignè exceptus est. de quo Petrus Damiani ad Nicolaum Papam hæc habet, ignorans tamen causam migrationis, quam credidit uoluntariam, quæ fuerat necessaria: Sergius Metropolitæ Damasci non inconuenienter possit annecti, qui Ecclesiam suam pro Christi amore deseruit, & Romam aduenit. Reperiensque Bonifacij & Alexij basilicam sacerdotalibus penè officiis destitutam, Benedictum Romanæ Sedis Antistitem adiit, atque ut se monasterialem ibi permitteret regulam constituere, precibus impetrauit. Vbi nimirum congruo post tempore religiosè degens vitam finiuit.] hæc ipse. sed quando id factum, suo loco dicetur.

Eodem

CHRISTI BENEDICTI VII. PAP. OTTONIS II. IMP. 2. 975. I. IOAN. ZEMISC. IMP. 6.

A Eodem anno & Indictione tertia Constantinopoli Synodus celebratur, in qua Basilius Patriarcha criminis accusatus, deponitur, & in locum eius substituitur Antonius Studites. hæc Cuiuspalates, ex quo & alij recentiores.

ANTONIUS STUDITES PATRIARCHA CONSTANTIN. XI.

Hoc eodem anno Ecclesia Anglicana, defuncto Rege Edgardo, cum regnasset à tempore monarchiæ adeptæ annos sexdecim, clericorum in monachos insurgentium factione nonnihil est perturbata. Sed primùm illa de successore Regis controuersia est excitata, aliis filium eius Eduardum, aliis Ethelredum ex secunda vxore genitum expetentibus, quomodo autem res redacta sit ad Episcopale iudicium, sic narratur: a Edgardo defuncto, de Rege eligendo magna inter Regni Principes dissensio orta est. Quidam enim filium Regis primogenitum Eduardum, quidam uero fratrem suum de secunda vxore generatum unanimitè elegerunt. Quam ob causam duo Archipresbiteri, Dunstanus Cantuariensis & Osualdus Eboracensis cum Episcopis, Abbatibus & Ducibus in unum conuenientes, Eduardum (ut pater eius moriens distauerat) elegerunt, electum, consecrauerunt, & in Regem, quibusdam murmurantibus, inunxerunt. Nam nouerca eius Elfdrietha filium Ethelredum uix septennem puerulum promouere conabatur, ut potius sub eius nomine regnare uideretur. Sicque post discessum Regis pacifici, Regni status perturbatus est, & in execrationem commutatus. Nam Principes plurimi & optimates, Abbates cum monachis de monasteriis, in quibus Rex Edgardo eos locauerat, expulerunt, & clericos, ut prius, loco eorum cum vxoribus induxerunt. Nam vnus eorum Aelferius nomine omnia penè monasteria, quæ reuerendissimus Etheluuoldus in prouincia Merciorum construxerat, magna usus insolentia, subuertit.

Mat Vuest. monast. in Flor. hist. hoc anno.

CLERICI INSRGVNT ADVERSUS MONACHOS.

Sed super his quæstionibus ad beatum Dunstanum delatis, Synodum apud Vintoniam congregauit, & in medio partium conflictu disputationis, imago Dominica, quæ altercantibus altabat, in Ecclesia expressè locuta ita allegat quod clericos omnes & eorum fautores confusos reddidit & elingues.] hæc ipse. Eadem recitatur in historia de gestis Anglorum apud Bedam. Sed hæc paulò expressius ab Osberto narrantur in Dunstano his uerbis: Igitur ex præcepto Regis & Archiepiscopi coit Vintonium nobilitas totius Regni, & Rex cum sua coniuge adest ad determinandas querelas negotij huius. Surgunt hinc inde lites, quas Dunstanus propositis rationibus, destruit omnes. Rationabiliter quippe cunctis ostendit, clericos, qui forte Dei incorrigibiliter per prauitatem uitæ suæ dissiliunt, nihil per rectitudinem sibi uindicare posse ex iis quæ Ecclesiis data sunt in subsidium eorum, qui in clericatu pura conuersatione se custodiunt. Quibus auditis, omnia controuersia est. Er Rex, atque ex pontificibus plerique clericorum precibus ad pietatem usque permoti, Dunstanum interpellant, quatenus hac sola vice parcat, & clericos iam quòd amodò, si se non correxerint, incursuri sint, re ipsa doctos de Ecclesia sua reuestiat. Silet ille ad ista, quidq; potissimum de negotio agendum sit, demisso capite, mente pertractat: silentium ingens occupat omnes, & suspensè ad responsionem pontificis erigunt aures. Tunc subito crucifixi Dei imago signo Crucis in edito affixa, audientibus cunctis, dixit: NON FIET. NON FIET. IUDICASTIS BENE, MUTARETIS NON BENE. Tremefacto in his simul uniuerso conuentu, intulit pater Dunstanus, & ait: Quid amplius uultis, fratres mei? Diuina sententia audistis definitum negotium præfens. Aiunt: Audiuimus uerè. Resederunt ergo monachi Vintoniæ securi, & quoad clerici ipsi uixerunt, qui eos super ista causa inquietaret, nemo fuit.] hæc Osbertus, qui tamen potius sub dicto Edgardo Rege ista referre uidetur. uerùm hoc ipso anno celebratum esse dictum Concilium, etiam uetustiora de rebus gestis Anglorum ad Bedam addita fidem faciunt. De Synodo autem alia quæ facta est Calnæ eadem ex causa sub Ethelredo Eduardi successore, suo loco dicemus.

XII. SYNODVS VINTONIENSIS. *Locus de. prauatus.

IMAGO CHRISTI LOCUTA.

D IESV CHRISTI BENEDICTI VII. PAP. OTTONIS II. IMP. 3. ANNVS 976. ANNVS 2. BASIL. ET CONST. IMP. I. REDEMPTORIS annus nongentesimus septuagesimus sextus, Indictione quarta sequitur, quo sub Imperatoribus iunioribus moderante habenas Imperij Basilio præfecto Vigilum, qui è medio Ioannem Imperatorem sustulerat, eodemque Bardam præfecto Bardam Tyranus.

IESV CHRISTI BENEDICTI VII. PAP. OTTONIS II. IMP. 3. ANNVS 976. ANNVS 2. BASIL. ET CONST. IMP. I.

REDEMPTORIS annus nongentesimus septuagesimus sextus, Indictione quarta sequitur, quo sub Imperatoribus iunioribus moderante habenas Imperij Basilio præfecto Vigilum, qui è medio Ioannem Imperatorem sustulerat, eodemque Bardam præfecto Bardam Tyranus.

Annal. Eccl. Tom. 10.

Z z z

cogno- RANNVS.

cognomento Sclerum Orientis Ducem, quem suspectum haberet, in ordinem reducere conante: ipse Bardas suorum consilio militum Imperatoris nomen usurpat, & insignia sibi vendicat, confusus (inquit Curopalates) cuiusdam monachi huiusmodi vaticinio, quod per quietem ita fuerat patefactum: Videbatur enim sibi videre homines igneos, qui Bardam assumptum in quamdam cellissimam speculam adducerent, ibique occurrere se mulieri humana specie insigniori, quæ sibi regium flagellum traderet. Hoc flagellum Bardas symbolum existimabat Imperij, sed reuera contra Romanos erat diuina ira. Ita quidem: nam magna affecit calamitate Orientale Imperium. Quo pariter anno ob Bardæ rebellionem Antonium Studitam Patriarcham sponte se abdicasse, vacasseque sedem illam annis quatuor, idem tradit Curopalates. non enim datus est ei successor, quousque idem Antonius vixit. Qui numerant eius sedis annos ad ipsius obitum, quò successor est datus, sex annos ipsius Patriarchatui tribuunt.

ANTONIUS
PATRIAR-
CHA SE AB-
DICAT.

II.

Iidem qui habenas Imperij moderandas suscepere Basilius & Constantinus, ad regendas oras Occidentales, Calabriæ videlicet regionem, misere Leonem Domesticum Comitem, & Nicolaum Protospatharium, de quibus est mentio in vita sanctissimi patris Nili, cuius familiaritatis vlti iudem ad meliorem frugem conuersi sunt. Fuit Nilus iste ab origine Græca Rossani in Calabria ciuitate natus, doctrina atque pietate insignis, ab infantia Dei cultor eximius, & post matrimonium vitam monasticam sectatus, breui omnes eius instituti professores facile antecelluit, notus vbique tam in Oriente quam in Occidente conspicuus fulgore virtutum. Cuius res gestas Græcè conscriptas ab eius discipulo Latinitas hæctenus numquam vidit. qui prius ex antiquo codice monasterij Cryptæ feratè tradidit Latinitati, fuit noster Federicus Metius Episcopus Thermularum, à quo ego primus accepi, & nonnulla ex eis pro ratione temporis nostris Annalibus opportuna occasione contexui. Et quod ad præsentem pertinet animum, qui res ab eo gestas scripsit, primum cum eis habitum congressum magni ponderis ita narrat: Venit Metropolita Calabriæ Theophylactus, & cum eo Domesticus Leo viri litteratissimi & doctissimi. Sed beatus pater noster Nilus fugiens populi tumultum, & dilectum sibi silentium semper complectens, exiuit à ciuitate ad templum sancti Ioannis Baptistæ eremi cultoris, cuius etiam vitam imitabatur, & ibi cum Deo conuersabatur, & meditationi operam dabat. Ingressi autem sunt ad eum alloquendum Metropolita & Domesticus, & principes ciuitatis & multi sacerdotum, & populi magna pars. Inierunt autem consilium in via, quisnam ipsorum interrogare deberet, quòdve ex arcanis Scripturæ, non tam cognoscendi causa, quam periculum faciendi cupidi.

NILI ARBA-
TIS CVM
IMP. MAGI-
STRATIBVS
CONGRES-
SUS.

III.

Cum verò ex aduersa parte federet beatus Nilus, & vidisset eos ad se venientes, dicit intra se: Cur nunc isti accedentes, ad vana colloquia nos conuincient? Sed o Domine Iesu Christe libera nos à laqueis alienis, & concede nobis intelligere, & loqui quæ oportet, & facere quæ tibi sunt placita. Et cum orasset, aperit quem præ manu habebat librum, & fortè fortuna inuenit reuelationem factam sancto Simeoni in admirabili monte. Cum igitur illi appropinquassent, & post salutationem sedissent, beatus Nilus tradit librum Domesticò, vt legeret, vbi erat signum. Ille verò aperiens os suum, coepit valdè diligenter & attentè legere. Cum verò venisset ad locum illum, vbi dicit, quòd ex decem millibus vix reperitur vna anima his temporibus quæ ad manum sanctorum Angelorum perueniat: coeperunt omnes quasi vno ore dicere: Absit, hoc non est verum: hæreticus est, qui hoc dicit. Nos igitur frustra baptizati sumus, & Crucem adoramus, & communicamus, & Christiani dicimur? Hæc & his similia cum omnes obicerent: cum videret beatus Nilus quòd Metropolita & Domesticus nihil illis dicunt, humaniter ipse respondit, & dicit: Si verò demonstrauero vobis, magnum Basilium, & Chrysostomum, & Ephræm beatissimum, & Theodorum Studitam, sed & Apostolum ipsum, necnon sanctum Euangelium eadem sentientes, & dicentes: quid patiimini vos, qui inconsultè aperientes ora loquimini, & Spiritui sancto aduersamini, & sanctorum Patrum metuenda verba hæreticis tribuitis propter vitæ vestræ iniquitatem? Dico autem vobis fratres, quòd ex omnibus quæ fecistis, nulla erit vobis gratia apud Deum, quæ enim idola, aut quam hæresim vos reliquistis, & Christo adhæcistis? audetne aliquis vestrum dicere, quòd hæreticus sum, & ingressus ciuitatem non ab omnibus lapidibus obrutus interficietur? Intelligentes, quòd nisi virtute præditi fueritis, & magna etiam virtute præditi, nullus vos liberabit à pœnis inferni. Hæc cum omnes audissent, valdè perterriti coeperunt suspi- rare,

QVAM PAV-
CI SALVEN-
TVR.

A rare, & dicere: Væ nobis peccatoribus & miseris. Dicit autem illi Nicolaus Protospatharius: Pater, quare dicit Euangelium, quòd quicumque paruum calicem aquæ frigide dederit, non amittet mercedem suam? Respondit illi: Propter hoc dictum est illis qui nihil habent, vt nullus excusetur, quòd nec habeo ligna, quibus calefaciam aquam. Quid verò facietis vos, qui pauperibus frigidum calicem aufertis?

Illo verò tacente, surgit alius, & ait: Scire vellem, sancte Pater, an saluus sit admirabilis ille Salomon, necne? Cum verò spiritu cognouisset Pater, adulterij vitio illum detentum, respondit ipsi: Scire ego etiam vellem de te, an saluus sis necne? Quæ enim utilitas mihi vel tibi ex salute vel damnatione Salomonis? Non enim illi, sed nobis præceptum fuit illud: ^a Quicumque respexerit mulierem ad concupiscendam eam, iam mœchatus est cum ea. & illud: ^b Si quis templum Dei corruperit, corrumpet illum Deus. De Salomone autem nihil vsquam reperimus in sacra Scriptura, quòd poenitentiam egerit post peccatum, sicut de Manasse. Quis igitur de illo dicere poterit quòd saluus sit?] pergit auctor dicere curiosas aliorum interrogationes, & sapientes beati Nili responsiones, quas breuitatis causa prætermittimus, illud tantum subiicientes, quòd in derisorem terribile manifestatum est Dei iudicium in ira sua ex prædictione eiusdem sancti Senis. ait enim:

Non multò post accedunt ad eum Nicolaus Protospatharius & Domesticus Leo, cupientes audire vtilem eius doctrinam & admonitiones ab eo: & cum satis confabulati essent, & illos admonuisset Nilus, ingressus est ad cellulam suam, vt iterum Deo incumbere. Illi verò extrà in quodam loco cum super herbam reclinassent, & paruum caputium cuiusdam fratris cum inuenissent, ponebant illud super capita sua Domesticus ille & Protospatharius, ridentes simul & ludentes. Quod cum vidisset Nilus per fenestram, & vehementer increpasset illorum scurrilitatem, grauitè illos reprehendit, dicens: Hoc quod nunc vos irridetis, ecce veniet hora, in qua cupietis vehementer illo indui, & non eritis digni. hæc ille. Cum & vnà cum prophético sermone hoc rigor & capitis dolor Domesticum occupauit, qui domum suam quamprimùm reuersus, ad cubile se deiiciens, præcepit vocari ad se aliquem ex religiosiis sacerdotibus, qui cum venisset, & ad cubile appropinquasset, vt diceret, quam de causa ab eo vocatus esset, inuenit illum iam mortuum. Qua re cognita, timor occupauit eos, qui cum ipso venerant à monasterio, & omnes admirati sunt S. Nili prædictionem.]

Missus est autem post eum Constantinopoli ab Imperatoribus Eupraxius præfectus, qui eandem provinciam administraret, qui aliàs antè eadem perfunctus erat præfectura, quocum fuit beato Nilo haud leue certamen, sed gratia Dei summa gloria victor euasit. sunt huiusmodi. Cum itaque reuersus esset Eupraxius cum multa elatione & fastu, cum ab Imperatoribus constitutus ipse esset iudex Italiæ & Calabriæ: omnes quidem Præpositi monasteriorum regionis illius accedebant ad eum cum muneribus & adulationibus, orantes eum singuli, vt ipsos protegeret, & sibi opem ferret. Beatus verò pater Nilus, ne videretur vel comminationes hominum metuere, vel confidere Principibus, quos præ contumelia, filios hominum Propheta ^c vocauit, in quibus non est falsitas: neque accessit adulatorius, neque donis comminationes superbix illius & audaciæ lenire quæsiuit, sed in suo manens monasterio, & quieti incumbens, Deum rogabat pro totius mundi salute, & pro anima Eupraxij præfecti. Quod quidem ad maiorem furorè & insaniam accendit cor superbi illius: quia cum ab omnibus honoraretur & coleretur, à beato Nilo apertè contemni videbatur. Quapropter non destitit quærere iniquitatis occasionem aduersus iustum illum, cum non inueniret. Non enim cognosce potest vestigium colubri super petram, quemadmodum nec Principis iniquitatem in homine coronato est facile reperire. Interea dum ille animo conflictaretur, multa mala aduersus Nilum meditatur. Repentina imminerebat illi mors, sed beati Nili oratio illam præoccupauit.

Morbus quidam, qui cancrena dicitur, circa glandem virilis membri cum illi ortus esset, medicorum inutilem artem esse arguebat: pœnas autem dabat luxuriæ instrumentum, propterea quòd incontinentia sua naturæ legem afficiebat iniuria. Ad hæc itaque conuersus, & temeritatem suam, qua aduersus Sanctum vsus fuerat, detestatus (erat enim satis prudens vir ille, licet potestatis magnitudine satis fuerat elatus) supplex efficitur, quia antea comminationibus obstrepebat, si quo pacto fieri posset, vt eius

aspectum tantum intueri obtineret, & benedictionem & absolutionem ab eo accipere mereretur. Beatus vero Nilus in presentia quidem procrastinabatur coram cum illo agere, cum nec eum ipse reciperet venientem ad monasterium, nec vellet illum adire, & eius preces perficere & adimplere, hoc pacto salutem illi procurando. Sciebat enim congruo tempore grauitate & feueritate vti, vt par est, aduersus eos qui sensu rationis carent. Cum igitur tribus annis morbus ille à Deo immissus paulatim absumpsisset occultas partes, accessit tandem principi membro, & mortem illi comminabatur eius corruptione. Tunc accessit ad eum spiritalis medicus, precibus, aduentu, & epistolis humanissimis. Cum igitur vidisset Eupraxius beatum Nilum, & reuerendos eius pedes amplexus esset, tantam lacrymarum abundantiam effudit, illos deosculando, vt & ipse sanctus Pater, & omnes qui aderant, collacrymarentur cum eo vehementer. Nihil enim aliud licebat videre in ipsis, vel alicui comparare quam peccatrici illi Euangelicæ in contritione tenenti pedes Domini, & remissionem ab eo petenti delictorum suorum. Cum itaque beatus Nilus vidisset ipsum lacrymis fatiatum, quasi infantem proprio vbere, extendens manum, eum suscepit & subleuauit. Ille vero cum omnibus præcepisset vt egredierentur, cepit denudare ei morbum animæ per corporis morbos, & lacrymans dicebat: Ecce venerande Pater, tribus annis, noctu diuque torqueor hoc morbo grauissimo, doloribus maximis, & ineffabili fetore affictus, quem neque multis vnguentis adhibitis, neque vestium frequenti mutatione (septies enim in die mutor) vitare potui. erat enim morbus (vt Beatus dicebat) *

* Desunt aliqui.

VIII. EUPRAXIUS FIT MONACHVS.

Iterum igitur manus beati Nili Eupraxius tenens, lacrymis illas abluendo, aiebat: Miserere mei per Dominum, ô imitator Christi Domini, & dignare venerandis hinc manibus tuis me tondere, licet omnibus vitiis plenum & inquinatum. Voui enim Deo fieri monachus. Dixit autem illi beatus Nilus: Non licet tibi viro prudenti & valde perito vulgariū hominum verba sapere atque proferre: omnes enim qui sacro Baptismate sunt insigniti, & illud immaculatum ab omni peccato non custodierint, debent absque voto aliquo iterum suscipere poenitentiam baptismum, quem pro magna sua misericordia & bonitate Deus hominibus largitus est, diuitibus, pauperibus, Regibus & Principibus, sacerdotibus & pontificibus, & omni animæ quæ voluerit in temporis momento regenerari, sicut aquilæ iuuenta, & liberari ab omnibus præteritis peccatis. Quod autem dixisti vt te tonderem: humilis monachus ego sum, nullum sacerdotalem gradum adeptus. Hic autem est Metropolita, (aderat enim ibi tunc temporis Metropolita sanctæ Seuerinæ,) sunt etiam hic Episcopi, & Archimandritæ, ipsi desiderium tuum impleant. Ego enim quid sum vt hoc mihi sumam? Ille vero iterum manus deosculando beati pariter Nili orabat, illum obtestando, vt hoc opus non demandaret alteri, sed per eum sanctum & Apostolicum habitum susciperet, & mediator & protector sibi esset coram Deo. Vidus igitur beatus Nilus lacrymis & precibus eius, suis manibus ipsum torondit, & induit eum vestibus venerandæ humilitati statutis, eum videlicet qui mollibus & latis vestibus paulò antè induebatur, præfente Metropolita Stephano cum Episcopo Castri, & Præpositis monasteriorum non paucis, & aliis sacerdotibus.

IX.

Aderat & Iudæus ille Domnulus medicus, cuius antea mentionem fecimus, spectator omnium quæ fiebant. Qui egressus inde, & quod gestum erat admiratus, dixit illis qui aderant: Vidi hodie mirabilia, quæ olim facta audiui. Nunc vidi prophetam Danielem cicurantem leones. Quis enim vquam potuit huic leoni manus imponere? iste vero iunior Daniel & comam torondit illi, & caputium iniecit. Et hæc quidem dicebat Hebræus. Eupraxius vero, postquam totum angelicum officium peractum fuit in seipso; hortatus omnes ad prandium, cum seipsum composuisset, & accinxisset instar famuli, illis seruire satagebat, qui ante multos dies è cubili surgere non poterat, confirmatus virtute sancti Spiritus, & gratia manuum beati Nili. Cum vero imperatum illi esset vt sederet prope ipsum: petiit iterum, vt sibi liceret instar famuli ministrare mensæ, & hoc facto, omnes stupebant præ vigore & promptitudine viri illius, & Deum glorificabant. Post hæc autem cum omnia bona sua pauperibus dedisset & Ecclesiis, & omnibus egenis & domesticis cum aliquid legasset, & seruos libertate donasset: tertia die ad Dominum profectus est cum omni contritione & gratiarum actione, fide & spe securus ad illum properans, qui per Prophetam dixit: Nolo mortem peccatoris, sed magis vt conuertatur & viuat.] hic finis Eupraxij, qui precibus Nili ex Saulo Paulus, ex Ipirante

ORITVS EUPRAXII PRÆFECTI.

A rante minas & cædes, factus est fundens lacrymas atque preces, & ex hoste quem habuit antea Nilum, cupiit habere pro salute suæ animæ protectorem & ducem ad Deum, quod est feliciter consecutus.

IĒSV CHRISTI BENEDICTI VII. PAP. OTTONIS II. IMP. 4. ANNVS ANNVS BASIL. ET CONST. IMP. 2. 977. 3.

AN NV S Redemptoris nongentesimus septuagesimus septimus, Indictione quinta incipit, quo Benedictus Papa Sergio Damasci Episcopo, de quo superius dictum est, Ecclesiam S. Bonifacij, siue Alexij (vtrouque nomine appellata reperitur) tradidit colendam, in qua ipse collegit monachos, & obseruantia monastica restituta, vbi annis quatuor illic degisset, sancto sine quieuit. est de his testis inscriptio ad eius sepulchrum incisa istis versibus in dicta Ecclesia exarata, licet satis pannosa Musa:

I. BENEDICT. PAP. DAT. SERGIO ECCLĒSIAM S. BONIFACII.

*Sergius hic recubat Metropolita sepulchus,
Qui quondam fuerat Damasci tempore longo.
Nimine perductus ad sacra limina Petri,
Temporibus p̄j Benedicti Præsulis almi,
Martyris hoc templum cecit, monachosq; vocauit,
Cœnobium sancti Benedicti condidit ipse.
Primo qui statuit nostræ certamina vitæ,
Quattuor hic annos vixit sub iramine recto.*

ANNO Incarnationis Domini nongentesimo octogesimoprimo, tertio Idus Nouembris, Indictione nona, vixit annis septuagintaquatuor.] hucusque ibi. porrò tanto auctore & institutore, factus est locus ille domicilium sanctorum virorum illuc accedentium & proficientium. de quibus inferius acturi sumus.

Eodem anno sanctus Romualdus, vbi triennium exegisset in Classensi cœnobio, vitam æmulatus anachoreticam, Marinum virum sanctissimum idem vitæ genus magna excellentem obseruantia adiit. apud quem adeò profecit, vt suo exemplo viros nobilissimos ac potentissimos ad idem vitæ institutum sectandum attraxerit, & inter alios Petrum Vrfeolum Ducem Venetiarum, & Ioannem Gradenicum æquè nobilem Venetum. de quibus ista habet Petrus Damiani, quæ desiderantur apud eos, qui res Venetas stilo sunt profecuti, rem gestam sic ab exordio petens:

II. ROMVALDV BRENITICAM VITAM SECTATVR. a Apud Sur. rom 3. die 19 Iunij, cap. 6. 7. 8. 9.

Eodem tempore Petrus cognomento Vrfeolus Dalmatici Ducatus gubernabat habenas. Qui videlicet ad huius fastigium dignitatis idcirco peruenerat, quia decessoris sui, Vitalis scilicet Candiani peremptoris fautor extiterat. Cur autem ille à suis extinctus sit, non ab re esse arbitror, si seruata compendio breuitatis exponam. In coniugium germanam Hugonis, magni illius Marchionis acceperat, & æmulatione leuiri suadente, multos ex Longobardæ & Tusciarum partibus milites, profligatis pecuniarum stipendiis acquirebat. Hoc autem Venetiarum incolæ non ferentes, clam iniere consilium, vt repentino impetu Ducis palatium armati violenter irrumperent, eumque cum omni domo sua in ore gladij absque vlla retractatione necarent. Huius verò conuenticuli coniuratione comperta, Vitalis Dux nocturnis diurnisque vallatus excubiis hostiles insidias ad nihilum redigebat. Illis autem hæc & illa tentantibus, sed ad inceptæ factionis effectum attingere non valentibus, tandem visum est, vt domum Petri, quæ Ducis palatio adiacebat contigua, prius incenderent, istoque modo & Ducem caperent, & vniuersa eius domestica concremarent. Istius verò rei experiendæ consensum à Petro, qui tunc eorum consilij particeps fuerat, flagitantes, ita inter se pacti sunt, vt pro vna eius domo, quam igne consumerent, totam illius ditioni Venetiam subderent, & deiecto illo quem exosum habebant Ducem, hunc loco eius protinus subrogarent. Hoc igitur modo Petrus Dalmatici Regni adeptus est principatum.] Qui profecutus est res Venetorum Sabellicus, de his agens, non Vitalem Candianum, sed Petrum id fecisse testatur, Vitalem verò eius filium fuisse; incendiumque adeò vehemens excreuisse, vt non solum Ducis palatium, sed & sancti Marci basilicam atque Theodori Ecclesiam simul & trecentas priuatas domus combusserit.

III. PETRVS VRFEOLVS DVX VENET. SE ABDICANS VITAM REMITTCAM AMPLECTITVR.

I V. Porro ipsam S. Marci basilicam fuisse ab eodem Petro Vrfeolo priuato sumptu & maiore quam antea apparatu restitutam tradit. Quibus peractis, se sponte ab ea abdicari dignitate, atque secretò cum paucis sui consilij conscis in Gallias profectus, illic vsque ad obitum magno nomine sanctitatis vicam transegerit: idem verò vitæ institutum vnà cum ipso arripuisse Ioannem Gradenicum nobilem Venetum, Petrus Damiani aequè testatur, qui eo nomine commendatur, quòd corpora tyranni atque filij eius ad macellum allata & canibus proiecta, ab oculis populi furentis subtrahita, sepulturæ tradenda curauit. Idem verò Petrus cœptam semel de his orationem sic profequitur, atque de Petro Vrfeolo Duce creato hæc ait: Hic postmodum ambitionis suæ voluptate potitus, respectu diuinæ gratiæ demum corde compunctus est.

GRADENICI PIETAS.

V. Quidam tunc venerabilis Abbas, Guarinus nomine, ex vltioris Galliæ finibus orationis gratia per diuersas mundi regiones peregrinari solitus erat. Hic igitur ad Ducem veniens, ab eo pronus, vt sibi ad euadendi tanti reatus periculum consilium præberet, rogatus est. Itaque accersitis Marino & Romualdo in illis partibus vitam eremiticam excolentibus, hoc sibi communi iubetur sententia, vt sæculum simul cum ipso quem per nefas inuaserat, Ducatum relinqueret, quia alienæ potestatis dominium subiugauerat. Ille homo, Petrus nimirum, in potestate positus, quia conuersionem suam manifestè facere ausus non est, tutum putauit hoc vtendum esse consilio. Imminente igitur festiuitate sancti cuiusdam Marryris, & cuius vocabulo basilicam in propria possessione adhuc priuatus habuerat, illuc pridie vxorem suam præmisit, ipse quasi mox secuturus hoc ei præcipiens, vt ornatum Ecclesiæ accuratissimum prouideret, & secum venientibus sumptuosas epularum delicias in crastinum præpararet. Ipse autem post coniugem remanens, iis de suis thesauris, quæ videbantur, ablatis, cum quodam suo familiari, Ioanne scilicet Gradenico, qui prædictæ coniuurationis conscius fuerat, & cum tribus illis beatis viris quos præmisimus, Guarino, Marino, & Romualdo, nauem ascendit, deinde in Galliam ad monasterium Abbatis Guarini magnus Conuersus aufugit.] At cum vir potestatem non habeat (vt docet ^a Apostolus) sui corporis, donec vixerit coniunx eius, quod aded in Ecclesia vulgatum, haud est verisimile ignorasse tres illos sanctissimos viros, qui hoc ipsi faciendum suaserunt, nec qui eorum consilio paruit Petrus Vrfeolus: ided dicendum videtur ad excusationem aliquid intercessisse ex causis illis, quibus præuis, quod fecit, iure facere potuisset.

GUARINVS ABBAS INSTITVTOR ROMVALDI ET SOCIO. RVM.

^a 1. Cor. 7.

VI. Quomodo autem profecti simul in Gallias secuti Guarinum, haud longè ab eius monasterio vitam egerint anachoreticam quatuor isti, Petrus Vrfeolus, Ioannes Gradenicus, Romualdus atque Marinus, victumque sibi labore manuum comparantes magna austeritate carnem domuerint, illicque peregrinantes plura annorum curricula, atque demum iam vita benè perfuncta Petrus Vrfeolus migrarit in cælum; Guarinus verò atque Ioannes, Marinus & Romualdus sint reuersi in Italiam, eodem à quo impulsu fuerant in desertum, monente Spiritu: fufius narrat idem Petrus Damiani in Romualdo, quem consulat, qui ista copiosius cupit. Illud verò non tacendum, quòd Vrfeolus filio ad inuisendum in Gallias venienti futura prædixit. ^b ait enim: Hunc Petrum Vrfeolum filius eius sibi æquiuocus, vir valde secundum sæculum prudens aliquando visitauit. cui pater, nefcio utrùm prophetiæ spiritu, sed reuelatione aliqua quæcumque sibi essent euentura prædixit: Noui (inquit) fili mi, proculdubio, quia Ducem te constituent, & prosperaberis. Tu tantummodò satage, vt & Ecclesiis sua iura conserues, & erga subditos alicuius amore vel odio à iustitia non declines.] hæc Petrus Damiani.

^b Apud Sur. tom 3. die 19. Iunij, cap. 9.

VII. Quæ autem dum in Galliis viri isti sanctissimi morarentur contigerint de admiranda Olibani Comitis conuersione, sic accipe ab eodem auctore: ^c Alius quidam Comes Olibanus nomine, in iis Galliarum Aquitaniæ partibus, sub cuius iure monasterium prædicti Guarini Abbatis fuerat positum, qui sublimi quidem culmine terrenæ potestatis erectus, sed multis erat peccatorum molibus aggrauatus. Hic aliquando Romualdum gratia visitationis adiit, & ceteris extra cellulam manentibus, solus cum solo gestorum suorum seriem narrare, quasi per confessionem cœpit. Cui vir venerabilis, his quæ ab eo referebantur auditis, respondit, eum aliter saluari non posse, nisi mundum relinquens, ad monasterium conuolaret. Comes autem mox mente turbatus, ait, quia sui spirituales viri, qui eius acta cognoscerent, nequaquam ita sentirent, neque tam intolerabilem rem sibi aliquando suaderent.

^c Idem c. 13. c. 16. OLIBANI COMITIS CONVERSIO.

Adsci-

A Adscitis itaque Episcopis & Abbatibus qui secum venerant, cœpit in commune perquirere, si ita, sicut Dei seruus testabatur, se haberet. Illi autem beati Romualdi sententiam omnes vnanimi voce confirmant: se vera Comiti eatenus non dixisse terrore confictos excusant. Tunc Comes semotis omnibus hoc cum beato Romualdo secreto valde consilio pepigit, vt ad Cassinum montem sub prætextu orationis pergeret, & in monasterio sancti Benedicti diuino se seruitio irreuocabiler manciparet.] & inferius: Olibanus autem Comes sua relinquens filio, cum multa diuitiarum copia, quindecim scilicet onustis thesauro sagmariis, comitantibus eum Guarino & Ioanne atque etiam Marino, ad beati Benedicti se monasterium contulit, & valedicens his qui secum venerant, nihil tale de eo vsque tunc suspicantes, multis gemitibus & amaris fletibus se affligentes, ad propria remeare cœgè, &c.] hæc eadem de Olibano Comite habentur in Chronico ^a Castinatæ à Leone Ostiensi Episcopo scripto.

VIII.

Hoc eodem anno, die prima Martij ex hac vita in cælum migravit sanctus Rudesindus Compostellanus Episcopus, cuius res præclare gestæ ab Ordonio scriptæ extant, ex quo ^b Ambrosius Morales, pleraque de ipso, sed summatim perstricta, in Chronicis habet, & ex condito ab eo pio valde ante obitum testamento pauca ista eius principij ita reddidit, ex quibus cetera mediteris:

^a Leo Oß. Chron. Cast. lib. 2. cap. 19.

^b S. RYDESIN- DI OBITVS. Amb. li. 16. cap. 36.

Suscipe quæso Domine humillimam precem tui licet indigni famuli Rudesindi, pro- lis Guterris & Ilduardæ, & da in corde meo vota, quæ suscipias, & da in ore verba quæ compleas, & da in manibus meis opera quæ complenda approbes, atque operata iustifices, &c.] relatus est autem inter Sanctos, publicæque venerationi omnium Christianorum expositus ab Apostolicæ Sedis Legato Hyacintho S. R. E. Cardinali, anno Redemptoris millesimo centesimo quinquagesimo sexto, sub Alexandro Papa Tertio, quæ cuncta factas ipse postea Pontifex, nominatusque Cælestinus Tertius, confirmauit, atque ea quæ ad solemniore ritus defuissent expleuit.

X.

IESV CHRISTI BENEDICTI VII. PAP. OTTONIS II. IMP. 5. ANNVS ANNVS BASIL. ET CONST. IMP. 3. 978. 4.

A NNVS sequitur Redemptoris nongentesimus septuagesimus octauus, Indictione sexta, quo Otto Imperator offensionem passus à Lothario Francorum Rege, eum persequitur vsque ^c Parisios. Quid autem tum accidit insequentes hostes pati, cum sancti Volfgangi Episcopi Ratisponensis precibus transissent sui exundans flumen illæsi, ab auctore accipe, qui tunc viuebat, & eiusdem Sancti intimus erat: Cum (inquit) Otto Secundus Imperator ob illatam ipsi iniuriam Franciam hostili animo & manu ingressus Lutetiam vsque peruenisset: in reditu, ad fluuium quemdam peruenere, cuius aquæ intumuerant, ita vt multi illic mergerentur. Vbi autem beatus Antistes cum suis eò peruenit, tum præsentis periculo commotus suspexit in cælum, & tum sibi, tum suis benè precatus atque benedicens, iussit suos incunctanter transire flumen. Sed illis adhuc cunctantibus, & Francis interim à tergo acriter instantibus: ille primus in nomine Domini (quod semper in eius versabatur ore) fluuium ingressus suos animauit. Nec quisquam eorum vllum expertus est periculum. Tunc verò omnes id admirantes, præ gaudio in Dei laudes eruperunt. Sed vir humillimus, ne id in publicum efferrent, obnixè eos rogauit.] hæc auctor. Porro eam partem exercitus, quæ insequeretur Ottonem, malè perisse apud flumen, ^d Aimoinus habet.

I.

^c Lambertus Chr. hoc anno, c. Sigeb. eod. anno. S. VVOLF- GANGVS EPISCOPVS RATISPON. CLARET.

^d Aim. lib. 5. cap. 44.

Eodem ^e anno, vt antiqua Anglicanæ Ecclesiæ monumenta docent, Eduardus Rex Angliæ insidiis sceleratæ noueræ occiditur, vt eius filius Ethelredus puer annorum decem Regnum consequi posset. Porro ita innocentissimus Rex necatus, miraculis coruscans cultus est ab Anglis vt martyr. Extant ^f Acta necis & miraculorum eius ab incerto auctore scripta, in quibus tamen diuersa afferuntur de tempore necis eius; nam asserentibus aliis, eum hoc anno cæsum, ille ponit necatum esse anno Domini nongentesimo octogesimo primo. Porro tragædiam tantam, quomodo se habuerit, sic accipe breuitate restrictam: Cum Rex Eduardus die quadam in venatione lassus, & siti nimis affectus potum solus quæreret, commilitonibus suis & ministris carens, quocumque casu

II.

^e Append. ad Bed. de gest. Angl. lib. 2. c. 12. Flores hist. Matth. Vnscimonast. hoc anno. ^f Apud Sur. tom. 2. die 18. Martij.

CHRISTI
978.BENEDICTI VII. PAP.
4.OTTOVIS II. IMP. 5.
BASIL. ET CONST. IMPP. 3.S. EDVARDVS
INSIDIIS
NOVERCAE
NECATVR.

casus duceret insequentibus, audito quodd nouerca eius & frater in villa quadam quæ A
Cornesgate dicitur, habitarent: concito equitatu illuc pertendit, nihil sinistrum propter
innocentiam suspicans, sed aliorum corda ex sui pectoris moderamine ponderans. At
nouerca eius blandis eum sermonibus aduenientem alliciens, sibi fecit intendere. Et
post oscula sibi porrecto poculo, Regem illud auidè haurientem perlictoris manus sica
transfodit. Rex verò cum se vulneratum lethaliter cognouit, equum calcaribus vrgere
cepit, vt rediret ad suos, exundante iugiter cruore, vnde suæ mortis indicium se quæ-
rentibus dedit, in terram cecidit. Tunc Elsdriha mulier illa nequissima eiusque filius
Ethelredus corpus sancti Eduardi Regis & martyris sine honore apud Marham sepeliri
iusserunt, publicam lætitiã agentes & festiuam, ac si cum corpore pariter & memo-
riam sepelissent. Inuidebant enim mortuo Ecclesiasticam concedere sepulturam, cui vi-
uenti decus regium auferebant.

III. Sed affuit diuinæ commiserationis consensus, qui innocenter casum miraculorum gra-
tia sublimauit. Nam aded cælestia ibidem visa sunt delapsa fuisse luminaria, vt etiam
cum ipsis luminum radiis, claudis restituerentur gressus, cæcis visus, mutis loquela; &
cuiuscumque infirmitatis liuore detenti, opratę sanitatis præmia consequerentur. Fit con-
cursus populorum totius Regni ad Martyris sepulturam, & inter alia, interfectrix illuc
iter arripuit. Iamque equum ascensum cum stimulis vrgeret, quæ antea ventis promptius
auras ipsas præcurrerat, & dominam vrgenter quasi effrænâ portare assueuerat: tunc Dei
nutu stabat immobilis, præcipuè cum ministri hinc verberibus, illinc clamoribus equum
vndique & stimulis agitant. Inanis labor assumitur, dum equo mutato, casus idem sub-
sequitur. Tunc Elsdriha, viso Dei miraculo, mirè pœnituit, aded vt multis annis carnem
suam in deliciis enutritam apud VVareuuellam cilicio domaret, solo prostrata somnum C
caperet, & cruciatus quoscumque potuit corpori applicaret. Aelferius quoque ille de
quo supra meminimus, quodd monachorum monasteria destruxisset, de culpa anxie pœ-
nitens sacrum Regis corpus de loco ignobili transferens, apud Sceptoniam digno ho-
nore locauit. sed nec sic dignam vltionem effugiens, post annum corpus eius totum ver-
mibus dicitur esse consumptum.] hæc ibi. reliqua anno sequenti.

IV. Eodem tempore Carolus Dux Lotharingiæ frater Lotharij Regis pugnans aduersus
Hermenfredum occupatorem rerum Ecclesiasticarum, accepit ab eo corpus S. Gudilæ
virginis, & Bruxellas intulit: inuasores autem possessionum illius & descendentes here-
des diuina vindicta iugiter est profecuta, vt omnes miserando vitam finirent interitu.
Hæc ex ^a appendice ad res gestas eiusdem Sancti.

^a Apud Sur.
die 8. Ian.
tom. 1.

IESV CHRISTI BENEDICTI VII. PAP. OTTONIS II. IMP. 6. D

ANNVS
979.ANNVS
5.

BASIL. ET CONST. IMPP. 4.

I. ANNVS Redemptoris nongentesimus septuagesimus nonus, Indictione septima se-
quitur, cum Kal. Maij die Dominica à sanctis Archiepiscopis Dunstano Cantua-
riensi & Osuualdo Eboracensi & aliis Ecclesiæ Episcopis Ethelredus puer decennis Rex
coronatur. In qua coronatione S. Dunstanus prophetiæ afflatus spiritu hæc ad Regem:
Quoniam aspirasti ad Regnum per mortem fratris tui, quem occidit mater tua, propter-
eã audi verbum Domini. hæc dicit Dominus: Non deficiet gladius de domo tua, sæuiens E
in te omnibus diebus vitæ tuæ, interficiens de semine tuo, quousque regnum tuum trans-
feratur in Regem alienum, cuius ritum & linguam gens, cui præsidet, non nouit: nec ex-
piabitur nisi longa vindicta peccatum tuum, & peccatum matris tuæ, & peccatum viro-
rum illorum qui interfuere consilio eius nequam. Post hanc Dunstani viri Dei prophe-
tiam nubes per totam Angliam nunc sanguinea, nunc ignea visa est, &c.] hæc Matthæus
VVestmonasteriensis hoc anno. Eadem de S. Dunstani prophetia haber, aliis licet verbis,
Osbertus in Dunstano, & qui martyrium eius describit.

I I.
SYNODVS
CALNENSIS

Porro cum adhuc idem Rex puer esset, collectum est Concilium Calnæ, cum clerici
aduersus sanctum Dunstanum reclamarent ob pulsos ipsos & subrogatos loco ipsorum
monachos. De hoc conuentu ista apud eundem Matthæum VVestmonasteriensem:
Alia Synodus Calnæ constituitur, vbi cum in cœnaculo, absente Rege propter imbecil-
lem

CHRISTI
979.BENEDICTI VII. PAP.
5.OTTOVIS II. IMP. 6.
BASIL. ET CONST. IMPP. 4.

A lem ætatem, confidentibus totius Regni Senatoribus, magno conflictu hinc inde alle-
gantium res ageretur, & Dunstanum quasi Ecclesiæ murum multorum iacula conuicio-
rum impererent, nec vincerent: solarium subitò totum, quo confidebant, cum axibus
dissoluitur & trabibus; omnibusque interim truculenter elisis, solus Dunstanus stans su-
per vnam quæ superstes erat, trabem, absque læsione euasit. Ceterum omnes partis ad-
uersæ vel exanimati sunt, vel languore perpetuo sunt detenti. Hoc miraculum contulit
pacem beato Dunstano & monachis ab impetu clericorum & aliorum, gratia hæc &
similia operante diuina.] hæc ipse recenfer anno nongentesimo septuagesimo quinto,
cuncta in vnum iungens. Eadem ^a auctor in Appendice ad Bedam. Et Osbertus in vita
Dunstani, vbi non solum ipsum Dunstanum saluum factum, sed & omnes qui suarum
essent partium, tradit.

^a Dunst. De
gestis Angl.
lib. 2. cap. 11.

B IESV CHRISTI BENEDICTI VII. PAP. OTTONIS II. IMP. 7.

ANNVS
980.ANNVS
6.

BASIL. ET CONST. IMPP. 5.

ANNVS Redemptoris nongentesimus octogesimus, Indictione octaua sequitur, I.
quo ^b Otto Imperator in Italiam venit, & cum Veronæ esset, electo S. Adalberto
Prageni in Boëmia Episcopo, per virgam pastorem tradidit possessionem eius, quam
vocabant inuestituram. De tanto verò Vngarorum & Prussiorum Apostolo, martyrio in-
signito, huius perditissimi sæculi decore maximo, haud perfunctorie mentio facta tran-
seat, sed hæc vt sunt gesta, Annalibus inserantur. Atque primum illud non ignorandum,
C eundem primò vocatum Voicechum, inunctum verò sacro Chrismate à S. Adalberto
primo Archiepiscopo Magdeburgensi, ab ipso suo nomine vocatum Adalbertum. hæc
omnia pluribus, qui res ab eo gestas præclare conscripsit auctor eiusdem temporis. Alia
eiusdem vitæ Acta extant antiquitus scripta in codice peruetusto monasterij S. Cæcilie in
Vrbe, in quo plura quæ desiderantur in aliis habentur: vbi non Voicechus, sed Vuentius
in Baptismate vocatus asseritur. horum igitur geminorum Actorum subsidio, quæ de ipso
dicenda erunt, omni fide promentur. In prioribus autem Actis, quæ apud Surium extant,
promotio eius ad Episcopatum ita narratur: ^c

S. ADALBER-
TVS CREATVS
EPISCOPVS
PRAGENSI
^d Lambertus
& Sigebertus
in Chron. hoc
anno. & alij.^c Apud Sur.
die 23. Apr.
tom. 2.

Moritur intereã Episcopus Boëmiæ prouinciæ, & sic est (vt audiuiimus) coram astan-
tibus desperata voce testatus, quodd ab nigris spiritibus immundis ad tartareum chaos de-
portaretur. Præfens erat tunc Adalbertus, vnus extrema videntium, & verba morientis
antè audientium. quem (vt ipse post Abbati in monasterio dixit) visionis illius magnus
horror inuasit, & ad primam salutem direxit, exinde emendare mores, fræna ponere ani-
mis, desideria carnis æstu diuini amoris excoquere cepit.] quomodo autem post hæc,
comitia pro successoris electione fuerint celebrata, & ipse ab omnibus Sanctus electus,
idem auctor narrare sic pergit:

I I.

Conueniunt Dux terræ & maior populus, & pro eligendo pastore varias sententias di-
cunt. Omnes tamen ad vltimum manus leuant, aëra clamoribus implent, non haberi me-
liorem, nec alium oportere suum esse Episcopum, quam indigenam Adalbertum, cuius
nobilitas, diuitiæ, alta scientia, placabiles mores cum tanto honore concordarent. Ergo ad
hæc verba leuatur terra Episcopus, mutata veste pius Adalbertus. Hac ipsa die, vbi erat
E Episcopium, audientibus multis, locutum est dæmonium, cum presbyteri imprecationi-
bus vrgeretur, vt exiens de homine possessio daret honorem Deo viuo: Quid molesti mi-
hi estis, inquit; Væ satis est mihi, amplius hic stare non possum, quia electus est hodie po-
pulo terræ Episcopus, quem valdè timeo, Christicola Adalbertus. Sic ait, & quasi citius
dicto cessit dæmon impius Spiritui sancto, & vt flagello fugatus exiuit, homine sano.] &
inferius: Igitur electus Episcopus auricomam Italiam petit, quem obsessæ Clusæ arcetas
vias egressum prima ciuitas Verona suscepit, quæ in fauce regni pulchrè leuat caput. Ibi
cum pastorali virga inuestiuit Otto II.] & inferius de Archiepiscopo, qui eum consecra-
uit: Ergo Archimandrita Moguntinus grauis homo Vuilegus Adalberto, cui Deus inte-
riore gratia benedixit, venerabile caput oleo vnxit, & in præsentia Imperatoris ad sacer-
dotij altitudinem prouexit.] quomodo autem reuersus in Boëmiam munus Episcopale
omnibus numeris (vt decet Sanctos) absoluit, idem auctor pluribus narrat.

I I I.

At

CHRISTI
980.BENEDICTI VII. PAP.
6.OTTOÑIS II. IMP. 7.
BASIL. ET CONST. IMPP. 5.

IV. At hæc omnia locupletius in Actis, quæ extant in codice S. Cæcilie superius citato, in quibus & illud inter alia habetur, consecrationem ipsius contigisse in festa die SS. Apostolorum Petri & Pauli. nam audi & de eius reditu Pragam. Consecratus est festo amicorum Domini IESU Petri & Pauli: multo equitatu equitat in dulcem patriam. Equus autem eius, cuius terga infederat, non more frementium equorum, nec properis cursibus gradiebatur, nec auro & argento portabat fulgentia fræna, sed in rusticum morem torra canapa ore strictus, incessit ad arbitrium sedentis.] & paulò post: Nouus ille pontifex vincula pedum soluens, nudo pede intrat in urbem, &c.] Sed & quemadmodum ob morum correctionem tam clericos quàm Principes passus est aduersarios & persecutores, vt inde recedere sit coactus, suo loco dicturi sumus. Triennio enim apud suos in Episcopali functione mansisse, exacta ratio temporis peruestigata declarat.

V. Eodem anno magnus ille Nilus, de quo superius mentio facta est, præuidens venturos in Calabriam Sarracenos à Græcis aduersus Latinos vocatos, eosdemque vt hostes eandem prouinciam mirè vastaturos, vnà cum suis recedens, in Campaniam veniens atque Cassinum, à Cassinatibus honorificè exceptus, ab eisdem incolendum accepit monasterium, Vallem lucis nominatum, id Leo^a Ostiensis, idemque fusiùs eiusdem Patris discipulus, qui res ab eo præclarè gestas accuratè atque fideliter scripsit, enarrat, aitque: Hoc cum iam cognouisset beatus Nilus oculo suo prophetico, Sarracenos scilicet Calabria potituros, diuinæ indignationi locum dare volens, ad Orientales partes se conferre noluit, veritus opinionem, quam de ipso habebant Orientales (ad ipsos enim etiam Imperatores Christo dilectos fama peruenit virtutis Nili) & honorem fugiens, eligit inter Latinos agere, vt ignotus apud eos. Quò verò magis ille hominum gloriam fugere studebat, tantò magis cælestis gloria ipsum exornabat. & omnes vt vnum ex Apostolis illum excipiebant, & parem venerationem illi tribuebant. Cum enim Capuam venisset (vt alia omittam propter copiam) & maximo honore affectus esset tum à Principe ipso Pandulpho, tum ab aliis nobilibus ciuitatis, aded vt decreuerint ipsum sibi Episcopum instituere, & res iam secuta fuisset, nisi mors Principem præoccupasset. Tunc verò cum vocassent Præpositum monasterij Montis Cassini (Aligernus erat iste, ille beatus) illi significarunt, vt daret beato Nilo monasterium aliquod sancti patris nostri Benedicti, quodcumque ipse veller.

VI. Beatus itaque Nilus cum ad inclytum illud monasterium accessisset, obuiam illi venit vniuersa monachorum turba vsque ad montis radices, sacerdotes & diaconi sacris vestibus, vt in die festo induti, cereos & thuribula præ manibus habentes, & ita B. Nilum ad monasterium deduxerunt, nec aliud quidpiam videbantur audire & videre, quàm si magnus Antonius Alexandria ad ipsos venisset, vel è mortuis magnus Benedictus surrexisset, diuinus ille ipsorum legislator & magister. Et rectè quidem iudicabant, & à scopo non aberrabant. Omnes enim qui ex ipsis vel corporis vel animæ aliquo detinebantur morbo, curati sunt, & vtilia ab ipso sunt lucrati; & qui speculationi incumbabant, doctrinam adepti sunt; qui in bonis erant operibus, ducatum; qui in peccatis, correctionem; qui in virtutibus, exhortationem; qui benè valebant, abstinentiam; qui malè, salutem. Et vnico verbo: quemadmodum olim Israëlitis singulis ipsum manna, ad eorum gustum conuertebatur & commodum, quapropter non erat in tribubus eorum infirmus: talem se etiam istis monachis miraculis Nilus præbuit, cum ipsos curasset præsentia sua à Deo missa, & omnes spiritali lætitia cumulasset. Valdè etiam ipse gauisus est bono ordine, & eorum statu magna disciplina exornato. Et cum res ipsorum (supra quàm res nostras, Græcorum scilicet, esset admiratus, deducebatur iterum ab ipso Abbate, & ab insignioribus eius Fratribus ad monasterium, in quo vnà cum filiis suis permanere deberet. Illud autem erat sancti Michaëlis Archangeli Vallis lucis nuncupatum.

VII. Precati sunt autem ipsum tum Abbas tum Fratres vniuersi, vt ad maximum monasterium descenderet, & Græca lingua in eorum Ecclesia diuinum officium perageret, vt hoc pacto fieret, vt inquit Apostolus, Deus omnia omnibus; quod etiam^b Propheta prænuntiavit; inquit, quòd leo & bos simul pascuntur, & simul stabunt eorum filij.] id ob eam causam, quòd ob exorta, vt vidimus, schismata, à Græcis Latinis se subdixerant. pergit autem: Beatus verò Nilus initio quidem abnuuit, præ humilitate dicens: Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena, qui hodie humiles sumus & abiecti in vniuersa terra propter peccata nostra? nihilominus vt consolemur inuicem nostram

^a Leo Ost.
lib. 2. cap. 17.

^b Isai. 11.

CHRISTI
980.BENEDICTI VII. PAP.
6.OTTOÑIS II. IMP. 7.
BASIL. ET CONST. IMPP. 5.

A nostra fide, & magnum Christi nomen glorificetur, contentus fuit hoc facere. Et cum hymnum condidisset proprio ore, in sanctum Patrem nostrum Benedictum, qui complectebatur omnia miracula quæ in eius habentur vita, cumque omnes Fratres supra sexaginta suscepisset, ascendit ad Cassini monasterium, & Vigiliis peregerunt in hymnis & canticis, &c.] Subiicit his auctor diuersas diuersorum monachorum interrogationes eidem ab ipsis propositas, beatiq; Nili responsiones diuino Spiritu plenas, inter quas illam hic intexam, quæ ab illis facta est compellatio de veteri & quàm sæpissimè agitata controuersia de Sabbati ieiunio, quam Græci contentiosi Latinis exprobrare, atque etiam damnare consueuerunt. vt intelligas quàm dispari studio eadem controuersia tractetur à piis pacisque studiosis, quàm à contentiosis, zeloque inflammatis inuidiæ, & stimulis æmulationis exagitatis; ait enim:

B Quæsierunt etiam de ieiunio Sabbati. Ille verò breuem responsionem cum dedisset, ita se explicuit dicens: ^a Qui comedit, non comedentem non spernat: & qui non comedit, comedentem non iudicat: Deus enim vtrosque suscepit. Tu verò, quare iudicas fratrem tuum? Siue igitur comedamus nos, siue vos ieiunetis; omnia ad Dei gloriam faciamus. Si verò accusatis nos, quòd Sabbato non ieiunemus; videte ne contraria sanctis patribus & columnis Ecclesiæ facere inueniamini, Athanasio videlicet, & Basilio, & Gregorio, & Ioanni Chrysostomo, & sexcentis aliis Sanctis, sanctis etiam Synodis: qui quod non fecerunt, illud ipsum neque lege sanxerunt, Ambrosio præterea Doctore vestro, de quo scriptum est in eius vita, quòd per totam hebdomadam ieiunabat, præter Sabbatum & Dominicum diem. Ego verò neque sanctum Siluestrum puto aduersatum sanctis Patribus sanxisse hoc ieiunium: neque potestis afferre rationem vel Canones de hac re, præter auctores eius vitæ, cui nullus ita facilè crederet, cum nulla eius rei aperta appareat demonstratio. Nos nihilominus, omittentes verborum vanitatem (non enim malum est ieiunium) dicamus illud ^b Apostoli, quòd cibus non commendat nos Deo, & quæ sequuntur.

Vtinam verò etiam miseri Iudæi Dominum nostrum cruci affixum adorarent! & si ieiunarent vel ipsos Dominicis dies, non esset mihi cura de hoc. Tunc illi respondent: Et non est peccatum ieiunare Dominico die? respondet Nilus: Quomodo sanctus Benedictus ieiunans Dominicis & festis diebus vel ipsum Pascha ignorabat, quando esset? Quapropter sciendum, quòd omnia quæ sunt propter Deum, bona sunt, & non contemenda, nec ipsum homicidium, Phinees & Samuel reipsa ostenderunt. Nos igitur benefaciamus non ieiunantes Sabbato, vt Manichæis execrandis aduersemur, qui eo die plorant, & vetus Testamentum accusant, quasi non sit à Deo traditum; non abstinemus verò ab operibus, ne similes simus impiis Iudæis Dei intersectoribus. Vos meritò ieiunatis, expiantes vos ipsos pro sancto resurrectionis die rectè celebrando.] hæc cum illis cunc S. Nilus differuit de ieiuniis secundum ritum diuersarum Ecclesiarum diuerso modo celebrandis, custodita inter eos perpetua charitate in vinculo pacis. ac de his modò hæcenus. De eodem Nilo enim rursus aliis exigentibus occasionibus inferius sermo erit, iam verò longè positas regiones inuisamus.

Eodem anno S. Haraldus Rex Danorum & martyr factione filij ipsius Christianorum hostis necatus, gloriam Martyrum est consecutus. Quod ad tempus spectat, hoc id anno accidisse, epitaphium ad eius sepulchrum appositum his vltimis duobus versibus indicat:

*Post natale Dei, dum scripsimus octuaginta
Nongentos, meruit scandere celsa poli.*

E At quomodo ista se habuerint, ^c Adam sincerus Chronographus illis temporibus proximus ita narrat: Nouissimis Archiepiscopi temporibus res nostræ inter barbaros fractæ, Christianitas in Dania turbata est: pulchrisque diuinæ religionis initiis inuidens inimicus homo supereminare zizania conatus est. Nam tunc SuenOtto filius Magni Haraldis Regis Danorum multas in patrem molitus insidias, quomodo eum iam longæuum & minùs validum Regno priuaret; & consiliū habuit cum his, quos pater eius ad Christianitatem inuitos coëgit. Subitò igitur facta conspiratione, Dani Christianitatem abdicantes Suen Regem constituunt, & Haraldò bellum indicunt. At ille ab initio Regni sui totam spem in Deo posuerat, tum verò & maximè Christo commendans euentum rei, cum bellum execraretur, armis se tueri decreuit, & quasi alter Dauid procedens ad bellum, filium lugebat Absalon, magis dolens illius scelus, quàm sua peti-

VIII.
Rom. 14.

I. Cor. 8.

IX.

X.

XI.

Adam. li. 2.
cap. 18.
HARALDI
REGIS DANORUM.
MARTYRUM.

pericula. In quo miserabili & plus quam ciuili bello, victa est pars Harald. Ipse autem vulneratus ex acie fugiens, ascensa nauī elapsus est ad ciuitatem Slaunorum, quæ lumne dicitur. A quibus contra spem, quia pagani erant, receptus, post dies aliquot ex eodem vulnere deficiens, in confessione Christi migravit. Corpus eius in patriam reportatum ab exercitu apud Roschild ciuitatem sepultum est in Ecclesia, quam ipse primus construxit in honorem sanctæ Trinitatis. De cuius sine cum istum pronepotem suum, qui nunc in Dania regnat, Suen interrogare maluerim, velut alter Tydeus, crimen aui reticuit. Me verò parricidium exaggerante, Hoc est, ait, quod posteri nos luimus, quod & ipse parricida suo piavit exilio.

XII. At ille noster Haraldus, qui populo Danorum primus Christianitatem indixit, qui totum Septemtrionem prædicatoribus & Ecclesiis repleuit, ille inquam innocens vulneratus, & pro Christo expulsus, martyrij gloria (vt spero) non carebit. Regnavit autem annos quinquaginta. obitus eius contigit in festiuitate omnium Sanctorum. Memoria eius & vxoris Gunild apud nos perpetua manebit.] & post multa hæc de persecutione excitata in Dania post obitum Haraldī ab eius filio a Sueno:

^a Adam. li. 2. cap. 21.

XIII. Quo tempore cum magnam Suen Rex persecutionem Christianorum exercuisset in Dania, fertur Archiepiscopus supplicibus Legatis & crebris muneribus laborasse vt ferocis animum Regis Christianis redderet manuetum. Quibus ille relictis, in sua crudelitate ac perfidia sœuire cœpit. Secuta est vltio diuina Regem Deo rebellem. Nam cum bellum susciperet contra Slauos, bis captus & in Slauiam ductus, toties à Danis ingenti pondere auri redemptus est; nec tamen adhuc reuertī voluit ad Deum, quem primò in morte patris offendit, & deinde in nece Fidelium irritauit: & iratus est furore Dominus, & tradidit eum in manus inimicorum suorum, vt disceret non blasphemare. Tunc potentissimus Rex Sueonum Hericus exercitu innumerabili sicut arena maris collecto, Daniam inuadit: & occurrit ei Suen derelictus à Deo, frustra sperans in idolis suis. Multa vtrinq; bella naualia (sic enim ea gens configere solet.) Copiæ Danorum omnes obricit. Hericus Rex victor obtinuit Daniam. Suen à Regno depulsus, dignam factis suis à Deo zelum recepit mercedem. Et hæc nobis iunior Suen recitauit in auro suo contigisse iusto Dei iudicio, quoniam illum dereliquit, quem pater eius bonum defensorem habuit.] & inferius de eodem infelici, factio sicut vago & profugo super terram: b

VLTIQ; DI-
VINA INSE-
QVITVR
PERSECV-
TORES CHRI-
STIANOR.

^b Idem lib. 2. cap. 25.

XIV. Post vindictam ergo scelerum, quæ in Ecclesias Dei & Christianos commiserat, Suen Rex victus & à suis desertus, quippe quem Deus deseruit, errabundus & inops consilij venit ad Northmannos, vbi tunc filius Haconis Thrucce regnavit. Is quoniam paganus erat, nulla super exulem misericordia motus est. At ille infelix & à toto orbe deiectus, in Angliam transfretauit, frustra solatium quærens ab inimicis. Quo tempore Britannis Adalraad filius Edgari imperauit. Is non immemor iniuriarum, quas Dani ex antiquo Anglis inflixerant, exulem repulit: quem tandem miseratus infortunij Rex Scotorum benignè suscepit. Ibiq; Suen bis septem annos exulauit vsque ad mortem Herici. Hæc parricidæ aui pericula Suen Rex nobis attonitis exposuit.] At quem tandem finem iste consecutus sit, vnde ingentem Dei misericordiam quis annuntiet, ex eodem auctore sic accipe: c

^c Idem lib. 2. cap. 28.

XV. Post mortem diu optatam Herici Suen ab exilio regressus obtinuit Regnum patrum suorum, anno depulsionis suæ & peregrinationis decimoquarto, & accepit vxorem Herici relictam, matrem Olaph, siue Olauī, quæ peperit ei Chnut. sed nihil profuit ei affinitas connubij, cui Deus iratus est. Olaph Rex Sueonum Christianissimus erat, filiamq; Slaunorum Estred nomine de Obotritis accepit vxorem, ex qua genitus est ei filius Iacobus, & filia Ingrid, quam Rex sanctus Gersleff de Russia duxit in coniugem. Olaph sanè, qui post obitum patris Herici Regnum super Suecos accepit, cum exercitu superueniens infelicem Suen Regno expulit, & ipse obtinuit Daniam. Cognouit autem Suen, quòd Dominus ipse est Deus, & reuersus in semetipsum peccata sua præ oculis habuit, poenitensq; orauit ad Dominum. qui exaudiuit eum, & dedit illi gratiam in conspectu inimicorum. Et restituit eum Olaph in Regnum suum, eò quòd matrem suam habuerit, feceruntq; pactum firmissimum, vt Christianitatem in Regno suo plantatam retinerent, & in exteris effunderent nationes.] sed quomodo vbi omisam Christianitatem recepit, & peccatorum poenituit, ei omnia dexterè succedere, audi adhuc ab eodem auctore d pauca ista quæ reliqua sunt:

SVEN REX
TANDEM
POENITET.

^d Idem lib. 2. cap. 29.

Au-

A Audiens autem Rex Northmannorum Olaph filius Trucis de coniunctione Regum, iratus est contra Suen: ratus eum quasi derelictum à Deo, totiensq; depulsum, à sua etiam multitudine facile posse depelli. Collecta igitur classe innumera, bellum intulit Regi Danorum. Hoc factum est inter Scaniam & Seland, vbi solent Reges nauali bello configere (est autem breuis traiectus Baltici maris Helsingburgh, in quo loco Seland & Scania videri potest, familiare latibulum piratis) ibi ergo congressi, Northmanni à Danis victi, & fusi sunt. Olaph Rex, qui fortè solus remansit, in mare se præcipitans, dignum vitæ finem inuenit. Vxor eius post mortem mariti fame inediaq; miserabiliter vitam consumpsit, vt dignum fuit. Narrant eum aliqui Christianum fuisse, quidam Christianitatis desertorem, omnes autem affirmant peritum auguriorum, seruatorem fortium, & in auium prognosticis omnem suam spem posuisse. quare etiam cognomen accepit, B vt Olaph diceretur: nam & artis magicæ (vt aiunt) studio deditus, omnes, quibus illa redundat patria, maleficos habuit domesticos, eorumq; deceptus errore perit. Quo interfecto, Suen duo Regna possedit. Ipse igitur, mox destructo ritu idololatriæ, Christianitatem in Noruegia per edictum suscipi iussit. Tunc etiam Gotebaldum quemdam ab Anglia venientem Episcopum in Scania posuit doctorem, qui aliquando in Suedia sæpè dicitur euangelizasse, etiam in Noruegia.] at non hic finis. Vfus enim est ipso Dominus vltore ad puniendam sancti Eduardi martyris necem, sicut audisti haud pridem fuisse vaticinatum à sancto Dunstano Cantuariensi Episcopo. nam audi eundem a auctore rem multa paucis complectentem his verbis:

XVI.

Suen Rex Danorum atque Northmannorum veteres iniurias tam occisi fratris, quam suæ repulsionis vlturus, classe magna transfretauit in Angliam, ducens secum filium Chaut, & Olaph filium Cracabem, de quo supra dictum est. Itaque multo tempore multis proeliis aduersus Anglos exactis, Suen veteranum Regem depulit Ethelredum, & insulam tenuit sua ditione, verum breui tempore: nam tertio mense postquam victoriam adeptus est, ibidem morte præuentus occubuit. hic tandem finis Suen Haraldī filij, quæ multis annis confecta hic in vnum voluimus congeffisse, quò exemplo vnus hominis, quàm Deus sit iustus & misericors atq; longanimis, intelligatur.

^a Adam. li. 2. cap. 36.

XVII.

IESV CHRISTI BENEDICTI VII. PAP. OTTONIS II. IMP. 8. ANNVS 981. ANNVS 7. BASILE ET CONST. IMPP. 6.

D ANNVS Redemptoris nongentesimus octogesimus primus, Indictione nona sequitur, quo Antonius Studites Patriarcha Constantinopolitanus, qui timore percitus Bardæ Scleri tyranni Imperium inuadentis, sponte se abdicarat, moritur. Suffectus est itaque in locum eius Nicolaus cognomento Chrysoberges, qui tenuit sedem annos duodecim & menses octo. Ita Curopalates, qui & post hæc recenset Bulgarorum eruptionem in Græciam sub Samuele ipsorum Rege bellicosissimo, de quo ista habet: Samuel Bulgarorum Rex cum bellicosus esset, neque quiescere vlla ratione sciret, occupatis in prælio contra Sclerum tyrannum exercitibus Imperatorum, securitatem nactus, omnem Occidentem excurreret, non solum Thraciam & Macedoniam & Thessaloniciæ finitima loca, sed etiam Thessaliam & Græciam & Peloponnesum, atque multa oppida in suam ditionem redegit, quorum caput erat Larissa, cuius incolæ in interiores Bulgaricæ partes cum totis domibus colonos deduxit, quibus in numero suorum militum conscriptis, contra Romanos sociis vtebatur. Transtulit etiam sancti Achillei reliquias, qui Larissa Episcopus fuerat, & in Septa, vbi Regiam habebat, reposuit.] erat enim Samuel Rex Christianus Sanctorum maximè cultor, quorum patrociniis pluribus noscitur potitus esse victoriis.

NICOLAUS
CHRYSO-
BERGES PA-
TRIARCHA
CONST.

Adfunt alia de Bulgaris Græciam inuadentibus, quæ in rebus gestis sancti Nicolonis, de quo superius, ita leguntur: Non longo post tempore Basilus cognomento Apocaucus Prætoris munere nuper auctus, Corinthi versabatur, isthmumq; illum præsidio contra Bulgaricos incursum tuebatur. Grauius autem illum angebat non solum molestus ac difficilis morbus, quo tenebatur, sed multo magis vrgens metus & pavor Bulgaricæ incurfionis, fama gliscente, gentem illam toto Epiro grassatam, in Hellas

XVIII.

Annal. Eccl. Tom. 10.

A a a a

PRECIBVS S. NICONIS BVLGARI PROPVLSA TI.

Helladam atque in Peloponnesum copias conuertere. Proinde missis Spartam nuntiis Apocaucus Niconem auocarat. Enimuerd compleuerant eius aures quæ de illo passim narrabantur, præcipue quæ de summa illius in Deum fiducia & libertate acceperat. Ex quo autem virtutis eius illecebris capi cœperat, beatum eius vultum cernere, vocemque audire, votis omnibus gestiebat. semper enim apud omnes gentes in pretio & veneratione fuit vera philosophia. Diuinus quidem vir charitate præstans, Apocauci petitionem propenso animo accipiens, antiquius nihil habuit, quam vt Corinthum celerimè contenderet. Quod appellens, non solum morbo ægrum sua præsentia liberauit, sed metu etiam & terrore Bulgarorum, illos aliud cursum suum flexisse significans. Ita omni ex parte facta est iucunda Basilio Niconis oratio. Cum ergo dies septem illic posuisset, malorumque impendentium illius per eum discussa & sublata formido esset, domum reuertit. hucusque de his auctor Abbas monasterij sancti Niconis, qui & inferius, quod post sancti viri obitum idem Prætor est expertus ex vnguento è corpore eius manante miraculum, ita narrat:

III. Prætoris munere præcipua cum laude perfunctus Basilius Apocaucus, quem supra memorauimus, priusquam rediret in patriam, Lacedæmonem venit, vt sacram Beati thecam adoraret, suumque in illum amorem & studium restaretur. discedens autem, collectum vasculo sacrum vnguentum, quod sanctificationi, malisque & morbis omnibus depellendis proficuum esset, domum tulit. Domi ergo quemdam ex famulis, quem in intimis habebat, graui lethali que morbo decumbentem, ac desperata per medicum valedudine, deploratum nactus, diuino quod gerebat vnguento Gregorium (id enim seruo nomen erat) certa fide spem fulciens inunxit. Res mira! sub mediam noctem è lecto repente desiliens æger, suisque pedibus gradens, sonora voce qui modò elinguiserat, vxorem vocat. Apocaucus ad vocis sonum exiit, accurrit, & sanitati, aut vitæ potiùs restitutum cernens, modum causasque interrogat. Tum ille: monachum sibi quemdam affuisse ait, insignem cruce, virgam manu gerentem, cultuque corporis eremitico, & lethalem morbum protinus depulisse. Astans enim mihi, aiebat, monachus ille (cuius etiam vultus lineamenta signabat, ex quibus Apocaucus Sanctum fuisse didicit) manuqueprehendens, Deus, inquit, propter Apocauci fidem vitam tibi Metanoitæ precibus largitur, & cum hoc dicto statim abiit. Ego verò integram valedudinem adeptus sum. hucusque de rebus gestis cum Basilio Prætor S. Niconis Bulgarorum propulsatoris, quæ vnica fax, hoc tenebroso tempore, Orientem illustrasse reperitur.

IV. Extat hoc eodem anno datum diploma Ottonis Secundi Imp. idemque, ab ipso impertitum monasterio S. Vincentij ad fontes Vulturni posito. Incipit: Si Ecclesiarum Decuram habere studuerimus, procul dubio Imperium nostrum stabile erit, insuper & vitam æternam promereri credimus, &c. in fine autem: Ioannes Cancellarius ad vicem Petri Papiensis Episcopi Archicancellarij recognoui & subscripsi. Datum quinto Idus Aug. anno Dominicæ Incarnationis nongentesimo octogesimo primo, Regni verò domini Ottonis Secundi XXI. Imperij verò VIII. Indictione nona. Inest sigillum eiusdem, aliaque diplomata eiusdem generis priuilegia continentia ibidem extant, vt illud datum sexto Idus Octobris hoc eodem anno Redemptoris nongentesimo octogesimo primo, Indictione decima inchoata, Imperij à tempore coronationis, quartodecimo, per manus eiusdem Ioannis Cancellarij, & alia id genus priuilegiorum diplomata, ex quibus illud saltem non leuis momenti declaratum apparet, eisdem Ottonis nominis Regis & Imperatoris diuersam habuisse rationem, nec se inscribere solitos Imperatores, nisi postquam Romæ ab ipso Romano Pontifice fuissent coronati. Extant ipsa diplomata in codice scripto, antiquitus caractere Longobardo, quo Chronicon continetur Ioannis Monachi, qui scripsit temporibus Paschalis Secundi, de quo ipse in præfatione ad Benedictum Abbatem, cum venisset Capuam: Me intuitus, cum sæpè huc respexisset, Bene, inquit, ô fili, magnum opus cœpisti; sed bene cœpta, meliùs profequi stude.] accepi ipsum codicem (vt aliàs dictum est superius) ab Alexandrino Patriarcha Camillo Caietano eiusdem monasterij Abbate Commendatario.

DIPLOMA TA OTTONIS SECUNDI IMP.

IESV

A ANNVS 982.

ANNVS 8.

REDEMPTORIS annus nongentesimus octogesimo secundus, Indictione decima sequitur, quo tempore præter bella ciuilia & externa, aliaque mala quibus Oriens afflictabatur, peste etiam laborauit, cum ad eam curandam Lacedæmonij destituti humano auxilio, ad opem diuinam implorandam assurgunt, legationemque decernunt ad Niconem virum sanctissimum, de quo sæpè superius dictum est, de qua in rebus ab ipso præclare gestis ista narratur: Transactis in ea spelunca diebus octo, à morbo re-creatus, Spartam venire abnuens, Amyclas contendit. Quod vt sensere Lacedæmonij, festinè ad illum primarij ciues, & alij è plebe certatim conuolarunt enixè orantes, vt Spartam vsque venire velit: inuaserat enim ciuitatem pestifera lues, & plurimos incolas absumebat: propterea venire illum cupiebant, quòd se diuinis eius precibus liberandos confiderent; ille verò, & cetera misericors, & in eos maximè, qui eius populus, & fors futuri essent, tamquam futura præfagiens, eoque in illos propensior, & legationem benignè excepit, annuitque petitioni, & ingruentis mali propulsionem spondit, si modò ipsi Iudaicam gentem ex vrbe sua pellerent; ne execrandis eorum (vt aiebat) moribus, piaculisque religionis suæ diutiùs eam contaminarent. In his, ait, si me audieritis, & pestis à vobis recedet, & ego quod superest vitæ ducam vobiscum. Quibus verbis monita alia adiciens, sacras etiam Ieremiæ voces subinde aspergebat: Vix tuæ fecerunt hæc tibi, & iniquitates tuæ præualuerunt, & duro ludo percussa es. Cumque illi eius oratione commoti, seipsos condemnarent, atque omnia quæ iusserat, facturos promitterent: nihil ampliùs cunctatus, cum legatis illis profectus est, non cantherio, aut lectica vectus, nec multo comitatu stipatus, sed solo virtutum choro circumseptus. Ad eius porrò aduentum lues cessauit, & Iudæi vrbe pulsati sunt. Nec verò Lacedæmone ampliùs excedendum, sed in ea perpetuò manendum constituit: ita vt non facillè pedem aliud efferret, nisi cum necessaria res quæpiam aliqd vocaret, & tunc quoque gradum citiùs referebat. Videres igitur accurrentes quotidie ex vniuersa Peloponneso ægorum omnis generis cateruas: quibus ille non minus animæ quam corporis curam impendebat: mellitis enim adhortationibus ad pietatis zelum eos accendebat, ad salutem cuique suam pœnitentiæ ope disponebat. Fortunata verò Lacedæmon quæ talem medicum ciuemque forita es, cuius diuinis præceptis ac disciplinis ad omnem virtutis formam multò certiùs rectiùsque quàm inanibus olim Lycurgi legibus effingebare!] subiicit his de structura templi, tum eius hortatu elaborata, cui aduersatus Ioannes quidam cognomento Aratus, Iudæorum patronus, quæ sit passus, ab eodem auctore hanc subiiciente orationem sic accipe:

Hic (inquit) solus inuidiæ stimulis concitatus, aut dæmonis potiùs scelere ac fraude impulsus, ira & odio aduersus Niconem insaniebat, diuini operis argumentum ad probrum & iniuriam suam rapiens: procliuior siquidem est malitia, vt ad peiora feratur, quàm vt melioribus inhæreat. Non cessabat egregius ille Sancto in os obloqui, cœptoque operi ne colophonem adderet, omni ope prohibebat. Prorsus enim cum reliquis Laconibus illi non conueniebat, vnde & Iudæorum fugam iniuria & in meritò factam affirmabat, eamque ciuibus vitio vertere, atque illos hoc nomine suggillare & traducere non verebatur.

Cumque opificij cuiusdam obtentu, quo poliri & illustrari textilia solent, Iudæorum vnum in vrbe introduxisset: intercessit ilicd Nicon, bellatorque iuxta Prophetam factus, consueta lenitate paululum intermissa, leoninum animum induit, & fuste qui propter iacebat, arrepto, Iudæum malè acceptum foras extrusit, formidabiliorque hostibus quàm Hercules ille sua claua visus est. Iudæorum enim gentem vsque aded auersabatur, vt nec lingua nec auribus vsurpare illorum nomen vellet, vt iure in illum Davidis verba conuenirent: Qui oderunt te Domine oderam, & super inimicos tuos tabescebam: perfecto odio oderam illos, & inimici facti sunt mihi, propterea nomina eorum labiis meis non commemorabo.

Hæc verò cum audisset à furore nomen trahens Aratus, rabie tumens (vt semper litium amans & impudens atq; ad immania præceps est improbitas) in Sanctum anhelans irruere

QVA LEGE S. NICON CVRARE PROMIT- TAT PESTEM.

Jerem. 4.

LVS A S. NI- CONE CV- RATVR.

DE ARATO- LYDÆO- RVN PA- TRONO.

EVSTE S. NI- CON IV- DÆVM PELLIT.

Psal. 138.

ARATVS IN SANCTVM CONTVMELIOSVS. irruere cœpit, conuitiis onerare, proscindere, minis deterrere: quamquam inanis hæc illi strepitus erant, & pro laruæ terriculis habebantur. Qui leni ad eum voce (nec enim contendere profusus, nec altercari norat) Abi, inquit, & ad te redi, infelix. Desle scelera tua: breui enim senties, quis arrogantiae fructus, & qualia nequitiae sint præmia. His dictis, & tamquam in mortui (quod aiunt) aures effusus, ad monasterium regressus est: hominis enim animum verba non penetrarant. Quare non destitit amens ab incepto, quin aduersus Sanctum de more fremeret, proscindens illum, figensque tota vrbe dignis furore & infania sua probris & contumeliis, quin etiam minas intentabat; nesciens stupidus & vecors, quod non gloriatur malitia aduersus virtutem, nec proficiat inimicus contra electos Dei, vt scriptum est: ^a Er filius iniquitatis non apponet nocere ei. Quid tum autem consecutum est? Tantum absuit, vt eius minis ac maledictis auocaretur; vt in his potius, Domini exemplo, tamquam laudibus triumpharet. Dominus autem de cælo auditum fecit iudicium, & malitiæ iustissimas pœnas dedit. Verba in rem misero abierunt: nam dignos amentiae suæ fructus tristi & miserabili vitæ exitu percepit. Nec tarda fuit vindicta, qualis sæpenumerò diuina bonitate conuersionem prætolante, contingere solet, sed è vestigio, derepentè, nec opinantem, vt mox dicam, oppressit.

V. DAT POENAS ARATVS. Nocte proxima obiecti sunt infelici duo senes in somnis, quos alij duo sequebantur, forma quidem eunuchi, sed longè quàm humana præstantiore. Ab his verò flagris cædi sibi videbatur, & sic verbis increpari: Quomodo tu ed es prouectus audaciæ, vt seruum Dei contemnere, & conuitiis appetere non dubitares? deinde in obscuro post verbera carcerem detruidi. Et cum veniam multis orasset, vix tandem cædendi finem fecisse, nec tamen è custodia dimisisse. Experrectus igitur, grauem statim in febrem incidit: accitòque Nicone, ad eius pedes aduolutus, misericordiam implorauit. Cui beatus: Que in me perpetrasti, ait, ea tibi, frater, quantum in me est, condonabuntur. Sed quoniam vitæ finis tibi cælesti decreto præstitutus est: nemo erit de cetero, quemadmodum ait ^b Propheta, qui Dei consilium dissipare possit. Et his dictis ad monasterium reuersus est. Illi verò tertia post dies infelici morte vitam eripuit. ex quo metus ingens ac trepidatio Lacedæmonios inuasit: nec repertus est quisquam è minimis & maximis, qui ad Niconem non aduolaret, eiusque iussis pareret: fidem enim fecerat omnibus exemplum, qui Christi seruos ludibrio habent: quoniam utique est fructus iusto, & Deus iudicans eos in terra.] hæctenus de his quæ occasione pestis ingruentis à sancto viro propulsatæ dicenda fuerunt.

IESV CHRISTI BENEDICTI VII. PAP. OTTONIS II. IMP. IO. ANNVS 983. ANNVS 9. BASIL. ET CONST. IMPP. 8. D

I. OTTONIS EXPEDITIO IN GRAECOS ET SARRACENOS. SEQVITVR annus Redemptoris nongentesimus octogesima tertius, Indictione vnde Scima, quo Otto Junior Imperator expeditione parata, aduersus Græcos & Sarracenos pugnaturus, in Calabriam venit. Leo Ostiensis duplicem eiusdem Ottonis in Campaniam atque Calabriam ponit aduentum, pacificum alterum, alterum cum exercitu pugnaturi aduersus eosdem Græcos & Sarracenos: de primo aduentu his verbis: Secundus Otto eius filius cognomento Rufus, Capuam venit, inde Tarentum, ac Metapontum adiit, deinde Calabriam.] de secundo autem sic: Inde prosperè ad suos rediens anno Domini nongentesimo octogesimo tertio, magno constato exercitu iterum in Calabriam dimicaturus cum Sarracenis aduenit.] hæc ex antiquis Chronicis Cassinatibus. Porro ad hunc secundum aduentum spectare certum est, quod Petrus ^d Damiani in epistola ad Dominicum Loricatum narrat memoratu dignum, quod se accepisse testatur à Desiderio Cassinensi Abbate, qui fuit postea Romanus Pontifex, Vrbanus Secundus. ait enim:

II. Porro dum styli huius exaro dictator articulum: ecce Desiderius religiosus Cassinensis monasterij Abbas accedit: qui nimirum sicut beato Danieli cognatione iungitur nominis (appellatus est enim ^e Daniel à Domino, vir desideriorum) sic eum ab illo non separat assertio veritatis. Hic itaque mihi aliquando narrauit, quod ipsa ratio persuadet vt scribam: Seruus, inquit, Dei Neapolitanæ regionis in prærupta rupe iuxta viam publicam habitabat solitarius, qui nimirum dum nocturno tempore psalleret, & fenestram cellulæ horarum explorator aperiret, ecce vidit multos nigros homines tamquam Æthiopes iter

^d Petr. Dam. ep. 5. cap. 13. 14.

^e Dam. 9. IO VISIO OSTENSIVA DE PRINCIPIBVS AD INFEROS CONDEMNATIS.

A carpere, & longo tractu sarcinarios comminare. Cumque eos inquireret, qui essent, cuiusve rei gratia hæc iumentorum pabula deuectarent: Maligni, inquiunt, spiritus sumus: hæc paramus non pabula pecoribus alendis, sed fomenta potius ignium hominibus comburendis.] ita planè secundum similitudinem illam ^a Apostoli, supra fundamentum hoc aliud ædificant scœnum & stipulam; quale cuiuscumque opus sit, ignis probabit.] per scœnum & stipulam peccata significans, quæ gehennæ accensa incendio perpetuò peccatores incendunt. Pergunt illi: Præstolamur enim in proximo Principem Capuæ Pandulphum, qui iam decumbit, & Ioannem Magistrum militum Neapolitanæ ciuitatis, qui adhuc viuit incolumis. Illic vir Dei præfatum Ioannem impiger adiit: quæ viderat, quæque audierat, feliciter cuncta narrauit.

Per idem tempus Otto Imperator Secundus aduersus Sarracenos præliaturus, in Calabriam festinabat. His igitur auditis, Ioannes ait: Modò necesse est nos Imperatori occurrere, & cum eo simul de huius terræ statu prouida consideratione tractare. Porro post Imperatoris abcessum spondeo, quia & sæculum deferam, & monachicum habitum sumam. Vt autem probaret, vtrum verum esset quod ille narrabat, nuntium protinus ad mœnia Capuana direxit. Qui veniens Pandulphum iam mortuum reperit. Ipse quoque Magister militum Ioannes antequam istas partes Imperator attingeret, vix diebus quindecim supervixit. Quo mortuo, mons Vesuuus, vnde videlicet gehenna frequenter eructat, in flammam erupit, vt liquidò probaretur, quia scœnum quod à dæmonibus portabatur, nihil aliud fuit, nisi ignis trucis incendij, qui prauis & reprobis hominibus debebatur. Nam quandocumque in illis partibus reprobis diues moritur, ignis erum pere de prædicto monte videtur, tamquamque sulphuræ resinæ congeries ex ipso Vesuuio protinus fluit, vt torrentem faciat, atque decurrente impetu in mare descendat. Vbi videlicet corporaliter videri potest, quod in Apocalypsi ^b Ioannis de reprobis dicitur, quia pars illorum erit in stagno ardenti igne & sulphure, quod est mors secunda.

Enimuerò & Salernitanus Princeps, huius videlicet Guaimarij æquè Principis, qui ante non plures annos pro multis violentiis atque tyrannicis oppressionibus, suorum gladiis peremptus est, auus, cum procul aspexisset quadam die de prædicto monte Vesuuio piceas atque sulphureas repentè flammam erumpere, protinus ait: Proculdubio sceleratus aliquis diues in proximo moriturus est, atque in infernum descensurus. Sed ò cæca mens reprobis hominis, immò super nos terribile iudicium Conditoris! superueniente siquidem proxima nocte, dum securus cum meretrice concumberet, expirauit. quem illa (vt postmodum referebat) quid contigisset, ignorans, diutius pertulit. & vix tandem à se non hominem sed cadauer exanime profuturata deiecit.] quibus cognitum est, non reprobos tantum diuites, sed carnis putredine inquinatos, ac denique peccantes omnes quouis genere mortalium peccatorum, ac sine pœnitentia morientes, gehennæ subituros fore supplicium. nam quomodo eandem pœnam passus sit presbyter arrogans, eiusmodi idem Petrus mox historiam subiicit, dicens:

Quidam præterea in Neapolitanis partibus presbyter, volens certius quàm non licebat, addiscere, illuc vbi gehennale barathrum feruentius eructabat, præsumptoria decreuit audacia propinquare. Missarum igitur solemniam celebrauit, sicque insularus, velut armatus iter arripuit: sed dum vltra quàm solebant homines, temerarius scrutator accessit: redire non valens, postmodum non apparuit. Alius verò presbyter matrem suam Beneuētī reliquerat ægrotantem. Cumque per Neapolitanos fines domino suo comitatum præberet, exundantibus flammis intendens, clamorem lugentis audiuit, quem suæ matris esse, proculdubio cognouit. Notauit horam, & tunc euidentissimè comperit matrem fuisse defunctam.] hucusque Petrus Damiani vocatus, vt Eusebius Pamphili.

Licet autem poëtice magis quàm Theologicè credita sint eiusmodi ora terræ euentia iugiter flammam globos, esse inferni portas, & quod idem ignis sit ille inferni peccantibus præparatus, atque id scripsisse reperiantur antiqui Theologi non vulgares, vt alias superius meminisse recolimus: tamen certum, ista potius similitudinem gerere illius gehennæ, mortalibusque in exemplum vel indicium posita gehennalis ignis illius, qui sine luce ardens animas simul comburit & corpora, cui tantum peccata fomenta ministrant. Ceterum externis signis his ob oculos positis, Deum per visum quàm sæpissimè damnationem peccantium & impœnitentium ostendere consueuisse, non ista tantum quæ recitauimus, sed alia innumera exempla declarant.

^a I. Cor. 3.

III. DE PAN-DULPHO ET IOANNE DAMNATIS AD INFEROS.

^b Apoc. 21.

IV. PRINCEPS SALERNITANVS DAMNATVS AD INFEROS.

V. PRESBYTER EXPLORATOR ABSORTETVR.

VI.

CHRISTI
983.BENEDICTI VII. PAP.
9.OTTONIS II. IMP. IO.
BASIL. ET CONST. IMPR. 8.VII.
OTTONIS
BELLVM
INFAVSTVM
ADVERSVS
GRAECOS.^a Apud Sar.
die 23. April.
1010. 2.

Sed iam prosequamur Ottonem cum exercitu in Calabriam aduersus Sarracenos A
iunctos Græcis proficiscentem, quem quidem præcesserunt vaticinia fati infausta, cum
ostensum est, offenso numine in Sanctis eius, ingentem eius exercitui parari cladem. De-
plorarunt scriptores eius temporis eiusdem Ottonis mores, utpote non nihil degeneres
à parentis vita, cui successerat, Ottonis Magni. Inter alios auctor eius temporis, qui
res gestas S. Adalberti fideli prosecutus est stylo, de ipso Ottone valdè conquestus, hæc
habet: ^a In tantis aduersis illum circumfluentibus non respicit: quid contrarium mi-
nistro æterni Imperatoris egerit, quid pio Laurentio peccauerit, non recognoscit. Epi-
scopatum, quem pater in sacrum honorem pretiosissimo Martyri erexit, ambitione suo-
rum, in peccatum ductus filius destruxit non faciens ordinem; quasi qui aquam in mare
fundit, Episcopatum deiecit, ut plenum delictis Archiepiscopatum ditaret. Tulit Episco-
pum optimo Laurentio, posuit Parthenopoli Archipræsulem nostro Mauritio. Factum B
est contra ius in Ecclesia Dei, donec adueniens nouus Rex & religiosissimus veterem
errorem correxit. Post tres Ottones Henricus Christianissimus ecce venit, qui malè facta
correxit.] sed antequam ulterius progrediatur oratio, hæc quæ obscura ab auctore po-
nuntur, & in Ottonem adeò exaggerantur, quorum causa talia passum affirmat, hæc pri-
mùm peruestiganda putamus.

VIII. Per sanctum Laurentium martyrem scias intelligi Ecclesiam Mersburgensem, in qua
S. Laurentius patronus colitur. Per Parthenopolim autè intelligi Magdeburgum, quam
in Metropolim ingentem fati (ut suo loco dictum est) Otto Magnus huius pater erexerat
sub titulo sancti Mauritij præcipui eius patroni. Quid accidit? Defuncto hoc ipso anno
sancto Adalberto primo eius Archiepiscopo, cum sedisset (ut dictum est) annis duode-
cim, in locum eius subrogatus est Othricus vir valdè insignis, quo post electionem hoc C
pariter anno dum Romam iret, iam mortuo, idem Otto Imperator alienæ sedis Episco-
pum, nempe Gifelerum Mersburgensem, Magdeburgensium præficit, virum valdè in-
signem. Qui aduersus huiusmodi negotium declamatum fuisse, scandalumque esse sciuit
Adam Chronographus, putauit in eo esse peccatum, quòd qui translatus est ad Magde-
burgensem Ecclesiam, idem retineret priorem Episcopatum, sicque duarum Ecclesia-
rum vnus esset Episcopus, duarum coniugum vnus sponsus. Verùm quæ dicta sunt ex
gestis S. Adalberti, rem aliter se habuisse significarunt, nimirum extinctum & transfusum
Episcopatum S. Laurentij in Archiepiscopatum Magdeburgensem, cuius rei gratia idem
Otto Imp. sanctum Laurentium sit passus vltorem. Ceterùm Adalberti Magdeburgen-
sis Episcopi obitum, & successionem Gifeleri Lambertus refert anno superiori. qui et-
iam quod dictum est de Episcopatu Mersburgensi comprobatur, dum anno superiori ista D
ait: ^b Destructus est Episcopatus in Mersburg, miræ magnitudinis ædificium cecidit, siue
cessit in Magdeburg.] sed & Ditmarus testatur sedem Mersburgensem fuisse his die-
bus expoliatam Episcopatu, penitusque destructam. pergit verò auctor:

^b Crant. in
Metrop. Sax.
lib. 2. cap. 16.IX.
OTTO PEC-
CANS IN
S. LAUREN-
TIUM PV-
NITVR.
^c Prou. 21.
^d Psal. 54.
^e Psal. 36.

Propter hoc peccatum (veluti patet) pugnante Laurentio, victoriam Otto perdidit,
& diebus suis omnem confusionem recepit. Auertente faciem Deo, quæ sit virtus tua, o
homo, specta nunc in homine vno. Quid prodest bellicus ardor? Quid valet virtus sine
suo loco? Age tunc cuncta cum consilio. Quorsum venis sapiens inuito Deo? sicut scri-
ptum est: ^c Non est consilium, non est ratio contra Deum. Quapropter audiamus bo-
num consilium, quo dicitur: ^d Omnes curas & cogitatum tuum iacta in Dominum, &
ipse te enutriet: ^e Spera in Domino, & ipse faciet. Inspiciamus magnæ indolis virum, ex
multo merito Imperatorem Augustum: ecce dum peccat flagellatur, plenus aduersis
media vita moritur, iacet nunc inglorius, o vtinam & non reprobus, pulchræ virtutis E
alumnus. Prius verò quàm moreretur, ut ad pœnitentiam hominem itimularet, sicut
est solus semper clemens Deus, talem visionem cuidam sapienti ostendit, quam ut au-
ditam recolimus, infra annorare non absurdum putamus.

X.
VISTO DE
VENTVRA
CLADE OT-
TONIS.

Nocte intempesta, quando altus sopor solet occupare homines, vidit visum de quo
agimus, Regem Ottonem aureo folio sedentem, sub pedibus eius argenteum scabel-
lum, Episcoporum & astantium procerum circa ipsum prospexit seriem longam. Intra-
uit autem decora facie, instar ignis, iuuenis, quem niuea vestis veltiuit, & purpurea stola
in pectore cinxit. Nec stat. Via vadit, argenteum scabellum sub pedibus Cæsaris cum in-
dignatione subtrahit, & auerso vultu ianuam petit. Quod ægrè terens, post illum cucur-
rit tale somnium cernere qui meruit: Quæso, inquit, domine mi, dedecus ne facias,
suppe-

CHRISTI
983.BENEDICTI VII. PAP.
9.OTTONIS II. IMP. IO.
BASIL. ET CONST. IMPR. 8.

A suppedaneum reddas, quisquis qui tanta audes, obsecro, Regem coram populo ne con-
fundas. (hæc magna potentis Laurentij vera persona erat, sicut illi Episcopo post agno-
scere Deus concesserat) Immò, inquit, si meum dedecus non emendat, maiora faciam,
subtracto scabello, ipso folio deponam.

Huius visionis terrores, minasque exitiales cum cognouisset Rex puer, facinus non XI.
correxit, siue amor hominis suauis, siue ira Dei ita iussit. Huic in paruo corpore melior
virtus, magnus amor, & fides suis, larga manus sine querela cunctis, sapientia maior
annis, pia humanitas erga Dei seruos, confessio & oratio bona Regnum tenuerunt, sed
hæc pecunia de statuendis Episcopis (ut est humanum peccare) in plurimis periculose
exercuit iocum iuuentutis, cum esset in pulchro vsu super doctrina librorum. sola infeli-
citas bellorum victoriam tulit. In medio cursu, cum dulcissima vita & gratissima lux
B iuuenibus hæc est (non adiuuat honor Regis) fit victima mortis, puluis in puluerem re-
dit. Videte quantum gloriæ Cæsar reliquit.] hæc auctor de amissa victoria, & morte
Ottonis Imp. vlciscente martyre Laurentio illatam Ecclesiæ suæ per ipsum Principem
ignominiam: verùm parum fuisset, amisisse victoriam, nisi & totum suum perdidisset
exercitum. Vnde perpendant Reges, quàm periculose, quanta cum iactura, corporis,
rerum, animæque dispendio Ecclesiasticis se rebus immisceant, etiam cum quid rectè,
Deoque gratum facere se existimant.

At verò de clade accepta hæc breuiter Marianus Scotus temporis eius scriptor: Otto XII.
Imperator, apud Calabriam occiso à Græcis exercitu eius, de naui exiliens natando fu-
git.] sed apud Siebertum hæc paulò prolixius verbis istis: Græci infensi, quòd Imperator
Otto prouincias Græcorum inuaderet, conducto sibi Sarracenorum auxilio, Imperator
C in Calabria bello congregiuntur. In quo bello omnes Romanorum copiarum vsque
ad internecionem pænè deletæ sunt. Imperator natando nitens euadere, à nautis igno-
rantibus eum, capitur. & à quodam eorum qui negotiator Sclauorum erat, agnitus, nec
proditus per illum, re delata ad Imperatricem, & ad Theodoricum Metensium Episco-
pum, qui in ciuitate Rhosana rei euentum prætolabantur, difficulter per Sclauum &
Episcopum liberatur: nautis quippe ad pecunias pro eo redimendo allatas inhiantibus,
Imperator ascensu equo, vix euasit. Omnibus pro infortunio Reipublicæ animo con-
sternatis, sola Imperatrix feminea & Græca leuitate insultabat eis, quòd ab exercitu suæ
nationis victi essent Romani. ac per hoc cœpit primatibus exosa haberi.] hæc ipse. Por-
rò accessit ad culpam, quòd præter ius fasque Episcopi Germaniæ in eodem prælio mi-
litarunt, quorum aliqui sunt interfecti: de quibus & aliis in eodem prælio desideratis
D proceribus Lambertus hæc ait: In quo prælio occisus est Henricus Augustensis Ecclesiæ
Episcopus. In quo etiam prælio Idibus Iulij occisi sunt milites fortissimi, hi scilicet, Vdo,
Gebehardus, Gantherus, Bertoldus, cum aliis multis, & Otto Dux, atque Vuernher
Abbas Fuldenfis.] hæc Lambertus.

OTTONIS
EXERCITVS
CAEDITVR.QVI CAEST
IN BELLO
CALABRO.

Verùm quod pertinet ad Henricum Episcopum Augustanum, in rebus gestis sancti
Vdalrici manifesta est assertio, ipsum ad eum Episcopatum per ostium non intrasse, sed
aliunde, & de eius obitu hæc ait: Anno itaque Incarnationis Domini nostri Ie s v Christi
nongentesimo octogesimo tertio, Imperator cum exercitu Calabriam prouinciam adiit:
illuc etiam Episcopus Henricus cum eo peruenit, cumque ibi pugna cum Sarracenis age-
retur, plurimis ibi ex vtraque parte occisis: heu dolor! siue captus, siue occisus etiam ibi
remanfit, &c.] deplorat auctor interfecti eius, quo cum corpore pariter anima periculata
E est. Leo Ostiensis eadem nota annorum numeri consignans hanc cladem, de aliis ibi ne-
catis hæc addit: ^a In eo prælio Landolphus Princeps Capuanus Pandulphi filius cum fratre
Arenulpho, & aliis plurimis corruit.] addit verò Siebertus anno sequenti: Theodoricus
Metensium Episcopus obiit, & secundum prophetiam viri Dei vix aliquis Principum,
qui in bello Calabro euasit, diu superuixit.] Porro de bello isto, & adepta primùm victo-
ria, & à victis quomodo sint superati, & Otto quonam modo hostium nauigio subtractus
sit à periculo, & quemadmodum ab his se eripuerit: hæc omnia sigillatim describit Dit-
marus ^b, cuius auunculus Vdo (ut ipse testatur) in eodem bello peremptus est.

XIII.

^a Leo Ost.
lib. 2. cap. 9^b Ditm. Chr.
lib. 3.

Rediens Romam Otto, mœrore confectus moritur, atque ut Leo Ostiensis ^c testa-
tur, in labro porphyretico sepultus in atrio Ecclesiæ B. Petri Apostoli, introeuntibus in
Ecclesiæ ipsius Paradisum ad læuam.] contigisse obitum eius circa finem anni huius, pos-
sumus intelligere, quem superstitem fuisse adhuc mense Nouembris, datum ab eo di-

XIV.
^c Leo Ost.
lib. 2. cap. 9.

^aDim. Chr. lib. 3.

ploma pridie Idus Nouembris, de quo inferius, aperte significat: septimo autem Idus Decembris esse defunctum, Ditmarus ^a docet, qui ista de morte Ottonis Imp. locupletius sicut & sincerius prosecutus est, aitque post cladem acceptam, Ottonem de eligendo filio suo Ottone Tertio successore comitia habuisse Veronæ, inde verò Romam venisse, vbi & mortuus est. Sed quæ præcesserunt, sic narrat: Imperator cum Romam veniret, relicta matre sua venerabili in Papia ciuitate, grauiter infirmatus est, & vt extrema perferret adefse, omnem suam pecuniam partes diuidit in quatuor, vnam Ecclesiis, secundam pauperibus, tertiam dilectæ sorori Mathildæ, quartam suis ministris ac militibus. Factaque Latialiter confessione coram Apostolico atque presbyteris, accepta ab eis optata remissione, septimo Idus Decembris ex hac luce substractus est, terræque commendatus, ad introitum orientalis Paradisi domus S. Petri, cunctis patet Fidelibus. Et imago Dominica honorabiliter formata venientes quosque stans benedicit.]

XV. DE IMAGINE SALVATORIS BENEDICTI TISSYPER OTTONIS SEVYLCHRYM.

Ita quidem cernitur adhuc labrum porphyreticum, in quo requiescit corpus eiusdem Ottonis; perseverat adhuc imago illa veneranda Saluatoris stantis, & introeuntes benedicens; habens à dextro latere imaginem sancti Pauli, à sinistris imaginem sancti Petri, omnes ex musuo antiquitus efformatas. Perseuerat adhuc vsus ille antiquus, vt qui ingreditur dictum atrium, quod (vt audisti) Paradisus antea vocabatur, genu flectens Orientem versus oret, non vt solem adoret orientem, sed vt ab eo qui representatur in imagine benedicente, ab ipso, inquam, Saluatore benedictionem accipiat.

XVI.

Vbi autem Ditmarus hæc de Ottonis obitu est locutus, quod ipse ab eo in suo Episcopatu Mersepurgenfi maximum accepisset detrimentum, eadem Ecclesia de Episcopatu priuata, (vt superius audisti) has ad postremum pro ipso offert ad Deum preces: Equidem sortis memor humanæ, multumque indigens indulgentiæ, cæli terræque Deum & Dominum supplex efflagito, vt quidquid hic vniquam in mea peccauit Ecclesia, clemens remittat, pro beneficiis autem centuplum largiatur, potestateque; immerito mihi concessa indulgeo, te obnixè successorem postulans, vt huic veniam nemini in vltimis denegandam, semper ex corde tribuas.] hæc Ditmarus, qui de filio hoc anno electo Rege Veronæ, & coronato itidem ante obitum patris Aquisgrani die Natalis, subiicit ista: Otto Tertius die Natalis Domini à Vuillegiso Moguntino Archiepiscopo & Ioanne Archiepiscopo Rauennate coronatur in Regem, eodem anno nongentesimo octogesimotertio. Quo officio completo, venit nuntium de obitu patris Ottonis Imperatoris. Imperauit autem post obitum patris annis decem.] hucusque Ditmarus.

OTTO III. CORONATUS MAGNYNTIÆ.

XVII. CONC. ROMAË CAUSA GISELERI.

^bDim. Chr. lib. 3. ^cAdam. li. 2. cap. 7.

Hoc eodem anno à Benedicto Papa celebratum est Romæ Cœcilium, in quo inter alia agitata est causa Gisleleri Magdeburgensis Episcopi: defuncto enim S. Adalberto primo eius sedis Episcopo, ipse eandem Ecclesiam ab Ottone Imp. obrinuit. rem gestam scribit ^b Ditmarus. De his dicturi, quæ ad rationem temporis spectant, primum elucidemus. Hoc namque anno defunctum esse Adalbertum primum Magdeburgensem Episcopum, ex Adami ^c sæpè citato antiquo Chronico satis perspectum habetur, dum testatur, eum sedis suæ anno duodecimo, qui præsens est, diem obiisse, ei que successisse tradit Geshilariū. Porro hunc Geshilariū, siue Gislelerum, malis artibus ab Imperatore eam sedem obtinuisse, Ditmarus tradit, qui & de iudicio synodali ista subiungit: Corruptis (inquit) deinde pecunia cunctis primatibus, maximeque; Romanis (quibus cuncta sunt semper venalia) iudicibus, qualiter ad Archiepiscopatum aliqua ratione veniret, primum secretò reuoluit: moxque; palam domini Papæ Benedicti Septimi (qui sic vocatur ex numero præcedentium æquinocorum) obnixè petit auxilium, quod cum totius consilio Senatus si posset impendi, ex sua parte sibi paratum fore & hic promisit. Positum est Romæ Concilium generale, sapientissimi conuenerunt. Impletaque illa Ieremię propheta: ^d Quomodo obsecratum est aurum, mutatus est color optimus, &c. Nam cum iudices ab Apostolico interrogarentur, si liceret Gislelerum iam Episcopum Mersepurgensem promoueri ad Archiepiscopatum, qui certam non haberet tunc sedem, sed ab Episcopo iniustè (vt semper sit questus) absorptum, Hildebrando commissum hæctenus possideret, hi hoc auctoritate canonica præcipuè, iure meritoque affirmabant, exemplis Dauidica transgredientes monita: ^e Rectè iudicate filij hominum. & illud: Corruptus iudex nequit discernere verum. Lector mihi crede, quod piget atque pudet me his longè inferiorem hoc verbis exponere, &c.] Subiicit autem in eundem Gislelerum plura, ipsum nimirum sæpè citatum ad Synodum, sæpè diuersis occasionibus synodalia iudicia elusisse. Verum longè ab his

^dThron. 4.

^ePsal. 57.

A his diuersa de Gislelero à Ditmaro tradit Adam probatæ fidei vetus Chronographus: de eo enim sic ait: ^a Apud Magdeburgum quoque defuncto pontifice Adalberto, Geshilarius (quod est idem quod Gislelerus) successit in cathedram, vir sanctus, qui nouellos Vniuersorum populos doctrina & virtutibus illustrauit.] hæc ipse.

^aAdam. li. 2. cap. 14.

Eodem anno sanctus Adalbertus Pragensis Episcopus, cum aduersos admodum & sibi contrarios expertus esset Boëmos suos, quibus Episcopali præfectura præerat: eos deferens secundum Euangelicam sententiam: ^b Si vos non acceperint, excutite puluerem de pedibus vestris in testimonium contra illos, Romam venit, inde Ierosolymam profecturus. Sed audiamus ista ab eius æquali ita narrata: ^c Populus duræ cervicis, seruus libidinum factus miscebatur cum cognatis, & sine lege cum vxoribus multis: mæcipia Christiana perfidis Iudæis vendebant, & dies festos eorum confusa religione obseruabant, dies

XVIII. S. ADALBERTVS BOËMOS DEFERENS ROMAM VENIT. ^bMatth. 10. ^cApud Stru. die 23. April. tom. 2.

verò ieiuniorum voluptatibus vacantes omnino non curant: ipsi clerici palam vxores ducunt. Contradicentem Episcopum odio iniquo oderunt, & sub quorum tutela, quæ fuerunt contra ipsum maiores terræ concitauerunt. Erat autem labor plurimus, contradistio crescens. Et cum emergentia mala emendare non posset, vbi piscatio sua nihil cepit, sanctus Episcopus locum dare necessarium duxit. Itaque ad sanctam ciuitatem, vbi memoriale sanctum, vbi sepulchrum Domini est, pedester venire affectans, matrem Martyrum, Apostolorum domiciliū, auream Romam intrauit. Ibi tum pulchrum lutum, Græca Imperatrix Augusta, quæ iam longos dies fleuit sepulti coniugis memoriam, * reperit, dulcem Ottonem eleëmofynis & orationibus cælo commendat.] & inferius, enarrata, quæ eius mortem præcessit, Ottonis culpa, hæc de eadem Augusta:

* ^{al.} reparat.

Sed peccatum quod viuens Otto neglexit, mortuo marito, emendare vxor superstes instabat, Legatos mittit & eleëmofynas, orationes multorum quærens, per quos propitium Redemptorem appellaret, & peccatorem Regem ab incendio liberaret. Hæc tum vbi sanctum virum adefse cognouit Adalbertum nominatissimum Episcopum, & Ierosolymam perurare audiuit: clam ad se vocat, oransque vt pro anima Senioris rogaret, massam argenteam obtulit ingentem. Vbi accepit vir Dei onus argenti, suo itineri aut necessitati parum prouidens, omnia sequenti nocte pauperibus expendit.]

XIX.

Porro dum esset Romæ, à Romano Pontifice licentiam dimittendi Episcopatum obtinuisse, & peregrinandi ad loca sancta, habent etiam alia Adalberti Acta citata superius. hæc ipsa item testatur Leo ^d Ostiensis, qui consentientia scribit auctoribus res ab eo gestas fideliter enarrantibus, qui & cœpta recensere sic pergit: Nec mora, magnam Romam egressus, ad sanctam ciuitatem Ierusalem, præter spem imperfectum iter suscepit: nam ea via ductus ad montem Cassinum vsque peruenit, vbi beatus Benedictus postremò charam sedem posuit. Ibi Abbatis & fratrum piis monitis castigatus, ne inuiti vagatione vitam expenderet, sed loco staret. Ita melius virtutum fructus congregaret: Deum verò propitium bene viuens in omni loco inueniret, vt dicitur in Psalmo: ^e In omni loco dominationis eius benedic anima mea Domino. & rursum S. Hieronymi sententia ^f bona: Non Ierosolymis fuisse, sed Ierosolymis bene vixisse, laudandum est.

XX.

^dLeo Ost. lib. 2. c. 17.

S. ADALBERTVS CASSINI VENIT.

Animaduertit diuinum animal ^g habens oculos antè & retrò, ita esse vt dicunt, nec steterit in suis distinctionibus, dans locum salubribus consiliis, legerat enim in hoc periculosum esse homini, si non maiorum spiritalium acquiesceret consiliis. Nec mora, montem festinus descendit, & quem in philosophia Christi perfectiorem discipulum inuenit patrem Nilum, calida spe petiit, sub quo paruulus factus iugum Christi ferre, & obedientiæ aureas litteras parare satagebat. Amplexusque genua Senis, in hæc firmus hærebat. Non negat pater Nilus: At (inquit) homo ego sum Græcus, melius conueniunt, cum quibus hoc agas, monachi Latini. Redeat Romam nutriceam sanctorum filiorum. Quare nobilem Abbatem amicum nostrum Leonem. Dic me misisse te rudem discipulum ad talem magistrum. Hoc duce itineris, ad prælia Dei securus accede, sub hoc patrono contra aduersantia cuncta animæ ad Deum progrediens, saluus enatabis, & maiori flamma, qui nunc in te ardet accensus, excrefcit quotidie in te Deus tuus & Dei focus. Fecit vt homo Dei bonus dixit.

XXI. S. ADALBERTVS MONACHALEM VESTEM ACCEPIT, SUB ABBATE, REGULA DUCE, MILITAVIT, PEDIEM IUNXIT OBEDIENTIÆ IMPERIO, & TAMQUAM AD EPULAS, ITA AD COMPLENDA IUSSA FESTINUS. Et si quis quid præcipit, adeo lætus quo plus vile erat seruitium omne libens facit. Cuncta humili-

XXII. S. ADALBERTI MONASTICA INSTITVTIO.

humilia diligenti studio in se format, vt ad Dei similitudinem prorsus scandar. Obluiscitur seipsum, factus paruulus in medio fratrum. Coquinas purgat, hebdomadas nitidissime procurat, scutellas lauat, & ad coquorum necessaria cuncta cursu peruolat, manibus fratrum aquam de puteo ministrat. Manè ad claustra, vespere & meridie ad mensam aquam humero portat. Vt enim vespere, manè & meridie integræ congregationi seruiet, talem obedientiam de Abbate, rogans, accepit. Cogitationem tacitam in se regnare numquam permittit. quidquid accedens ad animum, diabolus dixit, statim senioribus palàm fecit. Acutissime autem interrogauit de Scripturis sanctis, sedulò percontatus de vitiorum vel virtutum naturis. Sed & hoc quod antè nesciuit, quærenti illi Abbas respondit, vt ipse non semel ad nos dixit: Vnde luce clariùs constat, quòd inspiratio Dei erat, & gratia discipuli hæc erat.] hæc & alia plura de monasticis institutis ab eo quàm diligentissime omnibus numeris absolutis. Quæ pluribus narrantur etiam in alio eius vitæ codice sanctæ Cæciliæ superius citato. & inter alia, non priùs acceptatum à Leone Abbate Adalbertum & indutum monastico habitu, quàm consultus Ioannes Papa, hoc faciendum respondisset. At nec ipsum Adalbertum solum, sed eius germanum Gaudentium idem vitæ institutum cum eo esse in eodem monasterio consecratum habet.

XXIII. CONSILIUM DEI IN ADALBERTO.

Leo Ost. li. 2. cap. 17.

XXIV. CVR CASINI NON STETERIT S. ADALBERTVS.

XXV.

M. V. V. monast. in flor. hist. hoc anno. DAMNO SVO REGES ECCL. BONA CAPIVNT.

Ita planè dicebat granum frumenti humilibus exercitationibus mortificari, quo Hungarici ferendi ab eo agri fructum redderent centuplum. Ita, inquam, Apostolum suum Deus tanta voluit schola virtutum perfici, & excoli Martyrem designatum Christianæ vitæ summa perfectione. Vbi cum totum quinquennium degisse idem auctor affirmet, planè constat, non ante annum nongentesimum octogesimum nonum ab Vrbe discessisse, in eodemque sancto monasterio, tamquam in palæstra, Christi pugilem se exercuisse. at de ipso quæ postea contigerunt tanto Apostolo digna, pro temporum ratione inferiùs suis locis dicturi sumus. Quæ verò hic sunt recitata ex auctore, qui (vt intellexisti) tunc viuebat, confirmantur etiam auctoritate antiqui Chronici Cassinatis, quo tantum hospitem per breui licet tempore permanentem, perpetuò in chartis suis Patres retinere notatum. Verùm causam cur non remansit cum monachis Cassinatibus, eam intercessisse, Leo Ostiensis affirmat, quòd scilicet illic non tamquam monachus sed tamquam Episcopus se à monachis loci illius coli videret. ait enim:

Eodem tempore beatus Adalbertus Slauorum Episcopus relicto Episcopatu ex sententia Romani Pontificis, ad hoc monasterium venit, cupiens Ierosolymam pergere. Verùm ab Abbate monasterij, & à senioribus quibusdam ne id ageret hortatus: quasi diuinitus datum consilium amplexus, hinc vitam degere instituit, neque vsquam vlteriùs progredi. Sed cum die quadam seniores illi monasterij dicerent: Bonum est, pater, vt hic nobiscum maneat, hinc monasticam suscipias vestem, hinc Deo placitam exigas vitam: quoniam cum sis Episcopus, & Ecclesias nostras dedicare, & nostros clericos ad sacros promouere ordines decentissime poteris: molestè hoc tulit. Descendensque ad virum sanctissimum Nilum, quem tunc ad Vallem lucis cum Græcis aliquibus fratribus religiosissimè conuersari didicerat, deuotè se contulit. A quo dum eius prouolutus genibus, opportuna consilia quæreret, seque illic recipi nõ posse cognouisset (quia enim sic de monasterio nostro discesserat, assererebat prædictus pater, non audere illum retinere, ne idem ipse cum suis inde pelleretur) consilio tamen ipsius Romam reuertitur, atque in sancti Bonifacij martyris monasterio aliquam diu commoratus, à Romano Pontifice ad Episcopatum denuò directus est.] sed id postea, vt dictum est.

Eodem anno perturbante Ethelredo Rege Anglorum Roffensem Ecclesiam, suo maximo damno pro redemptione pacis ab eius Episcopo argentum accepit, comminante illi & prædicente S. Dunstano ventura mala. Quomodo res se habet, ita ex antiquis Chronographis descripta legitur: Anno gratiæ nongentesimo octogesimotertio surrexit inter Regem Ethelredum & Roffensem Episcopum contentio, sed qua causa, habetur incertum. Quocirca contra Roffensiu ciuitatem obsidionem componens, eam debellare disposuit. Mandauit Regi beatus Dunstanus Archiepiscopus Cantuariensis, vt desisteret ab inceptis, ne S. Andream illius ciuitatis patronum irritaret. Sed nec propter beati viri admonitionem Rex discedere voluit, priùsquam ab Episcopo centum libras accepit. Miratus S. Dunstanus Regis cupiditatem, hæc per suos Regi nuntiavit: Quia prætulisti argentum Deo, pecuniam Apostolo, cupiditatem mihi: violenter venient super te mala, quæ locutus est Dominus, sed hæc me viuente non fient. Iam verò post beati viri obitum,

VE

A vt ipse prædixerat, Danis omnes portus Regni infestantibus, dum nesciretur vbi ei occurrere deberet, decretum est à viris prudentibus, vt vincerentur argento, qui non poterant ferro. Itaque decem millia librarum soluta Danorum auaritiã expleuerunt, vt beati Dunstani vaticinium impleretur.] reliqua postmodum.

IESV CHRISTI IOANNIS XIV. PAP. OTTONIS III. REG. I. ANNVS 984. ANNVS I. BASIL. ET CONST. IMPP. 9.

ANNVS sequitur Redemptoris nongentesimus octogesimus quartus Indictione duodecima, quo Benedictus Papa vbi sedisset annos nouem, die decima Iulij ex hac vita migravit, vt docet sepulchralis inscriptio, quæ extat in basilica S. Crucis in Ierusalem dicta, quam hic describendam curauimus, licet vitio eius qui eam incidit in marmore, multa desint, & duo versus prætermissi. vt cumque sit, accipe libenter, qui es cultor venerandæ antiquitatis:

* Hoc Benedicti Papa quiescunt membra sepulchro, Septimus existens ordine quippe Patrum.

* Hic primus repulit Francionis spurca superbi Culmina, qui inuasit Sedis Apostolica.

Qui dominumq; suum captum in castro habebat

* Carceris interea vinculis constrictus in imo Strangulatus vbi exuerat hominem.

* Cumq; pater multum certaret dogmate sancto, Expulit à Sede iniquus namque inuasor.

Hic quoque prædones sanctorum falce subegit Romana Ecclesia, iudicijsq; Patrum.

Gaudet Pastor amans agmina cuncta simul. Hicce monasterium statuit, monachosq; locauit,

Qui laudes Domino nocte dieq; canunt.

* Consonens viduas, nec non inopesq; pupillos, Vt natos proprios assidue resonens.

* Inspector tumuli compuncto dicitur corde, Cum Christo regnes, à Benedicte Deo. D. X. M. Iul. in Apost. Sede residens VIIII. an. abiit ad Christum Indict. XII.] hæc ibi.

Sub eodem Pontifice, tradit Leo Ostiensis, S. Bartholomæi Apostoli corpus translatum ab Oriente Beneuentum, inde tempore Ottonis Tertij delatum in Urbem, sed de his suo loco dicturi sumus. Idemque Leo Ostiensis de eodem Benedicto Papa ait, ab ipso donatas quasdam suas possessiones, quas habebat in Comitatu Aprutij, monasterio Cassinensi, eidemque priuilegium concessum, quando (subiicit) Hildebrandus Comes Soranus vnà cum fratribus obtulit S. Benedicto medietatem lacuum Taurini & Iuliani, cum omnibus quæ ad eandem medietatem atinebant.] quam donationem confirmatam tradit à Pandulpho & Landulpho Principibus Capuanis. Porrò inopia scriptorum complura de hoc Benedicto remanisse obscura, possumus existimare.

Eo autem defuncto, in locu ipsius subrogatus est Petrus Episcopus Papiensis, qui nominatus est Ioannes eius nominis Decimus quartus. Erat hic Archicancellarius Ottonis Imp. vt ex diplomate dato anno superiori ab Ottone Imperatore, concedente priuilegiu monasterio sancti Vincentij ad fontes Vulturni posito constat, in cuius fine ista leguntur:

Adalbertus Cancellarius ad vicem Petri Episcopi Papiensis Archicancellarij, recognoui & subscripsi. Datum pridie Idus Nouembris anno Dominicæ Incarnationis nongentesimo octogesimotertio, Indictione XI. anno Regni domni Ottonis Secundi XXI. Imperij XVI. Actum Capuæ feliciter.] hæc ibi. atque satis ad rationem tēporis declarandam. In quibus obseruandum, quòd non numerantur anni eius Imperij ab obitu patris, sed à tempore quo Romæ est coronatus Imperator, anno nongentesimo sexagesimo septimo.

Hoc

Versus astrisco notat ab illorū temporū Latina lingua inopiã partim ex Stephano VII. partim vobis Benedicti IV. epitaphio corrasit videtur.

* F. Consolus

II. Leo Ost. li. 1. cap. 5. in fine Ibid. cap. 6.

III. IOANNES PAPA XIV.

IV.

* XII.

V. Hoc eodem anno Romæ contractum est sodalium plurimorum sacerdotum, inter quos & Episcopi nonnulli sunt adscripti ad hoc; vt post obitum singuli confodalium sacrificijs iunarentur. cuius instituti adhuc extat in Diaconia SS. martyrum Cosmæ & Damiani eiusmodi monumentum in tabula marmorea incisum:

CONSTAT NIMIRVM DILECTISSIMI FRATRES DE PROMISSIONE QVAM EX CORDE FECIMVS CORAM DEO ET SANCTIS EIVS VT VNVSQVVSQVE NOSTRVN FRATRES SACERDOTES ET EPISCOPI ET POSTERI NOSTRI SACERDOTES IN PERTVVVM QVALISCVMQVE EX HAC LVCE MIGRAVERIT XL. MISSAS PRO EIVS ANIMA PER VNVMQVEMQVE SACERDOTVM QVI SVPERSTITES SVNT CANERE PROMISIMVS. SI TAMEN INFIRMITATE FVERIT OCCVPATVS NON REPVETVR EI IN PECCATVM ET SI RECEPVS FVERIT IN PRISTINAM SANITATEM HOC OMNE QVOD SVpra DICTVM EST ADIMPLEAT. QVI VERO CVSTOS ET OBSERVATOR FVERIT HABEAT BENEDICTIONEM DEI PATRIS OMNIPOTENTIS ET FILII ET SPIRITVS SANCTI ET CÆLESTE REGNVN POSSIDEAT CVM OMNIBVS SANCTIS. ET QVI HOC NON OBSERVAVERIT SIT ANATHEMATIS VINCULO INNODATVS ET A REGNO DEI SEPARATVS.

ISTA VERO PROMISSIO FACTA FVIT ANTE SACR. SANCTVM DOMINICVM ALTARE HVIVS AVLÆ TEMP. DOM. IOAN. XIII. PAP. MENSE FEBRVARI DIE XXII. INDICT. XII. ANNO DOMIN. INCARNAT. DCCCCLXXXIII. BENED. SACR. EXARAV. ORT. PRO ME PECCAT.]hæc ibi. sed mendosè non nihil: vt manifestè appareat loco anni octogesimiquarti, legendum octogesimiquinti, & loco Indictionis duodecimæ, legendum, decimæ tertię, vt convenire Ioannis Papæ sedis tēpori possit.

VI. Eodem anno, Otto Imp. simulac (vt dictum est in fine anni superioris) Imperij habenas moderandas suscepit, suafu piæ matris, corrigendum curavit quod pater deliquerat, ob quod diuinam expertus fuerat ultionem, de sublato ab Ecclesia Marsepurgensi dedicata sancto Laurentio Episcopatu. Ditmarus enim dum de his agit, eius matrem Augustam Theophanen Græcam mulierem plurimum commendat, quodque tres filias piè valdè educatas, contemptrices carnalium nuptiarum effecerit, cælestium verò cupidas, earumque duas, alteram Adelaidem nomine, Sophiam verò alteram nominatam, in duobus monasterijs monasticam vitam professas.

VII. Hoc eodem pariter anno, ipsis Kalendis Augusti (vt testatur qui res ab eo sanctè pieque gestas conscripsit Vuolstanus eius discipulus) ex hac vita migrat in cælum S. Etheluuoldus Vuintoniensis Ecclesiæ Episcopus, necnon Rossensis Episcopus æquè pietate insignis, quorum præuidens exitum sanctus Dunstanus, doluit in tor discriminibus laborantem Angliam his viris orbari, quod & lacrymis testatus est: de his enim Osbertus ista: Quodam tēporē venit Cantuariam supra memoratus Etheluuoldus Vuentanus Episcopus, & aliquot diebus ibi detentus est. Detentus est etiam Rossensis Episcopus, qui illò simul venerat, decinente vtrumque Patre Dunstano charitatiua affectione, dulcissima vitæ perennis contemplatione, diuini verbi collatione, & sacrorum morum exhortatione, & instructione. Cum autem ipse pontificum pater comitatus ipsos duos Episcopos Cantuaria decederet, & pariter longius remotos quemque ab altero destinati hospitij via dirimeret, ambò pontifices à Dunstano benedicti petentes, ab eo diuertere & suum iter cupiebant accelerare. Verùm ipso manum extendente ad benedicendum, subitò in lacrymas acerbas erupit, cœptaque benedictionis verba singultus subsequens interrupt. Illis verò grandi ad rem stupore perterritis, quidnam haberet, quòd tam anxie fletet, sciscitanti sunt. Respondit: Fleo, quia vos, quos modò sanos & alacres video, in hac vita non amplius me visurum doleo: nam in proximo estis morituri, & ad gaudia Regni cælestis transeuntis me in istius vitæ miseris relicturi. Cui cum ipsi dicerent: Ne Pater (oramus) de nostra morte ita loquaris: Fixum (ait) quod dixi, tenete, quoniam sic est, & non est mutabile. In his dato altrinsecus osculo pacis, ab inuicem diuisi sunt.

VIII. Igitur Antistes Rossensis, mox vbi sui pontificatus ciuitatem ingressus est, elanguit, & volutis in infirmitate diebus paucis, defunctus est. Vuintoniensis verò, priusquam ad sedem suam venire posset, languore corripitur, & iuxta verbum viri Dei, non longa mora interueniente, finitur. Ex cuius viri obitu grauis mœror Dunstanum corripuit; tum quia tanti viri ingens solatium amiserat, tum quia cui potissimum teneræ adhuc statum Ecclesiæ gerendum committeret, dubius fluctuabat. Quos fluctus ingerebant animo

SODALITIVM ROMANINSTITVTVM PRO DEFUNCT. ANIM. DESODALITIO INITO CONSTITVTIO.

a Ditmar. Chron. lib. 4.

b Apud Sur. die 1. Aug. Flor. hist. Matr. Vneff. hoc anno. OBIVS SS. VVINTON. ET ROFFENSIS EPISCOPORVM. Osber. in vit. S. Dunst. apud Sur. die 19. Maij. t. 3.

A animo eius hinc monachi nuper intromissi, hinc clerici ab Ecclesia illa eiekti. Monachi quidem suæ professionis virum habere Episcopum peroptabant, clerici verò sui ordinis hominem sibi præfici desiderabant. Illi videlicet per monachum in Ecclesia sibi collata cupientes solidari: isti per clericum Ecclesiæ sibi ablata sperantes reformari. Sed hæc prouidens sapientia, & sapiens prouidentia Dei citius determinauit. Nam per beatum Andream Apostolum, cui speciali quodam deuotionis affectu Dunstanum inhære, Deus concesserat, Dunstano mandauit, quatenus nihil hæsitans, Elphegum Abbatem Bothoniensem constitueret Vuentanæ Ecclesiæ summum sacerdotem. Latatus est Dunstanus in istis, & reddita Deo gratiarum actione pro suis beneficiis, in Elphego perfecit quod ei per Apostolum suum Deus ipse præcepit.] hucusque Osbertus. Sic igitur Deus benè consuluit Ecclesiæ Anglicanæ, vt duobus luminibus subductis, penitus non remaneret obscura, sanctissimum Episcopum martyrij candidatum subrogans Antistitem in Ecclesia Vuintoniensi.

Eodem quoque anno decimo sexto Kalendas Octobris pariter in cælum ex hac vita abiit sanctissima virgo Edita soror sancti Eduardi Regis, quam & S. Dunstanus sepeliuit in Ecclesia sancti Dionysij. alumna ista fuit, & exulta institutione eiusdem sancti Etheluuoldi Vuintoniensis Episcopi, vt in eius vita a legitur. claruit hæc insignibus post obitum miraculis.

IESV CHRISTI IOANNIS XV. PAP. OTTONIS III. REGIS 2. ANNVS ANNVS BASIL. ET CONST. IMPP. 10. 985. I.

C REDEMPTORIS annus nongentesimus octogesimus quintus, Indictione decimatercia incipit, quo nefandus Bonifacius Apostolicæ Sedis inuasor, qui (vt dictum est) necato Pontifice, & expilata basilica Vaticana fugerat Constantinopolim: vbi res inuouatas accepisset, decessisse nimirum Benedictum Septimum, qui eum Sede expulerat, & Ottonem Imp. esse defunctum, cuius patrocinio fovebatur qui Benedicto successerat Ioannes Papa, Romam, Sedem iterum inuasurus, rediit suorum studiis roboratus, vt quam reliquerat Petri cathedram occuparet. Venit sceleratus atque sacrilegus, suorumque factione potens, quem sedentem in Pontificio throno Ioannem inuenit, inde violentus exturbauit, vinculisque alligatum detrusit in S. Angeli munitionem, quæ detinebatur à suis: vbi quatuor detentum mensibus fame perire miserum tandem truculentus prædo cœgit, duorum Pontificum crudelissimus interfecto, inuasamque iterum Petri cathedram, proli nefas! tenuit tyrannus, mensibus quatuor, qui nec pilum habuisse dici potest Romani Pontificis, siue spectes ingressum, siue progressum, resque ab eo gestas consideres. Vnde parum consulunt veritati, minusque pietati, & S. R. E. dignitati, qui hunc inter Romanos Pontifices referunt, annuerandum potius inter famulos latrones, & potentissimos grassatores atque patriæ perditores Syllas & Catilinas, horumque similes, quos omnes superauit sacrilegus iste turpissima nece duorum Pontificum.

Ioannes igitur necatus proditur, ne quid sperarent amplius qui erant partium Imperatoris; exponiturque extinctus spectandus omnibus pro foribus munitionis. Mirandum planè, lugendum omnibus spectaculum tunc exhibitum intuentibus Romanis ciuibus, cadaueris ipsa macie conclamante, fame extinctum ipsam Ioannem Pontificem. hæc ex veteri codice Romanorum Pontificum accepta, quibus consentiunt scriptores omnes. Porro Ioannis venerandum corpus delatum in basilicam S. Petri, vbi sepultum est iuxta Ioannem Octauum, cuius sepulchro sequens est inditum epitaphium:

Præfulis eximij hic requiescunt membra Ioannis, Extiterat dictus qui antea quippe Petrus. Sedem Papæ blando moderamine rexit: Imperatori Ottoni dulcis fuit atque præclarus. Commissum populum Romanum moribus ornans Eloquentis præsertim dulcis amicis, Subiectis placidus, pauperibusque pius.] defunctus est Ioannes Papa mense

Augusti die xx. hætenus ibi. Annal. Eccl. Tom. 10.

Bbbb At

S. ELPHGVVS CREATVR VVINTON. ECCL. EPISC.

IX. EDITAE REGIAE VIRGINIS OBIVS. Apud Sur. die 16. Sept. tom. 5.

I. BONIFACIUS ITERVM SEDENT INVA-DIT.

IOAN. PAP. FAME NECATVS.

II.

III. BONIFACII CIVISANTIP. DAT. POE. NAS.

At quid post hæc accidit? Idem nefandus parricida, cum vix menses quatuor tenuisset violentus quam occupat Apostolicam Sedem, dimittere cogitur inuitus ac nolens: siquidem Deo ultore punitus, morte repentina percussus est. de quo ista in veteri Pontificum Vaticano codice: Bonifacius post mortem Ioannis sedit menses quatuor, repentina morte interit, & in tantum eum odio habuerunt sui, ut post mortem cæderent eum & lanceis vulnerarent, atque per pedes traherent, nudato corpore, vsque ad campum qui est ante caballum Constantini (ita tempore illo antiquitatum Romanarum rudes, equestrum statuam aeneam Marci Aurelij Antonini Imp. Constantini esse vulgò dicebant) ibi propicere eum atque dimiserunt. Tunc manè venientes clerici, & videntes eum ita turpiter & cum dedecore iacentem cæsum & lanceatum, collegerunt & sepelierunt. Quo tyranno sublato de medio, licuit legitimum creare Pontificem, electusque est Ioannes eius nominis XV. natione Romanus, ex patre Leone, postea presbytero ex religione dicta Ad galinas albas, quem non nisi ad finem anni huius creatum putamus.

IOANNIS XV. PAPA. CREATVR.

IV. QUOMODO ROMANAE ECCL. PAX REDDITA.

Quo tempore etiam sectatores Bonifacii quieuerunt, nouus tyrannus exurgit in Vrbe, quæ hætenus fuerat Albericorum violentia conculcata atque depressa. Fuit hic Crescentius Numentanus, qui titulo Consulatus munitionem sancti Angeli possidere aggressus est, quam adeptus, inde infestare nonnihil cepit ipsum Ioannem Pontificem, qui timore perterritus eorum quæ passum viderat prædecessorem, secedit in Tusciam: vnde cum legationes ad Ottonem mittere frequentaret, memores Romani, quæ ea de causa, ob iniurias nimirum illatas Pontificibus, passi erant maiores ipsorum, cum ab Ottone Primo, tum etiam à Secundo: è vestigio honorifica legatione eundem Ioannem accersunt, redire rogant, omnique securitate adhibita, reuocant tandem in Urbem. cui venienti occurrunt omnes, & piis officiis & obsequiis Christi Vicarium Petri successorem honorant, seque illi subiiciunt. Sicque aliquamdiu Romana Ecclesia tranquilla pace potita est.

V. Ambrosii Chron. Hist. lib. 16. cap. 46.

Hoc anno, secundum exactam temporis peruestigatam rationem, Ramirum Regem Legionensem, eius nominis Tertium esse defunctum, Ambrosius Morales affirmat, cuius ea ex parte memoria condemnatur, quod iniens fœdus cum Arabum Rege, totius belli vis conuersa est aduersus Castellæ Comites, & Veremundum in Gallia regnantem, sicque plura loca munita ab infidelibus capta sunt, quorum Ecclesiæ desolatæ, cæsi que Christiani. Sed & inter alia funestissimum illud accidit, ut à Ruderico Comite vocati Arabes Compostellam, vsquequaque omnia cæde miscentes, eandem ciuitatem captam diruerint, in cenibusque nudauerint, abstinentes, magno miraculo, ab Apostoli Iacobi sepulchro, ipsomet Apostolo non alio ipsum illatum seruante, sed & hostes graui morbo puniente, quo omnes interisse, Sampyrus Episcopus sui temporis res gestas profecurus, tradit, & alij omnes post eum.

ECCL. S. IACOBI DIVINITVS SERVATA.

VI. VEREMUNDVS REX LEGIONENS.

Ramiro autem Rege è medio hoc ipso anno sublato, Veremundus in Legionense Regnum succedit huius nominis Secundus, filius Ordonij Tertij. cuius primordia fuerunt laude dignissima, ut qui leges pristinas pænè vsu contrario abolitas in obseruantiam reuocauit, nec ciuiles tantum, sed Ecclesiasticas, atque Romanorum Pontificum decreta ut custodirentur omnino, lege cauit; præter hæc suis priuilegijs Ecclesias munit, primumque omnium Compostellanam Ecclesiam, cuius priuilegij diploma extat, Catholico Rege dignum. Postea verò ob persecutionem illatam Arthaulpho Compostellano Episcopo, infamatus inter malos Principes à maioribus numeratur. Siquidem accusationem seruorum contra dominum præter ius factæ fidem adhibens, in Episcopum dolo accitum taurum immisit, qui mox redditus mansuetus, in Episcopi manibus arma deposuit à natura concessa, cornua scilicet. Res planè admiranda à tribus antiquioribus historicis enarratur, à Pelagio Episcopo Ouertensi, Luca Tudensi item Episcopo, & Roderico Archiepiscopo Toletano. Sed quomodo tam falsi accusatores, quam Rex persecutor à Deo diram vindictam perpeffi iustissimè fuerint, iidem pluribus narrant.

IESV CHRISTI IOANNIS XV. PAP. OTTONIS III. REG. 3. ANNVS 986. ANNVS 2. BASIL. ET CONST. IMPP. II.

I. SEQUITVR Christiannus nongentesimus octogesimus sextus, decimaquarta Indictione, quo obiit Lotharius Rex Francorum, cum regnasset annos triginta & vnum, relin-

A relinquens Regni heredem Ludouicum filium, quem commendauit Hugoni Duci. hæc Odorannus, qui hoc tempore vixit. Lotharij verò coniux Emma filia Ottonis senioris & Adelaidis Augustæ, hæc tunc ad matrem scripsit:

LOTHARIJ REGIS FRANGORVM OBITI VS ET LVDOVICI SUCCESSIO. II.

Dominæ Adelaidis Imperatrici semper Augustæ Emma quondam Regina nunc lumine Francorum orbata.

Elapsa sunt tempora deliciarum mearum, tempora decoris mei, o mi domina, o dulcissima mater: dum is quo florente florebam, quo regnante regnabam, me hætenus coniugem, in perpetuum viduam fecit. O amara dies vi. Non. Martias, quæ mihi virum eripuit, quæ me in has miseras præcipitavit! Intelligat pia mater gemitum & angustias filix doloribus plenæ. Non esse me penitus præoptarem, nisi diuinitas solatio reliquisset mihi matrem. O quando videbo? quando alloquar? Nostri quidem vestæ præsentia me ac filium meum occurrere volunt xv. Kalend. Iunij. Sed hæc mora mille annorum mihi est. Noueritis interim, Francorum Principes mihi ac filio meo sacramento firmasse. In hoc & in reliquis, quæ sunt sequenda, quæ vitanda sunt, vestro iudicio vtetur, vt non solum Emmæ Reginæ, sed omnium dicamini mater Regnorum. Recordamini præterea verborum vestrorum, quod virum meum propter me dilexeritis, quodque ipse propter me vos amauerit. Profunt hi dulces affectus, & quod temporaliter non valetis, spiritualiter exhibeatis per Episcopos, Abbates & monachos.] hætenus Emmæ Reginæ ad Adelaidem Imperatricem viduatæ marito epistola, quam intexam inter epistolas Gerberti edidit Papirus Maso. At maiores angustia præferunt Reginam, cum anno sequenti orbata est filio, atque penitus exciûm vidit ex Carolinis Francorum Regnum, vt dicemus anno sequenti.

C Hoc eodem anno Aligerus vigesimus septimus Abbas Cassinensis monasterij, vbi eidem præfuisse annis triginta septem, præclarus meritis ex rebus probè gestis migravit ad Dominum. Laudarus hic inter alia sum mopere reperitur in vita S. Nili ab illius temporis auctore conscripta. Cui successit Manso longè dispar, homo voluptuosissimus, quem vt indignum tanto honore, vt S. Benedicti diceretur esse successor, expunxerunt posteri ex Abbatum catalogo, quem Leo Ostiensis ordine temporum texuit, subducto ex Chronicis Cassinatibus libro secundo, capite duodecimo, in quo de eius ingressu agebatur, cuius nec nomen quidem sciretur, nisi obiter ab eodem Leone alibi inferiùs mentio haberetur. Ita quidem in cuso codice, in antiquitus scripto Cassinensis monasterij, ista leguntur eodem libro secundo capite duodecimo: Manso vigesimus octauus Abbas sedit annos vndecim. Iste fuit consobrinus Pandulphi Principis, qui cum eo tempore, quo Aligerus Abbas defunctus est, monasterio sancti Magni iuxta Fundanam ciuitatem posito præfesset, propinquorum Principum fretus auxilio, Abbas Cassinensis à pluribus Fratribus subrogatur: non enim omnium huius loci monachorum consensu cœnobij huius Abbatiam adeptus est. Vnde factum est, vt nonnulli de prioribus huius monasterij Fratribus potius hinc egredi, quam manere sub illo eligerent. E quibus Ioannes Beneuentanus, qui postmodum Abbas extitit, vnus fuit, alter verò Theobaldus nihilominus postea Abbas effectus, Dominus etiam Lutius de religiosis huius loci monachis ac prioribus vnus; necnon & quinque alij, quorum nomina non recoluntur. Ex quibus omnibus tres priores Ierosolymam, quinque verò alij in Lombardiam profecti sunt. Quos cum ob maximam huius loci reuerentiam Hugo Marchio nimis honorifice suscepisset, ex eius largitione & concessione quinq; monasteria in illis partibus construxerunt, ibique iuxta traditionem huius monasticum ordinem instituerunt. Ex cuius etiam Marchionis dono duæ hic argenteæ coronæ habentur.] Porrò de Hugone isto inferiùs, eius obitus tempore, plura dicturi sumus. Manso autem quas dederit pœnas suæ nequitia, suo loco inferiùs dicemus. tenuit iste annis decem eam præfecturam indignus, numerandisque Abbas ordine non meritis vigesimus octauus.

Leo Off. lib. 2. cap. 1. & 2.

III. ALIGERUS ABB. OBITVS ET SANCTITAS.

ibid. cap. 22. & 30.

MANSO ABBAS CASSINENSIS INDIGNVS.

D E iuxta traditionem huius monasticum ordinem instituerunt. Ex cuius etiam Marchionis dono duæ hic argenteæ coronæ habentur.] Porrò de Hugone isto inferiùs, eius obitus tempore, plura dicturi sumus. Manso autem quas dederit pœnas suæ nequitia, suo loco inferiùs dicemus. tenuit iste annis decem eam præfecturam indignus, numerandisque Abbas ordine non meritis vigesimus octauus.

HUGO MARCHIO IN MONACHOS CASSINENSIS MVNIPIVS.

Quod pertinet ad res Orientis, hoc anno, inchoata Indictione decima quinta, ingens terræ motus concussit ciuitatem Constantinopolitanam, ex quo plura templa corruerunt, & magni templi pars globi.] ista Curopalates habet. Eiusdem terræ motus mentio habetur in rebus gestis S. Niconis, quo non Constantinopolitana tantum ciuitas, sed Græcia mirum in modum quassata est. obiter enim hæc de his ibi, dum agitur de ipsius sanctissimi viri imagine saxo diuinitus impressa: De Sancti verò imagine non hominis arte vel manu facta, quæ olim quidem lapideæ tabulæ impressa medio in templo

I V.

visebatur; postea autem in templi vestibulo iuxta sacrarium defixa est, in qua crucigeræ A etiam virgæ species ad viuum reddita cernitur, longum esset commemorare, cum miraculum id omnium linguis ad hanc diem celebretur, & tabula ipsa fulgentem sine coloribus effigiem gerês omni voce clariùs rem exprimat. Quemadmodum scilicet in ea stante Sancto, Deumque precibus placante, quo tempore Lacedæmoniorum regio vniuersa terræmotu propemodum deleta est, Deo ciuium intemperantiæ flagitiisque irato, vt piis quibusdam viris tunc temporis significatum est, relicta in saxo orantis imago fuerit, quæ argumento esset summæ illius erga Deum fiduciæ & gratiæ, & quid sperare per eum possint, qui intus afflicti, tanti patroni opem aduocarint. Ita veluti voce sublimi clamante lapide egregiam viri sanctitatem, vt non ipsi tribueretur si non fuerit exauditus, sed peccatis populi Dei vindictam absque remissione aliqua promerentis.

IESV CHRISTI IOANNIS XV. PAP. OTTONIS III. REG. 4. ANNVS ANNVS ANNVS 987. 3. BASIL. ET CONST. IMPP. 12.

I. LUDOVICVS VLTIMVS REGVM STIRPIS CAROLI MORITVR.

ANNVS sequitur Redemptoris nongentesimus octogessimus septimus, Indictione decimaquinta, quo Ludouicus Francorum Rex nouissimus Carolinorum moritur anno vix vno Regno potitus. Cumque sine liberis decessisset, Regnum Francorum non collatum est Carolo Lotharij Regis defuncti fratri, sed magis eo contempto, ad extraneos est delatum, nempe ad Hugonem Ducem Parisiensem. De tempore obitus Ludouici hæc Odorannus eius temporis scriptor: Anno nongentesimo octogesimo primo obiit Ludouicus Rex iuuenis, qui nihil fecit. donato Regno Hugoni Duci, qui eodem anno Rex est factus à Francis, & eodem anno Robertus eius filius Regum piissimus Rex est ordinatus.] hæc ipse. eadem & Glaber monachus Cluniacensis eiusdem quoque temporis scriptor. Cur autem à Francorum proceribus repudiatu Carolus fuerit Lotharij frater, ea possimum ratio affertur, quod ipse nimis esset Principibus Germanorum addictus; Francos autem haud facile passos exteris esse subiectos. Ceterum ipsum Carolum malè audisse apud Francos, litteræ, quas extare ad ipsum apud Gerbertum tradit Maso, satis significant.

II. HUGO CAPETVS EX GENERE CAROLI MAGNI FVISSE PROBATAVR.

De genere Hugonis cognomento Capeti sue Caputij, ex eius temporis scriptoribus Odoranno & Glabro, & aliis recentioribus patet, ipsum nimirum ex patre natum Hugone Magno, auo Roberto, Principibus; ex materno verò stemmate, ex sorore Ottonis senioris genitum tradunt. adeo vt vanitati poetiæ nullus sit locus fingendi, eum vilissimo patre natum. Ceterum progeniem Carolinam non defecisse in Ludouico, nec in Carolo fratris Lotharij filio, sed Hugonem hunc ipsum Magni Hugonis filium ex eadem esse progenie, demonstrat Chronicon Vuilelmi Mangij monachi sancti Dionysij, quod in lucem Pithæus edidit; quin & auctor qui texuit genealogiam S. Arnulphi, ex quo Carolinum manauit genus, id ipsum affirmat, atque demonstrat. habet & hunc ipsum auctorem idem volumen editum à Pithæo; profitetur hoc etiam Innocentius Papa in epistola ad Ludouicum Regem eius nominis Sextum, qua asserit, genus suum, quod deriuatur ab Hugone Capeto, processisse ex progenie Caroli Magni.

III. EX PROMISSIONE SANCTORVM REGVM IN HUGONEM TRANSLATAVR.

Addit etiam Mangius ex repromissione Sanctorum accepisse Francorum Regnum Hugonem hunc, citatque Acta translationis sanctorum Ricarij & Valerici, aitque: Hugo Magnus Comes Parisiensis pater istius Hugonis ipsorum Sanctorum corpora, quæ translata ab Ecclesijs suis in Flandriam fuerant, & reposita in Ecclesia sancti Bertini apud sanctum Audomarum, terrore Northmannorum, qui tunc Franciam deuastabant, per visionem admonitus ad suas fecit Ecclesias reportari. Ipsi verò Hugoni Magno post hoc factum per visionem à S. Valerico dictum fuit: Propter hoc quod fecerat, eius generatio post ipsum in Regno Francorum vsque in septimam generationem, & in perpetuum regnaret. sic Hugo iste Rex Francorum factus videtur per Domini voluntatem.] hæc ipse. porro ex Chronicis Bertinensis monasterij reductionem eorundem Sanctorum corporum factam esse ab hoc ipso Hugone Capeto, traditur à Molano in Natalibus Sanctorum Belgij, vigesima sexta mensis Aprilis. Vbi autem Hugo est vnctus in Regem, ad euerrenda quæ exoriri potuissent bella ciuilia, Carolum Lotharij fratrem coniecit in carcerem

A rem Aurelianis, sed id post annum tertium bellorum ciuiliu. Porro filium Caroli Ludouicum patri successisse, idem tradit, in Ducatum Lotharingiæ; alij verò affirmant, Ottoni eiusdem Caroli filio eundem Ducatum esse traditum.

Quod ad res pertinet Orientis, inualecente bello ciuili, Sclerus Bardas cognomento Phocas tyrannus, Imperator acclamatur, ac coronatur. de his autem ciuilibus bellis, quibus diutiùs afflictatum fuit Romanum Imperium in Oriente, pluribus Curopalates & alij, qui ab ipso acceperere quæ scripserunt. Nos autem ea prætermittimus enarrare, quæ magis politici sint status, quam historiæ Ecclesiasticæ. Siquis autem ea cupit, habet quem consulat citatum nuper auctorem. Cùm tamen ea minimè prætermittamus, quæ ad pietatem spectare noscuntur, atque instituto congrua esse videntur, vt quæ narrantur in rebus gestis sanctissimi viri Niconis, qui hæc omnia licet longè absens, nouit, & quæ essent ventura prædixit Gregorio Prætori: in vita enim ipsius ista leguntur: Huic ipsi Gregorio Prætori, & de Scleri Bardæ rebus, & post eius à Babylone reditum, audire cupienti (nec enim abdita intuenti gratiæ exortem illum esse Prætor arbitrabatur) narrauit Nicon, Sclerum quidem ad Imperatorem reconciliatum festinasse; eius verò cognominem alterum ipsius audaciæ ac rebellionis successisse. Attamen nec illi profuturam tyrannidem, nec Imperatoribus superiorem fore. His ergo prædictionibus consentaneus fuit euentus, & eum qui prædixerat, admirabilem declarauit. At Prætoris quidem Gregorij Sanctique res hoc modo se habent.] hæc Abbas monasterij sancti Niconis. Porro Gregorius iste, quo Sanctus familiarissimè vsus est, & ipse Sanctum reuerentissimè coluit, haud pridem idem Nicon senserat aduersantem ac planè inimicum; sed Dei vindicta eruditus, conuersus, eundem, vt par erat, plurimum dilexit & obseruauit. Ista verò quomodo se habuerint, ab eodem auctore sic accipe memoria dignam historiã:

Peragebantur (inquit) aliquando vespertinæ laudes; prima autem hebdomadis dies erat, cùm Sphæristarum aperto gymnasio, iuuenum frequens manus infra sacram ædem constitit, atque inter alios Prætor Gregorius, pars ipse certaminis, cum indigenis ludens: ludi enim amans erat, ludicrisque supra modum capiebatur. Et quoniam incondita clamantium voces, tam ludentium quàm spectantium exaudiebantur, adeoque perstrepebant, vt à sacris hymnis auocarent, & mentem in illis figere non sinerent: zelo Dei percitus Nicon celeriter appropereat, belluinamque hominum barbariem libera voce, qua iustos decet libertate castigat. At Prætor vir amari aliàs ingenij, & tum maximè ludo intentus, vt qui à patribus se vinci doleret: impotenti aduersus Sanctum actus rabie, profcindere maledictis, manusque ad vindictam ausus attollere, vrbe denique expelli iussit. lamque ducebatur hilari pacatoque vultu, Domini sui exemplo, leuiusque iniuriam, quàm ceteri maximos honores, ferebat.

Ceterum nec sera, nec pedibus (vt Poëta dixit) tarda fuit vltio: quin velociùs, iunctisque vestigijs contumeliosum secuta est. Nam cùm primò ad excipiendam sphæram manum sustulit, paralyti repente icta est. Idem porro membris omnibus statim solutus & eneruatus, ad Catholicam Ecclesiam aliorum manibus delatus est. Vbi acutissimis & grauissimis doloribus excruciatu, mortem præ illis in lucro ponens, lamentabiles questus edebat. Cumque magna medicorum sedulitate curaretur, & remedia omnia infra malum essent, ita vt inanis & vana omnis ab illorum arte spes esset: causam exquirat Episcopus, cur eum repentinus morbus inuasisset: erat enim & ipse medicæ artis peritissimus. At ille, quæ in Niconem admiserat, vel inuitus exposuit, hunc mali sui fontem & caput esse non dissimulans. Quo cognito Episcopus obiurgauit ille quidem hominis temeritatem non leuiter: tum opportuno consilio auctor fuit, vt saltum poneret, & à Nicone supplex illata iniuriæ veniam peteret. norat enim, vnde certa medicinæ spes esset.

Paruit ille, abiectoque fastu, ac prætoris potestatis supercilio, Niconem multis precibus per nuntios accersit. Qui quidem acceptæ iniuriæ oblitus, dicto citius assuit: didicerat enim vt contumelias pati, sic easdem vltro remittere, aut potius benefactis & officiis compensare. Prætor autem vt illum vidit, ad eius pedes se abiicit, & qui modo turgidus, animisque ferrox iras tantum & iniurias spirare videbatur: supplex factus, erroris veniam lugubri voce rogat, eiusque preces, vnicum salutis suæ pharmacum implorat. Semper nimirum imbecilla res est vitium, fortis autem & stabilis virtus. Quid ergo ad hæc diuina mens? An exprobrauit homini amentiam, effrænataque audaciam? aut aspernari orantem, & tantisper abnuere visus est? minimè gentium. Qui enim

CHRISTI 987.

IOANNIS XV. PAP. 3.

OTTONIS III. REGIS 4. BASIL. ET CONST. IMPR. 12.

enim faceret, qui discipulus, aut acerrimus potius mitis illius & pacifici imitator erat ad benè faciendum magis quàm ad plectendum natura comparati? Itaque non solum veniam dedit, sed sanitatem etiam precibus suis, admota manu restituit, ita ut statim cibum sumeret incolumis, & liberè atque expeditè loqueretur, miraculo vel oculis ipsis qui spectabant, fidem vix faciente.] hucusque de his auctor, subiiciens quæ dicta sunt de intima inter utrumque conciliata ob ea quæ acciderant amoris necessitudine. atque de his fati.

IESV CHRISTI IOANNIS XV. PAP. OTTONIS III. REGIS 5. ANNVS 988. ANNVS 4. BASIL. ET CONST. IMPR. 13.

DANORVM ECCLESIA SVB LIBENTIO ARCHIEPISCO. HAMBVRG. FLORET. Adam li. 2. cap. 19. 20.

REDEMPTORIS annus nongentesimus octogesimo octauus sequitur, Indictione prima inchoatus, quo reliquis rebus gestis in obscuro latentibus, illud vnum (quod ad res Ecclesiasticas pertinet) tantum innovit, hoc scilicet anno à Ioanne Romano Pontifice, præcipua, qua vniuersæ Catholicæ Ecclesiæ præsidet auctoritate, pallium datum Libentio Archiepiscopo Hamburgensi, qui eodem ipso anno successit Adaldago, qui vbi ei sedi præfuisset annis quinquaginta tribus, hoc anno, quarto Kal. Maij moritur ab omnibus collaudatus. De successore autem Libentio hæc Adam eius Ecclesiæ exactam texens Chronologiam: Vir litteratissimus, & omni morum probitate decoratus ab Italia quondam pontificem secutus est Adaldagum, cuius vitam æmulatus & magisterium, solus ex dispositione tanti Patris dignus inuentus est, cui Hamburgensis cura parochiæ crederetur. Dicunt aliqui, Vicedominum Ottonem licet auunculo gloriantur sit pontifice Adaldago, cessisse tamen huius electioni Libentium, in quo nihil reprehensibile vel inimicus possit obicere. Dicunt eum tantæ castitatis, ut rarò se mulieribus videndum præbuerit; tantæ abstinentiæ, ut pallida ieiunij ora portauerit, tantæque humilitatis & charitatis, ut in claustro sicut vnus fratrum vixerit. Multæ virtutes eius, quippe contentus acquisitis, rarò curiam adiit pro acquirendis: domi sedens quietus, parochiæ suæ curam egit diligentissimam, totumque studium vertens ad lucra animarum, districtissima (ut aiunt) regula custodiuit omnes congregationes suas. Archiepiscopus etiam per se curam hospitalis egit, fratribus infirmis quotidiano ministrans obsequio: ipse quoque vice sua xenodochium nepoti commendauit Libentio. Dum adhuc pax esset in Slauiam, Transalbianos populos frequenter visitauit, & matrem Hamburg, Ecclesiæ videlicet, paterno fouit amore, legationem suam ad gentes magno, ut decessores eius studio executus, licet obstarer dierum malitia.] sic auctor. Idemque de eo eidem Ecclesiæ præfuisse annis viginti quinque tradit, sedisse nimirum vsque ad annum Redemptoris millesimum decimum tertium.

Porro (ne error in nomine oboriri possit) ex eodem auctore sciendum, claruisse sub Libentio alium Adaldagum virtutibus clarum, sed Ripensem Episcopum. Is enim nepos Odincar senioris, qui in Suedia, Seland, Scane, & Fionia prædicans, multos ad Christum conuertit, cumque nomine ipsius diceretur Odincar iunior, baptizatus ab Adaldago, eius nomine placuit nuncupari: qui ex suo patrimonio fundans Episcopatum Ripensem, eidem ab eodem Libentio est præfectus Antistes, qui illustri vita sanctæ conuersationis Deo & hominibus acceptus erat, & Christianitatem fortissimè in Dania defendit.] hæc ipse.

Moritur hoc pariter anno mirificus ille Dunstanus Archiepiscopus Cantuariensis, quem egregia vitæ sanctitas, sacerdotalis immota constantia, claritudo miraculorum, & omnia Spiritus sancti charismata illustrarunt, ut hac ex parte Anglia non habuerit, quod inuideret aliis nobilissimis ciuitatibus. res ab eo præclare gestæ, ex quibus nonnullæ ad Annales spectantes diuerfis locis superius pro ratione temporum collocauimus, ab Osberto monacho diligenter fuere conscriptæ. Planè accidit, quod & vaticinatus est, ut post mortem eius multa mala Angliam occuparent.

IESV

IESV CHRISTI IOANNIS XV. PAP. OTTONIS III. REG. 6. ANNVS 989. ANNVS 5. BASIL. ET CONST. IMP. 14.

SECVITVR annus Redemptoris nongentesimus octogesimo nonus, Indictione secunda, quo Romæ Synodus celebratur in causa Adalberti Pragensis in Boemia Episcopi. hic enim (ut superius suo loco dictum est) vbi licentia summi Pontificis reliquisset Episcopatum, & monasticum Romæ esset institutum amplexus in monasterio sancti Bonifacij, ibique quinquennium transegisset, requisitus à suis, ut ad derelictam reuertetur Ecclesiam, interpellataque ea in re Romani Pontificis auctoritate: ipse Pontifex ad hæc decernenda synodalem conuentum collegit. Quomodo autem ista se habuerint, & quid decretum in Synodo fuerit, qui tunc temporis res eiusdem Adalberti collegit, sic narrat: Quinquennio pleno miles Christi monasterio erat dulcedine morum cunctis placens, altitudine virtutum longè antecellens: si cui fortè venit inuidia suæ sanctitatis, hunc humilitate citò placabat. Proficiebat de die in diem, de virtute in virtutem. In hospitio suo hospes Christi tamquam in gradibus eburneis Rex coronatus procedens processit, & vsque ad perfectum diem crescere fecit. Postea populus terræ Episcopum suum reuocat. Sancti viri pappatem, radium sapientem, & qui fratre charior domino terræ fuit: Christianum monachum, virum eloquentem in hoc opus eligunt. Hi duo cum litteris Metropolitanis Romam veniunt, ac de reditu pastoris Papam appellant, populo pœnitenti matrem suam requirunt: promittunt ex ore populi errata corrigere, quæ deliquerunt soluere, desinere à malis, studium dare bonis. Abscessus viri contrarius erat domino Papæ, talem margaritam à suo corpore auellere, durum erat magnæ Romæ. Sed facta Synodo, ratio obtinuit, quia gens sua plenam satisfactionem pollicens vocat; dimissum gregem contra voluntatem repetat.

Porro decretum Pontificis extat in actis aliis sancti Adalberti conscriptis in codice sanctæ Cæcilie, his verbis in eadem Synodo promulgatum: Tunc Apostolicus non tam voluntate, quàm iure Dei permorus talia respondit: Reddimus quod iuste quærunt male merentes filij. Sed dabitur eis hac lege: Si audierint eum, teneant cum benedictione Dei, & faciant sub eo fructum centuplum. Si autem à consueta iniquitate recedere nolunt, hoc est, si ad voluptates suas & desideria luxuriante malitia redirent, absque periculo sui capitis malorum consortia declinet. Hæc vbi dicta dedit, finita est Synodus, &c.] duos autem Episcopos missos ab Archiepiscopo Moguntino Romam ad sanctum Adalbertum repetendum, eadem Acta significant, pergunt priora Acta recitari cœpta:

Amborum Papæ & Abbatis Imperio, fracto suo libitu, flens Episcopus ad Episcopatum rediit, pro cuius regimine virgam, pro pignore anulum, dante Apostolico, accepit. Dominica die veniens venit domum ad vnam ciuitatem, vbi ipsa die mercatus erat magnus. quæ visio non parum adduxit tristitiæ sancto viro. Ad eos verò, qui se redxerant, increpando sic ait: Ecce vestra promissio bona: pœnitentes vestri nec feriantur hac die sacra. Stetit tamen in Episcopio suo pascens macrum populum diuino pabulo, & si mallerent, potans salutari poculo. Primo nouo aduentu pastorem verentur, quasi viui fideles Matrem Ecclesiam petunt, & Patrem, repressa mala consuetudine, quasi cum Christianis actibus Christum adorant. Verum noua religio citò deorsum venit, antiqua consuetudo superiorum vias currere præcepit, voluptas pro lege erat. Verum Dominum, cui seruire regnare est, nolunt, ad ignominiam suam, ut multis dominis seruitia agant. ne tunc sibi funes peccatorum, quibus trahi valeant ad æternum exitum: quia discere nolunt, vbi sit sapientia, vbi sit vita, lumen oculorum & pax.] Sed quonam postea recenti percussus eorum facinore, rursus ipsos reliquerit, sic auctor fideliter narrare pergat:

Accidit, ut solet humanis erroribus, ut quædam matrona ingenitam nobilitatem oblita, scortum se faceret, & palam peccato facto, maritus vitam mulieris quæreret. ipsa verò ad Episcopum concita ala pedum confugit, quam ille in Oratorio S. Georgij retro altare abscondit, ut satisfactionem suaderet, & vitam seruaret. Ecce adest ex improviso armata manus, & si non redderet mœcham, ambobus, & Episcopo & feminæ minantur gladium. Audiuit sonitus armorum, & minas verborum procaces audiuit Episcopus lætus; & si fortè martyrium semper optatum, nunc miserante Deo, inueniat, tacita cogi-

I. SYNODVS ROM. IN CAUSA ADALBERTI.

Apud Suv. die 23. Apr. tom. 2.

II. DECRETVM PONT. DE REDITV S. ADALBERTI.

III. S. ADALBERTVS IN BOEMIAM REDIT.

Bauch 3.

IV.

VIOLATUR SACRVM ASYLVM.

cogitatione ruminat, dubio gladio exultat. Ah mala mens, & peior vox! index venit, A secretum prodidit: ubi lateret mulier, digito monstravit. Quid prodest refugium ad sancta Sanctorum? Quis curat, regnante barbarismo, fas Christianum? Frangunt templum: mulierem tremulam prehensis adductam crinibus, capite truncant. Vnde cogitans Episcopus, quod nec illis nec sibi cassus labor prodesset, animæ verò suæ talis statio obesset, pappati suo ait: Scias certum, aut ubi ego sum venias, aut amplius me numquam videbis. Interim tamen ipsi erat labor magnus, non prætermittere, quod minus admoneret Clerum & populum, secundum quod ætas, discretio gradus, & qualitas criminis postulat; nec dabat somnum oculis suis, qua arte, qua virtute compescere posset nascentes errores, inquirens.

v. S. ADALBERTVS VNGARORVM APOSTOLVS.

Non tacendum, quod iuxta positus Vngaris nunc nuntios suos misit, nunc se ipsum ob- B tulit. Quibus & ab errore parum mutatis, umbram Christianitatis impressit.] hæc tantum de Apostolatu eius ad Vngaros auctor, intentus magis eiusdem Sancti monasticos recensere progressus, cum ad suos quos reliquerat monachos Romam rediens, est iterum resitutus. At quantum S. Adalbertus suo Apostolatu profuerit Vngaris, & illa umbra Christianitatis, quam ibi (vt auctor ait) impressit, in immensum creuerit, translata iam in veritatem, aliunde petamus, nempe à Cartuio Episcopo ad Colonanum Regem, qui

Caruit in vita Steph. Vngar. Reg. cap. 1. 2. 3. Apud Sur. dia. 2. 5. Aug. tom. 4.

cunabula Vngaricæ Ecclesiæ stylo fidelissimo profecurus, hæc ait: Ea quidem tempestate, qua Vngarorum gens Dei Ecclesiæ populabatur, fuit in ea Princeps quidam, quartus ab eo qui Vngaris in Pannoniam ingressus ducem se præbuit. Is Geisca dicebatur, severus sanè & crudelis homo in suos, potenter eis imperans, erga alios verò, præsertim Christianos, humanus, misericors & liberalis. Etsi autem paganismi sui erroribus esset implicatus, attamen cælestis gratiæ luce spirituali appropinquante, cum omnibus vicinis circumqua-

Matth. 5.

C que provinciis de pace cœpit accuratè tractare, vt iam in illo liceret animaduerti, cuius optaret esse filius, dicente in Euangelio Domino Saluatore: Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur. Edicto namque proposito, iussit Christianis omnibus in ipsius ditionem siue Ducatum ingredi volentibus hospitalitatis & publicæ fidei studium & curam impendi. Porro clericis & monachis fecit potestatem in ipsius quoque conspectum veniendi, eosque propenso animo audiuit. Atque ita factum est, vt Orthodoxæ Fidei semen in pectoris eius horto satum in fruges erumpere gestiret.

VI. GEISCA PRIMVS PRINCEPS VNGARORVM CHRISTIANVS. f. Christianissimum

Quid multa? Adest tempus cælitus dispositum. Credidit ipse cum familiaribus suis, D Vndis salutaribus expiatus, omnes ditionis suæ homines pollicetur se ad Christianissimum perduciturum. Cum autem multum esset sollicitus de edomandis rebellibus, titibus sacrilegis abolendis, ad sanctæ Ecclesiæ profectum pro sua æstimatione statuendis Episcopopatibus: mira quadam præuisione, nocte eum Dominus consolatus est. Misit enim ad eum iuuenem speciosissimum, qui diceret ei: Pax tibi, Christi electe, faceat cura hæc & sollicitudo. Non fiat per te id quod meditaris. Habes enim manus humano sanguine pollutas. Nascetur autem tibi filius, qui diuinæ prouidentæ consilio id efficiet, quod tu animo concepisti. Erit is Rex, & ex eorum Regum numero, quos Dominus elegit, coronam Regni temporarij æterna commutaturus. Tu verò hominem spiritali legatione apud te functurum, honorificè excipito, exceptum reuerenter habeto, eius cohortationibus sincerum pij pectoris affectum adhibeto. Expergefactus Princeps, stupens ad visionem, prius secum, deinde cum Christianis & suis hominibus pertractans, humi totus prostratus, expansis manibus, humiliter gratias egit Deo; seque principatumque suum cum filio nascituro, curæ illius qui non dormit, neque dormitat, lacrymabundus commendat.

VII.

E Admirante autem eo de viro diuinitus ipsi prædicto: nuntiatum illi, beatum Adalbertum Boëmensis Ecclesiæ Antistitem ad ipsum venire, ad Christianam religionem, Fidemque non fictam eum traducere, & ob Fidei profectum Domino laudis hostiam immolare cupientem. Is nuntius nouis Christi tyronibus ineffabilem attulit lætitiã. Dux procedit obuiam seruo Christi cum Fidelibus quibusque, honorificè eum excipit, & vt in visione erat admonitus, modis omnibus se obedientiæ filium fore demonstrat. Deinde iubente ipso, fit vbique congregatio indomitæ gentis. per sanctum Episcopum fiunt conciones, & eius exhortationibus innox illi conuertuntur & baptizantur; multis in locis Ecclesiæ condantur. Luce enim illa, quæ illuminat omnem hominem venientem in mundum, profligatis tenebris, cœpit Vngaria enitere. & completum est in ea, quod Propheta ait: Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam. Lux lucis inuisibilis Chri-

1. the 9.

A Christus est, quem tunc Gentiles videre meruerunt, quando è tenebris reuocati, illum esse & verum Deum & hominem verum, perfecte crediderunt.

Non est autem silentio prætereundum, vt omnis ambiguitas tolleretur de medio, & ne parum fidei habere videretur visio Duci oblata, etiam vxorem eius iam partui propinquam eiusmodi diuinitus consolatione affectam. Apparuit illi beatus Leuita & protomartyr Stephanus, Leuitici habitus insignibus ornatus, ita eam compellans: Confide mulier in Domino, & certa esto, te filium parituram, cui primo huius gentis & Regnum & corona debetur. Tu verò illi nomen imponas meum. Cum autem femina non sine admiratione sciscitaretur ab eo, quisnam esset, aut quomodo vocaretur; sic respondit: Ego sum Stephanus protomartyr, qui primus pro Christi nomine martyrium obiui. His dictis disparuit. Nascitur itaque (vt prædictum erat) filius Principi, notus Domino, secundum Prophetam, priusquam in vtero conciperetur, & per Stephanum protomartyrem à Domino appellatus antequam natus. Eum verò beatus & Deo dilectus Episcopus Adalbertus baptizauit, & nomen Stephani ei impositum est, & non sine nutu & consilio Dei, vt nos quidem persuasum habemus.] hucusque ibi de rebus gestis quæ pertinent ad Adalbertum Vngarorum Apostolum. At ipse sciens Apostolatus munus non sponte sua à quoquam, sed Dei nutu ab eo, qui primariam in Ecclesia Catholica retinet à Deo concessam auctoritatem, suscipiendum, Romam rursus statuit proficisci, ubi si Deus id vellet (vt fecit) à Romano Pontifice acciperet ipsum ad Gentes Apostolatum. Quando autem id contigerit, suo loco dicemus. Porro ista omnia hoc anno cœpta de reditu Roma in Boëmiam, & de Boëmia in Vngariam profectio, haud vnus anni spatio perfici potuisse putamus.

VIII.

S. ADALBERTVS BAPTIZAT STEPHANVM REGEM VNGARIE. LUC. 2.

C Hoc item anno, quo quartus absoluitur & quintus inchoatur annus Ioannis Papæ, Indictione secunda, contigit S. Gebehardum Constantiensem venisse Romam ad ipsum Pontificem, cuius aduentus ea causa fuit, vt cum ædificasset monasterium celebre satis ad ripam Rheni fluminis in honorem sancti Gregorij Papæ, eiusdem sancti Pontificis reliquias in eo collocandas acciperet à Pontifice, à quo & priuilegium pro eodem monasterio impetraret. Acciderant sancto viro cuncta ex sententia, & inter alia, vt priuilegium pro eodem monasterio obtineret, quod hæcenus integrum extat cūsum in vita ipsius, in cuius fine ista leguntur, de tempore quo datum fuit, videlicet: Scriptum per manum Ioannis Notarij Regionarij, & Scriniarij sacri Lateranensis palatii, in mense Aprilis, & Indictione secunda. Datum verò septimo Kalendaris Maias per manū Gregorij Episcopi sacre Portuensis ecclesiæ, & Bibliothecarij Sedis Apostolicæ, anno Pontificatus domini nostri Ioannis sanctissimi Papæ quarto.] pergit auctor: Inter ceteras verò, quas idem Pontifex beato viro Sanctorum dederat reliquias: caput quoque sanctissimi Papæ ipsi condonauit Gregorij, &c.] Quomodo autè persequentibus eum Romanis pro sublato ab Vrbe sancti Gregorij capite, Deus eundem sanctum Episcopum miraculo liberauit, idem auctor narrare pergit, quem tu consulas. Peruenit autem ætate idem Sanctus vsque ad annum Salutis nongentesimum nonagesimum sextum. Porro sciendum, hunc Gebehardum dici debere seniore, respectu alterius Gebehardi eiusdem ciuitatis Episcopi, qui claruit sub Gregorio Papa Septimo, cuius partes contra Henricum est secutus summa cum laude.

IX.

Extat Acta ipsius apud Camil. Antiq. Iest. to. 6. pag. 468. S. GEBEHARDVS ROMAM VENIT IMPETRATVS RELIQUIAS S. GREGORII.

D Hoc anno Theophane Imperatrix Ottonis Regis mater Romam venit, vt Italiæ Principes in officio contineret, filioque fideles perseuerarent, rebellesque comprimeret, man- sitque ibi triennio, vsque ad annum Redemptoris nongentesimum nonagesimum primum, quo ex hac vita migravit. Ista Lambertus in Chronico. cuius tempore res Vrbanæ tranquillo statu quieuerunt. Ditmarus eam obiisse tradit anno septimo Ottonis Regni, decimo septimo Kal. Iulij.

X.

THEOPHANE IMPERATRIX ROMAM VENIT.

E

IESV CHRISTI IOANNIS XV. PAP. OTTONIS III. REGIS 7. ANNVS 990. ANNVS 6. BASILE ET CONST. IMPP. 15.

I. LEGATIO IOANNIS PAPAE IN ANGLIAM. c. Mat. Vuest monast. in Flor. histor. hoc anno.

SEQUITVR Redemptoris annus nongentesimus nonagesimus, Indictione tertia, quo à Ioanne Romano Pontifice decernitur legatio ad Angliæ Regem atque Ducem Northmannorum inter se inuicem dissidentes. eo functus est munere Leo Viceepiscopus Treuitensis, qui eos in concordiam reuocauit.

De

CHRISTI
990.IOANNIS XV. PAP.
6.OTTOVIS III. REG. 7.
BASIL. ET CONST. IMPP. 15.

II. De legatione hac Leonis à Ioanne Papa in Angliam missi, & de concordia inter Principes inita, extat diploma eiusdem Pontificis apud a Vuilelmum Malmesburiensem datum anno sequenti, hoc titulo:

Epistola Ioannis Papæ Decimiquinti.

Ioannes Quinrusdecimus sanctæ Romanæ Ecclesiæ Papa omnibus Fidelibus salutem.

Nouerint omnes sanctæ Matris Ecclesiæ Fideles, & nostri vtriusque ordinis per climata sæculi dilatati, qualiter nobis relatum est à compluribus de inimicitia Ethelredi Saxonum Occidentalium Regis necnon & Richardi Marchionis: vnde nimium tristis effectus, utpote de filiis nostris spiritualibus, tandem inito salubri consilio, accessit quemdam Apocrifarium nostrum Leonem, Viceepiscopum sanctæ Treuirensis Ecclesiæ, & misi eum illuc cum litteris nostris exhortatoriis, ut resipisceret ab hac * superstitione. Qui transiens vastas intercapedines terrarum, tandem marinos transmeauit fines, & in die Natiuitatis Domini peruenit ante conspectum Regis præfati; moxque ex parte nostra salutato obtulit litteras, quas illi miseramus. Qui accertitis cunctis sui Regni fidelibus vtriusque ordinis sapientioribus, ob amorem & timorem Dei omnipotentis, necnon & sancti Petri Apostolorum principis, & per nostram admonitionem paternam, firmissimam concessit pacem cum omnibus filiis & filiabus suis, præsentibus & futuris, & cum omnibus fidelibus suis sine dolo.

III. Qua de re misit Edelfinum sanctæ Schireburnensis Ecclesiæ præfulem, necnon Leolfstanum filium Alfuuoldi, & Vulfstani filium Ederelnothum, qui transierunt marinos fines, & peruenerunt vsque ad Richardum præfatum Marchionem. Qui & monita nostra pacificè suscipiens, simulque audiens decretum suprafati Regis, libenti animo pacem firmavit eandem cum filiis suis & filiabus præsentibus & futuris, & cum omnibus fidelibus suis eo rationis tenore, ut si aliquis eorum, vel ipsi iniuste aliquid contra alium perpetraverint, digna emendatione purgentur, paxque maneat perpetua & inconuulsa, sacramentorum vtriusque partis stigmatibus stipulata. Ex parte scilicet Regis Ethelredi Edelfinus præfatus sanctæ Schireburnensis Ecclesiæ, Leolfstanus Alfuuoldi filius, & Ederelnothus Vulfstani filius. Ex parte Richardi Rogerius Episcopus, Rodolphus Hugonis filius, Trutheno filius Thurgis. Actum Rothomagi, Kalendis Martij, anno ab Incarnatione Domini nongentesimo nonagesimo primo, Indictione quarta.] *additum*; Et de hominibus Regis, vel de inimicis suis nullum Richardus recipiat, nec Rex de suis sine sigillo eorum.]

IV. Hoc ipso anno sanctus Adalbertus Pragensis Episcopus Romam veniens, sancti Bonifacii monasterium, vbi quinquennio manserat, iterum adiit, ibique totidem annos expleuit. Erat planè in Vrbe locus ille Sanctorum colonia, vbi qui his temporibus florere sanctitate viri celebres habitauerunt. Vt non mirum, si adhuc iterum ad locum hunc beatorum, quasi in terrestre cælum, Adalbertus posthabitis tot tantisque aliis in Germania & in Italia monasteriis, tantummodo conuolauerit, quod perauide requisierit. Sed audiamus eum qui ista ob oculos habuit, huius temporis auctorem, qui rerum inspector exactè cuncta conscripsit, ait enim: ^b Ergo diuinus heros ascendit equos, dulcem Romam reuisit, & quasi post pericula maris quassa nauis occupat optatum portum. Sic secretos monasterij sinus, charam quietem intrat, amplexus pulchram Rachel, obliuiscitur laboriosam Liam.] & paulò post de præstantibus sanctitate viris qui illic erant, hæc subiicit: Vnus verò illi maximus erat, colloquia quærere spiritualium & seniorum, qui porrò illuc pro claritate Abbatis plures confluerunt. Græci inquam optimi venerunt, Latini similes militauerunt. Superioribus quatuor pius Bauius, inferioribus quatuor magnus Benedictus dux, siue rex erat. Inter quos medius incedens, Deum sitiens Adalbertus, verba vitæ sumit & glutit, raptus in altum, cum fratribus dulcius contemplatur Deum. O quoties obortis lacrymis memini dicentem, cum causa ædificationis accessissem ad Ioannem Abbatem: Vbi sunt, inquit, margaritæ meæ? Vbi sunt dulces cibi animæ meæ? Vbi conuenerunt sancti viri, pluebant ibi sermones Dei, accensæ sententiæ mutuo cursant: arsit ignis super terram cordis: testatur præsentem Deum vnda compunctionis.] quinam fuerint octo insignes Abbates, quatuor Græci, & totidem Latini sanctitate celebres, istis idem aperit verbis:

v. Hoc, inquit, faciebat scilicet Gregorius Abbas, hoc Nilus pater, hoc Ioannes bonus & infirmus, hoc simplex Stratus & super terram Angelus vnus.] erant isti Abbates Græci;

DE PACE
LITTERARUM
APOSTOLICA-
RUM.
* diffensione

^b *Vit. S. Adalberti. apud Sur. die 23. Apr. rom. 2.*

CHRISTI
990.IOANNIS XV. PAP.
6.OTTOVIS III. REG. 7.
BASIL. ET CONST. IMPP. 15.

A Græci, qui perturbatum statum Orientalis Ecclesiæ relinquentes, tamquam columba Noë, oliuam vberem & speciosam, vbi consisterent, quæsiuere. Latini autem qui fuerint, docens mox subdit: Hoc ex ratione maiori Dei sapiens Ioannes, hoc similis Theodorus, hoc Ioannes innocens, hoc simplex Leo Psalmodum amicus, & semper prædicare paratus.] hæc de illis qui videbantur esse columnæ, de quorum nouissimo, nempe Leone, quæ scribat ^a Petrus Damiani, in medium afferemus, vt ex vno eodemque nouissimo reliquos perdiscamus. ait enim:

Leo quoque Nonantulanus Abbas ad memoriam redit, qui dum clericalem adhuc speciem gereret, tandem deuotione peracta, cum Ierosolymis remeasset, sic vitam suam instituit, vt nihil aliud præter vnum dumtaxat asinum possideret. Et hoc quotidie saltus & pascua circumquaque perlustrans, materias congregabat, quibus ad requisita naturæ necessaria fratribus * acutergia ministraret, peractoque glorioso huiusmodi opere manuū, Psalterioque cum ipsa simul exercitatione decurso; protinus ad offerenda Domino sacramyteria non sine multis lacrymis sanctus presbyter accedebat. Postmodum verò ad monasterij quietem violenter attractus aiebat (quod infelix frequenter & ipse deploro) Iesus v m, inquit, per pedes tenui, & nunc miser & cæcus, vt Sampson, sæculi moles voluo. Vixque peracto biennio, in manu Oronis, qui tunc Imperij sceptrum regebat, pastoralem baculum reddidit, deinde apud S. Bonifacium intra Romana mœnia perseuerans, ex omni quod sibi vitæ huius residuum fuit, nihil aliud quam æternæ vitæ sibi compendia procurauit. Ad cuius postmodum sepulturam cæcus veniens, luci pristinae asseritur restitutus.] hæc Petrus de Leone. Porrò hiciste Leo qui iam Abbas eiusdem monasterij sancti Bonifacii, scriptus postea reperitur in synodalibus Actis, cum legatione functus est in

C Gallias missus ab eodem Ioanne Pontifice, vt inferius suo loco patebit. Eodem anno celebratur in Gallia Concilium Siluaneense. Quamquam occasione celebrari contrigerit, & quid in eo gestum, ex actis Rhemenfis Synodi post annum sequentem celebratæ, de qua suo loco dicendum, hic reddemus historiam. Arnulphus Rhemenfis Archiepiscopus Hugonis Regis Francorum fauore promotus ad eam dignitatem fuit, ita visum Hugoni, vt hunc licet non legitimum, regio tamen stemmate ortum, utpote Lotharij Regis filium, & Caroli adhuc regnantis nepotem, ætate iuniorum his beneficiis in suas partes adduceret & conineret. Accidit autem, vt cum vix sex menses ea sede potitus esset, prodicione cuiusdam Adalgerij Rhemenfis presbyteri ea ciuitate Carolus potiretur, cum & ipse Arnulphus captiuus deductus est. Quod verò suspicio non leuis de ipso esset Arnulpho, quod eius iussu ciuitas Carolo patrio prodita esset: ipse aduersus omnes, qui tam nefaria perpetrassent, excommunicationis sententiam in hunc modum intortit: ^b

Arnulphus gratia Dei Archiepiscopus Commonitorium prædonibus Rhemorum. Quid tibi vis prædonum Rhementium scelerata manus? Nihilne te mouent pupilli & viduæ lacrymæ, nec aduocatus eorum? Velis nolis, ipse Dominus tuus, ipse testis est & iudex, & grauis ultor, cuius iudicium non effugies. Vide quid ante oculos ipsius egeris: sanctam pudicitiam virginum non erubuiti, matronas etiam barbaris verendas, nudas reliquisti, orphanum & pupillum non respexisti. Parum tibi hoc: accessisti ad templum Matris Dei cunctis mortalibus reuerendum, eius atrium perfregisti, polluisti, violasti: quod oculi ibi viderunt, concupiuiti, quod manus atrectare potuerunt, rapuisti. Et nos quidem contra diuinum & humanum ius misericordia abutentes, quod cibi & potus abstulisti non indulgemus, sed propter impia tempora non exigimus; exigimus autem reliqua omnia, que pollutis manibus perualisti, ac retines. Redde ergo, aut sententiam damnationis in peruafores rerum Ecclesiasticarum à sacris Canonibus promulgatam, eam in te latam, multotiesque ferendam accipe.

Anathema in prædones.

Auctoritate omnipotentis Dei Patris & Filij & Spiritus sancti, interueniente & adiuuante beata Maria semper Virgine, auctoritate quoque & potestate Apostolis tradita, nobisque relicta, excommunicamus, anathematizamus, maledicimus, damnamus, & à liminibus sanctæ Matris Ecclesiæ separamus vos Rhementium prædonum auctores, factores, cooperatores, fautores, & à propriis dominis rerum suarum sub nomine emptio- nis abalienatores. Obtenebrescant oculi qui concupierunt, arescant manus quæ rapuerunt, debilitentur omnia membra quæ adiuuerunt. Semper laboretis, nec quietem inue-

VIRI INSTI-
GNES IN
MONASTE-
RIO S. BO-
NIFACII.
^a *Petr. Dam. epist. ad Nic. col. Papam de dimittendo Episcopatu.*

VI.
LEO ABBAS
NONANTU-
LANUS.

VII.

RHEMENSIS
CIVITAS
CAPTA.

^b *Gerb. in Cō. cil. Rhem. cap. 11.*

VIII.
EXCOMMUNICATIO
IN EOS QUI
RHEM. CI-
UIT. INVA-
SERUNT.

IX.

inueniatis, fructuque laboris vestri priueminis: formidetis, & pauceatis a facie persequen- tis & non persequentis hostis, vt tabescendo deficiatis. Sit portio vestra cum Iuda tradi- tore Domini in terra mortis & tenebrarum, donec corda vestra ad plenam satisfactio- nem conuertantur. Hic autem sit modus plenae satisfactionis, vt omnia iniuste ablata pre- ter cibum & potum propriis dominis ex integro restituantis, coramque Rhemeni Eccle- sia poenitendo humiliemini, qui sanctam Rhemensem Ecclesiam reueriti non estis. Ne cessent a vobis maledictiones scelerum vestrorum persecutrices, quamdiu permanebitis in peccato persuasionis. Amen. Fiat, fiat.] hucusque sententia anathematis per Arnul- phum illata, de qua Gerbertus: Post haec Arnulphus suos praedones sub anathemate po- suit, atque vt idem facerent, Galliarum Episcopis imperauit.] quod & egregie praestite- runt collecti in vnum in Synodo Siluanectensi.

a Epistola ad Vuidero- rad. Episcop.

X. CONCILIVM SILVAE M- CTEN N

b Idem de Conc. Rhem. cap. 14.

XI. INVECTI- VA IN IN- VASORES RHEMEN- SIS CIVI- TATIS.

NOVA HAR- RESIS PVL- VLANS.

XII.

c 1. fil. 82.

Collectis igitur in vnum Episcopis, expositaque ob oculos omnium lugubri tragcedia Rhemenfis cladis, paribus animis, zelo offensus numinis aetuantibus aduersus eos, qui ad- ed nefaria perpetrasse ausi fuissent, oratione primu inuectiua acriter agentes, eos demu sententia anathematis damnauere. recitata sunt ista omnia postea in Rhemenfi Conci- lio, atque inde in suum commentarium a Gerberto translata in hunc scilicet modum:

Oratio inuectiua Episcoporum Rhemenfis dioceseos vice decreti habita Siluanectis.

Quousque se extender effrenata licentia vestra, alterius proditores, Iudae satellites?

Ad quem finem progreditur incepta audacia vestri ducis, ducis dicimus Adalgeri presby- teri, qui nomen sacerdotalis dignitatis suo nomine polluit? Te igitur interpellamus, funeste presbyter. Quid tibi visum est, post illa cruenta arma, quibus te Lauduni exer- cuisti, vt iterum vilis apostata factus, Arnulphum Rhemorum Archiepiscopum trade- res, cum ante, velut fidelissimus custos, cubares, conuiuia assiduus esses, consilia disponeres, sacrosancta administrares? Num rigorem Ecclesiasticae seueritatis, vel iudicium omnipo- tentis Dei effugere te putasti? Urbis portas aperuisti, hostes introduxisti, venerabile tem- plum Matris Dei, atque ipsi barbaris reuerendum, velut hostium castra oppugnasti. Nu- etiam vos praedonum maxima portio, qui Ecclesiae ingentibus beneficiis eratis obli- gati, qui dicitis: Hereditate possideamus sanctuarium Dei: qui signa militaria loricati, galeati, cum scutis & lanceis ante aram beatae Dei Genitricis intulistis: qui pollutis mani- bus pastorem cum Clero & populo inter sancta sanctorum comprehendistis, custodiae distribuistis, carceri mancipastis, & adhuc retinetis. Num inquam, vos diuina iura effu- gietis? Vos quoque, quorum dolo & fraude, consilio & auxilio tantum scelus factum est, cum his qui principes tanti facinoris fuerunt, consociandi estis, vt poenam peccati simul feratis, qui causa peccati simul conspirastis, bonaque ciuium Rhemenfium pra- dones impiissimi, velut sub hasta distraxistis. Nec etiam vos abesse debetis, qui in Adal- beronem Laudunensem Episcopum non minus leuia perfecistis. Et vt pullantem haerelium rescindamus, quae dicitur, omnia licere Carolo, etiam in locis sacris: Rhemen- sem simul & Laudunensem Ecclesiam, vtramque sacrilegio, quamuis dissimili, pol- lutam a sacris remouemus officii, donec legitime reconcilietur vtraque. Et ne quis nos talibus monstris hominum fauere, talibus negotiis assensum praebituros putet, sed pro fide qua viuimus, omnibus expositos periculis, sententiam nostram ita confirmamus, sta- bilimus, corroboramus.

Anathema in eos.

Auctoritate omnipotentis Dei Patris & Filij & Spiritus sancti, interueniente & adiu- uante beata Maria semper Virgine cum omnibus Sanctis, auctoritate quoque & potestate Apostolis tradita, nobisque relicta, excommunicamus, anathematizamus, damnamus, & a liminibus sanctae Matris Ecclesiae separamus Adalgerum presbyteru, diaboli membrum, Episcopi, Cleri & totius populi Rhemenfis traditorem. Eos quoque qui huius traditionis extiterunt inuetores, auctores, factores, cooperatores, fautores, ciuiumque depopulatores, & a propriis dominis rerum suarum sub nomine emptionis abalienatores. His adiungi- mus Laudunensis Episcopi peruasores, ac ipsius Episcopi grauissimos tortores. Fiat sicut Scriptura dicit: Qui dixerunt, hereditate possideamus sanctuarium Dei, Deus meus po- ne illos vt rotam, & sicut stipulam ante faciem venti. Sicut ignis qui comburit siluam, & sicut flamma comburens montes, ita persequeris illos in tempestate tua, & in ira tua tur- babis eos: Imple facies eorum ignominia, & quaerant nomen tuum Domine, erubescant & conturbentur in saeculum saeculi, & confundantur & pereant: Et cognoscant, quia nomen

A

B

C

D

E

A nomen tibi Dominus, tu solus altissimus in omni terra. Et quia pupillum & viduam non miserati sunt, neque templum Dei reueriti, dominiumque Ecclesiarum sibi usurparunt, fiant filij eorum orphani & vxores viduae. Scrutetur foenerator omnem substantiam eor- um, & diripiant alieni labores illorum: mutantes transferantur filij eorum, & mendicent, & eiciantur de habitationibus suis. Fiant dies eorum pauci, & Episcopatum eorum ac- cipiatur alius: & duplici contritione contere eos Domine Deus noster, nisi resipiscant, & Ecclesiae Catholicae fructuosa poenitentia satisfaciant. Amen. Fiat, Fiat.

*al. Princi- palium

Et plane factum est, quod diro anathemate imprecati sunt Patres. Siquidem anno sequenti captus est ab Hugone Carolus, & penitus ex stemmatis eius ramo cessauit Re- gnium Francorum, tunc penitus excisum, cum (vt audisti nuper a Patribus) haereticus pul- lulari coepit, qua dicerent Caroli studiosi, omnia licere Carolo etiam in Ecclesiis. Sicque eod vsque sunt a Deo tolerata peccata Regum illius stemmatis, quamdiu ea peccata non sunt defensa vt iure facta: vt verò coeperunt oblitari defendi, vt error sit reputata iusti- tia, & inde haereticus oriri coeperit; tunc ira Dei effusa est super principes, & praecisum est Regnum ab eo, & datum ipsius aemulo, & de Saul translatum in Dauid. Videat ergo quam male consulant Principibus Nouatores nostri temporis, haeretici inquam dicti Po- litici, eadem quae hoc tempore sunt cepta doceri, penitus profitentes. Quae autem haec sint secuta, dicemus anno sequenti.

XIII. CVR ACA- ROLINIS DEFECERIT REGNUM FRANCO- RVM.

IESV CHRISTI IOANNIS XV. PAP. OTTONIS III. REG. 8. BASIL. ET CONST. IMPP. 16.

ANNVS 991.

ANNVS 7.

C

SECVITVR annus Redemptoris nongentesimus nonagesimus primus, Indictione quarta, quo increbescente aduersus Arnulphum Rhemensem Archiepiscopum spar- so rumore de prodicione Rhemenfis ciuitatis; Hugo Rex eum subicere synodali iudicio cogitauit. reluctabatur ipse audiri ab aliis quam a Romano Pontifice, quem solum sci- ret habere superiorem, apud ipsum veru experiri paratum. Quod autem id quod iu- stissimum esset negari non posset, aduersus eum scribuntur litterae ad Ioannem Roma- num Pontificem tum ab Hugone Rege, tum ab Episcopis Rhemenfis prouinciae; ab iis- demque duae ad eundem legationes decernuntur; ita tamen, vt specietenus rem age- rent, cum omnibus illis in proposito esset, eandem causam tractari inter Episcopos Rhe- menfis prouinciae & aliarum Ecclesiarum Galliae sacerdotes: quod exitus declarauit, vt inferius dicturi sumus. Praecessit autem pro Arnulpho Heribertus Comes ad eundem Ioannem Pontificem Legatus. haec autem omnia huius anni exordio facta esse, Gerbertus qui interfuit, docet, dum decem & octo menses tradit intercessisse ab eo tempore vsque ad Synodum Rhemensem habitam anno sequenti, mense Iunij. Porro Regis ad Ioannem Papam epistola sic se habet:

I. LEGATIO- NES IN CAUSA AR- NULPHI AD ROM. PONT.

Gerbert. de Conc. Rhem. ep. epist. ad Vuidero rad. bIbid. cap. 25

Beatissimo Papae Ioanni Hugo gratia Dei Francorum Rex.

Nouis atque inusitatis rebus summo studio summaque cura vestra consilia experenda decreuimus. quippe cum sciamus, vos omne tempus in humanis ac diuinis studiis exegisse. Considerate ergo quae sunt facta, & facienda praescribite, vt & sacris legibus suis honor reddatur, & regalis potestas non annulletur. Arnulphus Regis Lotharij (vt dicunt) filius post graues inimicitias ac scelera, quae in Regnum nostrum exercuit, loco parentis ado- ptatus est a nobis, ac metropoli Rhemorum gratis donatus, iusiurandum praebuit, quod contra praeterita & futura valerit sacramenta; libellum fidelitatis sub nomine chirographi conscripsit, recitauit, corroborauit, corroborarique fecit: milites ac omnes ciues iurare coegit, vt in nostra persisterent fide, si ipse aliquando in potestatem hostium deueniret. Contra haec omnia (vt certissimi testes sunt) ipse portas hostibus patefecit; Clerum ac populum suae fidei creditum captiuitati & praedae distribuit. Sed esto, cum esse addictum alienae potestati (vt ipse videri vult) cur ciues & milites peierare coegit? Cur arma contra nos comparat? Cur urbem & castra contra nos munit? Si captus est, cur non paritur liberari? Si vi hostium oppressus, quare non vult sibi subueniri? & si liberatus est, cur ad nos non redit? Vocatur ad palatium, & venire contemnit. Inuitatur ab Archiepiscopis: nihil se eis debere responder. Ergo qui vices Apostolorum tenetis: statuite, quid de altero

II. HUGONIS REGIS EPI- STOLA AD IOAN. ROM. PONT.

Iuda fieri debeat, ne nomen Dei per nos blasphemetur, & ne forte iusto dolore permoti, ac vestra taciturnitate urbis, *Rhemensis scilicet*, excidium, totiusque provincie moliamur incendium; nec Iudici Deo excusationem prænderis, si nobis quærentibus atque rogantibus formam iudicij dare nolueritis.] hæc ad Ioannem Romanum Pontificem Hugo Rex Francorum, qui & commouit aduersus eundem Arnulphum Rhemensem Archiepiscopum omnes comprouinciales Episcopos, vt contra eum litteras scriberent ad eundem Ioannem Papam, quem rogarent, vt ipsum Arnulphum Episcopatu priuaret, & alium in locum ipsius subrogaret. Ipsa autem littera sic se habent:

^a *Ibid. cap. 26*
III.
EPIST. EPI-
SCOPORVM
RHEMENS.
DIOEC. AD
IOAN. PAP.

Domino ac reuerendissimo Papæ Ioanni Episcopi Rhemorum dioceseos.
Non sumus nescij, beatissime Pater, iamdudum oportuisse nos expetere consulta S. R. E. pro ruina atque casu sacerdotalis ordinis, sed multitudine tyrannorum pressi, longitudine terrarum semoti, desideria nostra hæcenus implere nequiuimus. Nunc itaq; vestro examini non sine magno dolore perferimus nouum atque inusitatum crimen Arnulphi Rhemorum Archiepiscopi, qui famosus apostata factus locum Iudæ traditoris olim, in Ecclesia tenet. Qui filius quondam Ecclesie Laudunensis, cum Episcopum suum dolo & fraude ceperit, Ecclesiam eius peruaferit, ad cumulum suæ damnationis, Rhemensem sibi creditam cum Clero & populo captiuauit. Nec mouet eum nostra vocatio, vel potius saluberrima exhortatio, non Archiepiscoporum comprouincialium multoties repetita canonicè facta coram Deo & Angelis eius professio, non chirographi in conspectu Ecclesie recitata descriptio, non numerosa sacramenta miris excogitata consiliis. Stant suo vitio quamplures Ecclesie pastoribus viduatæ. Pereunt innumerabiles populi sine sacerdotali benedictione & confirmatione. Ipse factione tyrannica, diuina humanaque iura contemnens, tyrannidem exercet. Regibus nostris, *Hugoni videlicet & Roberto eius filio*, à quibus tantam gloriam gratis consecutus est, interitum meditat.

IV.
^b *Matth. 18.*

Ergo tandem ad monstra perditissimi hominis expergefacti, iuimus in sententiam Domini dicentis: ^b Si peccauerit in te frater tuus: vade & corripe eum inter te & ipsum solū. Si te audierit, lucratus eris fratrem tuum: si autem te non audierit, adhibe tecum adhuc vnum vel duos, vt in ore testium duorum vel trium stet omne verbum. quod si non audierit eos, dic Ecclesie; si autem Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Adesto, Pater, ruenti Ecclesie, & sententiam ex sacris Canonibus promulgatam, vel potius ab ipsa Veritate prolata profer in reum. Sentiamus in vobis alterū Petrum defensorem & corroboratorem Christianæ Fidei. Ferat sancta Romana Ecclesia sententiam damnationis in reum, quem vniuersalis damnat Ecclesia. Suffragetur nobis vestra auctoritas, & in huius apostatæ deiectione, & in eius qui domui Dei præesse possit Archiepiscopi noua ordinatione, simulq; inuocatis Episcopis nostris fratribus, necessaria promotione, vt sciamus & intelligamus, cur inter ceteros Apostolatam vestrum præferre debeamus.] hucusque ad Ioannem Pontificem Episcopi Rhemenensis provincie. Sicque duæ legationes, à Rege vna, altera verò ab Episcopis tunc simul eadem ex causa missæ sunt Romam.

V.
^c *Aim. lib. 5. c. 44. in fine.*
^d *Gerb. de Conc. Rhem. cap. 27.*

At sicut aduersus Arnulphum ab Hugone Rege & Episcopis (vt vidisti) missæ sunt Romam litteræ; ita è contrà pro Arnulpho ab Heriberto Comite (hic erat socer Caroli Regis Francorum) missi sunt Legati ad eundem Pontificem. Si in causa propria credendum est Gerberto de Actis quæ scripsit Rhemenis Concilij, cum ait ^d de his duabus legationibus Romam ad Ioannem Pontificem missis, tradit peruenisse Legatos Heriberti Comitis, eosdemque muneribus præoccupasse Ioannem Romanum Pontificem. ita quidem ipse, qui eiusdem Pontificis auctoritate iussus ab occupata à se Rhemenis sede ignominiosè deponi, in eundem commotus, nihil remisit iniuriarum; & non ob aliam causam post suam degradationem eiusdem argumenti diuersa scriptorum genera elaborauit atque edidit, quam vt in eundem Romanum Pontificem, ipsamque Apostolicam Sedem contumeliarum plaustro componeret.

VI.

^e *Psal. 105.*

Ita qui monachus quondam Auriacensis cœnobij, liberalibus artibus potius quam theologis litteris excultus, sub specie instituendi filium Hugonis Regis Robertum, cum monasterio, monasticam quoque verecundiam missam fecit, curialis inter curiales (secundum illud propheticum: ^e Conuersati sunt inter Gentes, & didicerunt opera eorum) sic profiteri cœpit, vt garrulitate, dicacitate, oblocutione, detractione, adulatione, animi duplicitate ad simulandum atque fallendum summa dexteritate compositus omnes facile antecelleret, prout quæ inferius non aliunde quam ex eius scriptis intelliges, fidem sicut

A sicut apertissimam ita & certissimam faciunt: cum alioqui ab huius temporis scriptoribus non ab his diuersis coloribus repræsentetur, cum hominem ingenio acerrimum, in suis ad altiora progressibus valde prouidum (vt docuerunt euenta) fuisse demonstrent, dum homo ignobilis, vt ^a Glaber testatur, primò ad regiam aulam, inde ad Rhemensem Archiepiscopatum sibi aditum præparauit, postea ad Rauennatis Ecclesie præsulatum aperuit viam; atque demum vt Imperatoria manu ad Apostolicam Sedem, ceteris eminentiorem Petri thronum extolleretur, præparauit tamquam summus summæ gloriæ suæ artifex & architectus idonea ad id perficiendum instrumenta, composita inuentione Dædalica, quamuis plerique dixerint, diabolica, nempe vetita magia, quæ per dæmonum inuocationem perfici consuevit.

Verum non sic comparati sumus, vt quæcumque de malo homine scripta feruntur, absque disquisitione diligenter exhibita admittamus, sed illa dumtaxat quæ veris certisq; testificationibus proferantur. Immo (quod tu mireris) cum de isto agemus Romanæ Ecclesie perduelle, non alterius cuiusque magis quam sui ipsius ad significandum qualis fuerit, scriptis vtetur; vt ipsius calamus sit penicillus, quo eius naturalis effigies efformata, qualis ipse fuerit tamquam in tabula expressus picturæ vultus omnibus innotescat.

Extant siquidem eiusdem Gerberti eadem scriptorū monumenta, ab ipso in hac causa Arnulphi, multiplici genere edita, sed vno argumento, non tam historico more, quam (vt ipse profiteretur) rhetorico, dum versatur totus in acerrimis inuectiuis, tuncque temporis ab eo concinnata, cum exæstualet vehementi iræ calore, quod ipso ab adepta malis artibus sede reiecto, in eam à Ioanne summo Pontifice Arnulphus fuerat restitutus. Porro istiusmodi scripta Gerberti, tamquam ingens thesaurus inuentus, à Nouatoribus in odium Romanæ Ecclesie sunt in lucem prodita, duplicique editione vulgata, altera ^b cum aliis intertextis blasphemis & annexis mendaciis; altera seorsum anno superiori millesimo sexcentesimo Francofurti apud heredes Andreæ VVechelij hoc titulo cusa:

Synodus Ecclesie Gallicanæ habita Durocortori Rhemorum sub Hugone A. & Roberto Francorum Rege, cum Apologia eiusdem Synodi, scripta à Gerberto tum quidem Archiepiscopo Rhemenis, postea Romano Pontifice, ex vetusto codice Miriacensis quondam monasterij.] At si à titulo incipias controuersiam, planè consenties in eo magno opere erratum esse, cum non Synodus, sed pseudosynodus dicenda fuisset. Quomodo enim nominata Synodus illa, quam posteriori Concilio legitime congregato, cui cum Gallicanis Episcopis legatio interfuit Apostolica, abrogata fuisse constat, nemine discrepante, nisi misero Gerberto, qui in ea depositus fuit, consentientibus cum Episcopis ipsis etiam Francorum Regibus Hugone atque Roberto, recipientibus iisdem restitutum Arnulphum? Sed de his fufius suo loco agendum erit inferius: modò autem rerum gestarum inchoatam historiam prosequamur, quæ prodantur ab eodem ipso Gerberto in Romanam Ecclesiam, à qua sede priuatus fuerat, tunc infensissimo, cui non nisi eadem quæ hosti fides debeat adhiberi. Cum enim de legationibus his hoc anno Romam contra Arnulphum missis agit, hæc ait: ^c Legatos tantum scripta porrexisse Romano Pontifici, primoque se blandè acceptos esse: postea verò quam Heriberti Comitis Legati equam corpore præstantem, nitido colore insignem cum aliis muneribus Pontifici obtulerunt, se per triiduum ante ianuas palatij defatigatos, nec admissos, infecto negotio rediisse.] ô longanimes Legatos, qui expectatione trium dierum fessi, vltimè expectare noluerunt in tanta vndique ex toto Christiano orbe cum multiplicibus negotiis aduentantium, velut imbre, frequentia! Pergit Gerbertus, alio ex capite notam inurere Ecclesie Romanæ laborans:

Adstipulantur, inquit, etiam huic rationi, de causa scilicet, cur re infecta Legati inauditi recesserint, Brunonis Episcopi præfentes clerici, qui se pro eius captione Romanum Pontificem adiuuere dicebant, à quo maledicta in reos, nempe anathema ex auctoritate Apostolica expeterent: cuius ministri summam solidorum decem darice nsebant. Quibus derisis, eò quod si pecunia redimi posset, nec mille talenta moras inferrent: hoc tandem in responsis ab ipso Pontifice acceperunt, vt is pro quo captus esset, benè illi prospiceret.] hæc Gerbertus, planè significans, pecuniam à ministris petitam, non à Pontifice acceptam, qui alia via captiuo Episcopo consulendum esse respondit, non excommunicatione quam venerat accepturi. Inferius verò ipsius etiam Gerberti restificatione probatur eiusmodi exactionem fieri solitam à Crescentio tyranno, ipsam Urbem, atque cum ea Pontificem occupante.

XI. VARRUM REGIS CONSILIVM.

Sed antequam ulterius progrediamur, detegam opus est aduersariorum in depositione Arnulphi Rhemensis Archiepiscopi vstrum consilium, quod ex iisdem Actis accuratè peruestigatis detegitur; illud nimirum, quòd cum Rex ipse Hugo nihil magis optaret, quàm eundem Arnulphum è throno deponere, in ordinemque redigere, & ad hoc plurimum sibi fauentium induxisset Episcopos: cum id perficere ipsis nullo modo daretur, Sede Apostolica inconsulata, penes quam essent iudicia Episcoporum & Archiepiscoporum deferenda, omnesque maiores causas spectare scirent ad ipsum Romanum Pontificem, cumque vererentur ob iniquam quam agerent causam, ipsum Romanum Pontificem aduersantem se fore passuros: illud quod audisti sum meditari perficere, nempe cum quod iuberent leges Ecclesiasticæ de adeundo Romano Pontifice, ipsi videri volebant explese, quod tamen minus perfici vellent, pro excusatione tantummodo ipsis esse deberet; sicque ipsis Legatis dederint in mandatis, vt redditis litteris Apostolico, post triidum ab Vrbe, re infecta recederent, vnde ipsi ansam arripenter, vt Arnulphi causam tractarent, & iudicarent, ed quòd Apostolica Sedes duplici legatione conuenta, inauditos fuisse abire Legatos; satis sufficere existimantes, eo modo Sedem Apostolicam pro Arnulphi causa interpellasse. Id autem illis fuisse in consilio, hocque meditato esse, declararunt euenta, cum in ipsis Actis nihil frequentius inculcarint, & vehementius exaggerarint, quàm quòd iure agerent in Arnulphum, cum de ipso còsultus Romanus Pontifex, rem silentio præterire voluisset, nec refragatus vel in minimo esset, sicque ex eo silentio intelligi debere, iudicandi facultatem in Francorum Episcopos deuolutam. Qui eo modo iudicium inchoantes, eundem Arnulphum vocarunt ad Synodum, vbi reus assisteret iudicandus. Cum verò ipse Arnulphus existeret apud Carolum, excusaretque se ab illo haberi captiuum, nec aliò proficiscendi posse impetrare licentiam: tunc Hugo Rex Francorum illud omni studio agere cœpit, vt Arnulphum vi captum constitueret in Synodo condemnandum, quod ex sententia euenit; factumque id anno sequenti, vt suo loco dicturi sumus. Hæc satis de eiusmodi controuersia in his quæ ad anni huius res gestas spectare noscuntur, reliqua suo loco anno sequenti dicturi sumus.

XII. MEISCONS DVGIS POLONIAE PRIMI CHRISTIANI OBIVS. *Dobbeiam *Ditm. lib. 4. Chron.

Hoc ipso anno, qui numeratur Ottonis Regni octauus, moritur Miseco, aliàs dictus Meisco, primus Dux Polonorum Christianus. Ditmarus enim huius temporis auctor id testatur, & quomodo per coniugem ad Fidem Christi sit perductus describit, primumque narrat, ipsum vxorem accepisse sororem Boleslai Ducis Bohemiæ, feminam Christianam, Dabrauam nomine dictam (quæ vox Sclauonica, interpretatur Latine Bona) quomodo autem per mulierem fidelem conuersus est vir infidelis, ita describit: ^a Hæc (inquit) Christo fidelis dum coniugem suum gentilitatis errore detentum sedula reuoluit angustæ mentis deliberatione, qualiter hunc sibi sociaret in Fide, ei omnimodè placere ostendit, non propter triforem mundi huius nociui appetitum, quin potius propter futuræ mercedis laudabilem, ac vniuersitati Fidelium nimis desiderabilem fructum, qui coniunctionem prædictam proximè sequebatur.

XIII.

Hæc sponte sua fecit ad tēpus malè, vt postea diu operari valuisset benè. Nam in Quadragesima, cum ex se abstinentia carnis & afflictione corporis sui decimationem Domino acceptam offerre conaretur, dulci promissione à viro suimet propositum frangere rogatur. Illa autem ea ratione consentit, vt alia vice ab eodem exaudiri facilius poruisset. Quidam dicunt eam in vna carnem mādūcasse Quadragesima, alij verò tres. Audisti Lector delictum eius, modò considera fructum elegantem piæ voluntatis illius: laborauit enim pro conuersione coniugis sui, ac exaudita est à benignitate Conditoris sui, cuius infinita bonitate persecutor suimet studiosius respicit, cum crebro dilectæ vxoris hortatu innatæ infidelitatis toxicum euomuit, & in sacro Baptisinate næuum originale deterisit. Et protinus caput suum & Seniore dilectum membra populi hæctenus debilia subleuantur, & nuptiali veste recepta, inter ceteros Christianos adoptiuos numerantur. Iordan primus eorum Antistes multum cum eis sudauit, dum eos ad supernæ cultum vineæ sedulò, vel verbo vel opere inuitauit. Tunc gratulabatur legitime coniugati, prædictus mas & nobilis femina, illisque subdita omnis familia gaudebat se in Christo nupsisse. Post hæc peperit bona mater longè sibi degenerem filium, multarumque perniciem genitricum, quem nomine fratris sui Boleslauum appellauit.] hæc omnia Ditmarus, subditque, de eiusdem obitu piæ femina; post quam idem Dux iunxit sibi monialem, Odam nomine, ex qua tres filios generasse tradit. ita rudis in fide, æquè opere incultus adhuc permanens inconcessa tentauit;

JORDAN VIR APOSTOLICVS.

A tuit, quem defunctum hoc anno (vt dictum est) tradit, octauo Tertij Ottonis regnantis. Hoc anno defuncta ^a Aloara Pandulphi Capuani Principis relicta vidua vxore, defecit ex ea stirpe Capuæ Principatus, Deo iustum sanguinem vlciscente, sicut sanctus Nilus illi prædixerat. Hæc autem memoriæ digna vt exactè noscantur, sciendum est ex Leonis ^a Ostiensis testificatione, ipsum Paudulphum Principem occisum esse in clade illa postrema Ottonis Secundi Imperatoris, cuius munificentia datus est Principatus tam vxori Aloaræ quàm duobus eius filiis. Tenuit verò ipsa annos octo, quem accepit Principatum anno Redemptoris nongentesimo octuagesimotertio. Quomodo verò crudelis femina propagare satagens Principatum in filios, & ipsum perdidit Principatum atque filios, in vita sanctissimi Nili ab eius conscripta discipulo enarratur his verbis:

XIV. *Aloara CAPVAE PRINCIPATVS ALOARAE DATVS. ^a Leo Ostien. lib. 2. cap. 90. & 15.

Mortuo prædicto Pandulpho, qui erat Princeps Capuæ, eius vxor Aloara dicta non secus ac si maritus viueret, vniuersæ illi regioni præerat & dominabatur. Hæc dominij zelo, vel potius satanica inuidia occupata inligat duos filios suos qui remanserāt, vt interficerent vnum ex Comitibus nepotem illius existentem quasi potentia præstantem & ab omnibus honoratum. Quod illi effecerūt ipsa enim illius consanguinea cum illum allocutura ad se vocasset, & ipse absque malitia ad eam intrasset, occasionem opportunam eius rei nacti eius filij profilierunt in ipsum, & gladio interfecerunt. Horum mater pœnitentiam simulando, accessit supplex B. Nilum ad se tamquam acceptura ab eo peccati dignam pœnitentiam. Beatus verò Nilus eius precibus annuens, cum ad ciuitatem venisset, currebant omnes ad vias publicas, vt viderent reuerendum eius aspectum, & obtinerent eius benedictionem. In quibus diaconissa quædam monasterij præposita cum suo sacerdote iuvene existente & ætate florente ac robusta, cum collegisset etiam alias virgines

XV. S. NILVS REDARGVIT DIACONISSAM.

suas quibus ipsa præerat, exiit vt obuiam iret beato Nilo. Ille verò cum propheticò spiritu conspexisset eorum gesta, occursum ipsarum non curauit, sed potius vt gladius ignitus austeri voce & terribili vultu se ipsis obiecit, inquires: Quid vobis & iuueni isti, vt vos quæ videmini virgines, cum ipso simul habitetis? An ignoratis quòd hic est vir, & ipse ignorat quòd vos estis mulieres? Si Deum non timetis, homines cur non reueremini? Reuera in vobis non video iustitiæ fructum. His illæ auditis, cum oporteret vereri & horrere beati Nili ingenuitatem, recesserunt dicentes: Non est hic seruus Dei, sed diabolus. Et statim sequenti die inuentus fuit presbyter ille cubans cum diaconissa illa sua consanguinea, & hoc auditum est per vniuersam ciuitatem illam.

Venit itaque beatus Nilus ad palatium Aloaræ. Quæ cum illum vidisset, tremens facta, procidit ad pedes eius, errorem suum confitendo, vt veniam obtineret. Ille verò cum ipsam subleuasset, Ne facias hoc, dixit, quoniam ego etiam homo sum peccator, nec habeo facultatem ligandi & soluendi: Vade ad Episcopos, qui hæc iudicare possint, & quodcumque tibi dixerint illi, facito. Illa verò respondit: Episcopis peccatum meum confessum, & illi præceperunt mihi, vt Psalterium legerem ter in hebdomada, & elemosynas facerem indigentibus. Precor etiam sanctitatem tuam, serue Dei, vt à te audiam, quod vtile est, & veniam obtineam peccati mei. Beatus Nilus respondit: Psalterium percurrere, & dare elemosynam, tibi & indigentibus vtilitatem affert; illi verò qui occisus est, salutem non confert, neque merorem eorum qui plorant interitum eius, soluet: quid enim tantum das, quantum offendiisti? Si verò omnino volueris etiam à me humili consilium accipere, & facere voluntatem Dei: ecce dico tibi: Trade vnum ex filiis tuis propinquis defuncti, vt de eo faciant quodcumque voluerint: & ita à peccatis eris absoluta.

XVI. QVAES. NILVS AD ALOARAM.

E Dixit enim Deus, quòd ex manu hominis fratris eius requiram animam, ipsius videlicet hominis. &: ^b Quicumque fuderit sanguinem hominis, pro illius sanguine sanguis ipstus fundetur. & iterum: ^c Quicumque gladium apprehenderit, gladio morietur. Non enim tu es impotentior Saul Rege, nec Iudice Iephte; qui propria voluntate filios suos morti tradiderunt.] hæc Sanctus ille propheticò afflatus spiritu (vt patefecit euentus) benè consuluit femina illi, præstare nimirum alterum filiorum aduersariorum manu necari, quàm fratris, vt accidit. Ad quæ illa respondit: Non possum hoc facere: vereor enim ne aliquo pacto ipsum occidant. Tūc beatus Nilus zelo diuino plenus respondit: Hoc dicit Spiritus sanctus: Sanguis filij tui effundetur pro illo sanguine, quæ tu iniuste effudisti, & peccatum hoc non delebitur è domo tua in sæculum: nec vllus amplius ex femine tuo imperabit huic ciuitati. Sed eiicietur & conculcabitur ab hostibus suis, ed quòd confisa es potentiæ tuæ, & non didicisti, quòd Dominus pauperes facit & ditat, humiliat & subleuat.

^b Num. 35. ^c Matt. 26.

CHRISTI 991.

IOANNIS XV. PAP. 7.

OTTONIS III. REGIS 8. BASIL. ET CONST. IMPP. 16.

XVII. Quibus illa auditis cœpit flere & lamentari, & cum impleffer manus suas auro, offerebat illud beato Nilo, putans se illum ita placaturam. Ille verò ab omni affectu alienus reuerà, neque lacrymis mulieris fractus, neque captus auri copia, neque potentiam eius veritus, cum dirupisset cubiculi velum, vt ceruus profiliens, abiit, hoc secum cogitans (vt ipse dixit) quod diabolus ita affirmavit: Iste monachus pulvis est, irrigabo illum aqua lacrymarum mulieris, & iam efficiam ipsum lutum, vt eum effingere & formare possim vt volo. Et hoc pacto Nilus opere perficiebat illud: ^a Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ. Similiter implens Apostolicum præceptum, quod ait: ^b Ne communiis peccatis alienis. Et tunc beatus Nilus secessit in monasterium suum. Nec multum temporis intercessit, & eius prædictio effectum est consecuta: filius enim iunior prædictæ Aloaræ Principatus zelo maiorem fratrem in Ecclesia orantem gladio interfecit. Ille verò è contra à Rege Francorum hac de causa vincens agebatur. Et tandem breui tempore tota illorum superbia defecit, & eorum potètia periit.] hæc de his verax auctor. consentientia his etiam habet ^c Leo Ostiensis, addens, quòd his deficientibus, Principatus Capuæ datus est tunc ab Ottone Tertio Imperatore cuidam Ademario Bassami clerici filio secum à puero educato, quem vnicè diligebat. sed de his hæcenus.

^a Matth. 10. ^b 1. Tim. 5.

^c Leo Ostien. lib. 2. cap. 10. § 15.

IESV CHRISTI IOANNIS XV. PAP. OTTONIS III. REG. 9. ANNVS 992. ANNVS 8. BASIL. ET CONST. IMPP. 17.

I. ANNVS Christi nongentesimus nonagesimus secundus sequitur, quinta Indictione inchoatus, quo apud Rhemos in Gallis celebrata est pseudosynodus aduersus Arnulphum Rhemensem Archiepiscopum, in qua ipse est exauctoratus Arnulphus, & in eius locum subrogatus Gerbertus, de quo anno superiori. De ipsa acturi, primùm omnium de tempore elucidanda obscuritas, quæ vitio scriptorum irrepsisse videtur, cum vno eodemq; contextu diuersa ponantur, nimirum cum primùm ponitur hoc ipso anno Redemptoris nongentesimo nonagesimo secundo celebrata, sed tamen quarta ponitur habita Indictione, quæ potius quinta ponenda fuisset. Verùm cum statutz dictæ Chronologiæ annorum Christi alia cohæreant, dicendum omnino, in numerum Indictionis mendum irrepsisse, vt loco quartæ, quinta restituenda sit: nam dum in priori editione id factum ponitur anno Ottonis Imp. nono, præsentem quidem annum demonstrat; dumque etiam in posteriori editione id pariter gestum scribitur anno quinto Hugonis Regis Francorum, id ipsum firmius astruit, cum hic ipse annus eiusdem Regis numeretur. Ita enim in priori editione: Anno ab Incarnatione Domini nostri IESV Christi nongentesimo nonagesimo secundo, Indictione quarta, anno Regni domini Ottonis Augusti nono, & excellentissimi Regis Hugonis quarto, congregata est Synodus in territorio Rhemensis, &c.] & in posteriori editione sic: Anno ab Incarnatione Domini nongentesimo nonagesimo primo, Indictione quarta, anno quinto Hugonis, &c.] hæc de his quæ ad tempus spectant, iam verò reliqua videamus quæ congeffit Gerbertus in Romanum Pontificem.

DE RHEMENSIS PSEUDOSYNODI TEMPORE.

^d Cœl. 10. c. 9. col. 460.

* quinta,

II. ACTA SYNODI GERBERTI QUALITER EDITA.

III. At nec ita quidem ab eo in omnibus, quibus iure tenebatur astrictus, plenè, omninoque

CHRISTI 992.

IOANNIS XV. PAP. 8.

OTTONIS III. REG. 9. BASIL. ET CONST. IMPP. 17.

A noque satisfactum fuisset, ea tantùm edendo, quæ contra aduersarium in sui fauorem tranacta esse scirentur, relinquendo obuoluta, immò penitus sepulta silentio, quæ duabus sequentibus Synodis contra se scirentur synodali iudicio actitata, quibus fuit è sede ignominiosè deiectus, & qui fuerat inde depositus, restitutus. Hæc exiguntur ab homine libero, iustæ causæ fidente, veritate pollente; vt ob oculos omnium cuncta penitus quæ sunt gesta, intuenta proponat, consideranda relinquat, securus conscientia, iustitia tutus, secundùm illud Prouerbiorum: ^a Iustus vt leo confidens absque terrore erit.] contrà verò quærat diuerticula, recessus, anfractus, latibula capter, cui ex conscientia nulla fiducia, ex veritate nulla securitas, & ex iustitia munimen abest; prout planè fecisse Gerbertus videtur, sese vti serpens spiris inuoluens, & abdens; sed tunc capite prodiens, cum linguis micans ore trifuleis, blasphemar. At liberaliter donemus ei cuncta quæ de hac Synodo gesta refert, verè tunc inter eius Synodi Episcopos esse tranacta: nihil est tamen quod de his lucrum capiant Nouatores, qui ea cuncta ad suggillandam Romanam Ecclesiam è latebris eruentes tamquam è sepulchro cadauer graue olens, iterùm edidere: vt-pote quòd ea esse constet abolita tamquam iniqua atque blasphemata à posteriori Synodo Rhemensis, de qua inferiùs suo loco erit agendum.

DE MALA FIDE GERBERTI.

^a Prou. 28.

Sed et si ista ad eludendum omnes Gerberti & recentium Nouatorum conatus satis superque esse cuique prudenti videri possint, cum nemo posteriori eidem Synodo, nisi vnus Gerbertus fuerit refragatus, qui eius sententia à Rhemensis sede malè occupata exulare sit iustus, reliqui verò Episcopi, & ipsi Francorum Reges Hugo atque Robertus, nullo resistente, nemine discrepante, in Apostolicæ Sedis Legati sententiam sponte omnes abierint: tamen ad cuncta quæ idem Gerbertus in Ecclesiam Romanam oblatrat, suis ipsius scriptis siue inuectiuis siue apogeticis, respondeamus; & quàm in cunctis amens & furens insanierit ac delirauerit, aperiemus. iam verò rei gestæ seriem aggrediamur.

IV. EX POSTERIORI PRIORI SYNODO DEROGANTVR.

Vbi, sicut audisti, reuerà sunt missi Legati ad Romanum Pontificem, atque se ab eo non fuisse auditos retulerunt; tam Rex quàm Episcopi ipsi morem gerentes, celebrandæ aduersus Arnulphum Synodi consilium inierunt. Cum verò sæpè vocatus Arnulphus non affuerit, excusans quòd à Carolo Rege (vt asserbat) Lauduni detineretur in vinculis: factum vt prodicione eiusdem Laudunensis ciuitatis Episcopi, ab Hugone Rege eadem ciuitas, & qui in ea erat Arnulphus pariter caperetur, quem ita captiuum deduci iussit ad hanc tunc collectam Synodum iudicandum. Cuius si ingressum scire cupisset atque progressum, & totam vsque ad finem summamque comprehensam historiam, feliciter ex legitimis Actis id præstitit Eginaldus, cuius est adiectum ad Aimoinum Auctarium, in quo ista ipsa leguntur: ^b

ARNULPHVS CAPTIVS AD SYNODVM DVCTVS.

^b Aim. lib. 5. cap. 45.

In illis diebus in Rhemensium ciuitate erat Archiepiscopus vir bonus & modestus * frater Lotharij Regis ex concubina, nomine Arnulphus. Hugo autem Rex inuidebat ei, volens exterminare progeniem Lotharij Regis. Congregansque in Vrbe Rhemensis Synodum, in eum locum idem Hugo Rex inuitauit Archiepiscopum Senonicæ vrbs nomine Seguinum cum Suffraganeis suis. in quo Concilio fecit degradari dominum Arnulphum Archiepiscopum Rhemorum dolo nepotis sui, quem tenebat in carcere, dicens, non debere esse Episcopum natum ex concubina. in loco autem eius consecrari fecit dominum Gerbertum monachum philosophum, qui Gerbertus magister fuit Roberti Regis filij illius Hugonis & domini Leutherici Archiepiscopi, successoris venerabilis Seguini: Arnulphum autem mancipari custodiæ in Aureliana ciuitate.

VI. * filius

SVMMA REVRVM GEST. IN CAUSA ARNVLPHI.

E Venerabilis autem Seguinus Archiepiscopus non consentit in degradationem Arnulphi, neque in ordinationem Gerberti: iussio autem Regis vrgebat. Alij verò Episcopi licet inuiti, tamen propter timorem Regis degradauerunt Arnulphum, & ordinauerunt Gerbertum. Seguinus autem plus timens Deum quàm terrenum Regem, noluit consentire nequitiz Regis, sed magis quantum potuit redarguit ipsum Regem, propter quam causam ira Regis contra eum efferebuit.

VII. SEGVINVS ARCHIEP. SPECTATA VIRTVS.

Cum magno itaq; dedecore expelli iussit Arnulphum de Ecclesia beatæ Genitricis Mariæ Rhemensis, & sic alligatù retrudi in carcerem. Alligatus autem in carcere Aurelianæ ciuitatis, vbi detinebatur nepos eius Carolus, mansit ibi annis tribus. Nuntiantur hæc omnia Præsuli Romano, qui valde indignatus super hoc factò, interdixit sacris omnibus Episcopis, qui Arnulphum deiecerant, & Gerbertum ordinauerant. Misit quoque Leonem Abbatem à Sede Apostolica ad dominum Seguinum Archiepiscopum vrbs Senonicæ, qui

VIII. ARNVLPHVS DAMNATVS DE-TRVSVS IN CARCEREM.

vice sua in urbem Rhemensem Synodū congregaret, mandans illi, vt sine dilatione reuo- carer de carcere Arnulphum, & degradaret Gerbertum. Collecto igitur Concilio iterum in vrbe Rhemenfi, ex iussione Apostolica reuocatus est Arnulphus de custodia, & cum honore magno receptus est in propria sede. Gerbertus autē intelligens quod iniuste pon- tificalem suscepisset dignitatem, poenitentia ductus est. Altercationem autem Gerberti pontificis & Leonis Abbatis valde vtilem plenius inuenies in Gestis pontificum Rhemo- rum.] hucusque de his auctor ex scriptis quæ citat, iisdemque publicis publicè conser- uatis, in compendiumque à se redactis, quibus longè maior sit fides adhibenda, quàm illis Actis Synodi hoc anno habitæ à Gerberto descriptis, & in sui defensionem tunc editis.

IX. a Cef. 10. c. 4. de Syn. col. 457.

Quæ quidem sola, omiſſis ceteris, cum edita esse reperiantur à Fidei Catholicæ per- duellibus, ad infamandum Romanum Pontificem, in quem multa falsissima congeſse- runt: prouocadi iidem essent ad scriptam postea altercationem illam habitam inter Ger- bertum ipsum & Leonem Apostolicæ Sedis Legatum, si extaret, ex qua causa euicta, ipse Gerbertus condemnatus turpiter loco cedere iussus est, atque restitutus Arnulphus; vel si non extat, ex certa tamen eius definitione & lata sententia contra Gerbertum, cui omnes Episcopi & ipse Hugo Rex acquieuerunt, omnis illa Gerberti cofarcinatio penitus euanesceat. De qua nobis agendum proponimus, ne causa iusta diffusi eam hac tergiuer- satione eludere potius quàm confutare videri possimus versipellis hominis totam confer- tam mendacis inscriptionem. In qua dum ipse præfatur, sui assert rationem instituit: eam- dem præfationem tibi legendam proponimus, vt quæ multos annos fatigauit Episcopos, Regem, atque Romanum Pontificem, causam magni momenti, satis notam atque per- spectam habeas, quò cuncta quæ ab Apostolicæ Sedis aduersariis ingeruntur, noscas quàm facillimè confutata. ipsa autem Gerberti præfatio sic se habet:

X. PRAEFATIO GERBERTI IN ACTA CONCILII RHEM.

Licet æmuli mei dentes in me exacuant, dictaque & facta proscindere parent: plus ta- men amicorum obsequio, quàm inuidorum odio permoueor.] ita ipse, quòd Hugonem Regem, & omnes qui ab ipso dependerent, & cum ipso agerent, haberet obsequentes. præstabat dicere fiduciam sibi partam ex iusta causa, patrocinante veritate, cui Deus assi- ſtere teneatur. Sed non est in animo singula ab ipso dicta perperam factæ refellere, pro- ximore enim opus esset tractatione, satis obiter aliqua annotare, ex quibus cuncta, tu pru- dens Lector, poteris iudicare. pergit ipse:

XI.

Non enim vbi non erat timor, timere didici, nec amicorum infecta relinquere nego- tia. Accingar igitur, & sum marum quidem genera causarum in Rhemenſi Concilio ex- posita, breui attingam, vt & gestorum veritas innotescat, & quæ à summis viris retractata sunt agnoscantur. Pero autem ab huius sacri conuentus Prælati, si quid minus graue, vel parum comptum expressero: non suæ iniuriæ, sed meæ adscribi ignorantæ; ab audito- ribus quoque, ne me aliena, vel parum dixisse denotent. Siquidem triplici genere inter- pretationis vtendum fore cenſeo, scilicet: Vt quædam ad verbum ex alia in aliam tranſ- ferantur linguam: In quibusdam autem sententiarum grauitas, & eloquij dignitas dicen- di genere confirmetur: Porro in aliis vna dictio occasionem faciat, & abdita inuestiga- re, & in lucem istos affectus manifestè proferre, quæ si ad plenum assequi non potero, his tamen modis doctissimorum hominum sententias conabor interpretari. Sed earum amplificationes, digressiones, & si quæ cuiusmodi sunt, quodam studio refringam, ne odio quarumdam personarum, potissimumque Arnulphi proditoris moueri videar, quasi ex eius legitima depositione Rhemenſe Episcopium legitime sortitus videri appetam. Alte- rius hoc erit operis, aliisque implicitum quæſtionibus, cum de propriis, communibus & differentiis Episcoporum, Archiepiscoporum, vel Metropolitanorum, Patriarcharum, siue primatum, vel etiam Romani Episcopi potestate (vt animo concepi) prolixius dispu- tabo.] hucusque Gerberti præfatio, ex qua (vt proficitur) apparet, non ab ipso edi Acta illa Rhemenſis Synodi pura atque sincera absque aliquo (vt par erat) additamento vel vnus apicis, sed ab ipso pro arbitrio, vt audisti, diuersimodè posita & exposita, interpreta- ta atque paraphrasticè recitata, vel in aliquibus mutilata. Vt nequaquam ea sint dicen- da synodalia Acta Rhemenſia, sed potius opus Gerberti in Acta ipsa Rhemenſia. in quo quid præstiterit, quanta possum breuitate perstringam.

XII. b Gerber de Cons. Rhem. cap. 1.

Primum omnium vbi celebratæ Synodi certus descriptus est annus, etiam dies no- tatur, qua ipsa Synodus est inchoata, & locus pariter, vbi conuocati conuenerunt Episcopi. nam ita ibi: b Igitur xv. Kalendas Iulij collecti sunt in basilica domni Bassoli Con-

A Confessoris Rhemorum quidam diocæfani, &c.] nominantur diocæfani Episcopi sex, præter Archiepiscopos aliarum prouinciarum, vt Lugdunenſis, Aquitanæ, & Senonen- ſis. Episcoporum omnium qui interfuerunt certus numerus non describitur, decem verò Episcopi delecti ad iudicandum leguntur, professi omnes se, voluntate Hugonis Franco- rum Regis esse collectos; de consensu Sedis Apostolicæ verbum nullum, cum absque vo- luntate ipsius nec debuit vel potuit ea Synodus congregari, nec de metropolitano Epi- scopo vllatenus iudicium terminari, cum præsertim inter priuilegia Rhemenſis Ecclesiæ Archiepiscopis concessa speciatim illud præstitum scitur; ne ab alio aliquo, quàm ab Apostolica Sede iudicari possent, licet communi iure id deberetur. Porro sicut certi ad causam terminandam delecti sunt iudices; ita admissi sunt, qui Arnulphi causam defen- derent, ne reus indefensus existeret. Defensores autem ipsius hi nominati apud Gerber- tum inueniuntur: a Ioannes Scholasticus Antifiodorenſis, Rhanulphus Abbas Seno- nensis, atque Ebbo rector cœnobij Floriacensis.

IUDICII APPARATVS.

B Porro ex defensoribus licet interdum causæ merita æstimare, cum viris optimis dede- cori adſcribatur, si turpissimum quemdam defendendum susceperint: certè quidem qui vltimo loco hic nominatur Ebbo, siue Abo ab aliis dictus, Abbas Floriacensis, vir planè sanctissimus ab omnibus prædicatur, qui etiam (quod ad summam laudem accedit) meruit postremò martyrio coronari, vt testatur huius temporis scriptor Glaber Rodulphus, necnon Sigebertus, qui & eum in vtraque scientia tam profana quàm sacra do- ctissimum prædicat. De collegis autem defensoribus aliis duobus, haud ita clara est me- moria, scriptorum inopiâ. Qui omnes non tam pro Arnulpho astitisse noscuntur, quàm etiam pro Apostolica Sede, sine cuius auctoritate tantum sibi sumptissent iudicium Epi- scopi Gallicani. De his enim ita Gerbertus in epistola ad Vnderodum Episcopum Ar- gentinæ: Defensorum studia bifariam se sciunt: alij quippe, Regem sacerdoti Arnul- pho omnium peccatorum veniam tribuisse dicunt: alij Romano Pontifici iniuriam fa- ctam videri volunt, quia sine eius auctoritate, & sine suis iuribus resumptis deponi non debuerit.] hæc ipse, qui de iisdem agens hæc ait: Aderant, inquit, acerrimi defensores, scientia & eloquentia insignes, superius nominati.]

Gerb. Aff. Rhem. c. 19.

XIII. DEFENSORIBUS ARNVLPHI.

C Porro iidem ipsi ad Arnulphi defensionem eo potissimum nisi sunt argumento, quòd scilicet Episcoporum, & aliq̄ maiores causæ Ecclesiasticorum negotiorum deferendæ essent ad Romanum Pontificem, idque cõprobarent pluribus auctoritatibus in iisdem Actis recitatis, quæ breuitatis causa omittimus recensere, illa tantum hic reddituri, quæ ab ipso vel aliis in Romanam Ecclesiam dicta esse noscuntur. Cum autem hoc agerent, vt eius causa cognosci deberet ab eodem Romano Pontifice: hæc aduersus ista ab Arnulpho alio Aurelianensi Episcopo dicta fuisse, Gerbertus prodens in medium, primum ait: b Multa super his pater Arnulphus publicè locutus est, multa cum tantum sibi assidentibus con- tulit, quæ ne fortè minus suauitatis habeant ita sparſim posita, vt sunt ab eo prolata, ea in vnum colligere maluimus, vt continuata oratio plus vtilitatis studioſo Lectori conferat.

D Nos vero, inquit, reuerendissimi Patres, Romanam Ecclesiam propter beati Petri me- moriam semper honorandam decreuimus, nec decretis Romanorum Pontificum obuia- re contendimus, salua tamen auctoritate Nicæni Concilij, quod eadem Romana Eccle- sia semper venerata est; statuta etiam sacrorum Canonum diuersis locis, diuersis tempo- ribus sub eodem Dei Spiritu conditorum in æternum valere præcipimus, ab omnibus seruanda censemus. Duo autem sunt, quæ magnopere à nobis prævideri debent, id est, si Romani Pontificis silentium, aut noua constitutio promulgatis legibus Canonum præiudicare potest. Si enim silentium præiudicat omnes leges, omnia priorum decreta, eo silente, filere necesse est. si autem noua constitutio, quid profunt leges conditæ, cum ad vnus arbitrium omnia dirigantur? Videtis quia his duabus causis admissis, Ecclesiarum Dei status periclitatur.]

XIV.

b Ead. Aff. cap. 28.

E Quod silentium dicit Rom. Pontificis, ad illud spectat, quòd eorum legatione Pontifex interpellatus nihil responderit, vt suo loco antè demonstratū est. Porro eò cun- cta ista tendunt, vt nolint Romanū Pontificem posse aliquid supra Canones, sed illis sit ipse subiectus. Sed quomodo ista, si eius decreto indicuntur Synodi, & sanciti in iis Canones cõ- firmantur, vt robur in Ecclesia consequantur, alioquin nullus stat Canon, nisi vim subſi- ſtendi ab eodē Romano Pontifice accipiat? supra Canones ergo ille cenſeri debet, qui vim & auctoritatē Canonibus impartitur. Sed pergit ille his deteriora & absurdiora subiunges:

XV.

ARNVLPHI AVREL. CON- TRA AR- NVLPHVM RHEMEN- SEM ORA- TIO.

XVI. Quid

XVI.

SVpra CA- NONES RO- MANVS PONT.

XVII. Quid ergo, inquit, num privilegio Romani Pontificis derogabimus? minimè, sed si Romanus Episcopus is est quem scientia & vitæ meritum commendet, nec silentium, nec noua Constitutio metuenda sunt. Quod si vel ignorantia, vel metu, vel cupiditate alienatur, vel conditio inuidiam facit (quod ferè sub hoc tempore vidimus Romæ tyrannide præualente) tunc multò minùs idem silentium & noua Constitutio formidanda sunt. Non enim is qui quolibet modo contra leges est, legibus præiudicare potest.] ò fatua, ac deridenda prorsus quàm confutanda inanis assertio, dum vult in vitæ moribus & in scientia inesse auctoritatem Pontificis, quibus si careat, pariter cadat ab omni pontificia auctoritate! Et vbi illud Domini: ^a Facite quæ vobis dicunt, & non quæ faciunt? quasi potestas sit ab homine & non à Deo. Et vbi illud Apostoli: ^b Non qui plantat, non qui rigat est aliquid, sed qui incrementum dat Deus? Perstans verò in eadem falsissima opinione eò deducit orationem, vt velut auctoritatem Apostolicæ Sedis, ob prauos qui in ea federunt Pontifices, defecisse, ista subiungens:

XVIII. Sed ò lugenda Roma! quæ nostris maioribus clara Patrum lumina præbuiisti, nostris temporibus monstruosas tenebras futuro sæculo famosas offudisti. Olim accepimus, claros Leones, magnos Gregorios, quid dicam de Gelasio & Innocentio, qui omnem mundanam philosophiam sua sapientia & eloquentia superant? Longa series eorum est, qui sua doctrina mundum repleuerunt. Eorum itaque dispositioni, qui vitæ merito, & scientia cunctos mortales anteirent, rectè vniuersalis Ecclesia credita est, quamuis & in hac ipsa felicitate hoc priuilegium tibi ab Africanis Episcopis contradicendum sit, has credo quas patimur miseras magis quàm typum dominationis formidantibus. Nam quid sub hæc tempora non vidimus?] tu de his quæ spectant ad Africanos Episcopos, quos in exemplū ingerit, consule quæ suo loco sub Bonifacio Pontifice dicta sunt, & inuenies ex S. Augustini testificatione quid sentias. Subiicit Gerbertus, siue Arnulphus Aurelianensis, quos hoc sæculo passa est Romana Ecclesia Pontifices tanto fastigio prorsus indignos, ait quæ:

XIX. Vidimus Ioannem cognomento Octauianum in volutabro libidinum, etiam contra eum Ottonem, quem Augustum creauerat, coniurasse. quo fugato, Leo neophytus in Pontificem creatur; sed Ottone Cæsare Roma discedente, Octauianus Romam redit, Leonem fugat, Ioannem diaconum naso dextrisque digitis ac lingua mutilat, multaquæ cæde primorum in Vrbe debacchatus, in breui moritur. Cui Benedictum diaconum, cognomento Grammaticum Romani substituunt. Eum quoque Leo neophytus cum suo Cæsare non longè post aggreditur, obsidet, capit, deponit, perpetuoque exilio in Germaniam dirigit.

XX. Succedit Ottoni Cæsari Cæsar Otto, natura, ætate, cunctos Principes armis, consilio, & scientia superans. Succedit Romæ in Pontificatu horrendum monstrum † Malefacius, cunctos mortales nequitia superans, etiã prioris Pontificis sanguine cruentus. Sed hic etiam fugatus, & in magna Synodo damnatus est. Post obitum diui Ottonis Romam redit, insignem virum Apostolicum Petrum Papiensis Ecclesiæ prius Antistitem, data sacramentorū fide, ab arce Vrbs deiicit, deponit, squalore carceris affectum perimit. Num talibus monstris hominum ignominia plenis, scientia humanarum & diuinarum rerum vacuis, innumeros sacerdotes Dei per orbem terrarum scientiæ & vitæ merito conspicuos subiici decretum est?] vtique. Nam si prauos dixeris, Apostolus hoc indixit, dicens: ^a Obedite præpositis vestris, etiam dyscolis. addit Petrus: ^d Eò quòd omnis potestas à Domino Deo est. Et vt doctus subiiciatur indoctis, ille qui dixit: ^e Discite à me, quia mitis sum & humilis corde, exemplo monstrauit, quippe qui cum esset ipsa Sapientia increata & æterna, subditus fabro erat, atque Virgini matri, qui, vt testatur ^f Euangelista paulò antè, Non intellexerūt eius verbum quod locutus est ad eos.] de his breuiter velut transiens ago, cum possem ipsum innumeris obruere sanctorum Patrum sententiis hæc ipsa testantium. sed his furore ebrius funestiora coniungit Gerbertus, dum miserandum Romanæ Ecclesiæ statum deplorans, mox hanc addit apostrophen, Arnulphi orè ita depromptam, dicens:

XXI. Quid est hoc, reuerendissimi Patres, vel quonam vitio fieri credendum est, vt caput Ecclesiarum Dei, quod in sublime erectum, gloria & honore coronatum est, ita in infima deiectum, ignominia & dedecore deturpatum sit? nostrum, nostrum hoc est peccatum, nostra impietas qui querimus quæ nostra sunt, non quæ I E S V Christi.] Sapere hic cœpisti, vtpote memor, quòd sæpè pro meritis subditorum à Deo præfules dentur, qui propter peccata ipsorum regnare permittit hypocritas, & populo deuio comminatur, dicens:

^{QVAE IN ROM. ECCL. DICTA RE. FERVENTVR.}

^a Matth. 23. ^b 1. Cor. 3.

[†] Ita pro Bonifacio, quem nec numerandum inter Pontifices dicimus.

^e Heb. 13. ^d 1. Pet. 2. ^f Rom. 13. ^e Matth. 11. ^f Luc. 2.

^g Job 34.

A dicens: ^a Dabo vobis Regem in furore meo. Subiicit verò ista: Si enim in quouis ad Episcopatum electo, morum grauitas, vitæ meritum, diuinarum ac humanarum rerum scientia subtiliter inuestigatur: quid in eo qui omnium Episcoporum magister videri appetit, inuestigandum non est? Cur ergo in summa Sede sic infirmus constituitur, vt etiam in Clero nullum habere locum dignus inueniatur?] At quid insultas in miseram? perinde ac si ipsa esse velit, quod inuita interdum patitur, omni ex parte lugubris, & non potius ipsa reluctante sit coacta ferre tyrannos, principes sæculi huius, qui eadem quæ tu dicis monstra in Romanam ipsam Ecclesiam intruserunt? laude tamen etiam hac ex parte ipsa dignissima, quæ eiusmodi coniuncta monstris, cum amatoribus non sit fornicata, nihil impium ex hæreticorum doctrina suscipiens, sed vni viro, secundum ^b Apostolum, virgo castissima desponsata Christo, semper remanserit incorrupta.] Sed quæ monstruosa subiiciat, tu Lector attende, cum ait:

B Quid hunc, reuerendi Patres, in sublimi folio residètem, veste purpurea & auro radiantem; quid hunc, inquam, esse censetis? Nimirum si charitate destituitur, solaquæ scientia inflatur & extollitur, Antichristus est in templo Dei sedens, & se ostendens tamquam sit Deus; si autem nec charitate fundatur, nec scientia erigitur, in templo Dei tamquam statua, tamquam idolum est: à quo responsa petere, marmora consulere est.] Quid facis ista ita definiens, vt dicendus non sit Episcopus, sed Antichristus, si destituitur charitate, & non pastor, sed idolum, cum & scientia caret? planè ista definiendo, tu definiis esse schismaticus & hæreticus, teque ipsum in Donatitarum classem coniiciens, atque intra Pelagianorum ergastula claudens, Orthodoxos omnes tam Orientales quàm Occidentales scriptores Ecclesiasticos tibi constituis aduersarios, Concilia omnia, cunctaque decreta Pontificum; ipsam traditionem, vsum Ecclesiæ, ac denique (vt vna sententia perstringam) omnia quæ sunt aut fuerunt vniquam Ecclesiæ Catholicæ membra in te concitas, quæ necesse est patiaris in festa, in omnibusque contraria, dum tam absurda proponis, vnde defectu charitatis legitime ordinatus Episcopus mox transformetur in Antichristum, & scientia vacuus, sit idolum, cum planè tu ipse ex his scientia vacuus dum appares, tua sententia esse conuincaris idolum, ex satana responsa depromens, & ipsissimus Antichristus, sentiens & prædicans contra Christum, qui derestabiles ^d Phariseos & Scribas, quorum praua essent opera, vitare admonens, vtpote mortifera, eorum tamen præceptis parere iussit; qui & suos elegit discipulos piscatores humanis planè litteris destitutos. sed reliqua prosequamur.

C Quò ergo (inquit) consultum ibimus? Euangelium docet, quemdam in ficulnea ter fructum quæsisse, & quia non reperit, succidere voluisse, sed admonitum expectasse. Expectemus ergo primates nostros quoad possumus: atque interim diuini verbi pabula, vbinam reperiri valeant, inuestigemus. Certè in Belgia & Germania, quæ vicinæ nobis sunt, summos sacerdotes Dei in religione admodum præstantes inueniri, in hoc sacro conuentu testes quidam sunt. Proinde si Regum dissidentium animositas non prohibeat, inde magis Episcoporum iudicium petendum fore videtur, quàm ab ea Vrbe, quæ nunc temporis venalis exposita ad nummorum quantitatem iudicia trutinat.] Vnde tibi tanta facultas, homo inanis, vt pro arbitrio, quos velis, Archiepiscoporum iudices deligas? & quis te docuit, pro ratione scientiæ iudicandi potestatem in Ecclesia esse collatam, vt (secundum tuam sententiam) ille sit super omnes iudex habendus, qui scientia ceteros antecellit? O stoliditas, quæ omnem stultitiam & amentiam superet, sui deformitate monstra omnia vincat, quæ vniquam portæ inferi parturierint!

D Quod autem subiicis de Vrbe venali, antiqua ista querela est, & magis tunc temporis frequentata, cum Paulus viueret, qui non ob id refugit iudicium Vrbs, sed illud appellans, magis expetiit. Sed illud tu cautius, dum de venalitate agens, non ipsum Pontificem nominatim in crimen adducis, quòd scires venalitatem istam ex ipso summo sanctissimoque Pontifice non prodire, sed à tyranno Urbem tunc occupante Crescentio, testantibus id vestris Episcopis in plena Synodo (de quo suo loco dicetur inferiùs) ita locutis: Regij ac nostri Legati Romam profecti, & epistolas Pontifici porrexerunt, & ab eo indignè suscepti sunt. Sed (vt credimus) quia Crescentio nulla munuscula obtulerunt, per triduum à palatio seclusi, nullo accepto responso redierunt. quod peccatis nostris exigentibus prouenire, non dubium est, vt Romana Ecclesia, quæ Mater & caput Ecclesiarum omnium est, per tyrannidem oppressa debilitetur.] querela

^{1. Osee 13.}

^{2. 1. Cor. 11.}

XXII. GERBERTVS SIVE ARNULPHVS HORRENDI BLASPHEMIA. ^{2. Thef. 2.}

^{4. Matt. 23.}

XXIII. ^{Luc. 13.}

XXIV. DE VRBE VENALI QUERELA. ^{1. Act. 25.}

CHRISTI
992.IOANNIS XV. PAP.
8.OTTONIS III. REG. 9.
BASIL. ET CONST. IMPP. 17.

querela igitur de venalitate hinc inculcata & inferius repetita vestra sententia non in Pontificem ipsum, sed in Crescentium tyrannum redundare manifestè cognoscitur. Ita ut quidquid in Ioannem Pontificem labis simoniacæ interrogatur, in ipsum in Vrbe Papæ dominantem Crescentium tyrannum sit conuertendum. Querela enim ista pariter fuisse legitur hæc nescientis Abbonis Abbatis Floriacensis, de quo ista in vita ipsius: Interea eximius Abbo condigno apparatu Romam proficiscitur, priuilegia ecclesiæ sibi commissa corroboraturus, immò renouaturus. Sanè non qualem voluit, aut qualem debuit Sedis Apostolicæ Pontificem nomine Ioannem inuenit, nempe turpis lucri cupidum, atque in omnibus suis actibus venalem reperit. Quem execratus, perlustratis orationis gratia sanctorum locis, ad sua rediit, emptis optimæ speciei aliquantis holosericis palliis, ornatum ecclesiastico congruis.] hæc Aimoinus in vita Abbonis, quam tunc eius discipulus scripsit. Crescentius igitur ista curans, ut ex omnibus Pontificiis actibus pecuniam corraderet, fecit nomen Ioannis Pontificis apud omnes ad Urbem accedentes peregrinos illiusmodi infamia laborare. Sed quid post ista Gerbertus, accipe:

^aEdidit nuper Io. à Boscio Calest. in Floriac. vet. lib. 6. 11. pag. 327.

XXV.

Sed cum hoc tempore Romæ nullus penè sit (ut fama est) qui litteras didicerit, sine quibus (ut scriptum est) vix ostiarius efficitur: qua fronte aliquis docere audebit, quod minime didicit? Ad comparationem quippe Romani Pontificis in aliis sacerdotibus ignorantia utcumque tolerabilis est in Romano autem, cui de Fide, vita, moribus, disciplina sacerdotum, deque vniuersali Ecclesia Catholica iudicandum est, intolerabilis videri potest. Is enim est (ut quibusdam placet) qui, secundum Ezechielem^b prophetam, moratur in gazophylacio, quod respicit viam meridianam, & excubat in custodiis templi. Cur autem loco prior, scientia inferior, non æquo animo ferat iudicium loco inferioris, scientia prioris? Certè ipse Apostolorum Princeps nõ abnuuit iudicium quamuis loco minoris Pauli scientia prioris in faciem sibi resistentis, quoniam non sana videbatur doctrina magistri.] Sed id quàm sit perperam dictum, consular quæ superius à nobis suo loco sunt disputata.

^bEzech. 40.

XXVI.

At quod indoctus Pontifex consulere doctos debeat: non eo se fastu erigere Romani Pontifices soliti sunt, ut minores audire spreuerint, immò sic comparati esse consueuerunt, ut quamuis doctissimi, consulere tamen non recusauerint doctos viros absentes, & præsentem secum adhibere in consultationibus, quæ ex toto orbe illuc influerent Ecclesiasticis: ut fecisse scitur sanctus Damasus de sancto Hieronymo, sanctus Leo Magnus de sancto Prospero, quos scientia eminentissimos Pontifices in exemplum adduxisse sit satis; cum ceteroqui omnes reperiantur æquè in rebus arduis adhibuisse consultores, non solum eius lateri inhærentes sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, sed & Episcopos, quos à munere nominare consueuerunt Assistentes vel Suffraganeos.

XXVII.

Sed & quod blaterans addit, nullum fermè hoc tempore Romæ fuisse qui didicerit litteras: de hoc te ipsum appello Gerberte, quod velis nolis fateri conaberis id quod publica habita disputatione in Synodo posteriore Rhemeni tractatum est, vbi Leo Apostolicæ Sedis Legatus Abbas Monasterij sancti Bonifacij in Vrbe tecum disserens, quantumlibet propriam causam agente Archiepiscopatus Rhemenis, quem possidebas iniuste, feruentissimus disputator existens, te reddidit prorsus elinguem, & vinculis fortissimorum enthyne matum victum, etiam te sacerdotalibus vestibus, quas malè indueras, spoliavit. rno didicisti tunc damno, si, qui sunt Romæ, litteras scirent, quanta illum oportuit imbutum fuisse scientia, cum non aduersus te solum dimicans, sed aduersum omnes Episcopos, qui huic priori Rhemeni Synodo interfuerunt, & Canonum plaustra in eandem Synodum inuexerunt, disputans, ut omnes potentissimè confutaret? qua dicendi eum oportuit esse præditum arte, qui tot Episcopos palinodiam cogere recantare, à sententia Regis diuelleret, & in suam volentes atque consentientes adduceret? Sanè quidem haud erat viri non doctissimi tanta præstare. Sed quid post hoc ingeris, aliud te conuertens, videamus.

XXVIII.

Sed esto (inquit) ponamus nunc Romæ esse Damasum: quid contra eius decretum actum est? nempe si benè recordor, primum capitulum fuit, quod Episcoporum & summorum negotiorum Ecclesiasticorum causæ semper ad Sedem Apostolicam sint referendæ. Vtique relatæ non solum ab Episcopis, sed etiam à Principe nostro serenissimo, Hugone scilicet Rege, liberaque potestas Sedi data est Apostolicæ, & vera inuestigandi & cognoscendi, & diiudicandi per temporum interualla nimis prolixa. Nec prius ad causam accessimus, quàm desperatione iudicij eius protraheremur. Consultus est ergo

CHRISTI
992.IOANNIS XV. PAP.
8.OTTONIS III. REG. 9.
BASIL. ET CONST. IMPP. 17.

A ergo Romanus Episcopus, ut oportuit, & de huius Arnulphi depositione, & de eius qui domui Dei dignè præesse posset, substitutione. Sed cur nihil responderit, quorum interest, ipsi viderint.]

Sed quid inani tergiuersatione caufaris, & in crimen adducis silentium Romani Pontificis? nõne tua sunt verba recensita superius, non amplius quàm triduo responsonem expectare voluisse Legatos, cum in causa tam ardua, tanti Archiepiscopi, tantæ ciuitatis, ex regio stemmate nati, perbreuis videri debuisset mensuram trium expectatio. Sed apparuit, nihil magis Legatos timuisse, quàm ab eodem Pontifice responsum accipere, quo, haud dubium, inchoatum iudicium de tanto Episcopo suspenderetur, & in Urbem causa euocaretur, vel Legatus aliquis (ut postea factum est) ad iudicandam causam è latere mitteretur, ob idque idem quàm citissimè ab Vrbe discedere præuenerunt. Verùm ea celeritate abeuntes, ac si non venissent, habendi, cum prudentum responis liqueat, quod non dicitur venisse qui non stetit. Ac post nonnulla de Episcopis damnatis, sed tyrannicè, absque scientia Apostolicæ Sedis, hanc infert instantiam:

Quid ergo, si barbarorum gladiis circum sæuientibus licentia commeandi Romam includatur, vel si Roma barbaro cuiuslibet seruiens, motu libidinis eius in aliquod Regnum auferatur: num interim aut nulla Concilia erunt, aut orbis terrarum Episcopi ad suorum Regum damna vel interitus, ab hostibus disponendarum rerum consilia, & Concilia expectabunt?] Fuerunt ista semper in mundo, prælia, hostes, tumultus, & Pontifices interdum exilio relegati, malè mulctati, carceribus mancipati; sed numquam legitur, siluisse penitus ipsos, quod verbum Dei non est alligatum, nec ad longum temporis spatium eiusdem Sedis Apostolicæ iudicia intercepta. Regnabat in Vrbe Theodoricus Rex Arianus, & post ipsum successores eius omnes itidem Ariani Principes, sed numquam apparuit Ecclesiæ Romanæ tribunal vacuum sine Pontifice iudicante, ad consultationes etiam transmarinas respondente, & reliqua velut in summa libertate tractante. Tenebatur obfessa Vrbs tempore sancti Gregorij à Longobardis, sed ipse liber ad quatuor orbis partes decretales scribebat epistolas. Vidimus hoc ipso sæculo & superiori obfessam à Sarracenis custodiri Alpium forès, sed nihilominus è remotissimis orbis partibus cum maximo vitæ discrimine ad Limina sanctorum Apostolorum accurrere peregrinos; ut non possis tot fingere casus, & maiores ipsi, quos non superauerit feruens in cordibus Fidelium pietas Christiana, cui insitum sit à Spiritu sancto, sinum matris querere, & vocem patris audire. Sed inspicimus quid ad postremum ipse declamans adiciat:

Sed o, inquit, infelicia tempora, quibus patrociniis tantæ frustrantur Ecclesiæ! Ad quam deinceps urbium fugiemus, cum omnium gentium dominam humanis & diuinis destitutam subsidiis videamus? Ut enim planius dicamus, palamque fateamur, post Imperij occasum hæc Vrbs Alexandrinam Ecclesiam perdidit, Antiochenam amisit, & ut de Africa taceamus & Asia, ipsa iam Europa discedit. Nam Constantinopolitana Ecclesia se subduxit. Interiora Hispaniæ eius iudicia nesciunt. Fit ergo discessio, secundum Apostolum, non solum modò gentium, sed etiam Ecclesiarum. Quoniam cuius ministri Gallias occuparunt, nos quoque totis viribus premunt, Antichristus instare videtur, & ut idem Apostolus ait: ^b Iam mysterium operatur tantum, ut qui nunc tenet, teneat, donec de medio fiat, ut ille perditionis filius reueletur, qui aduersatur & extollitur supra Dei nomen Dei; culturam, quod iam in aperto sit, ut Romana potentia conuassata, religione profligata, nomen Dei frequentibus periuriis impunè humilietur, ipsius diuinæ religionis cultus etiam à summis sacerdotibus contemnatur. Ipsa insuper Roma iam penè sola à seipsa discedit, dum neque sibi, neque aliis consultit.] ita ipse his prætextibus subterfugiens Ecclesiæ Romanæ iudicium, persuadere conatur, quod maximè cupit, nullum iam in ea iudicantis esse tribunal.

Quid si etiam (quod impossibile est) vel ad tempus defecissent ab ipsa illi omnes? audi quid dicat Apostolus: ^c Quid enim si quidam illorum non crediderunt: numquid incredulitas illorum Fidem Dei euacuabit? absit.] numquid inanis euanescit promissio Dei, qua suam in Petro Ecclesiam stabiluit, dicens: ^d Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam?] Qui pereunt, sibi pereunt; qui deficiunt, sibi deficiunt. ipsa namque semper permanens, eadem subsistet Ecclesia, sicut luna non ita deliquit patitur, ut deficiat, quæ eadem semper manet suo orbe perfecta.

^aAnnal. Eccl. Tom. 10.

D d d d

Sed

XXXIX.

XXX.

XXXI.

XXXII.

^cRom. 3.

^dMatth. 16

CHRISTI
992.IOANNIS XV. PAP.
8.OTTONIS III. REG. 9.
BASIL. ET CONST. IMPR. 17.

XXXIII. Sed quod in primis ait, ipsam Romanam Ecclesiam iam penitus destitutam, nihil esse A
REFELLYN-
TVR GER-
BERTI INA-
NES OBJE-
CTIONES.
ut ad ipsam confugere quis possit: ignorassene valuit ipse, quæ ante biennium (vt res tan-
tum sub eodem Pontifice proxime gestas attingamus) facta sunt? potuit inquam nescisse
se relationem ante biennium ex Anglia toto (vt dicebant) orbe diuisa, ad eundem Pon-
tificem perlatam, de bellis ciuilibus inter Principes componendis, quibus insula illa fla-
grabat; quorum sopiendorum causa ab eodem Pontifice legatio missa est, & ex senten-
tia re bene gesta, sublatis tanti Pontificis opera ciuilibus bellis, tranquilla pax reddita est,
de qua recitata sunt eiusdem Pontificis tunc data diplomata? sed Gerbertus etiam sui
oblitis, rem tantam vbiq; publicis litteris decantatam cum ignorasse non potuerit, si-
lento obuolutam reliquit.

XXXIV. Sed in eo grauius deliquit, cum turpiter mentitus est, dicens attenuando Apostolicæ B
Sedis vires: Interiora Hispaniæ eius iudicia nesciunt.] An non superius, anno primo sci-
licet eiusdem Ioannis Pontificis, regium edictum de legibus Ecclesiasticis, ipsiſque ſpe-
cialim Decretis Romanorum Pontificum custodiendis promulgatum fuisse in Gallaciâ
demonstrauimus? qua igitur fronte ita mentiri potuit? Sed quas pæne dicit extinctas Se-
dis Apostolicæ vires tempore isto Ioannis Pontificis, quàm vigerent illæ, etiam ipsa ef-
fer domestica depreſſa tyrannide Crescentij pro libitu Romæ cuncta miscens, exper-
tus est suo damno ipse Gerbertus, senseruntque illi fauentes Episcopi Gallicani, & ipse
Rex potentissimus Hugo, cum quæ eius iussu gesta essent Rhemis, cuncta Acta ſyno-
dalia aduersus Arnulphum sunt iussa deleri, abrogarique pontificatum male collatum
ipsi Gerberto Rhemenſis Ecclesiæ, in eumque ipsis inuitis & contradicentibus restitu-
tum Arnulphum. Cumque non solum Episcopi sunt coacti silere atque parere De-
creto Pontificis, sed ipse Rex eidem consensit laudabiliter obedire, ex quo non dede-
cus quod cesserit tantæ Sedis auctoritati, sed summam fuit gloriam consecutus, quod
cum omnibus se sciret armorum potentia magna præſſe, vni se subditum esse noue-
rit Romano Pontifici, cuius iussa capefferet. Sed de his inferius. O si non in tanta
obscuritate temporum versaremur, quot quantaque his similia essent tibi de eo-
dem Pontifice ostendenda? Sed ex paucis his discere reliqua, & ex vngue cognosce
leonem.

XXXV. Quod autem calamitatem hanc Ecclesiæ Romanæ quam describis, & tot mendaciis
a 2. Thess. 2.
ornas, discessionem appellas, & vtiq; illam ab Apostolo descriptam, quæ Antichristi
aduentum præcedat: præter id quod falsus inuentus sis vates, non ex Deo, sed à teipſo
futura prænuntians, parum est quod tibi debeant qui hæc tua ostentant recentiores hæ-
retici, qui rabido ore latrantes, ipsos Romanos Pontifices (proh scelus!) esse prædicant D
Antichristum, quem post discessionem quam ponis, venturum affirmas, & nondum
venisse dicas, quem illi iam venisse in singulis Pontificibus fabulantur. Sed quàm pro-
prius, si illos, per quos fit discessio, esse dixeris Antichristos, impios inquam hæreticos
atque schismaticos, de quibus illa viget sententia Saluatoris: ^b Qui nos colligit mecum,
^b Luc. 11.
dispersit; & qui non est mecum, contra me est; at contra Christum esse, hoc est fieri
Antichristum.

XXXVI. Ceterum siue Gerbertum, siue recentiores hæreticos dicas, insaniſſe prorsus intelli-
ges ex euentis. Nam quomodo discessionem illam postremam per Paulum descriptam
iam adesse Gerbertus ipse & Nouatores cum eo delirant, si hoc ipſo tempore (vt iam vi-
disti, & proximè visurus es) Danos, Slauos, Northmannos in Gallis degentes, Boemos,
Polonos, Hungaros, constat ad Christum esse conuersos, & Romanæ Ecclesiæ compagi-
ne sacramenti esse coniunctos? sed & hoc ipſo sæculo nostro, non prouinciarum tan-
tum, sed noui orbis ad Romanam Ecclesiam accessionem esse tactam quis nescit? Vnde
non ab illo, neque ab istis ignominiosa discessio fuerat exprobranda, sed accessio nume-
rosa pariter & gloriosa potius prædicanda.

XXXVII. Audisti Arnulphum Aurelianensem tot blasphemias eruçantem, siue Gerbertum
c. Ad Rhem. eandem euomentem: scito aduersus eundem Arnulphum, cuius titulo quæ audisti, sunt
Syn. cap. 31
recitata, tunc scriptum fuisse librum ab Abbate Flouacensi. testatur id Trithem-
ius, qui si extaret, hoc nos puto labore leuasset.
4. v. usque ad
fin.

XXXVIII. His ita in detestationem S. Romanæ Ecclesiæ à Gerberto turpiter inculcatis: ea tan-
dem sententia atque conclusione vniuersæ argumentationi finem imponit, qui pri-
mus

CHRISTI
992.IOANNIS XV. PAP.
8.OTTONIS III. REG. 9.
BASIL. ET CONST. IMPR. 17.

A mus fuerat in intentione, nimirum quod cum ipſorum Romam Legati missi non fue-
rint auditi, liceret ipsis Arnulphi causam tractare, atque prolata sententia definire. Qui-
bus pro arbitrio comprobatis, ait, Arnulphum in Synodum reum inductum, ipsiſque
negantem, redargutum testimonio presbyteri iam confessi se ciuitatis portas aperuisse
hostibus, sed Arnulphi mandato. Demum Gerbertus Acta synodalia profecutus, num-
quam ex eis probare potuit, Arnulphum aperiendi portas mandatum Adalgero presby-
tero dedisse confessum esse, sed seorsum à Synodo petiisse audiri se à tunc nominatis
quatuor Episcopis, quibus secretò (ait) multa crimina confessum esse, eundemque pe-
tiisse, alium in sui locum Episcopum subrogari. Porro eius confessionem fuisse ab his qui
audierunt iuramento exceptam, ne penitus confessi crimina reuelarent. Reuocatum au-
tem ad Synodum coram Regibus Hugone ac Roberto filio ipsius, nihil publicè confes-
sum, nisi tantum ista dixisse: Palam dico & profiteor me errasse, & à fidelitate regia de-
uiaſſe: reliqua autem generalitate ipsum inuoluisse, & secretò confessum esse, atque
damnationis sententiam accepisse.] hucusque Gerbertus, qui reliqua mala fide silentio
obſignata reliquit, nempe de sui facta in Arnulphi locum subrogatione, & reclamatione
interposita à primario iudice Seguino Archiepiscopo Senonenſi, quam superius recita-
tam audisti, hæc autem opportuniùs repetendam, quæ sic se habet: ^a

Venerabilis autem Seguinus Archiepiscopus non consensit in degradationem Arnul-
phi, neque in ordinationem Gerberti, iussu autem Regis vrgebat. Alij verò Episcopi,
licet inuiti, tamen propter timorem Regis degradauerunt Arnulphum, & ordinauerunt
Gerbertum. Seguinus tamen plus timens Deum, quàm terrenum Regem, noluit con-
sentire nequitie Regis, sed magis, quantum potuit, redarguit ipsum Regem: propter
C quam causam ira Regis contra eum efferbuit. Cum magno itaque dedecore iussit ex-
pelli Arnulphum de Ecclesia beatæ Dei Genitricis Mariæ Rhemenſis, & sic alliga-
tum detrudi in carcerem. Alligatus autem in carcere Aurelianæ ciuitatis, vbi deti-
nebatur nepos eius Carolus, mansit ibi annis tribus:] donec scilicet per eundem
Ioannem Romanum Pontificem in Gallias Legato missio, omnis ista textura Rhemen-
ſis Synodi contra Arnulphum est eius auctoritate penitus dissipata, vt suo loco inferius
dicturi sumus.

Scriptis præterea de his omnibus idem Gerbertus epistolam ad Ottonem Imperatorem, X L V I I.
qua damnationem Arnulphi proclamans, eam omnibus voluit priùs suis litte-
ris innotescere quàm aliorum, auresque præoccupare Imperatoris, antequam his di-
uersa ab aliquo alio fortasse perciperet. Ex qua quidem epistola recitat ista Papi-
drius ^b Maso:

Arnulphus Regis Lotharij (vt fama est) filius, propterea quod suum Episcopum do-
lo & fraude circumuentum cum propria vrbe *Laudunensi scilicet*, captiuauit, post mul-
tum cruorem humani sanguinis à se effusi, post prædas & incendia, in conuentu Episco-
porum totius Galliæ damnatus est; ac deinde post obitum beatæ memoriæ Adalberonis
à solo Adalberone Episcopo Laudunensi reconciliatus, spe obtinendæ pacis Metropoli
Rhemorum donatus est, acceptis ab eo terribilibus sacramentis, & libellari professione
pro fide suis Regibus conseruanda, quam & viua voce in conuentu Ecclesiæ recitauit, &
propria manu subscribendo corroborauit. necdum à sua ordinatione sextus mensis ela-
psus erat, & ecce quasi tempeſtas vrbe ab eo proditam hostis inuaſit, sanctuarium Dei
polluit, spolia diripuit, Clerum & populum captiuauit.

E Post hæc verò Arnulphus suos prædones sub anathemate posuit, atque vt idem fa-
cerent Galliarum Episcopi, imperauit. prædia Ecclesiæ quæ per sacramentum suis
militibus dederat, abstulit, hostibus contulit. Coniuratorum manum contra suum
Regem eiusque exercitum in aciem sub signis Caroli produxit. Interea Legatis &
litteris synodicis Romanus Pontifex, vt Ecclesiæ turbatæ subueniat, admonetur; sed
neque Legatis, neque litteris consulentibus consulit. Itaque grauium Episcoporum
facto consulto, litteris synodicis, aut miti admonitione Arnulphus conuentus,
decem & octo continuis mensibus, vt à cæpto furore desisteret, seque à sceleribus pro-
ditionis & rebellionis, quibus impetebatur, regulariter purgaret, noluit. Sed cum à
se maximis fautores nequitie suæ discedere sentit, territus Regem adiit, nouisque sa-
cramentis ac nouis rerum conditionibus regiæ mensæ particeps factus est, atque ita

Annal. Eccl. Tom. 10.

D d d d 2

Regis

^a Aim. lib. 5.
cap. 45.
X L V I I.RECLAMA-
TIO SEGV-
NI EPISC.^b Maso An-
nal. Franc.
lib. 3.
QUAE GER-
BERTVS AD
OTTONEM.

CHRISTI
992.IOANNIS XV. PAP.
8.OTTOINIS III. REG. 9.
BASIL. ET CONST. IMP. 17.

Regis ira sedata, omni se crimine exutum credidit; indeque mox rediens, fidem sacramento rupit conditionibus non seruatis, atque ij quorum intererat, toties se decipi, toties bonis suis priuari non ferentes, Lauduni arcem occupant. Arnulphus inter hostes Regis inuenitur, Synodo presentatur, pro tot tantisque flagitiis rationem reddere deposcitur. Qui diu secum atque cum suis familiaribus multum deliberans, sua sponte in confessionem suorum peccatorum erupit, suisque confessoribus alios testes adhibuit, crimina sua in libellum retulit, eique a se viva voce coram Ecclesia recitata subscripsit, insignia sacerdotij deposuit, eoque se abdicauit, confessoribus atque testibus attestantibus & respondentibus: Secundum professionem tuam cessa ab officio.] hucusque ex dicta epistola Maf. Porro libellus ille Arnulphi (ne quid desideres) sic reperitur ab eodem Gerberto recitatus in Actis iisdem Rhemen-
sis Synodi^a:

^a Act. Synod.
Rhem. c. 54.

XLI.
LIBELLVS
ARNVLPHI
OBLATVS
SYNODO.

Ego Arnulphus quondam Rhemorum Archiepiscopus, recognoscens fragilitatem meam, & pondera peccatorum meorum: testes confessores meos Seguinum Archiepiscopus, Daibertum Archiepiscopus, Arnulphum Episcopus, Gothefmannum Episcopus, Gualterum Episcopus, *Brunonem Episcopus*, Milonem Episcopus, Adalbertum Episcopus, Odonem Episcopus, Guidonem Episcopus, Heribertum Episcopus constitui mihi iudices delictorum meorum, & puram ipsis confessionem dedi, quaerens remedium poenitendi & salutem animae meae, ut recederem ab officio & ministerio pontificali, quo me recognosco esse indignum, & alienum me reddens pro reatibus meis, in quibus peccasse me secretò ipsis confessus sum, & de quibus publice arguebar, eo scilicet modo ut illi sint testes alij succedendi & consecrandi in loco meo, qui dignè praesse & prodesse possit Ecclesiae, cui haecenus indignus praesui. Et ut inde vltra nullam repetitionem aut interpellationem auctoritate canonica facere valeam, manu propria mea subscribens firmavi. Quo perlecto ita subscripsi. Ego Arnulphus Archiepiscopus quondam subscripsi, &c.]

L.
IOAN. PAP.
DAMNATA
AGTA RHE-
MENSIS
SYNODI.

Sed quid post iudicium absolutum, & sententiam promulgatam? apud Aimoinum ita: Nuntiantur haec omnia Praesuli Romano, qui valde indignatus super hoc facto, interdixit sacris omnibus Episcopis qui Arnulphum deiecerant, & Gerbertum ordinauerant.] haec ibi. Sic igitur tantum absuit, ut Ioannes Romanus Pontifex quae gesta sunt in Arnulphum probaret, ut ea omnia penitus abolenda conscripserit: interdixit verò sacris (ut audisti) & excommunicauerit omnes illos Episcopos, qui in eadem Synodo aduersus Arnulphum sententiam tulissent. Apostolicis autem hisce litteris exacerbatus valde Gerbertus, in ipsum Romanum Pontificem ad Seguinum Archiepiscopus Senonensem litteras dedit, equidem virulentas ex animo exacerbato admodum proditas, Catholico homine prorsus indignas. nam totus in eo versatur, ut excommunicationem latam aduersus omnes Episcopos, qui iudicauerunt causam Arnulphi, ab ipso Ioanne Romano Pontifice, contemnendam esse demonstret. epistola autem ipsa sic se habet:

L I.
^b Matt. 24.
GERBERTI
EPIST. CON-
TRA ROM.
PONT.

Gerbertus Seguino Senonensi Archiepiscopo.
Oportuerat quidem prudentiam vestram callidorum hominum versutias euitasse, & vocem Domini audire, dicentis: ^b Si dixerint vobis, ecce hic est Christus, aut ecce illic, nolite sectari. Romae dicitur esse, qui ea quae damnatis, iustificet; & quae iusta putatis, damnat. Et nos dicimus, quia Dei tantum & non hominis est, ea quae videntur iusta, damnare; & quae mala putantur, iustificare.] Quid insanit Gerbertus, ut dicat Dei esse damnare iusta, & iustificare mala? Numquid iniustus est Deus, & ut ista faciat, peccatis obnoxius? putari codicem deprauatum, sed in vtraque editione haec eadem syllabatum planè leguntur. pergit ipse:

L II.
^c Rom. 8.
^d Matt. 18.
^e Act. 5.

Deus (inquit ^c Apostolus) est qui iustificat: quis est qui condemnet? consequitur ergo: Si Deus condemnet, ut non sit qui iustificet. Deus dicit: ^d Si peccauerit in te frater tuus: vade & corripe eum, &c. Quomodo igitur vestri amuli dicunt, quia in Arnulphi deiectione, Romani Episcopi iudicium expectandum fuit? Poteruntne docere, Romani Episcopi iudicium Dei iudicio maius esse? sed primus Romanorum Episcoporum, immò ipsorum Apostolorum Princeps clamat: ^e Oportet obedire Deo magis quam hominibus. clamat & ipse orbis terrarum magister Paulus:

CHRISTI
992.IOANNIS XV. PAP.
8.OTTOINIS III. REG. 9.
BASIL. ET CONST. IMP. 17.

lus: ^a Si quis vobis annuntiauerit praeter quod accepistis, etiam si Angelus de caelo, anathema sit. Num quia Marcellinus Papa Ioui thura incendit, idè cunctis Episcopis thurificandum fuit? Constanter dico: Quod si ipse Romanus Episcopus in fratrem peccauerit, saepiusque admonitus, Ecclesiam non audierit: hic inquam Romanus Episcopus praeepto Dei est habendus sicut ethnicus & publicanus: quanto enim gradus altior, tanto ruina grauior.]

Audisti hominis constantiam profitentis, summam inconstantiam, ingentem prociaciam atque temeritatem? Sed & (si tamen verba furentis digna sunt ut examinentur, & non potius contemnantur) attende audaciam & arrogantiam, & obturpescere superbiam: qui lapsus Marcellini in exemplum adducit ad exprobandum, ipsum synodalia Acta Marcellini redarguunt. Professa est enim tunc Synodus, super Romanum Pontificem maximi criminis accusatum, legitimo testium numero conuictum, atque propria confessione reum criminis comprobatum, nullum se cum damnandi ius habere; illud proferens, atque saepius iterans & inculcans: Prima Sedes à nemine iudicatur. &: Ex ore tuo te iudica, tuaque sententia damna, vel conuictum absolue atque iustifica, quod scilicet prima Sedes à nemine iudicari debeat.] & illud: Nemo enim vniquam iudicauit Pontificem, neque Praesul sacerdotem suum, quoniam prima Sedes non iudicabitur à quoquam.] Cum igitur vniuersa Synodus sanctorum Episcoporum, eorumdemque tempore persecutionis acerbissimae Confessorum, super vnum legitime conuictum sponte confessum Romanum Pontificem ferre sententiam recusauit: vnus Gerbertus intrusus Episcopus non in vnum Ioannem tantum, sed in omnes generatim Romanos Pontifices peccantes, & ab Ecclesia tantum admonitos, nec conuictos neque damnatos, sententiam audacissime profert, dicens: Constanter dico: Quia si ipse Romanus Pontifex in fratrem peccauerit, saepiusque admonitus Ecclesiam non audierit: is Romanus Episcopus praeepto Dei habendus est ethnicus & publicanus.] O sententiam homine tantum siue magno aliquo haeretico, siue impudenti valde schismatico dignam, qua sacra simul Concilia abrogantur, Canones iugulantur, traditiones suffocantur, & cuncta denique iura Ecclesiastica pessumdantur! ut impossibile videatur, à Catholico homine somnari ista, nedum adeo procaciter effutiri. Sed amor priuatus seipsum nimis amantis hominis furore prorsus ebrii fecit talia delirare. At prosequamur reliqua, pergit enim eadem percitus phrenesi.

Quod si propterea sua communione nos indignos ducit, quia contra Euangelium sentienti nullus nostrum consentit; non idè à communione Christi nos separare poterit. Cum etiam presbyter nisi confessus aut conuictus ab officio remoueri non debeat; praesertim cum Apostolus dicat: ^b Quis nos separabit à charitate Christi? & iterum: Certus sum, quia neque mors neque vita, &c. Et quoniam maior separatio, quam à Filij Dei corpore & sanguine, qui quotidie pro nostra immolatur salute, quemlibet Fidelium remouere? Quod si hic qui vitam admittit corporalem, vel sibi, vel alteri, homicida est: hic qui sibi vel alteri vitam admittit sempiternam, quo nomine appellandus est? Neque verò Gregorij sententia in populum relata in Episcopos referri potest: Siue, inquit, iuste siue iniuste obliget pastor, sententia pastoris gregi timenda est: non enim Episcopi grex dicitur, sed populus dicitur.]

At contra te, Gerberte, omnes fermè sacrae legis interpretes prouocas, qui locum Ioannis de Christo dicente Petro: ^c Pasce agnos meos, pasce oues meas, pascendos datos Petro Episcopos omnes cum populo intelligunt: neque sanctum Gregorium aliud sensisse constat, quem patet plures excommunicasse peccantes Episcopos. Quod ergo Seguinus Archiepiscopus paruisset Pontificis excommunicationi: mox indignans, eos omnes redarguens, ista subiicit: Non igitur à sacra communione, quasi criminosi confessi, vel conuicti suspendi debuistis: neque verò veluti rebelles & refugae, qui sacrosancta Concilia nunquam deuitastis, maxime cum actus & conscientia sit pura, nec legalis sententia damnationis in vos adhuc sit lata, nec legibus inferri possit. Legalis idè notata est, quia Gregorius dicit: Sententia sine scripto perlata, nec nomen sententiae habere meretur.] At scriptis Apostolicis inserta ex more sententia, quomodo sine scriptis lata asseri potest? pergit verò:

^d Annal. Eccl. Tom. 10.

Dddd 3

Non

XXXIX.
RLDARGV-
TIO OBIE-
CTORVM A
GERBERTO.

XL.
ALIA GER-
BERTI DE-
LIRAMEN-
TA.
^b Rom. 8.

XLI.
^c Ioan. 21.
REDARGV-
TIO OBIE-
CTORVM.

CHRISTI
992.IOANNIS XV. PAP.
8.OTTONIS III. REG. 9.
BASIL. ET CONST. IMPP. 17.XLII.
XV. REVS
GERBERTVS
INSA-
NIENS.

Non est ergo danda occasio nostris æmulis, ut sacerdotium, quod vbiicumque vnum A est, sicut Ecclesia Catholica vna est, ita vni subici videatur, ut & pecunia, gratia, metu, vel ignorantia corrupto, nemo sacerdos esse possit, nisi quem sibi hæc virtutes commendauerint. Sit lex communis Ecclesiæ Catholice, Euangelium, Apostoli, Prophetæ, Canones spiritu Dei conditi, & totius mundi reuerentia obseruati, decreta Sedis Apostolicæ ab his non discordantia. Et qui per contemptum ab his defecerit, per hæc iudicetur, per hæc abiiciatur. Porro hæc seruanti, & pro viribus exequenti sit pax continua, & continuè sempiterna. Vos benè valere optamus.] Subiicitur statim ista numeri nota, sed deprauatè, x x c v. atque mox ista: Iterum valere, & à sacrosanctis & mysticis suspendere vos nolite. Qui enim accusatus ante iudicem tacet, confitetur. Et qui iudice iudicante poenæ se addicit, confitetur. Confessio autem sit, aut salutis, aut prodicionis causa: salutis, cum quis confitetur de se vera; prodicionis, cum falsa de se confingit, vel in se patitur confingi. Tacere ergo ante iudicem, confiteri est; confiteri porro falsa & mortalia crimina, homicidæ est: quia omnis qui sibi causa mortis fuerit, maior homicida est, & Dominus dicit: ^a Ex ore tuo te iudico. Repellenda igitur est falsa accusatio, & contemnenda illegalis iudicatio; ne dum volumus videri innocentes, coram Ecclesia efficiamur nocentes.] hucusque Gerbertus, conuincendus planè ex epistola ista schismaticus, nisi tandem in sequenti quod celebratum est Rhemenfi Concilio, longa disputatione conuictus à Leone Abbate Sedis Apostolicæ Legato, eidem licet inuitus acquiescisset, ut inferius suo loco dicitur.

XLIII.

Vidisti Lector, quænam isti, qui talia ediderunt, Attalica suspendant aulæ ad ornandam impietatem, ter miseri Nouatores, hostes implacabiles Romanæ Ecclesiæ, quæ tantum abest, ut horum perfidia obscuretur, quod potius illustretur, dum summa veritatis potentia de omnibus istis triumphet, sicut de aliis, qui ad hanc vsque diem Catholicam Ecclesiam infestauerunt, hæreticis trophæa semper erexit.

XLIV.
DE ALIA
GERBERTI
EPISTOLA
VIRVLENTA.

At satis ista aduersus Gerbertum insanientem, licet per transitum, obiter dicta nobis sunt visa; verum vbi nacti sumus posteriorem quam diximus eiusdem operis editionem, eamque auctam epistola apologetica ab eodem Gerberto tunc scriptam ad Vuilderodum Argentinæ ciuitatis Episcopum: additum oneri, ut quæ potissimum in ea aduersum Romanum Pontificem, ipsamque Romanam Ecclesiam dicta reperiuntur, diligenter examinemus. Non enim ista ab instituto sunt aliena, sed maximè congrua, utpote his quæ accedunt ad historiam Ecclesiasticam controuersis quam utilissima disquisitio, atque prorsus necessaria disceptatio, cum non sine magno preiudicio veritatis falsa atque calumniosa pro veris à Nouatoribus venditentur, & de Gerberti nugis nundinationem, ad miseros decipiendos exercent. nugatum quidem se litteris illis, idem ipse Gerbertus profitetur in fine, dum ait: Hæc sunt, dulcissime frater, quæ Rhetorum nugis complexus sum, amicitiarum pariendæ societatis, retinendæ benevolentie causa. Insuper vobis & vestris me meaque impensurus, proinde vestrum diligens expecto iudicium, cum in his, tum in Rhemenfi Concilio à me vtrumque interpretato. In quo opere res, genusque dicendi doctis auribus si placuerit, erit mihi tutissima merces id effecisse, quod summis viris potuerit placuisse.] hæc ibi ipse. quibus intelligas vanissimi hominis scopum, & in re tam seria ludum. Prolixa satis epistola est, & planè opus illud, de quo ad finem præfationis in Synodum Rhemensem est pollicitus ista, dum ait: Alterius erit hoc operis, aliisque implicitum questionibus, cum de propriis, communibus, & differentiis Episcoporum, Archiepiscoporum, vel Metropolitanorum, Patriarcharum, seu primatum, vel etiam Romani Episcopi potestate, ut animo concepì, prolixius disputabo.] hæc ipse de totius epistolæ argumento.

XLV.

Nos verò, omissis, quæ diffusè satis de Arnulphi causa disputat, iam superius in tractatione de Rhemenfi Concilio propalata, aliisque ad ipsius iudicium pertinentibus, ea tantummodò prosequemur, quæ spectant ad Romanum Pontificem. Et quod in primis ipso fermè inculcat exordio, cum aduersus pontificiam potestatem disputationem instituit, multus in eo est, ut decretalium epistolarum Romanorum Pontificum auctoritatem minuat. Sed quibus verbis, quove argumento sic accipe: Et ne, inquit, fortasse ad placitum loqui videar, iniuriamque decretis Pontificum Romanæ inferre Ecclesiæ:

QVÆ GERBERTVS
CONTRA
EPIST. DE
CRETALES.CHRISTI
992.IOANNIS XV. PAP.
8.OTTONIS III. REG. 9.
BASIL. ET CONST. IMPP. 17.

A Ecclesiæ: Gelasium Romanæ Sedis Pontificem sententiæ meæ primum afferam testem. Hic quippe in catalogo diuinorum librorum, authenticis præmissis scripturis.] &c. à Concilio Oecumenico incipiens; deinde (subiicit ipse) qualiter ipsius Sedis decreta accipienda sint, hoc modo distinguit: Item decretales epistolas, quas beatissimi Papæ, diuersis temporibus ab Vrbe Roma pro diuersorum Patrum consolatione dederunt, venerabiliter suscipiendas. At quid excogitari potest Gerberto impudentius, cum hæc ipsa, quæ à sanctissimo pariterque doctissimo Papa Gelasio in auctoritatem ac munimentum decretalium epistolarum Romanorum Pontificum adedè clara atque expressa, pontificia potestate voluit reliquere: ipse sit ausus conuertere in destructionem earundem epistolarum? At quibusnam rationibus, ab ipso sic accipe, cum mox ista subiungit: Et sic nominatim quædam specialia determinans legenda, solertissimè ac discretissimè tam de epistolis, quàm de specialibus opusculis quid foret sentiendum expressit: Sed cum hæc, inquit, in manus Catholicorum deuenierint, Pauli Apostoli præcedat sententia: ^a Omnia probate, quod bonum est, tenete.] & inferius ex Hincmaro quem citat: Suscipiendas igitur illas epistolas venerabiliter cum beato Gelasio dico, ut cum legantur (sicut ipse præcepit Gelasius) Apostolica illa præcedat sententia, quæ dicit: Omnia probate, quod bonum est tenete.]

Hic tu attende fraudem, considera dolum, & obstupescere versutiam horum hominum aduersantium Romanorum Pontificum epistolis decretalibus, & imposturam exclama, atque in ipsos impostores declama, cum primum Gelasij textum sumens, ac perlegens diligenter videris, quæ, qualia, quanta interposita maneant à recitata illa ipsius sententia de epistolarum decretalium firmata solida auctoritate vsque ad citatam ac recitatam illam Pauli sententiam, Omnia probate, quod bonum est tenete.] Post enim illa de epistolis decretalibus dicta, subinfertur de Gestis sanctorum Martyrum in genere quid sentiendum, speciatim verò de Quirici & Iulitæ atque Georgij martyrum Actis, quæ ab hæreticis esse scripta sciuntur, ob idque in Ecclesia Romana minimè legerentur. His subiicitur tractatio de Vitis sanctorum Patrum, & eis quæ essent scriptæ à sancto Hieronymo. Quibus adiicit mentionem de actibus sancti Siluestri Romani Pontificis, probanda ipsa sint necne. Mox de Crucis inuentione historiam, necnon aliam illi similem de inuentione capitis Ioannis Baptistæ, haud adedè certam: & tunc de his ista Gelasius ita perorat: Sed cum hæc ad Catholicorum manus adueniunt, beati Pauli Apostoli præcedat sententia: Omnia probate, quod bonum est tenete.]

Vidisti, Lector, de quibus sit dicta illa à Gelasio sententia Pauli, & ad quæ referant illam mali confarcinatos, commissuram alterius panni malè consuantes cum altero, doli fabricatores, linientes (ut ^b Propheta ait) parietem absque temperamento, fraudum opifices, quæque obuia pro arbitrio adulterantes? Cum si bona fide rem egissent, utique considerare debuissent singula quæque scriptorum genera ab eodem Gelasio sua quaque speciali sententia definita concludi, & consignata relinqui; ut planè pro monstro habendum sit, si quod priuatim de aliquo est statutum, alteri tribuatur, non secus ac si quod Apostolus ibi tradit ^c de nouis prophetiis dicens: Prophetias nolite spernere, omnia probate, quod bonum est tenete, quis referendum esse velit etiam ad Euangelium Christi, de quo ipse Apostolus eadem epistola antè meminit, iisdem Theffalonicensibus scribens, ut sub arbitrio cuiuscumque recipiendum vel non recipiendum constituat Euangelium.

E Quod & si volunt isti, ut ea Pauli sententia ad ea etiam quæ superius dicta sunt referatur, cur non etiam Concilia Oecumenica superius recensita ipsi subiicias, vel proximè iunctam Leonis Papæ Catholicam epistolam contra Eutychen promulgatam? dices, quod scilicet eandem absque ambiguitate vlla esse recipiendam, idem Gelasius declarat. Benè quidem, sed quæso te, quæ ambiguitas est relicta, cum decretales epistolas venerabiliter esse recipiendas, sanctissimè definiuit, ut opus sit ad illam Apostoli reuocare sententiam, Omnia probate, quod bonum est tenete?] faceffant ista deliria non solum quolibet viro Catholico indignissima, sed à quouis homine rationis compote alienissima. Sic igitur eiusmodi adulterino commento humiliare, atque prorsus humi pedibus omnium transeuntium conculcanda profernere conatus est Gerbertus post Hincmarum ipsa sacrosancta Decreta Romanorum Pontificum, dum quemque,

quemque, ea adhibita sententia Pauli, vult posse pro arbitrio probare & non probare, A
quæ ab illis hæcenus reperirentur fuisse decreta, quam tantam blasphemiam ab vilo ne
vniquam hæreticorum, vel schismaticorum in hanc diem prolata fuisse, memoria
non tenemus. aded vt auctores erroris Hincmarus atque Gerbertus summo dedecore
dici debeant, siue potius Hincmarus auctor, Gerbertus autem propagator sit appellan-
dus; siquidem super fundamenta, quæ posuit Hincmarus, Gerbertus superædificauit,
qui eundem citans auctorem in hac eadem epistola, nonnulla in eandem suam sen-
tentiam recitat ex illa prolata Hincmari epistola, quam scripsisse vidimus contra nepo-
tem suum æquè Hincmarum dictum Laudunensem Episcopum, dum iste aduersus
ipsum pro epistolis decretalibus defendendis insurrexisset; atque de dicta à se prolata &
malè interpretata Gelasij de epistolis decretalibus eius sententia: Hunc locum differen-
tiarum etiam Hincmarus Rhemorum venerabilis Antistes nepoti suo æquiuoco scribens B
interpretatus est, &c.]

LVI. Idem verò cum ex eo recitet alia plura, quibus Hincmarus eò stultitiz venit, vt cate-
nus dicat esse recipiendas decretales epistolas, siue Decreta Romanorum Pontificum,
quousque Concilia ab eis diuersos Canones non statuerint: planè demonstrat quòd eis
longè præferat Canones Conciliorum, vtpote quòd velit eos esse perpetuos, decreta au-
tem Romanorum Pontificum temporaria, ita malè accipiens illa verba Gelasij, quibus
dixit: Item decretales epistolas, quas beatissimi Papæ diuersis temporibus ab Vrbe Ro-
ma pro diuersorum Patrum consolatione dederunt, venerabiliter suscipiendas.] nam ad
hæc Hincmarus, quem recitat, habet ista: Quantum enim distet inter illa scilicet Con-
cilia quæ custodienda & recipienda decreuit, & inconuulsa, firmaque deinceps Patres
Catholici manere voluerunt; & illas epistolas, quæ diuersis temporibus pro diuersorum C
consolatione datæ fuerunt, quas venerabiliter suscipiendas dicunt; nemo dogmatibus
exercitatus ignorat. Si enim quædam ex his quæ in quibusdam illis epistolis continentur,
tenere & custodire velle inceperimus: aduersus ea quæ antè seruari volumus, faciemus;
& à Conciliis sacris, quæ perpetuò nobis recipienda, tenenda, custodienda, atque sequen-
da sunt deuiabimus: nam & beatus Gelasius easdem epistolas non solum sacris Cano-
nibus in quibusdam aduersas, sed etiam sibiipsis diuersas ostendit, cum dicit, illas diuer-
sis temporibus pro diuersorum consolatione datas. Et hinc forte aduersum me dices: Er-
go calumniaris Apostolicam Sedem in sanctis eius Pontificibus eo quòd malè seruerint,
& non tenenda decreuerint. Inde tibi respondebo, quòd de lege non Iudaicè seruanda,
contradicientibus sibi atque dicentibus: Lex ergo aduersus promissà Dei, respondens
Apostolus^a ait, Absit: lex quidem sancta, & mandatum sanctum & iustum & bonum, sed D
personis & temporibus congrua, quæ propter transgressiones posita est.] & paulò post:
Decretales epistolas cum Gelasio Apostolico viro venerabiliter suscipiendas dico, quæ
suis temporibus congruentes fuerunt, donec per sacra Concilia Patres nostri in vnum
conuenientes (sicut eiusdem Apostolicæ Sedis Pontifices protestantur suggerente sibi-
met sancto Spiritu, quoniam aliter credendum non est) mansuras vsque ad finem sæculi
leges condiderunt. Et sicut dicit de lege Apostolus;^b Si enim esset quæ posset viuificare,
^{b Gal. 3.} verè ex lege esset iustitia. Ita salua reuerentia Sedis Apostolicæ dico, quia illa, quæ in iis-
dem epistolis continentur, & suis temporibus congrua fuerunt, subsequens tempo-
ribus, ita vt in iis temporibus continentur, omnia & simul custodiri valerent, & seruari
& teneri congruerent: Patres nostri Catholici, doctique Pontifices in Conciliis sacras le-
ges mansuras vsque in sæculi finem non conderent. Suscipiendas igitur illas epistolas ve-
nerabiliter cum beato Gelasio dico, & cum leguntur, sicut ipse præcepit Gelasius,
^{c 1. Theff. 5.} Apostolica^c illa præcedat sententia, quæ dicit: Omnia probare, quòd bonum est tenere.
& hæc dico, non vt in eis dicam quædam non esse bona, sed non per omnia sacris Cano-
^{d Rom. 7.} nibus Patrumque Conciliis consona. Sicut & Apostolus dicit: ^d Lex quidem bona &
sancta, & mandatum sanctum, iustum & bonum, sed temporibus suis.] hucusque ibi
Gerbertus ex Hincmaro.

LVII. At quantum halucinatus sit Hincmarus ista delirans, iam paucis ostendamus. Ex
his omnibus recitatis à Gerberto ex Hincmaro tres haud leues numerantur errores,
atque primus ille, ex quo reliqui, dum videlicet subiicit Decreta Romanorum Ponti-
ficum quibuscumque Canonibus Conciliorum; dum enim illa temporaria, perpetui
illi

QV AE
HINCMA-
RVS IN DE
CRETALIBUS
EPISTOLAS.

^{a Rom. 7.}

^{b Gal. 3.}

^{c 1. Theff. 5.}

^{d Rom. 7.}

LVII.
HINCMA-
RVS CON-
FUTATVR.

A isti ab eodem asseruntur, & illa per istos abrogari tradit: planè significat maioris esse
auctoritatis in Ecclesia Dei Canones Conciliorum Decretis Pontificum. Hæc quàm
sint absurda, & ab omni ratione penitus aliena, quæ sæpè superius sunt allata, demon-
strant, hic breuiter repetenda. Si enim (quod sæpè pariter est demonstratum) quid-
quid virium Canones habent, hoc totum ab eis est, id scilicet concedente Romano Pon-
tificis suis litteris decretalibus; quomodo non maioris auctoritatis sunt illæ Canonibus?
Sine illis quippe nec Synodum congregare (quod plurimis exemplis & auctori-
tatis superius contigit demonstrari) nec sancita licet promulgare, nec robur habere
Canones, vel edi possunt vel recipi, & in auctoritatem assumi. Si igitur non nisi suo
interposito decreto per scriptas ad Synodos epistolas decretales, condi Canones, & con-
diti probari edique possunt: quomodo non maioris auctoritatis decretales epistolæ cen-
B feri debeant, à quibus, vt sint, nominentur, citentur, vim omnem accipiunt? Quàm ista
sint vera (vt tacemus de reliquis) exemplum de Oecumenicis Synodis asseramus, ea-
rumque omnium ex Episcoporum numero maxima, nempe Chalcedonenſi, de quæ ea
non quid reliqui, sed Gelasius ipse scriptum reliquerit, cuius assertam sententiam aded
Hincmarus cauillatur, vt planè contrarium ab eo, quod sentit ac scripsit, ipsum sen-
sisse atque scripsisse testetur: ipse inquam Gelasius quomodo Romani Pontifices suis de-
cretalibus litteris vim & auctoritatem dent vel adimant Synodis Oecumenicis, dum agit
de Concilio Chalcedonenſi, sic ait: ^a Ita quod firmavit in Synodo Sedes Apostolica, hoc
robore obtinuit, quod refutauit, hoc habere non poruit firmitatem, & sola rescidit, quod
præter ordinem congregatio synodica putauerat vsurpandum.] at quomodo factum
istud, nisi sancti Leonis magni litteris decretalibus, quæ extant adhuc ad Anatolium
C Constantinopolitanum Episcopum datæ & alios?

At ne tu putes Oecumenicas tantum Synodos à Romano Pontifice confirmari, ceteras
vt minores negligi, rursum eundem audi Gelasium, cuius & sententiam quoque
Gerbertus ex Hincmaro in dicta sua recitauit epistola. sunt hæc Gelasij verba: Confidi-
mus, quòd nullus iam Christianus veraciter ignoret, vniuscuiusque Synodi institutum,
quod vniuersalis Ecclesiæ probauit assensus, nullam magis exequi sedem quàm primam,
quæ vnamquamque Synodum & sua auctoritate confirmat, & continuata moderatione
custodit, pro suo scilicet Principatu, quem beatus Petrus Apostolus Domini voce præce-
ptum, Ecclesia nihilominus subsequente, & tenuit semper & retinet.] Litteris suis igitur
decretalibus Pontifices sicut confirmant, ita etiam custodiunt Canonum obseruantiam,
nec contra has ipsi Canones quidquam virium habent; sed veluti quodam gratitudinis
D iure totum Sedi Apostolicæ rependerunt, quòd se ab ea accepisse, vt essent, intellexerunt,
cum decreta Apostolicæ Sedis ante omnia & præ omnibus esse seruanda docuerunt. nam
quid in hanc sententiam idem Gelasius, qui ita malè traducitur ab Hincmaro, scribat ad
Faustum, diligenter attende: Nobis opponunt Canones, dum nesciunt quid loquantur:
contra quos hoc ipso venire se produnt, quòd primæ Sedi sana rectaque suadenti parere
fugiant. Ipsi sunt Canones, qui appellationes totius Ecclesiæ ad huius Sedis examen vo-
luere deferri, ab ipsa verò nusquam prorsus appellari debere sanxerunt, ac per hoc illam
de tota Ecclesia iudicare, ipsam ad nullius commeari iudicium, nec de eius vniquam
præceperunt iudicio iudicari, sententiamque illius constituerunt non oportere dissolui,
cuius potius Decreta, sequenda mandarunt.] hæc Gelasius. plurima alia in hanc essent
sententiam afferenda, sed parcimus, ne molestiam inferamus Lectori, quem rogamus, vt
E reliqua ad eandem Gerberti epistolam pertinentia patienter attendat.

Secundus Hincmari error, qui elicitur ex scriptis ipsius à Gerberto nuper recitatis,
ille est, quòd cum Gelasius dixerit venerabiliter suscipiendas epistolas Romanorum
Pontificum diuersis temporibus à diuersis Pontificibus datas: eas non perpetuò dura-
turas, sed temporarias fuisse dixerit, legique veteri assimilatas, nempe ad tempus da-
ras, donec quòd perfectius est, per Canones sanciretur. Redarguit in primis errorem
hunc ipse vsus totius Ecclesiæ, dum in hanc diem quæ ante mille annos per epistolas
decretales constituta fuere, ab omnibus ad causarum definitiones citari consuevere,
quod & ipse Hincmarus fecisse de antiquioribus, sua ipsius scripta significant. Si autem
posterius sanciti Canones aliqua decreta Romanorum Pontificum (quod nec est
nominatim reperiri) abrogasse inuenirentur, vtpote temporibus illis incongrua: tunc
dicen-

<sup>a Gelas. de
vniuers. Ana-
them.</sup>

LVIII.

LIX.
SECVNDVS
ERROR
HINCMA-
RI CONVE-
TVR.

CHRISTI 992.

IOANNIS XV. PAP. 8.

OTTONIS III. REG. 9. BASIL. ET CONST. IMPP. 17.

dicendum per posteriores decretales epistolas, quibus Pontifices illa Concilia & Canones confirmare, priora, abrogata, ut accidere consuevit pro ratione diuersarum personarum, locorum & temporum, ut idem Princeps priora posterioribus mutet, sine quibus posterioribus datis litteris, id nullo liquet licere Concilio, ut iam est demonstratum. Præterea in his astruendis quàm longè dispari & incongrua sit Hincmarus vsus de lege veteri similitudine, nemo non videt. Siquidem lex vsque ad præfinitum tempus noui Legislatoris Christi statuta est, decreta autem Romanorum Pontificum perpetuè valitura, donec per aliquem successorum Pontificum abrogentur, Ecclesia suscipit obseruanda, nisi qui sancit decretum Pontifex, noluisse illud esse perpetuum, vel commune cunctis in exemplum trahi, ut interdum de priuatis rescriptis in dispensationibus fieri contigit, licet eas litteras quibus ista perficit, haud proprie esse dixerimus litteras decretales.

LX. TERTIUS ERROR HINCMMARI CONFVTATVR.

Tertius Hincmari error ille, quòd calumniosè interpretatur Gelasium dum ait, ipsum ostendisse epistolas decretales non solum sacris Canonibus in quibusdam aduersas, sed etiam sibi ipsi diuersas, dum dicit Gelasius, illas diuersis temporibus pro diuersorum consolatione datas. At calumnia ista confutatione non indigens, planè redarguit ipsum suum auctorem Hincmarum, dum nihil est, quod ex Gelasij verbis quouis modo interpretatis quidquam huiusmodi deduci possit. Numquid enim, quia illæ diuersis sunt temporibus datæ pro diuersis occasionibus: mox necesse sit dicere aduersas esse Canonibus, licet ostenderentur inter se esse diuersæ? Sed audi quid ipse inferius, cum hac ipsa sententia totam claudit Hincmarus orationem, adiiciat: Et hæc dico, non ut in eis dicam, quædam non esse bona, sed non per omnia sacris Canonibus, Patrumque Conciliis consona. Sicut & Apostolus dicit: Lex quidem bona & sancta, & mandatum sanctum & iustum & bonum, sed in temporibus suis.] ista ipse, in illud ipsum relabens, ut velit, decretales epistolas pro tempore editas, pro tempore tantum validas. sed hæc sunt confutata superius. Quas enim ipsi voluere Pontifices suas decretales epistolas robur perpetuè obtinere, certum est in Ecclesia perpetuo vigore nitescere; quas autem edidere, non ut sancirent legem, sed ut exposcente causa dispensarent in lege, eas ipsi proculdubio noluerunt esse perpetuas, nec dici leges, sed dispensationes, quæ tamen non abrogent leges, sed dispensent in eis ad tempus; illud semper cauentes, ne sancitis legibus leges contrarias edant, secundum illud Apostoli: a Si quæ destruxit, hæc ædifico: præuaricatore me constituo.] neque quid contra fidem & bonos mores vel minimum quidem quauis occasione præsumant, scientes aduersus huiusmodi non esse legem, eodem Apostolo ita dicente: b Non enim possumus aliquid aduersus veritatem, sed pro veritate.] At de erroribus Hincmari hætenus: qui sanè ista delirans fuisset inter hæreticos recentendus atque schismaticos, nisi sæpè suis scriptis reperiretur protestatus esse, nullo se pacto contra Romanam Ecclesiam aliquid sentire velle, nec pati villo pacto ab eadem separari, ut suis locis superius est demonstratum.

a Gal. 2. b 2. Cor. 13.

LXI. DICTA SS. PATRVM MALE VSURPATA AB HINCMMARO.

c Hieron. epist. 85.

Posthæc autem ex eodem Hincmaro multa Gerbertus ingerit, sanctorum Patrum abutente auctoritate, nempe Augustini primum, dum ille agit de litterarum Episcoporum auctoritate, cum non de Romani Pontificis litteris decretalibus ipse tunc agat; tunc cum citat Hieronymi sententiam in excusationem, ad postremum hæc dicens: Et ne quis nos in inuidiam adducat, quasi priuilegiis Romanæ Ecclesiæ derogantes, audiat Hieronymum dicentem: Si auctoritas queritur, orbis maior est Vrbe.] At nihil improprius. Non enim ipse sanctus Hieronymus c ea epistola ad Euagrium agit de alio decreto Romani Pontificis abrogando, sed de abusu qui irrepperat, cum diaconi aduersus totius Catholicæ Ecclesiæ consuetudinem in presbyteros plus iuris sibi vendicarent, quàm par esset. At quis neget in Vrbe Roma in tanta omnium Gentium confluentium multitudine semper posse prauum aliquid in moribus latenter irrepere, quod sit falce Apostolica succidendum? Ceterum cum casus accidit, ut quid de sacris dogmatibus à Romano Pontifice fuerit statuendum, illudque ipsum decretalibus suis litteris promulgandum: tunc planè tantæ Sedis auctoritate, toto orbe Vrbe esse maiorem inuentam. Cuius rei tanti momenti exempla si quæras, consule, quæ dicta sunt superius tomò secundo Annalium in Stephano Papa & martyre, in famosissima controuersia illa de baptisinate hæreticorum.

Posthæc

CHRISTI 992.

IOANNIS XV. PAP. 8.

OTTONIS III. REG. 9. BASIL. ET CONST. IMPP. 17.

A Posthæc Gerbertus ad causam Arnulphi recurrit, quem vult iuste in Synodo Rhenensi esse depositum, iniuste verò per Romanam Ecclesiam restitutum. aduersus quam latrans, hac apostrophe claudit epistolam: Sed vna salus hominis, ô Christe, tu es: ipsa Roma omnium Ecclesiarum hætenus habita mater, bonis maledicere, malis benedicere fertur, & quibus nec Aue dicendum est, communicare; tuamque legem zelantes damnare, abutens ligandi & soluendi potestate à te accepta, cum apud te non sententia sacerdotum, sed reorum vita queratur, nec possit hominis esse impium iustificare, iustumque damnare.] ista Gerbertus, cui satis obicere non vnus tantum Ioannis Papæ sententiam, sed omnium illorum Francorum Episcoporum, qui duabus Synodis posthæc celebratis interfuerunt, quibus & Reges pariter consenserunt. sed & ipsa relata in publica monumenta disputatio illa, quam cum ipso Gerberto in vltimo Rhenensi Concilio Leo Abbas ab Apostolica Sede Legatus missus habuit, quàm ipsum redarguerit, & penitus confutarit, qui ad Aimoinum Auctarium adiecit, ostendit. quæ si extaret, & à Nouatoribus ista cariosa prodentibus bona fide edita esset, non adeò nobis in his laborandum fuisset. Sed quæ sunt anni huius iam reliqua prosequamur.

LXII. DE GERBERTI APOSTROPHE.

Hoc eodem anno magnus ille Osualdus Vuigorniensis in Anglia Episcopus ex hac vita migravit in cælum, ubi sedisset annis triginta, quippe qui creatus fuit Episcopus anno Christi nongentesimo sexagesimosecundo. cuius cum vita fuerit admiranda, obitus quoque talis exiit, qui dignè Annalibus intextatur. eiusmodi enim fuit: Die quadam (ait fidelissimus scriptor a vitæ illius) egressus cum suis ex Oratorio, sub diuo stans, in cælum intentissimè oculorum aciem defixit, Christum quem suspirabat, pio corde & ore attentius orans. Nec verò oculos, ut sit, citò retraxit, sed perinde ac si noui quidpiam cum summa animi voluptate contempleretur, diutissimè in eo quod intuebatur, defixus fuit: rogatus equidnam videret, ita respondit: Contemplor id quòd tendo, idque crastino die, etiam me tacente, res ipsa vobis declarabit. Æterna namque beatitudo, cuius causa in terris lucusque laboravi, nunc instat. Nec antè crastina occumbet lux, quàm me in eam Dominus meus, sicuti est pollicitus, introducat. Reuersusque in Oratorium, conuocatis fratribus, hortatur eos, ut impendant ipsi ministerium sacræ vnctionis cum viatico Dominici corporis. Nocte sequente oblitus aduersæ valetudinis suæ in templum se contulit, Officium diuinum expleuit, & reliqua noctis spatia in Dei laudibus expendit. Manè solito more linteo præcinctus, pedes pauperum lauit, atque extergens, quindecim Psalmis, quos in illo ministerio dicere solebat, persolutis, subiunxit G L O R I A P A T R I ET FILIO. Cumque pauperes pro more gratias agentes surgerent, ille autem diceret S P I R I T V SANCTO, ante illorum pedes in manus Christi spiritum reddidit. Cum autem corpus eius ad Ecclesiam quam construxerat deferretur, niuea columba è cælo descendens, expansis alis, lento volatu illud protegere visa est. Ignea quoque sphaera cælitus lapsa super feretrum apparuit, depositoque ante altare sacro corpore, visio illa tamquam locum sepulturæ eius designatura ad australem Ecclesiæ plagam iuxta altare diuertit, sicque ab oculis intuentium subducta est, &c.] secuta sunt ista admiranda signa, quibusque virum sanctissimum cum Christo in cælo regnare, quàm certissimè docuere. At hæc ad institutum satis.

LXIII. S. OSVALDVS EPISC. VVIGORNENSIS MIGRAT IN CÆLVM. a Extat apud Sur. die 15. Off. cap. 15. tom. 5.

E IESV CHRISTI IOANNIS XV. PAP. OTTONIS III. REG. 10. ANNVS 993. ANNVS 9. BASIL. ET CONST. IMPP. 18.

SECVITVR Redemptoris annus nongentesimus nonagesimustertius, Indictione Sexta, quo à Ioanne Papa relatus est in numerum Sanctorum Vdalricus Augustanus Episcopus, de quo plura superius dicta sunt. extant ipsa Acta in diplomate eiusdem Pontificis ea in re confecto Romæ in synodali conuentu, à nostro Velfero in lucem vendicata, quæ sic se habent:

I. SYNODVS ROMANA IN CANONIZATIONE SVDALRICI. II.

Ioannes Episcopus seruus seruorum Dei omnibus Archiepiscopis, Episcopis & Abbatibus

CHRISTI
992.IOANNIS XV. PAP.
8.OTTONIS III. REG. 9.
BASILET CONST. IMPP. 17.

tibus in Gallia & Germania commorantibus salutem in Domino, ac Apostolicam benedictionem.] Ita inscriptio Actis imposta, quæ sequuntur:

Cum conuentus esset factus in palatio Lateranensi pridie Kalendas Februarias, residente Ioanne sanctissimo Papa cum Episcopis & presbyteris, astantibus diaconibus, & cuncto Clero, surgens reuerendissimus Luitolphus Augustæ Episcopus inquit: Domine sanctissime Præsul, si vobis placet, & omnibus Episcopis & presbyteris hic residentibus, libellus quem præ manibus habeo, coram vobis legatur de vita & miraculis venerabilis Vdalrici sanctæ Augustanæ Ecclesiæ dudum Episcopi, & quid libitum vobis fuerit decernatur. Quia Spiritus sancti testatur præsentia & congregatio sacerdotum, certum esse quod legimus, quia nec potest Veritas nostra mentiri, cuius in Euangelio ista est sententia: ^a Vbi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi & ego sum in medio eorum. Quod cum ita sit, nec huic tam breui numero Spiritus sanctus deest: quanto magis eum nunc interesse credamus, quando in vnum conuenit turba sanctorum: sanctum namque est pro debita veneratione collegium.

^a Matt. 18.III.
DECRETVM
IOAN. PAP.

Cumque perfecta esset vita prædicti sanctissimi Episcopi: ventum est ad miracula, quæ siue in corpore, siue extra corpus gesta sunt, videlicet, cæcos illuminasse, dæmones ab obsessis corporibus effugasse, paralyticos curasse, & quamplurima alia signa gessisse, quæ nequaquam calamo & atramento illustrata sunt.

Quæ omnia lepida satis vrbanitate expolita recepimus: & communi consilio decreuimus, memoriam illius, id est sancti Vdalrici Episcopi, affectu piissimo & deuotione fidelissima venerandam: quoniam sic adoramus & colimus reliquias Martyrum & Confessorum, vt eum, cuius Martyres & Confessores sunt, adoremus: honoramus seruos, vt honor redundet in Dominum, qui dixit: ^b Qui vos recipit, me recipit. Ac proinde nos qui fiduciam nostræ iustitiæ non habemus, illorum precibus & meritis apud clementissimum Deum iugiter adiuuemur, quia diuina saluberrima præcepta, & sanctorum Canonum ac venerabilium Patrum instabant efficaciter documenta omnium Ecclesiarum pio considerationis intuitu, immò Apostolici moderaminis annisu, vtilitatum commoditatem, atque firmitatis perficere integritatem, quatenus memoria Vdalrici iam præfati venerabilis Episcopi, diuino cultui dicata existat, & in laudibus Dei deuotissime persoluendis semper valeat proficere. Si quis interea (quod non credimus) temerario ausu contra ea quæ hac nostra auctoritate piè ac firmiter per hoc priuilegium constituta sunt, contraire tentauerit, vel hæc quæ à nobis in laudem Dei, & pro reuerentia iam dicti Episcopi statuta sunt, refragari, aut in quoquam transgredi: sciat se auctoritate beati Petri principis Apostolorum, cuius vel immeriti vices agimus, anathematis vinculo innodatum. At verò qui pio intuitu obseruator extiterit, benedictionis gratiam à misericordissimo Domino Deo nostro multipliciter consequatur, & æternæ vitæ particeps efficiatur. Scriptum est per manum Stephani Notarij Regionarij & Scriuarij sanctæ Romanæ Ecclesiæ in mense Februario, Indictione sexta, anno nongentesimo nonagesimo tertio.

^b Matt. 10.

IV.

Ego Ioannes sanctæ Romanæ Catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ Episcopus huic decreto à nobis promulgato consensi & subscripsi.

Ioannes Episcopus sanctæ Anagninæ Ecclesiæ consensi.

Benedictus Episcopus sanctæ Pipernenfis Ecclesiæ consensi.

Dominicus Episcopus sanctæ Ferentinæ Ecclesiæ consensi.

Crescentius Episcopus sanctæ Siluæ candidæ Ecclesiæ consensi.

Anniso Episcopus sanctæ Cerenfis Ecclesiæ consensi.

Bonizo Archipresbyter & Cardinalis sanctæ Lucie consensi.

Benedictus presbyter & Cardinalis sancti Stephani consensi.

Leo presbyter & Cardinalis sancti Nerei consensi.

Ioannes presbyter & Cardinalis sancti Damasi consensi.

Leo presbyter & Cardinalis sancti Sixti consensi.

Ioannes presbyter & Cardinalis sanctorum Apostolorum consensi.

Ioannes presbyter & Cardinalis sanctorum quatuor Coronatorum consensi.

Ioannes presbyter & Cardinalis sancti Clementis consensi.

Crescentius presbyter & Cardinalis sancti Callisti consensi.

E

Bene-

CHRISTI
993.IOANNIS XV. PAP.
9.OTTONIS III. REG. 10.
BASILE ET CONST. IMPP. 18.

A Benedictus Archidiaconus.

Ioannes diaconus & oblationarius.

Benedictus diaconus.

Ioannes diaconus. Hi omnes consenserunt & subscripserunt.

Data tertio * Kalendas Februarij per manum Ioannis Episcopi sanctæ Nepefinæ Ecclesiæ & Bibliothecarij sanctæ Sedis Apostolicæ, anno Pontificatus domini nostri Ioannis sanctissimi XV. Papæ octauo, mense dicto & Indictione sexta.] Ita planè hoc anno octauus annus Ioannis Papæ absoluitur, & nonus inchoatur. Sic igitur solemnni ritu relato in album Sanctorum sancto Vdalrico, eius dies natalis publicè cœpta coli, quod non nisi Dei voluntate peractum euident illud miraculum comprobauit, quod inter alia multa post vitam ipsius descripta, sic legitur: ^a

V.
Nonas^a Miracul.
S. Vdalrici
cap. 27.

B Quidam verò homo iuxta Danubium, cum cunctus populus sua sponte natalitium S. Vdalrici solemniter celebraret, scœnum cum rastellis congregauit in cumulos, diem sanctum spernendo. qui cum altera die cum plaustris veniret, vt hoc in scœnarium suum duceret, exterius formosum inuenit, cum autem bidenti ligno interiùs tangeret, totum in fauillas immutatum inuenit, & diem sanctum quem antea celebrare non voluit, postea præ timore contemnere non audebat.] hæc ibi, & alia multa sanctitatem viri sanctissimi declarantia miracula subicit, quæ breuitatis causa omittimus.

VI.

Non est autem prætermittendum, canonizationis Sanctorum vsum hoc tempore in Ecclesiâ frequentem reperiri. Nam Petrus Damiani in epistola ad Henricum Rauennatem Episcopum hæc ^b habet de pluribus, qui tunc florere, sanctis Episcopis: Nostra quippe ætate, inquit, beati viri, videlicet Romualdus Camerinensis, Amicus Ranibonensis, Guido

VII.

^b Pet. Dam.
epi. 6. c. 29.

C Pompeianus, Firmanus Firmensis, & quamplures alij sanctæ conuersationis studio floruerunt, super quorum videlicet veneranda cadauera ex sacerdotalis Concilij auctoritate sacra sunt altaria erecta, vbi nimirum diuina mysteria, miraculis exigentibus offeruntur.] & paulò post meminit de beato Arduino presbytero his temporibus miraculis claro. Concedere autem licentiam ex synodali decreto, vt supra corpus defuncti erigeretur altare, hoc ipsum erat inter Sanctos annuere, vt anniuersaria memoria de eis agi posset, quod idem narrat de sancto Romualdo Rauennate in fine vitæ ipsius. Quod rursum ad S. Vdalricum in album Sanctorum pontificia auctoritate relatum pertinet, hæc ad postremum perbreuem subiiciemus epistolam Gregorij ^c Papæ Septimi, qua humili voto petenti Patriarchæ Aquileiensi concedit, vt in die natalis sancti Vdalrici, & sanctæ Afræ eiusdem Augustanæ Ecclesiæ patronæ pallio vti posset, vt innotescat quàm celebris esset cultus eiusdem Sancti. sic enim se habet:

^c Greg. lib. 6.
ep. 38.

D Gregorius Episcopus seruus seruorum Dei Henrico charissimo in Christo fratri, & Coepiscopo Aquileiensi salutem & Apostolicam benedictionem.

VIII.

Tuæ dilectio fraternitatis per Legatum suum humiliter exorauit, quatenus sibi prater eas solemnitates, quæ in priuilegio Ecclesiæ vestræ continentur, in beati Vdalrici Confessoris Christi atque pontificis, sed & in beatæ Afræ martyris festiuitatibus vsum pallij concederemus. Cuius Ecclesiastici honoris excellentia, sicut prauis & inobediens iustè denegatur, ita bonis & honestate præditis Apostolica moderatione pro meritis quandoque supereroganda fore videtur. Proinde quia te sinceræ dilectionis erga nos affectum habere confidimus, quia Legatos nostros, Albanensem videlicet Episcopum & Paduensem benignè tractasse, & fideliter (sicut oportuit) adiuuissè dignosceris, postremò quia pro componenda pace multum desudasse probaris, petitionem tuam libenter accepimus. Huius igitur tibi præcepti auctoritate concedimus, vt in solemnibus beati Vdalrici Confessoris atque pontificis, & beatæ Afræ martyris in Missarum celebritate pallio vtendi licentiam habeas. quod tamen tibi in tua vita, non loco tuo concessum esse cognoscas. Datum Romæ decimosexto Kal. Iulij, Indictione secunda.]

PALLIVSVS
IN DIE
S. VDALRICI.

E

Hoc eodem anno (vt Glaber Rodolphus est auctor) cum admirandæ flammarum eruptiones è monte Vesuuio contigissent, crebra quoque per diuersas prouincias ciuitatum incendia prodigiosaque contigere: cum & Romana conflagrante Vrbe, basilica Vaticana incendi cœpta diuinitus est liberata. Sed audi Glabrum ipsum huius temporis scriptorem: Contigit, inquit, interea panè vniuersas Italiæ & Galliæ ciuitates ignium incendiis

IX.

Annal. Eccl. Tom. 10.

E e e

cendiis

cendiis deustari, ipsamq; Urbem Romanam ex parte maxima igne cremari. quod dum fieret, B. Petri Ecclesie tigna idem ignis arripuit, cepitq; sub aereo tabulatu consumendo lambere ligna: quod cernens vniuersa hominum multitudo quae aderat, nullam omnino compescendae cladis artem reperiens, conuersi vnanimis voce clamantes terribili, ad ipsius Apostolorum Principis cucurrere Confessionem, eum imprecantes, si non peruigil propriae foret ad praesens defensor Ecclesiae, multos in orbe terrarum a suae Fidei professione decedere. Statim vero vorax flamma abiegnas deferens trabes disparuit.] haec Glaber septimo ante millesimum anno.

X. Quo etiam anno (vt mox subiicit) sanctus Maiolus Abbas Cluniacensis admirandae sanctitatis vir ex hac vita migravit. testatur hoc ipsum Sigebertus in Chronico, & alij plerique. contigit autem tunc, cum idem sanctus a Maiolus vocatus esset ab Hugone Rege Francorum Parisios, qua autem occasione, b Odilo eius successor sic narrat: Hugo quoque Gallorum Rex, quoties illum vidit, humiliter ac deuote suscepit eum, & valde honorifice tractauit, idemque quodam tempore rogauit eum, vt ad ipsum veniret, idque eo animo vt sancti Dionysij monasterium eius consilio & ope rectius posset constitui. non recusauit vir sanctus, iterque laetus suscepit, regiae obsecundans voluntati: sed cum Siluiniacum peruenisset, Deo vocante plenus dierum & sanctitatis ex hac vita migravit quinto Idus Maij, sexta feria illucescente post sacratissimam solemnitatem qua Christus ascendit in caelum, & fideli seruo suo Maiolo post se scandendi viam ostendit.] haec ipse, qui plurima narrat quibus egregia viri sanctitas innotescit, sed & crebra miracula ad sepulchrum eius fieri solita, re vera in caelum scandisse monstrarunt. in locum autem eius communi consensu Cluniacensium monachorum subrogatus est idem qui supra S. Odilo eius discipulus, quem idem Sanctus viuens successorem sibi delegerat. tenuit eius regimen annos quinquaginta sex, vt Petrus Damiani testatur, qui vitam eius conscripsit. Sed de Odilone alia.

a Sigebertus in Chron.
b Extat apud Sur. die 2. Maij, tom. 3.

ORITVS MAIOLI ABBA-
TIS CLVNIACENSIS.

IESV CHRISTI IOANNIS XV. PAP. OTTONIS III. REG. II.
ANNVS ANNVS BASIL. ET CONST. IMPP. 19.
994. 10.

I. SEQUITVR annus nongentesimus nonagesimusquartus, Indictione septima, quo Hugo Rex Francorum legationem iterum misit ad Ioannem Pontificem: quem cum alia ad eum antea missa minime placare valuisset, praesenti iterata, inuitat eum in Gallias ad componendas discordias Rhemensis Ecclesiae. Cum enim audisset idem Hugo ipsum Pontificem vehementer esse commotum ob eiectionem & carcerem Arnulphi Rhemensis Episcopi, quod legatione & litteris synodalibus, vt dictum est, significauerat; eum vt placaret, legationem hanc adiecit, atque ad ipsum has litteras dedit:

II. Hugo Rex Papae Ioanni. Beatitudini vestrae ego & Episcopi mei per Ioannem Archidiaconum Rhemensis Ecclesiae scripta direximus, in quibus Arnulphi rationes vobis explanauimus. Sed nunc obsecrando superaddimus, vt mihi meisque iusta decernatis, nec dubia pro certis recipiatis. Nihil nos contra Apostolatam vestrum gessisse scimus: quod si absentibus non satis creditis, praesentes de praesentibus vera cognoscite. Gratianopolis ciuitas in confinio Italiae & Galliae sita est, ad quam Romani Pontifices Francorum Regibus occurrere soliti fuerunt. hoc si vobis placet iterare, possibile est. At si nos & nostra inuisere libet, summo cum honore descendente de Alpibus excipiemus: morantem ac redeuntem debitis obsequiis prosequemur. hoc ex integro affectu dicimus, vt intelligatis & cognoscatis, nos & nostros vestra nolle declinare iudicia. Petimus itaque vt Ioannis Archidiaconi legationem benignè suscipiatis; & dum quod petit, obtinuerit, nos in suo aduentu efficiat laetos, & in vestro obsequio feruentissimos.] haecenus noui Regis Francorum ad Pontificem Romanum epistola, qua erga Apostolicam Sedem consuectam Francorum Regum propensionem significat, cuius se suosque iudicio subiicit, quod non

c Apud Maso. lib. 3. An. Franc. HVGONIS REGIS FRANC. LITTERAE AD IOANNEM PAP.

A non solum verbis, sed rebus praestitit, passus quaecumque in causa Arnulphi fuissent synodalia decreta definita, irrita ab eo reddi atque penitus aboleri, vt ea quae anno sequenti dicentur, ostendunt.

His acceptis Ioannes Papa a Rege Francorum litteris, quid rescripserit, ignoratur: III. certum tamen est, ipsum in Gallias non esse profectum, misisse autem anno sequenti Legatum delectum ad munus, virum sanctissimum Abbatem monasterij sancti Bonifacij in Vrbe Leonem nomine. quae autem per eum gesta sint, anno sequenti suo loco dicetur.

IESV CHRISTI IOANNIS XV. PAP. OTTONIS III. REG. 12.
B ANNVS ANNVS BASIL. ET CONST. IMPP. 20.
995. 11.

A NNVS sequitur Redemptoris nongentesimus nonagesimusquintus, Indictione I. octaua, quo a Ioanne Papa misso Legato Leone Abbate in Gallias, duabus habitis Synodis restituit Arnulphum Rhemensis Episcopus in sedem suam. quomodo autem ista se habuerint, ex auctoribus illius temporis, quod explorator veritas habeatur, petenda sunt, atque primum ex scriptis Gerberti, qui eam ex ipsis historiis texuit a Papirius Maso, ipsique immerito fauet, haec ait: Ioannes Papa in Galliam non venit, ac illi satis fuit Legatum mittere Leonem Romae in monasterio sancti Bonifacij Abbatem, a quo Synodus Mosomi habita est, anno nongentesimo nonagesimoquinto, Indictione C octaua, quarto Nonas Iunij. Mosomum est oppidum Belgicae Rhemensis Metropoli subiectum, hodieque priscum nomen retinens. Gerbertus, qui exauctorato Arnulpho susceptus in eius locum fuerat, patientissime auditus est. Inter cetera dixit, Arnulphum conuentum & commonitum litteris a Legatis Episcoporum Galliae, vt a coepto furore desisteret; & si valeret, quoquo modo se a prodicionis scelere purgaret: dum monita salubria contempserit, habitum esse tamquam publicanum, exclusumque a Rhemensis Ecclesia, sibi vero reluctanti onus sacerdotij sub diuini nominis obtestatione impositum. Cum orationem suam Leoni scriptam porrexisset, ipse Leo aliam Synodum Kalend. Iulij Rhemis habendam denuntiat. Interim monachum suum idem Legatus ad Reges Francorum duci iubet, & per Episcopos Gerberto mandat, vt a diuino Officio vsque ad denuntiatam Synodum abstineat.] hucusque ipse. extat autem ipsa oratio apologetica in hac Synodo a Gerberto habita, quae sic se habet:

Oratio Gerberti Archiepiscopi habita in Concilio Mosomensi. II. Semper quidem, reuerendissimi Patres, hunc diem praeculis habui, spe ac voto ad eum intendi, ex quo a fratribus meis admonitus, onus hoc sacerdotij non sine periculo capitis mei subij. Tanta erat apud me pereuntis populi salus, tanta vestra auctoritas, qua me tutum fore existimabam. Recordabar praeteritorum beneficiorum, dulcis atque affabilitatis vestrae, qua praestantium saepenumero cum multa laude vsus fueram. Cum ecce subito contrarius rumor vos offensos inuauat, vitioque dare, quod magna paratum virtute inter alios constabat. Horruui, fateor, & quos antea formidabam gladios, praec indignatione vestra posthabui. Nunc quia propitia diuinitas coram tulit, quibus salutem meam semper commisi, pauca super innocentia mea referam, & quoniam consilio vrbi Rhemorum praelatus sum, edisseram.

E Ego quidem post obitum diui Ottonis Aug. cum statuissem non discedere a clientela patris mei Adalberonis: ab eodem ignorans ad sacerdotium praeelectus sum. Atque in eius discessu a dominum, coram illustribus viris futurus sum pastor Ecclesiae designatus, sed simoniaca haeresis in petra soliditate me stantem inueniens, repulit, Arnulphum praetulit. Cui autem plusquam oportuit, fidele obsequium exhibui, donec eum per multos & per me apostatatae palam intelligens, dato repudij libello, cum omnibus suis apostaticis dereliqui, non spe, non pactione capeffendi eius honoris, vt mei æmuli dicunt, sed montrosi operibus diaboli virtutis in effigie hominis latitantis, non idem inquam illum dereliqui, sed ne illud propheticum incurrerem: b Impio praebes b 2. Paral. Annal. Eccl. Tom. 10. Eccc 2 auxi-19.

SYNODVS MOSOMI HABITA.

GERBERTI ORATIO SYNODALIS.

CHRISTI
995.IOANNIS XV. PAP.
II.OTTONIS III. REG. 12.
BAS. IL. ET CONST. IMPP. 20.

auxilium, & his qui oderunt me amicitia iungeris, & idcirco quidem iram Domini mereberis. Deinde sanctionibus Ecclesiasticis per longa temporum spatia in eum peractis, legeque peremptoria consummata, cum nihil aliud restaret, iudicaria potestate Principis coercetur, & tamquam seditiosus sed & rebellis à principali cathedra remouetur lege Africani Concilij.

IV. Iterum à fratribus meis & Regni primoribus conuentus & commonitus sum, vt excluso apostata, curam discissi & dilaniati susciperem populi. quod quidem diu distuli, & postea non satis sponte acquieui quoniam quæ tormentorum genera me comitantur, omnimodis intellexi. hæc est viarum mearum simplicitas, hæc innocentie puritas, & coram Domino & vobis sacerdotibus in his omnibus munda conscientia. Sed ecce ex aduerso calumniator vocum nouitatibus, vt maior fiat inuidia, delectus obloquitur: Dominum tuum tradidisti, carceri mancipasti, sponsam eius rapuisti, sedem peruasisti. Itane ego dominum tradidi, cuius numquam fueram seruus, cui etiam nullum sacramenti genus vnquam præstitissem? Sed si illi ad tempus famulatus sum, fecit hoc imperium patris mei Adalberonis, qui me in Rhemenſi Ecclesia commorari præcepit, quoad vsque pontificis mei sacrati mores actusque dignoscerem. Quod dum operior, hostium præda factus sum; & quæ vestra munificentia, magnorumque Ducum largitas clara & præcipua contulerat, violenta prædonum manus abstulit, meque nudum præne gladios euasisse doluit. Denique postquam illum apostatam dereliqui, vias & itinera illius non obseruavi, nec quolibet modo ei communicavi: quomodo ergo eum tradidi, qui vbi tunc temporis fuit, nesciui? Sed neque eum carceri mancipavi, qui nec nuper sub præsentia filiorum testium conueni, vt propter me nec admonitum vlla detineretur custodia.

*fidelium

V. Si enim auctoritas vestra pro me staret, tantum Arnulphus vilesceret, vt mihi obesse minimum valeret. Quod si contraria (quod absit) sententia vestra decerneret, quid mea interesset, vtrum Arnulphus an alius Rhemorum constitueretur Episcopus? Iam de rapta sponsa, sedeque peruasata, quod dicitur, ridiculum est. Dico enim primum, numquam illius fuisse sponsam, quam pro legitima donatione spiritualis doris, collatis antè beneficiis expoliavit, proscidit, dilaniavit. Hæc dum sacerdotali insignitus erat . . . & iam omnia quæ notata sponsa fuisse videbantur, satellites Simonis vastauerant. Dico etiam si concedatur, quolibet modo illius sponsam fuisse: vtrique esse desit, postquam eam pollutam & violatam, & (vt ita dicam) adulteratam suis prædonibus prostituit. Non igitur eam aut quam non habuit, vel quam suo scelere perdidit, illius sponsam rapui. Sedem autem multitudine populorum refertam aduena & peregrinus, nullius fretus opibus, persuadere qui potui? Sed fortè Apostolica Sedes nobis opponitur, tamquam ea inconsulta, summum hoc negotium discussum sit vel ignorantia vel contumacia. Certè nihil actum est, vel agendum fuit, quod Apostolicæ Sedi relatum non fuerit, eiusque per xviii. menses expectata sententia. Sed dum ab hominibus consilium non capitur, ad Filij Dei supereminens eloquium recurritur: ^a Si oculus, inquit, tuus scandalizat te, erue eum, & proiice illum abs te. Et fratrem peccantem coram testibus, coram Ecclesia commonitum & non obtemperantem, decernit ^b habendum tamquam ethnicum & publicanum. Conuentus ergo Arnulphus, & commonitus litteris & Legatis Episcoporum Galliarum, vt à cæpro furore desisteret, & si valeret, se quodammodo additionis scelere purgaret: dum monita salubria contemnit, habitus est tamquam ethnicus & publicanus. Nec tamen idcirco diiudicatur vt ethnicus & publicanus, ob Sedis Apostolicæ reuerentiam, sacrique sacerdotij priuilegia, sed à seipso in seipsum sententia damnationis prolata, hoc solum in omni vita sua prædicare egisse, iudicatum est; quia nimirum si eum, ipso damnante Episcopi absoluerent, poenam sceleris eius incurrerent. Si, inquit magnus Leo Papa, omnes sacerdotes & mundus assentiat damnandis, damnatio consentientes inuoluit, non præuaricationem consensus absoluit. Hoc enim Deus omnium iudicauit, qui peccantem mundum generali diluio interemit. & Papa Gelasius; Ergo, inquit, qui semel est cum suo auctore damnatus, * impartite quolibet prauæ communionis effectu execrationem sui gestat & poenam.

*

VI. Excluso itaque illo ab Rhemenſi Ecclesia, mihi reluctanti, multumque ea quæ passus sum

CHRISTI
995.IOANNIS XV. PAP.
II.OTTONIS III. REG. 12.
BAS. IL. ET CONST. IMPP. 20.

A sum & patior formidanti à fratribus meis Galliarum Episcopis hoc onus sacerdotij sub diuini nominis obestatione impositum est. Quod si fortè quidpiam à suis legibus deuiatum est: non id malitia, sed temporis importauit necessitas. alioquin tempore hostili, omne ius, omneque licitum cauere, quid est aliud quam patriam perdere, & necem inferre? Silent equidem leges inter arma, quibus ille Otto feralis bestia ita hoc tempore abusus est, vt reuerendissimos sacerdotes Dei quasi vilia mancipia manciparet, nec ab ipsis sacris altaribus temperaret, commeatus publicos intercluderet.

*Odo

Redeo ad me, reuerendissimi fratres, cui specialiter ob salutem pereuntis populi, totiusque Reipublicæ curam, mors furibunda cum suis incubuit copiis. Hinc dira egestas, horrea & apothecas armata manus sibi vendicat. illic foris gladius, intus pavor dies ac noctes reddiderunt insomnes. Sola vestra auctoritas, vt tantorum malorum leuamen fieret, expectata est, quæ tantam vim habere creditur, vt non solum Rhemenſi, sed etiam omni Ecclesiæ Gallorum desolatæ, & præne ad nihilum redactæ subsidio esse valeat, quam diuinitate propitia expectamus, & vt fiat, omnes in commune oramus.] ita Gerbertus perorauit, appellans Gallorum Episcopos, vt non obscure apparet, aduersus sibi aduersantem & per Leonem Legatum virgentem Apostolicam Sedem. At quàm mala fide gestum est, vt omnia quæ scripserit atque dixerit pro se Gerbertus, sint edita à Nouatoribus, quæ autem contra ipsum obiecta, sint sepulta silentio. Cur non edita pariter, quæ contra ipsum in eadem Synodo Leo Apostolicæ Sedis Legatus copiosissime disputauit, quæ inter Acta Rhemenſium Episcoporum fuisse recondita, idem qui supra apud ^a Aimoinum auctor affirmat. Nos verò eadem ipsa verbatim, quæ contra Apostolicam Sedem fuere per Gerbertum illata, & per Nouatores aduersus eandem edita, hinc descripsisse volumus, ne quid Lectorem prætereat; sed intelligat rem nos agere sincerè absque dolo & fallacia, vt pote qui certò scimus veritatis luce filios lucis gaudere fideles; tenebras verò, noctem, & latibula filios tenebrarum amare.

VII.

^a Aim. lib. 5. cap. 45.

Quæ autem sint ista secuta, etsi ipsa synodalia deficient Acta, satis tamen expressa, dilucidaque ex eius temporis scriptoribus remanere: nempe (vt audisti) Gerbertum patientissimè auditum esse, ipsumque eandem orationem quam dixit, scriptam Leoni Legato Sedis Apostolicæ porrexisse, à quo plenior fuit Synodus Rhemis indicta, vt vbi malè Arnulphus fuisset ab Episcopatus gradu depositus, & pessimè in eum eleuatus Gerbertus, ibidem iam in suam auctoritatem sacris legibus vindicatis, suo vigore pollentes sternerent, quem magis regia potentia quam Ecclesiastica iura in cathedram inuexissent, & restituerent quem præter ius fasque, virgente Rege & Episcopis illi fauentibus, se abdicare coëgissent.

VIII.

Sic igitur hoc eodem anno, cum summa diligentia vocati Episcopi ad proximè celebrandam Rhemis Synodum se contulissent, ibidem Kalend. Iulij, Episcopi qui Arnulphum sede sua deiecerunt, Rhemis sunt à Leone auditi. Dicebant in totius Regni discrimine nihil melius & vtilius fieri potuisse, quam vt tyranno excluso, vtilis populo & Regno pastor constitueretur.

IX.

SYNODVS
RHEMENSIS
SIS POSTERIOR.

Quod verò arguebantur, sine Sedis Apostolicæ auctoritate id factum, respondebant his verbis: Regij ac nostri Legati Romam profecti, & epistolas Pontifici porrexerunt, & ab eo indignè suscepti sunt. Sed, vt credimus (Gerbertus ista insinuat) quia Crescentio nulla munuscula obtulerunt, per triduum à Palatio seclusi, nullo accepto responso, redierunt. Quod peccatis nostris exigentibus prouenire non dubium est, vt Romana Ecclesia, quæ Mater & caput omnium Ecclesiarum est, per tyrannidem oppressa, omnia membra debilitentur.] Deinde nihil sine præsentia Legati Apostolicæ Sedis in causa Arnulphi factum esse, docuerunt his verbis: Certè Seguinus venerabilis vitæ Senonensium Archiepiscopus domini Papæ Ioannis vices per Gallias sibi creditas Romæ innouauit, & ita à latere Apostolici cum decreto priuilegij veniens, eius vices vsque ad præsens, omnium Episcoporum Galliarum consensu prosecutus est. In huius ergo præsentia Arnulphus seipsum sacerdotio exiit, atque iuxta decreta Apostolicorum virorum Zofimi, Leonis, atque Gregorij petitoris, & confessionis, seu ita placet dici, abdicationis accepto libello, sacerdotalia deposuit signa. pro qua re ad iudicium aduocamur, quasi innocentem oppresserimus. Nos verò illum non solum non oppressimus, sed etiam per decem & octo

X.

Annal. Eccl. Tom. 10.

Eccc 3

menses,

CHRISTI
995.IOANNIS XV. PAP.
II.OTTONIS III. REG. 12.
BASIL. ET CONST. IMPP. 20.

mens, bella, seditiones, Regni dissidia molientem tolerauimus.] hæc ex Gerberto, sed causam propriam agente. Verum aliter rem se habuisse de Seguino Archiepiscopo Senonensi, quæ superius sunt dicta declarant, nempe ipsum numquam consensisse aduersariis depositionem Arnulphi machinantibus.

XI. Sed videamus quæ ex Appendice ad ^a Aimoinum addita, superius cæpta recitari, sunt reliqua: Nuntiauit (inquit auctor) hæc omnia Præsuli Romano, qui valde indignatus super hoc facto, interdixit sacris omnibus Episcopis, qui Arnulphum deiecerant, & Gerbertum ordinauerant. Misit quoque Leonem Abbatem à Sede Apostolica ad dominum Seguinum Archiepiscopum vrbis Senonicæ, qui vice sua in vrbe Rhemeni Synodum congregaret: mandans illi, vt sine dilatione reuocaret de carcere Arnulphum, & degradaret Gerbertum. Collecto igitur Concilio iterum in vrbe Rhemeni, ex iussione Apostolica reuocatus est Arnulphus de custodia, & cum honore magno receptus in propria sede. Gerbertus autem intelligens quod iniuste pontificalem suscepisset dignitatem, pœnitentia ductus est. Altercationem verò Gerberti pontificis & Leonis Abbatis valde vtilem plenius inuenies in Gestis pontificum Rhemorum.] hucusque de his ibi. quæ ex legitimis Actis quæ citat sumpta videntur, & magis vera, quàm quæ ex epistolis Gerberti suam ipsius causam agentis, sunt prodita.

XII. Hic spectare licet, quanta coluerit obseruantia Hugo Rex Francorum Ioannem Pontificem, vt nulla habita ratione eorum quæ in Arnulphum Synodus decreuisset, neque (quod plurimum apud Reges etiam Christianos valere solet) iuris regnandi, vt obsequatur ipsi Romano Pontifici, in Ecclesiam Rhemensem restitui Arnulphum eductum de carcere patitur, quem semper vt germen Carolinæ regnantis hæcenus stirpis sibi aduersantem expertus esset. Est planè in hoc & illud amplius mirandum, quod hoc præsertim tempore tanti fecerit Hugo Romanum Pontificem, quando esset contemptui apud suos, & à Crescentio veluti vincetus, vel saltem obsessus (vt audisti) detineretur in palatio, vt non nisi quem Crescentius veller, aditum ad illum habere posset, & qui Romanæ contemnitur à tyranno, in Gallia aded colatur à Rege. Porro Gerbertus è throno Rhemeni depositus, ex hoc ipso furore percitus, relicto Hugone Francorum Rege, se totum addixit Ottoni, eundemque comitatus est in Italiam venientem. sed id anno sequenti, vt proximè dicturi sumus. At hic recitanda est eiusdem Gerberti epistola, quæ hoc ipso tempore esse scripta cognoscitur, nempe post adiudicatam à Leone Apostolicæ Sedis Legato Rhemensem sedem Arnulpho. Accepimus eam Parisiis missam à nostri amantissimo Nicolao Fabro, ex qua etiam colligitur eius testificatione, eundem Gerbertum post Leonis sententiam, ad Synodum prouocasse, cuius adhuc iudicium sibi expectandum esset. Ex eadem quoque intelliges, quibus se artibus insinualet Ottoni Imp. & Adelaidi Augg. socris Roberti Regis Francorum, cuius magister ipse fuisset. scripta est epistola ad Adelaidem Imperatricem, his verbis:

XIII. Dominæ & gloriose Adelaidi Reginæ semper Augustæ Gerbertus Dei gratia Rhemensis Episcopus * & omnibus suis Coepiscopis Rhemorum diocesanos benè valere in Christo. Epistola vestri nominis læta principia prætulit, monita salubria habuit, sed tristi sine conclusa. suauem quippe animi vestri affectum circa me ostendit: vt ad propriam sedem reditum maturam admonuit. Sed quid sibi voluit tam acerba conclusio? ita enim se habet: Cognoscite, quia si modò huiusce monita parumpendimus: vt emur nostrorum & rebus & consiliis absque crimine nostri. Me vrbi Rhemorum præsidente, quando non licuit, licet, & licebit vti & consiliis & rebus mihi commissis? An melius licuit, Arnulpho eam obtinente? Sed ille eam nobis dolo & fraude abstulit: ego contra multorum dolos & fraudes vobis eam multis vigiliis, multoque labore conseruaui. Mirum nimis est, vos vestrorum hostium non sentire insidias. Qui enim Arnulphum ad regni vestri confusio-nem restituere quærunt, nec sibi hoc tutum fore putant, nisi prius me qualibet occasione perdant. Quod multum verisimile esse, duplici capimus argumento: & quia & me Rhemis nuper posito, eum absoluere decreuistis, & quia Leo Romanus Abbas, vt absoluatur, obtinuit, ad confirmandum Senioris mei Roberti Regis coniugium, vt mihi à Rhemen-sibus per litteras significatum est. Accedit ad hoc discrimen sedes à præsentibus, certè à Gebuino peruausa. Infinitus credo villarum numerus erat, nec ad possidendum sufficere poterant Rhemen-ses, nisi ad colonias obtinendas inuitarentur Cataloneses. Quid ergo,

si Ar-

CHRISTI
995.IOANNIS XV. PAP.
II.OTTONIS III. REGIS 12.
BASIL. ET CONST. IMPR. 20.

A si Arnulphus absolendus est, vel si G. aut alius quilibet in mea sede inthronizandus est, reditum sine capitis mei periculo non est intelligere. Quod ita esse, si vos minùs, aduertere non debeo? Noui enim studia vestra omnibus mortalibus prædicanda. Noui animi vestri dulcissimos affectus circa me, quibus si respondere nequeo meritis, respondebo votis. Quocirca vt mea vobis minùs ingeram, dequæ me omnino taceam, quem diuina gratia periculorum imminuitate liberat, & in quantum ad me solum attinet, omni felicitate disponit, & conseruat: per terribile nomen omnipotentis Dei oro & deprecor, vt Rhemeni ecclesiæ desolata & attrita, si quolibet modo valetis, subueniatis. Quæ quoniam regni Francorum est caput, si deperierit, vt membra sequantur, necesse est. At quomodo non deperierit, quæ sub nomine duorum quasi inter malleum & incudem disposita, dum eorum neutrum rectorem approbat, velut inter vndas maris sine remige fluctuat? Quid porro fieri putatis, si tertius sine iudicio Ecclesiæ ad numerum accesserit? Neque verò hæc loquor quasi augur, aut diuinus. Memini etiam meos conspirasse non solum milites, sed etiam clericos, vt nemo mecum comederet, neque Sacris interesset. Taceo de vilitate atque contemptu, nihil dico de grauissimis iniuriis sæpè mihi à pluribus illatis: ad hæc vt redeam, prouocatis; & vt grauiora patiar, minas superaddit epistola. Quid diuina Maieestas, aded me infatuatum, & à te abalienatum putant, vt gladios minitantes non videam, & Ecclesiam tuam schismate confundam? Ego verò in proborum veritas acutè conspicio, & contra omnia schismata vnitatem Ecclesiæ, si sic decretum est, morte meâ defendo. Peto ergo, ô domina semper Augusta, item à fratribus meis, qui pro causa traditoris Arnulphi, siue iuste siue iniuste, sub anathemate positi sunt, vt me iudicium Ecclesiæ expectantem patienter ferant. Neque enim ecclesiam, quam Episcoporum iudicio regendam accepi, sine Episcoporum iudicio relinquere volo. Nec rursus contra Episcoporum iudiciû, vbi maior auctoritas adsit, eam quasi per vim retinere dispono. Quæ iudicia dum expecto, exiliû quod à multis felix putatur, non sine multo dolore tolero. Occurrit enim Senioris mei Regis Roberti clara facies, lætus aspectus, vñtata colloquia, sermones vestri sapientia & grauitate pleni, rum Principum & Episcoporum grata affabilitas: quæ dum mihi eripiuntur, ipsa quodam modò vita onerosa. Sola mihi solatio est clarissimi Cæsaris Ottonis pietas, beneuolentia, liberalitas, qui tanto amore vos vestraq; diligit, vt dies noctesque mecum sermonem conserat, vbi & quando vos familiariter videre possit, coequi sibi & studiis consimilem Seniorum meum Robertum alloqui & amplexari. Si ergo Romanum iter, quod causa plurium Synodi me detinet, hoc tempore ibi lapsum fuerit: circa Nouëbris Kalendas me expectabitis, & harum rerum interpretem fidissimum, & per omnia vobis obedientem.] hucusque Gerberti epistola, in Italiam cû Ottonem iter meditantis, ille quidè, vt à Ioanne Papa Imperij coronam acciperet. Porro ex ipsis synodalibus Actis, & scriptis epistolis ab huius temporis scriptoribus, liquidè constat Ioannem Pontificem eum nominis Decimum quintum, hoc anno adhuc fuisse perititem: ex quibus redarguas eos qui ante biennium decessisse tradunt. sed reliquas anni huius res gestas videamus.

XIV. Qui autem in hoc mundo vlciscens Dominus fecit ^a semitam iræ suæ, relinquens diuinæ vindictæ vbiq; impressa vestigia mortalibus intuentia, quo iidem caueant, ne peccando in se prouocent iram eius, qua cogantur vltorem Dominum experiri: idem in fine anni huius memorandum exercuit iudicium contra quemdam voluptuosum Casinensem Abbatem Mansonem nomine, atque aduersus eum, qui ipsum, vt inuaderet sancti Benedicti hereditatem, excæcandum curauit. Quod igitur ad ipsum Mansonem, quem successorum Aligerni vigesimomoduauum ordine Abbatem diximus, pertinet, hæc habentur in vita viri sanctissimi Nili Abbatis ab auctore huius temporis Græcè scripta: Cùm igitur mortuus esset æternæ memoriæ Aligerus, qui rectè & religiosè monasterium sancti Benedicti administravit, eius loco præfectus fuit quidam qui ignorabat beatum Nilum qualis esset, vel vt veritus dicam, nec ipsum Deum cognoscebat, quod declarabit id quod breuiter dicam. Cùm aliquando ad ipsum beatus Nilus accessisset, inuenit casu ipsum in monasterio inferiori, in quo est pulcherrimum sacellum S. Germani aquarum pulchritudine circumdatum. Inuenit autem Præpositum ipsum cum insignioribus monachis magni monasterij lotum & in cœnaculo comedentem. Cùm itaque expectaret ipsum beatus Nilus in ecclesia cum suis fratribus, audit quod citharæcudus quidam ingressus erat in cœnaculum citharam pulsans. Tunc beatus Nilus dixit ad

Eccc 4 eos

* Aim. lib. 5.
cap. 45.

RESTITVTYR ARNULPHVS, DEPONTYR GERBERTVS.

GERBERTVS DEPOSITVS SE CONTVLIT AD OTTONEM.

* cum omnibus GERBERTI RHEMENSIS AD ADELAIDEM REGINAM EPISTOLA.

IN MANSONEM ABB. DIVINA VINDICTA.

eos qui secum erant : Memoria tenete, fratres, verbum hoc, quod breui tempore veniet ira Dei super homines istos. surgite, & hinc discedamus. Et hoc cum dixisset, recessit. Nec annus transiit, & Præpositus ipse captus defectionis siue seditionis causa, eruti sunt illi oculi, & monachi graui morbo oppressi, alij quidem vsque ad mortem afflicti sunt, alij perierunt. Citharædus ille profectus ut raperet, & captus est, & post multa tormenta eruti sunt illi oculi. Et sic omnes biberunt calicem iræ Domini, iuxta S. Patris Nili prædictionem. Beatus itaque Nilus cum in monasterio, quod dicitur Vallis lucis, stetit quindecim annos, recessit inde, &c.] hæc eius discipulus. sed audiamus Leonem ^aOstiensis quæ de ipso Mansone scribat:

^aLeo O. 3. lib. 2. cap. 16.

XV.

Præter alia multa, inquit, illius strenuè (& ut pressius de tanti loci Patre loquat) sæculariter gesta, cum sibi equites plurimos, & plurimos serico indutos famulos parasset, & Ultramontani Imperatoris curiam haud segniter frequentaret: ob memoratæ maxime arcis constructionem ingentis odij fomitem in toto Principatu contra se accendit, adeo ut non multo post à Capuanis captus, cæcatusque sit, quod non modò Abbatiam, sed & Principatum omnem sibi vindicare velle videretur. Inflammavit eam inuidiam Alberici nequitia Marforum Episcopi, qui dum filio suo ex meretrice procreato Episcopatum tradidisset, ad huius monasterij dominatum adipiscendi, si quo posset pacto, animum exacuebat. Comperto igitur, Abbatem memoratum Capuanis infensum esse, alloquitur primò quosdam nequissimos monachos, ac postmodum aliquos Deum ignorantés Capuanos, pecuniam se daturum spondens, si cæcato prius Abbate monasterium sibi Cassinense contraderent, quod deinceps tali fultus auxilio absque vllius contradictionis obstaculo possideret; ita videlicet, ut dimidium pecuniæ ad præsens illis per suos necessarios mitteret, dimidium reliquum tum eis traderet cum Abbatis oculos teneret in manibus. Quod cum inter eos firmatum esset, vtrique pollicitationem suam implere satagebant.

XVI. ^aLeo O. 3. lib. 2. cap. 16. IMMANE FACINUS IN ABB. CASSINENSEM PATRARCHAM.

^bP. 7.

XVII.

DIGNA VINDICTA IN SACRILEGVM EPISCOPO. MAR.

Sed (ó diuinæ iustitiæ numquam dormiens oculus, semperque pauenda sententia!) iam illi prope Marsiam in campo Mezio peruenerant, ibique securi subidentes, labore itineris fatigati, cibos sumpserunt. Cum ecce subito peregrinus quidam superueniens, requisitus ab eis (ut viantibus mos est) an quidpiam haberet noui: Episcopus, ait, ciuitatis defunctus est. Hac illi voce vehementer attoniti, fallacem eum & impostorem mordaci cum irrisione dicentes, credere omnino renuebant. Sed cum ille maiore constantia id asseueraret, diemque & horam illius obitus diligenter exponeret; illi continuo ibidem defossis oculis, quos iam frustra ferebant, ad domum Episcopi, quæ non longius aberat, conscensis equis perniciter aduolant. & eadem hora vita priuatum Episcopum discunt, qua prædictus Abbas lumine fuerat orbarus oculorum, die videlicet XVIII. Kal. Decembris. Ex iis autem nuntiis, quos ad tantum scelus iam dictus Episcopus destinauerat, vnum ego, Andream nomine, presbyterum adhuc paruulus vidi vix se in lecto mouere valentem, qui centenariam supergressus ætatem hæc omnia auunculo meo sanctæ memoriæ Ioanni Sorano Episcopo quotiens rogatus esset, cum lacrymis referre solebat.] Porro hunc ita cæcatum superuixisse ad octauum Idus Martij, idem

idem testatur, eique substitutum tradit Ioannem vigesimum nonum ordinis Cassinensis Abbatem, qui vno tantum tenuit anno, atque postea anno sequenti, qui est Domini nonagesimus nonagesimus septimus, alter Ioannes est creatus Abbas, ut ex eodem Leone apparet.

Quod spectat ad res Orientalis Ecclesiæ, hoc anno Indictione octaua (ut affirmat Cuiusmodi) Nicolaus Chrysoberges Patriarcha Constantinopolitanus cum sedisset annos duodecim & menses octo, moritur. in cuius locum substituitur Sisinnius, qui tenuit annos tres, qui (idem inquit Cuiusmodi) dissensiones ob quartum matrimonium in concordiam redegit.] At non Sisinnio, sed eius prædecessori Nicolao tribuuntur ista in synodalibus Actis tunc confectis, ut de his nulla dubitatio esse possit. Cuius in itæ concordia monumentum extat post edictum de vnione ante annos octoginta promulgatum, in codice Iuris Græcorum his verbis: ^a

Nunc verò ex Patris & Filij & Spiritus sancti benevolentia & gratia, sacerdotes atque monachos iam ante nonaginta annos ob prædictam causam & occasione à se inuicem diuisos, serenissima maiestas Imperatorum nostrorum à Deo coronatorum Basilij & Constantini coniunxit & vniuit, vnamque generalem & Apostolicam Ecclesiam effecit. Quamobrem prædicandi, magnique faciendi veniunt, qui opus tam gratum Deo, tamque magni momenti ad exitum perduxere.] hæc ex Actis synodalibus, quæ mox istæ sunt secutæ acclamationes:

Multi anni Imperatorum Basilij & Constantini. Orthodoxorum Imperatorum nostrorum multi sunt anni. Religiosissimæ Augustæ Theophanonis multi anni. Nicolai sanctissimi & vniuersalis Patriarchæ multi anni. Basilij & Constantini & Romani, Christophori, Romani, Nicephori, & Ioannis, qui Regnum cælestis cum terreno commutarunt, æterna sit memoria. Eudoxiæ & Theophanonis, Theodoræ & Helenæ piissimarum Augustarum, æterna sit memoria. Germani, Tarasij, Nicephori, & Methodij celeberrimum, beatorumque Patriarcharum, æterna sit memoria. Ignatij, Photij, Stephani & Antonij, Nicolai & Euthymij, Stephani, Tryphonis, Theophylacti, Polyeucti, & Antonij orthodoxorum Patriarcharum æterna sit memoria.

Vniuersa quæ contra sanctos Patriarchas Germanum, Tarasium, Nicephorum, & Methodium scripta vel dicta sunt, anathema.] addit Marcus Ephesus in Concilio Florentino (quod & superius dictum est) pari anathemate profcripta fuisse scripta omnia quæ aduersus Ignatium vel Photium promulgata fuissent. post hæc autem ista: Vniuersa quæ præter Ecclesiasticam traditionem & doctrinam & dispositionem sanctorum Patrum innouata gestaque sunt, vel in posterum agentur, anathema. item:

Calumniantibus sanctam Ecclesiam, quod quartas nuptias admisit ob dispensationem Dei benignitate factam, atque propter assumptionem vnionemque fratrum nostrorum, quos præcedentium scandalorum causa seiunxerat, anathema. itemque:

Audentibus dicere, quod Ecclesia illibatam puritatem sanctimoniam suam non retineat, sed inquinamento quodam affecta sit propter eam filiorum ipsius iunctionem, quæ per Dei gratiam facta est, diuisorum quidem à se inuicem per scandalum iam olim admissum, ut per abolitionem & abdicationem eiusdem deuò copulatorum, anathema. atque deinceps ista:

Contemptui sacros diuinorumque Canones sanctorum Patrum nostrorum habentibus, qui & sacrosanctam Ecclesiam fulciunt, & vniuersam Rempubliam Christianam ornantes, ad diuinam pietatem redigunt, anathema.] hucusque ibi. Hic planè videre est versutum satanæ consilium in his controuersis detinentis Orientales; ne quod longè maioris momenti erat, attenderent, nempe se manere discissos à comunione Catholicæ Ecclesiæ, & Apostolicæ Sedis, quod tanti fecere maiores ipsorum, & vniuersi qui Catholici dici voluerunt filij Dei & sanctæ Matris Ecclesiæ: ut ita diuturnitate temporis obliuioni traderent, quod esse deberent, Phariseis perfimiles redditi, ^b qui decimantes mentham, anetum, & cyminum, quæ præcipua legis diuinæ essent, omitterent.

dinatorem Pontificum, intrare suistis mapalia Saxonum? Nunc quoque reducite eum ad thronum suæ sublimitatis, donec eius honori condignam videlicet præparemus susceptionem. Qui suscipientes illum scilicet, ut iustum fuerat, illæsum reduxerunt ad turrinæ introitum. Ingressusque nuntiauit secum pariter reclusis, quoniam solummodò tantùm contingeret illis viuere, quamdiu ipsa turris tueri valeret ab hostium captione, nec vllam prorsus salutem vltra sperare debere.

IX. At Imperatoris exercitus à foris vrgendo impulit machinas, paulatimque euntes applicitæ sunt turri, sicque pugnae inito certamine, dumque alij desuper contententes intrare, alij prorupere ad ostium turris, illudque concidentes euellunt, sursumque certatim gradientes ad turris superiora peruenerunt. Respicens quoque Crescentius, cernit se teneri ab his quos putabat pugnando longius arcere se posse. Capto namque ipso ac grauiter vulnerato, ceteris qui cum eo inuenti sunt, trucidatis: miserunt ad Imperatorem, quid de eo præciperet. Qui ait: Per superiora propugnacula illum desicite, ne dicant Romani, suum Principem vos furatos fuisse. Quem ut iustum fuerat, proicietes, deinde post terga bouum religatum, per paludes marum plurimum deuoluentes, ad vltimum in conspectu ciuitatis in trabe excelsa pendere dimiserunt. hæc de fine Crescentij Glaber. quibus tamen vehementer repugnant quæ scripta sunt à Petro Damiani temporis huius & ipso scriptore, nimirum Crescentium in munitione inexpugnabili se continentem, inde nonniti dolo & iuramento firmata promissione deduci potuisse ab Ottone Imp. & ita deceptum de ipso capitis obtruncatione fuisse captum supplicium, quod & restatur Leo Ostiensis.

*Leo Ostien. Chron. Cass. lib. 2. cap. 18.

X. Porro sublatum Crescentij corpus clandestino funere est sepultum extra Urbem iuxta portam Aureliam in cœmeterio Calepodij, vbi antiquitus erecta permanet Ecclesia S. Pancratij, in cuius pavimento hodie legitur sequens inscriptio:

*Vermis homo, putredo, cinis, laquearia queris,
His aptandus eris, sed breuibus gyris.
Qui tenuit totam feliciter ordine Romam,
His latebris tegitur pauper & exiguus.
Pulcher in aspectu dominus Crescentius & Dux,
Inclita progenies quem peperit sobolem.
Tempore sub cuius valuit, Tiberinaq; tellus
Ius ad Apostolici valde quæta stetit.
Nam fortuna suos conuertit lussibus annos,
Et dedit extremum finis habere tetrum.
Sorte sub hac quisquis vna spiramina carpis,
Da vel huic gemitum, te recolens socium.]*

XI. At huius occasione Crescentij, alterius eius nominis Ducis, qui hoc pariter sæculo in Vrbe claruit, & honesto sanctoque fine diem clausit extremum, hic describendum putauimus epitaphium, quod in Ecclesia sancti Bonifacij in Auentino monte posita, dicta alio nomine S. Alexij, ex Abbacia conuersa in titulum Cardinalium, ita in pavimento descriptum legitur, iam pænè attritum vestigiis & vetustate consumptum:

*Corpore hic recubat Crescentius inclytus ecce,
Eximius cinis Romanus, Dux quoque magnus.
Ex magnis magna proles generatur & alta,
Ioanne patre, Theodora matre nitescens.
Quem Christus animorum amans, medicusq; peritus,
Corripuit languore pio, longæuo ut ab omni
Spe mundi lapsus, prostratus limina sancti
Martyris inuicti Bonifaci amplexus; & illic
Se Domino tradidit, habitum monachorum adeptus.
Quid templum donis amplis ditauit & agris.
Hunc omnis, quicumque legis, rogitare memento,
Ut tandem scelerum veniam mereatur habere.*

Et obiit DIE VII. MENS. IUL. ANN. DOMINIC. INCARN. DC CCLXXXIII. C. R. M. iam ante annos duodecim.

Quod

A Quod autem iste Ioannis & Theodora afferitur filius, in mentem veniunt Ioannes & Theodora illi, de quibus Luitprandus agit, & nos suo loco scripsimus, nomina consentiunt atque tempora, necnon potentia, qua in Vrbe pollebant.

Sed & tertium his adiciamus de alio Crescentio, qui hoc etiam vixit tempore, epitaphium, quod scriptum extat in diaconia sanctorum Cosmæ & Damiani his versibus:

*Quisquis ab occasu properas huc, quisquis ab ortu,
Axe vel à gladio, sine calente polo.
Flecte, precor, geminos carmen lecturus ocellos,
Sortis & humana flebilis esto memor.
Es quod amice, fuit tumulto qui clauditur isto,
Nunc cinis & puluis, quodq; futurus eris.
* Ei mihi, non vero Crescentius omine dictus,
Stamina cum nescet fors breuiora sibi.
Vnque sed à tenero pietatis vomere sulcos
Excoluit, mentis semina grata ferens.
Hospitiibus rectum, nudis largitus amictum,
Esuriem dapibus expulit, amne sitim.
Sed cum ter deus subit sexquialtera aristas,
Quod terra est liquit sumere certus idem.
Sic tibi, sic cuncti post mortem talia reddant,
Carmen in hoc iunulo quisquis amice legis.
Dic, rogo, dic lacrymis pietatis clausula, I E S V
Parce tuo famulo * Ypsuremeta pie.*

* Luit. lib. 2. cap. 13.

* Non

* id est, Altitonans

C OBIIT M. APREL. D. XXVI. INDICTI. VIII. AN. DOMIN. INCARN. MIL. X.] quatuordecimi post annos. hæc de Crescentiis, viris clarissimis huius temporis. Factum verò creditur, ut nomina Crescentiorum transierint in eam nobilem Familiam, quæ dicitur Crescentiorum, & hæcenus Romæ viget. Sed ad reliquas anni huius res gestas conuertamus orationem, nempe ad schisma, quo sancta Romana Ecclesia laborauit.

Hoc siquidem anno dirum schisma inter Gregorium Quintum, & Ioannem ex Placentino Episcopo electum à Crescentio Papam ingentis collatione pecuniæ, constatum est. Petrus Damiani in secunda epistola ad Cadaloum pseudopapam hæc de his habet in exemplum ponens illi, quæ Ioannes Placentinus supplicia pati meruit ab Ottone Imperatore. ait enim:

Sed ut noueris, quia molimen hoc nequaquam faustum concedat in exitum; de propria tibi atque contigua regione præbemus exemplum. Conuicanea autem tibi regio Placentia est, cuius Episcopus non diu ante nostram ætatem subdolæ calliditatis artifex extitit, & ad instar tui, subtilitatis & gloriæ satis superque ambitione flagrauit, adeo ut prius ante se gestandam, sicut & tu nunc agere diceris, Crucem argenteam imperarit. Quin etiam cum Imperatrice quæ tunc erat, obscœni negotij dicebatur habere mysterium. Deinde sensim ad maiora prosiliens, ut tandem Apostolicam Sedem familiaris sibi pecuniæ patrocinio violenter inuaderet. Eiecto itaque Gregorio Imperatoris Ottonis vitique consanguineo, Romanæ Ecclesiæ cathedram, non ut sacerdos magnus, sed ut fur & tyrannus obtinuit. Sed paulò post, resipiscente Quiritum populo, atque in zelum dignæ vltionis vnanimiter exardescente, irruentes in eum manus iniiciunt, oculos eruunt, aures naresque præcidunt. Expertus est itaque quod & tunc tibi, sed & nunc tibi per Ezechielem prophetam Deus comminatur, dicens: Venient super te instructi curru, & nota multitudo populorum, lorica & clypeo & galea armabuntur contra te vindique, & dabo coram eis iudicium, & iudicabunt te in iudiciis suis: & ponam zelum meum in te, quem exercebunt tecum in furore: nasum tuum & nares tuas præcident, & quæ remanserunt, gladio concident. Et ut attentione tua condignam vsque ad finem prosequamur historiam, postquam Romani (vt dictum est) respondissent Pontifici: mox ante retro conuersum in asello gloriosum equitem posuerunt, tenentemque sui vectoris caudam in manibus, per publicam totius Urbis viam, hæc ut caneret impulerunt: TALE SUPPLICIUM PATITVR,

XIII. SCHISMA INTER IOAN. ET GREG. PAP.

XIV.

QUAM MALLE HABITVS SCHISMATICVS PAPA.

Ezech. 23

* rependissent

Annal. Eccl. Tom. 10.

Ffff

QVI

CHRISTI
996.GREGORII V. PAP.
I.OTTONIS III. IMP. I.
BASIL. ET CONST. IMPP. 21.

QVI ROMANVM PAPAM DE SVA SEDE PELLERE NITITVR.] hætenus A
de his Petrus.

xv. Hic verò monendum putamus esse Lectorem, Ioannem hunc appellatum Decimum sextum Romanum Pontificem, natione Calabrum, patria Rossanensem, proprio nomine ante arreptum Pontificatum nominatum fuisse Philagathum, reperiri in Actis sancti Nili Abbatis eius concivis ab auctore huius temporis exactè conscriptis, omnia ista ob oculos habente, cuius de his narratio hic est intextenda, quæ incipit ab eo tempore, cum eum futura prænoicens vir sanctissimus admonuit, ut quam malè occupauerat Sedem, dimitteret. ait enim:

xvi. Ita etiam fecit cum concivie suo Philagatho Archiepiscopo, scribendo scilicet ad eum litteras, quando prædictus Philagathus Romanam Sedem occupavit infatiabili quodam desiderio, non contentus mundi gloria, qua Deus ipsum mirabiliter exaltavit: in utroque enim Imperio gloriam fuerat assecutus. Beatus verò Nilus futura prænoicens, scripsit illi, eum orans, ut vale diceret mundi gloriæ, cum iam hac ad satietatem potitus fuisset, & in quiete ad monasticam vitam declinaret. Ille verò non destitit ab instituto suo, quousque egressus est Imperator cum priore Præsule iam eiectione, & eorum indignationis opus factus est Philagathus; orbarus enim ab ipsis membris suis maximè necessariis, oculis inquam & lingua, & naso, in carcerem coniectus est, miserabilis factus, & omni ope destitutus. Hæc cum audisset B. Nilus, corde afflictus, coactus fuit, senio & morbo confectus licet (*nonagenariam enim, ut alibi idem auctor restatur, excedebat ætatem*) & non satis tempore congruo, Quadragesima enim erat, Romam venire, & Imperatorem adire, pro gratia impetranda.

xvii. Imperator igitur & summus Pontifex cum eius aduentum intellexissent, ierunt illi C obuiam, magna siquidem erat eius ubique spectata tam Orientalibus quam Occidentalibus fama, & cum illum tenuissent hinc inde e manibus, duxerunt illum ad Patriarchium, & cum illum medium collocassent, & salutassent, alter à dextris, alter à sinistris eius manus deosculabantur. sed B. Nilus, licet hæc omnia obsequia ægre ferebat & molestè, tolerabat tamen omnia, si quo pacto obtinere posset quod petebat. Et inquit illis: Ignoscite mihi peccatori (per Dominum) super omnes homines, & temimortuo seni: indignus enim sum tanto honore, quin potius meum est adorare venerandos pedes vestros, & venerari dignitates vestras. Veni tamen ad gloriam vestram, non honorem cupiens, vel munera, vel prouentus magnos, sed gratiam pro eo qui vobis multum inferuuit, & malè à vobis tractatus fuit: qui utrumque vestrum ex fonte Baptismatis suscepit, & à vobis oculi illi sunt eruti. precor pietatem vestram, ut illum mihi dono detis, ut mecum in posterum D sedens, ambo peccata nostra deploremus.

xviii. Tunc Imperator modicum lacrymatus (neque enim reuerà tota res eius consilio peracta est) respondit beato Nilo: Præstò sumus, ut omnia quæ videntur sanctitati tuæ perficiamus, si etiam tu exaudies petitionem nostram, & dignaberis accipere monasterium in hac ciuitate, quodcumque volueris, & esse nobiscum sempiterno tempore. Cum verò B. Nilus renueret in Vrbe morari, proposuerunt illi S. Anastasium extra turbas existentem, & semper nostro generi, Græcis scilicet, attinentem. Et iam accepisset B. Nilus conditionem, studens, ut quam petebat gratiam, obtineret. Sed durus ille Papa non contentus malis quæ aduersus prædictum Philagathum patrauerat: cum illum adduxisset, & sacerdotales vestes ei dilaniasset, per totam Urbem circumduxit.] & alia omnia quæ dicta sunt superius pati coëgit: quod cum sanctus senex audisset & magnopere E tristatus esset, non amplius petiit ab Imperatore Archiepiscopum Philagathum. Quod cum animaduertisset Imperator, misit vnum ex suis Archiepiscopis valdè loquacem, ut senem Nilum placaret. Cui dixit B. Nilus: Vade & dic Imperatori & Papæ: Hæc dicit senex ille Donastis mihi cacum istum non mei timore, nec magna mei potentia, sed tantum Dei amore. Nunc igitur quæcumque insuper fecistis, non illi sed mihi fecistis, vel potius Deum ipsum contumelia affecistis. Scitote igitur, quod quem admodum vos non pepercistis illi, neque misericordiam ostendistis erga illum, qui à Deo manibus vestris traditus est; ita neque Pater vester caelestis parcat peccatis vestris. Sed Archiepiscopus ille loquax non desinebat excusare Imperatorem & Papam. Tum B. Nilus, inclinato capite, dormitari simulabat. Vbi verò ille vidit B. Nilum suis verbis mentem

CHRISTI
996.GREGORII V. PAP.
I.OTTONIS III. IMP. I.
BASIL. ET CONST. IMPP. 21.

A mentem non adhibere, surgens abiit. Beatus autem Nilus quamprimum cum fratribus quos secum habebat, consensu equis, tota illa nocte ad suum peruenit monasterium, iuxta Caietam in loco arduo constructum, orationi & sibi incumbens, & Deum indefinenter placans precibus. Non multos post dies, Papa quasi tyrannus quidam inde vi eiectus fuit (ut à quibusdam audiui qui hæc dicebant) & oculis orbarus, sepulturæ traditus fuit. Imperator verò poenitentiam pollicitus, pedes ab Vrbe ad Garganum montem iuit ad sanctum Michaellem Archangelum, &c.] sed de peregrinatione ista agemus postea.

Quod autem de successore Philagathi dictum est, eum scilicet paucos post dies vi pulsum, & excæcatum, mortuumque etiam ac sepulturæ mandatum: cum ista quidem de Gregorio V. dici aliquo modo non possint; necesse est, ut dicamus, vel duos successiue B ista tunc passos esse Pontifices, vel quod haud adedè securè aliorum testificatione auditum, ut asserit, liberans fidem suam, minimè verum fuerit; cum nullus alius auctor inueniatur, qui de alio aliquo ista testetur. sed iam reliqua prosequamur.

Ad hunc ipsum Ioannem pseudopontificem spectat, dum Romæ aduersus Gregorium in schismate sedit; quod Glaber Rodolphus scribit de legatione ab ipso in Gallias missa. Cum enim Fulco Comes Andegauenis egregiam erexit Ecclesiam, nec inducere potuisset Archiepiscopum Turoensem, in cuius diocesi erat erecta, ut eam consecraret, Romam ad Ioannem Romanum Pontificem se contulit, à quo & impetravit, ut aliquem mitteret, qui eam ipsius Pontificis nomine consecraret. Qui autem à summo Pontifice missus fuit, Petrus Cardinalis sanctæ Romanæ Ecclesiæ extitit. Rem gestam obseruatione dignam, idem qui supra Rodolphus huius temporis scriptor C ita narrat:

Expleto denique quantocyus basilicæ opere, protinus misit ad Hugonem Turoensem sem Archiepiscopum, in cuius scilicet constituta erat diocesi, ut illam sacraturus, quem admodum decreuerat, adueniret. Qui venire distulit, dicens, se minimè posse illius votum, dicendo Domino committere, qui videlicet Matri Ecclesiæ sedis sibi commissa prædia & mancipia subripuerat non pauca. Hocque potius illi videbatur comperere, ut primitus, siquid iniuste diripuerat alicui, restitueret; sicque deinceps iusto iudici Deo propria quæ vouerat, offerre deberet. Cumque igitur ista Fulconi à suis perlata fuissent, diutina feritate resumpta, nimum indignè ferens Episcopi responsa; insuper comminatus illum valdè, ac sublimius inde quod valuit adegit consilium. Mox denique copiosa auri & argenti assumpta pecunia, Romam pergens, Ioanni Papæ causam suæ D protectionis exposuit. Ac deinde poscens quod ab illo optauerat, plura ei munerum dona obtulit.

Qui protinus misit cum eodem Fulcone ad prædictam basilicam sacrandam vnum ex illis, quos in beati Petri Apostolorum principis Ecclesia, Cardinales vocant, nomine Petrum. Cui etiam præcepit, veluti Romani Pontificis auctoritate assumpta, quidquid agendum Fulconi videbatur, intrepidus expleret. Quod utique audientes Galliarum quique præfules, præsumptionem sacrilegam cognouerunt ex cæca cupiditate processisse, dum videlicet vnus rapiens, alter raptum suscipiens, recens in Romana Ecclesia schisma creauissent. Vniuersi etiam pariter detestantes, quoniam nimum indecens videbatur, ut is qui ad Apostolicam regebat Sedem, Apostolicum primitus ac canonicum transgrediebatur tenorem. Cum insuper multiplici sit antiquitus auctoritate roboratum, ut non quisquam Episcoporum in alterius diocesi id præsumat exercere, nisi præfule cuius fuerit, compellente, seu permittente.

Igitur die quadam mensis Maii congregata est innumerabilis populi multitudo ad dedicationem scilicet prædictæ Ecclesiæ. Ex quibus multo etiam plures illuc Fulconis terror, ob suæ elationis pompam conuenire compulsi. Episcopi tantum, qui eius ditio- ne premebantur, coacti interfuere. Cæpta igitur die constituto satis pompaticè huiusmodi dedicatione, atque peracta, Missarumque ex more solemnibus celebratis, postmodum quique ad propria rediere. Denique imminente ipsius diei hora nona, cum flabris lembus serenum vndique consisteret caelum, repente superuenit à plaga australi vehementissimus turbo, ipsam repellens secularam, ac replens eam turbido aère, diu multumque concutiens, deinde verò solutus laquearibus, vniuersæ eiusdem Ecclesiæ trabes, simul-

xix.

xx.

LEGATIO
PETRI
CARD. AD
DEDICAN-
DAM EC-
CLESIAM.

a Glab. hist.

lib. 2. cap. 4.

xxi.

xxii.

xxiii.

CHRISTI
996.GREGORII V. PAP.
I.OTTONIS III. IMP. I.
BASIL. ET CONST. IMPP. 21.

simulque totas teges per pignam templi eiusdem occidentalem in terram corruentes, A
euersum ierant.

XXIV. Quod cum multi per regionem factum comperissent: nulli venit in dubium, quoniam insolens presumptionis audacia irritum constituitur votum, simulque presentibus ac futuris quibusque, ne huic simile agerent, euidentis iudicium fuit. Licet namque Pontifex Romanæ Ecclesiæ ob dignitatem Apostolicæ Sedis ceteris in orbe constitutis reuerentior habeatur, non tamen ei licet transgredi in aliquo canonici moderaminis tenorem. Sicut enim vnusquisque orthodoxæ Ecclesiæ pontifex ac sponsus propriæ sedis vniformiter speciem gerit Saluatoris: ita generaliter nulli conuenit quidpiam in alterius procaciter patrare Episcopi diocæsi.] hæc Glaber.

XXV. Sed sicut in recensenda historia fidelis, ita in peruestiganda atque definienda causa ruinæ templi valde alucinatus errauit: dum nihil vult in aliena diocæsi posse præsumere B Romanum Pontificem plusquam ceteros Episcopos, quibus certis limitibus est definita diocæsis, & extra ipsam nihil penitus agere posse, vanè existimauit, contra omnes Ecclesiasticas leges, vsumque ipsum, atque antiquam traditionem. An non iure, sanctè, pieque Ioannes Papa & martyr consecrauit Constantinopoli Ecclesias quæ erant Arianorum in vsum Catholicorum? An non verior illa causa, quod ostenderit eo signo Deus, oblationes impiorum sibi non esse gratas, vt demonstratum olim fuit in Ecclesia ædificari cœpta ab impio Iuliano Apostata cognominato? Nam scriptum est in Ecclesiastico: ^a Dona iniquorum non probat Altissimus, nec respicit in oblationes iniquorum, nec in multitudine sacrificiorum eorum propitiabitur peccatis. &: Qui offert sacrificium ex substantia pauperum, quasi qui victimat filium ante conspectum patris sui.] quantum magis execrabilis Deo sacrilegus, qui ex bonis Ecclesiarum sublati aliquid Deo offerat? C
^a Eccl. 34.
^b Malach. 2. Tunc planè iratus Deus fecit quod minatur in Malachia: ^b Maledicam benedictionibus vestris.]

XXVI. Quis igitur aliam quærat causam de diruto, diuino miraculo, templo, quam exprobrata antea per Antistitem illi homini sacrilegia, quorum causa, se illud consecrare templum sanctus Episcopus iustè religioseque renuit? cum præsertim et si ista cuncta ex Fulconis parte cessassent, satis ad culpam, quod non per legitimum sed schismaticum Pontificem, Sedis inuasorem ista mandata fuissent. Quod autem idem qui supra Glaber hæc accidisse demonstrat in Ioanne, qui aduersus alium sedit in schismate: planè non ad prædecessorem Ioannem Decimum quintum aptari possunt, qui pacificè absque aliquo aduersante schismatico Papa sedit, sed ad hunc referas opus est, qui contra Gregorium sedit. at de his satis.

XXVII. Conciliata Ecclesiæ pace post malè multatum Ioannem, hoc ipso anno Otto Imp. coronatur ab eodem Gregorio Papa. Hoc quidem anno eius coronationem referunt Lambertus, Odorannus, & alij veteres Chronographi. Nec enim temporis ratio patitur, vt ante præsentem facta fuerit annum, cum omnium testificatione constet, eam à Gregorio Quinto factam esse. De qua ea quæ ab auctore qui interfuit, vel intèresse potuit, in Gestis sancti Adalberti Pragensis Episcopi scripta sunt, hæc sunt in lucem in tanta obscuritate promenda, sic enim ait: In purpura natus Otto Rex Tertius, causa scandendi Imperij culmen (vt mos est à Carolo Magno Regum Francorum) multo comitatu Romam venit, opratum diu caput Latinæ terræ ostendit se quasi post Deum altera iustitia veniat: iniqui omnes tremunt, boni magno gaudio gaudent. Fecit propter quod venit. Quem ipse in sacellum suum tractum posuit Papa Gregorius Cæsarem, benedixitque: & populus Kyrie eleison celsa voce cantauit. Ascendit ille vnctus cum corona Imperij Imperator Augustus, gerens sidereos vultus, & bonæ voluntatis plena præcordia ferens.] hæc ipse de coronatione Ottonis Imperatoris. subiicit de Synodo tunc ab eodem Papa Romanæ collecta, sed de ipsa inferius dicturi sumus. modò autem reliqua Ottonis Imp. anni huius gesta prosequamur, qui vt pacificum Urbis statum Pontifici relinqueret, discessurus ex Vrbe, laborauit vt omnes qui fauissent Crescentio tyranno, comprimeret, inter quos fuit populus Tiburtinus, cui, ne penitus deleretur, præstito fuit S. Romualdus, quem opportunè Deus hoc tempore misit ad eundem Imperatorem, occasione dimittendi Classensè monasterium ab eodem acceptum, vt ad meliorem frugem monachos illos reduceret. sed hæc quomodo se habuerint, sic accipe ex Petro Damiani in Romualde: Regebat

CHRISTI
996.GREGORII V. PAP.
I.OTTONIS III. IMP. I.
BASIL. ET CONST. IMPP. 21.

A Regebat itaque monachos sub districta regula disciplinæ, neque alicui ab ea declinare licebat, nemo ex illis per actus illicitos in dextram læuamque partem deflectere, aut à rectæ conuersationis audebat reſtitutione deuiare. Vir namque sanctus cordis oculos in cælum figens, vt Deo in omnibus obtemperaret, non timebat hominibus displicere. Hoc autem fratres serò considerantes, semetipſos prius accusant, quia hunc sibi præesse poposcerant. Deinde multis eum detractionum susurrationibus lacerant, & duris scandalorum equuleis vexant. Romualdus itaque videns, & suam perfectionem aliquatenus minui, & illorum mores procliuus ad deteriora conuerti, Regem impiger adiit, & eo non leuiter reluctante, vnà cum Archiepiscopo Rauennate in vtriusque conspectu virgam proiicit, monasterium dimisit.

Porro autem Rex Tiburtinam tunc ciuitatem obsidebat: ciues enim inclytum eius B Ducem, Matholinum nomine, interfecerant, ipsum quoque Regem correptis armis, à suis mœnibus exturbauerant. Vnde non dubium est, beatum Romualdum illuc ex diuina providentia missum, qui imminens tot animarum periculum sequeſtra pace deleuit. Hoc etenim inter eos pactus est, vt Tiburtes in honorem Regis partem murorum diruerent, ac obsidem darent, Ducis verò interfectorum ad eius matrem catenatum dirigerent. Quæ sancti viri fufus ad eam precibus mitigata, crudeli homicidæ crimen indultit, & incolumem ad propria redire permisit.] & inferius post narrationem de Venerio viro sancto ista subiicit:

Apud prædictam quoque ciuitatem conuertit beatissimus vir Thammum quemdam XXX. Teutonicum, qui (sicut dicitur) in tantum Regi familiaris & charus extiterat, vt vtriusque vestes vtrumque protegerent, & amborum manus vna paropsis communi sapè conuiuio fatiaret. Crescentius namque Senator Romanus indignationem Regis incurrens, in montem qui dicitur sancti Angeli, confugium petiit. Et quia munitio inexpugnabilis est, obsidente Rege, ad defendendum se fiducialiter preparauit. Ei verò Thammus ex præcepto Regis iusiurandum securitatis præstitit. & ita ille deceptus, annitente Papa, qui sibi inimicus erat, quasi reus maiestatis capitalem sententiam subiit. Cuius vxorem postea Imperator in concubinam accepit. Quia igitur Thammus & fraudis conscius, & periurio tenebatur obnoxius: idcirco à beato Romualdo iussus est relinquere sæculum. Qui mox à Rege licentiam expetens, non modò facilem reperit, sed nimis etiam alacrem fecit. Erat autem prædictus Imperator monastico ordini valde beneuolus, & nimia circa Dei famulos affectione deuotus. Ipse quoque Imperator ex eodem crimine beato viro confessus, pœnitentiæ causa nudis pedibus de Romana Vrbe egrediens, sic vsque in Garganum montem, ad S. Michaelis perrexit Ecclesiam.] sed id postea, vt suo loco dicitur. pergit autem:

Per totam verò Quadragesimam in Classensè monasterio beati Apollinaris, paucis sibi adherentibus mansit, vbi ieiunio & psalmodiæ prout valebat intentus, cilicio ad carnem indutus, aurata desuper purpura tegebatur. Lecto insuper fulgentibus pallis strato, ipse in storea de papyris confecta tenera delicati corporis membra tenebat. Promisit denique beato Romualdo, quod Imperium relinquens, monachicum susciperet habitum. Et cui innumeri mortales erant obnoxij, iam ipse pauperulo fratri cœpit esse subiectus.] ita planè Dei Imperium exigit ab imperantibus, vt sint subditi sanctis viris, à quo nec obstinatus Pharaon, nec scelestus Herodes exortes fuere. de illo dictum ad Moysen: ^a Faciam te Deum Pharaonis. de isto ab Euangelista narratum: ^b Metuebat autem Herodes Ioan- ^a Exod. 7. ^b Marc. 6. nem, & audito eo multa faciebat.] vt non adeò mirum sit, si Romualdo viro sanctissimo Otto parèret Imperator maximè pius. Porro de accessu eiusdem Imp. ad montem Garganum pœnitentiæ causa, quam sanctus Romualdus indixerat, testis est etiam Leo^o Ostiensis in Chronico Cassinate.

Sed videamus quæ de eodem Romualdo idem subiicit Petrus Damiani, cum ex Vrbe cum suis, quos abripuerat è seculari palatina militia, profectus est in nobile monasterium Cassinensè, pergit enim: Romualdus autem cum eo, de quo iam diximus, Thammo, & cum Bonifacio viro clarissimo, quem nunc felicissimum martyrem se habere Ruffianà gloriatur Ecclesia, & cum aliis conuersis Teutonibus à Tiburis oppido ad monasterium S. Benedicti, quod in Cassino constitutum est monte, deuenit. Ibi verò grauiter infirmatus est, sed citò ex diuina misericordia conualuit. Habebat autem equum satis

CHRISTI
996.GREGORII V. PAP.
I.OTTONIS III. IMP. I.
BASIL. ET CONST. IMP. 21.

egregium, quem sibi Busclauinus Sclauonici Regis filius dono dederat, factus ab eo monachus. Hunc vir sanctus humilitatis studio permutauit, & pro eo asinum laudabilis negotiator accepit. nimio quippe Redemptoris nostri desiderio, qui a sella tergo infederat, vir venerabilis hoc ipsum animal libentius equitabat. Cum his igitur omnibus superioris nominatis Romualdus ad * Pereuam, vbi diu habitauerat, rediit: ibique his & aliis multis Fratribus aggregatis, & per cellulas singulas constitutis, tanto feruore Dominice conuersationis rigorem in se & in aliis tenuit, vt illorum vita omnibus, ad quos fama eorumdem peruenire poterat, mirabilis haberetur, &c.] De huiusmodi autem Romualdi cum suis accessu ad Cassinense monasterium ^a Annales huius cœnobij memoriam conseruarunt.

* al. Piretum.

^a Leo Ost. lib. 2. c. 18.

XXXIII.

S. BONIFACII OTTONIS INTERMI CONVERSIO.

Sed quoniam modo idem, de quo supra mentio facta est, Bonifacius vir illustris ad Christum conuersus sit, Petrus Damiani ibidem mox subiicit ista: Hic Regis fuerat sanguineus, & ita charus, vt Rex illum non alio vocaret nomine, nisi Anima mea. Erat autem apprime liberalium artium doctrinis instructus, maximeque in modulationis musicæ studiis approbatus. Is itaque cum in Cappella regia moraretur, videns Ecclesiam antiqui martyris Bonifacij, *quæ est Romæ in Auentino*, mox exemplo sui æquiuoci ad martyrij desiderium prouocatus, ait: Cur ergo etiam ipse martyr esse non debeo? Post hæc igitur monachus factus, tanta se abstinentiæ frugalitate constrinxit, vt sæpe Dominicis diebus tantum & Feria quinta per hebdomadam manducaret. Nonnumquam autem, vbi vitæ carum vel etiam veprum cernebat densitatem, illuc se proiciens volutabat, &c.] Quando autem accepta licentia à Sede Apostolica ad prædicandum Euangelium Russis profectus est, suo loco dicturi sumus.

XXXIV.

^b Idem c. 22. in fin.

Sciendum præterea, petiisse eundem Ottonem Imp. monasterium Cassinense, eidemque priuilegium contulisse, & oblationes. testatur id Leo ^b Otthensis in Chronico Cassinate. At hoc an primo vel secundo aduentu Ottonis in Italiam factum sit, ignoratur: sicut & alia nonnulla quæ anni huius periodo sunt collocata.

XXXV.

^c Glab. hist. lib. 1.

* f. zelum perfectum.

Quid autem acciderit Ottoni Romæ dum moraretur cogitanti expellere monachos, & introducere canonicos in basilicam S. Pauli, sic accipit ^c Glabro Rodulpho: Contigit igitur ipso in tempore, vt idem Imperator, suggerente tam ipso Pontifice, quam aliis quibuscumque * calum profectus religionis domus Dei gerentibus, quosque in beati Pauli Ecclesia nomine tenus monachos, ceterum præue degentes, inde expellere deberet, ac alterius instituti (quos videlicet canonicos dicimus) in eodem loco seruituros, vt ei suggestum fuerat, substituturus esset. Cumque hoc appeteret implere decretum: apparuit ei noctu per visum beatissimus Apostolus Paulus, atque eundem Imperatorem huiusmodi monere curauit: Si verè (inquiens) zelus diuinæ seruitutis, optimi operis, te adurit, vide ne huius propositi institutum præsumas in monachis immutare expellendis. Non enim omnino expedit, cuiusque Ecclesiastici ordinis, quamuis ex parte deprauati, propositum vniquam abiici, seu immutari. In eo namque vnusquisque iudicandus est ordine, in quo se primitus vouit Deo seruire: reemendari tantum licet corrupto cuique in eadem propriæ vocationis sorte. Taliter quippe monitus Imperator retulit suis quæ audierat ab Apostolo, curamque agens, qualiter eorum institutum scilicet monachorum quiuisset in melius reformare, non expellere à loco, licet immutare.] hucusque Glaber.

XXXVI.

CONCILIVM ROMANVM.

Porrò hoc ipso anno compositis rebus, redditaque pace Ecclesiæ, Gregorius Papa concilio Ottonis ad stabilendum statum Ecclesiæ adiiciens animum, necnon ad electionem Imperatorum pacificè absque tumultu in posterum faciendam, Concilium Romæ collegit Episcoporum. Quod licet ipsum exciderit, eiusque Acta omnino perierint, fragmenta tamen, quæ in hoc vsque tempus sunt conseruata, prodemus: sic per pauca quæ supersunt, ea quæ perierunt, & obscura penitus remanserunt, reuocabuntur in lucem, vt liceat saltem per transennam aspicere quæ antea celabantur. Mentio in primis huius Concilij Romæ habiti sub Gregorio Quinto Romano Pontifice extat in rebus Gestis sancti Adalberti à scriptore huius temporis (vt sæpe dictum est) scriptis, quibus significatur, in hac Synodo etiam agitatam esse causam sancti Adalberti Pragenfis Episcopi iudicio postulati ab Archiepiscopo Moguntino de facienda in sua Ecclesia, quam reliquerat, residentia. Qui enim ea tunc temporis scriptis mandauit, sic narrat:

Post

CHRISTI
996.GREGORII V. PAP.
I.OTTONIS III. IMP. I.
BASIL. ET CONST. IMP. 21.

Post hæc facta est Synodus, & zelo iuris ductus Moguntinus Archiepiscopus anti-
quam cantilenam cantat, & Episcopum sanctum à quiete monasterij ad relictos greges
retuocare instituit. Assensit Papa Gregorius, & semel susceptum gregem non potuit
pune eum dimittere, Scripturæ sententiis affirmat. Velit nolit vir Dei, eat, inquit
Episcopi sedentes: aliter vinculis neclatur anathematis. At ille secretum petens, ad
Papam ait: Hostis quieti meæ inuidet, qui vos suo stimulo instigat, vt eò me redire
compellatis, vbi animarum fructum non faciam, detrimenta autem capiam animæ
meæ immania: mitiga ærumnam meam; defectui meo remedium appone, tristi recessui
meo da vel vnum solatium: Si audiunt oues meæ quam clamo vocem, viuens moriar
cum eis, sin minus, pietas tua mihi succurrat, vt verba vitæ eis spernentibus, cum
licentia tua vadam ad exteras & incultas gentes, quæ nesciunt nomen Domini. Ac
quieuit libens voluntati hominis Dei Papa Gregorius, vt erat satis bonus, quantum
permisit vaga iuuentus. Reliquit sanctus Adalbertus monasterium non sine magno
planctu suo & fratrum, moleste ferens ruptam quietem, sed habens de illo martyrio spem
viam, cuius in suo pectore ardebat longum desiderium, &c.] ista tunc in Synodo. At
huius quoque Concilij mentio habetur in vita sancti Burchardi Vuormatiensis Episcopi,
vbi pariter dicitur interfuisse eidem Concilio Franco tunc Episcopus Vuormatiensis,
accepisseque ab eo tunc Abbatiam, cuius inuestituram in eadem Synodo recitatam tradit,
eumque hoc anno esse defunctum.

Quod autem maioris momenti est, ad hoc ipsum Concilium à Gregorio Quinto celebratum
referri debere videtur, quod de Imperatoris Electoribus ab eodem Pontifice
multorum assertione traditur constitutum. Siquidem res magni momenti, non nisi
consultis Patribus, collectis Episcopis, in Synodo fieri consueuerunt. At quod nos sciamus,
rem tantam magna esse contouertiam agitatam, refragantibus Nouatoribus, ac negantibus
ius eligendi accepisse Electores à Romano Pontifice, sed ab Ottone Imperatore Tertio
illud eis esse concessum; aliis verò asserentibus, id non eos accepisse à Gregorio
Quinto, sed Decimo eius nominis Romano Pontifice, de his accuratissimè nobis
agendum erit. Quod pertinet ad Nouatores cuncta hæc tribuentes Imperatori, nihil
concedentes Romano Pontifici, cum liberioris essent affectus, & non hominum gratia
ducerentur, his verbis veritatem liberè sunt professi: ^a Gregorius suam patriam insigni
aliqua dignitate ornatus, sanxit, vt penes solos Germanos esset ius eligendi Regem,
qui post diademam à Romano Pontifice acceptam, Imperator & Augustus appellaretur.]
hæc tota illa schola Nouantium communi consensu, pari sententia, perpetua memoria
reliquere testata, suisque chirographis consignata, palamque edita, eadem legenda cun-

dis tradita; sicque veritatem aliquando profitentes, in eademque persistentes, ad calcem
eiusdem toni, vt tandem quæ differuerant de edita per Romanos Pontifices sanctione
de Electoribus, stabilirent, auctoritate nitentes Blondi, verbatim quæ ab eo de ea re scripta
essent, recitant: Blondi verba (inquiunt) hic inferemus: ^b Paulò enim potè quam
redierat, Gregorius Papa scilicet, eam fecit de Imperatoris electione sanctionem, quam
hucusque super annos quadringentos seruatam videmus, solis licere Germanis, qui inde
Electores dicti sunt, Principem deligere, qui Cæsar tunc & Romanorum Rex dictus, si à
Romano Pontifice coronabitur, Imperator Augustus appelletur. Suntque hi Electores,
&c.] quibus recensitis subiicitur: Annum, in quo hæc sanctio à Pontifice Gregorio
facta est, secundum supra milleimum Christianæ salutis fuisse inuenimus.] hucusque
ex Blondo ipsi in rebus gestis Ottonis Tertij, ibique asserunt istud ipsum de Electoribus
deligendis ex Germanis fuisse primum consilium eiusdem Imperatoris, generali sententia
& auctoritate eiusdem Gregorij Romani Pontificis confirmatum ac promulgatum.
Alios præterea recitantes auctores studuerunt id ipsum plurimorum assertione relinquere
benè testatum, roboratum, atque penitus stabilitum.

At illorum antesignanus primus desertor factus, ab asserta & professa multoties veritate
recedens, de translatione Imperij seorsum edidit commentarium, in quo inter alia,
impugnat impudenter eam, quam vnà cum ceteris Collegis defenderat & factam
rectam benè confirmatam statuerat veritatem, nec nisi affectatis pudendisque mendaciis,
quæ foris spectanda aperta luce exposuit, ac potenter valideque confutauit fortis
Ecclesiæ Catholicæ Antagonista doctissimus Bellarminus eodem titulo scripto con-

Ffff 4

tradi-

traditorio Commentario, in cuius tertio libro eundem de Electoribus multipliciter A mentientem sic redarguit, vt fortissimorum enthymematum laqueis miserum strangu- let, vt non modò ipse, intercepto spiritu, respondendi auiserit facultatem, sed nec ex sectariis eius quis inuentus, qui singulis respondere sit ausus. & cum plurimos reliquerit impij dogmatis sectatores, nullum tamen habuerit, qui singula singulis redargueret responsionibus, defenforem. Aduersus quos omnes (licet videri posset esse superfluum, pro ratione tamen tenemur instituti, cum historica id esse facultatis, omnes norunt) aded liberaliter in hac concertatione nobis agendum proponimus, vt omissis innume- ris testibus historiarum scriptoribus, quorum aliquibus & ipsi in eadem veritate astruenda sunt vsi, nonnisi sanctissimorum Romanorum Pontificum publicis assera litteris testimonia afferamus. Et ne dicatur, domesticis nos vti testibus, eorundem ipso- rum Electorum testificationes ab ipsismet scriptis proditas atque subscriptas & obli- gnatas in medium adducemus, quin & addemus litteras Imperatorias, quas præ digni- tatis excellentia sacras, nuncupare consuevit antiquitas, vt nec inuenire possit, qui fla- grat contradicendi libidine, quæ respondeat, nisi qui multa febre phrenetici, linguæ vertigine tantum vsi, absque vlla mentis ratione ad quæque insana promenda veloces existunt, ne se superatos atque conuictos humili confessione fateri cogantur. Rem verò aggrediamur.

XL.

ELECTORES IMPERII A ROM. PON- TIFICIBVS IVS ELI- GENDI MA- RUISSSE.

^a Est. de e- lect. c. Vene- rabilium 34.

^b Clement. de Inuicir. cap. 1.

Est firma & in omnibus constans assertio, sicut Imperium auctoritate Romani Ponti- ficis ex Oriente in Occidentem translatum est, ita ius eligendi Imperatorem Germanis concessum: vel dixerimus, Regem in Imperatorem promouendum, ab eorundem Ro- manorum Pontificum auctoritate & concessione manasse. Accipe quæ de his Innocen- tius^a Tertius Papa scripserit ad Ducem Caringæ siue Thuringiæ: Illis Principibus ius & C potestatem eligendi Regem in Imperatorem postmodum promouendum, recognoscimus, vt debemus, ad quos de iure antiqua consuetudine noscitur pertinere, præsertim cum ad eos ius & potestas huiusmodi ab Apostolica Sede peruenerit, quæ Romanum Imperium in personam magnifici Caroli à Græcis transtulit in Germanos.] hæc Inno- centius. In Concilio Viennensi eadem^b Clemens Quintus his verbis: Romani Princi- pes Orthodoxæ Fidei professores sacrosanctam Romanam Ecclesiam, cuius caput est Christus Redemptor noster, ac Romanum Pontificem eiusdem Redemptoris Vicarium feruore fidei & claræ deuotionis promptitudine venerantes, eidem Romano Pontifici, à quo approbationem personæ ad Imperialis promptitudinis apicem assumenda, necnon vnctionem, consecrationem, & Imperij coronam accipiunt, vt sua submitterent capita non reputarunt indignum, seque illi & eidem Ecclesiæ, quæ à Græcis Imperium transtu- D lit in Germanos, & à qua ad certos eorum Principes ius & potestas eligendi Regem in Imperatorem promouendum peruenit, astringere vinculo iuramenti, &c.] id quidem aded sine contradictione à maioribus receptum est, vt semper ipsi Electores & Imperatores ab eis electi ingenuè hoc ipsum professi sint, intellexerintque pariter, eius esse facultatis qui dedit, & auferre pariter, cum viderit expediens esse Reipublicæ Christianæ. quod & cetera exempla demonstrant.

XL I.

^c Cont. 10. cap. 16. pag. 720. vers. 9. IPSI IMPE- RATORES PRIMO CONSTITV- TI A ROM. PONT. ELE- CTORES.

Cum verò ante ipsam collatam à Romano Pontifice concessionem eligendi Impe- ratorem Electoribus ipsis, eo iure carerent etiam Imperatores, vt successorem sibi de- ligerent: Magno Ottoni id primùm à Romano Pontifice reperitur esse concessum. Ex- tat de his Leonis Papæ Octauī decretum ad Ottonem Primum Imperatorem datum, quod & recitant ipsi Nouatores^c cum inter alia ipse Pontifex, quò pertrahat ipsum Im- E peratorem ad liberandam Romanam Ecclesiam à tyrannis oppressam, concedit ipsi facultatem eligendi sibi successorem. sunt hæc verba ab iisdem pariter recitata: Nos quo- que Leo feruus seruorum Dei, Episcopi similiter cum cuncto Clero, & vniuerso populo Romano, omnibus ordinibus huius almæ Vrbs (sicut in ipsis conscriptis apparet) con- stituimus, confirmamus, corroboramus, & per nostram Apostolicam auctoritatem con- cedimus atque largimur domino Ottoni Primo Teutonico Regi, dilectissimo spiritua- li in Christo nostro filio, cuiusque successoribus huius Regni Italici in perpetuum tam sibi facultatem successorem eligendi, &c.] idque factum, vt auctoritate diplomatis huius ipse sibi filium elegerit successorem in Regnum primò, inde in Imperium promo- uendum. Ex præscripto igitur Romani Pontificis factum videmus, vt non Rex eligeretur ab

A ab Electoribus, sed ipsi Imperatores Primus & Secundus Otto successores Regni in Im- perium promouendos filios nominauerint. Otto autem Tertius, quò prole caruerit, per Pontificem Gregorium aliter Imperio consulendum putauit, nempe vt Electoribus Principibus id concederetur ab ipso.

Audisti Romanorum Pontificum facultate Imperatoribus primò concessum ius eli- gendi Regem promouendum in Imperatorem. Audisti insuper & testificatione Roma- norum Pontificum id ipsum concessum certis Principibus Electoribus: reliquum est mo- dō (quod polliciti sumus) vt & ipsorum Electorum testificatione, necnon Imperatorum assertione id ipsum firmemus.

Non vnus ex eis est ista assertio, sed omnium id suis litteris ad Romanum Pontificem XLII. datis significantium, publicis atque patentibus monumentis testantium, quæ licet di- uersis locis sicut & diebus datæ reperiantur, non solum vnum idemque earum argu- mentum est, sed eadem quoque sunt verba, vt appareat certam quamdam præscriptam formam ab eis, qua id ipsum vniuerso Christiano orbi voluerint innotescere, & relin- quere posteris benè testatum. Extant inquam litteræ Marchionis Brandeburgensis vnus ex Electoribus, quarum hic est titulus: Otto Marchio Brandeburgensis vniuersis præ- sentem paginam inspecturis.

Datæ autem, vt in fine habetur, anno millesimo ducentesimo septuagesimo nono, pridie Idus Septemb. anno sexto Rodulphi Imp. Alia Ioannis & Adelberti Ducum Saxonie, eodem titulo, datæque eodem anno, die verò & mense diuerso, nempe deci- moquarto Kalendas Aprilis. Alia Ludouici Comitis Palatini Rheni, eadem die datæ & anno, iuxta quam præscriptam ab ipsis formam & reliqui Electores scripsere. quibus omnes pariter confirmant donationes factas, vel innouatas à Rodulpho Romanorum Rege & aliis prædecessoribus Imperatoribus Romanæ Ecclesiæ. Extant ipsæ in scri- pto codice eodem tempore vnà cum aliis monumentis de donationibus & privilegiis à diuersis Ecclesiæ Romanæ collatis, quæ asseruantur teorium à Vaticana bibliotheca Romæ in Castello S. Angeli loco tutiori, vbi selecta maioris momenti monumenta re- cordita habentur, ne pereant. Porro satis erit ex omnibus recitare vnas, cum (vt dixi- mus) vnum idemque sit argumentum omnium, atque totidem verba. Comitis Pala- tini sunt istæ:

Ludouicus Dei gratia Comes Palatinus Rheni, Dux Bauariæ, vniuersis præsentem XLIV. paginam inspecturis salutem in Auctore salutis..

Complectens ab olim sibi Romana Mater Ecclesia, quadam quasi germana charitate D Germaniam, illam eo terrenæ dignitatis nomine decorauit, quod est super omne nomen temporaliter tantum præfidentium super terram, plantans in ea Principes tamquam ar- bores præelectas, & rigans illas gratia singulari: illud eis dedit incrementum mirandæ potentia, vt ipsius Ecclesiæ auctoritate suffulti, velut germen electum per ipsorum ele- ctionem, illum qui fræna Romani Imperij teneret, germinarent. Hic est illud luminare minus in firmamento militantis Ecclesiæ per luminare maius Christi Vicarium illustra- tum. Hic est qui materialem gladium ad ipsius nutum excutit & conuertit, vt eius præsi- dio pastorum pastor adiutus, oues sibi creditas spiritali gladio protegendo communiat, temporali refrænet, & corrigat ad vindictam malefactorum, laudem verò credentium & bonorum. Vt igitur omnis materia dissensionis & scandali, seu etiam rancoris occasio in- ter ipsam Ecclesiam & Imperium auferantur, & duo gladij in domo Domini constituti E debito fœdere copulati seipfos exerceant: in vtilem reformationem regiminis vniuersi, & nos in actu voluntatis & operis inueniamur filij deuotionis & pacis, qui tam Ecclesiam quam Imperium confouere tenemur: quidquid per Dominum nostrum Rodulphum Dei gratia Romanorum semper Augustum sanctissimo patri & domino nostro Nicolao Papæ Tertio, eiusdemque successoribus, & ipsi Romanæ Ecclesiæ recognitum, confirma- tum, ratificatum, innouatum, denuò donatum, declaratum siue concessum, iuratum, & actum, seu factum est per privilegia vel quæcumque alia scripta quorumcumque teno- rum super recognitionibus, ratificationibus, approbationibus, innouationibus, confirma- tionibus, donationibus, concessionibus, & factis seu gestis tam aliorum Imperatorum & Regum Romanorum prædecessorum Regis eiusdem, quàm ipsius Regis super fide- litate, obedientia, honorificentia per Romanos Imperatores & Reges Romanis Pon- tificibus

QVID ELE- CTORES IM- PERII SINT PROFESSI SVIS SCRIP- TIS

XLIV.

XLV.

ELECTO- RVM CON- FIRMATIO DONATIO- NVM ROM. ECCLESIAE.

tificibus & ipsi Ecclesie impendendis, ac possessionibus, honoribus & iuribus eiusdem Ecclesie, & nominatim super totam terram quae est à Radicofano vsque Ceperanum, Marchia Anconitana, Ducatu Spoletano, terra Comitissae Machildis, ciuitate Rauennae, & Emilia, Bobio, Cefena, Foropopuli, Foroliuij, Fauentia, Imola, Bononia, Ferraria, Comaclo, Adrianis atq; Gabello, Arimino, Urbino, Monte feretro, Territorio Balnensi, Comitatu Breſtonorij, Exarchatu Rauennae, Pentapoli, Massa trabaria cum adiacentibus terris suis, & omnibus aliis ad praedictam Ecclesiam pertinentibus, cum omnibus finibus, territorijs atque insulis in terra marique prouincijs, ciuitatibus, territorijs ad loca praedicta quoquo modo spectantibus, necnon super ciuitate Romana, & Regno Siciliae cum omnibus ad eam spectantibus tam citra Pharam, quam ultra, Corsica quoque atq; Sardinia, & ceteris terris ac iuribus ad ipsam Ecclesiam pertinentibus, nos nostri nomine Principatus in omnibus & per omnia approbamus & ratificamus, ac iisdem omnibus & singulis & quibuscumque aliis super iisdem per eundem Regem quoquo modo factis, & in posterum faciendis voluntatem nostram, assensum, atque consensum vnanimiter atque concorditer exhibemus, & promittimus, quod contra promissa vel aliquid promissorum nullo vnquam tempore veniemus; sed ea omnia & singula pro posse nostro procurabimus inuiolabiliter obseruari. Et ut haec nostra voluntas, approbatio, ratificatio, assensus, consensus atque promissio à nobis eisdem Romanis Pontificibus & Ecclesie in perpetuum obseruentur, hoc praesens scriptum inde fieri fecimus, nostrorumque sigillorum munimine roboratum. Actum & datum anno Domini M. CCC. LXXIX. decimoquarto Kal. Aprilis, Indictione septima, regnante praedicto domino nostro Rodolpho Romanorum Rege glorioso, Regni eius anno sexto.] haec ipse. Eadem seorsum reliqui litteris singulis. Ex quibus omnibus Nouatores suggilles, qui non ab Apostolica Sede id eos consecutos Electores affirmant, sed ab ipso Ottone Imp. cum Electores iidem profiteantur suo dicto recitato diplomate se ab Apostolica Sede tanto honore nobilitatos. At quomodo id praestitisse ius eligendi Otto Imp. potuit, qui nec id ipsum habuit, & cum voluit, à Romano Pontifice (vt vidisti) illud expetiit & impetrauit?

XLVI. Sed & eadem haec ipsa adeo perspicua & solida firmitate constantia adhuc roborentur litteris Imperatoris, quae eodem scripto codice continentur. Sunt istae post annos viginti quatuor datae ab Alberto Imperatore, quibus describitur iuramentum fidelitatis ab eo exhibitum Bonifacio Octauo Romano Pontifici, & continetur confirmatio & ratificatio priuilegiorum omnium per alios praedecessores Imperatores Ecclesie Romanae concessorum. Quod cum sit valde prolixum, hic sit satis summatim describere, atque ea quae ad rem de qua agimus spectant, totidem verbis & syllabis reddere.

XLVII. Recognoscit in primis, vt gratus, Romanum Imperium per Sedem Apostolicam à Graecis in Germanos translatum, ac ab eadem ius eligendi Electoribus esse concessum. his subiicit iuramentum fidelitatis solitis formulis exhiberi consuetum. Addit his confirmationem iuramenti pariter fidelitatis exhibiti à patre suo Rodolpho, & alia omnia ab alijs omnibus Imperatoribus praestita. Confirmat iidem priuilegia ab eodem Rodolpho & alijs Imperatoribus eidem Ecclesie Romanae concessa. Ratificat quae statuta & iurata fuerant per Ludouicum Imp. Paschali Papae, & per Ottonem Ioanni Pontifici. Et post reuerentiam patri exhibitam, & filialem amorem insinuatam, Ecclesiae iura defendit, primatum & libertatem eiusdem Ecclesiae proficitur defensurum aduersus quoscumque eiusdem perturbatores, aduersus quos bella mouere, si opus sit, pollicetur, spondens suum cum exercitu in Italiam aduentum, si placeat. Datum verò habetur apud Noremberg anno Domini M. CCC. III. Indictione prima, decimosexto Kalend. Augusti, Regni verò anno quinto; sed quae ad rem spectant (vt promissimus) sic verbatim accipe ab eius exordio, cum isto titulo praefixo diplomati:

XLVIII. Sanctissimo in Christo patri, & domino nostro, domino Bonifacio, diuina prouidentia sacrosanctae Romanae ac vniuersalis Ecclesiae summo Pontifici, Albertus Dei gratia Romanorum Imperator semper Augustus, deuota pedum oscula beatorum m.

Profiteor, beatissime pater, me bonorum omnium largitori, ac vobis & sanctae Ecclesiae tuae fore pro innumeris misericordijs & immensis beneficijs obligatum. Profiteor quod desiderij mei recepi desideratum effectum, & diffiteri non audeo, quod & plus quam desiderasse sciuerim, adinueni: mirans sic in praeteritis esse prouisum, quod de iis quae

A quae circa talia in futuro peti poterant, spes miserationis haberetur. Assurgens itaque Deo & sanctitati vestrae, ac eidem Ecclesiae Matri meae ad gratiarum deuotissimas & humilissimas actiones, torum me deuoueo, torum me offero & expono ad gratificationis debitum per omnia in quantum humanae imbecillitatis conditio patitur, exoluendum. Ad haec, licet pridem, antequam circa negotium electionis de me ad Romanum Regnum & Imperium celebratae, ac alia quae in hac parte incumbebant, esset per sanctitatis vestrae beneficentiam mei status essentia solidata, fecerim infra scripta, & super his meas beatitudini vestrae litteras duxerim destinandas, ac in soliditate huiusmodi procuratores mei ad hoc specialiter constituti, & in vestra praesentia renouarint: Ecce nunc tamen, vt gratus reddar, & ipsa in maiori firmitate procedant, illa duxi praesentibus innouanda.

B Recognoscens igitur quod Romanum Imperium per Sedem Apostolicam de Graecis translatum est in persona magnifici Caroli in Germanos, & quod ius eligendi Romanorum Regem in Imperatorem postmodum promouendum, certis Principibus Ecclesiasticis & saecularibus est ab eadem Sede concessum, à qua Reges & Imperatores qui fuerunt, & erunt pro tempore, recipiunt temporalis gladij potestatem ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum: pia deuotione & sincero corde profiteor, quod Romanorum Reges in Imperatores postmodum promouendi per Sedem eandem, ad hoc potissimè & specialiter assumantur, vt sint sanctae Romanae Ecclesiae aduocati, Catholicae Fidei, ac eiusdem Ecclesiae praecipui defensores, &c.] habes igitur, Lector, rem tantam publicis monumentis Romanorum Pontificum, ipsorum Principum Electorum atque Imperatoris adeo egregie testatam & patefactam, vt rubore suffundi necesse esset, qui contraria his scripsit, si viueret, etiam quod perfricta fronte, & mendaciorum obducto calle didicisset non erubescere, profligato indito à natura ipsa pudore virtutum custode. Quod si de his quis dubitet, ostendi locum, vbi asseruantur autographa, petant ipsa; & ego curabo, quod bene consultum sit veritati, vt liberaliter ostendantur.

His inspectis atque perspectè cognitis, quae spectant ad auctoritatem concessam à Romanis Pontificibus Electoribus eligendi in Regem, qui esset in Imperium assumendus; iam agamus de concessa ab ipso Gregorio Quinto Electoribus facultate id ipsum praestandi. Sanè quidem dum Otto Romae fuit, tractasse inter alia quae ad Regni iura pertinent, a Sigeberto affirmat. Si Concilij Romani, de quo agimus, monumenta extarent, nobis haud laborandum esset in perquirendo qualis fuerit ista ab ipso Pontifice eidem Electoribus tributa concessio: num scilicet ipsa fuerit omnibus Germaniae Principibus generatim collata, an tantum sex vel septem certis nominatimque expressis Principibus (vt nunc sunt) Ecclesiasticis atque laicis exhibita. Certè quidem reuocandum non est in dubitationem, generalem saltem concessam Germaniae Principibus omnibus eandem facultatem eligendi Regem in Imperium promouendum. Etenim id omnino asserere, etiam si alia quaeque testimonia deessent, facta ipsa non modò suadent sed cogunt. Cum enim (vt audisti) concessum fuerit à Leone Octauo Ottoni Primo eiusque successoribus successores eligere Reges in Imperium promouendos, & ab eis factum vsque ad Tertium Ottonem constat, & post ipsum numquam id tentatum ab ipsis fuisse inueniatur: planè dicendum est, eam facultatem demptam fuisse Imperatoribus ipsis penitus, & Germaniae collatam Principibus, nec ab alio quam à Romano Pontifice, cuius dumtaxat id esset auctoritatis, quod (vt nuper audisti) Electores & electi Imperatores publicis scriptis ingenuè sunt professi.

Vt autem non ab alio quam ab ipso Gregorio id factum sit, multa sunt quae nos id affirmare cogunt. Atque in primis quem diximus, ipse rei vsus, cum post ipsum Gregorium Ottonem Imp. defuncto, non amplius per Imperatores, sed per Electores Principes constet fuisse successores electos, quod scriptores omnes affirmant, & quaeuis vetera monumenta testantur, speciatim verò complures Auctores qui suorum temporum res scripserunt, id absque controuersia aliqua asserunt, quod & ipsi etiam refractarij Nouatores (vt dictum est) profitentur.

Ista autem decernendi Gregorio ipse Otto Imp. fuisse auctor videri potest. Cum enim absque liberis esset, & ipse omnis dempta, vt in filium (quod fecerunt praedecessores)

XLIX.

L.

DE CON-
CESSA
GREG. QVINTO FACVL-
TATE ELE-
CTORIBVS
ELIGENDI.
a Sigebert.
ann. 1000.

LI.

LII.

cessores) transferret Imperium: ne post eius obitum inter omnes sibi consanguinitate A & affinitate coniunctos, & alios æmulos eiusdem honoris Principes exoriri possent bella civilia, quibus idem conflagrans perderetur Imperium, in Electores eam refundendam potestatem auctoritate Pontificia, consultius existimavit. Et quod videret æmulos gloriæ Germanorum Francos, explosis Carolinis, ignominia nomine suggillatos, novos eosdemque pugnacissimos habere cœpisse ex alia linea Reges, ne illis Imperium pariter affectandi, & ad Francos, è quibus in Germanos fluxerat, reuocandi aliqua quærentibus pateret occasio: bene consultum rebus Germanorum putauit, si Apostolica auctoritate firmaret, vt iidem tantum essent Germani, quibus facultas esset creandi Regem, quem idem Romanus Pontifex promoueret in Imperatorem. ita tamen, quod si causa aliqua esset id negandi, liberè facere posset, nec aliquo necessitatis nexu, quem ipsi elegissent in Regem, compelleretur probare atque vngere Imperatorem. Nam au- B di Innocentium Tertium id ipsum Electoribus his verbis insinuauit: Sed & Principes recognoscere debent, & vtique recognoscunt (sicut iidem in nostra recognouere præsentia) quod ius & auctoritas examinandi personam electam in Regem, & promouendam ad Imperium, ad nos spectat, qui eum inungimus, & coronamus. est enim regulariter & generaliter obseruatum, vt ad eum examinatio personæ pertineat, ad quem impositio manus spectat. Numquid enim si Principes non solum in discordia, sed etiam in concordia sacrilegum quemcumque, vel excommunicatum in Regem, tyrannum, vel futurum hæreticum eligerent, aut paganum: nos inungere, consecrare, ac coronare hominem huiusmodi deberemus? Absit omnino.] hæc Innocentius. Porro quis non intelligat, quod si personam electam in Imperatorem assumendam ex causa ipse potest reiicere Pontifex: multò magis ipsos Electores ab electione repellere potest ex causa, C præsertim verò si iniquatus sit hæresi, in qua nec recipiendus, sed spernendus ab eo esset Imperator electus?

LIII. Porro non sic ius eligendi in alios transtulit Romanus Pontifex, vt illud apud se noluerit remansisse, & cum opus fuerit, & necessitas exegerit, eo pro arbitrio vti posset, hunc recipiendo, abiiciendo autem illum, prout oportunitas postuleret. Nam audi quid dicat ^b Glaber Rodolphus horum temporum probatus scriptor, vt qui ab hoc tempore ^b vltque ad millesimum quadagesimum quintum historiam scripserit ad S. Odilonem Abbatem suum: Illud (inquit) nihilominus nimum condicens & perhonestum videret, atque ad pacis tutelam optimum decretum scilicet, vt ne quisquam audacter Romani Imperij sceptrum præperus gestare Princeps appetat, seu Imperator dici aut esse valeat, nisi quem Papa Sedis Romanæ morum probitate delegerit aptum Reipublice, cuique D commiserit insigne Imperiale.] hæc ipse, haud ignorans, quæ assidue ante eius oculos versabantur, per Principes Imperij feudatarios eligi, qui esset in Imperium promouendus, probè noscens, summam rerum penes Pontificem esse, vt probaret, vel non probaret, quem elegissent, qui ius habuerant eligendi.

LIV. Hæc igitur & alia quæ superius de Electoribus auctoritate Pontificia munus obeuntibus dicta sunt, cum à nemine iure reuocari possint in dubium: illud reperitur magnopere controuersum, & proluxa disceptatione agitatum, Num septem tantum Electorum selectio & electio, qui Romanorum Regem crearent, fuerit eiusdem Gregorij Papæ V. institutio, vel alterius Rom. Pontificum. Huius rei occasione, scimus Panuinum commentarium de Comitibus Imperatoriis elaborasse, quo nihil aliud probare nititur, quàm septem Electores non à Gregorio V. institutos fuisse, sed à Gregorio eiusdem nominis X. nullum E alium habens suæ sententiæ quem sequatur auctorem, nisi infectâ hæresi scabie bestiam, quem indignè nimis ipse homo Catholicus pectine scalpat eburneo, dum eum prædicat virum esse disertum: quem si cominus inspexisset lucerna Cleantis, eum potius sicut pietate ita & doctrina intellexisset omnino desertum, nullo autem modo disertum, vt cum ex multis aliis, tum ex ipso, in quo sequitur eum quem laudat, & in quo laudat errantem, seruit. intelliges, quos ambos turpiter errantes egregie corrigit, quem iure laudauimus, ^d Bellarminus verè doctissimus, ostendens (quod ipsos latuit) complures eosdemq; fide integros scripsisse ante Gregorium X. auctores, de septem Electoribus iam antea constitutis, adeò vt nequaquam vel fingi poterit, eosdem ab ipso Gregorio X. originem ducere, quorum ante eius Pontificatum fieret mentio à diuersis eiusdem temporis claris auctoribus.

Explosis

^a Extr. de elect. cap. Venerabilem.

^b Glab. hist. lib. 1. cap. 5.

DE SEPTEM ELECTORUM RVM ORIGINIS ET INSTITUTIONE.

^c Antonium Auctor intel. lib. 1. quilibet 5. Ann. Notar. id est ex multis aliis, tum ex ipso, in quo sequitur eum quem laudat, & in quo laudat errantem, seruit. ^d Bellarmin. de errat. Rom. Imp. lib. 3.

A Explosis igitur Nouatorum falsis opinionibus, repudiatisq; nouitatibus eorundem, nec sic definita remanet quæstio, vt factum à Gregorio V. affirmare possimus, quod à Gregorio X. institui potuisse negatur. Siquidem etiam in controuersiam reuocari non potest (vt dictum est) id quod tributum fuerat à Rom. Pontifice Ottonibus Imperatoribus eligere successores, per Gregorium V. transfusum ad Germaniæ Principes: haud tamen aded liquet, per ipsum fuisse Electores ipsos numero senario vel septenario definitos; sed & si factum fuerit, constare tamen, nequaquam id fuisse vsu receptum. De his ergo modo nobis agendum, ac demum à quo potissimum Romano Pontifice id primum inuenimus institutum, in medium adducendum.

B Sanè quidem nemo iure inficias ire poterit, post Tertij Ottonis Imperatoris obitum, ducentis & amplius annis, quotquot electi fuerunt Romanorum Reges, Imperatores designati, eosdem non septem dumtaxat Electorum, sed omnium Principum Germanorum qui ad Comitibus conuenissent suffragiis fuisse ad regium culmen electos: quod præterquam singularum promotiones, perspicue satis edocent, vt dubitationi nullus possit locus esse relictus, quæ adhuc extant de ipsis promouendis litteræ diuersorum Pontificum Romanorum ad Germaniæ Principes datæ: & inter alias, quas ^a Gregorius scribit ad omnes Episcopos, Duces atque Comites Teutonicos de noui Regis electione faciendâ, si Henricus in Synodo excommunicatus non resipisceret, ostendens illorum omnium ius esse par in eligendo Rege in Imperium promouendo. Ita etiam perseuerasse tempore Innocentij Papæ Tertij, anno Redemptoris millesimo ducentesimo, cum mortuo Henrico Sexto Imperatore, Principes Germaniæ scissi sunt inter se, eligentibus aliis Ottonem Quartum, aliis verò Philippum, litteræ ambarum partium ad Innocentium Papam datæ significant, quibus manifeste apparet, non penes septem tantum fuisse ius eligendi, sed penes omnes tam Ecclesiasticos quàm laicos feudatarios Imperatoris in vtraque Germania Principes. Extat scriptus tunc codex omnium illarum epistolarum, quæ in ea causa vltro citroque datæ fuere, asseruaturque in Archiuo Apostolicæ Sedis in Castello sancti Angeli in Vrbe, nimirum litteræ ^b Balduini Comitis Flandriæ vnus ex Electoribus, ^c alia Comitis Daburgentis & Merentis eodem munere perfungentis, ^d Adolphi Archiepiscopi Colonienis, & ^e aliorum qui elegerunt Ottonem: quæ cum non sint aded proluxæ, hæc exempli causa recitandas esse haud diximus otiosum. sic se habent:

D Sanctissimo Patri ac domino Innocentio sacrosanctæ Romanæ Sedis summo Pontifici Principes & Barones Alemanniæ, clerici & laici debitam in Christo reuerentiam & sinceritatem obsequij.

Cum placuisset ei qui aufert spiritum Principum, & magnus & terribilis est super Reges terræ, dominum Henricum Imperatorem de medio auferre. necessarium nobis fuit visum, de substituendo Rege tractatum & colloquium habere. Cui uenimus ergo sapiens, & miserias & oppressiones, quas hæcenus sustinueramus, recensentes, per vniuersos Regni animos nostros ereximus, & quid honori Ecclesiæ Dei, & paci ac quieti subiectorum expediret, deliberantes, nunc vnum, nunc alium quasi finaliter eligere putabamus. Verùm quia non est prudentia, non est potentia, non est consilium, nisi per Deum: placuit ei qui Abraham filium immolare volenti victimam prouidit, & David fratribus iuniorem de post fortantes accepit, atque Matthiam ex discipulorum numero ad sortem Apostolatus elegit: serenissimum dominum nostrum Ottonem quondam Henrici Ducis Saxonie filium ad regimen Romani Imperij de terra peregrinationis suæ ex inopinato offerre nobis. Inuocata itaque sancti Spiritus gratia, prædictum dominum Ottonem, Christianæ Fidei cultorem deuotissimum, atque sanctæ Romanæ Ecclesiæ aduocatum & defensorem fidelissimum, & iusticiariæ potestatis obseruatorem iustissimum, de longa & antiqua Regum profapia ex vtraque linea specialiter editum, ad Romani Regni fastigium iultè & rationabiliter elegimus; & sicut debuimus, ipsius electioni consentimus, ipsumque in Augustorum sede à Carolo Magno apud Aquisgranum huic dignitati deputata locauimus, & corona & Regni diademate per manum domini Adolphi Colonienis Archiepiscopi, ea qua decuit solemnitate feliciter coronauimus.

Nos autem Principes, qui iam dictum dominum in Regem elegimus, feuda nostra quæ ab Imperio tenemus, à manu ipsius recipientes, Hominiū ubi fecimus & fidelitatem

L VJ. DE NUMERO ELECTORVM

LVI. FEVDATARIJ IMPERII IIDEM ELECTORES

^a Greg. VII. lib. 4. ep. 3.

^b Eod. cod. ep. Innocentij Pa. pe. ep. 7. ^c Eod. co. ep. 8. ^d Eod. co. ep. 9. ^e Eod. cod. ep. 10.

L VII.

L VIII.

CHRISTI
996.GREGORII V. PAP.
I.OTTONIS III. IMP. I.
BASIL. ET CONST. IMPP. 21.

litatem iurauimus. tantæ igitur dignitatis munus excellentissimus Princeps diuinæ potius gratiæ quàm suis meritis adscribens, primitias huius honoris afferens Domino, propria voluntate iuramento firmavit in primis sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ, deinde omnia Ecclesiarum iura bona fide seruare & manutene, & subiectos Imperij, exheredatos maximè & à suis possessionibus violenter eieptos, in sua iustitia, pro posse, iuuare & conseruare. Pravam illam consuetudinem insuper, quam Imperatores antecessores sui in occupandis rebus mobilibus vel se mouentibus decedentium Episcoporum vel Abbatum Principum hucusque seruauerunt, penitus extirpans, nos Ecclesiasticos Principes ex hac indebita vexatione regali beneuolentia liberos dimisit, & decedentium bona suis successoribus seruanda liberaliter statuit.

EIX.

Paternitati ergo vestræ dignum supplicare duximus, quatenus fidem & deuotionem domini nostri Regis attendentes, merita quoque illustrissimi patris sui Henrici Ducis Saxonix, qui ab obsequio sanctæ Romanæ Ecclesiæ numquam recessit, memoriter tenentes, paci & quieti nostræ & vestræ, intuitu Dei ac nostri obsequij prouidentes, ipsius electionem & consecrationem auctoritate vestra confirmare, & Imperiali coronatione armare, paterna pietate dignemini. Sanctitatem insuper vestram obnixè rogamus, quatenus Principes & Barones à tam rationabili electione discordes Ecclesiastica censura ad concordiam reuocetis, & ab illicita fidelitate partis aduersæ clauæ sancti Petri resolutos, ad præstandam Regi domino nostro fidelitatem & subiectionem, auctoritate vestra compellatis. Vt autem à domino Rege nostro iura Romanæ Ecclesiæ (vt prædictum est) integra & illibata seruentur, nos in bona fide spondemus, & pro domino Rege nostro fideiubemus.

- * Ego Adolphus Colonienſis Archiepiſcopus elegi & ſubſcripſi.
- * Ego Berardus Paderbornenſis Epifcopus elegi & ſubſcripſi.
- * Ego Thietmarus Mindenſis Epifcopus elegi & ſubſcripſi.
- * Ego Vuidichindus Condeienſis Abbas elegi & ſubſcripſi.
- * Ego Gerardus Tudenſis Abbas elegi & ſubſcripſi.
- * Ego Eribertus Vuerdenſis Abbas elegi & ſubſcripſi.
- * Ego Henricus Dux Lotharingiæ, qui & Brabantix, Marchio Romani Imperij elegi & ſubſcripſi.

* Ego Henricus Comes de Kuke conſenſi & ſubſcripſi.] Porrò hos omnes legitimos fuiſſe Electores, ipſe Innocentius Papa ſuis eſt ſæpè litteris teſtatus ad Germanicæ Epifcopos & Principes datis, eodem codice comprehenſis. Sed neque aduerſarij ipſi negarunt, hos legitimos fuiſſe Imperij Electores, ſed tantùm fuiſſe numero pauciores obiecere, eoſdemq; auro corruptos ab Anglorum Rege eidem nepoti ſuo Ottoni fauente.

LIX.

Sed vt ſcias reliquos Electores Philippo Sueniæ Duci ſtudiſſe, quem in Regem elegerunt, ex titulo litterarum earumdem ad Innocentium Papam tunc ſcriptarum ſic accipe:

Reuerendo in Chriſto patri domino Innocentio ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Pontifici Germaniarum Principes & Magnates in Chriſto filij, Magdeburgenſis Archiepiſcopus, Treuirenſis Archiepiſcopus, Biſuntinæ ſedis Archiepiſcopus, Ratiſponenſis Epifcopus, Friſtingenſis Epifcopus, Auguſtanus Epifcopus, Conſtantiens Epifcopus, Eiſterenſis Epifcopus, Vuormatiens Epifcopus, Spirenſis Epifcopus, Brixinenſis Electus, Hildeſheimenſis Epifcopus Imperialis aulae Cancellarius, Abbas Fuldenſis, Abbas Heluoldenſis, Abbas de Tergente, Abbas Ebuuacenſis: Item Rex Boëmia, Dux Saxonia, Dux Bauaria, Dux Aultrix, Dux Morauia, Marchio de Ruueſperg, aliq; Alemanniæ nobiles.] & infra:

LXI.

Magnitudini veſtræ duximus declarandum, quòd mortuo inelyto domino noſtro Henrico Romano Imperatore Auguſto, collecta multitudine Principum, illuſtre dominum noſtrum Philippum in Imperatorem Romani ſolij ritè & ſolemniter elegimus, &c.] in fine autem numerantur & alij Principes abſentes, qui per litteras conſenſum præſtiterunt. Incipit epiſtola: Exiſtimare non valet ratio, &c. & iſta eſt, ad quam reſpondet Innocentius illa, quæ habentur deſcripta in capitulo Venerabilem. Ex quibus redarguas Oſienſem, dum interpretans Decretalem illam, hos, quos ipſe Papa redarguit, exiſtimauit fuiſſe illos ſeptem vulgatos ore omnium Electores: nam ex his perſpicuè intelligimus, quàm procul abiit, vt temporibus Innocentij Papæ I I I. ſeptem tantummodò fue-

^a Cap. Venerabilem, ext. de elect.

CHRISTI
996.GREGORII V. PAP.
I.OTTONIS III. IMP. I.
BASIL. ET CONST. IMPP. 21.

A fuerint Electores, cum liqueat ex dictis epistolis omnes Imperij feudatarios Ecclesiasticos, Archiepiscopos, Episcopos, & Abbates, & seculares Principes, Duces, Marchiones, Comites & Barones, legitimos esse habitos Electores Romanorum Regis designati Imperatoris. sed neque id mutatum reperitur, cum anno millesimo ducentesimo duodeuigesimo post Ottonem Fridericus Secundus creatus est Cæsar, vt apparet ex comitiis tunc ea de causa habitis. Hæc cum ita luce meridiana perſpicua habeantur: atamen non vsque ad Gregorium Decimum fuit ſeptem Electorum dilata creatio, quæ à quonam Romano Pontifice fuerit primitus decreta, & vbi locorum, & qui electi fuerint, certo certius ex ſynodalibus Actis in promptu eſt demonſtrare, vt ea tutò affirmare poſſimus. Et ne de impoſtura vel leuis ſuſpicio poſſit oriri, ipſos etiam ſanctæ Eccleſiæ Romanæ hoſtes acerrimos & implacabiles, ſuis libris afferentes, & in medium afferentes, & aliud licet agentes, id tamen ingenuè proſtantes, adhibebimus teſtes, quorum alter ſuis temporibus reſ geſtas conſcripſit, & ex epiſtolis Romanorum Pontificum, Imperatorum, Regum aliorumq; Principum, necnon ex Conciliorum Actis, aliisq; publicis monumentis ex integro recitatis hitoriam texuit, alter verò ex recentioribus huius temporis Nouatoribus, qui in odium quo flagraret aduerſus Romanam Eccleſiam, illum è latebris erutum edidit Commentarium. hæc autem vt exactè percipias, attende.

Vixit temporibus illis Matthæus Pariſienſis, monachus S. Albani in Anglia, qui Anglicanam hitoriam aggreſſus eſt ſcribere ab anno Redemptoris millesimo ſexageſimo ſexto, perduxitq; eam vsque ad annum millesimum ducentimum quinquageſimum, vt in fine ipſe teſtatur his verbis: Hic terminantur fratris Matthæi Pariſienſis, monachi S. Albani Chronica, quæ pro vtilitate poſteritatis ſubſecutura, Dei pro amore, & B. Albani Anglorum protomartyris honore, ne memoriam euentuum modernorum vetuſtas aut obliuio deleat, litteris commendauit. his verò mox ſubiicit verſus iſtos:

*Virginis à partu iam mille volumina Phæbus
Cum bis centenis & quinquaginta peregit
Annua: ſed viſum non eſt, ſub tempore tanto,
Aprili ſexto fuerit quòd Paſcha Kalendas
Dum quinquagenus orbem percurreret annus.
Hoc tamen euenit anno, cui terminus hic eſt.]*

ab Incarnatione Domini viginti & quinque annorum quinquagenæ, &c.] hæc ad tempora auctoris cognoscenda, quibus vixit & ſcripſit, dicta ſunt. Qui ſuis ſcriptis quàm fuerit animo inſenſiſſimo in Apoſtolicam Sedem (iuxta illud, ^a Loquela tua manifeſtum te facit) quiuis facile poterit intelligere (niſi probra illa fuerint additamenta potius eius qui edidit Nouatoris, hæretici hominis, cum peculiare ſit illis, libros quos potuerint deprauare) dum nulla in eo libro prætermittitur occaſio carpendi Romanos Pontifices, immò & ſine occaſione, omnia ipſorum facta in deteriore accipiens partem, cordis ſecreta rimans, & in malum ſenſum ſemper interpretans, in eos eorumq; miniſtros acerbiffimè inuehitur ſemper, nec parcat vquam. vt planè de illo ſit iure meritoq; dicendum: Malus homo de theſauro ſuo proferat mala.] cum & ſecundùm illud dictum Saluatoris acciderit ipſi: ^b Si oculus tuus nequam fuerit, totum corpus tenebroſum erit.] dum etiam quæque ſancta, quæque iuſta ac pia in prauum ſenſum accipiens, ſuggillat pariter & infamat. ſed quid accidit? cum liber iſte indignus luce à maioribus iudicatus, occultatus lateret in angulo: his ipſis temporibus noſtris, magno præconio, tamquam præuia face, emerſit in lucem, Nouatoris opera editus Londini in Anglia, anno Redemptoris millesimo quingenteſimo ſeptuageſimo primo. A quo libro ſi quis demat calumnias, inuectiuas, diacacitates, & blaſphemias in Apoſtolicam Sedem frequenter iteratas, aureum fanè dixerit Commentarium, vt pote quòd ex publicis monumentis, totidem verbis redditis (vt dictum eſt) egregiè contextum & coagmentatum inueniatur.

In quo quidem inter alia nobilia monumenta habentur Acta Concilij Lugdunenſis Oecumenici, cui interſuerunt in primis ipſe qui indixit, Innocentius Papa Quartus, anno Redemptoris millesimo ducentesimo quadrageſimo quinto, ſimulq; duo Patriarchæ Orientales, Conſtantinopolitanus videlicet & Antiochenus, ſuamq; præſentiam eidem exhibuit Imperator Conſtantinopolitanus, præter alios Principes, Regumq; Legatos, poſt præſides diuerſarum Eccleſiarum. In eo autem poſt excommunicationis ſententiam

Annal. Eccl. Tom. 10.

G g g g 2

tentiam

CERTA FIDES DE TEMPORE QVO CREATISUNT SEPTEM ELECTORES.

LXII.

^a Matth. 26^b Matth. 12.

LXIII.

DE CONCILIO OECUMENICO SVB INNOCENTIO PAPA IV.

tentiam promulgatam ab ipso Pontifice in Fridericum Imperatorem post tractationem A eorum quæ spectant ad expeditionem in subsidium Terræ sanctæ, complura alia ad statum Ecclesiæ benè disponendum constituta sunt, & inter alia titulus est additus de Electionibus, oblitum decisionem, in eoq̃ue simul septem definiti ab eodem Pontifice Electores Imperatorum leguntur his verbis:

SEPTEM PRIMITVS INSTITVTI ELECTORE. LAICI

ELECTORES IMPERATORVM. Dux Austriae. Dux Bauariæ. Dux Saxonum. Dux Brabantiae qui & Louaniae. Archiepiscopus Colonienfis. Archiepiscopus Moguntinus. Salsburgensis. Principales.

Isti ducentur in insulam quamdam Rheni, & dimittentur soli in ea, & amouebuntur omnes nauiculæ, & ibi tractabunt de electione Imperatoris. Nec adueniat aliquis ad eos, B donec sint concordēs. Huic negotio præerit Archiepiscopus Colonienfis, secundus Moguntinus, tertius Salsburgensis.] hæc de Electoribus septenario numero definitis. Stetit numerus conscriptus, perseverauitq̃ue in futurum, personæ autem quatuor mutatae, nempe vt pro Salsburgensi positus fuerit Archiepiscopus Treuirensis, proq̃ue tribus illis Ducibus, Austriae, Bauariæ atque Brabantiae, fuerint subrogati Comes Palatinus Rheni, Marchio Brandeburgensis, atque Rex Boëmiæ, qui potius locum teneret Definitoris, li discrepent Electores, quàm vnus ex Electoribus ipsiis.

LXIV. A quonam autem, retento Electorum septenario numero, facta fuerit ista mutatio, num ab eodem Innocentio, vel alio aliquo ex successoribus eius: hoc (fatemur) nos latere. Ex conuentione autem Germaniæ Principum id esse fancitum, qui sui temporis Chronicon scripsit, perduxitq̃ue vsque ad annum ducentessimum quinquagesimum sextum, post dictum sub Innocentio IV. Concilium Lugdunense annos vndecim, Albertus Abbas Stadenfis, quod haud pridem Helmistadij cuius est, anno Domini M. D. LXXXVI. hæc habet: Ex prætaxatione Principum & consensu eligunt Imperatorem, Treuirensis, Moguntinus & Colonienfis.] & de secularibus: Palatinus eligit (inquit) quia Dapifer est, Dux Saxoniae quia Marscalcus, & Margrauius de Brandenburg, quia Camerarius; Rex Boëmiæ, qui pincerna est, non eligit, quia non est Teutonicus.] hæc ipse. Ex quibus illud in primis intelligere possumus, id ipsi exposcentibus Principibus simul consentientibus (nam hoc est illud quod ait, ex prætaxatione Principum & consensu) vel ab ipso Innocentio IV. post Lugdunense Concilium factum esse, vel sub eius successore Alexandro IV. cuius annus secundus incidit in annum Redemptoris M. C. C. LVI. ad quem dictus auctor suum perduxit Chronicon, & non ab ipsis Principibus sua sponte: D nam cuius fuit de septem Electoribus legem condere, non alterius quàm ipsius esse potuit eam aliquo modo mutare, vel quomolibet moderari.

LXV. Elicitur etiam ex dicta Alberti assertione, ipsum Regem Boëmiæ nondum in Electorem vel Definitorem inter Electores ad numerum septenarium cooptatum fuisse, ante scilicet dictum annum quinquagesimum sextum post millesimum ducentessimum, quo ea ipse scribebat. Quod verò qui ab Innocentio electi Principes Electores Dux Austriae, Dux Bauariæ, & Dux Brabantiae cesserint aliis: inde prouenisse videri potest, quod magis cuperent eligi, quàm eligere Imperatores; sicq̃ue inter eligendos potius quàm inter Electores locum habere maluerint.

LXVI. Porro ante hæc tempora nullum Historicorum inuenire est, qui vel nomine tenus septem Electorum meminerit. Qui primus horum meminisse reperitur Martinus Polonus, qui claruit sub eodem Innocentio Papa Quarto, in Ottone Tertio de istis agit his verbis:

Et licet isti tres Ottones per successionem generis regnauerint: tamen postea fuit institutum, vt per Officiales Imperij Imperator eligeretur, qui sunt septem, videlicet primi tres Cancellarij, Moguntinus Germaniæ, Treuirensis Galliae, Colonienfis Italiae, Marchio Brandeburgensis Camerarius est, Palatinus Dapifer, Dux Saxonie enses portat, Rex Boëmus pincernam agit. Vnde versus:

Moguntinensis, Treuirensis, Colonienfis, Quilibet Imperij sit Cancellarius horum, Et Palatinus Dapifer, Dux portitor ensis,

Mar-

A Marchio propositus Camera, Pincerna Boëmus. Hi statuunt dominum cunctis per secula summum.] hæc Martinus primus omnium auctor, qui septem meminit Electorum, in Ottone Tertio referens quæ postea suo tempore facta essent. Vnde irrepsit error, vt sub Ottone Tertio, sub quo id ab eo scriptum inuenerunt, multi putauerint septem fuisse creatos Electores; scripserintq̃ue à Gregorio factum, quod scriptum repererunt sub eodem Gregorio Papa Quinto, nimirum ab ipso eisdem septem constitutos fuisse Electores. Cùm tamen illud quod Martinus ait: Tamen postea fuit constitutum, vt per officiales Imperij, &c.] ad sua ipsius Martini tempora (vt audisti) sit referendum. Et cùm non aliis quàm Martinus (vt dictum est) primus auctor huius assertionis habeatur (nullus enim, quod repetendum est, ante eum reperiuntur est auctor, qui vel nominatenus septem Electorum meminerit:) ad ipsum alluisse oportuit sanctum Thomam, dum de regimine Principum scribens hæc obiter ait: Otto Imperium tenuit vsque ad tertiam generationem, quorum quilibet vocatus est Otto. Ex tunc (vt Historici tradunt) per Gregorium Quintum genere similiter Teutonicum profusa est electio, vt videlicet per septem Principes Alemanniæ fiat, quæ vsque ad ista tempora perseverat, quod est spatium ducentorum septuaginta annorum vel circiter, & tantum durabit, quantum Romana Ecclesia, quæ supremum gradum in Principatu tenet, Christi Fidelibus expediens iudicauerit.] hæc sanctus Thomas, qui cùm numeret ducentos septuaginta vel circiter annos à Gregorio Quinto: vtiq̃ue ad vltima tempora eiusdem sancti Doctoris ea est inscriptio referenda, cùm ipse obiisse dicatur anno septuagesimo quinto post millesimum atque ducentessimum annum.

Ceterum etiam Martini historia hæc excedat tempora, vt quæ perueniat vsque ad annos LXXII. Redemptoris mille ducentos septuaginta sex, eam prius editam, annuis accessionibus, dum vixit, auctam possumus existimare. Cùm igitur sanctus Doctor his, quæ asserit de septem Electoribus citer historias, nec alia vsquam sint inuenta, quæ septem Electorum meminerint, nisi Martini in Ottone Tertio: ipse eum secutus, quod ipsum sensisse putauit, bona fide conscripsit, sicut & ceteri postea eadem scribentes fecisse noscuntur. Verum non dixit Martinus, Post Ottonem id fuit obseruatum, sed sic: Postea fuit institutum, vt per officiales Imperij, &c.] quando autem acciderit illud, Postea, certè non ante Innocentium Quartum, vt est demonstratum. Verum amphibologia Martini, scriptores illos omnes fecit errare, qui constitutionem septem Electorum Gregorio V. tribuerunt, qui tantum auctor reperitur fuisse, vt electio Regis in Imperatorem promouendi (vt superius dictum est) ad omnes Germaniæ Principes & Prælatos Imperij feudatarios D pertineret. at hæc his satis qui puram diligunt veritatem.

His peractis, absoluta Synodo, Otto Imp. in Germaniam reuertitur, & cum eo S. Adalbertus Pragensis Episcopus, qui antequam rediret in Boëmiam, perrexit in Gallias ad visitandum corpus S. Martini, inde verò Floriacum veniens, S. Benedicti venerandas reliquias coluit, vt testatur auctor, qui tunc presens adesse poterat in eiusdem Adalberti vita.

Hic verò quod ad reditum Ottonis in Germaniam spectat, opportunè admonendum Lectorem putamus, confundere & inuertere omnia eos, qui vnum tantum aduentum Ottonis in Italiam fuisse putarunt, cùm bis saltem ex Ruperto Tuitiensi Abbate, eum venisse, sit exploratum in vita quam scripsit Heriberti Colonienfis Episcopi. Immo antiquiores Chronographi, ter in Italiam venisse ipsum Ottonem I I I. tradunt, vt Adam in Chronico, cui Ditmarus etiam consentire videtur. Nos autem pro virili tres ab inuicem diuersos aduentus in Italiam Ottonis distinguentes, quæ in vnoquoque gessit, hic describenda curauimus. Ditmarus temporis huius historicus, vbi agit de hoc primo aduentu Ottonis in Italiam, & eius reditu in Germaniam, ista tunc accidisse tradit: Reuersus (inquit) Aquisgranum, Caroli Caesaris ossa vbi requiescerent cùm dubitaret: rupto clam pauimento, vbi ea esse putauit, fodere, quousque hæc in folio inuenta regio, iussit. Crucem auream quæ in collo eius pependit cum vestimentorum adhuc imputribilium parte sumens, cetera cum magna veneratione reposuit.] hæc Ditmarus.

Hoc eodem anno migravit ex hac vita in caelum S. Gebhardus Constantiensis Episcopus, miraculis à Deo mirificè illustratus, de quo superius mentio facta est: in cuius vita sine ista leguntur: Sedit autem in Episcopatu annis sexdecim, sextodecimo defunctus, die sexto Kal. Septembrium, anno ab Incarnatione Domini nongentesimo

nonagesimo sexto, &c.] legitur & ibidem eiusmodi Epitaphium tunc scriptum in A templo quod condidit:

IVSDEM EPITAPHIUM

Debita pars terra fallentia tempora sperne, Et memorare via, quam testatur cinis iste. Genua honor nostra tacet hic, gentis dolor atque: Præfuit huic urbi, cuncto sed profuit orbi, Hancq; Deo sedem templi fundavit, & adem. Partem terrenam Deus ignoscens miserere, Redde vicem iuste quia te dilexerat iste.]

IESV CHRISTI GREGORII V. PAP. OTTONIS III. IMP. 2.

ANNVS 997.

ANNVS 2.

BASILE ET CONST. IMPP. 22. B

I. ADALBERT. REPUDIATVS A SVIS ABIT IN PRUSSIAM. a Apud Sur die 23. Apr. tom. 2.

SECVITVR Christi annus nongentesimus nonagesimusseptimus, Indictio ne decima, quo S. Adalbertus Pragensis Episcopus, dum accepti muneris Apostolatus numeros explet, martyrium est in præmium consecutus. Quod ad tempus spectat, testatur id Cartuicius Episcopus in vita S. Stephani Regis Vngariæ, necnon Lambertus in Chronico, & alij his recentiores. Quomodo a ista se habuerint, qui res ab eo præclare gestas est persecutus, auctor eius temporis exacte describit, nempe primum de futuro, hoc anno, martyrio suo, & suorum fratrum cade per Boleslaum Regem Boëmiæ facta præcognita per eam quam Deus ostendit antea visionem; inde verò de prohibitione quam accepit ab eodem Rege, ne penitus ad suam rediret Ecclesiam. cum ipse compedibus, quibus tenebatur residendi in Ecclesia Pragensi solutus, ad Prussios protectionem instituit. Prima autem statio in ea peregrinatione fuit Gnesna ciuitas, in qua Missam celebrasse Sanctum, & quamplurimos baptizasse testatur. In Prussiam verò venientem derisione & verberibus exceptum, & abire iussum cum suis, idem auctor enarrat. vbi repulsi, cum ad vicinos Luiticos populos protectionem arripent, reuersuri rursus opportuniùs ad Prussios: ab iisdem vinculis vincuntur, atque ducuntur ad supercilium montis, vbi sanctissimus Adalbertus septem confossus lanceis, martyr migravit in cælum.

MARTYRIUM SANCTI ADALBERTI.

II. MARTYRIUM SANCTI ADALBERTI ROMÆ COGNITUM.

Porrò eiusdem S. Adalberti martyrium tamquam præsentem per visum spectarunt Romæ monachi monasterij S. Bonifacij, magnus ille Nilus Abbas, de quo superius, & Ioannes Abbas, & alius presbyter, qui, vt idem auctor ait, dum Missam faceret, & sacram hostiam iuxta ritum religionis offerret, reuelans spiritus ad aures dixit, vt beati Adalberti martyris suffragia laboranti mundo imploraret. Paret ille libens monitis diuinis, & intra memoriam sanctorum Martyrum Adalbertum vocat, vt pro nostris erroribus apud diuinam misericordiam mactata hostia intercedat.] passus est vigesimatertia mensis Aprilis, & post mortem miraculis coruscans illud fecit in Gentium conuersione, quæ d viuens facere concupiuit. Quod testatur Petrus Damiani in Romualdo b, dum tradit barbaros illos pepercisse S. Bonifacio prædicanti in Russia, quòd timerent, ne si martyr fieret, sicut S. Adalbertus, miraculis cælitus illustratus ad Fidem Christianam populos illos conuerteret. Qui persecuti sunt res c Polonorum, tradunt corpus S. Adalberti redemptum fuisse æquali auri pondere à Prussis, illudque translatum in Gnesnensem Ecclesiam, vbi immentis claruit miraculis: quorum fama permotus Otto Imperator ab Italia Gnesnam vsque fuerit peregrinatus, vt suo loco dicitur.

b Petr. Dam. in Romualdo cap. 89.

c Idem Petr. ibid. cap. 88.

III. S. BONIFACII APOSTOLATVS AD PRUSSIOS.

Quòd autem martyr martyrem pariat, accidit eodem tempore, vt sanctus Bonifacius cognatus Ottonis Imperatoris, de quo superius, relinquens florens sæculum, sequens Romualdum, vitam monasticam sit amplexus; qua benè institutus valeret ad martyrij coronam pertingere. Qui audiens Adalbertum iam coronatum, impatiens moræ illud ipsum vite stadium sibi currendum proposuit. At quomodo istud, à Petro Damiani sic accipe: Cum igitur post diuturnum eremiticæ disciplinæ cursum, ad prædicandum iam ire disponeret; Romam primum pergere studuit. Et ab Apostolica Sede consecrationem Archiepiscopatus accepit. Retulit autem mihi quidam senex monachus, qui eum illuc de

Rauen-

A Rauennæ finibus comitatus fuerat, quia in toto itinere vir venerabilis, cum omnibus quidem qui eum sequebantur, pedester ibat, sed ipse iugiter psallens, & ceteros longè præcedens, nudis semper pedibus incedebat. pro labore quidem itineris quotidie comedebat, per singulos dies de medio pane & aqua viuens. in diebus festis, ignoto videlicet omni liquamine, quotidiano victui poma quælibet vel herbarum radices addebat. Postquam autem consecratus est, quotidie obseruabat & monasticum pariter & Canonicum in celebrandis horarum Officiis ordinem.

Cum verò iam Ultramontanos peteret fines, equo quidem vehebatur, sed venerabilis pontifex (sicut dicitur) nudis cruribus semper & plantis adeò intolerabilem frigidissimæ regionis sufferebat algorem, vt volens descendere, non pedem à subhærente ferro disungeret, nisi aqua calida subueniret. ad Gentiles autem postremò perueniens, cum tanta cepit feruidi pectoris constantia prædicare, vt iam nullus ambigeret, quia vir sanctus martyrium flagitaret. Illi verò timentes ne sicut post martyrium beati Adalberti coruscantibus miraculorum signis, Sclauonicæ gentis plerique conuersi sunt, ipsis quoque similiter eueniret: longo tempore à beato viro manus artificiosa malitia reprimunt, & cupidissimo mori, nolentes occidere, crudeliter parcunt.] Iam antè diu Euangelium in Russia (vt dictum est superius) fuerat prædicatum, & quamplurimi eorum Christiani effecti erant, sed ingruentibus iugiter bellis, vix aliqua Christianitatis memoria residua erat, cum provincia illa Bonifacij prædicatione atque miraculis benè culta, rursus virere atque florescere cepit, aucta verò magno frugum prouentu, cum meruit ipsius Bonifacij martyris sanguine irrigari. Quando autem id contigerit, & qua occasione, suo loco dicturi sumus.

IV. S. BONIFACII PROPECTIO AD CONVERSIONEM GENTIUM.

C Huc prouoco Nouatores, vt discant (si quæ tamen scintilla innati omnibus cognoscendæ veritatis luminis in eis reliqua est) quales sint veri Apostolici viri, & à quo Apostolatam ad Gentes accipere consueuerint, vt legitimi vocarentur, & non adulterini Christi Dei ministri: vt veri Apostolatus intuentes signa, quæ vel antè præcesserunt, vel quæ comitata sunt eos, & quæ sunt postea subsequuta: in seipos miseri conuertentes oculos, stigmata sibi iniusta arte diaboli superbæ charactere, apostasiam non Apostolatam significantia, videant & expaueant. cetera autem de Bonifacio inferius.

V. QVIS VERVS APOSTOLATVS.

Hoc eodem anno (vt auctor est a Cartuicius) Geisa primus Dux Christianus Hungariæ, de quo plura superius, ex hac vita migravit in cælum, cui succedit sanctus Stephanus eius filius, qui ætate licet adolescens, tamen sapientia canus erat, atque in primis religione præstans, quod simulac pater decessit, ciuile bellum causa Christianæ Fidei est exortum, extinxit. Res digna memoria, quam his verbis idem auctor est persecutus: Diaboli instinctu populus Gentilis Christianæ Fidei iugo colla supponere noluit, & cum Principibus domini sui imperio subducere se moliebatur. Itaque depopulabantur eius vrbes, prædia vastabant, possessiones diripiebant, ministros cædebant, & vt cetera taceam, etiam ipsi insultabant. Cumque ab huiusmodi improbitate reuocare se nollent, nec suo furori & amentiz modum statuerent, Dux ipse diuinæ virtuti confidens, ad edomandam illorum rabiem cum sui exercitus copiis sub signis Dei dilecti pontificis Martini, & clarissimi martyris Georgij mouit in hostes, qui tum fortè urbem obsidebant, quem vulgò Vesprium vocant. Quod quidem illi in eius fecere contumeliam, vt quem ad locum ille familiaris consueuisset accedere, ibi ipsi considerent, essetque ex eo loco facilior ipsis aditus ad alia præsidia occupanda. At ille diuina fretus ope & clementia illos aggressus est, & illis quidem suis armis confidentibus, ipso verò Fide armato, vtriusque congressi sunt.

VI. CARTUIC. in vit. S. Steph. Reg. Hung. apud Sur die 20. Aug. tom. 4. c. 4. Ibid. cap. 5. S. STEPHANUS DUX HVNGARIE.

Victis tandem hostibus, & partim cæsis, partim captis, Dux victor abscessit, & sapienter quidem de illorum villis & agris siue possessionibus statuens, non quemadmodum olim Saul, qui superatis Amalechitis, contra quàm Dominus iusserit, ex eorum spoliis optima quæque serauerat, sed quia Pannonia beatissimum Martinum apud se natum gloriatur, cuius etiam meritis vir Christi fidelis (vt iam dictum est) ex hostibus victoriam reportauit, nihil de rebus eorum in suos vsus conuertit, sed ex Dei amantium consilio, iuxta eiusdem sancti Præfulis fundum, eo loco, qui Sacer mons dicitur, vbi S. Martinus, cum in Pannonia degeret, precari solitus erat, sub eius nomine monasterium construxit, possessiones & redditus sufficientes ei tribuens. Idem verò de Episcopis constituit, ex il-

VII.

ERIGIT MONASTERIUM S. MARTINI.

CHRISTI
997.GREGORII V. PAP.
2.OTTONIS III. IMP. 2.
BASIL. ET CONST. IMP. 22.

lorum captiuorum facultatibus decimas persolui volens, idque adeo exactè, vt si quis decem haberet proles, decimam prolem S. Martini cœnobio daret. Ita igitur hostibus sub iugum missis, Christi miles gaudio spirituali perfusus, omnem ingenij sui vim contulit ad confectandam doctrinam Euangelicam, &c.] reliqua enim de ipso, & de Hungarica Ecclesia benè disposita, dicturi sumus inferiùs suo loco.

IESV CHRISTI GREGORII V. PAP. OTTONIS III. IMP. 3.
ANNVS ANNVS BASIL. ET CONST. IMP. 23.
998. 3.

I.
ROBERTVS
REX FRAN-
COR. SOLVS.

SEQVITVR annus Redemptoris nongentesimus nonagesimus octauus, Indictione vndecima, quo mortuo Hugone Francorum Rege, eius filius qui cum patre regnare coeperat, solus summa rerum potitur. hic autem ob illicitum contractum cum affine atque commatre coniugium coërcitus est. Cum enim ea de causa celebrata esset in Gallijs Synodus, in qua adulatione Episcoporum, concessum eidem fuit tale coniugium: reclamante Gregorio Romano Pontifice est dissolutum, & delinquentes Episcopi poenitentia castigati. Est de his epistola Leonis Papæ Noni ad Henricum Roberti filium, in qua inter alia habet hæc verba: Pater tuus Robertus laude & consulo Episcoporum Regni tui, Bertam matrem Odonis Comitis sibi duxit vxorem: ob quam rem, quoniam sibi erat affinitate coniuncta, ab antecessore nostro Gregorio Quinto cum Episcopis qui placito interfuerunt, reprehensi sunt. Postea ad Sedem Apostolicam venientes, cum satisfactione sumpta poenitentia, redierunt ad propria.] hæc ipse, quæ recitat Iuo Episcopus Carnotensis in Panormia.

Porro suasio Abbonis Floriacensis Abbatis magni nominis viri, Robertum Regem dimisisse eandem commatrem suam, vinculo etiam affinitatis coniunctam, testatur Helgaldus monachus in vita ipsius Abbonis. Sic igitur illa dimissa, vxorem duxit Constantiam filiam Vuilelmi Comitis Arelatenfis. Petrus Damiani in epistola ad Desiderium Abbatem Cassinensem de eiusdem Roberti Regis agens coniugio, ostendit Episcopus Galliarum ita coërcitos à summo Pontifice, postea sub anathemate cohibuisse Regem ab eiusmodi coniugio, ex quo non dulcis & chara soboles orta est, sed monstrum horrendum. ita tali signo, factum execrandum Deum detestari, ostensum fuit. sed audi iam Petrum:

III.
MONSTRVM
EX ILLICITO
CONIVGIO.

Sapè Deus omnipotens terribile exhibet etiam in hac vita iudicium, nec tamen miseri homines desinunt iterare peccandum: nam Robertus Gallorum Rex, auus istius Philippi, qui in paterni iuris sceptra successit, propinquam sibi copulauerat vxorem, ex qua suscepit filium, anserinum per omnia collum & caput habentem. Quos etiam, virum & vxorem omnes ferè Galliarum Episcopi communi simul excommunicauere sententia. Cuius sacerdotalis edicti tantus omnem vbique populum terror inuasit, vt ab eius societate vniuersi recederent, nec præter duos seruos ad necessarij victus obsequium illi remanerent, qui tamen & ipsi omnia vasa in quibus Rex edebat & bibebat, percepto cibo, abominabilia iudicantes, pabula ignis exhibebant. His autem Rex coarctatus angustiis, ad sanum consilium rediens diuortium fecit, iniitque legale connubium.] Eadem de monstro genito habentur in historiæ Aquitanicæ fragmentis ex Pithoci collectione editis, vbi hæc verba:

Dum enim de eodem Rege eadem mulier concepisset: credens se parituram filium, peperit monstrum. Quæ res Regem perterruit, & librum repudij eidem mulieri dare compulit. Quo facto, absolui cum toto suo meruit Regno.] hæc ibi. Helgaldus monachus, qui vitam eius fidelissimè scriptam habet, dum comparat eum Dauidi peccanti, sicut illum per Nathan, ita hunc per Abbonem sanctum Abbatem reuocatum ad poenitentiam tradit, dum ait: Istum æquè per dominum & venerabilem Abbonem Floriacensem à Deo præelectum Abbatem, nunc Christi fauente gratia, miraculis coruscum, spreto mortis formidine, durè increpatum priuatim & publicè. Cuius sancti viri increpatio tam diu perstitit, donec Rex mitissimus reatum suum agnosceret, & quam

CHRISTI
998.GREGORII V. PAP.
3.OTTONIS III. IMP. 3.
BASIL. ET CONST. IMP. 23.

A quam malè sibi copulauerat mulierem, profus dereliqueret, & peccati maculam gratia Deo satisfactione dilueret.] hæc Helgaldus Floriacensis monachus. Porro quàm pius quàm sanctus idem Rex vique ad obitum perseuerauerit, idem auctor texens res ab eo præclare gestas enarrat.

Quod rursus ad Abbonem spectat Floriacensem² Abbatem, constat ex Aimoino; qui eius vitam conscripsit, monacho Floriacensi, tunc viuente, ipsum à Roberto Rege Francorum ad Gregorium Papam esse missum. quid autem per ipsum gestum sit, ab eodem auctore sic accipe: Porro paucis labentibus annis, occasio se præbuit, vt rogatu ac precibus gloriosi Regis Roberti, Romuleam repedaret ad Urbem. Præcipua verò earum pro quibus directus est causarum, hæc fuit: Quia Arnulphus Rhemorum Archiepiscopus absque iusta audientia sede sua priuatus, custodiaque fuerat mancipatus. Ob hoc Gregorius, qui Ioanni in Apostolica successerat Sede, non solùm nobilitate generis, verùm etiam probitate clarus mentis, toti regno Francorum anathema se inuecturum comminatus est. Hac igitur ex re Italiam repetere seruis Christi Dei cogitur. Et quamuis mole corporis grauarietur (nam in transmarinis regionibus peregrinorum ciborum inusitata qualitas, decoctaque potionis haustus, corpus eius pingue reddiderat) nequaquam tamen labore fatigabatur. Nec verò ipsa eius pinguedo vllam ei ingerebat dehonestationis maculam. Et cupidus pacis cum foret, leue ducebat omne genus defatigationis, dummodò eum reperiret virum, per quem, fama vulgante audierat, ad pristinum posse statum religionis resurgere normam. Profectus ergo, Romana iteratò reuisit mœnia, vbi eo quem quærebat nequaquam reperto, per concaua vallium, per prærupta montium inuestigans, tandem in finibus Spoletanorum inuenit. Cumque se inuicem duo Ecclesiæ lumina conspexissent, gaudio vltra quàm credi possit gauisus magno, in mutuos ruunt amplexus. Et prior verè humilitatis custos Abbo, saluatoria à parte Regis deponit verba. Tum sacerdos verè Apostolicus, reddita benedictionis recompensatione, ait beato viro: Benè te aduenisse gaudeo fili Ecclesiæ, veritatique, vt comperi, custos ardentissime. Etenim surdus de te rumor meas repleuerat aures, te tam diuina quàm humana pollere sapientia, nec qualibet amicitia à iure æquitatis abduci posse. Verè fateor, me iam dudum desiderauisse tuum inueneri vultum, tuo concupiuisse amicabiliter per sui alloquio. Fruamur ergo cupitis sermonationibus, alternisque diuinarum atque mundanarum lectionum aliquamdiu mentem releuemus studiis. Porro vnum te volo nosse, legationem tuam me benignè suscipere; & quæque suaseris, me facturum fore. Tuum autem erit petere, meum verò petitis pro posse assensum præbere. Noui namque, nihil te contra ius fasque postulaturum, ac ideo, me tibi contraire, scio non esse æquum. Post hæc verba, omnibus ei collatis victui necessariis, ad hospitium suum abire. Sicque octo ferme diebus eum detinens, & frequenter conuiuio suo eum adfiscens, cunctis pro quibus ierat, libens annuit.

Tunc verè sollicitus pastor Abbo, memor utilitatis loci quem regebat, priuilegium illi Apostolicæ utilitatis fieri rogauit. Quod Deo dignus Papa tam fauorabiliter largitus est, vt non solum nullum pecuniæ quæreret lucrum, verùm thymiamate, ac Planeta, qua inter Missarum vteretur solemnia, donatum, eundem Dei famulum gaudentem, ad proprium remisit solum. in eo sanè priuilegio & inter alia continetur, vt Episcopus Aurelianensis, nisi inuitatus, Floriacum nequaquam adeat cœnobium. Neve vnumquam quilibet pontificum eidem monasterio diuinum interdicit officium, etiam si tota Gallia ob populi peccata anathematis feriat vindicta à Sede Apostolica. Sed nequis eos (domnum dico Apostolicum, & Abbonem sanctum) existimet in hoc facto contraria regulis sanctorum sensisse Patrum: necessarium nobis visum est, ex epistolis Magni Papæ Gregorij pauca de pluribus hic exempla inferere, in quibus exquirendis pia huic beato viro semper fuit intentio. Sciebat namque illum numquam vel sensisse vel scripsisse contra canonum decreta.] addit his complura ex Gregorij Registro exempla, quibus confirmarentur, quæ à Romano Pontifice obtinuisset. istis verò recitatis hæc subiicit:

Verùm de his satis dictum, nunc cœptæ narrationis ordo reperatur. Regressus itaque honorabilis Abbo ad Regem, à quo missus fuerat, cuncta pro quibus ierat, perfecta nuntiat, Arnulphum Rhemensem custodia exemptum pontificatui restituit, pallium illi à domno Papa directum reddidit. Post hæc, per internuntios ipsi venerabili Apostolico domno Gregorio amicales plenisque reuerentiæ dirigit litteras, in quibus innotescit, se cuncta

v.
² Bibl. Flo-
riac. edit. à
Ioan à Desco
Cælest. c. 111.
pag. 327.
ABBO ABBAS
FLORIAN.
A ROBERTO
REGE AD
GREG. PAP.
MISSVS.

VI.
PRIVILEG.
ABBATIAE
FLORIANEN-
SIS A GREG.
PAPA CON-
CESSVM.

VII.

CHRISTI
998.GREGORII V. PAP.
3.OTTONIS III. IMP. 3.
BASIL. ET CONST. IMP. 23.ABBONIS
AD GREG.
PAP. LIT-
TERAR.

cuncta uti iusserat, perfecisse. Quarum istud est exordium: Domino semper in Christo A venerabili sanctæ Romanæ & Apostolicæ Sedis Præfati, ac ideò vniuersalis Ecclesiæ Do-
ctori, suus illius Abbo Floriacensium rector in Christo salutem. Sæpius contingit, ut pu-
ritas integræ veritatis vacillet sententia malefidi interpretis. Quod ego, venerabilis Pa-
ter, cauens, vestri animi sensu fideliter simpliciterque, ut præcepistis, deprompsi: nec ani-
mositatem Regis perhorruui, dum fidem, quam vobis promiseram, ex asse seruauui. Quan-
doquidem nihil addidi; nihil minui, nihil immutauui, nihil reliqui. Horum omnium ip-
se Arnulphus è custodia liberatus & absolutus, testis est: cui vestrum pallium coopertum
obtruli, quomodo illud acceperam ex sanctis manibus vestris. Meminit & in fine ea-
rum, Planetæ ex ipso sibi datæ, ita inquit: Nam liberalitatis vestræ memor, ut seruus
domino gratias refero, qui inter Missarum solemniam, munere vestro vsus Planeta, vestri
nullo modo obliuisci valeo in meis oblationibus. Ceterum vobis semper parere decreui, B
cuius Apostolatam Deus custodiat in æterna pace.] hæc Abbo, qui ea perfunctus lega-
tione, Robertum Regem reddidit religioni obsequentissimum.

VIII.
*Glab. lib. 1.
cap. 8.

Insuper hoc eodem anno, scilicet duodemillesimo (ut à Glabro a ponitur) nouis
motibus contigit Galliam agitari, cum sancti Odilonis virtus innotuit. Quinam isti
fuerint, ab eodem auctore sic accipe: Sequenti, inquit, denique anno ascendit Ro-
bertus Rex in Burgundiam cum magno exercitu pugnatorum, ducens etiam secum
Richardum Rothomagorum Comitem cum triginta milibus Northmannorum, quo-
niam Burgundiones ei fuere rebelles, nolentes eum suscipere in ciuitatibus & castris,
quæ fuerant Ducis Henrici, eius videlicet auunculi, quin potius sibi in proprias diui-
dere partes. Deueniens quoque Rex primitus cum omni exercitu ciuitatem Antisio-
dorum, eam obsidione circumdedit. Qui diu ibi crebris assultibus fatigatus recedens, C
non aduersus eam præualuit, quæ fertur numquam fraude vel hoste fuisse decepta.
Relicta namque ciuitate, Rex cum vniuerso bellico apparatu, conuertit se ad castrum
beati præfatus Germani expugnandum, quod munito aggere præpollens, hæret ciui-
tati: vallauerat enim illud Landrici Comitis exercitus, necnon eiusdem loci fami-
liares viri, hostium siquidem metuentes sacri gregis diremptionem. Occurrit interea
furenti Regi Odilo venerabilis Abbas Cluniacensis monasterij, cupiens interuenire in-
ter partes utraq; sic quidem ut Regi exhiberetur honorificentia, solidaretur con-
cordia Principum, pax patriæ firmaretur. Qui minus posse fieri cernens quod decre-
uerat: hortabatur Fratres octo tantummodo, qui ad Confessoris custodiam relictæ fue-
rant (nam ceteros cum suo Abbate Hilderico nomine iussio Regis inde exire com-
pulerat) ut orationi instarent assidue, si fortè Domini pietas eos, pariterque locum à D
tanta obsidione dignaretur eripere.

IX.

Sexto igitur obsidionis die illucescente, nimio Rex arreptus furore, indutus lorica
simul & galea, omnemque exercitum dictis acuens, habens etiam secum Hugonem
eiusdem vrbis pontificem, solùm ex omni Burgundia parti Regis fauentem. Eidem nam-
que Regi in procinctu iam constituto occurrit supradictus Abbas Odilo, illum increpans,
eiusque primates redarguens, cur aduersus tantum Dei pontificem, scilicet Germanum,
hostili manu insurrexissent, cui specialiter (ut in Gestis illius inuenitur) vsui fuit, Dei
auxilio & bella compefcere plurima, & Regum ferocitati resistere. Cuius verbis minùs
auditum præbentes, quò tendebant, peruenerunt, cingentesque supradictum castrum in
coronæ modum, certatim illud expugnaturi prælium inierunt. Alternis quoque parti-
bus diu multumque decertantibus, domus suæ parti, Dei subito affuit præfens auxilium. E
Nam eiusdem castrum vniuersa capacitas ita completa est hora prælij teterrima nebula: ut
nemini hostium aforis peruius foret iaculandi aditus, cum ab intrò repugnantibus cer-
nerent se graui cæde prosterni, sicque cum suoribus, maximè Northmannorum concin-
sione dimiserunt castrum incolume: quos licet tardè, pœnituit aduersus magni meriti
locum arma sumpsisse. Contigit etiam ut hora, qua Regis exercitus aduersus locum
sacrum certamen inire cœpisset, vir religiosus Gislebertus, eiusdem loci monachus, su-
per altare beatæ Mariæ semper Virginis, quod decentius ceteris in vertice eiusdem con-
stitit Ecclesiæ (quemadmodum hora diei tertia quotidie consueuerat) Missarum sacra-
menta celebrare inciperet: quod scilicet factum satis cælitus præstitæ congruit victoriæ.
Sequenti igitur die egrediens Rex inde processit, igne cremando res hominum præter
ciui-

CHRISTI
998.GREGORII V. PAP.
3.OTTONIS III. IMP. 3.
BASIL. ET CONST. IMP. 23.

A ciuitates & castra tutissima vsque ad superiores Burgundiæ partes. qui Franciam rediens,
post hæc tamen, licet tardiùs, ad se reuersis Burgundionibus, prosperè vniuersam obtinuit
regionem.] hucusque Glaber.

Quòd autem Richardi Comitis Rothomagensis, ac principis Northmannorum Ro-
bertum Regem sequentis mentio facta est, primi eius nominis Ducis: hinc opportunè de
huius temporis statu Ecclesiæ Northmannorum eorumque principum religione Chri-
stiana, ex eodem auctore dicendum est, qui ait: a Indeque orti Northmannorum Duces
excellētissimi, Guillelmus videlicet, atque post ipsum quique denominati paterno seu
auito iure, Richardi. Illorum quippe Ducaminis principatus fuit metropolis ciuitas Ro-
thomagorum. Cum igitur prædicti Duces ultra ceteros vigerint militiæ armis: tum per-
inde præ ceteris gratia communis pacis ac virtute liberalitatis. Nam omnis prouincia,
B quam illorum ditioni subiici contigerat, ac si vnus consanguinitatis domus vel familia,
inuiolatæ fidei conceis debebat: nempe furi ac prædoni apud illos comparabatur, qui-
cumque hominum in aliquo negotio plus iusto vel falsum quidpiam venundandum
mentiens subtrahebat alteri. Egenorum quoque & pauperum, omniumque peregrinorum,
tamquam parentes filiorum, curam gerebant assiduam. Dona etiam amplissima sacris
Ecclesiis penè in toto orbe mittebant, ita ut etiam ab Oriente, monte scilicet denomina-
tissimo Sina, per singulos annos monachi* Rothomagini venientes, qui à prædictis Prin-
cipibus plurima redeuntis auri & argenti suis deferrent xenia. Ierosolymam verò ad se-
pulchrum Saluatoris centum auri libras Secundus milit Richardus, ac quosque cupien-
tes illuc deuotè peragrarè, donis iuuabat immensis.] hæc de primitiua Northmanno-
rum in Gallis consistentium Ecclesia Glaber.

X.

*Glab. lib. 1.
cap. 5.*f Rotho-
magum

C Quòd verò ad statum pertinet rerum Hispaniarum, in hunc vsque diem sub Vere-
mundo Rege magis ac magis labefactatæ miserando interitu ita sunt attritæ atque pro-
stratæ, ut amisso Legionensi Regno, & Gallaciæ ciuitate Compostella excisa, & Eccle-
siis dirutis, vix sepulchro sancti Apostoli Dei virtute illaso seruato, in vltimum discrimen
essent adductæ: cum exiguæ vires Christianorum Principum in vnum collectæ,
quæ bellis ciuilibus non disunctæ tantum, sed mutuis confectæ sedibus debilitatæ ad-
modum fuerant, aduersus Almanzorem Regem Arabum numerosissimo pollentem
exercitu non resisterè tantum, sed & superauere quàm felicissimè, desideratis ex pe-
ditibus eius (ut ipsæ Maurorum produunt historia) septuaginta millibus, equitum ve-
rò quadraginta millibus. Cum & ipse exercitus dux ex desperatione abstinentes cibo,
noluit tantæ acceptæ cladi esse superites. Nulla hac victoria gloriofior, vel cessit vtilior,
D vel oportuniore tempore à Deo concessa est, ut tum veteres, tum recentiores affirmant.
Porro ipse Rex Veremundo anno sequenti deceffit, multis bonis operibus pro suis ex-
piandis delictis antè præmissis, quod & eius sepulchri inscriptio licet perbreuis dicere non
prætermisit, quæ sic se habet:

XI.

ARABES
PROFLIGAT
I AB HI-
SPANIS.H. R. REX VEREMVNDVS ORDONII. ISTE IN FINE VITAE
SVAE DIGNAM DEO PENITENTIAM OBTVLIT, ET IN PACE
QVIEVIT.

ERA M. XXXVII.

Successit autem Veremundo anno item sequenti eius filius Adelphonfus eius nomi-
nis Quintus, puer annorum quinque. quæ autem post hæc contigerint, sequens Tomus
suis locis significabit. XII.

E Porro autem vix credi potest, quantum contulerit semper pietas ad hostes Fidei pro-
fligandos, in quo genere cum plura sint superiùs exempla narrata, illud quod his tempo-
ribus sub Garfia Fernando Castellæ Comite aduersus item Arabes pugnante accidit, est
dicendum. Etenim cum eius principatus initio aduersus hostes confingeret apud Gorma-
tium oppidum, pietate ac fide nobilis viri Ferdinandi Autolini, exercitus hostium est pro-
fligatus, pugnante sub eius specie Angelo. Nam cum ille moraretur in Ecclesia illic posi-
ta, ut precibus suis victoriam impetraret; ignauia illi ab æmulis tributum est, quòd timo-
re percitus, securitatis causa templum adisset. Sed Deus manifestis voluit signis ostende-
re, pietate potius quàm armis parari victoriam. Siquidem sub specie eius visus est Angelus
ante alios fortiter præliari, hostes sternere, in fugam adigere, adeò ut ea victoria ipsi tri-
buta fuerit, cuius equus & arma inuenirentur diuino miraculo sanguine esse confecta,
iacula-

PIETAS VIN
CIT HOSTES.

CHRISTI
998.GREGORII V. PAP.
3.OTTONIS III. IMP. 3.
BASIL. ET CONST. IMP. P. 23.

iaculatus tamen cum ipse esset non missilibus, sed precibus in hostes. Porro ipse Garfias Fernandus peruenisse reperitur vsque ad annum Redemptoris millesimum quintum, vti veteres rerum Hispaniarum scriptores produnt.

XIII. Hoc eodem anno (Ditmarus ait) decimoquarto Kalend. Ianuarij Tertij Ottonis Imp. auia, Primi verò Ottonis vxor gaudens moritur, ædificata ciuitate Olsa, collectis ibidem monachis. Cuius fideli seruitio iusta recompensans præmia Dominus, ad tumbam eius plurima hodie operatur miracula.] hæc Ditmarus huius temporis scriptor.

XIV. Inter hæc autem Imperator Romam cogitans cum Mutinam peruenisset, iuxta ipsam, in villa Amula dicta hospitio susceptus est. Accidisse autem tunc ipsi ea tradunt, quæ magna admiratione digna metro scripsit Gotsfridus Viterbiensis, nempe coactum fuisse, id iustitia ab eo exigente, Augustam vxorem suam, Mariam nomine, filiam Regis Aragonum, necis Comitis innocentissimi ream, publicè cremandam iudicare. Coniecit enim femina procax oculos in dictum Comitem virum integerrimum, forma pulcherrimum: quæ à viro castissimo passa repulsam, illum de pertentata pudicitia calūniosè accusauit apud Imperatorem, qui faciliè nimis adhibens fidem ipsi, Comitem morte damnauit. Quem cum capite amputatum audisset eius vxor, magna audacia, quam pudoris nescius dolor ministravit abundè, Ottonem conuenit pro tribunali sedentem, clamans de nece iustissimi viri vindictam, proiectoque capite viri in medium, ipsum Imperatorem reum sanguinis innocentissimi apud ipsum iura reddentem accusat. Probationem per contrectationem ferri candentis, veritatis indicem offert. consentit ille, paratur ignis, ferrum candens exhibetur, mulier conscia innocentie viri sui, arripit illud illæsa, contrectat iniusta, quia iusta, stringit vt flores ignitum metallum, quo solum exuruntur præcordia ipsius Imperatoris. Cui tunc insultans victrix femina, vindictam in Imperatorem à gladio exigit imperantis. Faretur ille culpam, nec refugit pœnam, spondens iugulum, sed poscit inducias. Interim proceres accurrunt, pro vita feminam exorant Imperatoris, sed frustra diu laboratum: at tandem ea est conditione transactum, vt auctrix sceleris Augusta, ex qua causa processerat viri necis, flammis comburenda daretur. Quo facto, suam redemit vitam iustissimus Imperator, qui eandem donatam tribus caltris, solutus ipse ac liber subeundi supplicij, eam abire rogauit. hoc tantæ tragediæ est argumentum, quod (vt dictum est) Viterbiensis Gotsfridus carmine cecinit, alij verò soluta oratione scripsere.

XV. Inde ad Samnites se contulit, vt Principes Longobardos in officio contineret. Tunc accidit, vt religionis ergò ad Cassinensè monasterium se conferret, cui tunc præerat Ioannes vir egregiæ sanctitatis, cuius præfecturæ diuinitus ipsi creditæ hic erat annus primus, & incipiebat secundus. De quo Leo Ostiensis: Hic primo ordinationis suæ anno præceptum confirmationis ab Ottone III. Imperatore suscepit aureo sigillo bullatum. Quo etiam tempore idem Imperator hæc per dies aliquos remoratus duas argenteas coronas obtulit beato Benedicto.] hæc Leo.

XVI. Eodem quoque tempore idem Imperator Beneuenti cum esset, venit ad eum Herebertus vir sanctissimus, electus Archiepiscopus Colonienfis, vt ex more inuestituram acciperet ratione feudorum, quæ idem Antistes ex fisco regio possideret: qua accepta, idem Romam se contulit, & pallium à Gregorio Papa suscepit. Testatur hæc Rupertus Abbas Tuitiensis in vita ipsius; qui cum dicat id factum triennio ante Ottonis obitum, vti que ad hunc, vel potius sequentem annum sunt referenda.

XVII. Quod ad res spectat Orientis, sub hoc anno Curopalates Ioannis Malaceni accusati apud Basilium Imperatorem, quod Bulgarorum partibus fauisset, narrat historiam, eumque ab eodem vocatum tradit Constantinopolim: quæ autem secuta fuerint, absolutissime, an condemnatus, silentio obuoluta reliquit; sed in rebus gestis sancti Niconis, de quo plura superius, egregia de his narratur historia, his scilicet verbis: Lacedæmonem vix redierat S. Nicon, & veræ philosophiæ monasterium suis redditus tenebat: cum paucis post diebus, quoniam inuidia quiescere nescit, ab improbis quibusdam maleuolisque hominibus per calumniam accusatus est Ioannes ille Malacenus nobilitate generis, ac splendore, nec non summæ sapientiæ laude non inter Lacedæmonios modò, verum etiam tota Hellade ac Peloponneso facile princeps: accusatus autem apud eum, qui tum Imperij sceptris potiebatur, Basilium scilicet Romani minoris filium, Regum omnium fortuna-

IVSTVM IV-
DICI VM
IVSTISSIMI
IMPERATO-
RIS.
a Crant. in
Sax. lib. 4.
cap. 16.
Gotsfr. Chr.
pag. 17. in
Ott. III.

S. HEREBERTVS COLO-
NIENSIS
EPISCOPVS.
b Rup. Abb.
in vita S. He-
reb. cap. 10.
apud Surium
16. Mart. r. 2
XVII.
c Curopal. in
Basilio &
Constantino.
MALACENVS
INIVSTE AC-
CVSATVS.

CHRISTI
998.GREGORII V. PAP.
3.OTTONIS III. IMP. 3.
BASIL. ET CONST. IMP. P. 23.

A tunatissimum, cuius & vita illustris, & Imperij spatium longissimum fuit, & victoriæ & trophæa de hostibus quamplurima, per quem & Bulgaricæ gentis Princeps (vt memorant historiæ) Samuel ille, viribus & robore inexpugnabilis, in Creta cum innumerable multitudinem Bulgarorum fractus & subactus est.

Mittuntur itaque ab Imperatore Satrapæ duo, militum legionem trahentes vt Malacenum ex improviso comprehendant, victumque ad Reginam vrbiū ducant: defectionis enim & perduellionis in eum crimen concinnantes æmuli, Imperatoris aures falsa accusationis calumnia oppleuerant. Vt ergo in Lacedæmona peruenerunt, & virum cuius causa missi fuerant, comprehenderunt: euocat ille confestim virū Dei Niconem, quem ob egregia facinora præcipuo in honore habebat: grauique dolore anxius, Ora, inquit, ora pro me misero, serue Dei, ne Imperatoris ira malè peream. Quem sanctus, blandis contrà mellificis verbis respondens, confirmare animum iussit, nihilque tristius formidare. Tum eximia quadam vi charitatis mensæ simul accubans, & lætitiæ poculum, ceu poeticum illum Gygeona, malorum omnium obliuionem mœrenti propinans, oraculum adiecit: Regiam potius beneuolentiam adepturum, vitam antea acta beatiorem acturum, altiores ad honorum gradus conscensurum, de omni denique molestia & calamitate triumphaturum: & me (inquit) videbis, & in patriam sub vitæ finem reuertèris. Nam & hac quoque Nicon (vt supra dictum est) à Patre luminum gratia ornatus erat, vt futura æque ac præsentia præuideret. Atque omnia sanè, vt prædixerat, euenerunt.

Malacenus ergo tamquam à prophetica & diuinitus agitata lingua hæc audiens, nihilque penitus ambigens, vehementer exhilaratus est, nauigationemque, salutato Nicone, securo animo exorsus est. Postquam ad Imperatorem peruenit, & conficta ab æmulis criminatio veritatis luce, sed Niconis maxime precibus discussa est: maiorem deinceps apud Imperatorem gratiam, ampliores honores, gloriam & famam adeptus est, adeò vt principem in Senatu locum obtineret.] quem tunc cum profectus est Constantinopolim, Protospacharium tantum fuisse, virum alioqui prudentem & eloquentia insignem, narrat idem qui supra Curopalates. sed quæ post hæc secuta sunt, vbi Nicon ex hac vita migrasset, ab eodem scriptore vitæ Niconis, memoratu digna sic accipe:

Transacto post hæc tempore non breui, cum Malacenus Constantinopoli adhuc esset, Nicon ad immortalē beatamque sortem transit. Quod ille cum accepisset, & dulcem illam spem, qua futurum ex eius verbis non dubitarat, vt optabilem eius vultum aspiceret, sibi quodammodò ereptam sentiret: vehementer angi animo, variisque cogitationibus æstare coepit, grauem præterea vitam ducere, nisi quod ille promiserat, perfici videret.

D Fide igitur confirmatus (neque enim illius expers erat scientiæ, qua cognosci Dei mysteria solent) quid agit: quò se conuertit? Pictorem aduocat arte manuque insignem, & qualis habitu, veste, capillis Sanctus fuisset, verbis designat: tum aptis coloribus in tabula totam eius imaginem exprimi iubet. Reuersus domum pictor, operæpretiumque ratus quod iussus fuerat, quam accuratissime posset, exequi: post varios conatus, frustra tandem se laborare animaduertit: nec enim ex sola narratione poterat, quamuis peritissimus artis & exercitissimus esset, quem numquam viderat, ad veram similitudinem exprimere. In hac igitur cura versanti, vehementerque dolenti, quod oris lineamenta effingere non posset: ante oculos repente extitit monachus quidam, qui in ædes clam penetrarat, statura procerus, habitu eremitico, obsoleta veste amictus, coma squalens, capillitio barbæque niger, in omnibus denique beato viro simillimus: nam & virgam manu gerebat, cuius apex in crucem desinebat. Qui pictore comiter salutato, mœroris sollicitudinisque causam sciscitatus est. Ille verò & causam mox aperuit, & operis difficultatem demonstrauit. Tum leni ad eum voce monachus, Me, inquit, aspice, frater, mihi per omnia similis est, quem depingis. Vt ergo acrius in illum oculos intendit pictor, penitusque circumspexit: illum ipsum esse agnouit, quem Malacenus verbis designarat. Quare ad tabulam reflexus, vt conspectam formam imitaretur, o rem admirandam! sacram ter beati effigiem in tabula suis lineamentis suapte expressam sponte videt. Cumque miraculo obstupefactus, ad Sanctum subitò, Kyrie eleison cum horrore inclamans, se vertisset, illum amplius non vidit. iam enim auolauerat. Itaque ad delineatam diuinitus formam reliqua colorum pigmenta adiiciens, perfectam imaginem, qualis hodieque in sacro Beati templo suspensa visitur, omnibus numeris absoluit, statimque ad spectabilem Malacenum cum illa properans: omnia illi, vt acciderant, ordine percensuit. Quibus ille auditis, cum

XVIII.

PRAEDI-
CTIOS NI-
CONIS MA-
LACENO.

XIX.

MALACENVS
LIBERATVS
ET HONO-
RIBVS AV-
CTVS.

XX.

XXI.

MALACENVS
COMPOSIT
IMAGINIS
S. NICONIS.

ex oblata pictori Niconis specie, ne in hac quidem parte inanem fuisse eius prædictionem, animaduertent: ingenti gaudio perfusus, mirabilium Dei operum laudes, & quantam à Spiritu sancto gratiam sortitus Nicon esset, prædicare nunquam desistit. Sed Malaceni quidem, & sacræ imaginis historia sic se habet.] hucusque de his auctor.

XXII. DUCI VENETORVM IN CTA ROMANI SOROR.

Subiicit autem his quæ de Malaceno narravit, mox Curopalates, eundem Basilium Imperatorem, quod sibi Venetos conciliaret, eorum Duci in matrimonium iunxisse Argyri filiam, Romani postea Imperatoris sororem. Porro istam putamus illam de qua Petrus Damianus sic scribit ad Blancam Comitissam: Sed ad id, inquit, quod asserimus roborandum, congruum est, vt etiam de viua carne exempla proferamus. Veracis itaque & honesti viti didici relatione, quod narro. Dux Venetiarum Constantinopolitanæ vrbis ciuem habebat vxorem, quæ nimirum tam tenerè & delicatè viuerebat, & non modò superstitiosa, sed & artificiosa (vt ita loquar) iucunditate se mulcebat, vt etiam communibus se aquis dedignaretur abluere: sed eius serui rorem cæli satagebant vndecumque colligere, ex quo laboriosum illi balneum procurarent. Cibos quoque suos non tangebant, sed ab eunuchis eius alimenta quæque minutius concidebantur in frustra, quæ illa quibusdam fulcinulis aureis atque bidentibus ori suo liguriens adhibebat. Eius porro cubiculum tot thymiamatum aromatumque generibus redolebat, vt & nobis narrare tantum dedecus foret, & auditor fortè non credat. Sed omnipotenti Deo quantum huius femine fuit exosa superbia, manifesta docuit vlciscendo censura. Vibrato itaque super eam mucrone diuini iudicij, corpus eius omne computruit, ita vt membra corporis vndique cuncta marcescerent, totumque cubiculum intolerabili profus fetore complerent. nec quisquam tantam perferre narium iniuriam potuit, non consueta seruitia, non seruulus, vix vna dumtaxat ancilla non sine speciei redolentis auxilio in eius obsequij sedulitate permansit. Eadem tamen raptim accedebat, & protinus fugiens abscedebat. Diutius ergo hoc languore decocta, & miserabiliter cruciata, amicis quoque lætantibus, diem clausit extremum. Quid ergo sit caro, doceat ipsa caro: quodque perhibet mortua, testetur & viua.] hucusque Petrus.

IESV CHRISTI SILVESTRI II. PAP. OTTONIS III. IMP. 4. ANNVS ANNVS BASIL. ET CONST. IMPP. 24. 999. I.

I. ANNVS Redemptoris nonagesimus nonagesimus nonus, Indictione duodecima sequitur, quo pridie Nonas Februarij, vt Ditmarus ait, moritur Gregorius Papa, cum sedisset annos duos, menses octo, & dies quatuor; sed verius quod mortuus sepultusque est in basilica Principis Apostolorum duodecimo Kal. Martij, vt apparet ex eius epitaphio, quod extat ad sepulchrum eius exaratum his versibus:

GREGORII PAP. V. EPITAPHIVM

Hic, quem tegit humus, oculis vultusq; decorum, Papa fuit Quintus nomine Gregorius. Antè tamen Bruno Francorum regia proles, Filius Ottonis de genitrice Iudith. Lingua Teutonicus, Vnangia, doctus in Vrbe, Sed inuenis cathedram sedit Apostolicam. Ad binos annos & menses circiter octo, Ter senos Februo connumerante dies. Pauperibus diues, per singula sabbata vestes Dinisit, numero cantis Apostolico. Vfus Francigena, vulgari, voce Latina Instituit populos eloquio triplici. Tertius Otto sibi Petri commisit ouile, Cognatis manibus vnctus in Imperium. Exiit & postquam terrena vincula carnis, Sequinoci dextro substituit laeri.

II. DECESSIT XII. KAL. MARTII.] Ditmarus verò ex his corrigendus, dum ait:

A ait: Papa quoque Gregorius, benè dispositis Romæ omnibus, pridie Nonas Februarij obiit, Gerberto mox sibi succedente] Archiepiscopo Rauennate, qui mutato nomine dictus est Silvester II. Hæc eadem testantur æquè Hermannus, Lambertus, Marianus, eiusdem sæculi scriptores, ac ceteri omnes. Rauennatis Ecclesiæ ex Rheanensi (vt dictum est) hic tunc erat Archiepiscopus, secutusque Imperatorem Romam venientem. Ne autem Pontificatus, quo perfunctus fuerat Germanus homo Gregorius, in aliquem relaberetur Romanum (suspectam & nusquam tutam fidem Otto expertus fuerat Romanorum) ipsum Gerbertum mox summum Pontificem eligendum curauit, hominem aliqui astutum, & in gratiam se Principum insinuandi maximum artificem, tanta Sede (vt liberè fatear) indignissimum, cuius & hostis extiterit infensissimus, vtpote qui aduersus eam tempore Ioannis Decimiquinti Papæ, cum ab eo exturbaretur ab Archiepiscopatu Rhemeni, quem malè occupauerat, quæcumque potuit improperia calumniosè collegit, scriptisque mandauit, quæ suo loco superius sunt confutata. cuius è stomacho atrabile æstuante emissum olim turpiter vomitum sorbentes nostri temporis Nouatores (vt vidisti) in eandem sanctam Ecclesiam rursus effundunt, quem refusum vidisti in ipso. Quem igitur antè negauit non timore compulsus, sed amore primatus illectus, plane reddidit indignum thronum Apostolicæ confessionis ascendere, nisi idem ipse qui cum Petro negauit, & cum Petro antea fleuisset amare, cui & Christus diceret sicut Petro: Diligis me plus his? Pasce oues meas.] Illud autem omnino possumus affirmare, nullum hactenus in Petri Sedem fuisse promotum, qui eandem Sedem suis scriptis ita prosciderit, vt Gerbertus. Ista aded indigna pati coacta est Romana Ecclesia, cum per Principes sæculi electiones Romanorum Pontificum factæ sunt. Sic per Ottonem primùm homo laicus Leo intrusus est, sic & modò Gerbertus, quem adularus eidem Imperatori Romanus populus dicitur a postulasse.

GERBERTVS SVCCEDIT GREGORIO.

Porro eius tam cita, tamq; inopinata promotio & continuata prosperitas magnis aucta progressibus, viri præsertim, qui in conuentu Episcoporum, iudicio Apostolicæ Sedis depositus è throno Rhemenis Ecclesiæ, redactus antea in ordinem fuerat: insueta atque aded miranda de ipso opinandi atque scribendi tribuit occasionem: ipsum nimirum magicis incantationibus ad Apostolicæ Sedis culmen prouectum esse, pacta pro mercede diabolo anima, quam statuto loco, Ierosolymis (sic nuncupata in Vrbe sanctæ Crucis Ecclesia) exactor violentus extorsit. Ad ingerenda autem ista simplicium auribus, additum est argumentum non leue, quod in tam rudi sæculo Mathematicæ scientiæ, præcipuè verò Astrologiæ hic scientissimus esset. Isti fuere colores, quibus ad tam absurda ac monstruosa fingenda schismaticus homo, qui sequenti hominum ætate vixit, est vsus ad eum aded deformem representandum illis qui non nouere Siluestrum.

a Aim. lib. 5. cap. 45.

III. QVAE DE SILVESTRO CONFICTA.

Fuit iste Benno, qui se Cardinalem Archiepiscopum nominat, qui que ex schismaticorum scissione sibi nomen tantæ dignitatis abripuit post annos octuaginta, cum Romana Ecclesiæ Hildebrandus, qui & Gregorius V I I. Pontifex præsideret, & aduersus eum Henricus Imp. schismaticus bellum gereret: iste inquam fuit primus fingendæ fabulæ architectus, cuius auctorem prodidisse solum, sit conturasse.

IV. BENNO SCHISMATICVS AVCTOR FABVLLAE.

Extare dicuntur ipsius scripta, quæ non legi, sed ab eo qui legit omnia, accipe argumentum, à Papirio inquam Masone, qui in Gregorio V I I. habet ista primùm: Siquis Bennonem legit, qui se Archiepiscopum Cardinalem vocat, isque odium eius in omnes retrò Pontifices vsque ad Gregorium Quintum, & maximè in Hildebrandum exactè considerat, nullam ei fidem habendam existimabit: odij enim natura est, vt nec dormire cum veritate, nec vigilare possit. Ergo librum illum plenum maledictis, & à Cæsarianæ factionis hominè (vt apparet dictatum facile respuo, &c.] & in Siluestro, Bennonem hunc eius primum auctorem fabulæ asserit, & quidem certè, eò quod nullus ante eum de Siluestro ea scriptisse reperiatur. Ipse enim primus eam de Siluestro fabulam narrat, qui & alios Gregorij V I I. prædecesores magiæ accusat, & vt maleficos damnat. Nemo penitus scriptorum, qui ante Bennonem scripserunt, eius commenti vel leuissimam mentionem fecisse reperitur, dum de eius Pontificatu scripserunt: contra verò qui sub eius Pontificatu vixerunt, honorificam de eo mentionem habuerunt, vt Ditmarus scrip-

V.

Dim. li. 6.

ptor grauissimus, dum ait: Superius de vniuersali Papa Brunone disputans, cum successorem eius Gerbertum tantum nominarem, vt de eo latius aliquid scribam, non incongruum est. Erat is natus de Annal. Eccl. Tom. 10. Hhhh z Occi-

CHRISTI
999.SILVESTRI II. PAP.
I.OTTO NIS III. IMP. 4.
BASIL. ET CONST. IMP. 24.QVAE DE
GERBERTO
VETERES.

occiduis regionibus, à puero liberali arte nutritus, & ad vltimum Rhemensem urbem ad regendum iuste promotus. Optime callebat astrorum cursus discernere, & coaetemporales suos variae artis notitia superare. Hic tandem à finibus suis expulsus, Ottonem petiit Imperatorem, & cum eo diu conuersatus, in Magdeburg horologium fecit, illud rectè constituens, considerata per fistulam quadam stella nautarum duce.] hæc ipse. sed illud malè, dum ait, eum ad Rhemensem Ecclesiam iuste promotum. Affirmat idem qui supra Papyrius, extare codicem eiusdem epistolarum ad Robertum Regem Francorum, & Ottonem III. Imperatorem, & alios eius temporis præstantissimos viros, quæ dignæ essent viro disertio & dicendi perito. quibus hæcenus frui non licuit.

VII.
DE EIVS
EPITAPHIO.

At quod vanam prorsus illam fabulam arguit falsitatis, est epitaphium eius sepulchro insculptum in basilica Lateranensi, auctore Sergio successore Romano Pontifice, planè dignum quouis magni nominis Romano Pontifice, vt prorsus impossibile videatur, vt tam probroso exitu palam extinctus Pontifex, potuerit tali elogio commendari, eo præsertim in loco, vbi talia fieri contigissent. reddemus illud in obitu eius tomo sequenti.

VIII.

Ad postremum quæ de ipso habet huius temporis auctor, Helgaldus monachus Floriacensis, qui summa fide scripsit vitam Roberti Francorum Regis, filij Hugonis, de quo superius, cuius Gerbertum hunc fuisse magistrum affirmat, professione verò monachum Benedictinum; de quæ eius promotionibus ad sedem Rhemensem, Rauennatem, & Romanam, sic accipe: Is quippe Gerbertus pro maximo suæ sapientiæ merito, qua toto radiabat in mundo, donatio Regis Hugonis munere pontificium adeptus Rhemense, non multis annis illud ordinavit splendide in his quæ forent necessaria Ecclesiæ sanctæ. Eo namque derelicto, Rauennatum factus est Rector ab Ottone III. de quo ad Apostolatam Petri Apostoli sanctissimi festinus conscendens, multa in eum virtutum operatus est insignia, & præcipue in eleemosyna sancta, quam fortiter tenuit, dum fideliter vixit. Inter cetera de se lætus & hilaris ita in R, littera lusit:

Scandit ab R, Gerbertus in R, post Papa viget R.

Hoc aperte demonstrans, quod hi tres Episcopatus honores, quos professione regularis vitæ Patris Benedicti monachus factus, suscepit, rexit, & tenuit, huius R, litteræ signo in capite sunt declarati.] hæc Helgaldus.

IX.

ERROR RE-
CENTIORVM
ALIQVORVM
DE GER-
BERTO.
Sigeo. anno
Domini 998.

Rerum ignari recentiores, qui post præsentem ætatem claruere scriptores, adeo Bennonis perculsi sunt testimonio, vt reuocarint in controuersiam, num Siluester iste esset inter Pontifices annuerandus, quem crederent à diabolo fuisse promotum, vt apparet ex a Sigeberto, qui post annos ducentos suum Chronicon scripsit. At non ista qui præsentis sæculo claruere scriptores, Ditmarus, Glaber, Helgaldus, Lambertus, Hermannus, & Marianus Scotus, qui res suæ ætatis, quas cominus sunt intuiti, scripsere: qui omnes absque controuersia, nulla vel leui dubitatione, Siluestrum post Gregorium V. legitimum recentent Romanum Pontificem. Extat præterea fragmentum veteris Chronici Floriacensis, à Pithæo editum, in quo hæc verba: Hic Otto Tertius Gerbertum Archiepiscopum Rauennæ propter summam philosophiam summo amore excolens, ordinauit eum Papam, vocauitque nomen eius Siluestrum.] sed etsi tot manifestæ probationes deessent, nonne satis ex seipsa fabula ipsa conuincitur falsitatis, dum de thesauro abdito in campo Martio narrationem adiicit, qualem vetula rotans fufum solet simplicibus narrare puellis ad lucernæ lumen, ne dormiant? Prudens igitur Lector vno fasce constringat, eademque lance eiusdem ponderis appendat fabulam hanc cum illa de Ioanna Papissa, nisi quod illam leuitas excogitauit, istam autem (vt audisti) nequitia.

X.

FRANCO
EPISCOPVS
VORMA-
TIENSIS
MORTIVR.

Eodem anno, vbi Otto Imperator iam annum in Italia commoratus esset, Franco Vuormatiensis Episcopus egregiæ sanctitatis vir Romæ (vti antea ipsi reuelatum fuit) diem clausit extremum. De rebus tunc ab eo gestis Romæ cum eodem Imperatore, hæc memoria digna narratur in vita Burchardi eiusdem Ecclesiæ Episcopi ab auctore eius temporis, qui ait: Franco Episcopus Vuormatiensis rebus Ecclesiasticis rationabiliter ordinatis in expeditionem Italicam cum Imperatore profectus est. Ibi que plusquam anni spatio in seruitio Imperatoris vigilantissimo animo studebat, eiusque secretis semper intererat: & quando de rebus maioribus tractandum aliquid erat, tanta familiaritate & auctoritate, quamuis iuuenis esset, apud Imperatorem habebatur, vt sine eius consilio raro aliquid statueretur. Cunctis affabilis erat, cunctis benignus extitit, & plurima donando gloriam non modicam apud cunctos quæsiuit, vnde & omnes maximo honore ac dile-

CHRISTI
999.SILVESTRI II. PAP.
I.OTTO NIS III. IMP. 4.
BASIL. ET CONST. IMP. 24.

A dilectione illum habebant, & quasi sanctum iam diuinabant, & idcirco ab Imperatore multum honoratus & charus præ aliis habitus, illius consilio & malos coercerebat, & Rempub. in pace regebat: Vnde contigit, vt Imperator Abbatiam Sauriffarem Vuormatiensis Ecclesiæ concederet, & charta & priuilegio perpetuo stabiliret, & in conuentu ac Concilio Romanorum hanc traditionem recitari æ pronuntiarum præcepisset.

Eodem tempore Imperator & prædictus Episcopus induti ciliciis, pedibus penitus denudatis quamdam speluncam iuxta S. Clementis Ecclesiam clàm cunctis intrauerunt, ibique in orationibus ac ieiuniis, necnon in vigiliis quatuordecim dies latuerunt. Ferunt quidam, visionibus & allocutionibus diuinis fuisse consolatos. Nos autem hanc rem parum nobis compertam, existimationi vulgi ruminandam relinquimus: sed tamen hoc pro certo scimus, quod Episcopo dies & hora obitus sui diuinitus prænotata est. Et hoc ipse postquam domum reuersus fuit, Imperatori prænuuntiauit. Qua re Imperator multum contristatus, quem in locum ipsius habere, vel cui Episcopatum eius committere debuisset, multum lacrymando, ab eo exquisiuit. tunc tandem quasi coactus, sic respondit: Fratrem vnum habeo, si Deo placuisset, hunc mihi successorem rogassem. Super hæc autem omnia Deus prouideat, in quo sibi bene complaceat.] Certè quidem haud carnalis affectio viri Dei ista fuit de promouendo fratre, doctrina atque sanctitate conspicuo, lucido eius temporis Germaniæ sole. pergit auctor:

Tunc Imperator sub testamento Dei iurauit, antedictum Episcopatum fratri illius se daturum: & vt melius ac facilius recordari potuisset, epistolam deprecatoriam pro hac re ab Episcopo accipit, quam in sacculum suum ad testamentum posuit. Quid plura? Eadem die & hora, qua ipse prædixit morte succubuit, corpusque suum Romæ cum magno honore in pace sepultum est.] hæc auctor, qui narrare pergit quomodo certo diuinæ voluntatis iudicio germanus illius Burchardus, vbi reuersus est Imperator in Germaniam, Vuormatiensis est creatus Episcopus, ceteris morte è medio sublatis, qui seipsos tantæ dignitati auidè nimis ingesserant.

Quod autem de Concilio hoc anno Romæ habito nuper mentio facta est, in quo recitari voluit Imperator concessum Ecclesiæ Vuormatiensi priuilegium: meminuit eiusdem Concilij paucis his Ditmarus, vbi agit de rebus gestis in hoc secundo eius in Urbem aduentu: Synodus Romæ tunc, in qua accusatus Gifelerus Archiepiscopus Magdeburgensis, quod duas parochias teneret, percussus ille paralyti venire non potuit, res reposita ad Concilium prouinciale Germaniæ.] subdit mox ista: Cæsar auditis mirabilibus, quæ per dilectum sibi martyrem Dominus fecit Adalbertum, orationis gratia eò pergere festinauit.] & infra: Nullus Imperator maiori vniquam gloria à Roma egreditur, neque reuertitur.] & post iter ipsius descriptum, Videns, inquit, à longè Gnesnam urbem desideratam, nudis pedibus suppliciter aduenit, & ab Episcopo eiusdem Vngero venerabiliter susceptus, in Ecclesiam introducit, & ad Christi gratiam sibi impetrandam Martyris intercessio profusis lacrymis inuitatur. Nec mora, fecit ibi Archiepiscopatum, vt spero, legitime, sine consensu tamen præfati præsulis, cuius diocesi omnis hæc regio subiecta est, committens eundem prædicti martyris fratri Kadimo, ei que subiiciens Reinbernum sanctæ Cholbergensis Ecclesiæ Episcopum, Popponem Cracuensem, Ioannem Vuoristlanensem, Vngero Posnaniensi excepto. Facto que ibi altari, sanctas in eo honorificè reliquias condidit.] hæc & alia Ditmarus, describens, quam dignè exceptus fuerit à Boleslao Poloniæ Duce, & magnis muneribus donatus.

Porro cum audis tot sacra munia exhibita ab Imperatore: scias malè ipsi vt auctori esse tributa, quæ Legatus à latere cum eo missus Archidiaconus Cardinalis S. R. E. sua auctoritate faciendâ curauit; Legati namque auctoritate factum oportuit, quod narrat de Archiepiscopatu ibidem tunc erecto. Verum an ista à Romano Pontifice probata fuerint, vehementer dubito: siquidem assertione a Gregorij VII. Romani Pontificis apparet, vsque ad sua tempora nondum fuisse institutam sedem Archiepiscopalem in Polonia. Nam ipse scribens ad Boleslaum Ducem Poloniæ, cum Legatos illuc mittit ad hoc ipsum agendum, hæc ait: Illud nobis primò attendendum est, quod Episcopi terræ vestræ non habentes certum Metropolitanæ sedis locum, nec sub aliquo positi magisterio, huc atque illuc pro sua quique ordinatione vagantes, ultra regulas & decreta sanctorum Patrum liberi sunt & absoluti. Deinde verò quod inter tantam hominum multitudinem adeo pauci sunt Episcopi, & amplæ singulorum parochiæ, vt in subiectis plebibus

Annal. Eccl. Tom. 10.

H h h 3

curam

XI.
DIAE LATE-
RANÆ IMP.
ET FRANCO-
NIS EPISC.

XII.

XIII.
ROMANVM
CONCILIVM.DE ARCHIE-
PISCOPATV
ECCLESIAE
GNESNEN-
SIS.

XIV.

Greg. VII.
lib. 2. ep. 73.

CHRISTI
999.SILVESTRI II. PAP.
I.OTTONIS III. IMP. 4.
BASIL. ET CONST. IMPP. 24.

curam Episcopalis officij nullatenus exequi, aut ritè administrare valeant: pro his igitur, &c.] Data est epistola v 11. Kal. Maij, Indictione XIII. anno Christi millesimo septuagesimoquarto. hactenus de rebus gestis ab Otrone in hoc secundo reditu in Italiam, & eiusdem in Germaniam regressu. Contigit verò ipsum adhuc tertio in Italiam venire, nec amplius in Germaniam redire præuentum morte. sed de his suo loco dicendum. hic verò quæ Ditmarus subiicit describenda:

XV. Nec sileo, inquit, quoddam miraculum temporibus præfati Cæsaris *Otonis III*. Romanæ calitus exortum. Nam cum Ducis Hermanni milites monachorum S. Pauli prata vi sua comprehenderent: suppliciter ab eis sæpè rogati, discedere noluerunt. Et continuo nubes variæ ascendunt, fulmina micant, terrorem Dominicum monstrantes. Tonitru terribile protinus subsequitur, & ex eorum numero optimos quatuor occidens, ceterosq; fugans, pauperes Christi in hoc mundo non esse contemptibiles ostendit. Protector enim talium misericors Dominus, & hos honorantes, & in necessitate sua exaudientes digna retributione prouehit, eorumque persecutores, aut hinc (quod leuius habetur) aut in futuro (quod grauius) punit.] hæc Ditmarus.

XVI. Eodem quoque tempore factam esse translationem venerandi corporis Benedicti Papæ V. ex Hambugo, siue Hamaburgo, vbi exulans, relegatus ab Otrone Primo, diem clausit extremum, idem Ditmarus narrat, vt planè, licet serò, cognitus fuerit Benedictus legitimus Ecclesiæ Romanæ Pontifex: nam schismatico dignè punito, & in exilio mortuo, cui tantus post mortem honor, vt eius venerandæ reliquiæ ab extremis Germaniæ finibus transferrentur in Urbem Imperatoris auctoritate per Episcopale ministerium? Quod si vel serò saltem emendauit Otto nepos, quod deliquisset auus Otto, vt restituerit (vt licuit) Benedictum in suam, à qua fuerat exturbatus, Ecclesiam: Leo sanè qui eam tunc occupauit, inter spurios & schismaticos pseudopontifices est numerandus. Sed Ditmarum audi, ait enim: Raco *electus Bremensis Episcopus*, iussu dilecti Senioris sui, nempe *Otonis III. Imperatoris*, ossa supradicti Papæ Benedicti (sicut ipse prælocutus est) de Hambug Romam reduxit. Namque pater venerabilis, dominus inquam Apostolicus, dum in exilio esset in Christi seruitio studiosus, & adhuc Aquilonaris hæc pars optata pace gauderet: Hic, inquit, fragile corpus meum debet resolui: & post hæc omnis ista regio gentili gladio desolanda, ferisq; inhabitanda relinquetur, & ante translationem meam non videbit indigena pacem firmam: quandocumque verò domi resideo, Apostolica intercessione, paganos quiescere spero.] hæc Ditmarus. quæ omnia vt prædixit sanctus Pontifex sunt secuta. Scribit enim idem ipse superius de eiusdem Ecclesiæ Hambugensis desolatione per

BENEDICTI
PAP. CORPVS
ROMAM DE-
LATVM.^aDitmar.
Chr. lib. 3.
XVII.

Sclauis qui susceperant Fidem, superbia Theodorici Ducis aggrauati rebellant. Ita primò Brandeburgensis Ecclesia à bellis inuasa deuastatur, clerici cassi, omnia expilata, à Boëmis Ecclesia Cicensis deuastata, item Hamaburg sedes Episcopalis euerfa. Tum conflagrante Ecclesia, visa est etiam ab hostibus manus expansis digitis, quæ plena, cunctis videntibus, rediit. Creditum, reliquiæ Sanctorum inde sublata, quæ incendio peritura essent.] Quomodo autem iidem hostes victi fuerint, idem subdit, nimirum quod collecti milites, audita sabbaro Missa, & Eucharistia accepta, in hostes irrumpentes, eos vicerunt, ingente strage peracta.] pluribus ista Ditmarus.

XVIII. Dum autem adhuc Romæ Otto moraretur hoc anno, agente apud eum Siluestro Papa, erga Vercellensem Ecclesiam se munificentissimum præbuit, donans ei ipsam Vercellensem ciuitatem cum Comitatu, necnon Comitatum S. Agathæ, est de his adhuc integrum eiusdem Imperatoris diploma in Archiuo eiusdem Ecclesiæ Vercellenfis, quod acceptum vnà cum aliis ab eius Episcopo Ioanne Stephano Ferrerio exemplar, hic tibi ipsum, vt nobile tanti Principis monumentum, edendum curauimus. sic enim se habet:

XIX. In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Otto, diuina fauente clementia, Romanorum inuictissimus Imperator Augustus.

Notum sit omnibus Dei cultoribus, & nostri Imperij fidelibus, quoniam respectu diuini amoris, & pro petitione optimi Hugonis nostri illustrissimi Marchionis, supplicante domno Papa Siluestro, & interueniente Heriperto nostro dilectissimo Cancellario, concedimus Leoni fidei nostro Episcopo, suæque sanctæ Vercellenfis Ecclesiæ, vbi sanctus Eusebius requiescit, totam ciuitatem Vercellensem in integrum cum omni publica potestate in perpetuum, more prædecessorum nostrorum, vt constantiam fidelis nostri

con-

CHRISTI
999.SILVESTRI II. PAP.
I.OTTONIS III. IMP. 4.
BASIL. ET CONST. IMPP. 24.

A constanter remuneremus. Et vt ceteri promptiores ad obsequium nostrum confurgant, liberalitas nostri Imperij pro Dei & S. Eusebij amore donauit prædicto Leoni, omnibusq; suis successoribus in perpetuum totum Comitatum Vercellensem in integrum cum omnibus publicis pertinentiis, & totum Comitatum quem dicunt S. Agathæ in perpetuum cum omnibus castellis, villis, piscationibus, venationibus, siluis, pratis, pascuis, aquis, aquarumve decursibus, & cum omnibus publicis pertinentiis, cum mercatis, cum omnibus teloniis, cum omnibus publicis functionibus; vt demota onium hominum omni contrarietate, tam Leo sanctæ Vercellenfis sedis Episcopus, quam & successores ad honorem Dei omnipotentis, & ad reuerentiam S. Eusebij magnifici Episcopi, inuicti contra hæresiarchas militis, & in ciuitate Vercellenfi intus & foris, & in toto Comitatu Vercellenfi intus & foris, & in toto Comitatu S. Agathæ, & in omnibus eorum pertinentiis, liberam habeant potestatem placitum tenendi, legem nouam faciendi, omnem publicam honorem, omnem publicam potestatem, omnem publicam actionem, & omnem publicam rediptionem habendi, exigendi, secundum propriam voluntatem & potestatem iudicandi, quia omnem potestatem & omne dominium publicum quod ad nos inde pertinuit, in potestatem & dominium sanctæ Vercellenfis Ecclesiæ, & Leonis nostri Episcopi & omnium sibi successorum dedimus, largiti sumus, & omnino concessimus in perpetuum. Nostra igitur Imperiali maiestate præcipimus, vt nullus Dux, Marchio, nec etiam Ipoensis Marchio, nullus Comes, nullus Vicecomes, nullus Archiepiscopus, nullus Episcopus, nullaq; nostri Imperij magna aut parua persona, nullus Italicus, nullus Theutonicus audeat sanctam Vercellensem Ecclesiam, aut prædictum Leonem Episcopum, aut aliquem eius successorem de Comitatu Vercellense, aut de Comitatu S. Agathæ, aut de aliqua eorum pertinentia inquietare, molestare, disuestire, aut vllum placitum tenere, aut vllum districtum ibi habere, aut vllam publicam exactionem vllò ingenio ibi exigere, aut mercatam, aut telonium ibi quærere: & si aliquis aliquod scriptum de mercatis aut teloniis, ad Comitatum Vercellensem & ad Comitatum S. Agathæ pertinentibus ostenderit, sit inane, sit vacuum, nullius vnquam auctoritatis habendum, aut firmitatis: Sed liceat tam Leoni Episcopo, quam successoribus eius ad honorem Dei & S. Eusebij omnem liberam potestatem habere in perpetuum in ciuitate & in toto Comitatu Vercellense, & in toto Comitatu S. Agathæ, & in omnibus eorum pertinentiis, vt liberè & securè permanentes Dei Ecclesiæ, proferetur Imperium nostrum, triumphet nostræ corona militiæ, propagetur potentia populi Romani, & restituatur Respublica, vt in huius mundi hospitio honestè viuere, de huius vitæ carcere honestius auolare, & cum Domino honestissimè mereamur regnare. Si quis autem contra hoc nostrum præceptum per aliquod ingenium ire præsumperit: componat mille libras auri, Cameræ nostræ medietatem, & sanctæ Vercellenfis Ecclesiæ alteram. Quod vt omnino credatur, & in æternum conseruetur, manu nostra firmamus in æternum Deo auctore victura, & tribus sigillis præcepimus insigniri: quia amor sanctæ Trinitatis, pro qua pugnavit S. Eusebius, ad hoc nos traxit, vt suam Ecclesiam, suumque successorem tali & tanto honore donaremus. Qui hoc præceptum seruauerit, sancta Trinitas eum benedicat: qui autem fuerit transgressor, sancta Trinitas eum maledicet, & inter hæreticos damnabitur.

Signum D. Otonis gloriosissimi Romanorum Imperatoris Augusti.

Heribertus Cancellarius vice Petri Comani & Archicancellarij recognouit.

Dat. Non. Maij, anno Dominicæ Incarnationis DCCCXCIX. Indictione XII. Anno Tertij Otonis Regis XVI. Imperij * 1111. Actum Romæ feliciter. Amen.] hucusque diploma, in quo sicut in aliis omnibus ab eo datis publicis monumentis apparet, annos Imperij ab eo incipi numerari non à tempore quo parenti successit Imperatori, sed ab eo potius anno, quo est coronatus à Romano Pontifice, antea verò non Imperatorem sed Regem dumtaxat nominari voluisse.

Quod ad res Orientales pertinet, hoc anno defuncto Sisinnio Patriarcha Constantinopolitano cum sedisset annos tres, subrogatus est in locum eius Sergius Abbas ex progenie Photij schismatis auctoris, cuius secutus vestigia eò amplius obfuit, quò diutius præfuit, propagato sedis tempore ultra vigesimum annum. huius nomine contra Occidentales inuenitur alicubi scripta epistola, quam Photij verè esse, & eius titulo restitutam, superius recitauimus.

XX.

SERGIUS PA-
TRIARCHA
CONSTANT.

IESV CHRISTI SILVESTRI II. PAP. OTTONIS III. IMP. S.
ANNVS ANNVS BASIL. ET CONST. IMP. P. S. A
1000. 2.

I. **M**ILLESIMVS Christianæ religionis numeratur annus, decimatertia inchoatus Indictione, vbi tu Lector aliquantisper, rogo, subsistens, illud propheticum mente volue: ^a Mille anni ante oculos tuos tamquam dies hesternæ, quæ præterit.] Et quod ait Petrus: ^b Vnus dies apud Dominum sicut mille anni, & mille anni sicut dies vnus.] Ac meditare vniuersum istum decursum status Ecclesiæ, millenarium hoc ipsum tempus annorum, tamquam diem vnum, in quo licet sol nocte non luxerit, & die, obice nubium, sæpè latuerit, atque ventorum turbine, tonitruis atque fulminibus, grandine, pluuia, apparuerit permolestus; numquam tamen dixeris perditum esse solem, & diem non Dei; sed de certa veritate securus, cum Propheta cantabis: ^c Tuus est dies, & tua est nox.] eò quòd ^d sicut tenebræ eius, ita & lumen eius.] Ita planè contemplari licet Dei Ecclesiam huius millenarij curriculo circumductam vnus instar diei, in quo nec ad momentum quidem reliquerit eam Sol iustitiæ Christus, qui sicut ille sol ad hoc creatus est vt ^e præsit diei, ad hoc factum est Verbum caro, vt præsit Ecclesiæ; sed fortius istud, siquidem dicat: ^f Cælum & terra transibunt, verba autem mea non præteribunt.] Siue igitur Ecclesiam vidisti luce clarescere, siue tenebris obscurari, numquam tamen eandem (si sapias) fuisse dixeris sine Christo, aut sine Ecclesia Christum, sed quòd sit in Christo semper Ecclesia, & in Ecclesia Iesvs Christus, heri & hodie ipse & in sæcula.] hæc pro anacephalæosi annorum mille dicta sunt: iam quæ sunt anni huius, res gestas videamus.

II. Nitidus illuxit præsens millenarius annus, quem diuina luce coruscum, ad vesperam arte diaboli obscurare nubeculæ visæ sunt, sed statim euanuerunt. de his enim Glaber temporis huius auctor, testisq; fidelis agens, de stultis hominibus hæreses disseminare conantibus, hæc habet: ^h Exiit circa finem millesimi anni homo plebeius in Galliis apud vicum Virtutis vocabulo, in pago Catalonico, Leutardus nomine, qui (vt finis rei probauit) satanæ Legatus credi potuit, cuius etiam vesaniæ peruicacia hoc exordium habuit. Morabatur enim aliquando solus in agro quidpiam ruralis operis peracturus, qui ex labore somno depressus, visum est ei, vt grande examen apum in eius corpus per secreta ingrederetur naturæ, quod etiam per illius os nimio cum strepitu erumpens, crebris illum punctiõibus agitabat. Ac diu multumq; agitato stimulis, loqui ei videbantur, & multa hominibus impossibilia præcipere, vt faceret. Tandem fatigatus exurgens, venit domum, dimittensq; vxorem, quasi ex præcepto Euangelico, fecit diuortium. Egressus autem velut oraturus, intrans Ecclesiam, arripensq; Crucem & Saluatoris imaginem contriuit. Quod cernentes quique territi pauore, credentes illum (vt erat) insanum fore. Quibus etiam ipse persuasit, sicut sunt rustici mente labiles, vniuersa hæc patrare ex mirabili Dei reuelatione.

III. Affluebat igitur nimium sermonibus vtilitate & veritate vacuis, doctorq; cupiens apparere, dedocebat magistrum doctrinæ. Nam decimas dare dicebat esse omnimodis superfluum & inane. Et sicut hæreses ceteræ, vt cautius decipiant, Scripturis se diuinis, quibus etiam contrariæ sunt, palliant, ita & iste dicebat, profanas ex parte narrasse, vtilia ex parte non credenda. Cuius etiam fama, quasi alicuius mente sani ac religiosi in breui ad se traxit partem nõ modicam vulgi. Quod comperiens vir eruditissimus Lebunus senex Episcopus, in cuius scilicet erat diocesi, accessit illum ad se iussit. Quem cum interrogasset de vniuersis, quæ dixisse vel fecisse compererat, cœpit venenum suæ nequitia occultare: cupiensq; quod non didicerat, de Scripturis sanctis testimonia sibi assumere. audiens verò sagacissimus Episcopus non esse conuenientia, immò non magis turpia quàm damnabilia, ostendens hominem insanientem hæreticum factum, reuocauit ab insania populum ex parte deceptum, Catholicæ plenius restituit Fidei. At ille cernens se deiectum, atque ambitione vulgi destitutum, semet puteo periturus immerfit.] hic finis pseudoapostoli à satana missi, sui Apostolatus signa prima proferens Iconoclastiam, crucisque contemptum, vt scias pariter à quonam missi sint reliqui omnes qui eadem præfenti sæculo factitarunt. De alio autem æquè insano à diabolo eluso hæresiarcha subdit mox ista:

Ipsò

CHRISTI SILVESTRI II. PAP. OTTONIS III. IMP. S.
1000. 2. BASIL. ET CONST. IMP. P. S.

A Ipsò quoque tempore non impar apud Rauennam exortum est malum. Quidam igitur Vilgardus dictus, studio artis Grammaticæ magis assiduus quàm frequens, sicut Italis semper mos fuit, artes negligere ceteras, illam sectari. Is enim cum ex scientia suæ artis cœpisset inflatus superbia stultior apparere: quadam nocte assumpserit dæmones poetarum species, Virgilij & Horatij atque Iuuenalis: apparentesq; illi, fallaces retulerunt grates, quoniam suorum dicta voluminum charius amplectens, exerceret; seque illorum posteritatis felicem esse præconem: promiserunt ei insuper suæ gloriæ postmodum fore participem. Hisq; dæmonum fallacis deprauatus, cœpit multa turgidè docere. Fidei sacræ contraria: dictaq; poetarum per omnia esse credenda asserebat. Ad vltimum verò hæreticus est repertus, atque à pontifice ipsius vrbis Petro damnatus. Plures etiam per Italiam tempore huius pestiferi dogmatis reperti, quique ipsi aut gladiis, aut incendiis perierunt. Ex Sardinia quoque insula, quæ his plurimum abundare solet, ipso tempore aliqui egressi, partem populi in Hispania corrumpentes, & ipsi à viris Catholicis exterminati sunt. Quod prælagium à Ioannis prophetiæ congruit, qua dixit, ^a Apoc. 20. satanam soluendum expletis mille annis.] ita quidem qui de se ista esse scripta diabolus non ignorauit, pristinas tentans experiri vires, in cruce Christi, qua senserat se fuisse prostratum, primum impetum fecit, inde verò idololatram, qua olim orbem triumphauerat vniuersum, conatus est per suum pseudoapostolum, arte Grammaticum restituere. sed prosequamur cetera.

Hoc eodem anno Otto Imperator ex Polonia, quò pietatis ergò (vt audisti) fuerat peregrinatus ad visitanda sacra pignora S. Adalberti martyris, Romam rediens sacras reliquias secum detulit eiusdem Martyris, quibus vbi collocarentur, erigendum curauit Ecclesiam in insula Tiberina, loco Vrbs notissimo, suiq; antiquitate omnium rerum Romanarum scriptorum memoria famosissimo. de qua quidem translatione appendix ad vitam eius in scripto codice habet ista: Quo audito, nempe post martyrium, fama miraculorum eius, Otto III. Imperator ardorem tanti Martyris non ferens, cum Senatu Romano & Episcopis & clericis extra montes in Slauoniam pergat ad educendas Romam reliquias beati martyris Adalberti: qui manus eius auferens, auro & gemmis mirè exornauit; & Ecclesiam nomini eius inter duos pontes fabricauit, & magnæ dignitati tradidit. Tunc incepit inquirere corpora sanctorum Martyrum, & præcepit, vt vbi que inuenta fuissent, ad Ecclesiam beati Adalberti deportarent. Et nuntiatum est illi, quòd in Ecclesia beatorum Abundij & Abundantij martyrum, quæ est iuxta montem Soractem, erant plura sanctorum Martyrum corpora; qui misit suos nuntios Episcopos, clericos & monachos, vt cum omni honore & diligentia cum hymnis ad Ecclesiam S. Adalberti ea deferrent. Qui protinus abierunt, & cœperunt inquirere, vbi essent tumuli eorum. Et inuenerunt in vno tumulo corpora sanctorum Abundij & Abundantij posita, & in alio tumulo corpus sanctæ Theodoræ, quæ illos in prædio suo sepelierat. Inuenerunt etiam inter eos sanctos Martyres, qui habebant inauratas vestes & mirè exornatas, & super altare eorum mensam sculptam & nimis decoratam, & deportata sunt omnia secundum iussu Imperatoris ad Ecclesiam S. Adalberti martyris.] hæc ibi. Verum cum haud multum intercederet temporis, ex quo idem Otto ex hac vita migraret, dicti Martyres aliò translati sunt: nam SS. Abundij & Abundantij veneranda corpora delata inde sunt ad diaconiam SS. martyrum Cosmæ & Damiani, vnde etiam paucos ante annos solemni pompa delata sunt in basilicam Societatis Iesv.

E Otto verò, quò inchoatam à se Romæ Ecclesiam quàm plurimis posset sacris Sanctorum reliquiis exornare: consilium inuit, vt corpus sancti Bartholomæi Apostoli Beneuenti consistens, illinc Romam deduceret, necnon famosissimi Confessoris Paulini Nolanus Episcopi corpus pariter inde Romam transferret. Cuius rei explendæ ea occasione Beneuentum veniendi vti opportunè voluit, vt Deo debitam ex promissione ad Memoriam sancti Michaëlis Archangeli ad montem Garganum in Apulia situm pedestri itinere peregrinationem exolueret. Quod hoc anno factum ab ipso, Leo Ostiensis ex antiquis Cassinatis monasterij monumentis affirmat, licet ipsi plurimum contradicatur, dum ait, à Beneuentanis aliud corpus loco sancti Bartholomæi tunc fuisse suppositum. Sed audi ipsum, qui sic ait: ^b Huius Abbatis anno tertio, qui est millenarius ab Incarnatione Domini, memoratus Imperator Beneuentum venit, & pœnitentiæ gratia, quam illi vir Dei Romualdus indixerat, montem Garganum adiit, reuersusq; Beneuentum venit, & pœnitentiæ gratia, quam illi vir Dei Romualdus indixerat, montem Garganum adiit, reuersusq; Beneuentum venit.

H h h s

neuen-

CHRISTI SILVESTRI II. PAP.
1000. 2.OTTONIS III. IMP. S.
BASIL. ET CONST. IMP. P. 25.DE CORPO
RES. PAVLI
NI ROMANI
DE LATO.

neuentum, S. Bartholomæi corpus ab eis postulavit. Qui cum illi negare nihil auderent, A
callidè pro corpore Apostoli, beati Episcopi Paulini Nolani corpus, quod erat in maiori
Ecclesia ciuitatis, honorificè conditum, ostendere. Ille nihil fraudis suspicans, eo sublato,
recessit. Sed hoc ubi ille rescivit, nimis indignans, corpus quidem Confessoris Christi
Romam ad insulam honore congruo condidit, sequenti verò tempore Beneuentum rur-
sum aduenit, eamque diebus multis vndique obsidens, cum nihil ex obsidione proficeret,
Romam iterum redit, &c.] hæc Leo. cui (vt dictum est) à pluribus contradicitur, as-
ferentibus omnino eiusdem Apostoli corpus in Ecclesia in honorem S. Adalberti extru-
cta, certo certius asseruari. cuius veritatis in testimonium adducuntur Romanorum Pon-
tificum sacra diplomata, atque Friderici Imperatoris litteræ, Constitutionis vim haben-
tes, datæ anno millesimo centesimo sexagesimo septimo.] accedunt his Acta synodalia
sub Alexandro III. de quibus suo loco inferius dicendum. B

VII.
TESTIMO-
NIA DEVE-
RA TRANS-
LATIONE.

Porro coëgit necessitas, vt post multum temporis eadem Apostoli sacra reliquiæ de-
tegerentur, & veritas innotesceret: quod Robertus, qui ad Sigebertum adiecit appen-
dicem, anno Domini millesimo centesimo quinquagesimo septimo sic enarrat: Circa hoc
tempus inundatione Tiberis facta non modica, Romæ in quadam insula eiusdem flumi-
nis in Ecclesia antiqua inuentum est in quodam sarcophago corpus B. Bartholomæi Apo-
stoli totum integrum, excepto corio, quod remansit Beneuenti, quando Otto Imperator
capta eadem ciuitate, corpus prædicti Apostoli transtulit Romam, sicut tabulæ æræ de-
monstrant scriptæ litteris Græcis & Latinis, quæ repertæ fuerunt in corpore Apostoli.
Repertum est in eadem Ecclesia corpus B. Paulini Nolani Episcopi.] hæc ipse.

VIII.
ECCLESIA
S. BARTHOL-
OMÆI.

Factum est autem, vt illatione corporis S. Bartholomæi in Ecclesiam sub titulo Adal-
berti martyris inchoatam, transferit ipsa in nomen & cultum eiusdem Apostoli B. C
Bartholomæi, memoriaque Adalberti hoc modo fuerit paulatim obliuione deleta. Nam
qui restituit eandem Ecclesiam Paschalis Secundus post centum & tredecim annos hos
versus in superliminari portæ maioris eiusdem Ecclesiæ inscribendos curauit, qui hodie
quoque ita leguntur:

*Tertius istorum Rex transtulit Otto piorum
Corpora, queis domus hæc sic redimita viget.
Quæ domus ista gerit si pignora noscere queris:
Corpora Paulini sint credas, Bartholomæi.*] Et post hæc in fine:

Tempore Paschalis II. Papæ, anno Dominicæ Incarnationis M. C. X I I I. Indictione
septima, mense Aprili die quarta.] hæc ibi. Ex quibus manifesti erroris redarguuntur il-
li, qui sub Ottone II. id factum esse scripserunt. D

IX.
CVR ECCLIE-
SIA MINOR
TANTO APO-
STOLO DO-
NATA.

At si quæras, cur tanti Apostoli corpus non in aliqua amplissimarum basilicarum sit
reconditum, sed in Ecclesia nullo modo Patriarchalibus basilicis comparanda: plures
posunt afferri causæ, vel quod (vt plerique aiunt) delaturus illud Otto in Germaniam,
illic ad tempus dumtaxat voluit collocasse: vel quod quam extruere inchoauit Eccle-
siam, eam (aut audisti) quam plurimis quærens nobilitare reliquis, & Apostolico pigno-
re reddere celeberrimam: si vixisset, in longè augustiorem formam extruxisset.

X.

Quod verò translationem hanc ab Ottone Tertio factam audisti, cum ad Garganum
montem peregrinationem illam indictam à Romualdo suscepisset: congressum eiusdem
Imperatoris tunc temporis habitum cum viro sanctissimo Nilo Abbate (de quo plura
superius) in volumine rerum ab eo gestarum conscriptum hic reddere, dignum existi-
mamus. quem recitat eiusdem temporis auctor, idemque eiusdem Nili discipulus. E

XI.

CONGRESSVS
S. NILI CVM
OTONE IM-
PERATORE.

Imperator verò pœnitentiam pollicitus, pedes ab Vrbe ad Garganum montem iuit ad
sanctum Michaëlem Archangelum. Et inde reuersus, per beati Nili hospitium transiuit.
Cum igitur venisset ab monasterium, & vidisset fratrum tuguria circa Oratorium con-
structa, dixit: Ecce tabernacula Israël in deserto: Ecce habitatores Regni calorum. Isti
non vt habitatores, sed vt peregrini manent hic. Beatus verò Nilus, cum percepisset thu-
ribulum suum (quod motis erat) obuiam illi iuit cum vniuersis Fratribus, & cum omni
humilitate & veneratione ipsum excepit honorificè. Imperator autem supposita manu,
Nilum subleuans, & sustentans, ingressus est cum eo in Oratorium. Deinde facta oratio-
ne, dixit Imperator sancto Nilo: Dominus noster I E S V S Christus, dum erat cum Apo-
stolis, præcepit illis, ne peram, aut baculum, aut duas vestes possiderent. Cum verò acce-
deret passioni, iterum dixit illis: b Sed nunc qui habet sacculum, tollat simul & peram.

a Luc. 10.

b Idem 22.

Tu

CHRISTI
1000.SILVESTRI II. PAP.
2.OTTONIS III. IMP. S.
BASIL. ET CONST. IMP. P. 25.

A Tu igitur quoque cum iam fenueris, & debeas proficisci ad Regnum cælorum, sit tibi cu-
ræ de tuis alumnis, ne post te angustiati loci difficultate, recedentes dissipentur. Nos da-
bimus tibi monasterium & prouentus, vbicumque volueris in vniuersa prouincia nostra.
Cui Beatus ita respondit: Dauidem audiui dicentem: a Salua me Domine, quoniam de-
fecit Sanctus, quoniam defecit veritas à filiis hominum. & iterum: b Non est qui faciat
bonum, non est vsque ad vnum. Si omnino sunt monachi fratres mei, & custodient pro
virili Christi mandata: ipse qui vsque adhuc mecum curam gessit de ipsis, multò maio-
rem geret absque me de iis qui sperant in eius misericordia. Hæc & alia multa cum dicta
essent, surrexit Imperator, vt discederet. Et iterum conuersus ad senem, dixit illi: Pete à
me tamquam à filio tuo quodcumque volueris; & cum omni alacritate perficiam tibi.
Beatus verò Nilus cum extendisset manus ad pedus Imperatoris, dixit illi: Nihil aliud
peto ab Imperio tuo, præter salutem animæ tuæ. licet enim Imperator existas, tamquam
vnus de hominibus debes mori, & ad Iudicium venire, & rationem reddere eorum quæ
fecisti, bonorum siue malorum operum. Hæc cum audisset Imperator, guttas lacryma-
rum profundeabat ex oculis suis. Deinde coronam suam in manibus S. Nili deponens, ab
ipso benedictionem adeptus cum omnibus qui cum illo erant, iter suum profecurus, &c.]
Ita planè S. Nilus se suosque ad monasticam vitam composuit, vt nusquam firmas fixerit
sedes, sed peregrinantium more, vbi aliquo in loco aliquam diu mansisset, aliqua occasio-
ne captata, vnâ cum suis aliò transmigraret, ita expedire iudicans ad omnes numeros per-
fectissimæ monasticæ obseruantie exolueudos, vt affectus liberos ab omnibus terrena-
rum rerum compedibus conseruaret.

Hoc item anno Ottonis Imperatoris Tertij proauia Adelais Primi Ottonis coniux ex
C hac vita migravit die decimasexta Decembris. Res ab ea præclarè gestas scriptas fuisse à
S. Odilone Abbate Cluniacensi, valdè assueueranter testatur Molanus in Notis ad Mar-
tyrologium Vsuuardi, easque in præsentiarum reperiri in quibusdam Germaniæ & Bur-
gundiæ ecclesiis. Porro vitâ ipsius editam à Canisio, tomo quinto Antiquæ lectionis eam
esse, quam citat Molanus, scriptam ab Odilone, nulla apud me dubitatio est; concordant
siquidem tempora. Et dum frequenter incidit mentio de S. Maiolo Abbate itidem Clu-
niacensi, ipsum summa veneratione suum patrem appellat: sanè quidem se eius successo-
rem esse S. Odilonem profiteri, videri potest cuique rectè intuenti. Ab eodem auctore
Adelais titulo sanctitatis insignitur, quod certè vir sanctus non fecisset, nisi præuia cano-
nizatione Apostolicæ Sedis. Nam antequam id acciderit, audi ipsum, quàm sobriè de cultu
& veneratione Sanctorum eidem tribuenda pertractet, dum ait: Et quia illius merita sine
D Apostolice decreto, Clericis consensu celebrari non licuit: prædicto in loco beatæ Mariæ
Oratorium se constructurum promissit, &c.] hæc ipse sibi. Qui cum in fine vitæ ipsius ap-
ponat publicas preces, dicendas in Missa ipsius, & Horis canonicis: planè auctoritate, quam
exigebat, Apostolice, nempe Romani Pontificis, atq; Romani cleri id esse factum, ostendit.
Quod ad eius obitum pertinet, præuenisse eam suis precibus Deum, ne videret obi-
tum Ottonis Imperatoris sui nepotis, certum est. Audita enim morte Franconis Episcopi,
quem anno superiori ex hac vita excessisse vidimus, magni meriti sanctum virum, hoc ex-
petisse testatur Odilo, cum hæc ait: d Cum enim esset ab illo sacro loco egressura, nempe
à Martyribus Agaunensibus, & secum * staret in angulo ecclesiæ orationis gratia, quidam
nuntius venit ad eam de Italia, qui Franconem Vuangionensem Episcopum nuntiauit Ro-
mæ fuisse defunctum. Et quia vir boni testimonij erat, domina Augusta valdè illum dili-
gebat, sicut & omnes bonos diligere solita erat. Et statim, vt eius obitum audiuit, ex fami-
liaribus qui aderant, vnum vocauit, & vt pro eo Domino preces effunderet, humiliter ro-
gavit. Ihunc ipsum fuisse auctorem Odilonem, qui modestiæ causa suum reticuit nomen,
quæ ab eo sunt dicta superius, persuadent, pergit verò: Et quasi in excessu mentis ita exor-
sa est, dicēs: Quid faciam, Domine? vel quid dicam de illo Seniore nostro & nepote meo?
Peribit (vt credo) in Italia multi cum eo, peribit post ipsos, vt timeo, heu misera, Augusta
indolis Otto. Remanebo omni humano destituta solatio. Abit, ô Domine Rex sæculorū,
vt videam superstes tam lugubre dispendium. Tunc videres Augustam toto corpore solo
prostratam. Non minùs videres eam toto mentis annis cælo intentam, & quali iam mar-
tyris Maurij vestigia inuenisse, ac lymphatico ore prolingerere. Post paululū verò ab ora-
tione surrexit, munera Martyribus, elemosynâ dedit pauperibus. Dehinc Geneuensium
adiit

XII.
ADELAIDIS
AVGVSTAR
OBITVS.Tom. 5. An-
tiq. lect.
pag. 399.ADELAIS
SANCTOR.
NUMERO
ADSCRIPTALib. 1. c. 12.
to. 5. Antiq.
lect. pag. 407
* statim

XIII.

S. STEPHANI REGIS IN SIGNITVR AB APOSTOLICA SEDE. a Cart. inuit. S. Stephani Reg. 6. 7. apud Str. tom. 4. die 20. Aug.

* Meifca filius Boleslaus.

XIV.

MONETVR DIVINITVS PONTIFEX QUID AGAT

XV.

b Chro. lib. 3. in Boleslao. POLONORVM DVCI NON DATA CORONA AB OTTONE.

c Habes apud Str. tom. 3. die 19. Iunij. ibid. cap. 32.

XVI. * Boleslaus

adiit urbem, desiderans videre victoriosissimi Victoris martyris aulam, &c.] Consule si liber, dignas ipsius laudes, dignè conscriptas, nempe candore sinceræ veritatis, ab Odilone.

Quartus hic numeratur annus sancti Stephani Vngarorum Regis, cum Legatos misit ad Romanum Pontificem, à quo & Regni coronam accepit, vt qui hætenus Dux dictus fuerit Vngarorum, ex hoc anno Rex cæperit appellari; ipse verò Regnum ipsum eidem Ecclesiæ Romanæ donarit. Rem gestam à Cartuitio Episcopo in vita eiusdem sancti Regis, quam scripsit ad Colomannum Regem, sic accipe: Deinde quarto à patris obitu anno diuinitus permotus eundem Altricum præfulem, qui etiam Anastasius dictus est, ad sanctorum Apostolorum Limina misit, à Petri Apostolorum principis successore petitem, vt recens conuersæ Pannoniæ largam benedictionem impertiret, Strigoniensem Ecclesiam sua auctoritate Metropolim constitueret, reliquos Episcopatus sua benedictione firmaret, & ipsum Ducem regio diademate cohonestaret, vt eo ful-

tus honore, quæ diuinæ gratiæ adiutorio cæpisset, ea magis magisque promouere, ac stabilire posset. Per idem tempus etiam * Meifca Polonorum Dux Christianam complexus Fidem Legatos suos Romam miserat, vt Pontificis benedictionem, & Regium ipsi titulum impetrarent. Assenserat quidem Pontifex, & iam coronam egregio opere confici curauerat, quam ei mitteret, sua benedictione adiuncta. Sed quia nouit Dominus qui sunt eius, qui etiam duobus Apostolis propositis Matthiam socio suo prætulit, & cum Apostolis annumerandum curauit: illa corona Stephanum ornari voluit, postea felicitis gloria sempiterna coronaandum. Nocte enim eius diei, quo statuerat Pontifex coronam Polonorum Principi dare perferendam, apparuit ei Angelus Domini, aitque ad eum: Noueris, cras, hora diei prima, ignora gentis nuntios ad te venturos, suo Duci coronam regiam, & Apostolicæ benedictionis munus abs te expetituros. Eam ergo coronam, quam parari iussisti, illis incunctanter tribue, ad ipsorum Ducem eam asportaturis, nec dubites illi eam cum Regni gloria pro vitæ eius meritis deberi. Itaque crastina luce, ea hora qua prædictum erat, præsul Altricus ad Pontificem venit, demandatumque sibi officium prudenter exequens, sanctique Ducis res gestas ordine referens, à Sede Apostolica Regni coronam petiit, ostendens dignum esse Ducem eo honore & dignitate, quippe qui diuina fretus ope multos sibi populos subiugasset, multosque infideles sua potentia ad Christum conuertisset. Iis auditis mirè exhilaratus Pontifex, precibus illius libenter annuit: crucemque ante Regem, ceu Apostolatus insigne gestandam adiunxit: Ego, inquit, sum Apostolicus, at ille meritò Christi Apostolus dici potest, cuius opera tantum populum sibi Christum requisit. Atque ea causa, quemadmodum diuina gratia ipsum docebit, Ecclesias Dei vnà cum populo nostra vice ei ordinandas relinquimus. Omnibus impetratis, quæ postularat, Antistes Altricus lætus ad suos reuertitur, illud secum ferens, cuius causa iter illud emensus erat. Allatis verò Apostolicæ benedictionis litteris cum corona & cruce, Præfules cum Clero, Comes cum populo in laudes Dei prorumpunt, & Deo dilectus Stephanus Princeps vngitur in Regem, & diademate regio feliciter coronatur.] hæc Cartuitius.

At indignè hæc ferentes rerum Poloniarum scriptores, coronam scilicet paratam Duci Poloniæ, Dei monitu datam Duci Vngarorum: tradunt regium nomen atque regium diadema Duci Poloniæ datum ab Ottone Imperatore tunc cum in Poloniã ipse (vt prædictum est) ad S. Adalberti recentis martyris visendum corpus profectus est. At in his minimè ipsis assentiri possumus: si enim accepissent ab Ottone Imperatore, cur opus fuit postea quærere ab ipso Romano Pontifice post Ottonis obitum, imperante Henrico Imperatore? non igitur id factum per Ottonem putamus, magis persuasi auctoritate sacculi huius scriptoris laudatissimi Petri Damiani Episcopi Ostiensis S. R. E. Cardinalis, veritatis in omnibus amantissimi. ipse enim in rebus gestis S. Romualdi opportuna occasione diuertens ad res Polonorum sub Sclauorum nomine recensendas, ait discipulos S. Romualdi petitos ab Ottone illuc esse missos ad prædicandum, quorum causam martyrij cum enarrat, meminit de legatione ab eodem Duce Boleslao (quem corrupto vocabulo, vel deprauato textu, Busclauum legimus) ad Romanum Pontificem missa pro corona regia consequenda, elegantemque eiusmodi contexit historiam:

* Busclaus autem volens coronam sui Regni ex Romana auctoritate suscipere, prædictos venerabiles fratres obnixâ cœpit supplicatione deposcere, vt ipsi plurima eius dona

A dona Papæ deferrent, & coronam sibi à Sede Apostolica reportarent. Qui regiæ petitioni assensum penitus denegantes, dixerunt: Nos in sacro ordine positi sumus, tractare nobis secularia negotia minimè licet. Et ita relinquentes Regem, ad cellam reuersi sunt. Quidam verò Regis familiares agnoscentes eius desiderium, sed quid sancti viri respondissent, ignorantes, copiosum auri pondus, quod mittendum Papæ fuerat, secum eos detulisse ad cellulam, falsò opinati sunt. Deinde intra se conditione pacta condicunt, vt noctu eremum latenter ingressi, & monachos interficerent, & pecuniam asportarent. Quos cum beati viri tentantes irrumperere persensissent, aduentus eorum causam protinus agnoscentes, confessionem inter se fecere, & sanctæ crucis se cœpere vexillo communire. Erant autem ibi duo pueri, eorum obsequio ex aula regia deputati, qui prout vires dabant, stare pro Sanctis, & furibus resistere nixi sunt.

B Fures reperto tandem aditu, irruentes, extractis gladiis, omnes pariter occidere. Tunc thesaurum anxie perquirentes, sed eueris omnibus & nihil inuenientes, vt tanti reatus crimem obtegerent, & humana suspicio non armis, sed flammis potiùs quod fuerat, deputaret: cellam incendere, & ipsa Martyrum conati sunt cadauera conflagrare. Sed admoti ignes amissis naturæ viribus, nil omnino consumere, vllis hominum studiis potuerunt. ita enim eos ipsa etiam parietum materia repellebat, ac si pro lignis durissimi silices essent. Frustrati itaque fures in fugam se conferre nituntur. sed & hoc illis ex diuina prouidentia denegatur. tota siquidem nocte per fruteta nemorum, per latitudinem saltuum, per opaca siluarum viam anxii sunt quærere, quam nullatenus valere errantibus vestigijs inuenire. sed neque pugiones in vaginas a factis brachijs recondere potuerunt. Vbi verò Sanctorum iacebant corpora, copiosum lumen vsque ad diem splendescere, & dulcissima angelicæ cantilenæ non desinit suauitas resonare.

C Adueniente autem die, quod factum fuit, Regem latere non potuit. Qui ilicò ad eremum cum copiosa populi multitudine festinauit, & ne fures euaderent, facta corona hominum, toram siluam vndique circumcinxit. Qui tandem reperti sunt manifesti criminis rei, & ad gladios suos adhuc vltione diuina ligati. Rex autem quid de eis faceret habita consideratione delibrans, hoc postremò decreuit, vt nequaquam eos, sicut merebantur, occidi præciperet, sed ferreis catenis victos ad sepulchra Martyrum destinaret, quatenus aut ibi vsque ad obitum in vinculis viuerent miserabiliter, aut si sanctis Martyribus aliter videretur, ipsi eos sua misericordia liberarent. Qui cum ad Sanctorum tumulum fuissent ex præcepto Regis attracti, mox ineffabili diuinitatis omnipotentia fracti sunt nexibus absoluti. Deinde facta super Sanctorum corpora basilica, innumera-bilia non solum tunc, sed & nunc ibi sunt ex diuina virtute prodigia.] hæc de Martyribus Petrus, quorum nomina sunt superius recitata, nempe Ioannes & Benedictus, sancti Romualdi discipuli. ex quibus & illud apparet, ista facta esse non sub Meifca (vt Cartuitius ponit) sed sub Boleslao filio transacta; nec sub Ottone tantum, sed sub eius successore Henrico Imperatore talia petere à Romano Pontifice perseverasse, ex his quæ subiicit idem Petrus, possumus intelligere, ait enim:

Imperator autem Henricus * Busclauus consilium non ignorans, vndique vias custodiri præceperat: vt si Busclaus Romam nuntios mitteret, in eius ilicò manus deuenirent. Monachus igitur qui nuper missus à sanctis Martyribus fuerat, demum captus est, & mox carcerali custodiæ mancipatus. Nocte verò illum Angelus Domini in carcere visitauit, & consummatos eos esse, quorum legationeungebatur admonuit, statimque aperto diuinitus carcere, præparatum sibi esse nauigium in fluuio quem transiturus erat, asseruit. Quò festinans monachus, Angelicæ promissionis fidem veram esse probauit.] hætenus de his Petrus, non tam rebus Polonicis, quam Romualdi intentus: eas enim obiter per digressionem attingit. quibus apparet, nullatenus ab Ottone Imperatore, vt tradunt, Regis titulum Boleslaum obtinuisse, quem constat esse quæsitum tempore Henrici Imp. eius successoris, non ab Imperatore, quem (vt audisti) sibi expertus fuerat aduersantem, sed à Romano Pontifice, à quo id petere primùm cœpit.

Sed vt ad sanctum Stephanum Regem Vngarorum reuertatur oratio, cur ipse tantam diuinitus reuelatam gratiam promeruit, vt alteri paratam coronam accepit, ex epistolis Gregorij Papæ Septimi causam possumus intelligere eam fuisse, quòd scilicet ipse Regnum Vngaricum Romanæ Ecclesiæ donarit. Sunt de his haud obscura testimonia pluribus

BOLESLAUS PRO CORONA LEGATIONEM MITTERE CVRAT AD ROM. PONT.

XVII. OCCIDVNTVR A FVRIBVS IOANNES ET BENEDICTVS.

XVIII. CONSILIUM DVCI DE SVMENDO SVPLICTIO.

a Pet. Dam. ibid. c. 34.

XIX. * al. Boleslai HENRICVS IMP. PROMOTIONEM BOLESLAI IMPEDIRE CONATVS.

XX.

CHRISTI
1000.SILVESTRI II. PAP.
2.OTTONIS III. IMP. 5.
BASIL. ET CONST. IMPP. 25.

^a Greg. lib. 2. epist. 13. 63. ^b 70. ^c lib. 3. ep. 15. ^d Idem lib. 2. ep. 11. **A** ribus eiusdem Pontificis ^a litteris comprobata, ex quibus vel vnus hinc describere necessarium duximus, sic se habet: ^b

Gregorius seruus seruorum Dei Salomoni Regi Vngarorum salutem & Apostolicam benedictionem.

XXI. Litteræ tuæ ad nos tardè propter moram nuntij tui allatæ sunt: quas quidem multò benigniùs manus nostra suscepisset, si tua in causa conditio non adeò beatum Petrum offendisset. Nam sicut à maioribus patriæ tuæ cognoscere potes, Regnum Vngariæ sanctæ Romanæ Ecclesiæ proprium est, à Rege Stephano olim B. Petro cum omni iure & potestate sua oblatum & deuotè traditum. Propterea Henricus piæ memoriæ Imperator ad honorem S. Petri Regnum illud expugnans, victo Rege & facta victoria, ad corpus B. Petri lanceam, coronamque transmisit, & pro gloria triumphi sui illuc Regni direxit insignia, quò Principatum dignitatis eius attinere cognouit. Quæ cum ita sint, tu tamen in ceteris à regia virtute & moribus longè discedens, ius & honorem S. Petri quantum ad te, imminuisti & alienasti, dum eius Regnum à Rege Teutonicorum, in beneficium (sicut audiuius) suscepisti. Quod si verum est, qualiter gratiam B. Petri, & nostram benevolentiam sperare debeas, tu ipse, si iustitiam vis attendere, non ignoras, videlicet, te non aliter eam habiturum, nec sine Apostolica animaduersione diu regnaturum, nisi sceptrum Regni quod tenes, correcto errore tuo, Apostolicæ, non regiæ maiestatis beneficium recognoscas. Neque enim nos timore, vel amore, aut aliqua personali acceptione (quantum Deo adiuuante poterimus) debitum honorem eius, cuius serui sumus, iure quæsitum relinquemus. Verùm si hæc emendare, & vitam tuam (vt decet Regem) instituire, & Deo miserante adornare volueris: proculdubid dilectionem sanctæ Romanæ Ecclesiæ, sicut Matris dilectus Filius, & nostram in Christo amicitiam plenè habere poteris. **C**

Datum Romæ quinto Kal. Nouemb. Indictione decimatercia.] est annus Redemptoris millesimus septuagesimustertius. Iure igitur illa de Vngaris ^e Glaber huius temporis scriptor: Ipsa denique Vngarorum gens post tot patrata flagitia, post tot flagella Gentibus illata, cum suo Rege ad Catholicam fidem conuersa, quæ prius consueuerat crudeliter rapere aliena, libens impertitur pro Christo propria. A quibus etiam iam dudum, diripiendo captiuabantur, vndecumque in miserissima mancipia distrahendi, qui reperiebantur Christiani: ab iisdem quoque fouentur nunc ceu fratres vel liberi.] Matri verò omnium Ecclesiarum Apostolicæ Sedi, Patrique omnium Vicario Christi summæ pietatis ergò seipfos cum suis penitus deuouere.

XXII. Quis ista considerans non miretur & obstupescat, dum quo tempore (secundum humanam prudentiam, quæ tantum terrena sapit, & quæ ea solùm quæ ante oculos habet considerat, nec ad diuinam prouidentiam oculos figit) ipsa Romana Ecclesia casura, & interitura penitus videri potuisset, tot improbis, sceleratis, impudicis, prædonibus, inuasoribus, sanguinariis & grassatoribus hoc sæculo (vt audisti) Sedem Apostolicam inuadentibus, eamque deprauatis moribus conspurcantibus, tam vitioso in primis ingressu, quam detestando prauorum morum exemplo, qua etiam occasione eius dominium sibi Imperatores vendicantes, pro arbitrio statuerent in Sede Petri, quem vellent, sic reddita iam prorsus vili, & contemptibili, effecta ancilla Regum domina Gentium, & conculcata pedibus filiorum, & præsidantium attrita vestigijs, expositaque ludibrio transeuntium: eodem tempore externi longè positi veniant Reges ad Apostolicam Sedem, quam recognoscant, & venerentur vnicum orbis templum, asylum pietatis, columnam & firmamentum veritatis, petram immobilem innixam super Christi Dei viui solidam firmamque promissionem: Ecce inquam Reges, non vt olim ad Christi cunabula duce stella ab Oriente veniant, sed à Septentrione, vnde (quod scriptum est) consuevit progredi omne malum in Italiæ damnum, quod ab iisdem (vt audisti) haud pridem pauendis exercitibus irrupentibus, sæpè passa fuerat: modò accedant humiles, præuia Fide, ad tugurium piscatoris, ipsam Romanam Ecclesiam, non munera tantum ex suis thesauris accepta, sed ipsa Regna afferentes ad eam, & Regna petentes ab ea? Quis sapiens & custodiet hæc, & intelliget misericordias Domini?] Quis inquam ista prudens expendens, non cognoscat Romanam Ecclesiam non hominum arbitrio regi, qui eam sæpius perdere laborarint, sed imperio Christi disponi, & diuinis promissionibus custodiri?

XXIII. Adhuc in his considera mirandum illud non alterius quam Dei inuentum, quod eo tempore, quo Imperatores sibi electiones Romanorum Pontificum usurparunt, tunc

versa

CHRISTI
1000.SILVESTRI II. PAP.
2.OTTONIS III. IMP. 5.
BASIL. ET CONST. IMPP. 25.

A versa vice Regnorum ab Ecclesia Romana titulos Principes peterent, sicut fecisse noscuntur Duces eximij Hunnorum ac Polonorum, qui non ab Imperatoribus, sed à Romanis Pontificibus coronam regiam postularunt, quorum alter illud præstitit amplius, vt quod accepit Regnum, dono offerret sancto Petro, eidemque subiiceret gentem illam, quæ iugum ferre nescia, sub iugo gemere vbique populos, & sub gladio (vt audisti) omnes contrémiscere fecerat nationes: adeò vt in hoc locum habere possit illud Samsonis ænigma: ^a Indiq. 14. De comedente exiuit cibus, & de forti egressa est dulcedo.] dum comminuens dentibus fetrens & vorans fera gens populos, se offerat cibum illi cui dictum est à Deo: ^b Macta & manduca.] & rabie ora illa spumantia olim, nunc mella fundant dulcedine charitatis. Sunt ista miracula Christi opera Dei. Nam quis alius vel sperare potuit ista, nisi qui de gloria Ecclesiæ venturæ prædixerat: ^c Ecce isti de longè venient: & ecce illi ab Aquilone. ^d Isaiæ 49.] & : Erunt Reges nutritij tui, & Regiæ nutrices tuæ: vultu in terram demisso adorabunt te, & puluerem pedum tuorum lingent.] & : ^e Erit corona gloriæ de manu Domini. ^f Idem 62. ni, & diadema Regni in manu Dei tui, & non vocaberis vltra Derelicta, sed vocaberis Voluntas mea in ea.] Quæ ipsa sancta Ecclesia hodie millesimum ortus sui annum festiue celebrans, illud propheticum hilaris occinat: ^g Gaudens gaudebo in Domino, & exultabit anima mea in Deo meo, quia induit me vestimentis salutis, & indumentis iustitiæ circumdedit me, quasi sponsum decoratum corona; & quasi sponfam ornatum monilibus suis.] cui semper sit honor & gloria in sæcula. Amen.




D V O D ad millenarium annum Christianæ religionis, Deo fauente, stylo non-peroratio stro peruenimus: sit nobis pro sæculari carmine illud ^f Apostoli: Regi sæculorum immortali & inuisibili soli Deo honor & gloria in sæcula sæculorum. Amen.] Et pro Sæcularibus ludis, iugis gratiarum actio perseveret. ^g 1. Tim. 1. Iste sit nobis cum diuina Sapiencia ludus, vt reciproca largitione certantes, magis tamen vinci, quam vincere gaudeamus. Ludere ipsa quidem fertur ^h in orbe terrarum cum hominibus Sapiencia, dum sic dat, vt recipiat, sicque recipit, vt abundantius reddat, sed inde vt vberiore mensuram in gratiarum actione suscipiat, vnde præstantiora dona retribuat, atque sic ista iugiter iterans, velut maris euripo, fluxu atque refluxu festiue cum mortalibus ludat; cum tamen æquè totum sit eius, quod in nos influit, & refluit per gratiarum actionem in ipsam, licet pro imbecillitate naturæ longè impares in retribuendo inueniamur. Quenam autem tibi dignè, Domine, referri possunt à nobis gratiarum actiones, quod nos incolumes (quod vix spe concepissemus) ad annum hunc millenarium perduxisti? Quod cymbam tenuem oceano vastissimo creditam ad talem deduxisti stationem, ex qua ad portum haud adeò difficilis nauigatio sit? Reperendam quid dignè? Hoc ipsum quod præstitisti, pro gratiarum actione offero Millenarium, nostro labore decurram. Tu verò, qui sic accipis minima, vt maxima reddas: adice iam illud tuum indefinens ⁱ Millenarium per infinita sæcula reuoluendum in Regno cælorum, in- ^j Apoc. 20. terueniente pro nobis apud te Dei genitrice Maria; vt quæ est in labore semper adiutrix, eadem conciliatrix sit præmij sempiterni in gloria Beatorum. Amen.

Annalium Tomi Decimi Finis.

INDEX

I N D E X
I N T O M V M D E C I M V M
A N N A L I V M E C C L E S I A S T I C O R V M .



- A.
- A**RON *Bulgarorum Princeps à Basilio Imp. superatur. pag. 591. e*
S. Abacū translatus à Leone IIII. e cœmeterio in Vrhem. 62. e
Abbas monasterij Chroyland à Danis cum suis monachis sub diuino Officio in Ecclesia trucidatur. 495. b
- Abbatēs nonnulli Romam eunt cum Ludouico Lotharij filio, & quare. 13. a Romano Pontifici inſenſi. ibid. b*
ſuadent ut Romam ſubinget. ibid. in genua cadunt ante Confessionem B. Petri. 14. b à Sergio conſuſi diſcedunt. 15. b iram in illum deponunt. ibid. poſtulant ut Romani Ludouico iurent. ibid. fruſtrantur petitione. ibid. b. c
- Abbatia S. Columba. 169. a*
Abbatia S. Reclami Ebboni quondam Archiepſcopo Rhenenſi conceſſa. 347. b S. Columbaſi etiam. ibid.
Abbatum & Epſcoporum pia de communicandis inimicem precibus conuentio. 167. d
Abbo Antifodorenſis Epſcopus ſubſcribit epiſtola ſynodali ad Vnenilonem Archiepſcopum Senonenſem miſſe. 169. e
Abbo Maurogenſis Epſcopus ſubſcribit epiſtola ſynodali ad Vnenilonem Senonū Archiepſcopū data. 170. a
Abbo Niuernenſis Epſcopus interſuit Concilio ſecundo Sueſſionenſi. 336. d item T. recenſi. 349. a
Abbo Aimoini diſcipulus miracula S. Germani verſu conſcripſit. 601. b
Abbo Sueſſionenſis Epſcopus ſubſcribit Synodo prouinciali ſub Herueo Rhenorum Archiepſcopo habita. 653. b Heriberto Comiti Aquitano conſenſum præbet in promouendo filio ad Archiepſcopatum Rhenenſem. 687. e pro diſpenſatione Romam miſſus. 688. a
Abbo Floriacenſis monachus ſcholis præſicitur à S. Duſtano. 802. c vitam Edmundi Regis martyris ſcribit. ibid. Abbas Floriacenſis creatus à monachis perimitur. ibid. librum ſcripſit aduerſus blaſphemias Arnulphi Aurelianenſis ſeu potius Gerberti. 866. e Roberto Francorum Regi illicitum cum comatre ſua coniugium inſitum diſſoluere ſuadet. 908. c ab eodem ad Gregorium Papam mittitur, & quare. 909. a. à quo humaniſſimè excipitur. ibid. c & priuilegium Abbatia Floriacenſis aliaque omnia quorum cauſa Papam adierat, obtinet. ibid. d. e Arnulphum Rhenenſem Archiepſcopum è carcere liberat & ſedi reſtituit. ibid. e eiufdem ad Gregorium Papam epiſtola. 910. a
Abderragham Rex Sarracenorum huius nominis quartus. Vide Habbarragham.
Abenain Maurorum Rex Caſarauguſta regnans à Ramiro Hiſpaniarum Rege in prælio capitur. 703. b
Abimelech Sarracenorum Rex creatur. 494. d
- Abraham Rex Sarracenorum Corduba regnans à Sancio Craſſo Rege in auxilium vocatus fuiſt. 779. d eidem translationem S. Pelagij martyris conceſſit. ibid.*
Abrahamus Cretenſis imperitè Concilio Florentino octaua Synodi Oecumenicæ nomen & titulum præpoſuit. 424. a
exploditur cum ſibilo. ibid. b
Abramius Epſcopus Samoſata Legatus ad ſuſcipiendam imaginem & epiſtolam Chriſti ab Edellenſis. 715. a
Absolutio in Eccleſia data quando in calo valeat aut non. 387. d
Abundantia frumentorum copioſa tempore Nicolai Papæ. 380. a
Abundius martyr Corduba. 113. a
Abuſus ſpoliandi Patriarchium Lateranenſe in obitu Pontificis. 583. a alius adituorum B. Petri Apoſtoli, exciſgentium mercedem à ſacerdotibus Miſſam ibi celebrantibus à Stephano VI. Papa abrogatur. 606. e
Abuſus intrudendi pueros & nepotes in Epſcopatus quando cæperit. 688. a. b
Acacius montem Latrum habitauit. 741. b
Acaricus monachus Ferrarienſis ad Limina Apoſtolorum accedens à Lupo Abbate Benedicte Pontifici commendatur. 134. b
Acceptus piſtor monasterij S. Gregorij eiufdem iuſſu certior fit de ſua morte. 132. a
Aclamationes in Concilio Lateranenſi factæ. 211. e. alia de Nicolao Papa. 388. e. 389. a alia Imperatori Baſilio & Imperatrici, & Pontificibus Romanis factæ. 416. b
alia ob ſublata de quadrigamia quaſtionem. 885. c
Accuſatio in Ignatium Patriarcham, & ſententia. 192. b
alia grauiſſima Hincmari Laudunenſis Epſcopi. 481. c
alia Berengarij apud Ottonem Regem. 745. c alia Ioannis XII. de nefandis ſceleribus. 757. a. b. 760. a alia Ottonis Imp. contra Ioannem XII. Papam. 761. e. 762. a
alia Arnulphi Rhenenſis Archiep. ad Ioannem XV. Papam. 853. c. d. 854. a
S. Achillei reliquia à Salomone Bulgarorum Rege Lariffa in ſuam Regiam transferuntur. 829. a
Achioris de populo Iudaico ſententia apud Holofernem differentis veriſſima, & quanam ſit. 71. a
S. Aciculus Pamphilonam transfertur. 20. c
Acta Concilij Tulenſis quanam & qualia fuerint. 166. a & ſeqq.
Acta Synodi Metenſis compendio narrata. 239. c
Acta Synodi Sueſſionenſis ſub Hincmaro Rhenenſi Archiepſcopo habita à Nicolao Papa reprehenduntur. 327. b. c
Acta Rhenenſis Synodi contra Arnulphum Archiepſcopum congregata heretici recentiores quàm diligenter conquiſuerint, & quare. 855. c
Acta Synodi Metenſis de Regno Lotharij ad Carolum Caluum transferendo. 435. d. & ſeqq.

Acta coronationis Caroli Calui. 498. d. & seqq.
 Acta Synodi Pontigonensis. 497. e. & seqq. Romam deferuntur ut confirmetur. 503. a
 Acta Synodi Rhenensis sub Fulcone Archiepiscopo habita. 611. c. 613. c
 Acta martyrij S. Pelagij pueri. 686. d
 Acta Synodi Erfordiensis sub Henrico Rege convocata. 694. c. & seqq. Synodi Treuirensis sub Marino legato Apostolico. 718. d. & seqq. Synodi Romana sub Agapito. 728. b. c
 Acta Synodi Meldensis in causa Rhenensis Episcopij. 755. d
 Acta Synodi Romana contra Ioannem Papam XII. collecta. 760. a. & seqq. ab Antioche multipliciter coarguuntur, & inuicem offenduntur. 762. d. & seqq.
 Acta Synodi Romana contra Leonem pseudopontificem congregata. 767. d. & seqq.
 Acta pseudosynodi contra Benedictum V. a Leone pseudopontifice coacta. 770. c. d
 Adardus Nannetensis Episcopus ordinat Electranum Episcopum Redonensem. 341. b. interest Synodo Trecentis. 349. a. a Northmannis sua Ecclesia spoliatus, & a Britannis plurima passus ad Hadrianum Papam Romam contendit. 391. e. dignè excipitur, & victu pallioque ornatur. ibid. Episcopus Synodi Suesionensis ab eodem commendatur. ibid. & seq. item Carolo Caluo. 392. d. eius constantia laudatur. 393. d. Hincmaro Rhenensi ab eodem commendatur. 394. b. item & Erardo Turonensi. ibid. & seqq. priuilegium pallij ad vitam obtinet. 395. c. legatione fungitur nomine Synodi Daciaensis ad Hadrianum Pontificem. 478. e. 479. b. quibus legibus Turonensis Episcopus sit creatus. 480. c. d. 486. e
 Actio S. Valtrici de subrogando nepote in Episcopatu a Deo improbata. 806. c
 Actiones Synodi Oclaua Oecumenica Constantinopoli celebratae. 408. e. & seqq.
 Actiones Oclaua Synodi Oecumenica ubi integra & vera reperiantur. 428. e
 Actiones Synodi Photiana. 551. b. & seqq.
 Actum Photij breuis enumeratio. 233. d. & seqq.
 Actum in aula ad quam Gebus quidam Imperatrix Theodora sese filium dicens relegatur. 158. b.
 Adalardus laicus confederat pacis Capitula inter Reges Francorum inite. 185. d
 Adalardus Comes Ludouici Regis ad Carolum Caluum Imp. Legatus. 503. d
 Adalbero Episcopus Augustanus a Marino Papa mortuus predicatur S. Valtrici. 684. e
 Adalbero S. Valtrici Augustani Episcopi nepos Imperatori Ottoni commendatur. 806. a. rerum secularium Episcopatus curam obtinet ab Imperatore. ibid. fidelitatis iuramentum ab omnibus Episcopatu subiectis exigitur. ibid. b. ferulam Episcopalem publice circumfert, & quare. ibid. c. eius virtutes. ibid. e. in offensionem Episcoporum lapsus, Synodum Ingelheimensem ingredi timet. 810. a. de herefi accusatus ob arreptum vinente Episcopo pastorem baculum per iuramentum se excusat. ibid. d. cum Synodi consensu curam Episcopatus suscipit. 811. a. Augustam reuersurus in via sanguine sibi demit, & sequenti nocte improvisa morte occumbit. ibid. b
 Adalbertus laicus cognoscit Capitula pacis inter Reges Francorum inite. 185. d
 Adalbertus monachus S. Maximini Russorum Episcopus creatur. 743. c. 808. a. ad mortem quasi in fuga elabatur. 743. c. ab Ottone Rege humaniter susceptus apud Vuilebrum Moguntinum Archiepiscopum honorifice alitur. ibid. Burgenf canobio Abbas praeficitur. ibid. d
 Adalagus S. Vini successor in Ecclesia Hamburgensi. 699. d. eius laudes. ibid. e. discipulus. B. Adalardi Fer-

densis Episcopi. ibid. ad Synodum Ingelheimensem accedit. 726. b. quos in Dania primus ordinaverit Episcopos. 728. e. 729. a. Sibirum S. Albani monachum Russorum Episcopum ordinat. 473. c. eo mortuo Adalbertum S. Maximini monachum substituit. ibid. diplomati donationis Ottonis Imp. restituti patrimonij Romano Ecclesie subscribit. 754. a. Synodo contra Ioannem XII. congregata interfuit. 758. e. accipit Benedictum Papam ab Ottone Imp. custodiendum. 776. b. moritur. 846. b
 Adaldagus Ripensis Episcopus Borealiu apostolus. ibid. d
 Adalfridus quidam Albini sacerdotis persuasione reliquiarum partem furatur. 599. e. ob furtum tormentatur. 600. a. genera tormentorum explicat. ibid. b. c. redidit reliquias sanitati restituitur. ibid. d
 Adalgarus Episcopus Augustodunensis a Carolo Caluo cum Legatis Apostolicis Romam mittitur. 504. d. 506. a
 Acta Synodi Romana in qua illa que apud Pontigonem gesta sunt confirmantur ad Carolum Imp. defert. 511. e. a Stephano Papa quid in mandatis accepit. 587. b
 Adalgarus presbyter de Curte Rauonis ab Hunnis captus, per visionem diuinitus conceptum exhibitam, abieclis catenis abire iubetur. 701. d. moram trahens ob barbarorum metum rursus idem iubetur. ibidem. abieclis catenis liber abit. ibid.
 Adalgarus Capitula Caroli Calui pro pacificandis rebellibus ad Francos defert. 137. a
 Adalgerius presbyter Carolo Lotharij Junioris fratri Rhenensem ciuitatem prodit. 851. c. ab Episcopis in Concilio Siluaneis congregatis anathematizatur. 852. e
 Adalgisus Comes Ludouicum Lotharij Imp. filium Romam comitatur. 15. a
 Adaluardus Fardunensis Episcopus Concilio Erfordienf interest. 694. b
 Adallera Episcopus Metensis. 689. c
 Adalraad Anglorum Rex. Vide Ethelredus.
 S. Adaluardus Ferdensis Episcopus Adalagij Hamburgensis Archiepiscopi magister. 699. e. Sclauorum apostolus. ibid.
 Adam Chronographus. 145. c. 146. c. 311. a. 331. b. 603. a. 650. b. 669. d. 670. a. c. 692. d. 699. c. eius ad desidiafios & voluptuarios Episcopos apostrophe. 699. d. citatur. 728. c. 729. c. 776. b. 827. e. 837. a. 846. b
 Adamarus S. Odonis Abb. successor laudatur. 711. d
 Addo Belgiuacensis Episcopus Concilio Trecenti interfuit. 349. a
 Adensius Magnus. Vide Alfonsus.
 Adela Lotharij Regis uxor viro defuncto, metu Berengarij Cannisnam munitioem occupat. 729. e. Ottonem Regem per litteras in sui auxilium euocat. ibid. ab eodem in uxorem accipitur. 730. d. monasterio Cassinati priuilegium obtinet. 774. a. moritur. 923. b. c. Sanctorum numero ad scribitur. ibid. c. d. Deum obnixè rogat ne Ottonis Imp. nepotis sui obitu videat, & exaudiat. ibid. d
 Adela Ottonis II. filia fit monialis. 840. c
 Adelarudus Veronensis Ecclesie Episcopus Carolo Caluo Imp. manus subscriptione fidem spondet. 502. b
 Adelarudus Caroli Magui propinquus Abbas Corbeienfis. 513. d
 Adelbero Metensis Episcopus restitutor monastice disciplinae. 711. d. interest Synodo Virdunensi. 724. c. item Ingelheimensi. 726. b
 Adelbertus Comes Rom. cum Anastasio schismatice se coniungit in desertionem Benedicti III. 117. a
 Adelbertus Marchio Thescia Bonifacij filius cu Lamberto Comite Spoletino Vrhem inuadens Ioannem Papam custodia cingit, & Romanos Carolomanno Germanorum Regi iterare cogit. 519. d. 520. e. eius excommunicatio a Ioanne Papa VIII. lata in Synodo Trecenti confirmata.

firmata. 521. d. pœnitens a Ioanne Papa absoluitur. 561. a. Romanam Ecclesiam exagitat. 624. b. Stephanum Papam VII. intrudit. ibidem. cognomento Dines nominatur. ibid. Sergium hominem nequissimum in Sedem Romanam intrudit. 649. d. ad summa principum reuertitur. 653. e. moritur. 663. c
 Adelbertus Bazoenfis Episcopus interest Synodo Ingelheimensi. 726. b
 Adelbertus Berengarij filius cum patre Italia pellitur ab Ottone Rege. 730. d. ab eodem restituitur. 731. d. Ottoni ad fauces Alpium occurrens, ab exercitu destituitur, & quare. 749. b. c. d. vagabundus oberrat. 754. d. quoscumque potest in auxilium suum adducit. 756. b. Corsicam defendendi se causa intrat. ibid. Romam veniens a Ioanne XII. contra pactum suscipitur. 758. b. adueniente Imperatore cum Papa fugit. ibid. c. patre cum matre ab Imperatore captis iterum fugit. 774. a
 S. Adelbertus primus Magdeburgensis Archiepiscopus creatur. 807. c. Sclauorum fuit apostolus. ibid. moritur. 854. b. 836. d. 837. a.
 Adelbertus Pragensis Episcopus martyr. 808. b. quomodo ab Ottone Secundo per virgam pastorem Episcopatus inuestituram accepit. 825. b. Voicobus ante Baptismum appellatur. Adelberti nomen a S. Adelberto Magdeburgensi Episcopo hereditat. ibid. c. prima conuersionis sua causa que fuerit. ibid. d. totius Regni consensu Episcopus creatus est. ibid. demonis voce populo absenti creatio eius annuntiat. ibid. e. in Italia contendens Verona baculum pastorem suscipit. ibid. quam abiecto equo vsus sit. 826. a. Pragam reuersus nudis pedibus urbem intravit. ibid. Bohemos admodum sibi aduersantes deserit, & Romam redit, Ierosolymam peregrinaturus. 837. a. acceptam ab Imperatrice argenti massam ad fundendas pro Ottone orationes, sequenti nocte pauperibus distribuit. ibid. c. Episcopatu cum licentia Pontificis renuntiauit. ibid. ad montem Cassinum pergit. ibid. d. monis Abbatis & Fratrum cassinatus peregrinationem dimittit. ibid. ad S. Nilum accedens ab eodem Romam dimittitur. ibid. d. e. monasticum habitum suscipit. ibid. e. laudatur ab humilitate. 838. a. cur in monte Cassino non permanserit. ibid. c. eius laus multiplex. 847. b. precepto Pontificis in Bohemiam redire iussus, flens abit. ibid. reprehendit Bohemos de violatione diei Dominice. ibid. macham ad se ob mortis metum confugientem abscondit. ibid. e. Vngarorum apostolus est. 848. a. b. ad Geisam Vngarorum Ducem accedens honorifice excipitur. 848. e. Vngaros predicando ad Christum perducit. ibid. Stephanum primum Vngarorum Regem baptizat. 848. a. b. Romam reuersus in suum monasterium redit. 850. c. d. rursus iubetur ad suum Episcopatum reuerti. 907. c. cum Ottone Tertio Romam descendens in Gallias proficiscitur, ut corpora S. Martini & Benedicti videret. 905. d. a Bohemis repudiatus in Prussiam abit. 906. b. c. martyrium complet. ibid. c. eius corpus equali auri pondere a Prussis redemptum Gnesnam transfertur, ibique miraculis claret. ibid. d. e
 Adeleidis secunda Ludouici Balbi Imperatoris uxor. 534. c
 Adalgarus Archiepiscopus Hamburgensis a Stephano Papa quid in mandatis accipiat. 587. b. Herimannum Colonensem apud Stephanum Papam accusat. 588. c. S. Remberti successor. 603. b. licem de Ecclesia Bremenf contra Colonensem perdit. 620. d
 Adalgisus Comes a Ludouico Imp. cum Notingo Episcopo iubetur Anastasium Cardinalem Romam reducere. 97. d. e
 Adalgisus Dux Beneuentans ciuitates Ludouico Imp. subiectas ad Gracos desicere persuadet. 488. b. de Lut- Annal. Eccl. Tom. 10.

domico prodendo consilium inite. ibid. e. cum Sangdam Sarracenorum duce proditionem exequitur. ibid. publico Concilio a Ludouico Imp. accusatus, a Senatu Rom. Reipublica hostis indicatur. 492. d. metu belli contra se parati in Corsicam fugit. ibid. e. intercedente Ioanne Papa eidem reconciliatus dicitur. ibid. in Romanam Ecclesiam perfidens & iniquus est. 507. c. cum Sarracenis fides habet. ibid.
 Adella Ragneri Lotharingia Ducis filia. 668. a
 Adelmanus Viredumensis diaconus mortaliter egrotans subito conualecit, & plurima de panis inferni & refectis narrat. 697. d
 Adelmus clericus Laudunensis ob introductum in Ecclesiam excommunicatum pseudopiscopum Theraldum excommunicatur. 728. a
 Adelicus Aqueus Episcopus interest Synodo Virdunensi. 724. c
 Adelfanus sine Helinstanus Episcopus Anglus vir pietate insignis Ethelunthum Regem optimum sua doctrina efficit. 56. c
 Adelfanus Episcopus Cornubiensis consecratur. 619. b
 Ademarus, qui & Adremarus, monachus monasterium construxit. 53. b. 120. e. 121. a
 Ademarus Cluniacensis Abbas sanctitate clerus. 665. c
 Adeginus seruus Dei Odorem Abbatem Cluniacensem de vntione Ludouici Francorum Regis docet ex reuelatione S. Martini. 699. e
 Adhortatio Nicolai Papae ad Episcopos sub Lotharij Regno constitutos. 295. a. & seqq. alia eiusdem ad Reges Francorum de mutua inter se conseruanda pace. 299. c. alia pia ad Michaelem Imp. 315. a. alia ad Bardam Casarem. ibid. d. alia ad milites Ludouici Imperatoris. 318. e. alia ad Episcopos Gallorum, ut depositis domesticis rixis tori incumbant in defensionem Latinae Ecclesie. 356. d. & seqq.
 Adhortatio pulcherrima Basilij Imp. ad laicos post Octauam Synodum finitam. 421. d. e
 Admonitio Episcopalis Geconlonis Archiepiscopi Senonensis ad suos. 137. d. e. & seqq. Nicolai Papae ad Clericos Rhenensis Ecclesie restitutos. 339. d. e. Hadriani Papae ad Vualdradam Lotharij pellicem. 387. d. eiusdem alia ad Basilium Imperatorem ut in bono persisteret. 406. d. Synodi Rhenensis ad Balduinum Comitem Flandrensem rerum Ecclesiasticarum occupatorem. 613. c. & seqq. Fulconis Rhenensis Archiepiscopi ad Carolum Simplicem Regem Gallorum. 627. b. Constantini VIII. Imp. ad filium de non incendo cum exteris nationibus praterquam cum Francis conuicio. 747. d. e
 Admonitiones Basilij Imperatoris ad filium suum Leonem. 592. d
 Ado Viennensis scriptor. 74. b. 523. d. Archiepiscopus Viennensis creatus, pallium a Nicolao Papa petit. 252. d. litteras ab eodem accipit vna cum pallio, & qua condicione. ibid. quoadmodum sederit. ibid. e. quoscumque suum Chronicon produxerit. 232. e. 526. c. inter Sanctos relatus. 526. c. Martyrologium scripsit. ibid.
 Ado Bellouacensis Episc. Synodo Trecenti interfuit. 349. a
 Adolphus Archiepiscopus Colon. Ottonem III. Regem Romanorum coronat. 901. e. pro eodem de fidelitate Romano Ecclesie seruanda spondet. 902. c
 Adrianus. Vide Hadrianus.
 Aduantinus Abbas Metensis Synodo Moguntine sub Rabano secunde interfuit. 59. a
 Aduentius Episcopus Mediomarricoru, qui & Aduinus, ad Ludouicum Regem pro pace faciendâ Legatus mittitur. 162. b. subscripsit synodali epistola ad Vuicilonem Archiepiscopum Senonensem directe. 169. e. Capitula pacis inter Francorum Reges sancta cognoscit. 185. d. ad Syn-

ad Synodum Aquigranensem conuenit. 219.d com-
muniu excogitat nouu pro Lothario Rege astutum sed
impium. 221.a.b eiusdem de eadem re narratio. ibid.b
uiam suam commemorat. 222.a. deprehensa fraude in
Lotharij defensione excommunicatur a Nicolao Papa.
ibid.c. mittitur a Carolo Caluo cum pacis conditioni-
bus ad Lotharium Regem. 224. a. Theotgaudo Treu-
rorum Episcopo secreto de eodē scribit. 232.a se purgat
apud Nicolaum Papam per epistolam. 250. a. & seqq.
eiusdem capitula. ibid. c. d. & seq. de participatione cum
Engeltruda se purgat. & alienū monstrat. 251.b pro eo
Carolus Caluus ad Nicolaum Papam litteras commen-
datitias mittit. 252.a. à Drogone antecessore nutritus.
& cultus fuit. ibid. b. c. abfoluitur conditionaliter. 253.c.
254.a. excusat se quod Romam ad Synodum venire
non possit. 265.e. & seqq. de obrenta uenia oratias agit.
295.e. & seqq. excusat se de negligentia cuius à Nico-
lao arguebatur. 296.c. Arsenium Apostolicę Sedis Le-
gatum humanissimè excepit scribit, eundemque de
sinceritate laudat. ibid. d. Rodoldum Portuensem cul-
pat. ibid. c. Regimarum Abbatem ad Nicolaum Pa-
pam Legatum dirigit cum munusculis. 297.a. Lotha-
rii nomine ad eundem scribit. 320.d. eundem in omni-
bus Pontificis preceptis obedire asserit. 321.d Legatus
nomine Episcoporum Gallia ad Germanos. 344. d. ad
Hattonem Episcopum scribit de consulendo Lothario
Rege. ut penitentiam agat. 374. d. Capitula Syno-
di Metensis de Regno Lotharij ad Carolum Caluum
transfereudo populi denuntiat. 435.d. & seqq.
Aduentus Lotharij Regis ad Vrhem. 401.a.b
Aduentus S. Nili Abbatris celeberrimus ad montem
Cassinum. 826.c.d
Aduersitates suas explicat. & aggrauat diserte Photius.
463. & seqq.
Adulatio Phori ad Basilium Imp. 464.b alia eiusdem
ad Patriarcham Aquileiensem. 570.e
Adulphus sine Alidulphus, Egberti Regis Anglorum fi-
lius. 121.c. Vide Erbeluulphus.
Adulphus monachus Ferrariensis ad Limina Apostolo-
rum proficiscens Benedicto Pontifici à Lupso Abbate
commendatur. 134.b
S. Acaterina à S. Paulo Anachoreta uehementer culta.
740.d.e
Edita Regina Ottonis Regis uxor moritur. & miraculis
claret. 725.b
Egidius Tusculanus Episcopus Legatus ad Polonos à
Ioanne XIII. amandatur. 777.c
Egrotatio Rodulphi Regis Galliarum. 684. b
Egroti ex tota Peloponēso ad S. Nicone accurrunt. 831.c
S. Elfricus Vintoniensis Episcopus. 723.c moritur. 724.e
cuius ad populum in die Cinerum de bonis operibus admo-
nitio que fuerit. ibid. ab uno ex illis delusus propheticè
ipsi interitum predicat. 724.e. 725.a. propheta spiritu
clarus. 725.a
Elfricus Princeps Anglie monasteria Regni Merciorum
destruit. 817.b tandem penitens corpus S. Eduardi
Regis loco decenti sepelit. 824.c. uermibus consum-
ptus moritur. ibid.
Elfricus. qui & Alfricus. à Leone IIII. Roma corona-
tus patri in Regni Anglorum succedit. 123.c. 487.e Gi-
tronem Danoru Regem bello superans Christianum ef-
ficat. 533. d. e quorum auspicijs rursus ad Regnum
aspirauerit. ibid. Magni cognomētum obtinet. ibid. e.
pietatem & doctrinam in Anglia restaurat. ibid. Grego-
ri dialogos in linguam Anglicanam transferri curat.
533.e. 534.a quos precipuè viros doctos in Angliam
uocari. 534.a. tribuit scholę Anglicanę immunitatem à
Marino Papa obrinet. & donis ab eodē cumulat. 570.a
pro liberata à Danis Anglia duas legationes adornat.

Romam alteram, alteram ad corpus S. Thome in In-
diam. ibid. aliam Romam mittit cum eleemofynis. 603.d
Emilicenses cum Senatoribus Rauennatum Nicolaum
Papam orant ut Rauennam contendant. & quare. 210.b
Emulatio iniqua Gracorum in Occidentalem Impera-
torem. 427.a
Eneas Parisorum Episcopus subscribit synodali epistola
ad Vuenilonem Senonum Archiepiscopum missa. 169.e
Concilio Secundo Suesionensi interfuit. 336. d. item
Trecensi. 349.a quid ad litteras Hincmari Rhenen-
sis do Rernone respondeat. 666.c
Ætas Hadriani II. Papa quando thronum Pontificium
conscendit. 381.c
Arhelingeie insula Ælfridi Anglorum Regis latibu-
lum. 533.d
Æthelinus Vintoniensis Episcopus Ælfridi Regis An-
glie Legatus cum eleemofynis Romam mittitur. 603.d
Æthelredi Occidentalium Saxonum Regis constanterissi-
ma fides exemplo declaratur. 487.e
Æthelstanus Rex Anglorum succedit Eduardo seniori.
685.d pro liberatione ab Ælfrido aduersario donatione
facta S. Petro. quomodo se innocentem prober. 685.e.
686.a Ludouicum Caroli Simplicis filium educat.
691.c eundem. accepto a proceribus Francorum iura-
mento. in Gallias dimittit. 698.d moritur. 707.a
Æthelwaldus Eduardi Anglie Regis cognatus moniale
rapiens ab eodem in fugam uertitur. 635.d
S. Aste Ecclesia à Hunnis comburitur. 737.d. à S. Val-
rico reficitur. 738.d
S. Agapitus à Leone IIII. è cœmeterio in Vrhem transla-
tus. 62.e
Agapitus Papa creatur. 721.e Principes monasteriorum
inuasores acriter increpat. 722.a.b ab Hugone Rhen-
mensi quondam Archiepiscopo falsis litteris deceptus.
eundem iuber sedere Archiepiscopum. 724.d.e Lega-
tionem in Gallias mittit. & qua de causa. 725.c. e
Synodum Rome cogit pro confirmatione damnationis
Hugonis Episcopi Rhenensis & Hugonis Principis.
728. c. Hamburgensis Ecclesia privilegia inuouat.
ibidem d. Ottonem Regem contra Berengarium ty-
rannum in Italiam uocat. 730. a. Brunoni Archiepi-
scopo Colonienfi pallium dat. 735.a eadem reliquit.
S. Pantaleonis mittit. ibid. b. moritur. 736.c
Agarem auxilio Presbyteri apostate quanta mala Roma-
no Imperio inferant. 741.d
S. Agatha Dignam virginem ad martyrium subcinadam
inuitat. 103.c.d
Agatho Thubertina Episcopus Concilio generali Roma ha-
bitio sub Leone IIII. subscribit. 99. d. Anastasio schi-
smatico relicta Vrbe se iungit contra Benedictum Pa-
pam. 127.c
Agaunensium monasterium nobile à Sarracenis succendi-
tur. 707.e
Agdila Sarracenorum Princeps diuinitus inmissa irabe
perit. & quam de causa. 494.d
Agenoldus Abbas in restaurandis monasterijs Adelberoni
Metensi Episcopo coadiutor. 711.e. 712.a interest Syn-
odo Virdunensi. 724.c
Ager Beneuentanus & loca vicina tremotum uexantur.
53.d. à Sarracenis vastatur. 317.e
Αγίαζων. sanctificare aque iustralis asperione. 658.d
Αγίαζωα idem quod aqua benedicta apud Gracos. ibid.
Agius Aurelianorum Episcopus cum reliquis è Synodo Tu-
ronensi Nomenoio scribit. 66.e Concilio Suesionensi
secundo interfuit. 336.d
Agobardus Archiepiscopus Lugdunensis citatur. 241.d
S. Agrippinus quintus Neapolis Episcopus. 491.c
Aicardus Luxoniensis Episcopus subscribit synodali epi-
stole ad Vuenilonem Senonū Archiepiscopi missa. 170.a
Aimoi-

Aimoinus historicus. 25. ecorrigitur in supputatione tem-
poris. 25.e. 26.b vitam S. Germani compilar. 26.b
citatur. 27.d. 29.d. 402.a. 418. e. semet qualis fuerit.
prodit. 424.e erroris arguitur. 441.b citatur. 453.b.
447.b. 472.c. 478.e. 488.a. 492. e. 493.c. 496.e. 497. d.
502.e. 505.a. 521.a. 523.d. 525.e. 567.e. 583.e quous-
que historiam suam produxerit. 601.b
Aimoinus monachus Floriacensis scriptor uite abbonis Flo-
riacensis Abbatris. 909.a
Aio Beneuentanus Episcopus certior fit à Ioanne Papa de
consilio dissoluendi fœdus Christianorum cum Sarrac-
enis. 508.e
Airbolenus Comes manus subscriptione Carolo Caluo Imp.
fidelitatis iuramentum promittit. 502.b
Aiuulfus Archiepiscopus spontanea Fbonis depositioni præ-
sens fuit. 87.c
Aius. qui & Agius. Aurelianensis Episcopus Concilio Sues-
ionensi præfens. 85.c subscribit epistole Synodi ad Vuen-
ilonem Senonum Archiepiscopum missa. 170.a. affuit
in Concilio Suesionensi secundo. 336.d
Alanus Britannorum Dux B. Petro Apostolo uotum facit
si Northmannos bello uincat. 608.b. eosdem maxima
strage delet. ibid.
Alardus Abbas Capitula Caroli Calui de pacificando po-
pulo sibi rebelli ad Francos desert. 137.a
S. Albani Clausuram Synodi Moguntine celebratione ce-
lebre. 54.c
Abella locus Hispanie. 17.b
Albericus Comes. Carolo Caluo fidem manus subscriptione
promittit. 502.b
Albericus Manigauldi interfecto turbas in Regno Fran-
corum commouet. 616. d
Albericus Romane Ciuitatis Princeps ex fornicatione con-
ceptus. 650. c. d. fœderatis Italia Principibus contra
Sarracenos se iungit. 669.a fratrem suum Joannem
pseudopontificem in carcerem conicit. & matre custodia
claudit. 695.a Romam contra Hugonem uirricum Ita-
lie Regem defendit. ibid. b. quare matrem custodia man-
cipauerit. ibid. uirrico aquam fundens ceditur. ibid. e
iniuriam egrè ferens Romanos contra eundem conciat.
& in suam sententiam adducit. ibid. turpissimam Ro-
mane Ecclesie notam inurit. 697.b à Romano Impera-
tore Constant. auro corruptus quidam cogat Ioannem
Vndecimum Gracis concedere. 697.c. 795.d. e cum Hu-
goni uirricum pacem facit accepta filia ipsius uxore. 698.e
700. b. rustico S. Odonem Cluniacensem Abbatem
interficere conanti manus præscindi iubet. ibidem d
à S. Odono precibus uictus rustico condonat. ibid. mo-
nasterium S. Elie eidem concedit. 763.a parum equus
in Stephanum Nonum Pontificem. & quare. 706.e. ex-
pulsio Hugone Romane Ciuitatis monarchiam obtinet.
710.c Ottonem Romanum venire cupientem non admit-
tit. 731.d moritur. 735.c
Albericus Marsorum Episcopus monasterium S. Angeli
de Barregio in uitam ab Ottone Imp. obtinuit. 774.a.b
Albertus Lucerinus à Schismaticis fingitur approbasse
Leonis VIII. Constitutionem de restitutione bonorum
Rom. Ecclesia ad Imperium. 772.c
Albertus Abbas Stadiensis quousque Chronicon suum
perduxerit. 904.c
Albanius locus. 37.d
Albinus Flaccus magister Rabani Mauri. 9. a eius de
Rabano ad Gregorium IV. Epigramma. 10.a
Albinus a nerine Episcopus subscripsit Concilio Roma
habito generali à Leone IIII. 99.e
Albinus presbyter Adalfridum quemdam reliquiarum
custodem persuadet particulam inde auferre. & sibi
dare. 598. e. quodnam inde miraculum euenit.
ibid. & seqq.

Albradus Rex trāsmarinus. 618.d laudatur à pietate. ib
Alcaman Sarracenorum Dux & Tropheta. in prelio con-
tra Adelfisum Regem Hispanie occumbit. 648.b
Alda Hugonis Italie Regis filia Alberico Romano Princi-
pi matrimonio iungitur pacis causa. 698.e. 700.b
Aldagarius Episcopus Augustodunensis. Vide Adal-
garius.
Aldberti vel Adelberti tres eodem tempore in Germa-
nia clari. & quinam fuerint. 808.a.b
Aldemarius Castaldens pecuniam ex monasterio Cassi-
nensi nomine Siconulphi exportat. 11.b
Aldinburg sedes suffraganea Hamburgensis Archiepisco-
patus. 807. c
Aldo Lemouicensis Episcopus interfuit Concilio secundo
Suesionensi. 336.e
Aldoualdus citatur. 241.d
Aldricus Cenomanorum Episcopus cum ceteris ex Synodo
Turonensi Nomenoio scribit. 66.e
Alerannus quidam Fulconis Rhenensis Archiepiscopi ad
Arnulphum Regem Legatus. 611.e
Alenuicus Abb. Angie S. Valtricum honorificè susceptum
parte reliquiarum S. Mauricij donat. 708.b
Alexander Basilij Imperatoris filius à patre Cesar crea-
tur. 457.b. Imperium obtinet cum Constantino Leonis
Imp. filio. 658.c Nicolaum Mysticum ab exilio reuo-
cat. 658.e. 659.a infamata morte perit. 659.e sui Beo-
nice comparatur. 660.a primus Imperatorum Chri-
stianorum recto capite in Ecclesiam ingressus mente cap-
tus est. ibid. b. statuis in Hippodromo collocatis sacri-
ficium Bacchi fieri curat. ibid. uox eius blasphemā.
ibid. c. stans eiusdem infelix. & horribile. ibid. d
Alexander Papa unam Missam solam quotidie dici à sa-
cerdote permittit. 708.e
S. Alexandri corpus in Saxoniam Roma à Vnbalerto quo-
dam nobilissimo Saxone transfertur. 124.a
Alexius Sampshunol Michaelis Bulgaria Regis nomine
legatione fingitur in Synodo Ottau. 419.a
Alfonsus sine Adelfisus Magnus Regnum Gallicie susci-
pit. 212.a.b laudatur. ibid. b. thesauros à patre relictos
Ecclesis. & pauperibus distribuit. ibid. Ecclesiam
S. Iacobi magnificè extruit. ibid. plures Ecclesias adifi-
